R-11847



# Maala.

MAALA.i.chorus,vel cythara,ſiue infirmitas: filia Salphaad, quę cum alijs ſororibus hæreditatem accepit in partitione terrę promiſsionis.num.26.d.Ioſu.17.a.

## *Maceda.*

MAceda.i.incendium,aut adoratio, vel incuruatio:ciuitas in tribu Iuda,in cuius ſpelunca ſe abſconderãt quinq; reges:qui à Ioſue ſuſpenſi ſunt.Ioſ.10.d.15.e.

## *Macelloth.*

*Relatio omnium ad primum principiũ. Concordia.* — *Ori.ſ.nu.ho.27. Hie.de manſio.*

MAcellot.i.ab initio:vigeſima ſecunda manſio filiorum Iſrael in deſerto:quo peruenerũt poſt Charadath:deſignat relationem omnium ad primum principium.nu.33.d.vel interpretatur eccleſiæ, vel cœtus,aut congregationes:& deſignat eum ſtatum,in quo poſſunt dicere ambulantes deſertum huius ſeculi .Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum.

## *Maceria,uide Paries.*

## *Machabæus.*

MAchabęus.i.percutiens,Grecè vero pugnator: cognomen Iudæ filij Matthathię, qui fuit dux populi Iſrael egregiuſq; pugnator.1.Mach.2.a.

## *Machina, Machinari, Machinatio.*

MAchinari eſt excogitare,&etiam per dolũ aliquid moliri.Machina autem eſt ipſa molitio, & inuentio:& etiam inſtrumentum, quo moles aliqua facile impelli poteſt. Et machinæ bellicę ſunt inſtrumenta,quibus vtuntur in bello.

*Aſtutiæ diaboli.* — *Glo.ord.ſ.Eſthe.8*

Machinationes Haman contra Iudæos.Eſther.8.a.deſignant aſtutias diaboli cõtra fideles.

## *Machmas.*

*Gre.ſ.1.reg.13.14.* — *Continentes. Paruuli in eccleſia. Terreni.*

MAchmas.i. percuſſor, vel pauper ablatus,aut percuſſor vel pauper palpans, ſiue tangens vel auferẽs:erat oppidum in tribu Ephraim.1.reg.13.a.Iſa.10.1.Mac.9.g.Vel interpretatur humilitas,vbi mille viri fortes erant cum Saule.i.continentes:qui dum prętcrita carnis oblectamenta recolunt, erubeſcunt & humiliantur, & ſuo exemplo alios ad ſeculi contemptum trahunt. Deſignat etiam Machmas eos, qui paruuli ſunt in eccleſia. Machmas autem vbi Philiſtęi,hoc eſt,dęmones ponunt caſtra ſunt terreni,& nil altum ſapientes.1.reg.14.a.

## *Macies, Macilentus.*

MAcies eſt corporis extenuatio in viuentibus. Et macilentus eſt macie extenuatus.

*Defectus gratiæ.* — *Lyra.ſ.gen.41.*

Macies vaccarum ſignificare poteſt carentiam gratiæ & donorum Dei in anima.gen.41.a.c.Hac macie attenuabatur Amnon.2.reg.13.a.Sic erat macilentum pecus.Eze.34.e.

## *Mactare.*

MActare eſt interficere pręcipuè ad ſacrificiũ:vnde ſumitur ſępe pro ſacrificare.

*Offerre.Chriſtum.* — *Lyra.ſ.Exo.29.*

Mactare victimas pro delicto,aut gratiarum actione,eſt offerre Chriſtũ.Idem eſt mactare vitulum & arietem.gen.46.a.Exo.29.b.Leui.7.b.a.9.c.

*Extinguere concupiſcentias prauas.* — *Glo.ord.ſ.Exo.8.*

Mactant filij Iſrael,quę colunt Aegyptij, quum fideles extinguunt in ſe prauas concupiſcẽtias,quas mundani amplectuntur.Exo.8.g.Idem eſt mactare hircum.Leui.16.c.

*Solidus cibus.* — *Baſi.in prin. prouer.*

Mactat victimas ſapientia,quum parat ſolidum cibum auditoribus.pro.9.a.Sic mactauit Salomon hoſtias pacificas.3.reg.8.g.2.Par.7.a.

*Offerre Deo opera iuſtitiæ.* — *Glo.ord.ſ.Leui.4.*

Mactare holocauſtum eſt corpus & animam offerre Deo cum fortibus operibus iuſtitiæ. Leuitic.4.e.

*Inanis lætitia de virtutibus.* — *Gre.ſ.1.reg.14.*

Mactare oueş & boues &c.in terra, eſt de virtutũ conſciẽtia infima & carnali lætitia exultare.1.reg.14.e.Ideo condẽnant,qui victimas demergebãt in profundũ.Hoſe.5.a.Iſa.66.a.

## *Macula, Maculare, Maculoſus, Immaculatus.*

MAcula eſt labes inficiens & ſordidans veſtem, vel aliquid aliud. Maculę quoq; dicuntur retium foramina,ſeu plagæ.Præterea maculæ ſunt varietates colorum in corpore. Maculare autem eſt fædare & deturpare.Maculoſus vero eſt ſordidus & immũdus, aut notis ſiue maculis conſperſus.Immaculatus autem,qui eſt ſine macula.

*Peccatum.* — *Ori.ſ.Iere.ho.13. Gre.21.mor.6. Aug.q.in.nu.33.*

Macula ſignificare ſolet peccatum:& macula coloris candidi eſt tranſgreſsio legis. Leui.4.g.9.a.13.c.Et macula in manibus eſt culpa in actionibus. Iob.31. a. Et macula in oue aut agno vitium deſignat: quæ macula non debebat eſſe in vacca, hoc eſt, in Chriſto. Exodi.

R-11847



# Maala.

MAALA.i.chorus,vel cythara,ſiue infirmitas: filia Salphaad, quę cum alijs ſororibus hæreditatem accepit in partitione terrę promiſsionis.num.26.d.Ioſu.17.a.

## *Maceda.*

MAceda.i.incendium,aut adoratio, vel incuruatio:ciuitas in tribu Iuda,in cuius ſpelunca ſe abſconderãt quinq; reges:qui à Ioſue ſuſpenſi ſunt.Ioſ.10.d.15.c.

## *Macelloth.*

Relatio omnium ad primum principiũ. Concordia.

MAcellot.i.ab initio:vigeſima ſecunda manſio filiorum Iſrael in deſerto:quo peruenerũt poſt Charadath:deſignat relationem omnium ad primum principium.nu.33.d.vel interpretatur eccleſiæ, vel cœtus,aut congregationes:& deſignat eum ſtatum,in quo poſſunt dicere ambulantes deſertum huius ſeculi .Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Ori.ſ.nu.ho.27. Hie.de manſio.

## *Maceria,uide Paries.*

## *Machabæus.*

MAchabęus.i.percutiens,Grecè vero pugnator: cognomen Iudæ filij Matthathię, qui fuit dux populi Iſrael egregiuſq; pugnator.1.Mach.2.a.

## *Machina, Machinari, Machinatio.*

MAchinari eſt excogitare,&etiam per dolũ aliquid moliri.Machina autem eſt ipſa molitio, & inuentio:& etiam inſtrumentum, quo moles aliqua facile impelli poteſt. Et machinæ bellicę ſunt inſtrumenta,quibus vtuntur in bello.

Aſtutiæ diaboli.

Machinationes Haman contra Iudæos.Eſther.8.a.deſignant aſtutias diaboli cõtra fideles. Glo.ord.ſ.Eſthe.8

## *Machmas.*

Continentes. Paruuli in eccleſia. Terreni.

MAchmas.i. percuſſor, vel pauper ablatus,aut percuſſor vel pauper palpans, ſiue tangens vel auferẽs:erat oppidum in tribu Ephraim.1.reg.13.a.Iſa.10.1.Mac.9.g.Vel interpretatur humilitas,vbi mille viri fortes erant cum Saule.i.continentes:qui dum pręterita carnis oblectamenta recolunt, erubeſcunt & humiliantur, & ſuo exemplo alios ad ſeculi contemptum trahunt. Deſignat etiam Machmas eos, qui paruuli ſunt in eccleſia. Machmas autem vbi Philiſtęi,hoc eſt,dęmones ponunt caſtra ſunt terreni,& nil altum ſapientes.1.reg.14.a. Gre.ſ.1.reg 13.14.

## *Macies, Macilentus.*

MAcies eſt corporis extenuatio in viuentibus. Et macilentus eſt macie extenuatus.

Defectus gratiæ.

Macies vaccarum ſignificare poteſt carentiam gratiæ & donorum Dei in anima.gen. 41.a.c.Hac macie attenuabatur Amnon.2.reg.13.a.Sic erat macilentum pecus.Eze.34.e. Lyra.ſ.gen.41.

## *Mactare.*

MActare eſt interficere pręcipuè ad ſacrificiũ:vnde ſumitur ſępe pro ſacrificare.

Offerre.Chriſtum.

Mactare victimas pro delicto,aut gratiarum actione,eſt offerre Chriſtũ.Idem eſt mactare vitulum & arietem.gen.46.a.Exo.29.b.Leui.7.b.a.9.c. Lyra.ſ.Exo.29.

Extinguere concupiſcentias prauas.

Mactant filij Iſrael,quę colunt Aegyptij, quum fideles extinguunt in ſe prauas concupiſcẽtias,quas mundani amplectuntur.Exo.8.g.Idem eſt mactare hircum.Leui.16.c. Glo.ord.ſ. Exo.8.

Solidus cibus.

Mactat victimas ſapientia,quum parat ſolidum cibum auditoribus.pro.9.a.Sic mactauit Salomon hoſtias pacificas.3.reg.8.g.2.Par.7.a. Baſi.in prin. prouer

Offerre Deo opera iuſtitiæ.

Mactare holocauſtum eſt corpus & animam offerre Deo cum fortibus operibus iuſtitiæ. Leuitic.4.e. Glo.ord.ſ.Leui.4.

Inanis lætitia de virtutibus.

Mactare oueș & boues &c.in terra, eſt de virtutũ conſciẽtia infima & carnali lætitia exultare.1.reg.14.e.Ideo condẽnant,qui victimas demergebãt in profundũ.Hoſe.5.a.Iſa.66.a. Gre.ſ.1.reg.14.

## *Macula, Maculare, Maculoſus, Immaculatus.*

MAcula eſt labes inficiens & ſordidans veſtem, vel aliquid aliud. Maculę quoq; dicuntur retium foramina,ſeu plagæ.Præterea maculæ ſunt varietates colorum in corpore. Maculare autem eſt fædare & deturpare.Maculoſus vero eſt ſordidus & immũdus, aut notis ſiue maculis conſperſus.Immaculatus autem,qui eſt ſine macula.

Peccatum.

Macula ſignificare ſolet peccatum:& macula coloris candidi eſt tranſgreſsio legis. Leui.4. g.9.a.13.c.Et macula in manibus eſt culpa in actionibus. Iob. 31. a. Et macula in oue aut agno vitium deſignat: quæ macula non debebat eſſe in vacca, hoc eſt, in Chriſto. Exodi. 12. a. Ori.ſ.Iere.ho.13. Gre.21.mor.6. Aug.q.in.nu.33.

g

Leuitic.14.b. nume.19.a. Epheſ.5.f. Et macula in veſte manens etiam poſt ablutionem nitro-factam, deſignat quædam remanere in purgatorio mundanda: & ꝙ maculata eſt anima coram Deo, quantulibet lota. Ieremi.2.c.ps.14.Iob.11.c. Macula etiam in ſacerdote eſt peccatum. Leuit.21.d. Macula candida aut ſubrufa in caluitio eſt error ſimplicium circa præcepta naturalia. Leuitic.13.f.

Beda.ſ.gen.49. Rica. de.ſ. victo. de 12.pſiar.63. — Infamantes Iudæi Chriſtum. Lucifer maculãs cœlum: & pĉtõr mentẽ. Affligẽtes corp᷒ chr̃i. Fœdantes legem.

Maculans Ruben ſtratum patris.gen.49.a. deſignat Iudęos imponentes Chriſto falſa crimina: vel luciferum peccato ſuo cœlum maculantem, aut peccatorem deturpantem mentem, in qua Deus habitabat. Vel deſignat affligentes corpus Chriſti vel verum vel myſticum. Item legem ſcriptam & naturalem peccando fædantes. Vel deſignat inordinatum timorem implentẽ imaginationem tempore orationis inutilibus phantaſmatis.

Iſych.ſ.Leui.13. — Superbia. Inanis gloria.

Macula lepræ in veſte eſt ſuperbia, aut inanis gloria adhęrens operi virtutis. Leui.13.g.

Glo.ordi.ſ.Leui.14. — Hæreſes.

Maculæ parietis hæreſes ſignificare poſſunt. Leui.14.f.

Gre.14.mor.4. — Vitia diuerſa.

Maculæ retis, in quibus ambulat peccator. Iob.18.b. ſunt diuerſa vitia, quibus ſe implicat: & cum expediri ad ambulandum nititur, ne ambulet obligatur. Sępe nãq; contingit, vt quis huius mundi delectatione illectus, ĩ eo ad honoris gloriam pertingat, vt ad deſideriorũ ſuorũ effectum perueniat, & perueniſſe ſe ad hoc, quod expetit, lætetur. Sed quia bona mundi non habita in amore ſunt, & plerũq; habita viléſcunt, percipiendo diſcit, quàm ſit vile quod expetijt. vnde reuocatus ad mentem exquirit qualiter ſine culpa fugiat, quod ſe cum culpa cõſpicit adeptum. Sed ipſa eum dignitas, quę implicauit, tenet: & ſine culpis alijs fugere nõ valet hoc, quo non ſine culpa peruenit.

Glo.ord.ſ.gen.30. — Variæ virtutes.

Maculoſum in ouibus.gen.30.e.31.b. varias virtutes deſignare poteſt.

Hie.ſ.Eze.45. — Mundicies Chr̃i.

Immaculati arietes aut vitulus aut hircus, capra, ouis, aut agnus mũdiciam Chriſti deſignãt. Exo.29.Leui.1.3.4.5.6.9.14.Eze.45.f.

Arno.ſ.ps.118. — Apoſtoli.

Immaculati in via ſunt apoſtoli in Chriſto: & ſeruantes præcepta.ps.118.

Hila.ſ.63. — Baptiſmo mundati.

Immaculati ſunt mundi per baptiſmum, & noui in fide.ps.63.118.Ephe.1.a.

Glo.ord.ſ. Leui.13. — Carens vitio.

Immaculata loca in veſte. Leui.13.g. quę carent vitio vel errore.

## Madere, Madidus.

Gre.ſ.1.reg 1. — Feruor ſpiritusſancti in eccleſia.

MAdere eſt humore aliquo conſperſum eſſe: & madidus aut madefactus, humore cõſperſus. Madens vino Anna ſignificat eccleſiam feruore ſpiritusſancti & prædicationis exundãtem.1.reg.1.c.

Extaſis.

Madidus vino eſt in ſtuporem & extaſim eleuatus, ex diuinorum conſideratione. Ier.23.b.

Amb.de.viduis,15. — Iudæa cũ vera fide. Gentilitas cum vera fide.

Madefactum vellus Gedeonis deſignabat Iudæam habentem veram fidem, dum area gentilitatis eſſet arida. Madefacta vero area erat gentilitas amplectens fidem remanente Iudæa in incredulitate. Iudi.6.g.

## Madian, Madianita.

Beda.ſ.Exo.2. Hie.de locis hebrai. — Lex.

MAdiã.i.iudicium, vel iudicans, ſiue litigans, vel obiurgans, aut contradictio: filius Abrahæ & Ceturæ, à quo dicta eſt ciuitas iuxta Arnonem, & Areopolim: ad quam confugit Moſes, percuſſo Aegyptio.gen.25.Exo.2.c. Deſignare poteſt legem, quæ contradictionem in gentibus primum inuenit. Alia eſt Madian iuxta Hieronymum trans Arabiam ad meridiem in deſerto Sarracenorum contra Orientem maris rubri: cuius regio Madianæa. Inde erat Balaach. numer.22.a.

Glo.ord.ſ.hen.37. — Prædicatores.

Madianitæ, quibus traditus eſt Ioſeph. & à quibus venditus eſt in Aegypto.gen.37.f. deſignant prædicatores, qui ſuſceperunt Chriſtum, vt eum traderent Aegypto, hoc eſt, prædicarent mundo. Hi autem Madianitæ ibant ſimul cum Iſmaelitis: vnde Iſmaelitæ dicuntur emiſſe Ioſeph: Madianitæ vero vero vendidiſſe.

Ori.ſ.Iudi.ho.8. Hie.ſ.Iſa.60. Aug.18.ciui. dei 32. — Gentiles. Infideles.

Madian iuxta Origenem interpretatur extra iudicium: & deſignat gentiles & infideles: qui iam iudicati ſunt. Exo.2.c.18.a.Iſa.10.f.60.a.Haba.2.b. Iuxta Hieronymum interpretatur iniquitas eoſdem gentiles deſignans.

Ori.ſ.Iudi.ho.7. Hie.ſ.Habæ.3. — Dæmones.

Madian ſeu Madianitæ, vt erant hoſtes Iſrael, ſunt dæmones: & interpretaĩ de iudicio: quia ſemper ſunt in formidine iudicij. Iudi.6.a.7.c.8.g.Ss.82.Haba.3.b.

Ori.ſ.nu.ho.20. Amb.ſ.ps.118.ſer.58 — Hæreſes & errores gentilium.

Madianitides mulieres, quæ peccare fecerunt filios Iſrael, ſunt errores gentilium: & ſcortum Madianiticum occiſum cum Iſraelita, eſt hæreſis, quæ non iure miſcetur fideli. Nume.25.b.31.a.

## Magdalus.

MAgdalus.i.turris, vel magnitudo: ciuitas Aegypti duodecim miliaribus diſtans à Peluſio: in qua habitabant Iudæi profugi à Nabuchodonoſor. Ierem.44.a.46.d. Eſt etiam turris aut ſpecula in montibus iuxta mare rubrum contra Phiahiroth, inter quã & Phiairoth caſtra metati ſunt filij Iſrael. Exo.14.a.num.33.a. Hieronymus tamen non ponit inter has diſcrimen. Eſt & caſtrum huius nominis iuxta mare Galilææ, vnde Magdalena ſumpſit cognomen.

Deſignat

R-11847



Magnificentia. Sublimitas virtutũ. — Ori.ſ. num.ho.27. Hie.de manſio.

Deſignat Magdalus magnificentiam, ſecundumq; qui habent initium conuerſationis, concipiunt magnam ſpem: vel quia fortes in via domini contemnũt turritam ſuperbiam diaboli. Vel quia erat turris, deſignat virtutum ſublimitatem.

## Magdalena.

MAgdalena.i.magnifica, vel magnificata, aut exaltata: vel turris: ſoror Marthę & Lazari, quę & Maria dicitur, quę effudit vnguentum in pedes & caput Chriſti, & ſequuta eſt Chriſtũ, quem libenter audiebat prædicantem, etiam ſorore laborante: & poſt reſurrectionem ploranti ad monumentum Chriſtus primum apparuit.

Vita contemplatiua. Fœlicitas. Gratia. — Aug.1.de trinita.10. Gre.6 mor.18. & ſ. Eze.ho.3.14. Ori.ſ.1.reg.ho.1. Baſi.cõſt. monach.1,

Maria vt ſedebat ad pedes Chriſti, & elegit partem ab ipſa minime auferendam, typus eſſe ſolet vitæ contemplatiuæ: deſignat etiam æternæ fœlicitatis quietem. Luc.10.g. ſignificat etiã gratiam, quæ ſemper adhæret domino.

Eccleſia ex gẽtibus. — Bor.ſer.2.3. aſſump. Glo.ord.ſ. Mat.26. Rup.8.d diui.offi.18

Vt autem effudit Magdalena vnguentum in pedes Chriſti, eccleſiam ex gentibus deſignare poteſt. Ioan.12.a. Eadem ſtans foris ad monumentum, eſt eccleſia ex gentibus, quæ legem non acceperat, & Chriſtum quærebat. Ioan.20.

Anima Chriſtum ſequens. — Ori.ſ.ſ.Mat.ho.35.

Magdalena vt interpretatur magnifica, & ſequuta eſt Chriſtum, deſignat magnã eſſe excellentiã animæ Chriſtum ſequentis. Matt.16.a.27.g.28.Luc.24.b.Ioan.14.c.20.a.

Peccator. — Ori.in diuer, ho.10.

Vt autem plorabat extra monumentum, deſignat peccatorẽ plorantẽ amiſſo Chr̃o. Ioã.20.

## Magedan.

MAgedan.i. euangelizatio gratiæ, aut poma, vel fructus gratiæ: nomen loci ad mare Galilęæ: in cuius fines venit Chriſtus. Matth.15.d. vbi ab aliquibus legitur Magdala: apud Marcum dicitur Dalmanutha.

## Magedo, uel Magedon.

MAgedo.i.annunciatio, vel euangelizatio, ſeu pomum, ſiue fructus electus: ciuitas in tribu Iuda, quam ædificauit Salomon verſus Aegyptum: & in qua occiſus eſt rex Ioſias à Pharaone.3.reg.9.c.4.reg.23.f. 1.para. 7.f.Zacha.12.d. Apoc.16.c. Alia videtur ciuitas in dimidia tribu Manaſſæ. Ioſue.17.c.

## Magiſter, Præceptor.

MAgiſter eſt propriẽ artium preceptor, & diſcipulorũ inſtitutor. Refert autẽ ad eos, quib᷒ pręcipua rerũ cura incũbit: vt magiſter equitum, magiſter pecoris, magiſter nauis.

Deus. Chriſtus. — Hie.ſ.Iſa.30.

Magiſter dicitur pater cœleſtis cunctos inſtruẽs: & Chriſtus dicitur paſſim præceptor & magiſter in euangelijs, &. Iſa.30.e.50.c.55.b.

Gnar᷒ expug. dæm.

Magiſter militiæ dici poteſt, qui gnarus eſt pugnandi aduerſus dęmones.gen.33.g.39.a.

Capitalia vitia. Hæretici. — Beda.ſ.Exo.1.

Magiſtri operum, quos conſtituit Pharao ad affligendos filios Iſrael, dici poſſunt capitalia vitia: vel hæretici, & omnes doctores errorum. Exo.1.b.Mala.2.c.

## Magiſtratus.

MAgiſtratus dicuntur, qui in poteſtate aliqua ad republicam pertinẽte ſunt conſtituti: vt cõſules aut pretores. Quãdoq; vero magiſtratus eſt ipſa poteſtas, ſeu munus publicum.

Philoſophi & hære. — Hiero ſ.Iſa.41. & ſ. Eze.23.

Magiſtrat᷒ quos adducit De᷒ q̃ſi lutũ, ſunt philoſophi & hęretici. Iſa.41.g.Eze.23.a. Dã.3.a.

Deliberationes mẽtis. — Ricar.de.ſ. victo.de ſecuri.conſciẽ.49.

Magiſtratus Nabuchodonoſor ſunt mẽtis deliberationes: q̃ inueſtigant quomodo poſt ruinam, vel ſero poſſit amiſſus animi vigor ad primam integritatem reformari. Dani.4.g.

## Magnus, Magnitudo, Maior, Maximus.
## Grandis, Pergrandis, Magnalia, Ingens, Vaſtus.

MAgnitudo in rebus corporeis eſt extenſio molis ſecundum omnem dimenſionem: & magna ſunt, quæ multum occupant loci. Magnitudo vero in incorporeis excellentiã dicere ſolet & perfectionẽ: vt in eis idem ſit maius eſſe, quod melius eſſe. Magnus item dicitur eleuatus. Exod.12.e. Ortus eſt clamor magnus. Feruens. Iudith.5.a. Exarſit iracundia magna. Grauis. Numer.11.g.Iudic.11.f. Plaga. magna nimis. Inſuperabilis. Deuteronom.7.d. Deus magnus & terribilis. Intenſus.3.regum.1.f. Lætantium gaudio magno. Inuſitatus.1. Machab.6.b. Renouata eſt in eo triſtitia magna. Lautus. Iudith.6.d. Fecit cœnam magnam. Mirabilis Exodi.6.b. Et iudicijs magnis. Multus. Geneſis.15.a. Merces tua magna nimis. Potens.1.Paralipomenon 17.b. Quaſi vnus magnorum. Profundus. Geneſis.7.b. Fontes abyſſi magnæ. Solemnis. Ioel.2.c. Magnus eſt dies domini. Spacioſus. Geneſis.10.c. Hæc eſt ciuitas magna. Sublimis. Deuteronomij.11.b. Opera magna, quæ fecit. vaſtus. Numer.34.a. Amari magno incipiet. Vehemens.1.regum.7.c. Intonuit dominus fragore magno. vtilis.2. Paralipomenon.32.f. vaſorum magni pretij. Maior autem, Abiectior. Geneſ.4.b. Maior eſt iniquitas mea. Amplior. Marc.2.c. Maior ſciſſura fit. Antiquior. Geneſis.29.d. Nomen maioris Lia. Certior.



Matt.

Matthæ.18.a. Hic maior eſt in regno cœlorum. Difficilior. Exodum.18.d. Quicquid autem maius fuerit. Dignior. Iudith.4.c. Vniuerſi maiores exercitus. Diuturnior. Dan.7.f. Quod maius erit oĩbus regnis. Elatior.3.reg.18.c. clamante voce maiore. Excellẽtior. Iob.33.b. Quia maior ſit Deus hoĩe. Gratior. Pro.16.c. dulcis eloquio maiora reperiet. Numeroſior. nu.26.f. Pluribus maiorem partẽ dabis. Primogenitus. gen.25.c. Maior ſeruiet minori.

Ori.ſ. Leui ho.12. — Immenſitas Dei.

Magnus diciturDeus ſecundum ꝙ omnem complectitur perfectionem: qua ratione eſt infinitus perfectione: & eſt vbiq; ratione ſuæ immenſitatis: ſine tamen loci occupatione: vnde & magnitudinis eius dicitur non eſſe finis: & dicitur magnus prę omnibus dijs. Exo.18.d. Iob.23.b.26.c.36.d.37.d. p̃s.134.144. Mala.2.a. Ephe.1.d. Et magna fortitudo Dei, & magnitudo brachij domini immenſam eius potentiam exprimunt. Exod.15.b.32.b. Et magnus in medio Sion dicitur Deus propter dilatatam eccleſiam. Iſa.12.b.

Hila.ſ. Matt.cão.13. Gre.1.mor.19.&.ſ.1.reg 6. Hie.ſ. Ezech.6.&.ſ. Agge.1. — Chriſtus.

Maius omnibus oleribus granũ ſinapis, deſignat Chriſtũ maiorem prophetis. Mat.13.d. Et magnus ſacerdos Chr̃s, qui ſolus non habuit peccatũ. Leui.21.b. Agge.1.a. Magnus Iob inter oẽs orientales. Iob.1.a. deſignat Chr̃m: qui oẽs qui in fide Deo naſcũtur exuperat: quia non vt cęteros adoptio, ſed natura illũ diuinitatis exaltat: qui etſi in humanitate cęteris apparuit ſimilis: diuinitate tamẽ mãſit ſuper omnia ſingularis. Magna nubes eſt Chriſtus: qui magnus eſt cõparatione apoſtolorum & prophetarum. Eze.1.a. Idem eſt magnus lapis.1.reg.6.c.

Lyra.ſ. Mal.1. — Cult° Dei ĩ gẽtibus.

Magnum dicitur nomen Dei in gentibus, quando colitur à gentibus. Mala.1.c.

Amb.2.de Abra.8. — De° premiũ bonor.

Magna merces dicitur eſſe Deus ijs, qui non quęrũt mercedẽ in terra; vt Abrahã. gen.15.a.

Ori.ſ. Iudic.ho.1.& ſ Iſa ho 6. Hie.ſ. Hoſe.1. — Incarnatio.

Magna opera dñi opus incarnationis Chr̃i indicãt. Iudi.2.a. p̃s.110. Idẽ deſignat magna gloria dñi: & magna mirabilia, quę facit dñs. p̃s.135.137. Et magnus dies Iezrael eſt tempus Chriſti. Hoſe.1.d. Et magnalia, quę fecit Deus in Aegyptios, deſignant opus redemptionis: quo Chriſtus liberauit genus humanũ à dæmonibus. Exo.14.d. deut.10.d.

Aug.ſ. p̃s.70. — Opera Dei ĩ angelis

Magnalia altiſsima ſunt, quę Deus operatur in angelis. p̃s.70.

Epipha.lib.1.tomo.2.aduer.hæreſ. — Virgo Maria.

Grãdis liber dicĩt beatiſsima virgo Maria: in qua Deus magna operatus eſt. Iſa.8.a. Luc.1.c.

Gre.6.mor.6. — Suſcitatio animarũ.

Maiora dicuntur facere apoſtoli q̃; Chr̃s, propter ſuſcitationem animarũ, cuius ipſi erant miniſtri predicando: quę maior eſt ſuſcitatione corporum. Ioann.14.d. Iob.5.b.

Amb.ſ 2.timo.2. Hie ſ. Ionam.1.3.& ſ Dani.7. — Eccleſia. Mundus.

Magna Domus dicitur eccleſia.2.Timo.2. Magna etiam domus eſt mundus. Et magna ciuitas Niniue eundem deſignat. Ion.3.a. Et magnum mare. p̃s.103. Dani.7.a.

Ori ſ. gen ho.12. Hie.ſ Iſa 8.27. Arno.ſ. p̃s.103.135. — Excellẽtia ſacre ſcripturæ.

Magnus Moſes in terra Aegypti deſignat excellentiã legis. Exo.10.a. Et magnus factus Iſaac deſignat legem deuenientem ad ſenſum ſpiritualem, per quem magnificatur. gen.26.c. Magna etiam tuba eſt ingens & clara euangelij per totum orbem prędicatio. Iſa.27.d. Et grandis liber dicitur prophetia Iſaiæ propter myſteriorũ magnitudinẽ. Iſa.8.a. Magnum mare dicunt leges noui & veteris teſtamenti. p̃s.103. Et magna luminaria ſunt vtrũq; teſtamentũ. p̃s.135.

Phil.de migr. Abra. Amb.2 de Abra.1. Ori.ſ. Mat.ho.22. Hie.ſ. Iere.14. Isy.ſ. Leui 9. Gre.1.mor.31. Ric.de.ſ victo.de ſecuri.conſ 11. Hie.ſ. Eze.36. — Excellẽtes virtute. Præsbyteri. Pręlati. Sancti. Perfectio. Martyres.

Magna gens dicuntur, qui virtute pręcellunt, & immortalitatem aſſequũtur. gen.12.a. Exo.32.c. Et maiores natu dici poſſunt presbyteri eccleſiæ. Exo.19.a. Leui.9.a. deut.25.b. Et maiores Hieruſalem ſunt pręlati eccleſiæ. Ier.14.a. Maiores aũt Iacob dici poſſunt ſancti. gen.47.g. Magnus inter Orientales Iob. Iob.1.a. Eſt qui non inter actiones malorũ ima & fugitiua quærentium: ſed inter choros ſupernorum ciuium proficere conatur. Et maior in regno cœlorum, hoc eſt, in eccleſia eſt, qui efficitur vt paruulus. Mat.18.a. Magnus etiam in regno cœlorum eſt doctor, qui ſeruat legem, quam docet. Mat.5.c. Magna quoq; arbor magnitudinem perfectionis exprimere poteſt. Dani.4.b. Maiora pręterea bona, quæ dedit Deus eccleſiæ, quàm à principio dici poſſunt martyres. Eze.36.c.

Ori ſ. Luc.ho.4.&.ſ. Leui.ho 12. — Excellentia Ioannis Baptiſtæ.

Magnus Ioannes coram domino dicitur ob excellentiam virtutum & donorum Dei, quibus gratus erat Deo. Luc.1.b. Magni autem dicti ſunt moſes, Iſaac, Ioannes ante Chriſtum: ſed poſtq̃; Chriſtus aduenit, nemo ex illis eſt magnus: qua ratione dicebat Ioannes. Illum oportet creſcere, me autem minui. Ioan.3.d.

Hie.ſ. Ezech.13. — Sententia & punitio Dei in malos.

Grandis gladius Dei dicitur, quia eius ſententia omnes malos comprehendet. Iſai.27.a. Et magna vox turbinis eſt grauis punitio Dei. Iſa.29.b. Iere.22.g. Idem eſt grandis eius loquela. Iere.11.c. Et magna nubes. Eze.1.a. Et magna commotio terribilia Dei iudicia, & grauem eius iram indicat. Eze.3.c. Zac.1.c. Et prægrandes lapides magnã vim diuinæ punitionis exprimunt. Ezechie.13.b.

Glo.ord.ſ. Mat.15. — Fides gentium.

Magna fides Chananeæ indicat maiorem eſſe fidem gentilium, q̃; Iudæorum. Mat.15.c.

Tert.adue.Iudęos. Arno.ſ. p̃s.103. Aug.q.in iudi.49. — Iudæi. Principes Iudæorũ.

Maior in imperio dictus Ruben deſignat Iudæos. gen.49.a. Quia copioſius cæteris populus ille in hoc ſeculo regnauit. Et maior populus ſeruiens minori, ſunt Iudæi ſubiecti chriſtianis. gen.25.c.48.c. Magna animalia erant maiores in lege. p̃s.103. Et maiores natu Galaad erãt principes Iudæorum. Iudi.11.a.

Hie.ſ. Eze.17. — Exercit° Babylonis

Magnæ alæ aquilæ deſignant exercitum Babylonis: grandis vero aquila dicitur ipſe Nabuchodonoſor rex Babylonis. Eze.17.a.

Hie.ſ. Ioel.2. — Cõuerſio multorũ. Dies iudicij.

Magnus tumultus dicĩt eſſe, quũ multi ab infidelitate conuertunt. Magnus quoq; tumultus erit in vniuerſali iudicio. Zach.14.c. Et magnus dies dñi erit dies iudicij. Ioel.2.c.

Magnus



Lucifer. Dæmones. — Ori.ſ Iſa.ho 8. Hie.ſ. Iere.6. &.ſ. Eze.29.

Magnus draco Aegypti dicitur Satanas. Eze.29.a. dictus magnus ad cõparationẽ minorum draconũ. Et maior in imperio dici põt lucifer. gen.49.a. Et magnus ſenſus eſt diabolus. Iſa.10.a. Magna quoq; gẽs veniẽs ab aquilone ſunt dęmones. Iere.6.f. Eoſdẽ deſignat cœtus magnus (Gog. Eze.38.e.

Rationes hæretico. — Hie.ſ. Iſa.5.

Grandes domus hæreticorum ſunt eorum rationes fallaces. Iſa.5.c.

Superbia. Hæreſiarchæ. Peccatum opere perpetratum. — Hie.ſ. Iſa 9.15.32. Gre.ſ.1.reg.4. Aug.ſ. pſ.18. Hie.ſ. Eccleſ.10.

Magnitudo cordis interdum ſuperbiam deſignat. Iſa.9.b. Et magnitudo operis grauitatem peccati. Iſa.15.c. Et maiores dicuntur aliquando ſuperbi, & in ſua ſapientia cõfidẽtes.1.reg.4.a Et magni dicebantur phariſæi & hęreſiarchę: ſed non ſic appellantur in eccleſia. Iſa.32.b. Et maior in imperio dicitur ſuperbus. gen.49.a. quia ſemper vult alijs prœeſſe. Maximum etiam delictum dicitur ſuperbia: quæ initium eſt omnis peccati. p̃s.18. Et maxima peccata ſunt, quæ opere perpetrantur. Eccl'tæ.10.a.

Vulgo excellentia. — Glo.ordi.ſ. pſ.130.

Magna dicuntur interdum, quę homines vulgo magni faciũt: qua ratione ait Dauid. p̃s.130. Se non ambulaſſe in magnis. Iob.15.b. Quaſi magna cogitans.

Simplices & ſapientes — Gre.ſ.1.reg.5.

A maiori vſq; ad minimum: Vel è diuerſo à paruo vſq; ad maiorem eſt à ſimplicibus vſq; ad ſapientes. gen.44.c.1.reg.5.c. Iob.3.e.

Timor — Ricar.de.ſ.victo.de 12.patriar.65.

Maior in imperio Ruben. gen.49.a. deſignat timorem: qui latius patet, quàm omnes alij affectus animi: illiſq; quodammodo dominatur.

Vitia. Mali. Carnales. — Glo.or.ſ. gen.25.

Maior populus ſeruiens minori ſunt vitia ſubiecta virtutibus: vel mali & inſipientes naturaliter ſubiecti bonis & ſapientibus: & carnales ſpiritualibus: qui dicuntur maior populus, tum quia prius quod carnale eſt, quàm quod ſpirituale, tum quia multo plures ſunt carnales, quàm ſpirituales. gen.25.c.

Blaſphemiæ. — Hila.ſ. pſ.54. Hie.ſ. Dani.7.

Magna ſuper Chriſto loquuntur, qui ipſum blaſphemant. p̃s.54. Ita loquetur ingentia Antichriſtus. Dani.7.c.

Adulatio. — Gre.ſ. Eze.ho.21.

Grandis loquela ſignificat fauorẽ adulãtis. Ier.11.c. Idẽ eſt grãdis vox. pro.27.c.

Perſecutiones. — Hie.ſ. Ion.1.

Grãdis tẽpeſtas in Ionã & in nautas, perſecutiões mũdi in Chr̃m & ĩ ſuos deſignat. Ion.1.d.

Mors æterna. — Gre.ſ.1.reg.4.

Magna ruina in Iſrael deſignat mortẽ æternã infideliũ Iudæorũ.1.reg.4.b.

Honores ſeculi — Gre.ſ.1.reg.10.

Magnę foueę dicuntur honores huius ſeculi: & foueas tranſilire dicitur, qui honores cõtẽnit.1.reg.10.a. In Hebręo tamen nõ habet ſaliẽtes magnas foueas: vt etiã Lyranus annotauit.

Graues pctõres. — Ori.ſ. Eze.ho.7. Hie.ſ. Eze.16.

Magnarum carnium dicuntur Aegyptij. Eze.16.c. ſiue ob turpitudinis magnitudinem: ſiue ob peccatorum deformitatem: uel quia nimium carnales ſenſu erant.

Tẽtationes variæ.

Maximus & minimus Sodomitarum ad domum Lot concurrentes, ſunt varia tentationum genera aduerſus iuſtos inſurgentia. gen.19.c.

Glo.ord.ſ. thre.4.

Maior dicitur iniquitas Iudęorum quàm Sodomorum. thre.4.a. quia illi ſolam legem naturalem tranſgreſsi ſunt: Iudæi vero naturalem & ſcriptam. Et propter idololatriam, quę vigebat in Iudæa. Et quia ſciebant voluntatem Dei.

Hie.ſ. Eze.16

Maior ſoror Hieruſalem dicitur Samaria: quia prior peccauit peccato idololatriæ, quàm Hieruſalem. Eze.16.f.

## Magnificare, Magnificentia, Magnificus.

MAgnificare eſt extollere & exaltare, ſiue verbis, ſiue factis. Magnificentia autem eſt rerũ magnarum & excelſarum cum animi ampla quadam & ſplendida propoſitione agitatio atq; adminiſtratio. Magnificus autem dicitur, qui in magnis pro dignitate ſumptum facit, pręcipuè in publicis: & ſępe ſumitur pro magno, aut magna opera exercente. Magnificare itẽ eſt ęſtimare. Iſa.28.g. Magnificaret iuſtitiam. Extendere. Matth.23.a. Magnificant fimbrias. Laudare. Luc.1.e. Magnificat anima mea dominum. Miſereri. Sapiẽ.19.d. Magnificaſti populum tuũ. Magnificentia vero, gloria. deut.32.a. Date magnificentiam Deo noſtro. Honor. p̃s.70. Multiplicaſti magnificentiam tuã. Maieſtas. Eſther.1.b. Vt magnificentia regia dignum erat. Omnipotentia. deut.33.d. Magnificentia eius diſcurrunt nubes.

Opera Dei magna. Humanitas Chriſti — Hila.ſ. pſ.56.67. Ori.ſ. Ioſ.ho.5.

Magnificatus dicitur dominus, quum per magna opera oſtenditur magnus: & dicitur magnificus in ſanctitate. Exo.15.b. Et magnificè fecit in redemptione generis humani. Et magnificatus eſt Chriſtus in gloria. Iſa.12.33.d. Et magnificentia Dei dicitur eleuata ſuper cœlos, hoc eſt, humanitas Chriſti. Quæ magnificentia erit in nubibus in iudicio. p̃s.8.64.144. Et magnificatus Ioſue in tranſitu Iordanis, deſignat Chriſtum in baptiſmo ſingulorum magnificatum: qui & in conſpectu vniuſcuiuſq; magnificari dicitur, quum eius magnitudo cognoſcitur. Ioſ.4.c. Magnificata dicitur miſericordia Dei vſq; ad cœlos: quia nos exaltat ad cœlos: qua ratione magnificat facere nobiſcum. p̃s.56.125. Et magnificat Deus nomen ſanctum ſuum, quum magnum oſtendit. p̃s.137. Mich.5.a. Mala.1.a.

Oſtẽditur Deus magnus.

Castigans Deus. — Hie.ſ. Iſa.28.

Magnificat Deus iuſtitiam ſuam, quum caſtigat: ita vt qui plus acceperunt, plus ab eis exigatur. Iſa.28.g. Et tunc dicitur ipſe magnificari. Eze.38.g.

Excellẽtia prædicatorum — Baſi.ſ. pſ.28. ho.2. Hie.ſ. pſ.67.

In magnificentia eſt vox domini per excellentiam vitæ prædicatorum: & ſecundum ꝙ Ioãnes Baptiſta magnifica de Chriſto prædicabat. p̃s.28. Et magnificentia eius dicitur eſſe in nubibus, hoc eſt, in apoſtolis & prædicatoribus. p̃s.67.



Magnificat

Gre.8.mor.20. | Dñs De⁹ dona hõi.

Magnificat Deus hominẽ:quia largitate rationis ditat,infuſione grã viſitat,honore cõllatę virtutis exaltat:cũq; per ſemetipſum nihil ſit,eſſe tamẽ eum cognitionis ſuæ participem benignitatis munere concedit.Iob.7.d.

Glo.inte.ſ.Ioel 2. | Magna faciens erga homines.

Magnificat Deus vt faciat:quũ magna facit erga homines,& mĩam in eos exercet.Ioel.2.e.

Hie.ſ.Zach.11. | Doctrina & exẽpla ſanctorum.

Magnifici,quos aufert Deus à Sion,ſunt doctrina & exẽpla ſanctorum: quæ aufert Deus à corde peccantis in pœnã peccati.thre.1.e. Magnifici quoq; ſunt principes Iudęorũ. Zac.11.a.

Gre.ſ.1.reg.2. | Humilis exaltatus

Magnificatus puer Samuel,deſignat humilem,qui in cõſpectu domini exaltatur. Et fit magnus,qui poteſt iam proximum ædificare.1.reg.2.e.

Baſi.ſ.pſ.33. | Fortis,&magna ſentiens de Deo

Magnificat dominum, qui propter ipſum forti animo tentationes ſuſtinet,& magna de eo contemplatur & ſentit.pſ.33.

Glo.ordi.ſ.Iſa.42. | Intellectus ſpiritalis legis.

Magnificare legem volebat Deus,quum volebat vt Iudæi eam ſpiritaliter intelligerent.Iſa.42.d.Item cum impleuit eam in Chriſto.

Hie.ſ.Zach.11. | Templũ Iudæorum

Magnificentia paſtorum erat templum Iudæorum.Zach.11.a.

Hie.ſ.Ecclen.2. | Eleuari ad ſupna.

Magnificat opera ſua,qui iuxta imaginem conditoris ad ſuperna ſuſtollitur.Eccl'tæ.2.b.

Hiero.ſ.Iſa.22.&.ſ. Sopho.2. Arno.ſ.pſ.11. | Hæretici.

Magnifici ſuper montes ſunt hæretici.Iſa.22.b.qui magnificant linguam ſuam, quando mẽtiuntur in Chriſtum. pſ.11. Et magnificant os ſuum, qui ſuperbẽ aduerſus fideles loquuntur. Abdi.d.Magnificantur ſuper terminos eccleſiæ, qui præſumentes de eloquentia, ſimplicitatẽ eccleſiæ contemnunt.Sopho.2.b.

Hie.ſ.Iſa.9. | Incredulitas Iudęorum.

Non magnificata dicitur lætitia in multiplicatione fidelium:quia multi ex Iudæis in incredulitate remanſerunt.Iſa.9.a.

Glo.ord.ſ.iudi.5. | Superbi.

Magnanimus eſt,qui magni eſt animi & ad tolerandũ aduerſa,& ad aggrediendum ardua. Dicuntur autem magnanimi ſuperbi.Iudi.5.c.

## *Magnates.*

Glo.int.ſ.Iudith.5. | Hæreſiarchæ

Magnates dicuntur nobiliores & potentiores:quorum magna eſt autoritas & potentia.
Magnates Holophernis hęreſiarchas & miniſtros diaboli ſignificare poſsũt.Iudit.5.d.

## *Magniloquus.*

Hie.ſ.Sopho.3. | Lingua ſuperba. Scribæ & phariſæi.

Magniloquus dicitur,qui magna loquitur:& dicuntur magniloqui, qui ſuperbe & arroganter de ſe loquuntur.Et magniloqua lingua eſt lingua ſuperba.pſ.11.37.Et magniloqui ſuperbiæ ſynagogę erant ſcribæ & phariſęi.Sopho.3.c.

## *Magog.*

Galati.ſ.adu.Iud.12. Hie.ſ.Eze.38. | Diabolus Sectatores hæreticorum.

Magog.i.tranſiens,vel tegulans,aut tabefactus, vel liquefactus: filius Iaphet.Sumitur pro diabolo,qui habitabit in Antichriſto:vel interpretatur de tecto,& deſignat ſectatores hęreticorum.Eze.38.a.39.c.apoc.20.c.

## *Magron.*

Gre.ſ.1.reg.24. | Dulcedo euãgelij.

Magron.i.timor,ſiue horreum,aut de gutture:nomen ciuitatis.Iſa.10.g. deſignat dulcedinem ſacri euãgelij:cuius meditatione conſolationem accipimus.1.reg.14.a.vbi in cõmunibus exẽplaribus legiẽ,in agro Gabaa.Verũ in Hębręo legitu מִגְרוֹן Migron.

## *Magus.*

Philo.q̃ deterior potiori inſidietur.&de migra. Abra. Hila.ſ.Mat.cano.2. | Sophiſtæ | Gentiles

Magus dictio Perſica ſignificans idem quod ſapiens:ſumitur ſępe pro incantatore.
Magi Pharaonis deſignant ſophiſtas,qui rationes falſas ſimiles veris afferunt,vt fallãt. Exo.7.b.Leui.19.f.20.a.1.reg.28.a.

Magi cognoſcentes ortum Chriſti per ſtellam,typum gerunt gentium : quę mox ad diſcipulorum prędicationem erant in Chriſtum crediturę.Matth.2.a.

## *Maieſtas.*

Maieſtas à magnitudine dicta eſt.Eſt enim decus,amplitudo,& dignitas,vel populi,vel ſenatus,vel principis,aut imperatoris,aut etiam alterius magni viri licet priuati:tribuitur in animæ rei,vt templo & orationi.

Ori.ſ.Iſa.ho.1. | Gloria Dei. Claritas notitiæ dĩ

Maieſtas Dei replens domum,eſt eius gloria in cœleſtibus ſplendens.Item claritas notitiæ ſuæ,quam aliquibus in hoc mundo cõmunicat.Num.14.d.2.par.7.a.Iſa.6.a.Eze.43.a.Et maieſtas Chriſti apparebit in iudicio.Matth.19.d.25.c.Luc.9.d.21.f.

## *Malagma.*

Glo.or.ſ.Iſa.1. | Verba correctionis.

Malagma eſt fomentũ,quod integrę cuti imponiẽ ad apoſtemata,alioſue tumores molliẽdos.Iſa.1.b.Eze.30.f.Põt ſignificare verba q̃ adhibent ad mitigãdos prauos animi affect⁹.

## *Malchus.*

Ori.ſ.Mat.ho.35. | Iudæi.

Malchus.i.rex,vel regnum,aut conſiliarius:nomen ſerui, cuius Petrus abſcidit auriculam dextram:ſignificauit Iudęos,qui dextrum amiſerunt auditum.Ioan.18.d.

Malleus



## *Malleus, Malleator.*

Malleus eſt fabrile inſtrumentum ferreum, ſic dictum,q̃ res duras molliat, quaſi molleus: vel q̃ quæ dura ſunt, molliuntur ad ignem,vt malleis flagelletur.Malleator vero eſt, qui malleis vtitur.

Sermo Dei. Diuina vltio. Timor domini. | Gre.34.mo.6. Hie.ſ.Iob.41. Rup.ſ.Iudi.7.

Malleus conterens eſt Dei ſermo conterens vitia:vel diuina vltio conterens peccatores.Iere.23.f.Malleum hunc Leuiathan quaſi ſtipulam reputat:quia ad iuſtæ iræ ſe pondera velut cõtra terrores leuiſsimos parat.Iob.41.d.Malleus Iahelis,quo percuſsit Siſaram,eſt timor domini,quo percutitur diabolus.Iudi.4.d.5.d.

Satanas. | Ori.ſ.Iere.ho.3. Gre.34.mor.6.

Malleus vniuerſæ terræ dicitur Satan:& eſt malleus terræ non cœli: alij quidem ſunt mallei partium terræ:ipſe vero eſt malleus vniuerſæ terræ.Et hic eſt confractus in tentatione Chriſti,contritus vero in paſsione.3.reg.6.a.Iere.50.d.

Eloquẽtia hęretico.

Malleus quoq; dicitur eloquentia hæreticorũ, quia infenſi ſunt eccleſiæ. Iſa.44.b.Ier.10.a.

Hæretici. Iudas. Perſecutores.

Malleator Tubalcain deſcendens à Cain deſignat hæreticos & Iudã & perſecutores Chriſti & membrorum eius.Et vt non eſſet tuba reſonans ſi non eſſent mallei & malleatores:ita nõ reſonaret virtus martyrum,niſi eſſent perſecutores.gen.4.d.Iob.41.c.Iſa.41.b.

Tentationes & tribulationes. Copula carnalis. | Tho.1.2.q.102 ar.4. Gre.34.mor.6.&.ſ. pſ.50. Ruper.9.de glorifica.trini.6.

Malleus etiam dicuntur tentationes & tribulationes:vnde malleus non eſt auditus in tẽplo: quia tribulationes non ſunt in cœleſti patria.3.reg.6.a.Poteſt etiam deſignare operationem viri in generatione:vnde malleus non eſt auditus in formatione corporis Chriſti.

## *Malus arbor, Malus fructus.*

Malus arbor nota proferens fructum odoriferum & ſuauem, qui malum dicitur, quod eſt pomi genus.

Chriſtus. | Ori.ſ.cant.ho.2.3. Amb.ſ.pſ.11.ſer.5. Gre.ſ.cant.2. Ber.ſ.can.ſer.48.

Malus habens in fructu odorem & ſaporem ſignificat Chriſtũ : qui etiam dici poteſt ipſum malum,quod eſt fructus,ſecundum quod pependit in cruce,vt malum in arbore. In ſolo enim Chriſto cibum ſalutis,quoties quærimus inuenimus, & in eius verbis & exemplis animas noſtras fructu ſuaui & ſalubri reficimus.Cum autem.cantic.2.a. ſponſus dicitur ſicut malus inter ligna ſyluarum,comparatio pertinet ad humanitatem Chriſti,non ad diuinitatem.

Crux Chriſti. Fides. | Amb.de Iſaac.8. Gre.ſ.can.8.

Malus arbor ſignificare poteſt crucem Chriſti,ſub qua quieſcit ſponſa, & ſuſcitatur à Chriſto.canti.8.b.quieſcit etiam ſub arbore malo,quum diffundit odorem fidei.

Iuſti. Bona opera. Spirituales. | Ori.ſ.can.ho.3. Gre.ſ.cã.2.&.ſ.eze.ho.15.Ber.ſ.cã.ſer.51 Beda.ſ.pro.25.

Mala quibus ſtipatur ſponſa,ſunt fructificantes in eccleſia:& perfecti fideles.Et prętcrea bona opera,q̃ in proximos exercẽtur,bonę opinionis ſuauẽ ſpargentia odorẽ. cant.2.b. Ioel.1.c.
Mala aurea in lectis argenteis,ſunt ſenſus ſpirituales reſplendentes in litera legis.pro.25.b.

## *Malum granatum, aut Punicatum.*

Hie.ſ.Zac.12.

Malum granatum eſt arbor, cuius fructus in multis granis intra vnum corticem cõtinetur: qui cortex eſt amarus,cum grana ſint guſtui ſuauia.Dicitur etiam malum punicum:quia arbor hæc à Pœnis allata eſt.Ex granis eius fit potio, quæ non ſolum æſtus ſtomachi propulſat,ſed & corruptum ventrem ſanare dicitur,& reliquis prodeſſe viſceribus.

Chriſtus. | Gre.ſ.1.reg.14.

Malũ granatũ deſignare poteſt Chriſtũ:ſub cuius vmbra moratur Saul,hoc eſt prædicator: in cuius virtutum contẽplatione velut ſub vno cortice multa grana includunẽ.1.reg.14.a.

Eccleſia. | Amb.ſ.Exae.13. Hie.de manſio.&.ſ. Agge.2. Gre.ſ.canti.4.

Malum granatum poteſt etiam eccleſiam ſignificare, quę omnem credentium turbam ſuo cortice tegit.Habet quidem corticem amarum,intus vero grana ſuauia: vt deſignetur auſteritas correctionis cum chriſtiana conſolatione. Mala granata autem in veſte pontificis permixta tintinabulis,quæ non reſonant vt tintinabula, deſignant proximi vitium non eſſe detegendum.Ponitur autem malũ granatum in perſona eccleſiæ, p̃pter prauorũ plurimã multitudinẽ, & inter textis membranulis, quandam geometricam compoſitionem, & diuerſas manſiũculas vno cortice comprehenſas.cant.4.b.Agge.2.d.

Virtutes. Verecundia. Martyres. Perfectiores. Opera. | Hie.de manſio.&.ſ. Zach.12. Gre.Nyſſe.de vita Moſis. Rup.ſ.cant.3. Gre.ſ.cant.4.6.7. Rup.3.ſ.reg.20.

Malum granatum deſignat itidem varietatem & conſonantiam virtutum,iuxta illud: Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna : & vt grana intra vnum corticem ſua quæq; obtinent loca:ita ſunt diuiſi ſinguli gradus,vt tamen oẽs eadem compage teneantur. Ioel.1.c. Nihil hoc pomo pulchrius:in rubore eccleſiæ ſignificat verecundiam:in granorum ordine,gradus & membra totius corporis per ſingula officia diſtributa:ac etiam gradus & ordinem virtutum. Deſignantur etiam martyres : qui dum pro Chriſto ſanguinem ſuum fundere non dubitant,multitudinem virtutum interius ſibi congregant.cant.4.d.Significant etiam perfectiores, qui germinant quando ſuo exemplo alios ad bonorum operum fructum incitant.canti.6.d.7.c.8.a.Mala granata in columnis ſunt opera,ſiue bona ſiue mala,per quæ quiſq; ſaluabitur,aut condemnabitur.

Prædicatio vnitatis. Miracula Chriſti & opera. | Gre.2.paſto.4. Rup.4.ſ.Exo.22.& 13.ſ.Ioan.

Mala punica iuncta tintinabulis in veſte ſacerdotis deſignare poſſunt prædicationem vnitatis, cum varijs virtutum operibus,ſub vno cortice charitatis. Et q̃ prædicator ſemper curare debet,vt vnitas in eccleſia ſeruetur.Exo.28.f.39.d.deſignant etiam miracula Chriſti:& opera charitatis eius in fine vitæ.

Philo.3.de vit. Moſ. & de migr. Abrahæ. Hie. de veſte. ſacer.

Elementū aquæ. Fulgura. Viſibilia.

Mala punica etiam in veſte ſacerdotis, elementum aquæ deſignare poſſunt: vnde Græcè à fluendo nomen habent. Vel deſignant fulgura in aëre: vel indicant ſenſibilia, quæ per viſum percipiuntur.

## *Malus nauis.*

MAlus nauis eſt lignum erectum in medio nauis, cui alligant antenæ, vnde vela dependēt.

Hie. ſ. Iſa. 30. — Euadentes perſecutionem.

Malus nauis relictus in vertice montis dicitur de his, qui relicti ſunt, & vix perſecutionem euaſerunt. Iſa. 30. d.

Hie. ſ. Iſa. 33. — Templum. Lex.

Malus Hieruſalem, in quo non poteſt dilatare ſignum, dici poteſt templum, aut lex, quę nō ſunt dilatata ſecundum literam. Iſa. 33. b.

Malus nauis tyri de cedro. Eze. 27. a.

## *Malus, Malitia, Prauus, Peruerſus. Malignus, Malignans, Peior, Peſſimus. Peruertere, Reprobus, Nequam.*

MAlus eſt bono contrarius: & dicitur malum priuatio boni. Et malitia eſt ipſa peruerſitas, quæ virtuti ſeu bonitati aduerſatur. Malignus autem dicitur, qui malo & deprauato eſt animo. Peruerſus autem & prauus dicitur diſtortos habens mores & rectitudini contrarios. Prauum enim recto opponitur. Porro malus dicitur infauſtus, iniuſtus, inutilis, miſer, noxius, vitioſus. Malum autem, damnum, infirmitas, miſeria, opprobrium, periculum. Malitia vero, luxuria, mendacium, obſtinatio, pœna, verſutia.

Baſi. q Deus nō ſit cauſa mali. Hie ſ. Iſa. 31. & ſ. Iere. 4. & ſ. Amos. 3. Geor. vene. canti. 2. ton. 4. cap 9. Hie. Cypriano.

Pœna & caſtigatio Dei. Tribulationes huius vitæ. Cōminatio Dei.

Malum quod loquitur Deus, aut fingit, aut facit, ſeu creat, eſt pœna & caſtigatio. Exo. 32. e. Iſa. 31. a. 45. a. 47. c. Iere. 4. b. 18. b. Eze. 6. b. Amos. 3. b. Mich. 2. a. Et hoc malum mutat Deus in bonum. Iob. 42. c. Malitia etiam ſumitur pro pœna, quam Deus minatur: vt cum dicitur, Præſtabilis ſuper malitia. Ioel. 2. c. Ion. 3. d. Eſt aūt Deus creās malū, quia creauit materiā, quæ ex ſua natura mala eſt, & ſibi innixa, & adhærentia trahit ad malum: quia facit recedere à primo & ſummo actu, qui eſt regula boni & veritatis. Facit quoq; omne malum, qui fecit naturā vertibilem, & materiæ annexā, vnde efficitur prona ad malū. Nec tamen proprie ipſe Deus creat pœnam: quia malus eam generat ex diſſonantibus moribus, & turbato animo: quum omnis inordinatus animus, (teſte Auguſtino) ſibi ipſi pœna ſit. Sic mala dicuntur tribulationes & afflictiones huius vitæ. p̄s. 89. Iob. 31. c. Peſſimus ſermo domini dicitur, cum grauiſsimè comminatur. Exo. 33. a. Et peſſima iudicia Dei ſunt grauis eius punitio. Eze. 11. f.

Hie. ſ. Iſa. 14. 3. 35. & ſ. Eze. 7. 30. Ori. ſ. Leui ho. 16. Gre. Nyſ. de oratione. Arno. ſ. pſ. 106. Hie. ſ. Iſa. 5.

Diabolus. Pœna inferni. Iudæi. Hæretici. Perſecutores. Barabbas. Opera mala.

Malum prēterea, quod adducit Deus, eſt diabolus, vel pœna inferni. Iſaię. 31. a. 14. e. Iob. 5. c. p̄s. 139. Matt. 6. b. Et peſſimi, quibus tradit Deus terram, ſunt dæmones, qui & nequitiæ ſpiritales dicuntur. Eze. 7. g. 30. c. Amos. 5. d. Ephe. 6. b. Dicūtur etiam peſſimæ beſtiæ. Leui. 26. a. Iſa. 35. d. Eze. 5. d. Peſſimi quoq; dici poſſunt Iudæi & hæretici. gen. 13. c. Iere. 15. d. Malignus etiam dicitur diabolus. p̄s. 5. 9. 118. 143. Mali quoq; & malignantes dicuntur perſecutores Chriſtianorum. p̄s. 63. 106. Malum quod Iudæi dicebant bonū, eſt diabolus, aut Barabbas, quos ipſi Chriſto prętulerūt. Iſa. 5. c. Malum etiam manuum ſuarum dicunt bonum, quum opera mala quę faciunt, dicunt bona. Mich. 7. a. Deprauans cauda eſt hæreticus in errorem inducens: aut quiuis alius recta peruertens. Iſa. 9. c.

Gre. ſ. 1. reg. 6. — Cōuerſio pctōris.

Malum grande dicit̄ conuerſio peccatoris, qua per dolorem & pœnitentiā morit̄ peccato. 1. reg. 6. b.

Hila. ſ. pſ. 51. Arno. ſ. pſ. 108. Baſi quod Deus nō eſt cauſa mali. &. ſ. pſ. 33. Ber. ſer. 10. ſ. q habit. Gre. ſ. 1. reg. 15.

Peccata.

Malitia hominum in terra, varia complectitur pctōrum genera. gen. 6. a. Iſa. 57. a. Et etiam nequitia populi. Exo. 32. c. Et malitia in qua gloriabantur Iudæi, erant verba malitiæ aduerſus Chriſtum. Vel verba mendacia, quibus peccata defendebant. p̄s. 51. 140. Hoſe. 7. a. Malum autē propriè dicitur peccatum: quod ſeparat à ſummo bono. Et malum, à quo prohibenda eſt lingua, ſunt verba variè noxia. p̄s. 33. 50. 90. 108. 120. Iob. 4. d. 20. b. Et peſſima plaga Hieruſalē eſt grauiſsimum peccatū. Iere. 30. b. Reprobum de Amalec ſunt peccata libidinis, quæ non perinde placent malis, vt alia delectabiliora. 1. reg. 15. b.

Baſi. ſ. pſ. 33. Amb. de bon. mort. Hila. ſ. Mat. cano. 5.

Dies huius ſeculi. Mala vita.

Mali dies dicuntur dies huius ſeculi, in quibus eſt malum culpę & pœnę. gen. 47. b. Ephe. 5. c. 6. c. Non quia dies mali ſint: ſed quia nobis acceſſu dierum, malitiæ incrementa cumulantur. Nullus enim dies ſine noſtro peccato prēterit. Sic malitia diei eſt mala vita noſtra. Matth. 6. d.

Ori. ſ. Luc. ho. 22. Hie. ſ. Iere 2.

Errores gētium & hæreticorum.

Praua, quæ mutantur in directa, deſignant vitam vitioſam, quæ in melius commutatur. Iſa. 40. b. 42. c. Luc. 3. a. Vel praua mutantur in directa, quum tortuoſi errores gentium ad euangelicā veritatem & rectitudinem deducti ſunt. E diuerſo in prauum conuerſa vinea, eſt Iudęa, vel anima in peccatum vel errorem lapſa. Iere. 2. c. Iob. 13. a. Peſſima vaſa fraudulenti, ſunt fallacia verba phariſęorum & hæreticorum. Iſa. 32. b.

Ori. ſ. pſ. 36. ho. 3. Arno ſ. pſ. 40. Baſi. ſ. pſ. 48.

Dies iudicij.

Malum tempus dicitur tempus iudicij, quum mali condemnabuntur. p̄s. 36. Dicitur etiam dies mala, nempe ipſis prauis. p̄s. 40. 48. Eccl'tę. 7. b. Amos. 6. a. Mich. 2. a.

Peſſimū



Grauis pſecutio — Gre. 3. mor. 2.

Peſſimum vlcus, quo percuſsit Satan Iob, deſignare poteſt grauem perſecutionem dæmonum & infidelium contra fideles. Iob. 2. b.

Pericula mortis. — Ber. ſer. de ver. Iob.

Malum, quod non tanget iuſtum in ſeptima tribulatione. i. in morte, eſt triplex, hoc eſt, horror in exitu, dolor in tranſitu, pudor in conſpectu gloriæ magni Dei. Iob. 5. c.

Mors malorum. — Ber. ſer. paruo 41.

Mala eſt mors peccatorum in amiſsione mundi: quia nō poſſunt ſine dolore ſeparari ab eo, quem diligunt: peior in diſſolutione carnis, à qua euellūtur eorum animę à ſpiritibus malignis: peſſima in tormentis inferni, quando corpus & anima perpetuis ſimul addicuntur tormentis. p̄s. 33.

Populus Iudæorum — Arno. ſ. pſ. 5. Ori. ſ. Mat. ho. 19. Aug. ſ. pſ. 62. Amb. de Ioſeph. 3. Hila. ſ. Mat. can. 12.

Malignus dicitur populus Iudæorum. p̄s. 5. 9. 62. Iob. 5. c. Et mali agricolæ erant Iudæi, aut eorum proceres. Matth. 21. d. Qui etiā dicūtur mali operarij: & praua natio. Philip. 2. c. 3. a. Peſſima quoq; fera dicuntur Iudæi: & peſſimum crimen fratrum Ioſeph eſt, quod Iudæi commiſerunt in Chriſtum. gen. 37. a. Peiora ſunt nouiſsima Iudæorum prioribus, quia antiquis delictis addiderunt necem Chriſti. Matth. 12. d.

Homines mali. Hypocritæ. — Ori. ſ. Mat ho. 20. Gre. 8. mor. 39.

Mali vocati ad nuptias erant, qui male viuebant in gentilitate: vocati ſunt autem non vt mali permanerent. Matth. 22. a. Et mali piſces ſunt homines mali, qui foras mittentur in iudicio. Matth. 13. g. Et mala arbor eſt peccator. Matth. 12. c. Iob. 9. c. Maligni etiam dicuntur hypocritæ, qui bona non benè faciunt: & recta quæ agere vident, ſub ſtudio laudis operantur. Iob. 8. d

Peruerſę intentiōes & inclinationes. — Hila. ſ. Mat. can. 12. Gre. 18. mor. 13.

Malus theſaurus ſunt peruerſæ intentiones. Matth. 12. c. Et mala via ſunt prauæ inclinationes, quas qui ſequitur aberrabit. pſ. 118. Et nequam oculus eſt peruerſa intentio. Matth. 6. e.

Praua opinio Iudæorum de Chriſto. — Hila. ſ. Matt. can 12.

Mala arbor dici poteſt inutilitas, quam Iudæi de Chriſto iudicabant, cum dicebant: Inutilis eſt nobis &c. Matth. 12. c.

Male iudicare de Deo.

Peruerſa cogitatio eſt eorum, qui putant cogitationes ſuas abſcondi à Deo: & qui conant̄ alios decipere. Iſa. 29. e. Eze. 38. c. Horum eſt peruertere iudicium propter munera. 1. regū. 8. a. Haba. 1. a.

Defect⁹ verbi Dei. — Hie. ſ. Eze.

Peſſimæ ſagittę famis dicuntur: quia defectus verbi Dei tollit vitam animę. Eze. 5. d.

## *Maledicere, Maledictio, Maledictus, Maledicus.*

MAledicere eſt malum alicui dicere, hoc eſt, conuitium, probrum, aut contumeliam in aliquem proferre. Maledictum autem eſt probrum in aliquem dictum: quod & maledictio dicitur. Maledictus vero eſt, cui male dicitur. At maledicus eſt, qui procliuis eſt maledicendū & obtrectandum.

Deteſtans Chriſtus mortalitatem. Deteſtatio peccati & erroris. — Hie. ſ. Iob. 3. Gre. 4. mor. 8. 11. 23.

Maledicens Iob diei ſuę deſignat Chriſtum deteſtantem mortalitatem per peccatum incurſam: & diabolum. Iob. 3. a. Et maledicunt diei ſancti deteſtando præuaricationē mortis: Et cū erroris diabolici tenebras dānandas denunciant: qui magnitudinē claritatis illius iam ab exordio fictam videntes deteſtantur.

Deſtruens templum. Abijciens animam peccantem. — Glo. or. ſ. thre. 2.

Maledixit Deus ſanctificationi ſuæ, quum templum antiquum deſtruxit: & cum animam in baptiſmo ſanctificatam, ſed per peccatum pollutam abiecit. thre. 2. c.

Reprobans ſacrificia Iudæorum — Hie. ſ. Mala. 2.

Maledixit Deus benedictionibus ſacerdotum. Mala. 2. a. Abijciendo videlicet ſacrificia Iudæorum. Vel benedictiones vertuntur in maledictionem, quum ſanitate abutuntur in libidinē: & diuitias vertunt in luxuriam, bonamq; famam ſordida conuerſatione deturpant. Vel cum ſacerdotes per dulces ſermones & benedictiones decipiunt corda innocentium: & qui iniquè agunt, benedicuntur ab eis.

Maledictio corporis nō bene operantis — Philo. 2. allego. Chry. ſ. gen. ho. 17. Hie. ſ. Gala. 3. Rup. ſ. Ionam. 2.

Maledictio terræ eſt, quæ corpori noſtro datur, non danti fructum bonum: & maledicitur in operibus, hoc eſt, cum male operatur. gen. 3. b. p̄s. 108.

Maledictus eſt ſerpens, & non auditus: quia mala voluptas trahens ſemper ad malum non poteſt bene haberi. gen. 3. c. Eſt autem maledictus diabolus in ſerpente. Luc. 10. c.

Vbi dicitur quis maledictus, nunquam additur à Deo: niſi deut. 21. d. vbi dicitur: Maledictus à Deo eſt, qui pendet in ligno: Quod putat Hieronymus additum eſſe à Iudęis, in contumeliam Chriſti. Vel dicitur Chriſtus maledictus à Deo: quia maledicta. i. peccata omnium noſtrū ſuper ſe tulit, & hoc à Deo: Dominus enim (inquit Iſaias) poſuit in eo iniquitates omnium noſtrum: Cæteri autem dicuntur maledici non à Deo, ſed à peccato ſuo. Peccatum autem non eſt à Deo.

Maledictio malorū in corpore. — Philo. q deteri. potio. inſidietur.

Maledictus Cain de terra. gen. 4. b. deſignat maledictionē, quæ datur malis in corpore: quia multa per corpus patiuntur, tum in morbis, tum quia corpus ſpiritui aduerſatur. Maledicitur etiam peccator centum annorum. Iſa. 65. d.

Populus Iudaicus. — Aug. 12. cont. fauſt. 11. & q. in gen. 17. Ori. ſ. num. ho. 20. Hie. ſ. Mala. 2. Beda. ſ. gen. 4.

Maledictus etiam Cain, à terra, eſt populus Iudaicus qui ab eccleſia. Oſtenditur eſſe maledictus. Et maledictio, qua Noe maledixit Chanaan filio Cham antequam naſceretur. gen. 9. d. Deſignauit pœnam populi Iudaici futuram. In quo etiam prophetauit q filij Iſrael deſcendentes à Sem poſſeſſuri erant terram Chananęorum, indicatur etiam maledictio malorum operū, antequam naſcantur: quia mala voluntas maledicitur à Deo. Et maledictus doloſus eſt populus Iudaicus. Mala. 2. a. 3. c. Et maledictus furor Simeon & Leui, hoc eſt, Iudęorum. gen. 49. a.

Ad eos

Glo ordi.ſ Mar.11.
Ad eos etiam pertinet maledictio ficus.Marc.11.c.

Lyra.ſ.Mar.11. — Maledictio hypocritarum.
Maledixit Chriſtus ficui.Marc.11.c,deſignans maledictionem hypocritarum. Ipſe quoque maledicit ſceptris hæreticorum.Haba.3.c.

Ori.ſ.Leui.ho.11.& ſ.nu.ho.15.17. &.ſ. Ier.ho.11. Philo.de cõfu.ling. Hie.ſ.Iere.15. Hila ſ.pſ.54. Iſy.ſ.Leui.10. Beda.ſ.gen.27. — Maledictio Iudæorum in Chriſtum. Execratio virtutis. Blaſphemare. Peccare.
Maledicere Iacob.gen.27.c.deſignat maledictionem,qua Iudæi maledicunt Chriſto.Maledicere quoq; Iacob exprimit tentationem minus perfecti:Maledicere autem Iſraeli eſt tentatio magis perfecti.Maledicere vero filijs Iſrael eſt omnem virtutis ſpeciem execrari.num.23.b. Maledicit etiam patri vel matri,qui blaſphemat Chriſtum vel eccleſiam.Exo.21.b. Et maledicit principi,qui blaſphemat Chriſtum.Exo.22.d.Leui.20.b.Maledicit etiam Chriſto, qui malis operibus efficit vt blaſphemetur inter gentes:& qui ipſum perſequitur:& qui peccat.Generaliter autem omnes dicuntur maledicere Chriſto,nempe Iudæi,hæretici, & cæteri infideles, ac multi etiam Chriſtiani.Num.24.b.Iere.15.c.Et maledicit Chriſto inimicus,hoc eſt, gentilis Chriſti ignarus.pſ.54.

Gre.3 paſt.adm.36 Iſy.ſ.Leui.19. — Derogare abſenti.
Maledicere ſurdo eſt abſenti & non audienti derogare. Et inobedientem nolle cum manſuetudine corrigere.Leui.19.c.

Glo.inte.ſ Iſa.24. — Maledictio in iudicio.
Maledictio vorans terram erit,quum Chriſtus dicet in iudicio:Ite maledicti in ignem ęternum.Iſa.24.b.

Arno.ſ.pſ.108. Gre.4.mor.4. — Diabolus.
Maledictio dicitur ipſe diabolus.pſ.108.Et maledicitur vir,qui nuntiat patri natum maſculum,hoc eſt diabolus.Iere.20.d.

Amb.ſ.Gala.3. — Eſſe ſub lege
Sub maledicto ſunt,qui ſunt ſub lege,in qua continebantur maledictiones.Gala.3.c.

Gre.ſ.1.reg 14. — Paſci inani gloria in hac vita.
Maledictus eſt à Saule,qui comederet ante veſperam,hoc eſt,qui in hac vita paſceretur inani gloria.1.reg.14.d.

Ori.ſ.Eze.ho.12. — Affligens diabolus peccatorem.
In maledictionem dicitur inducere Nabuchodonoſor.Ezec.17.d.quando diabolus affligit malis eum, qui eſt in peccato.

Ori.ſ.Rom.3. Baſi.& Arno.ſ.pſ.61 Glo.ordi.ſ.nu.22 — Maledicendi cõſuetudo. Intentio praua
Maledictione plenum os prauam maledicendi conſuetudinem indicat.pſ.9.Roma.3.c.
Maledicere corde eſt maledictis operibus fauere hac intentione,vt damnetur is,qui operať. Vel eſt ſub boni ſpecie in peccatum inducere.pſ.61.Maledixiſſe dicitur Balaam populo Iſrael Nume.22.b.quia licet ore coactus benedixerit:erat tamen eius animus deprauatus, & ad maledicendum paratus.

Gre.6.mor 31 — Contẽptus gloriæ ſtulti.
Maledicit pulchritudini ſtulti,qui gloriam eius ex cõſiderata damnatione iudicat:quia hoc atrocius in tormentis obruitur,quo altius in peccatis eleuatur:quia tranſit,quod extolliť, permanet,quod punitur.Iob.5.a.

Gre.16.mor.30. — Condẽnatio hæreticorum.
Maledicta dicitur pars hęreticorum in terra.Iob.24.d.quia hæreticus & ſi peruerſa agit,& tamen proſpera recipit:ſeq; à malis actibus nec donorum largitate compeſcit: proſperari quidem proſpicitur:ſed reatu perpetuæ maledictionis ligatur.

Hie.ſ.Zach.5. Gre.15.mor.7. — Cõdẽnatio malorũ
Maledictio egrediens ſuper terram dicitur volumen volans.Zach.5.a.quia in eo deſcribuntur peccata,propter quæ maledicentur homines.Item quia eloquia Dei ad æternam damnationem ſunt eis,qui illa vel ſcire nolunt,vel certè ſciendo contemnunt.

Hie.ſ.Ecclten.10. Gre.1 mor.23.&.2. mor.10. — Impiè cogitans de Chriſto.
Maledicit regi in corde,aut in ſecreto cubilis, qui in tribulationibus aliquid blaſphemum vel impium de Chriſto & ſanctis cogitat.Eccl'tę.10.d.Item qui bona opera ſibi non Deo aſcribit:Maledicit etiam Deo in faciem, qui reſpectum gratię eius ablatis rebus non requirit. Iob.1.b.

Hie.ſ.Zach.8. — Patientes Chſiani perſecutionem
Maledictio in gentibus erat Iſrael,quum Chriſtiani perſecutionem patiebantur à gentibus. Zach.8.c.

## *Malefacere, Maleficus.*

MAlefacere eſt alicui nocere.Vnde maleficus,qui pernicioſus eſt,& damnum infert, ac nocet alteri.Dicuntur tamen peculiariter malefici incantatores & venefici: & mulieres maleficę incantatrices,quæ & ſagæ dicuntur.

Cooperatores diaboli. Hypocritæ.
Malefici Pharaonis,qui faciebant ſimilia ijs,quæ à Moſe fiebant,deſignare poſſunt cooperatores diaboli & hypocritas,qui ſimilia faciunt operibus bonorum.Exo.7.b.9.c.22.c.deut.18. c.Iere.27.b.Dani.2.a.Mala.3.b.

Hie.ſ.Nahum.3. — Hæreſes.
Maleficia Babylonis ſunt hęreſes & errores.Iſa.47.c.Mich.5.d.Nahum.3.a.

Hie.ſ.Nahum.3. — Prædicator
Maleficus quandoq; in bonam accipitur partem:vt cum pſ.57.dicitur: Malefici incantis ſapienter.Ad hoc enim incantat talis maleficus,vt meretricis Niniue amore deuinctos,ad mentis ſanitatem retrahat.

## *Mambre.*

Ori.ſ.gẽ.ho.4.&.ſ. canti.ho.2. — Mundicia cordis
MAmbre.1.rebellis,aut amarus,vel commutans:ciuitas quę & Hebrõ,vel potius vallis iuxta Hebron:Ibi moratus eſt Abraham.Secundum aliquos interpretatur viſio ſiue perſpicacia:& deſignat munditiam cordis,vbi videtur Deus.gen.18.a.22.d.49.d.

Philo.de mig.Abr. — Aptus cõtẽplationi.
Mambre fuit etiam frater Eſchol,& Aner,& ſocius Abrahæ:deſignat eum, qui aptus eſt cõtemplationi:ideo iungitur Abrahæ,hoc eſt,viro perfecto.gen.14.b.

Mamma,



## *Mamma, Mamilla, uide Vbera. Mammona, uide Diuitiæ.*

## *Man, Manna.*

MAn ſeu Manna.i.præparatio,aut quid:cibus quo pauit Deus filios Iſrael quadraginta annis in deſerto:eratq; minutum & ſubtile,ſimileq; ſemini coriandri:Habebatq; omnem ſaporem ſuauitatis.Quando autem filij Iſrael primum viderunt manna,dixerunt: Manhu? quod interpretatur,quid eſt hoc?vnde relictum eſt nomen man.

Corpus Chriſti — Ori.ſ.Mat.ho.35. Au.ſ.pſ.77.&.ſ.Ioã. tract.11.
Manna ſignificare ſolet corpus Chriſti in ſacramento euchariſtiæ:quod habet guſtum cõuenientem offerentis deſiderio:quum varia ſecum afferat dona gratiarum.Exo.16.g.deut.8.a. pſ.77.Ioan.6.e.apoc.2.e.

Verbum Dei. Diuinitas in Chŕo. Sapientia diuina. — Cyril.3.ſ.Ioan.34. Amb.epiſ.1.62. Tho.1.2.q.102.ar.4 Ori.ſ.num.ho 3.
Deſignat etiam verbum Dei,& plenitudinem ſanctitatis & diuinitatis in Chriſto, & ipſam ſapientiam.Et vt manna quibuſdam prodeſt,quibuſdam ſcatet vermibus:ita Chriſtus, qui eſt verbum Dei,in iudicium venit in hunc mundum.Exo.16.e.Ioan.9.g.Nehe.9.d.

Sacra doctrina. — Ori.ſ.Exo.ho.7.& ſ.Nehe.ho.10. Philo.2.allego. Aug.ſer.91.
Significat præterea ſacram doctrinam,quæ cœleſtis eſt:& ſenſum ſpiritalem: & guſtum aut admirationem ſupernæ dulcedinis:vnde appellatur,quid eſt hoc,quia doctrina cœleſtis paucis eſt cognita.Et vt manna erat minutum & ſubtile ſicut ſemen coriandri, ſacræ ſcripturæ ſubtilitatem indicat.pſ.77.Sapi.16.c.Ioſu.5.c.

Vita intelligibilis. Bonitas in Deo. Immortalitas. — Epipha.2.cont.hære.tomo.1. Tho.1.2.q 102.ar.4.
Manna intra arcam fœderis deſignare poteſt vitam,quæ eſt in mundo intelligibili:vel bonitatem,quæ eſt in Deo.Exo.16.g.Hebrę.9.a.Poteſt etiam ſignificare immortalitatẽ.apo.2.a

Virgo Maria — Aug.ſ apoc.ho.2. Amb.ſer.3.
Manna quoq; beatiſsimam virginem Mariam ſignificare poteſt.

Conſolationes ſpiritusſancti. — Gre.27.mor.17.
Manna præterea conſolationes ſpirituſſancti ſignificare poteſt,quibus ſuſtẽtat Deus in deſerto huius vitæ eos,qui ſe à temporalibus & carnalibus ſeparant.apoc.2.e.Et hoc manna deficit,quum quis ad terrena ſe confert.Ioſu.5.c.Cum autem hæ conſolationes recipiuntur, faciunt recipientem dicere,Manhu?quid eſt hoc?

Opera. — Ori.ſ.pſ.36.ho 3. Aug.ſer.91.
Manna quoq; deſignat opera,& duplex manna colligendum die ſexto, vt ad ſabbatũ ſufficiat,deſignat debere nos in hac vita colligere opera,quę nobis ſufficiant ad futuram. Exod. 16.g.Colligenti autem manna ad alteram diem pręter ſabbatum,ſcatent vermes,hoc eſt,operanti propter vitam pręſentem pereunt merita.

Litera legis. — Cyril.3.ſ.Ioan.36.
Manna quod defecit,quum introducti fuerunt filij Iſrael per Ioſue in terram promiſsionis.Ioſu.5.c.deſignat literam legis defeciſſe,adueniente Ieſu per carnis aſſumptionem.

## *Manaim.*

Diuinũ auxilium
MAnaim,ſeu potius Machanaim.i.caſtra:locus,vbi vidit Iacob caſtra Dei, cum timeret fratrem ſuum,trans Iordanem iuxta fluuium Iaboc: eſt ciuitas refugij in tribu Gad Leuitis Meraritici generis ſeparata.Figura eſt diuini auxilij,quod paratum eſt ijs,qui inuocant eũ in veritate.gen.32.a.Ioſu.13.c.21.c.1.par.6.g.

## *Manare, uide Fluere.*

## *Manaſſes.*

MAnaſſes.i.oblitus,ſeu obliuio,filius primogenitus Ioſeph:cui prelatus eſt frater iunior in benedictione,quã dedit illis Iacob.Dimidia eius tribus accepit hereditatẽ trans Iordanẽ.

Pax eccleſiæ Chriſtus. Fideles. — Aug.ſ.pſ.59. Rup.8.ſ.gen 42.
Manaſſes vt interpretatur obliuio,dicitur eſſe Dei vel eccleſiæ. pſ. 59. Et deſignat tempus illud eccleſiæ,quando ceſſantibus perſecutionibus,quibus infideles in martyres ſęuiebant,oblita eſt priorum preſſurarum.Deſignat etiam Chriſtum,qui propter nos oblitus eſt domus patris ſui.i.Iudeæ.Item fideles,qui obliuiſci debent omnem cognationem carnis.

Religioſi — Ber.ſer.6.vigil.natalis domini.
Manaſſes quantum ad eam partem,quæ tranſiuit Iordanem,deſignat religioſos, qui obliuiſcuntur rerum mundi.pſ.79.

Iudæi. — Ori.ſ.nu.ho.26.& ſ.Ioſ.ho.3.26. Amb.de bene.pſ1a.1.&.de Ioſeph.7. Aug.ſ.pſ 79
Manaſſes vt dicitur obliuio,deſignat Iudæos,qui obliti ſunt Dei,aut quorũ dolores Chrſ oblitus eſt,poſtquam reſurrexit.Ipſi fuerunt primogeniti,quibus tamen prælatus eſt populus iunior gentilium:& acceperunt hæreditatem trans Iordanem,hoc eſt,in hac terra ante baptiſmum.gen.41.g.48.c.num.32.f.Ioſu.1.c.13.d.22.a.pſ.79.

Plenitudo terræ — Hila.ſ.pſ.59.
Manaſſes qui dicitur eſſe Dei.pſ.59.plenitudinem terræ ſignificare poteſt: quia domini eſt terra & plenitudo eius.

Reminiſcentia. — Philo.2.allego.& de congreſſu &c.
Manaſſes pręterea,vt accepit minorem benedictionem à Iacob, typus eſt reminiſcentiæ, cui poſteriores partes dantur:ideo Iacob ſiniſtram poſuit ſuper caput eius.gen.48.c.

Aug.q in iudi.49.
Manaſſes iuxta Auguſtinum interpretatur neceſsitas,cui non cedit is,qui proficit: & ſicut Iephte non ceſsit Moabitis,ſic qui tranſit Manaſſen,non cedit terrentibus. Iudi.11.e.

Sectæ hæreticorum — Hie.ſ.Iſa 9.
Manaſſes,Ephraim,& Iudas mutuo ſe vorantes,diuerſæ ſunt hæreticorum ſectę mutuo ſe conficientes.Iſa.9.b.

## *Mancipare, Mancipium, uide Seruus.*

Mandare,

## Mandare, Mandatum, Præcipere, Præceptum, Iubere.

MAndare eſt committere,& commendare:vt mandare memoriç,aut literis,vt ſeruetur.Prçcipere autem eſt monere,inſtruere,docere:& etiam iubere,diſponere,& prohibere.Mãdatum autem,prçceptum,& iuſsio ſçpe pro eodem accipiuntur:ſicut & ipſa verba. Eſt etiam mandare nunciare,& promittere.

Hila.ſ.pſ.67. Hie.ſ.Iob.38. — Incarnatio.

Mandat Deus virtuti ſuç,hoc eſt,pater filio,qui eſt eius virtus.pſ.67.Et præcepit Deus diluculo,quum fecit incarnari filium ſuum.Iob.38.b.Prçcipit etiam Deus ſupra propiciatorium quum prçcipit per Chriſtum.Exo.25.b.

Dans Deus vitam æternam.

Mandauit Deus benedictionem & vitam in Sion, ſecundumq; in patria cœleſti dat vitam çternam omnibus,quibus benedicit.pſ.132.

Hie.ſ.Iſa.45. — Ordinans Deus milites cœleſtes.

Mandauit Deus militiæ cœli,quum milites cœleſtes ordinauit.Iſa.45.b.

Hie.ſ.Iſa.5.13. — Mittẽs apoſtolos ad prædicandum.

Mandauit Deus ſanctificatis ſuis,quando miſit apoſtolos ad prçdicandum.Iſa.13.a. Sic mãdauit nubibus.pſ.77.Ediuerſo mandat nubibus ne pluant,cum remouet prophetas & apoſtolos:aut prohibet eos prçdicare alicubi.Iſa.5.b.

Gre.23.mora.17.18. — Faciens cõdeſcendere minoribus.

Prçcipit Deus niui vt deſcendat in terram.Iob.37.a.cum charitas Chriſti, quç ſanctorum mentes ad ſuperna ſubleuat,eas pio moderamine pro fraterna dilectione,etiam ad humilitatẽ condeſcenſionis format.

Baſi.ſ.pſ.32. — Inſtituens legem.

Mandauit Deus mandata ſua cuſtodiri nimis.pſ.118.quia in lege, prophetis, & euangelio mandauit.Mandauit etiam Deus quç loqueretur Moſes,quum dedit legem, quç loquitur ijs, qui ſunt ſub lege.Exo.7.a.19.a.29.f.31.c.33.c.34.b.35.a.39.a.40.c. Leui.4.a.8.a.9.a. Mandat autem Deus creaturis rationalibus,& ijs,qui renouantur:Dicit vero etiã irrationalibus.pſ.32.

Hie.ſ.Nahum.1. — Punitio Dei p alios

Mandauit Deus aduerſum Iacob,quum per alios puniuit Iudços & generaliter dicitur mãdare aduerſus aliquos,quando per alios eos punit.thre.1.f. Dicitur autem prçcipere, vt cognoſcatur id,quod quis patitur,non fortuito & abſq; aliquo iudice euenire, ſed Deo pronunciante.Nahum.1.d.Mandat etiam Deus ſerpenti,quum exequitur pœnam per diabolũ. Amos 9.a.Ita mandat Aſſur vt diripiat prçdam:quia diabolum facit iuſtitiæ ſuæ executorẽ. Iſa.10.b.

Ori.ſ.Mat.cap.14. — Subiectio carnis.

Iubens Ieſus diſcumbere turbam ſuper fœnum.Matth.14.b. deſignauit carnem ſubijciendam eſſe rationi.

Glo.inte.ſ.Exo.19. — Nõ plus ſapere.

Iuſsit dominus poni terminos in circuitu montis, ne filij Iſrael vltra eos progrederentur. Exo.19.d.Vbi deſignatur altiora nobis non eſſe ſcrutanda: ne plus velimus ſapere, quam oportet ſapere.

Mandans lex per p̃dicatorem.

Iubere dicitur Moſes præconis voce,quum lex præcipit aliquid per prædicatorẽ. Exo.27. d.36.a.Leui.10.b.

Gre.9.mor.3.&.27.mor.11. — Auferens Deus prædicatores.

Præcipit Deus ſoli,ne oriatur:quum prædicatores abſtulit à Iudæa, aut ab alijs, ne lumen veritatis eis inferant.Iob.9.a.Et præcipit luci,vt rurſus adueniat: cum in fine mundi reliquiæ Iudçorum conuertentur:& quia dum peccatores ſe ſuis viribus ſaluari nõ poſſe cognouerint gratiç lumen accipiunt,& protectionis intimç radijs illuſtrantur:vt maiore ardore poſtmodũ cœleſtem patriam diligant,quàm prius terrena delectatione flagrabant.Iob.36.d.

Cõuerſio vltima Iudæorum.

Hie.ſ.Iſa.13. — Lex ad ſacerdotes dirigitur. Mittens Deus prædicatores& angelos

Prçcipiens Moſes Aaron & filijs eius.Leui.6.b. deſignat mandata legis peculiariter ad ſacerdotes ordinari,à quorum ore reliqui requirunt legem.Ita mandatum Dei dicitur peculiariter eſſe ad ſacerdotes.Mala.2.a.Prçcipit etiam Deus militiç belli,vt deſtruat terram,quũ mittit prçdicatores ad corda terrena conuertenda:vel cum mittit angelos in iudicio.Iſa.13.a.

Glo or.ſ.Leui.14. — Emundatio pctõris per pœnitentiam

Iubens ſacerdos immolari paſſerem ad emundationem leproſi.Leui.14.a. deſignat oblationem ſacrificij pro emundatione peccatorum.Et iubet erui lapides leproſos à domo,cũ emundat peccatorem per ſacramentum pœnitentiç.Et prçcipit efferri, quç ſunt in domo leproſa, antequam ingrediatur.Leui.14.e.quum curat auſerre omnes occaſiones peccatorum.

Glo.or.ſ.Exo.32.

Iubens Aaron afferri ſibi inaures. Exo.32.a.Poſuit difficile prçceptum:ſed facile obtemperarunt proni ad idololatriam.

Gre.ſ.1.reg.2. — Cognoſci myſteria in ſcripturis.

Prçcipit Deus offerri ſibi in tẽplo,vt deſignet ſua myſteria in ſcripturis ſanctis debere cognoſci.1.reg.2.f.

Miſſus Chriſtus ad Iſrael.

Præcipiens Ioſeph vt egrederentur Aegyptij,ne intereſſent cognitioni fratrum. gene.45.a. deſignauit Chriſtum dicentem, Non ſum miſſus, niſi ad oues, quç perierunt domus Iſrael. Matth.15.c.

Hie.ſ.Ierem.7.&.ſ.Eze.20. — Permiſſa ſacrificia Iudæis

Dicit Deus ſe non prçcepiſſe,vt ſibi offerrentur holocauſta: vt oſtenderet ad Iudæorum duriciam illa potius eſſe permiſſa,ne videlicet idolis offerrentur,quàm ab eo exacta. Iere.7.e. Et dicuntur prçcepta non bona,quia ſacrificia illa non erant per ſe bona,vt ea quæ in prçceptis decalogi continentur:ſed nec erant mala:quia Deo offerebantur.Eze.20.c.

Hie.ſ.Amos.2. — Prohibẽtes p̃dicare

Mandant prophetis,ne prophetent:qui prohibent doctores prædicare.Amos.2.d.

Amb.2.de Abra. — Propellens à ſe ſapientem.

Præcipiens Pharao vt deducerent Abrahã & vxorẽ eius extra Aegyptũ.gen.12.d.deſignat mentem prauam,quç propellit à ſe ſapientem cum ſua ſapientia,ne ab eo redarguat.gen.12.d.

Manda



Hie.ſ.Iſa.28.

Manda remanda dicitur ab ijs, qui non credunt verbis domini per prophetas enunciatis; quibus dominus comminatur,comprehendendos eos eſſe ab erroribus,qui veritati credere noluerunt.Iſa.28.c.

Baſi ſ pſ.7. Hila.ſ.pſ.118. Gre.16.mor.17.

Mandatum domini eſt,in quo obſeruatio præceptorũ & cuſtodia continetur: vt illud: Nõ occides &c.Et quia mandata ſunt lucida,dicitur præceptum domini lucidum illuminans oculos pſ.7.18.Mandata autem,quæ præcipit Deus non fieri,ſunt præcepta negatiua. Leuiti.4.c. Cæterum mandata Dei dicuntur mandata labiorum eius,ſecundum quòd per ſcripturam quaſi per labia Dei nobis manifeſtantur.Iob.23.c.Exo.4.c.15.d.18.c.Leui.10.a.

Amb.ſ.Ephe.6.

Mandatum primum dicitur,quod eſt de honoratione parentum,non ſimpliciter, ſed primum in ſecunda tabula.Ephe.6.a.

Eleuari in contemplationem — Gre.31.mor.33.34.

Ad præceptum Dei eleuatur aquila.Iob.39.c, quando videlicet ſancti iuſsionibus diuinis obtemperantes,ſubtili intelligentia,& ſublimi contemplatione in ſupernis ſuſpenduntur.

Inſpiratio caſtitatis — Lyra.ſ.gen.28.

Præceptum Iſaac ad Iacob,ne acciperet vxorem de filiabus Chanaan,deſignat inſpirationem caſtitatis.gen.28.a.

Credere prædicantibus apoſtolis.

Præceptum manus apoſtolorum dicuntur Idumæa & Moab:quia ad eorum prædicationẽ crediderunt.Iſa.11.d.

Cõſtãs ordo naturç

Præceptum ſempiternum:& præceptum maris ſempiternum, conſtantem ordinem naturæ deſignare poſſunt.Leui.10.b.Iere.5.e.

Statuta principum fidelium. — Glo.int.ſ.gen.26.

Præceptum Abimelech,ne quis tangeret Rebeccam, deſignat ſtatuta principium ad fidei catholicæ obſeruationem.gen.26.c.

Traditiones phariſæorum. — Hie.ſ.Iſa.29.

Mandata hominum dicebantur traditiones phariſæorum:quia ab hominibus inuentæ, neç legi diuinæ penitus concordes.Iſa.29.d.Mat.15.a.

## Mandere, uide Comedere.

Mandere, uide Comedere.

## Mandîbula, Maxilla, Tempora.

MAndibula eſt ea pars animalis,in qua dentes fixi ſunt,quæ & maxilla dicitur.Sæpe tamen maxilla dicitur pars exterior faciei,quæ barbam emittit:cuius partes ſuperiores ex vtraq; parte tempora dicuntur.

patientia. — Ori ſ.Mat.ho.14 Amb.2.d ſpũſ. ſ̃a.

Maxilla,qua Samſon percuſsit hoſtes,ſignificare poteſt patientiam, qua vincuntur dæmones:& fons maxillæ eſt fons patientiæ.Iudi.15.c.Ideo ponitur exemplũ percuſsionis maxillæ. Matth.5.f.Luc.6.d.

Verbum Dei. Contemptibiles. — Hie.ſ.Mat.15. Rup.ſ.Iudi.19.

Deſignat etiam verbum Dei,quo Deus innumeras Iudæorum & dæmonum ſtrauit cateruas:& fontem vitæ corpori ſuo aperuit.Item contemptibiles mundi, cum quibus Deus vicit fortes.

Primitiæ ſermonis. — Philo.3.de victi. Hie.de veſte. ſacer.

Maxilla quæ cedit in partem ſacerdotis,deſignat ſermonis primicias deberi ſacerdotibus:& ipſos debere eſſe eloquentes:vt quod pectore conceperint,ore promere poſsint.

Maxilla Chriſti. — Hie.ſ.Mich.5.

Maxillam iudicis Iſrael,hoc eſt,Chriſti percuſſerunt Iudæi.Mich.5.a.Tẽpora quoq; Dauid tempora Chriſti ſignificant.pſ.131.

Sacerdotes. Prædicatores. Patriarchæ. — Gre.13.mor.7.8. Rup.ſ.Iere.14.

Maxillæ eccleſiæ dici poſſunt ſacerdotes,ſeu prædicatores,qui alios conuertere ſatagunt:& de eorum lapſu amplius plangunt.thre.1.a.Per ipſos enim ſancta eccleſia iniquos à vitijs conuertendo conterit:& quaſi glutiens in ſua membra conuertit.Iob.16.b.Et maxilla aſini in manu Samſon,ſunt prædicatores in manu Chriſti. Iudi.15. c. Patriarchæ etiam fuerunt maxillæ eccleſiæ.

Subiectio diaboli. Verba iactantiæ. — Gre.ſ.pſ.31.

Maxilla in malis eſt ſubiectio diaboli & hæreticorum:& verba iactantiæ. Iſa.30.f.pſ.31.

Prædicatio carnaliũ — Ori.ſ.Iudi.ho.5.

Maxilla ſeu tempora Siſaræ defixa clauo deſignant os,quod prius carnalia prædicabat, debere deinceps crucem Chriſti prædicare.Iudi.4.d.

Vis tentationis diaboli — Gre.33.mora.14.15.

Maxilla Leuiathan dici poteſt vis tentationis diaboli,qua retinere nititur & deglutire,quos tentat.Iob.40.d.Eze.29.a.38.a.

## Mandragora.

MAndragora eſt herba,cuius duo ſunt genera:candida quæ & mas: nigra quæ & fœmina exiſtimatur.Mandragora eſt anguſtioribus folijs,quàm lactucæ,hirſutis, & caulibus à radicibus binis terniſue,rufulis,intus albis,carnoſis,teneriſq;,pene cubitalibus.. Ferũt mala auellanarum nucum magnitudine,& ijs ſemen ceu pyrorum:odor eius eſt grauis,ſed radicis & mali grauior.Excitat ſomnum:Et potu largiore etiam mortem infert.Aiunt radices corporis humani figuram præſe ferre:quas tamen impoſtores,ficta arte mentiuntur.

Plini.25.natu.hiſ.13

Popularis fama. — Aug.22.cõt.Fau.54 Beda.ſ.gen.30. Ricar.de.1.victo.de 12.p̃riar.29.

Mandragora quia pomum habet odoriferum,famam bonam popularem ſignificare poteſt. Vt autem mandragoræ venerunt ad Rachel per Liam,deſignant contemplatiuos non eſſe nontos,niſi per actiuos.gen.30.b.vnde filius Liæ mala mãdragorica inuenit exiens in agrũ,hoc eſt honeſte ambulans ad eos,qui foris ſunt.Doctrina vero ſapientiæ, quæ à vulgi ſtrepitu remotiſsima,in contemplatione veritatis dulci delectatione defigitur, hanc popularem gloriã non

aſſequeret,

aſſequeretur,niſi per eos,qui in medijs turbis agendo ac ſuadendo populis præſunt:nō vt pręſint,ſed vt proſint.

Gre.ſ.cant.7. — Perfecti.

Mandragoræ etiam perfectos aut perfectorum virtutem ſignificant.canti.7. d. qui dum imperfectorum infirmitatibus medentur,in fide,quā prædicant,in portis eccleſiæ veri medici eſſe comprobantur:qui dum exempla bonorum operum circumquaq; per ſanctam famam tribuūt quaſi odorem,quo ęgroti ſanentur,aſpergunt.

Amb.ſ.pſ.118.ſer.19 — Fructus ſynagogæ

Poſſunt præterea mandragoræ deſignare fructus ſynagogæ,qui conceſsi ſunt eccleſiæ:ſicut Lia conceſsit mandragoras Racheli.

Amb.ſ.pſ.118.ſer.19. — Gentiles

Mandragoræ rurſus gentilium typum gerere poſſunt:qui prius male olebant, & erant non mandragoræ mares,ſed fœminæ:cæterum conuerſi & venientes ad eccleſiam,fidei & bonorū operum odorem dederunt,& in mandragoras mares conuerſi ſunt.canti.7.d.

## *Manducare,uide Comedere.*

## *Mane, Matutinum, Diluculum.*

MAne dicitur diei principium,quando dies clarus eſt:quod & matutinum tempus dicitur, aurora iam apparente & omnia illuſtrante.Dicitur etiam diluculum ante ortum ſolis.

Ori.ſ.Mat.ho.16.& ſ.Exo.ho.7.&.ſ. Leui ho.5. Baſi.ſ.pſ.45.48. Hie.ſ.Iſa.58.&.ſ.Iere 31. Aug ſ.pſ.58. Gre.ſ.1. reg.5.&.8. mor.20.&.25.mo.7. Iſy.ſ.Leui.6. Beda.ſ.gen.1. Arno ſ.pſ.18. — Illuſtratio diuinæ. Suſceptio gratiæ.

Mane ſignificare poteſt illuſtrationem diuinę claritatis: vt cum mane replemur miſericordia Dei.Ita ſignificat tempus ſuſceptionis gratiæ:& conſurgit mane,qui gratiam ſuſcipit,& ad bene operandum excitatur.Ita mane eſt renouatio creaturæ.Mane etiam eſt, cum ſpiritualia præferuntur temporalibus:& mane ſubijciuntur ligna altari,hoc eſt,in vigilantia & ſobrietate animę à Deo illuſtratæ.gen.1.a.19.a.21.b.24.f.28.b.32.f.41.b.44.a.Exo.8.c.9.c.10.d.14.f.16.c.18.b.19.c.Leui.6.d.1.reg.5.a.ps.5.45.48.62.89.91.100.142.Iſa.14.c.58.c.Hoſe.6.a.Amos.5 b.Matth.21.b.In hoc diluculo viſitat Deus hominem.Iob.7.d.Et mane,quo iudicare debent iudices,eſt lux veritatis.Iere.21.c.Mane venit de agro Saul,vt deſignet prælatum in oriente ſibi veri luminis ſplendore ſubditorum cauſas inquirere debere.1.reg.11.c.Mane autem cum ſuccedit veſperi,profectum lucis ſignificare poteſt.ps.58.

Ori.ſ.Mat.ho.35. Hie.ſ.Iſa.8. — Lux euangelicæ veritatis.

Matutina lux.Iſa.8.d.doctrinam & lucem euangelicam ſignificare poteſt.Et non reſeruare de ſacrificijs vſq; mane eſt non docere vetuſtatem literæ,ſed nouitatem ſpiritus. Mane autem dicuntur feciſſe concilium pontifices contra Ieſum:quia cognita veritatis luce, in eum peccauerunt.Matth.27.a.

Aug.1.de gen.ad liter.17. Ori.ſ.Mat.ho.10. — Exordium cuiuſq creaturæ. Initium mundi

Mane in creatione mundi ſignificare poteſt in ſingulis diebus exordium incipientis creaturæ:Vel noui operis inchoationem.gen.1.Et mane primum,quo exijt pater familias, exordiū mundi ſignificare poteſt:& tempus ab Adam vſq; ad Noe.Matth.20.a.

Aug.epiſ.29 q.6. Baſi.ſ.pſ.29.45. Arno.ſ.pſ.5.48. Ori.ſ.Ioſu.ho.8. Gre.16.mor.21. — Incarnatio Chriſti.

Mane fuit in coniunctione carnis cum verbo:& tempus ortus Chriſti, quo viſa eſt gloria domini:quod etiam deſignat diluculum,quo Chriſtus venit in templum.ps.5.29.45.48.58.62 100.Exod.10.d.16.c.Ioan.8.a.21.b.Iſaiæ.21.c.50.c.Et ipſe Chriſtus dicitur vermis matutinus. Ionæ.4.c.

Cyril.3 ſ.Ioan.34.& 12 ſ.Ioan.62.3 Hie.ſ.pſ.21.29.56. Aug.ſ.pſ.21.54. — Reſurrectio Chri.

Mane præterea eſt tempus reſurrectionis:quod & diluculum dicitur:& matutinum, in quo eſt lætitia,eſt tempus reſurrectionis:& ipſe Chriſtus dicitur matutinus ceruus.ps.29.54.56.cātic.7.d.Et matutina aſſumptio reſurrectionem & aſcenſionem Chriſti indicat.ps.21. in titulo. Iob.7.d.Marc.16.b.Ioan.20.a.

Aug.1.de gē. ad lit. &.4.de gene.ad lit. 18.&.ſ.pſ 58. Gre.ſ.1.reg.3. — Cognitio matutina angelorum. Fœlicitas

Mane quandoq; dicere poteſt cognitionem matutinam angelorum in verbo. geneſ. 1.a. Et mane in ſabbato ſiue veſpera,deſignat quietem æternæ gloriæ.Mane quoq; eſt initium gloriæ Exo.27.d.Leui.6.b.ps.29.58.Et dormiens Samuel vſq; mane deſignat ſanctos per dormitionē mortis venire ad mane fœlicitatis æternæ.1.reg.3.c.

Hie.ſ.Iſa.21. Gre ſ.1 reg.1. Aug.ſ.pſ.87. Hie.ſ.Amos.4. — Initium fidei. Cognitio Dei obſcura.

Mane initium fidei ſignificare poteſt:& fidem gentilium. Exod.12.d. 16.c. Iſaiæ. 21.c. Et mane ſurgentes Elcana & Anna,deſignant in exortu interni luminis eccleſiam ad gentes tranſiſſe,relicta Iudęa in nocte infidelitatis.1.reg.1.c.3.reg.17.c.ps.87.Et matutina nebula,eſt cognitio Dei,quæ in hac vita habetur per ſpeculum in ęnigmate. Amos.4.d.

Gre.ſ.1.reg.9. — Conuerſatio bona.

Mane diei ſequentis,eſt ſerena lux ſanctę conuerſationis.1. reg.9.c.

Gre.6.mor.14. — Tempus prædicationis Chriſti

Mane & nox fuit tempus prędicationis & miraculorum Chriſti in quorum luce Iudęi in incredulitate remanſerunt.Iſa.21.c.

Hie. Cypr.& ſ.Iſa.5 Gre 5 mor.28. Aug.ſ.pſ 89. Ori.ſ.Eze.ho.4. Hie.ſ.Eccleſ.12. — Initium vitæ. Tempus huius vitæ

Mane aliquando deſignat initium vitę:& de mane vſq; ad veſperam eſt à iuuentute vſq; ad ſenectutem.Exo.18.b.Iob.4.d.ps.89.128.Eccl'tę.11.c.Iſa.5.c.38.c.Et mane quo exijt pater familias ad operarios,eſt pueritia.Matth.20.a.Et mane quo lupus comedit prædam, ſignificat iuuentutem Pauli,quando perſecutus eſt eccleſiam.gen.49.d. Eſt etiam mane tempus huius vitę:& comedunt principes mane,quum huius vitæ voluptatibus vacant.Eccl'tæ.10.d.Et mane colligere manna eſt ſtudioſè operari tempore vitæ præſentis. Exod.16.c. Et mane vadens Moſes ad Pharaonem,deſignat eum,qui ſtudioſè in hac vita diabolum aggreditur.Exo.7.c.

Beda.ſ.Exo.19 — Tempus mortis.

Mane interdum eſt tempus mortis.Exo.10.c.Et mane conſurgit Deus ad admonendum: quia



Finis vitæ. — Hie.ſ.Iere.7. Rup.4.ſ.Exo.19.

quia poſt mortis quietem viribus corporis inſtauratis,anima hominum vegetior eſt & nequaquam voluptatibus occupata,cibiq; deſiderio,vt audire & facere valeat quæ dicuntur. ps.5. Iſa.26.b.Ieremi.7.c.Ardet lucerna vſq; mane,cum quis bene operatur vſque ad finem vitæ Exo.27.d.

Finis mundi Dies iudicij. Reſurrectio vniuerſalis — Baſi.ſ.pſ.29.45. Hie.Cypri.&.ſ.Iſa.17.&.ſ.Ioel 2. Iſy.ſ.Leui.7.19. Aug.1.q.in euan.20. &.ſ.pſ.100.

Mane quandoq; finem mundi & diem iudicij & tempus reſurrectionis ſignificat.Exo.12.d. 16.c.19.c.27.d.34.a.Leui.7.b.19.c.ps.5.29.45.56.89.100.138.142.Iſa.17.d.33.a.Matth.16.a.Et dicitur mane expanſum ſuper montes.Ioel.2.a.quia vt lux matutina omnia comprehendit,ita dies iudicij:ſed incipit à montibus,hoc eſt,à primatibus eccleſiæ.pro.1.d.Sopho.3.a. Poteſt etiam mane ipſam ſpem,quam de reſurrectione habemus,ſignificare. Gre 8.mo.33.&.16.mor.27.

Propinqua vindicta Dei. — Arno.ſ.pſ.138. Hila.ſ.pſ.56. Ber.ſ.cant.ſer.33. Hie.ſ.Iſa.28.

Mane diluculo veniens flagellum indicat propinquitatem & durationem diuinæ vindictæ. Iſaiæ. 28. c.In matutinis quoque eſt caſtigatio bonorum: quia non differtur, ſicut malorum. ps.72.

Progreſſus paſsiōis Chriſti — Aug.ſ.pſ.71. Iſy.ſ.Leui.6.

Mane & veſpere obtulit ſacerdos ſimilam,cum Chriſtus cępit paſsionem in domo Caiphę, & conſummauit eam in tenebris factis vſq; ad horam nonam. Leui.6.c.

Principiū boni operis Gratia cōpunctiōis — Gre.ſ.1.reg 11.

Mane adolere incenſum eſt in principio boni operis orare. Exo.30.a.34.a.Significatur etiā gratia compunctionis,cum qua adoletur incenſum orationis.

Puritas cōſcientiæ. Inſpiratio diuina — Hila.ſ.pſ.62. Arno.ſ.pſ.129 Gre.ſ.1.reg.11.

Mane aut matutina vigilia dici poteſt puritas conſcientiæ & diſpoſitio animæ ad intelligēdum;& inſpiratio diuina mētem illuſtrans.ps.62.129.1.reg.11.c.Iſa.50.b. Et mane offert agnū, qui cum pura conſcientia offert Chriſtum.Exo.29.g.Leui.9.c.

Tēpus legis ſcriptæ — Ori ſ.Leui.ho.4.& ſ.num.ho.23. Aug ſ.pſ.118. Ber.ho.1.ſ.Miſſus eſt Beda.ſ.gen.49

Mane interdum dicitur tempus legis ſcriptæ,aut initium diuinæ legis:& tempus fidei ſynagogæ:quando adolebatur incenſum domino.Exo.30.a.34.a.Numer.28.a. Leui.6.b. Iſa.17.c. Hoc diluculo ſancti veteris legis præueniebant ad Deum expectantes meridiem aduentus Chriſti.ps.89.118.Hoc etiam mane comederunt prædam ſacerdotes:ſicut dictum eſt de Beniamin.gen.49.d.

Cognitio rer.facil. Rudiora præcepta. Perfecta cognitio pronunciandi. — Amb.ſer.30. Hie.ſ.Iſa.26. Gre ſ.1.reg.3.

Mane dici poteſt cognitio rerum facilium,quam qui accipit,debet mox adolere incenſum orationis,vt ad maiorem veniat cognitionem.Exo.30.a.34.a.Et ſuſceptio matutina ſignificat prima præcepta rudibus data.ps.21.in titulo.Iſa.26.b.Sic mane venit Maria Magdalena ad monumentum.Ioan.20.a.Mane etiam perfectam cognitionem pronunciandi, quæ debet eſſe in mente doctoris ſignificare poteſt.1.reg.3.c.Ante quam cognitionem adeptam, non debet ſurgere ad prædicandum,iuxta illud.ps.126.Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere.Et in his matutinis eſt meditandum.ps.62.

Tempus lætitiæ. — Ricar.de.ſ.victo.de ſtatu.inter.hōis.27

Matutinum tempus aliquando eſt tempus lætitiæ:vt ps.29. Ad veſperū demorabitur fletus, & ad matutinum lętitia.

Tempus proſperitatis. — Gre.16.mor.27.&.5 mor.28. Aug.ſ.pſ.64. Euch.for.ſpūa.3.

Mane præterea dicitur tempus proſperitatis:& mane ſurgentes Elcana & Anna deſignant proſperum iter prædicationis inuentum in gentibus.1.reg.1.c.Mane etiam comedunt, qui de mundi proſperitatibus extolluntur.Eccl'tæ.10.c.Et mane primo conſurgit homicida: quia in præſentis vitæ gloria peruerſus quiſq; erigitur: & illorum vitam deprimit, qui dum ſequentem gloriam ſitiunt,quaſi ſatiari in veſpere exquirunt.Iob.4.d.24.c.ps.64.

Solicitudo malorū.

Mane ſurgentes ad immolandum idolis deſignant ſolicitudinem malorum ad perpetranda peccata.Exo.32.a.

Aperta reprehenſio. — Gre.ſ.1.reg.15.

Mane quandoq; eſt aperta reprehenſio:vt cum Samuel iuit mane ad reprehendendū Saulē. 1.reg.15.c.

Senectus. — Ori.ſ.Mat.ho.30.33

Mane quandoq; ſumitur pro ſenectute prouecta:vt cum in nocte huius vitæ dominus dicit venire mane.Marc.13.d.

Angeli — Gre.28.mor.14.

Matutina aſtra dicuntur angeli.Iob.38.a.quia primo tempore ſunt conditi:qui etiam matutina aſtra dicuntur:quia ſępe ad exhortandos homines miſsi ſunt:& dum venturum mane nunciant,ab humanis cordibus pręſentis vitę tenebras fugant.

Homo — Hie.ſ.Hoſe.13

Matutina nubes cito deficiens,& ros matutinus in comparatione hominum aſſumūtur, qui cito deficiunt.Hoſe.13.a.

Mane mane ponitur pro ſingulorum dierum matutino tempore.Exo. 46.e.

Defectus lucis hæreticorum. — Hie.ſ.Hoſe.11.

Sicut mane tranſit rex Iſrael.Hoſe.11.a.quia hæretici in principio aliquam lucem in eccleſia habuerunt:ſed creſcente illa in luce,ipſi ad tenebras tranſierunt.

Eccleſia — Gre.29.mor.1.

Diluculum eſt eccleſia in hoc ſeculo:quę velut media eſt inter lucem ſupernę patrię,& tenebras peccatorum.Iob.38.b.

Manicare.Luc.21.g.ſumitur pro mane ſurgere,aut mane ire.Eſtq; vocabulum nouum.

## *Manere, Manſio.*

MAnere eſt in aliquo loco ſe continere,aut morari:& quandoq; durare & perſiſtere. Māſio autem,vbi quis manet.Eſt item manere expectare,& inhærere.

Duratio legis euangelicæ — Baſi.ſ.pſ.32.

Manet in æternum conſilium domini:quia veritas euangelica omnia vincit.Et vt maneat in nobis prius diſsipandæ ſunt humanæ cogitationes. ps.32.

Manet

Glo.ordi.ſ.gen.19.

Manet Deus vel angeli in domo alicuius,cum eis grata eſt anima: vt manſerũt angeli apud Lot.gen.19.a.Et manſit Deus ſeu ſpiritusſanctus in fidelibus.Ioan.14.d. — Gratum eſſe Deo.

Ori.ſ.Mat ho.16. Hila.ſ.pſ.54. Hie.ſ.Iere.14.

Manens Ieſus in Bethania eſt quieſcens in eccleſia.Matth.21.b. Et manens idem in ſolitudine eſt quieſcens in eccleſia ex gentibus.p̃s.54.Et dicitur declinaſſe Chriſtus ad manendum, quando relictis Iudæis receptus eſt in eccleſia.Iere.14.b. — Quieſcens Ieſus in eccleſia.

Hie.ſ.Eze.3.

Manens Iſaac in Geraris deſignat prædicatorem conuerſantem inter populum, vt eis proſit verbo & exemplo.gen.26.b.Et manens Ezechiel cum populo ſeptem diebus, antequam loqueretur.Eze.3.d.deſignat prædicatorem, qui priuſquam reprehendat debet multo tempore quieſcere,& dolere,ad ea quæ viderit,nihilq; eorum habere in conſcientia, quæ in alijs correpturus eſt. — Conuerſans prædicator cum populo.

Amb.ſer.32.&.ſ.Lucam 9. Aug.ſ.Ioan.trac.41

Manere in eadem domo eſt perſeuerare in fide & doctrina eccleſiæ.Matth.10.b.Ita manẽt illi,qui dicunt Chriſto illud Ioan.6.g.Domine ad quem ibimus?Idẽ eſt manere apud ſemetipſum:& manere in eodem loco.Exo.16.f.40.d.Lucæ.9.a.Manet autem in domo in æternum filius.Ioan.8.e. — Perſeuerare in doctrina eccleſiæ

Glo.or.ſ.Ioſu.5.

Manentes in eodem loco circuncisi,donec ſanarentur.Ioſu.5.b.deſignant infirmos nondũ audentes aggredi graues dæmonum pugnas. — Nõdũ aggredi valẽtes graues pugnas.

Ori.ſ.Leui.ho.6.

Manentes ſacerdotes in tabernaculo die ac nocte,indicant ſemper eſſe ſacerdotibus vacandum diuinis:vt vel diſcant à Deo,vel doceant populum.Leui.8.a. — Vacare diuinis debẽt ſemp ſacerdotes

Ori.ſ.gen.ho.5.

Manens Lot in ſpelunca deſignat legem in templo cum Iudæis manentem.gen.19.f. — Lex in templo.

Gre.4.mor.31. Ricar.de.ſ.victo.de exter.mali.5.

Manet in ſolitudine,qui perſeuerat in remota mentis intentione,quietus à tumultibus cogitationum & affectuum rerum mundanarum.p̃s.54. — Quieſcens à tumultibus.

Aug.ſ.Ioan.trac.27 81.83.

Manemus in Chriſto,cum eius ſumus membra:manet autem ipſe in nobis,cum ſumus templum eius.Ioã.6.d. Manemus autem vt palmites in vite: & ipſe in nobis vt vitis in palmitibus. Palmes enim manet in vite,vt inde vim accipiat fructificandi,quum ſine ipſa nil poſsit efficere:Vitis autem manet in palmitibus,vt eis det vim fructificandi,& nil ab eis recipiat. Ioan.15.a. Manere autem in dilectione Dei, qua videlicet ipſe nos diligit, eſt in eius gratia manere. Ioan.15.b. — Eſſe membrum & templum Chriſti.

Gre.10.mor.16.

Manere dicitur iuſtitia in tabernaculo,cum eſt in corde.Iob.11.c. — Iuſtitia in corde.

Gre.31.mor.34.35. Hie.ſ.Iob.39.

Manet aquila in petris,quum vir ſanctus intentione cordis inter illas cœleſtes virtutes reſidet,quæ per æternitatis ſuæ fortitudinem tanta iam ſoliditate,fixæ ſunt,vt in nullo culpæ latere mutabilitatis varietate flectantur.Vel quia in dictis antiquorum & fortium patrum mentis ſtatione collocatur.Iob.39.b. Vel dicitur de diabolo, qui in peccatoribus duris & frigidis moratur. — Fortitudo iuſti.

Gre.ſ.1.reg.5.

Non manere arcam apud ſe petentes Azotij.1.reg.5.c. deſignant gentiles infideles contradicentes fidei,eamq; tanquam duram abijcientes.Manet autem arca apud eos,qui veræ fidei ſacramenta,quæ audiunt,per amorem amplectuntur. — Infidelitas gentiũ.

Glo.inte.ſ.Leui.12.

Manens mulier in ſanguine purificationis triginta tribus diebus.Leuiti. 12. a. Eſt expectans formationem imaginis Dei,qua mundari debet. — Expectatio imaginis Dei.

Glo.int.ſ.Leui.14.

Manens leproſus extra tabernaculum ſeptem diebus.Leui.14.a.eſt cognoſcens peccator indignitatem ſuam,vt admittatur ad myſteriorum cognitionem. — Cognitio ſui.

Ori.ſ.gen.ho.2. Amb.de Noe. 7. Hie.adue.Iouinia.1. Beda.ſ.gen.6.

Manſiunculæ in arca diluuij diuerſos gradus virtutum in anima ſignificare poſſunt.In corpore vero humano varia inſtrumenta:In eccleſia autem,diuerſos gradus & ſtatus fidelium & miniſtrorum.gen 6.c. — Gradus diuerſi & membra.

Ori.ſ.nu.ho.27. Amb.ſer.23. Aug.ſ.Ioan.tra.67.

Manſiones,per quas proficiſcebantur filij Iſrael egreſsi de Aegypto,varios virtutum profectus deſignare poſſunt.Fuerunt autem quadraginta duæ,vt ieiunium quadrageſimæ vel pœnitentiam indicarent:vel propter quadraginta duas generationes, quæ numerantur ab Abrahã vſq; ad Chriſtum.Vel deſignãt diuerſos gradus gloriæ acquirendæ. Deſcribuntur autem bis, propter vtranq; expoſitionem,moralem videlicet & anagogicam.Exo.17.a.40.d.Nume.33.a.deute.1.2.Manſiones autem multæ in domo patris Chriſti, diuerſas meritorum in vita æterna ſignificant dignitates.Ioan.14.a. — Profectus virtutum

## *Manica.*

Manica eſt pars veſtis,qua manus teguntur:manicæ etiam ſunt chirothecæ: Item vincula manuum.

Hie.&Aug.ſ.pſ.149

Manicæ vt ſunt vincula manuum dici poſſunt præcepta prohibentia mala opera:& ſunt manicæ ferreæ,quum quis timore reprimitur:nam cum amore ceſſat à malo, aureæ ſunt. p̃s.149. Iſa.45.c.Vel ſunt teſtimonia ſacræ ſcripturæ,quibus reprimuntur & opprimuntur hæretici. — Præcepta prohibitiua.

## *Manifeſtare, Manifeſtum, Declarare, Exponere, Explanare, Explicare, Exprimere, Palam.*

Manifeſtũ



Manifeſtum dicitur quod eſt clarum & apertum.Manifeſtare autem eſt palam facere.Exponere quoque eſt declarare,publicare,oſtendere.

Veniens Chriſt' ad Iſrael.

Manifeſtauit ſe deus corã Ephaim,Beniamin,& Manaſſe,hoc eſt,populo Iudæorum,quando venit Chriſtus ad oues,quę perierãt,domus Iſrael.Pſ.76.vel manifeſtauit ſe corã Eſphraim fructificante,coram Beniamin filio dexteræ,coram Manaſſe oblito, vt iam nõ ſit oblitus, ſed veniat illi deus in mentem,qui eum liberauit. — Aug.ſ.pſ.79.

Cæcitas Iudæorũ.

Manifeſta viſio non erat tempore Eli pontificis.1.reg.3.a. vt deſignetur cæcitas Iudæorũ. Non eſt etiam manifeſta viſio tempore negligentis paſtoris ſed amantis: quę eſt relatio amatę veritatis.Ideo dicitur.Ioan.14.c.Qui diligit me,diligetur à patre meo:& ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. — Gre.ſ.1.reg.3.

Nouum teſtamentũ

Declaratio ſermonum dei.Pſ.118.deſignat nouum teſtamentum declarans vetus. Declarata eſt enim gratia per aduentum chriſti,& prędicationem euangelii.2.timo.1.c.Sic declaratum eſt myſterium Chriſti poſt paſsionem.Coloſ.1.d.Et palam factum dicitur verbum Moſis, quũ diuulgata eſt prędicatio Chriſti.Exo.2.c.Manifeſtauit etiam Deus incerta & occulta ſapientię ſuæ,quum per incarnationem filij ſui declaratum eſt conſilium ſuum de redemptione generis humani.p̃s.50. — Hila.ſ.pſ.118. Gre.ſ.pſ.50.

Docens lex voluntem Dei.

Exponens Moſes ſermones domini eſt lex explicans voluntatem domini,& proponens p̃mia & pœnas.Exo.19.a. — Glo.ordi.ſ. Exo.19

Similitudo carnis peccati in Chriſto.

Exprimentes manus piloſæ Iacob ſimilitudinem Eſau.gen.27.d.deſignant Chriſtum habẽtem ſimilitudinem carnis peccati.

Quod manifeſtatur dicitur eſſe lumen. Epheſæo. 5. c. quia per lumen fiunt viſibilia in actu.

Publicans pctã ſua, & amplectens vitia.

Exponit fornicationem ſuam omni tranſeunti,quæ publicat peccata ſua, & omnes errores ac vitia complectitur.Eze.16.c. — Glo.ordi ſ.Eze.16.

## *Manipulus.*

Manipulus à manu dicitur,& propriè eſt herbarum faſciculus,quem manu quis apprehendit metendo.Interdum ponitur pro exigua militum manu.

Chriſtus. Iudæi. Fides euangelica. Scripturæ veteres

Manipulus Ioſeph ſtans Chriſtum ſignificare poteſt:& vt erat conſurgens deſignat eius reſurrectionem.Manipuli autem adorantes,ſunt Iudęi ſubiecti Chriſto.gen.37.b.Manipulus itidem ſpicarum eleuatus coram domino,deſignare poteſt Chriſtum in cruce exaltatum, & reſuſcitatum.Leui.23.b.Manipulus etiam ſtans eſt doctrina euangelica,manipuli adorãtes,ſcripturæ veteres teſtimonium perhibentes. — Amb.de Ioſeph.2. Iſy.ſ.Leui.23. Rup.8.ſ.gen.22.

Conſtantes Inconſtantes.

Manipulus etiam ſtans deſignat conſtantes in virtute:manipuli vero inclinati, inſtabiles & infirmos.gen.37.b. — Lyra.ſ.gen.37.

Bona opera

Manipuli præterea ſegetum bona opęra ſignificare poſſunt, quæ fructus iuſtitiæ dicuntur. gen.37.b.41.f.p̃s.125. — Euch.for.ſpũal.4.

Errores. Mali.

Manipuli in malum ſignificare poſſunt errores hæreticorum:& etiam ipſos malos igni tradendos.p̃s.128.Matth.13.d. — Hila.& Au.ſ.pſ.128.

## *Manſer, uide Spurius.*

## *Manſuetus, Manſuetudo, Mitis, Mitigare.*

Manſuetus eſt idem,qui mitis & cicur,quaſi manu aſſuetus,quòd omnia, quæ ſunt natura fera,manuum permulſione miteſcant.Manſuetudo autem eſt lenitas,clementia,& facilitas quædam.Mitigare autem eſt placare,& quaſi mitem facere.

Manſuetudo Chrĩ & eccleſiæ.

Manſuetudo Dauid typus erat manſuetudinis Chriſti:cui peculiariter tribuitur manſuetudo:& dicitur agnus manſuetus.p̃s.44.131.Iere.11.d.Matth.11.d.Deſignatur etiam manſuetudo corporis eius,hoc eſt,eccleſiæ. — Arn.& Baſi.ſ.pſ.44. Aug.ſ.pſ.131.

Mites.

Manſueti terræ ſunt ij,de quibus dicitur: Beati mites, quoniam ipſi poſsidebunt terram. Et ſunt qui tranquillitatem habent ab omni animi perturbatione : & qui lætantur de bono proximi. Demum peculiariter dicitur de apoſtolis.pſalm.33.Iſaiæ. 11.a. 29.f. 61.a. Iob. 24. a. Matth.5.a. — Baſi.ſ.pſ.33. Hie.ſ.Iſa.11.

Senſus obtemperãs rationi.

Manſuetum animal eſt ſenſus obtemperans rationi:Immanſuetum vero non obtemperans: qualis erat lex carnis repugnans legi mentis. — Philo.d ſacrif. Abel & Cain. Amb.de Cain.

## *Manubiæ, uide Spolia.*

## *Manue.*

h Manue.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

Gre.ſ.mor.25.
Ricar.de ſ viſto de extermi.mali.47.

Pauor in contemplatione.
Abſtinentia

MAnue.i.requies,aut munus:pater Samſonis,quem genuit ex reuelatione diuina.

Manue territus ob viſionem Dei ſeu angeli,deſignat quòd ſpiritus in contemplatione aut cognitione cœleſtium pauore ſe concutit.Iudi.13.b.

Idem offerens ſacrificium de hœdis, typus eſt abſtinentiæ. Puduit enim diupauiſſe ſterilem:& vlterius noluit debitor eſſe carnis,vt ſecundum carnem viueret: ſed caſtigans corpus ſuum,& in ſeruitutem redigens,hœdinaſq; carnes in abſtinentiæ petra immolans,,iuſq; carniũ cum carnibus ipſis accepto cælitus igne conſumens,fluxaq; corporis reſtringens, noluit de cetero ire poſt concupiſcentias ſuas.Iudi.13.c.

## *Manus.*

MAnus pars hominis nota in extremo brachij poſita quinq; digitis & palma ſeu vola conſtans:quæ cum ſit inſtrumentum ad omnia, quæ homo operatur varié accipitur ſecundum metaphoram & allegoriam.Nam datur manus canis,manus leonis, manus vrſi. Et rebus inanimis attribuitur:vt manus maris vel fluminum,littus.Manus mortis, peccatum.

Gre.ſ.1.reg. 6.& ſ. Eze.ho.2.9.10. Amb.ſ.pſ.118 ſe.21. Ori.ſ.num. ho.27. Hie.ſ.Ezec. 37.& ſ. Haba.3. Fulgen.ad Traſimũdum.2. Cyril de incar vnigenit 15.& cont.Iulia 9. Gre.Nyſ.de'vi.Mo Amb.i pſ.118.ſer 10 Aug.ſ pſ 118. Rup.i Dani.9.&.7. victo.verb.Dei.10.

Chriſtus
Filius. Spiritusſanctus

Manus attribuitur Deo metaphoricos:& in primis manus Dei dicitur Chriſtus filius Dei: qui & virtus Dei dicitur,per quem pater operatur omnia. Et aliquando dicitur manus fortis & excelſa & magna.Exo.3.g.4.f.6.b.9.a.13.a.14.b.32.c.Num.11.e.27.d. deut.32.f. 1.reg. 6.b. pſ.20.43.101.118.137.143.Iſa.25.d.26.b.49.f.50.d.66.d.Iere.1.b.6.d. Ezechi.1.a.2.d.3. d.37.a. Haba.3.a.Ioan.10.f.1.Petri.5.b.Et manus Moſis in ſinu.Exod.4.b. deſignat Chriſtum in ſinu patris,vbi diuinitatis natura fulgebat.Verum quoniam aliquo modo extra fuerat per incarnationem,factus eſt in ſimilitudinem carnis peccati,& inter iniquos reputatus eſt.Ait enim diuinus Paulus.Eum qui peccatum non nouerat,pro nobis peccatum fecit: vt nos fieremus iuſtitia Dei in ipſo.Hoc exiſtimo lepra ſignificari.Immundus enim ſecundum legem leproſus.Sed quoniam iterum fuerit in patris ſinu:aſſumptus eſt enim poſt reſurrectionem à mortuis:prolata iterum manus videbitur munda.Adueniet enim dominus noſter in ſinceritate diuinitatis in gloria:& ſine peccato apparebit expectantibus eum in ſalutem.Manus etiam Dei dicuntur filius & ſpiritusſanctus.Et in manibus ſuis dicitur dominus deſcripſiſſe Sion: ſecundum videlicet quòd dedit filium & ſpiritum ſanctum.Iſa.29.g.49.d.50.a.Et manus Dei dicuntur feciſſe & formaſſe hominem,propter duplicem eius naturam. Iob.5.c.27.c. pſ. 18. 73. 118. 138. Manus ſcribens in pariete, Chriſtus iudex & condemnator mundi, & mundanorum. Daniel.5.a.

Geor.venet.cant.1. ton.6.cap.24.

Miſericordia & iuſtitia Dei

Poſſunt in Deo conſiderari manus dextera & ſiniſtra: manu dextra Deus miſericordiam impartitur,& omnia bona:ſiniſtra vero punit male merentes lege ſeuериſsima,quę ab ipſa prouenit:inde enim lex & iuſtitia dura. A dextra vero venit lex miſericordiæ & gratiæ per filium Dei:qui non ſine cauſa ſemper dicitur in dextera patris collocatus.Hinc magno myſterio flagitioſi duram Chriſti ſententiam ſuſcepturi ad iudicis ſiniſtram dicuntur collocandi: Miſericordiam autem conſequuturi ad dexteram.

Aug.ſ Ioan.tra. 48. & de ciu.diui.&.83 q.52.&.ſ pſ.120 Philo de plan.Noe. Hi ſ.eze.1.&.ſ.pſ 20

Potentia & virtus operatiua Dei
Opera Dei.

Manus Dei dicitur virtus & potentia Dei,ſeu vis operatiua.Exod.7.a.15.b.Iob. 2. b. 10.b. 12.b.26.d.pſ.9.20.31.74.87.101.cantic.5.b.Iſa.48.c.Ezech.1.a.3.c.8.a. Amos. 9.a. Ioan.10.f. Opera quoq; Dei dicuntur aliquando manus eius.pſ.88.gen.49.c.

Cyril.cont Iulia.5. Gre.11.mor.3. Euch for.ſpũal.1.

Hie.ſ.Iſa.1.31. Ori.in diuer ho.5. Gre.ſ.1.reg. 5.&.8. mor.39. Arno.ſ.pſ.18.135. Hil.ſ.pſ.54. Ori.ſ gen.ho.17 & ſ.Mat.ho.7. Hiero.ſ.Iſa.65.&.ſ. Eze.2.

Defenſio,& auxiliũ Dei.
Clementia & beneficentia Dei.

Manus præterea Dei dicunt defenſionem & auxilium Dei,& velamen protegens, & potẽtiam eius liberatiuam:& virtutem eius ad conuertendos gentiles.Exod.33.d.Iob.8.d.pſ.30.36. 73.79.87.Iſa.1.f.11.c.14.f.25.d.43.b.49.a.59.a.64.c.Iere.1.b.Eze.1.a.Zach.13.d.1. regum.5.c. Matthæi. 8.a. Et in manu Ezechielis duo ligna fiunt vnum, hoc eſt, in manu Dei vel Chriſti duo populi vniuntur. Ezechielis.36.c. Et manus expanſæ aut extenſæ Dei aliquando eius clementiam & beneficentiam deſignant,& diuinum auxilium:& manus Chriſti extenſæ in cruce eius miſericordiam & beneficentiam indicabant:& etiam cum imponebat aliquibus manus benedicendo.pſ.18.54.135.Iſa.22.f.42.a.65.a.Eze.2.d.Matth.14.d.19.b.Sic non porrigit Deus manum malignis,quum eos relinquit.Iob.8.d.De hac manu domini accipiet Hieruſalem duplicia.Iſa.40.a.

Am.de ben. patr.4. Ori.ſ.pſ.37. ho.1.& ſ.Iere.ho.2. Baſi.ſ.pſ.37. Hie.ſ.Iſa.1.&.ſ.pſ.9 Gre.11.mor.22. Aug.ſ.pſ.122. Euch.for.ſpũal.1. Beda.ſ.gen.49.

Caſtigatio & vindicta Dei.
Miniſtri vindictæ Dei.

Manus é diuerſo Dei dicitur caſtigatio Dei ſuper aliquos:vt ſuper agros, ſuper dorſa inimicorũ,& ſuper corpus & animã.gen.49.b.Exo.7.a.9.a.15.b.16.a.17.d.1.reg.7.d.Iob.13.c.19. c.30.c.pſ.31.37.43.67.80:118.Iſa.1.f.5.f.9.b.14.f.26.b.Iere.15.d.51.c.thren.1.e. Et in manu domini dicitur eſſe calix furoris eius cum actu exercet punitionẽ. Iſa.51.g. Sic fit manus domini ſuper pſeudoprophetas eos caſtigando. Manus autẽ Chriſti protegentis bonos,ſunt, q̃ puniũt malos.Eze.13.b.16.c.39.f.Manus etiam Dei dicuntur illi, qui iuſtã vindictã Dei exercẽt ſuper pctõres:quos dicĩt Deus tradere in manus ſuas.pſ.9.122.Et manus extẽſa Dei, quia eſt inditiũ percutiẽtis,ſignũ eſt diuinæ punitionis.Exo.13.a.Ieremiæ.15.b.Sopho.1.a. Et manus Abrahæ

extenſa



extenſa ad arripiendum gladium eſt executio zeli Dei patris in filium propter nos. geneſ.22.c.

Pœna peccati

Hie.ſ.Ier.15. Ori ſ.Exo.ho.6. Gre.4.mor.35.&.26 mor.13 Hie.ſ.Ezech.9.&. Iſa.64.

Et dicitur Deus ſoluere manum ſuam,quandopunitionem exercet. Iob. 6. b. Et in manu eſt vas interfectionis,quum parata eſt vindicta.Ezech.9. a. Et manus flammæ eſt potentia diuinæ punitionis.Iſa.47.d.Et etiam manus gladij.pſalm.62.Et manus plagæ eſt fortitudo percuſſionis.Iob.23.a.Et manus iniquitatis noſtræ dicitur pœna iniquitatis merito illata. Iſaię.64.c. Manus Moſis & Aaron plenæ cinere miniſtros vindictæ Dei ſignificant.Exo.9.b.

Latitudo & fortitudo Dei. — Ber.ſ.cant.ſer.7.

Manus item Dei dicuntur,vna latitudo,altera fortitudo:quòd & tribuat affluenter, & defendat potenter,quod dederit.

Iudiciaria poteſtas Chriſti. — Hila.ſ.Mat.cano.3.

In manu Chriſti ventilabrum, deſignat in eo arbitrium iudiciariæ poteſtatis. Matthæi.3.c.

Obſcuratio aut velamen. — Aug ſ.pſ.138.

Manus domini dicitur aliquando obſcuratio aut velamen: vt cum dicitur miſiſſe manum ſuam ſuper eos,qui procul receſſerant de filijs Iſrael.Exod.24.c.Et cum poſuit manum ſuam ſuper Moſen,ne faciem eius videret.Exo.33.d.

Miracula Dei — Iſy.ſ.Leui.16. Beda.1.Exo.8. Rup.ſ.cant.5.

Manus etiam Dei ſunt eius miracula,quæ fecit in populo Iſrael: quæ dicuntur manus fortis,per quam eduxit dominus Iſrael de Aegypto.Exo.6.a.33.d.Et manus tornatiles ſpõſi ſunt prompta miracula Chriſti.canti.5.d.

Angeli. Apoſtoli & p̃dicatores. Prædicatio. — Amb.ſ pſ.118.ſer.21 Hila ſ.Mat.cano.12 Gre.18.mor.21.

Manus quoq; Dei aut Chriſti dicuntur angeli,vel apoſtoli & prædicatores, per quos tanquam per miniſtros Deus operatur.Iob.26.b.pſ.118.Iſa.11.d.41.e.Matthę.12. d. Manus autem extenſa ad ſilicem eſt prædicatio dilatata ad gentes.Iob. 28.b. Et ipſe prædicationis actus eſt manus:vt cum in manu pincernæ erat calix Pharaonis.gen.40.b.Iſa.11.d.

Sacramenta. — Hila.ſ.pſ.67.

Manus præterea Dei dici poſſunt ſacramenta,per quę nobis Deus confert gratiam. pſalm. 67.79.

Glorificatur Chr̃s in martyribus — Hie.ſ.Iſa.62.

In manu domini erit eccleſia corona gloriæ: quia glorificatur Chriſtus in martyribus & alijs,quos redemit.Iſa.62.a.

Iuramentum Dei — Glo.inter.ſ.Exo.6.

Manum dicitur Deus leuare iurando.Exo.6.d.Super quem leuaui manum meam.Num.14 c.Leuaui manum meam.

Potentia Chriſti. — Ori.ſ.gen ho.17.25 & ſ.Leui.ho 12. Gre.ſ.cant.5. Iſy.ſ.Leui.21.

Opera Chriſti. — Aug.ſ.apoc.ho.1. Gre.ſ.canti.7. &.ſ. Eze.ho.3.

In manu Chriſti dirigitur voluntas Dei:quia operatus eſt omnia ſecundum voluntatẽ Dei. Iſa.53.d.Manus mediatoris dici poteſt potentia Chriſti.Gala.3.d.Et manus Iudæ, de qua debebat pater eius requirere Beniamin.gen.43.b.deſignat tropheum crucis Chriſti: & poteſtatem eius regiam.Et manus eius eſt ſuper ceruices inimicorum ſuorum,per caſtigationem carnis & ſubiectionem mundi & dæmonum.geneſ. 49. b. Et manus Ioſeph ſuper oculos patris deſignare poſſunt virtutem Chriſti,qua illuminauit Iudæos,& abſtulit velamen legis. gen.49. c.Et manus ſacerdotis ſignificant opera Chriſti:cuius ſolius ſunt manus conſummatæ. Leuit. 2.c.16.d.21.b.Sic manus ſponſi dicuntur tornatiles,hoc eſt,opera eius perfecta. cantic.5.d.Et manus Iacob apprehendens plantam Eſau deſignauit acquiſitionem principatus Chriſti ſuper Iudæos.gene.25.c. Et manus eiuſdem tectæ pellibus deſignant manus Chriſti cruci confixas. geneſ.27.c.In manu autem Chriſti ſeptem ſtellæ deſignant popillos in eius poteſtate. apocal. 1.d.2.a.Manus etiam artificis eſt virtus Chriſti. canticor. 7.a. Et manus hominis ſub pennis animalium deſignat virtutem Chriſti, per quam eleuantur ſancti in cœleſtium contemplationem.

Virtus operatiua angelorum — Diony.cœleſ.hie.15 Hie.ſ.Iſa.13. Ber.ſer.12. ſ qui ha.

Manus in angelis dicunt virtutem operatiuam:vt cum apprehenderunt Lot. geneſ. 19. d. deuteronomij. 6.d.pſalm.143. Iſaiæ. 13.b. Et manus,in quibus portant homines,ſunt duplex demonſtratio,vna breuitatis tribulationis,altera æternitatis retributionis.pſ.90.

Fortitudo & vis operatiua animæ Induſtria. — Ori.ſ.Exo.ho.10.

Manus in anima eſt virtus, qua tenere aliquid & conſtringere poteſt: vt ſit veluti fortitudo:& etiam vis eius operatiua. Iob.5.b. Eccleſiaſtæ. 11.c. Iſaiæ.35.a. Lucæ.12.e. Item induſtria.deuteronomi.27.c.Opus manuum artificium. pſalm. 89. Opera manuum noſtrarum dirige.

Poteſtas. Imperium. Facultas. Flagellum — Hila.ſ.Mat.can.10. Gre ſ 1.reg.7.10.14. &.3.mor 12. Aug 6.muſic.& epi. 120.& ſ pſ.120. Ori.ſ Iudi.ho.2.& ſ.Iere.ho.8. Baſi.ſ pſ.48. Hie.ſ. Ezec.30 & ſ. Iſa 25. Rup.5.ſ.gen.26. Gre 6.mor.15.16 & 9.mor.21.

Manus pro poteſtate & imperio ac facultate ſæpe ſumitur: vt ſub manu alicuius ſunt, qui eius ſubſunt imperio.Geneſ.9.a.14.d.16.b. Exod.4.e. Leuitic.5.b.14.c. 1.regum.10.b.14.b. pſalm.126. Ieremiæ.6.r.12.b.31.b. Ezechiel.30.b.38.d. Matthæi.10.a. Et manus Pharaonis & Aegyptiorum erat poteſtas affligendi filios Iſrael. Exod. 3.b. 18.b. Iſaiæ. 19.a. Et manus peccatoris eſt poteſtas diaboli, & vis exterior ad peccandum inducens. pſalm. 30. 35. 48. 70.73.143.149. Et manus canis eſt poteſtas mundana aduerſus eccleſiam.pſalm.21. Et manus Iſmael contra omnes,hoc eſt,contra fideles.Geneſ.16. d. In manibus linguæ, hoc eſt,in poteſtate linguæ dicitur eſſe mors & vita.pro.18.d.Et manus dominę Ioſeph deſignãt poteſtatẽ Iudæorũ in Chr̃m.gen.39.c.Et manus Amorrhei eſt poteſtas diaboli.gen. 48.d. Et manus paſtorũ.Exo.2.c.Et manus diripientiũ,& inimicorũ & inferorũ.Iudi.2.c.Et manus Nabuchodonoſor.Eze.30.b.Manus itẽ Moab,in quã dat Deus,quos mittit in infernũ.Iſa.25.d.thre.1.e. In manu Aſſyriorũ eſt indignatio Dei,qa per eos puniuit populũ ſuũ,ſicut & p dæmones.Iſa. 10.b.Manus quoq; Philiſtim ſunt poteſtas diaboli.1.reg.7.d.Mic.4.d.5.d.Zach.11.b. In manu

Satan datus eſt Iob, hoc eſt, Chriſtus in manus perſecutorum qui ſunt, diaboli membra. Iob. 2.b.6.b.16.c.17.a.18.c. Et manus violenti eſt poteſtas gentilium in Chriſtum. Iob.5.c. Et poteſtas eorum, qui per potentiam & terrorem alios trahunt in peccatum. Et manus impij fuerunt Iudæi miniſtri diaboli in crucifixione Chriſti. Iob.9.c. De manu mortis liberat Deus, hoc eſt, de poteſtate diaboli. Hoſe.13.d. Et de manu paſtorum requirit Deus gregem. Ezech. 34.c. Manus etiam mulierum miſericordium eſt potentia prælatorum & paſtorum. thren.4.b. In multis ex his locis ſumi poteſt pro exercitu, in quo eſt potentia.

Exercitus

Cle. Alex. 1 ſtroma.

Correctio

Manus aliquando deſignat correctionem: vt cum Agar relicta eſt in manu Saræ. geneſ. 16. b.49.d. In manibus quoq; Saræ dixi t Abrahameſſe ancillam, vt ea vteretur vt liberet: quaſi diceret: Secularem quidem amplector doctrinam, & vt iuniorem, & vt conſeruam: ſcientiam aũt tuam vt perfectam dominam honoro & colo.

Amb. de virgi.3. Arno. ſ. pſ.103. Hila. ſ. pſ.128. Aug epiſ.119. Gre. ſ.1.reg.16.& 21 mor.7.& 22. mo.10 Ori. ſ. Iudi. ho.9. Iſy. ſ. Leui.8.14. Hie. ſ. Sopho.2.& ſ. Mat.8.& epſ. Septu. Gre. ſ. Eze. ho.13.& ho.13.

Opera ſiue bona ſiue mala

Manus quoniam ſunt inſtrumenta ad operandum, paſsim ipſa opera ſignificant, ſiue bona ſiue mala. Geneſ. 14.d.20.b.21.c. 22.b. 27.c.30.d.32. d. 39.a. 40.b. 43.b. 47.g. Exod. 13.b. 15.c.21.c.23.a,28.g.29.b.32.d.40.d. Leuitic.1.b.7.d.12.d.15.b.16.c.21.b. 1.regum.16.c. Iob. 9.d.11.c,17.b.31.a.pſalm.17.23.25.62.46.67.80.103.118.120.124.128.133. prouerbior.30.d.canticor.5.b. Iſa.3.b. threnor.3.c. Et manus dominorum ſunt opera peccati: Et manus dominæ opera carnis. pſalm.35.76.97.122.143. Ezechiel.1.b.13.c. Et manus ad aratrum ſunt opera ad laborem applicata. Luc.9.g. In manu baculum tenere, eſt in opere iuſtitiam ſeruare. geneſ. 38.d. Exod.12.d. Zachar.8.a. Manu lambentes aquam ſunt operatione perfecti. Iudi.7.b. Iob. 10.c.22.d.27.d.30.a. Sophoni.2.d.3.d. In manu quoq; doctoris eſt vitulus, quando bona quæ ore loquitur, oſtendit opere. 1.regum. 16. a. Et in manu eſt calculus, quum diuina præcepta ſunt in opere. Iſa 6.b. Et in manu eſt tuba, cum prædicatio eſt coniuncta operi. Iudi.7.c. Et lucernæ ardentes in manibus, ſunt exempla virtutum per bona opera. Lucæ.12.c. Et in manu Chriſti erat funiculus lineus: quia ipſe opere compleuit, quæ præcepit. Ezechiel.40.a. Manus dextra quæ vngitur, deſignat rectitudinem operum, quæ debent fieri per gratiam ſpiritusſancti. Exod.29.c. Leuitic.8.c.14.c. Manus quoq; Dagon deſignant opera idololatriæ. 1.regum. 5.a. Et manus ſcandalizans eſt operatio non recta, quæ abſcindenda eſt & proijcienda. Matt. 18.a. Manus dicitur apprehendiſſe Ezechielem, propter opera. Ezechiel.8.a. Tendit malus manum contra Deum, quum in operatione praua deſpectis Dei iudicijs perſeuerat. Iob.15.c. Manum quoq; ſuam oſculatur, qui laudat quod facit. Iob.31.c. prouerbi.19.d. Manum quoq; ponit ſuper os ſuum, qui virtute boni operis culpas tegit incautæ loquutionis. Iob.39.d. Et animam in manibus portare eſt intentionem cordis operatione oſtendere. Iob.13.b. Manus mali reddunt ei dolorem ſuum, quando damnationem iuſtam ex iniqua recipit operatione. Iob. 20.b. Manus in manu dicit ceſſationem ab opere. prouer.11.c. Et manus in manu non eſt innocens malus: quia licet ab iniquo ceſſet opere, non eſt tamen innocens per cogitationem. Manus plena eſt eius, qui operando ſeminat in benedictionibus. Leuit.2.a. Nemo mouet manum in Aegypto abſq; imperio Ioſeph, quum omnes obtemperant imperio Chriſti. geneſ.41. f. In manu anulus eſt in opere gratia ſpiritusſancti. Lucæ. 15. c. Manus lauans Pilatus, deſignat opera gentium mundari per Chriſtum. Matthæ.27.c. Manum ad os applicare, eſt gloriam de bono opere gratanter accipere. 1. regum. 14. d. In manu quoque virga eſt correctio cum bono opere. Ibidem. In manu affertur bos, quum quis exercet opera pœnitentiæ. 1. regum. 14.c. In manibus eſt verbum, quum eſt in actione. Matthæi.8.b.

Ori. ſ. Leui. ho.8. Phil. d vit. Moſis.3. Gre. ſ.1.reg.5. Ber. ſer.2. de angelis Hie. ſ. Eze.8.

Gre.12. mor.21.& 21 mo.10.& 32. mor.1. & 25. mor.3.

Ori. ſ. Leui. ho.4. Hila. ſ. Mat cano.33 Gre. ſ.1.reg.14 Cle. Ale. adhor. ad gentes.

Poſſeſsio.

Manus, poſſeſsio. gen.9.a. Omnes piſces maris manui veſtrę. Ioſu.6.a. Ecce dedi in manus tuas Hiericho.

Opera legis

Manus aliquando ſignificant opera legis: vt Agar tenuit manum pueri, hoc eſt, lex præcepit opera. gen.21.c.

Ori. ſ. Exo. ho.12. Tertu. de reſurrect. Amb.3. offici.14. Aug. ſ. pſ 73.

Opera Iudæorum. Iudæi. Mors & reſurrectio.

Manus Moſis leproſa in ſinu deſignare poteſt opera Iudæorum abſcondita velut inutilia. Exo. 4.a. Vel deſignat populum Iudaicum manentem ſub protectione Dei, qui poſtea leproſus abiectus eſt: donec rurſus mittatur in ſinum pſ.73. Manus quoq; leproſa mortem ſignificare poteſt, munda vero reſurrectionem.

Glo. ord. ſ. gen.48.

Crux.

Manus Iacob commutatæ in benedictione Ephraim & Manaſſæ, crucis figuram expreſſerunt. gen.48.c.

Amb.2. de Abrah.8.

Iurare.

Manum leuare erat modus iurandi: & eleuat manum ſuam, qui excelſa operatur. geneſ.14.d.

Amb. de Noe.18.

Cor. Affectus. Aſſenſus

Manus interdum pro corde ſumi poteſt: vt cum Noe extendit manum ſuam ad columbam, eſt dilatans cor ad ſuſcipiendum ſpiritum ſanctum. geneſ.8.d. Sumitur etiam pro affectu. 2.reg. 14. d. Nunquid manus Ioab tecum eſt? Et pro aſſenſu. 4. regum. 11. c. Plaudentes manu dixerunt.

Ori. ſ. can. ho.2.& ſ. Mat. ho.5.& ſ. Ezo.12

Miniſteriũ platorũ. Miniſtri eccleſiæ

Manus Abrahæ, de qua accepit Abimelech ſeptem agnas, deſignat miniſterium ſpũale platorũ erga inferiores. gen.21.d. Manus quoq; in eccleſia dici poſſunt operantes & miniſtrãtes: vt diaconi.



diaconi. Matth.5.e.18.a. Et manus Iacob laborantes deſignant coadiutores Chriſti. geneſ.31. f. Et manus in monaſterio ſunt tractantes negotia monaſterij. Et manus mulieris fortis dici poſſunt miniſtri & diſpenſatores eleemoſynarum in eccleſia: & exercentes opera miſericordiæ. prouerbiorum.31.b. Demum manus ſignificat auxilium. deuterono. 15. d. Vt aperias manum fratri tuo.

Auxilium

Baſi regu fuſius.24 Beda. ſ. pro.31.

Subiectio omnium Chriſto.

Manus ſub femore Abrahæ, & Iacob deſignat ſubiectionem omnium Chriſto deſcendenti de femore Abraham. gen.24.a.47.g.

Ieroboam faciens errare populum.

Ori. ſ. gen. ho.15

Manus Ioſeph ſuper oculos patris ſignificare poſſunt regem Ieroboam ab eo deſcẽdentem: qui manum poſuit ſuper oculos Iſrael, quando eos idololatrare fecit. gen.46.a.

Non imitandus peccator.

Manus non tangens tranſgreſſorem, qui obruendus eſt lapidibus, deſignat peccatorem non eſſe imitandum. Exo.19.b.

Gratia operans Iudæi

Amb. ſ. Luc.3. Hie. ſ. Galat.3. & ſ. Mich.2.& ſ. Iſa.1.

Manus Zaræ producta ante Phares, deſignare poteſt gratiam operantem ante legem ſcriptam. gene.38.g. Eadem manus cum coccino typus eſt Iudæorum occidentium Chriſtũ & prophetas: Vel deſignat quod dictis propheticis & legalibus ſacrificijs plebs illa natiuitatem & paſsionem domini in carne prænunciauit: ſed inſtante partu manum ſubtraxit: quia adueniente plenitudine temporum, in Dei filium credere noluit: & cum in præſentia poſitum deſpexit, de quo tam multa in poſterum prædixerat. Manus quoq; plenæ ſanguine fuerunt Iudæorum occidentium Chriſtum. Iſa.1.d.

Miniſteriũ prophetiæ.

Hie. ſ. Mala.1.

In manu alicuius prophetæ, vt Moſis dicitur loqui dominus, quando eorum vtitur opera & miniſterio. Leuit.10.b. pſalm.76. Iſa.20.a. Agge.1.a. Malach.1.a. Vbi etiam deſignatur prophetia. Exo.9.g.

Orationes. Manus Chriſti i cruce Intelligentia ſpiritualis legis. Obſeruatio legis.

Tertul. adue. Iudæ. Ori. ſ Ioſu. ho.1. Aug.10. ciui. Dei.8. & ho.27. Gre. ſ.1.reg.15. Philo.2. allego. Hie. ſ. pſ.140. Chry. ſ. Ioan. ho.13. Beda. ſ. Exo.17. Gre. Nyſ. d vi. Moſ.

Manus Moſis eleuatæ deſignare poſſunt orationes operibus coniunctas. Exod.17.c. pſalm. 140. Iſaiæ.11.c.13.a. Deſignant etiam manus Chriſti in cruce redemptionem generis humani operantis. Manus autem eiuſdem depreſſæ negligentiam indicant orationis & operum. Manus itidem eiuſdem ſunt eleuatæ, quum quis legem intelligit ſpiritualiter. Demiſſæ vero, cum quis eam intelligit ſecundum literam. Manus præterea eiuſdem eleuatæ deſignant obſeruationem legis, & credulitatem in Chriſtum: Depreſſæ vero incredulitatem: iuxta illud Ioann. 5.g. Si crederetis Moſi, crederetis & mihi. Significant etiam mentem eleuatam, aut depreſſam. Manus quoque graues ſignificare poſſunt opera inconcuſſa: & vim punitionis legis.

Scientia legis Peritia ſacrificandi.

Ori. ſ. num. ho.27.

Manus Moſis & Aaron deſignant ſcientiam legis, & peritiam ſacrificandi: quæ requiruntur ad exeundum de Aegypto. Vel ſunt opera per illa facta. Num.33.a.

Peccata noſtra ſup Chriſtum. Sacerdotes & principes crucifigentes Chriſtum. Caſtigatio carnis. Anguſtia.

Ori. ſ. Leui. ho.1.

Manus Aaron & filiorum eius ſuper caput vituli deſignant peccata noſtra ſuper Chriſtum. Vel ſignificabant ſacerdotes crucifixuros eſſe Chriſtum. Leuitic.1.b. 4. c. 8.c. Vel deſignant carnis caſtigationem, & frenum continentiæ. Manus quoq; ſeniorum Iſrael deſignant perſecutionem principum Iudæorum in Chriſtum. Manus autem ſuper caput proprium non immolando anguſtiam ſignificant. Iere.2.g.

Profeſsio innocẽtiæ

Philo. de victimis Ori. ſ. Leui. ho.5.

Manus offerentis ſuper caput victimę deſignant profeſsionem innocentiæ: & manus offert, qui offert opera. Leui.3.a.4.a.

Sacerdotes & doctores. Propinqui. Adiutor in diuinis

Ori. ſ. Ioſu. h.7.& ſ. Mat. ho.5.3c. Hie. ſ. Mat.18. Aug.1 ſer. d. in mõ.

Manus dextra ſcandalizans, deſignat preſbyteros & doctores, quorum ſcandalum eſt graue. Matth.5.e. Deſignantur etiam propinqui, & etiam pater & mater: & in anima ipſi actus voluntatis. Vel manus dextera eſt dilectus adiutor & miniſter in actionibus diuinis. Manus vero ſiniſtra eſt dilectus adiutor in actionibus terrenis: & vtraq; eſt abſcindenda, ſi ſcandalizat.

Virtutes & exorciſmi.

Ori. ſ. Ioſu. ho.24.

Manus domus Ioſeph, deſignare poteſt virtutes & exorciſmos. Iudi.1.g.

Ratio ſuſtentans Vita actiua ſub contemplatiua.

Hie. ſ. Eze.1 Gre. ſ. Eze. ho.3.

Manus hominis ſub pennis animalium deſignat rationem cuncta debere ſuſtentare: ac de terrena humilitate nos ad cœleſtia ſubleuare. Ezech.1.b. Vel deſignat vitam actiuam exiſtentẽ ſub contemplatiua.

Libertas. Captiuitas

Gre. ſ.1.reg.2.

Manus quandoque deſignat libertatem: vt cum dicitur Iob.13.b. Animam meam porto in manibus meis. E diuerſo captiuitatem, quum quis traditur in manum alicuius. Ioſue. 7.b. Iudi.3.b.

Conſilium

Gre ſ.1.reg.14.

Manus aliquando conſilium ſignificare poteſt: vt manus Achiæ ſacerdotis, per quem conſulebat Saul Deum. 1.reg.14.c.

Miniſteriũ ad inſpirationẽ implendam

Gre. ſ.1.reg.9.

Manus pueri Saulis, in qua inuenta eſt quarta pars ſtateris argenti. 1.reg.9.b. deſignat miniſterium, vt inſpiratio ſpũſſancti opere compleatur.

Intelligẽtia malorũ

Gre. ſ.1.reg.13.

In manu eſt lancea vel enſis, quum quis intelligentiam habet pręſentium & futurorum malorum, ad hoc vt ea ardentius vincere concupiſcat. 1.reg.13.d. pſ.149.

Chriſt⁹ ſine ſemine natus

Amb. ſ. Rom.9.

Sine manibus hominum abſciſſus lapis deſignat Chriſtum ſine humano opere in vtero virginis formatum. Dani.2.e.

Imponere man⁹ ad lucrum. Pedes

Glo. or. ſ. Leui.11.

Super manus ambulare eſt turpis lucri cauſa alicui manus imponere. Leui.11.d. Manus autẽ in beſtijs ſumuntur pro pedibus.

Auxilium petere

Glo. or. ſ. thre.5.

Manum dare interdum eſt auxilium petere: vt thre.5.b. Aegypto dedimus manũ & Aſſyrijs. Sic conſeritur manus ad manum proximi. Zach.14.c.

Arno.ſ.pſ.62.

Manus gladij eſt acies gladij:& manus gladij,in quam traduntur hæretici,eſt victoria verbi Dei,per quod hæretici conuincuntur.p̃s.62.

Victoria verbi Dei.

Manus etiam gladij eſt vis & impetus tentationum,à quibus liberat dominus.Iob.5. d.

Vis tentationum.

Gre.6.mor.18. Ori.ſ.Iſa.ho.6. Hila.ſ.Mat.can.12. Amb.ſer.8. Hie ſ.Mar.3.&.ſ.Iere.6. Ricar.de.ſ.victo.de ſomni. Nabuchu.38

Manus arida eſt ocioſitas bene operandi,tam phariſæorum , quàm totius generis humani. Matth.12.a.Marc.3.a.Luc.6.b.Vel manus arida eſt in auaris,qui non eam extendunt ad dandum.Manus quoq; diſſolutæ ſunt,quæ non valent rectè operari:nec reſiſtere tentationibus. Iere.6.a.Idem deſignant manus laſſæ.Iob.4.a.Manus habet & non palpat,qui ſcit quomodo in bono opere debeat exerceri : nec tamen vult fructum boni operis per experientiam capere.p̃s.113.

Ocioſitas

Hie.ſ.Iſa.23.

Manus Tyri deſignant proſperitatem ſeculi.Iſa.23.b.

Proſperitas ſeculi.

Hiero.ſ.Iſa.57.&.ſ. Eze.8,39.

Manu aperta admittit adulterium,qui aperte defendit hæreſes:& qui non erubeſcit peccare.Iſa.57.b.In manu quoq; habent thuribulum colentes idola,quando totis viribus defendũt errores.Eze.8,c.In manu ſiniſtra eſt arcus Gog,& in dextera ſagitta:quia hæretici armantur à dextris & à ſiniſtris,vt fideles.Eze.39.a.

Defendentes apertè hæreſes

Hie.ſ.Ecclten 7.

Manus mulieris ,quæ ſunt vincula , deſignant vim diaboli , & perſuaſiones hæreticorum. Eccl'tæ.7.c.

Vis diaboli.

Gre.15.mor.21.

In manu ſunt bona temporalia,quum quis eis vtitur ad ſuas & aliorum ſubleuandas neceſſitates.Vnde non dicuntur bona eſſe in manu hypocritæ:quia ipſe potius eſt ſeruus bonorum temporalium,quàm eis imperet.Iob.21.a.

Vti bonis temporalibus ad proximorũ neceſsitates.

Manus ſiniſtra,in qua aſſumit oleum ſacerdos ad emundationem leproſi.Leui.14.c.

Per manus Ithamar enumerantur vaſa tabernaculi.Exo.38.c.Et ſunt ſub manu eius,hoc eſt ſub cuſtodia.Num.4.c.

Cuſtodia

## *Manubrium.*

MAnubrium dicitur capulus cuiuſcunq; rei,dictum,quòd manu capiatur ſeu teneatur.

Gre.10.mor.9.

Manubrium ſecuris diſcretionem deſignare poteſt:& labitur ferrum de manubrio , cũ quis excedit modum in corripiendo.deut.19.b.

Diſcretio

Gre.22.mor.5.

Manubrium itidem dici poteſt cor hominis:& mittitur ab Eliſæo in aquam ad educendum ferrum,cum Chriſtus humiliat cor ad reſtituendum illi donum intellectus per ſuperbiam aut opera diſſoluta amiſſum.4.reg.6.a.

Cor hominis

Deſignat etiam corpus Chriſti relictum in ſepulcro,deſcendente ad inferos anima.

Corpus Chriſti.

## *Mara.*

MAra.i.amara vel amaritudo:quinta manſio filiorum Iſrael in deſerto : vbi inuentæ ſunt aquæ amaræ,quæ iactu ligni in dulcedinem conuerſæ ſunt.Appellatur etiam Marath.

Ori.ſ.Exo. ho.7.& ſ.Num.ho.27.

Mara ſignificare poteſt amaritudinem pœnitentiæ:ad quam venitur poſt tranſitum maris, hoc eſt,poſt baptiſmum.Exo.15.d.Num.33.b.

Pœnitentia.

Hie.de mãſio. &.ſ. pſ.97 &.ſ.Hoſe.pl. Aug.ſer.91. Amb.de inſti.vir.5.

Poteſt etiam ſignificare amaritudinem literæ legis:quæ facta eſt dulcis per lignum crucis:& per lignum ſapientiæ Chriſti.

Litera legis.

Deſignare etiam poteſt gentilitatem,ſecundum ꝙ erat in amaritudine infidelitatis:& etiam carnem ac fragilitatem humanam:& præterea tribulationes vitæ præſentis , ad quas veniunt, qui egrediuntur de Aegypto.

Gentilitas. Caro fragilis Tribulationes.

## *Marcere, Marceſcere, Emarceſcere.*

MArcere dicuntur,quæ putreſcunt,aut languent,à proprio vigore deficientia.

Amb.2.de Iacob.7. Gre.ſ.Eze.ho.14. Hie.ſ.Iſa.25. Rup 1.ſ.Matth.

Emarceſcens neruus femoris Iacob deſignat ſtuporem paſsionis Chriſti.geneſ.32.ſ.Deſignat etiam quòd omnipotens Deus cum iam per deſiderium & intellectum cognoſcitur,omnem in nobis voluptatem carnis arefacit.Significat præterea Iudæos,qui in incredulitate remanſerunt.Item genealogias eorum poſt incarnationem deficientes.Et marceſcens propago fortium eſt deficiens virtus Iudæorum.Iſa.25.b.Marceſcens quoq; vinea eſt deficiens ſynagoga,vel anima.Eze.19.d.

Stupor paſsionis Chriſti. Arefactio voluptatum. Incredulitas Iudæorum.

Gre.20.mora.23.& 33.mor.24.

Emarceſcit cor præ dolore.Iſa.21.a.Iob.30.c.quum anima electorum per afflictiones deficit in affectibus terrenis,vt in æterna vita virideſcat.Et marceſcere facit Deus oſſa per dolorem in lectulo.Iob.33.c.quia cum in ea requie,quam nobis ab hoc ſeculo præparamus, flagello tentationis afficimur : qui fortaſſe de virtutibus noſtris inflari potuimus, cognitæ infirmitatis noſtrę tædio extenuamur. Sæpe enim anima alicuius boni ſibi conſcia , cum virtutes ſuas ſibi ad memoriam reuocat, quadam delectatione paſcitur, & quaſi gratulatione propriæ plenitudinis impinguatur,bene dicitur quòd tentatione pulſante marceſcunt oſſa : quia dum propria infirmitas tentatione interrogante cognoſcitur:omnis illa noſtrarum virium velut pinguis viridiſq; congratulatio ſubito anxietatis mœrore ſiccatur:& qui nos alicuius eſſe momẽti

Deficere ab affectibus terrenis.

bona



bona noſtra pẽſando credidimus, pulſati paulo amplius perituros nos iam iamq; formidamus.

## *Mare, Pelagus, Fretum.*

MAre notæ ſignificationis eſt:congregationes enim aquarum terram magna ex parte ambientes maria ſunt appellata.gen.1.Videtur autem dictum ab amaritudine.Agitatur ventis:eſtq; inſtabile vndis.In eo nauigatur nauibus:ibiq; abundant piſces : & exercetur piſcatio. Magnum autem mare quod terram circuit Oceanus dicitur. Quando autem ponitur mare abſolutè in ſacra ſcriptura , ſæpe ſolet accipi pro parte occidentali terræ Paleſtinæ,quæ habet mare ad occidentem.Quãdoq; autem dicitur mare magnum:vt Eze.47.c. Et mare nouiſsimũ eſt mare occidentale.Iſa.49.d.Ioel. 2.e. Mare autem orientale ſolet dici mare Cenereth , ſeu Geneſareth:quod & mare Tiberiadis dicitur : & prȩterea mare mortuum : quod etiam eſt ad orientem terræ promiſsionis , præcipuè tribus Iuda.Cum autem dicitur:A mari vſq; ad mare, ſolet totus orbis ſignificari.p̃s.71. Zach.9.c.

Hier.ſ.Iſa.49.&.ſ. Eze.47.&.ſ.Ioel.2. Arno.ſ.pſ.71.

De mari hæc dicunt Ambroſius & Baſilius:Vidit Deus quia bonum mare. Et ſi pulchra ſit ſpecies eius elementi,vel quum ſurgentibus albeſcit cumulis ac vorticibus vndarum , & cautes niuea rorat aſpergine,vel quum æquore criſpanti clementioribus auris,& blando ſerenæ tranquillitatis purpuraſcentem præfert colorem:qui autem eminus ſpectantibus frequenter effunditur,quando non violentis fluctibus vicina tundit littora,ſed velut pacificis ambit & ſalutat amplexibus,quàm dulcis ſonus,quàm iucundus fragor,quàm grata & conſona reſultatio.Ego tamen non oculis æſtimatum creaturæ decorem arbitror : ſed ſecundum rationem operationis iudicio operatoris conuenire & congruere definitum. Bonum igitur mare : primum quia terras neceſſario ſuffulcit humore,quibus per venas quaſdam occultè ſuccum quendam haud inutilem ſubminiſtrat.Bonum mare tanquam hoſpitium fluuiorum,fons imbrium , deriuatio alluuionum,inuectio commeatuum,quo ſibi diſtantes populi copulantur, quo præliorum remouentur pericula,quo barbaricus furor clauditur,ſubſidium in neceſsitatibus, refugium in periculis,gratia in voluptatibus,ſalubritas valetudinis,ſeparatorum coniunctio, itineris compẽdium transfugium laborantium,ſubſidium vectigalium,ſterilitatis alimentum. Ex hoc pluuia in terras transfunditur,ſiquidem de mari aqua radijs ſolis hauritur:& quod ſubtile eius eſt rapitur:deinde quanto altius eleuatur,tanto magis etiam nubium obũbratione frigeſcit , & imber fit:qui non ſolum terrenam temperat ſiccitatem, ſed etiam ieiuna arua fœcundat. Quid enumerem inſulas,quas velut monilia plerumque prætexit,in quibus hi , qui ſe abdicant intẽperantiæ ſecularis illecebris,fido continentiæ propoſito eligunt mundum latere , & vitæ huius declinare dubios anfractus ?Mare eſt ergo ſecretum temperantiæ,exercitium continentię, grauitatis ſeceſſus,portus ſecuritatis,tranquillitas ſeculi,mundi huius ſobrietas, cum fidelibus viris atq; deuotis incentiuum deuotionis , vt cum vndarum leniter alluentium ſono certent cantus pſallentium:plaudant inſulæ tranquillo fluctuum ſanctorum choro hymnis ſanctorum perſonent:Vnde mihi,vt omnem pelagi pulchritudinem comprehendam, quam vidit operator?Et quid plura?Et quid aliud ille concentus vndarum , niſi quidam concentus plebis eſt? Vnde bene mari plerunq; comparatur eccleſia:quæ primo ingredientis populi agmine , totis veſtibulis vndas vomit:deinde in oratione totius plebis tanquam vndis refluentibus ſtridet: tum reſponſorijs pſalmorum,cantu virorum,mulierum,virginum,paruulorum conſonus vndarum fragor reſultat.Nam illud quid dicam,quòd vnda peccatum abluat , & ſancti ſpiritus aura ſalutaris aſpirat?Det nobis dominus illa receſſuum flumina proſperorum , ligno currere, tuto portu conſiſtere,nequitiæ ſpiritalis grauiora quàm ferre poſſumus tentamenta neſcire, fidei ignorare naufragia,habere pacem pro pugna:& ſi quando aliquid ſit,quod graues nobis ſeculi huius excitet fluctus , euigilantem pro nobis habere gubernatorem dominum Ieſum, qui verbo imperet,& tempeſtatem mitiget,tranquillitatem maris refundat , cui eſt honor & gloria,laus,perpetuitas à ſeculis & nunc & ſemper in omnia ſȩcula ſeculorum amen.Secundũ etiam quòd in mari ſunt boni & mali piſces,marȩ ſignificat eccleſiam , in qua ſunt mali nunc bonis permiſti.Matth.15.f.

Amb.3.Exae.5. Baſi.4.Exae. Eccleſia ſeu tẽplum Chry.ã ver.Iſa.k.4 Geor.vene. canit.1. ton.7.cap.12.

Mare aliquando dici poteſt Deus:qui eſt quoddam pelagus ſubſtantiæ infinitum. Et cum in ipſo Deo omnia contineantur,eſt locus particularis,aut menſura,quæ mare dicitur , aut aquæ,vel collectio aquarum.Et eſt illa meridionalis regio ſuperna , in qua eſt aqua ſapientiæ ſupremæ,miſericordiæ,clementiæ,pietatis,& gratiæ:quæ eſt poſſeſsio peculiaris filij Dei: De qua ait pater.pſ.88.Et ponam in mari manum eius,& in fluminibus dexterã eius. Ab hoc mari exeunt flumina,& ad ipſum reuertuntur.Eccl'tæ.1.b.

Geor.vene. canti.1. ton,7.cap.12.14.28.

Virgo Maria.

Mare etiam dici poteſt beatiſsima virgo Maria , cuius nomen etiam ipſum mare includit: in quod mare deſcendit filius Dei,ſicut Ionas ad Niniuitas , hoc eſt , vt mundum liberaret. Ionæ.1.a.

Geor.vene. canti.1. ton.7.cap.12.

Aretas.ſ.apoc.4. — Angeli

Mare vitreum ſignificat immenſam multitudinem angelorum in corpore naturæ luce ſplē dentem.apoc.4.b.

Ori.ſ.Matt.ho.4.& in diuer.ho.6. Hil ſ.Mat can.7.14 Cle.Alex.5.ſtrom. Hie.ſ.Iſa.18.&.ſ.Eze.26.&.ſ.Zach.10. Arno.ſ.pſ.32. Cyril.3.ſ.Ioan.24 Aug 13 cōf.17.&.20 ciu.Dei.15.&.ſ.pſ.39 Gre ho.24. — Mundus. Res temporales

Mare agitatum ventis mundum ſignificare ſolet:in quo magna eſt rerum & temporum varietas:& ventis furientibus perturbatio.In hoc mare proijcitur equus & aſcenſor, quum quis ſequitur appetitum.gen.22.d.41.f.49.b.Exod.15.a.1.reg.13.a.3.regū.18.e.Iob.26.d. 28.c.38.b. p̄s.8.23.32.45.64.65.73.79.67.88.92.97.103.106.113.138.Iſa.18.a.21.a.23.a.24.c.27.a. prouer. 30.c.Ezech.26.c.32.a.Dani.7.a.Ion.1.a.Nahum.1.a.Zach.9.a.Matth.8.c.14.c.17.d.18.a.Ioan. 6.a.21.a.Marc.4.a.Luc.5.a.apoc.8.c.13.a.20.d.Fretum etiam mundum ſignificat : & res temporales.Matth.16.a.Fretum eſt autem bonis mare,qui non latam mundi viam, ſed anguſtam peragunt.Zach.10.d. Ber.de conſide.2. Beda.ſ.gen.49. Geor.vene.canti.1.ton.7.cap.12. Ori.ſ.Mat.cap.14.

Ori.ſ.Exo.ho.5.& ſ.num.ho.27. Tertu.de baptiſm. Amb.de initi.myſ.3 Hie.de manſio. Aug.ſ.pſ.77.80.&.ſ apoc.ho.2. Ber.ſ.cant.ſer.39 Geor.vene. canti.1. ton.7.cap.12. Gre Nyſ.de vi.Mo. — Baptiſmus

Mare quoq; baptiſmum ſignificat, præcipuè mare rubrum : vbi Aegyptius perit, & Hebræus ſeruatur.Et mare operit inimicos,cum in baptiſmo delentur peccata.Eſt autem rubrū per ſanguinem Chriſti,à cuius paſsione baptiſmus habet vim mundandi peccata. Exod. 10.c. 13.d.14.a.15.a.23.d.p̄s.77.79.Zach.10.d.14.b.1.cor.10.a. Mare quoq; ęneum ipſum baptiſmū deſignabat.3.reg.7.d.Et mare vitreum,quod erat ante ſolium iudicis,deſignabat nos ante iudicium debere baptizari.apoc.4.a.15.a.Septima manſio filiorum Iſrael eſt ſupra mare,qua nō tranſitur mare,ſed videtur.Num.33.b.Mare æneum fuſile dicitur:quia baptiſmus igne ſpiritusſancti per Chriſtum conflatus eſt.Mare orientale eſt baptiſmus:contra quem eſt diabolus:qui aduerſatur baptizatis.Ioel.2.e.

Geor.vene. canti.1. ton.7.cap.12.16. — Pœnitentia

Mare pręterea pœnitentiam ſignificare poteſt.p̄s.135.Et mare rubrum , per quod nobis eſt tranſeundum,eſt pœnitentia peccatoribus neceſſaria.

Hila.ſ.Matt.can.16. Geor.vene.cāt.1.tono.7.cap.12.&.cāt.2 ton.6.cap.9. Rup.9.ſ.apoc. — Secularis poteſtas. Perſecutiões ī Chriſtum. Superbi.

Mare in quod eiectus eſt Ionas,ſignificare poteſt ſecularem poteſtatem,& Pilatum, cui traditus eſt Chriſtus.Et tumultus perſecutionum,quas paſſus eſt Chriſtus,vt ceſſarent à nobis tribulationes.Ion.1.c.2.b.Iſa.51.a.Haba.2.d.Potentes ſuperbi,vt Pharao:qui fluctuant,ſed tamen indurantur.apoc.16.a.

Ori.ſ.Exo. ho.5 & ſ.Ioſ.ho.15. Hie.ſ.Iſa.16.50. &.ſ Mich.7. Ricar.de.ſ.victo de extermi.mali.3.8.10 — Amaritudo laborū huius vitæ. Tentationes

Mare poteſt etiam ſignificare amaritudinem laborum huius vitæ,& tentationes : eſtq; finis Iuda:quia per hæc venitur ad Iuda,hoc eſt.ad ſinceram confeſsionem.Exod.14.a.36.c.Ioſu. 15.b.Iſa.16.c.50.0.51.d.63.c.Iere.6.f.Num.33.a.p̄s.16.68. Et dicitur hoc mare miſeriæ : quod fugit,quando fit tranſitus ad fœlicitatem.p̄s.113.De mari ad mare conſurgunt bella,cum amaritudo conſurgit aduerſus amaritudinem.Mich.7.c.Iſraelitę deſerentes Aegyptum prius habuerunt mare ante ſe,ad impedimentum profectionis,deinde iuxta ſe in adiutorium defenſionis,quando erat eis pro muro à dextris & ſiniſtris:tandem habuerunt poſt ſe in firmamentum ſecuritatis,inimicis eorum ab eo ſubmerſis,ſeu interclusis.Sic ante nos ſunt futura , iuxta nos præſentia,poſt nos præterita.Mare ante nos eſt timor futurorum periculorum:mare iuxta nos eſt labor incumbentium certaminum:mare poſt nos , dolor perpetratorum malorum. Mare ante nos,timor puſillanimitatis:Mare iuxta nos labor ſolicitudinis:Mare poſt nos,dolor pœnitudinis. Timor puſillanimitatis impedit:labor ſolicitudinis munit: dolor pœnitudinis protegit. Mœror etiam pro bonis æternis eſt mare à dextris:Mœror vero pro malis æternis eſt mare à ſiniſtris.

Aug ſ.pſ.131. Hie.ſ.Amos 8. &.ſ. Haba.3 &.ſ.Iſa.17. Gre.34.mor.9. Aug.1.q.in euāg.29. &.ſ.pſ.73.76 Gre.prol. mor.3.&. 9.mor.5. Rup.ſ apoc 7. — Infideles. Hæretici. Doctrina hæreticorum & philoſophorum.

Mare poteſt etiam ſignificare infideles,& hæreticos,& nationem prauam , & vitam ſecularem,& ſenſus dæmonum,& doctrinam hæreticorum & philoſophorum , & etiam contradicentium fluctus.A mari autem vſq; ad mare commouentur , qui varijs agitantur erroribus. Geneſ.1.b.22.d.49.b.Exod.14.d.36.c.Iob.9.a.11.b.38.b.41.d.p̄s.134.Iſaiæ.11. d.19.a. Amos. 8.d.9.a.Haba.3.b.Et mare longe ſignificat gentiles & infideles.In hoc mari eſt via Dei , quū gentiles conuertuntur,& ſeruant eius præcepta. Quod mare confirmat tunc Deus. Exo.23.d. p̄s.32.45.64.75.88.Iſa.17.d.23.a.42.b.43.e.60.b.Matth.21.b.apoc.8.c.12.d.

Gre.10.mo.10.&.11 mo.5.&.28.mor.18. &.29.mor.7. Rica.de.ſ.vict. ā vitio mutab.1.& de.12 patriar.38 — Cor humanum

Mare aliquando cor humanum , quod varijs cogitationum & affectuum fluctibus agitatur; & inconſtans & mutabile eſt ad omnem flatum.Eſt enim cor noſtrum furore turbidum, rixis amarum,elatione ſuperbiæ tumidum,fraude malitiæ obſcurū.Iob.11.b.14.b.38.b. Dani. 7.e.Haba.3.d.

Ori.ſ.Mat.ca.13.14. Aug.q.in deut.54. Gre.18.mo.27.&.3. paſto admo.26. — Vita humana. Vulgus ignobile

Mare etiam ſignificare poteſt vitam humanam fluctibus irrequietā,& negotijs exūdantem; & peculiariter vitā ſecularium:quæ dum procelloſis actionum motibus cōcitat,ab internę ſapiētiæ quiete atq; ſtabilitate diſiungitur.Iob.28.b.Mat.13.a.14.c.Et trans mare eſt, quod eſt poſt hanc vitam.deut.30.c.Poteſt etiam ſignificare vulgus ignobile.pſ.95.Iſa.24.c.

Hie.ſ.Zach.14.&.ſ. Iob.26. — Populus circuncíſionis & eccleſiæ. Vtrūq; teſtamentū.

Mare orientale,quod eſt mortuum,deſignare poteſt populum circuncíſionis : & vetus inſtrumentum.Mare vero nouiſsimum eſt populus eccleſię:& nouum teſtamentum. Zach.14.b. Et maria congregata ſignificant Iudęos & Gentiles,qui in vnum eccleſiæ corpus congregati ſunt,& in vnam fidei copulam ſunt Chriſti charitate cōnexi.Iob.26.c. In his dn̄atur Chriſtus à mari vſq; ad mare.p̄s.71.

Ori.ſ.Iere.ho.7. Hie.ſ.Eze.47 — Peccatores. Peccata.

Mare ſalis,quod eſt mortuum,dicitur peccatores ſignificare poſt mortem inutiles ad operādum.Et etiam tumultus vitiorum.geneſ.14.a.Ioſu.3.d.Eze.27.a.Sanat̄ aūt adueniētibus aquis baptiſmi



baptiſmi & doctrinæ euangelice.Eze.47.b.Mare etiam eſt impietas,quæ dulcem aquam facere non poteſt:ſed eſt eius aqua ſalſa valde,& multum amara:& amaritudo eius amariſsima.Et hoc dicitur mare malitiæ:quod fugit, quum quis deflet peccata.p̄s.113.Mari comparatur contritio Hieruſalem propter inquietudinem vitiorum.thre.2.e. — Ricar.de ſ.victo.de extermi.mali.3.

Corpus noſtrum. — Geor.vene.cāt.1.tono.7.cad 16.

Mare rubrum ſalſum,paludoſum,& cœnoſum,corpus noſtrum ſignificare poteſt,per quod faciendus eſt nobis tranſitus:ſed debet incidi,& exiccari,vt libere tranſeamus:quod fit per opera pœnitentiæ.Exo.14.a.

Amaritudo punitionis. Infernus. — Ori.ſ.Ioſu. ho.4. & ſ.Mat.ho.5.36. Arno.ſ.58.135. Ricar.de ſ.victo.de ſtatu.interi.hoīs.10 Rup.ſ.Ioel.2.

Mare ſalis & mortuum ſignificare poteſt etiam amaritudinem punitionis, & infernum:vbi plena eſt amaritudo & dolor:& mare rubrūm , in quod proijcitur Pharao cum exercitu ſuo, gen.14.e.15.a.Ioſu.13.d..p̄s.68.103.135.Ion.2.c.Matt.18.a.31.c.Et flumina intrant in mare,cum appetitus carnales ſequitur punitio.Eccl'tę.1.a.Mare nouiſsimum ſeu extremum erit in reſurrectione,quum diabolus & mali mittentur in ſtagnum ignis.Ioel.2.f.Zac.14.

Sacra ſcriptura. — Hie.ſ.nahum.3.&.ſ. Habac.3. Arnob.ſ. Exae.7.& epiſ.44. Gre.ſ.Eze.ho.6. Hie.ſ.Eze.1 Euch.form.ſpūa.4.

Mare dici poteſt vetus teſtamentum:cuius lectio eſt amara, niſi mittatur lignum crucis.p̄s. 97.Et mare magnum ſunt vetus & nouum teſtamentum: & profundiora myſteria. p̄s.79.103. 129.Eze.47.c.Et marę vnde exeunt flumina.Eccl'tæ.1.b. Maris viſio dicitur eſſe in rotis.Eze. 1.d.quia vt omnia flumina intrant in mare:ita omnis veritas reducitur ad euangelium. Eſt autem ſacra ſcriptura mare , per quod nauigamus in ligno crucis, vt ad terram viuentium deueniamus.

Terra. — Hie.ſ.Ecclīa.1

Mare dici poteſt ipſa terra:vt flumina intrant in mare,hoc eſt,homines in terram,vnde ſumpti ſunt.Eccl'tę.1.a.

## *Margarita.*

Plini.9.natu.hiſ.35 Ori.ſ.Matt.cap.13.

MArgarita eſt gemma precioſiſsima,quę in oſtreis generatur:quas vbi genitalis anni ſtimulauerit hora,pandentes ſeſe quadam oſcitatione impleri roſcido conceptu tradunt, grauidas poſtea eniti:partūq; concharum eſſe margaritas , pro qualitate roris accepti.Si purus influxerit,candorem conſpici.Si vero turbidus,& fœtum ſordeſcere:eundem pallere, cœlo minante conceptum:ex eo quippe conſtare:cœliq; eis maiorem ſocietatem eſſe q̄; maris:inde nubilum trahi colorem,aut pro claritate matutina ſerenum.

Chriſtus. — Ori.ſ.Mat.cap.13.

Margarita precioſa inuenta eſt Chriſtus. vt enim Oſtrea nocte & verno tempore rorem recipiens,intra ſe Margaritam generat:ita glorioſa virgo ſpiritu ſancto ſuperueniente filium Dei concipiens,Meſsiam vt precioſiſsimam margaritam generauit.Matt.13.f.

Prophetæ. — Ori.ſ.Matt. cap.13. Cle Alex.2.pęda 12 Hila.ſ Mat.cano.13. Amb.ſer.5.

Margaritæ etiam ex rore cœli in conchis genitæ prophetas ſignificare poſſunt in ſynagoga genitos:inter quas inuenta eſt precioſiſsima margarita,quę eſt Chriſtus.Mat.13.f.

Senſus perfectus. Myſteria. Præcepta. — Hila.ſ.Matt. cāo.6. Augu.2.ſer. domini in monte. Chryſo.ſ.gen.ho.16

Margarita quoq; precioſa eſt ſenſus perfectus ſacrę ſcripturæ: & minores margaritę ſunt obſcuriores cognitiones,quę euacuantur cum venerit perfecta.Et generaliter myſteria veneranda ſunt margaritæ,quę non ſunt inter porcos proijciendę. Matt.7.a. Margaritę quoq; dicūtur diuina pręcepta:quę quis proijcit porcis,quum ea non ſeruat.

Regnum cœleſte. Apoſtoli. — Ori.ſ.Matt.cap.13. Baſi.de reg.fuſi.c.8.

Margarita præterea precioſa ſignificat cœleſte regnum.& gloriæ viſionem. Mat.13.f.Apo. 21.f.Et margaritę portarum ſunt apoſtoli. Rup.12.ſ.apoca.

Vnitas. — Ber.ſer parua.26.

Magarita itidem precioſa eſt vnitas,pro qua cætera ſunt vendenda.

Redargutio ſapiētis — Beda.ſ.pro.25.

Margaritę fulgenti comparat Salomon redargutionem,qua arguitur ſapiens,& illi eſt obediens.Pro.25.b.vel eſt ipſe magiſter eruditus:quia dum emendationem morum, dum ſupernorum ſcientiam deſiderantibus oſtendit,quaſi aureo ornatui maiorem inſuper gratioremq; ſulgorem gemmę ardentis annectit.

Virtutes fictæ. — Glo.ord.ſ. apoc.17

Sunt etiam margaritę,quibus ornatur meretrix,apo.17.a.18.c.Et deſignant virtutes apparētes,quę erunt in Antichriſto & eius miniſtris.

## *Margo.*

MArgo dicitur vniuſcuiuſq; rei extremitas.

Chriſtus. — Hie.ſ.Eze.40. Gre.ſ.Eze.ho.16.

Margo ante thalamos templi cubiti vnius.Ezec.40.b.Chriſtum ſignificare poteſt: qui finis eſt vtriuſq; teſtamēti.Vel deſignat fidem introducentem ad charitatē:quę eſt cubiti vnius, quia non poteſt diuidi per ſchiſmata.

## *Maria.*

MAria.i. exaltata,vel amaritudinis mare,aut myrrha maris ſiue doctrix,vel magiſtra maris: aut ex Syro & Hebręo,domina maris. Fuit filia Amram,ſoror Moſis,& Aaron:fuit prophetiſſa:quæ quia murmurauit contra Moſen,facta eſt leproſa,& poſt modum mundata.

Eccleſia. — Amb.de.virg.1. Beda.ſ.Exo.15.

Maria vt pulſauit tympanum poſt tranſitum maris rubri,typum gerit eccleſię laudātis Deū pro his,qui baptizantur.Exo.15.c.

Vaticinium prophetarum. — Hier.ſ.Mich.6.8.; lo manſio & plogo in Hoſe.&.1 ſopho.4.

Vt autem fuit prophetiſſa,& miſſa dicitur à Deo,typum gerit vaticinij prophetarum.Mich. 6.a.Et vt murmurauit contra Moſen,eſt prophetia literę ſeruiēs.nu.12.a. Vt aūt mortua eſt ante ingreſſum terrę promiſsionis, deſignat prophetiam ceſſantem in aduentu Chri.nu.20.a

Ori.ſ.nu.ho.6.&.ſ. canti.1.2.

Vt autem murmurauit contra Moſen,deſignat populum Iudaicum,qui murmurauit contra Chriſtum:& vt illa facta eſt leproſa:ita ſynagoga contraxit lepram incredulitatis:vnde & ſeparata eſt,donec plenitudo gentium intret.num.12.a.

Populus Iudaicus.

Amb.ſ.Luc.1.

Maria virgo beatiſsima,quæ fuit deſponſata,ſed virgo,figura eſt eccleſiæ,quę coniuncta eſt Chriſto,ſed ſine macula.Luc.1.c.

Eccleſia.

Ber.ſer.par.no.8.

Vt autem geſtauit Ieſum in vtero,deſignat prædicatores portãtes Ieſum,vt eum alijs, vel potius alios ei pariant.

Prædicatores.

Maria mater Iacobi & Ioſeph ſignificat excellentem animam : cuius excellentia declaratur per interpretationem nominum filiorum eius.Matt.27.f.

Excellens anima.

Maria Magdalena,vide Magdalena.

## *Maritus, quære Vir.*

## *Marmor.*

Plinius.36. natu.hiſto.7.

MArmor eſt genus duriſsimi lapidis & ſolidiſsimi : quod in pretio habetur:cuius varia ſunt genera.Quoddam enim eſt album,quod parium dicit:aliud viride, quod Laconiũ:aliud nigrum:aliud maculoſum in ſerpentis modum:aliud rubrum , candidis interuenientibus punctis.Sunt & multa alia genera.

Amb.ſ.ps.118.ſer.5. Gre.ſ.cant.5.

Marmor quod ponebatur in templo,fortitudinem indefeſſam ſignificare poteſt:& marmoreę columnæ,deſignant fortitudinem apoſtolorum.Exo.31.a.1.par.29.a.2.par.2.c.3.b.canti.5.d.apo.18.d.Poteſt etiam marmor ſignificare ſanctos puritatem vitæ habentes.

Fortitudo. Sancti.

## *Maron.*

Ori.ſ.Ioſu.ho.14.

MAron.i.amaritudo:ciuitas:cuius rex Iobab victus eſt à Ioſue:deſignare poteſt amaritudinem peccati.Ioſu.11.a.Pro.5.a.videtur autem eſſe vbi fit primus lacus Iordanis:qui Samachus appellatur.

Amaritudo peccati.

## *Marſupium.*

MArſupium eſt ſacculus numorum.

Marſupium vnum malorum.Prouerbior..1.b. Communitatem aut concordiam hæreticorum deſignat.

Cõcordia hęreticorũ

## *Martha.*

MArtha.i.prouocans, ſiue amaricans: vel Syriacè,domina,vel doctrix:fuit ſoror Mariæ & Lazari:quę ſolicite miniſtrauit Chriſto.

Ori.ſ.1.reg.ho.1 Baſi.cõſti.monach 1 Gre.ſ.1.reg.14.&.6.mo.28.et ſ.ez.h.3.14 Aug.1.de trini.10

Martha deſignare ſolet vitam actiuam , & exercentem opera , quæ ad conuerſionem ſpectant:quæ erga plurima turbari dicitur. Luc.10.g. Ioan.11.c.12.a.Eadem ratione ſignificat vitam pręſentem:quę laborioſa eſt,multoq; indigens miniſterio:quæ tamen ceſſabit, quum ceſſauerit indigentia.

Vita actiua. Vita præſens.

Ber.ſer.2 aſſumpti.

Vt autem excepit Chriſtum in domum ſuam,typus eſt beatę virginis Marię,quę illum excepit in vtero.Vel etiam animę.Luc.10.g.

Virgo Maria. Anima.

## *Mas, Maſculus.*

MAs ſeu maſculus ſexus vocabulum eſt fœminæ appellationi oppoſitum: eſtq; ſexus nobilior & robuſtior.

Ori.ſ.Leui.ho.1. Hiero.ſ Iſa.66.&.ſ. Mala.2. Geor.venet.cant.2.ton.3.cap.19. Aug.ſ.apo.ho.9.

Maſculus ſępe Chriſtum ſignificare ſolet : qui peccatum non fecit,& virtutem ac nobilitatem habet ſupra eccleſiam : & maſculus vitulus deſignat virilia ac robuſta Chriſti opera, quæ pro nobis obtulit.Leuitic.1.a.Et maſculus agnus eſt ipſe Chriſtus,& perfectio ac fortitudo humanitatis eius.Exod.12.a.Iſa.66.c.Mala.6.a. Hunc maſculum peperit mulier victorem diaboli.Apoca.12.b.

Chriſtus. Opera Chriſti.

Aug.1.de gen.cont. Manich.23.25. Ori.ſ.gen.ho.1.

Maſculus & fœmina,quos fecit Deus à principio,ſignificare ſolent Chriſtum & eccleſiam. gene.1.d.Item ſpiritum & animam,ſeu ſpiritum & carnem:qui ſi concordant, creſcunt & multiplicantur.Significant etiam intellectum & actionem.

Chr̃s & eccleſia. Spiritus & caro. Intellect⁹ & opatio

Ori.ſ.Leui.ho.4.& ſ.nu.ho.1. Iſy.ſ Leui.6.27. Hie.ſ.Iſa.26.&.ſ.naum.3. Gre.Nyſſe.de vita Moſis.

Mares dicuntur robuſtiores in fide & operibus.Exod.1.c.13.b.34.c.Leui.3.b.27.a.Et mares ſtirpis Aaaron,aut de genere ſacerdotali ſunt fortes & viriles.Leui.6.d.7.a.Et maſculi qui numerantur,ſunt perfecti.num.1.a.Mares interficit Pharao, hoc eſt, habentes aliquid robuſtum: non tamen adultos,qui poſſunt reſiſtere diabolo.Exo.1.c. vult autem diabolus vt , quodcũq; eſt Hebręorum,& eorum,qui per ſeculum iſtud tranſeunt, forte & virile mittatur in aquas: & per earum fluenta deferatur in mare .E diuerſo quicquid fœmineum,molle & formoſum videretur in ſeculo,hoc viuificetur,adoleſcat & generet.Simulq; conſidera,quòd Aegyptius imperator viros Hebręorum non poſsit occidere:nec eos,qui iam egreſsi ſunt ab infantia: ſed quorum ætas adhuc tenera eſt,& molle corpus,& profectus incipiens . Scit non poſſe nutriri fœminas,niſi interfecti fuerint maſculi. Cum maſculo, hoc eſt cum eo, qui virilia opera agit,non

Robuſtiores in fide & operibus.

Iſy.ſ.Leui.18.

debet



debet quis miſceri concubitu fœmineo,vt eius opera effœminari faciat.Leui.18.c.

Pręlati & doctores.

Maſculi quoq; dicuntur doctores & prælati: quibus alij ceu fœminæ ſubijciuntur. geneſ. 1.d.Exod.1.c.12.a.

Beda.ſ.Exo.1.

Opera virilia. Virtutes.

Maſculi etiam dicuntur opera virilia:& eadem ratione ipſę virtutes,per quas viriliter operamur.Exo.1.c.13.b.34.c.Et maſculus vitulus ſignificat virilia opera carnis.Leui.1.a.

Ori.ſ.Leui.ho.1.

Mens. Ratio. Homo interior. Senſus rationalis.

Maſculus præterea dicitur ipſa mens ſeu ratio,& homo interior,& ſenſus rationalis. Et maſculus offertur, cum mens offertur Deo . Et maſculinum circunciditur,cum omnia ſuperflua à mente reſecantur.gen.17.b.34.b.Leui.1.a.3.b.22.c.Iſa.66.c. Et hoc maſculinum debet apparere coram domino.Exo.23.c.34.c.Et maſculinum aperiens vuluam eſt iuſtum & principale animæ:& virtus & immunitas ab affectibus.Maſculum autem eſt offerendum,hoc eſt,mens virilis,fortis & ſtabilis,& cum valenti fide,atq; inconcuſſa;vt nequaq̃; mandatorum effæminet, ſiue molleſcat operator.Mala.2.a.

Phi.de victimis & de ſacrifi. Abel & Cain Ori.ſ. Exo.ho.2.& ſ.Leui.ho.8. Amb.1.de Abra.11.&.1.de Cain.10. Hie.ſ.Iſa.66. Iſy.ſ.Leui.1.21. Hie ſ.Mala.2.

Hæretici. Conſuetudo inueterata Hæreſes.

Maſculi interfecti in Sichẽ ſunt hæretici cõfutati.gen.34.d.deſignant etiam inueteratam cõſuetudinem,quę prius eſt circuncidenda,deinde interficienda.Maſculus etiam , qui maledicitur eſt corruptor veritatis.Iere.20.d. Et maſculinę imagines ſunt hęreſes:& dicuntur maſculinę,quia hæretici nulla eas poſſe oppugnatione ſubuerti putant.Eze.16.b.

Ricar.de ſ.victo.de 12.patriar.53. Gre.4.mor.4. Ori.ſ.Eze.ho.7. Hie.ſ.Eze.16.

Peccatum minus graue.

Maſculus,quem parit mulier ſuſcepto ſemine,eſt peccatum minus graue:vnde minori indiget purificatione.Leui.12.a.

Lyra.ſ.Leui.12.

## *Maſſa.*

MAſſa eſt farina macerata, & aqua ſubacta ad conficiendum panem:quo nomine etiam ſignificatur quicquid denſum ac ſpiſſum eſt,in modum farinę ſubactę:& quod nondum formatum eſt,ſed paratum vt aliquid ex eo formetur,vt maſſa luti,maſſa auri,maſſa plumbi.

Fideles. Doctrina fidei. Grauis iniquitas.

Maſſa dicuntur fideles coniuncti Chriſto,vt ab eo formẽtur.Rom.11.b.

Maſſa etiam poteſt fidem & doctrinam fidei ſignificare.1.Corin.5.Gala.5.b.

Maſſa plumbi in amphora deſignat grauem iniquitatem,quæ in auaritia cõtinetur. Zac.5.c.

Gre.14.mor.27.

## *Maſphat.*

Contemplatio. Sacra ſcriptura. Intentio.

MAſphat.i.ſpeculatio ſiue ſpecula,aut cooperimentum,vel expectatio : ciuitas in tribu Iuda.Significare poteſt huius vitæ contemplationem, qua videmus nunc per ſpeculum in ænigmate.Poteſt etiam ſignificare ſacram ſcripturàm.1.reg.7.b.10.c.Iere.40.d.1. Cor.13.d. Vel interpretatur intentio:& deſignat intentionem mutandam à falſa beatitudine ad veram.

Gre.ſ.1.reg.7.

## *Mater, Genitrix.*

MAter dicitur fœmina in animalibus, quę genuit ſibi ſimilem in ſpecie. Transfertur tamen ad alia:vt arbor dicitur mater propaginum,q̃ ex ipſa naſcunt̃: & apes dicitur mater mellis.

Synagoga.

Mater Abraham,quę non fuit mater Sarę,dicitur ſynagoga , quę fuit mater Chriſti,& non eccleſię.gen.20.c.Et mater Chriſti foris ſtans dicitur ſynagoga, quæ noluit ingredi credendo. Matthę.12.d.Mar.3 d.Luc.8.c.ps.68.70.Cant.1.q.Et mater Iſaac eſt ſynagoga mater Chriſti. gen.24.d.Pro.4.a.Et mater Iacobi,ſynagoga:& filij matris eius ſunt Iudęi.Gene.27.d.Mater quoq; Moſis eſt ſynagoga:quæ habuit Moſen paruum:quia Iudęi in lege non aſſurgunt ad ſenſus ſublimiores.Exo.2.a.Eandem deſignat mater Iob. Iob.1.d.Et mater, quę coronauit ſponſum.Cant.3.d.Et mater,quam reliquit Chr̃s vel homo, vt adhęreret vxori.gen.2.d.Mater quoq; ſponſæ dicitur ſynagoga:cuius filij pugnauerunt contra eccleſiam.Canti.1.b.3.b.Mater etiã populi Iſrael dicitur ipſa ſynagoga , vel frequentia populi.Hoſeæ.4.b. Et matres factæ viduæ ſunt ſynagogæ Iudæorum factæ ſine Deo.Thren.5.e,Mater prophetæ,ſynagoga mater Chriſti.Zacha.13.b.

Tert.d̃ carne Chri. Hila.1.Matt.cão.12. Ori.ſ.Exo.ho.2. Hie.ſ.Mat.12. Gre.2.mo.31.&.h.3. Ber.ſer.oĩum ſctorũ Gala.lib.2.cap.5. Ori.ſ.cant.ho.1. Ber.ſ.can.ſer.79. Hie.ſ.Hoſe.4. Rud.ſ.Zach.13.

Virgo Maria.

Mater Salomonis ſignificat beatam virginem Mariam matrem Chriſti.Cantic.3 d.Eandem deſignat mater Samſon,quę non bibit vinum,nec comedit immundum &c.Iudi.14.a.

Amb.de inſti.vir.16 Gre ſ.cant.3. Rup.ſ.Iud.14.

Cœleſtis Hieruſalẽ

Mater Chriſti dici poteſt interdum cœleſtis patria ſeu Hieruſalem. Mat.19.a.quę etiam dicitur mater noſtra.Gala.4.d.

Ori.ſ.Le.ho.11.&.ſ. cã.h.2.&.ſ.Mat.h.7.

Faciens volũtatem Chriſti. Prædicator.

Mater etiam Chriſti dicitur omnis,qui eius facit voluntatem.ps.138. Mat.12.d. Prædicator etiam,ſi per eius vocem amor domini in proximi mente generatur,mater Chriſti dici poteſt,

Hila.ſ.Mat.cau.12. Gre ho.3.

Charitas. Gratia.

Mater etiam Salomonis,hoc eſt, Chriſti dici poteſt charitas. Vnde ſolet dici Chriſtus filius charitatis.Item gratia Dei,qua ſaluamur,cuius legem non debemus dimittere. Pro.1.a. Mater item ſponſæ eſt regeneratrix gratia: apud quam vna columba eligitur, quia illos ſolos colligit, qui in ſimplicitate permanent,& ab vnitate non ſcinduntur.Canti.6.c.Leui.22.d.

Amb.de Iſaac,5. Beda.ſ.pro.1. Gre.ſ.cant.6 Iſy.ſ.Leui.22.

Eccleſia.

Mater dicitur eccleſia,quę mater eſt viuentium per fidem & gratiam.gen.3.d.Exo.20.b.21, b.22.d.23.c.34.d.ps.112.Pro.1.a.30.c.Et mater Samuelis eandem eccleſiam ſignificat.1.reg.2.d. Mich.7.b.Leuiti.22.d.Et mater ſponſæ eſt eccleſia mater animæ venientis ad fidem.Canticor. 1.b. Mater etiam Ieſu,quæ erat in nuptijs,eſt eccleſia,ſine qua non fiunt nuptiæ incarnationis. Ioann.2.a.

Arno.ſ.ps.112. Amb.ſ.Luc.2. Hie.ſ.Iſa.22. Gre.ſ.1.reg.2.ſ.cã.1 Iſy.ſ.Leui.22. Beda.ſ.Exod.20.& ſ.pro.1. Rup.2.ſ.Ioan.

Mater

Amb.3.de virgi. Gre.ſ.1.reg.2. — Natura anim. Mens.

Mater ſponſę dici poteſt interdum natura animę.Cant.3.b.8.a.Et mater Samuelis ipſam mẽtem ſignificare poteſt.1.reg.2.d.

Iſy.ſ.Leui.12.22. — Natura corrupta.

Mater concipiens in peccatis eſt natura ipſa per peccatum Adæ corrupta:vnde fit,vt omẽs, qui in ea concipiuntur,in peccatis concipiãtur.ps.50. Sub hac matre manet animal ſeptem diebus.i.toto tempore huius vitæ.Leui.22.d.

Beda.ſ.gen.24. Hie.ſ.ps.26. Aug.ſ.ps.26.138. — Gentilitas.

Mater Rebeccæ gentilitatem ſignificare poteſt : vnde orta eſt eccleſia deſponſata Chriſto. Geneſis.24.d.Hæc eſt mater,quę dereliquit:quia non poteſt : ſaluare filios, niſi veniant ad fidẽ quæ & Babylonia ciuitas huius mundi dicitur:de cuius vtero ſuſcipit nos Deus.ps.26.138.

Glo.ord.ſ.thre.2. — Doctores. Voluptates carnis.

Matres dicuntur etiam doctores,qui ceu matres nutriunt diſcipulos.thre.2.d.vel deſignant ibi voluptates carnis,quę male nutriunt animas.

Ori.ſ.Mat.ho.35. Hila ſ.Mat. cão.20. — Lex.

Mater filiorum Zebedęi,quę excellentiam habuit propter filios, deſignare poteſt legem,cuius nobilitas eſt illi à Chriſto prophetato.Matth.27.f.

Hie.ſ.Eze.16. Iſy.ſ.Leui.18. — Concupiſcentiæ.

Mater Hieruſalem Chetęa deſignat incentiua huius ſeculi,quę à Deo ſeparant. Ezec..16.a. Et mater,cuius turpitudo non eſt reuelanda,eſt concupiſcentia pariens peccatum. Leui.18.b. Iacobi.1.b.

Ori.ſ.Iob.1. Greg.13. mor. 21.& 2.mor.17. Cle.Alex.4.ſtro. — Terra. Corruptio. Patria.

Mater Iob dici poteſt terra.Iob.1.d.Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ.Eadem dicitur mater omnium.Eccl'i.49.a.Mater etiam Iob dicuntur vermes: quia ex natura corruptibili & cõſuetudine peruerſa cogimur,vt quaſi quibuſdam vermibus , ſic inquietis cogitationibus in mente fatigemur.Iob.17.d.Mater etiam relinquenda propter euangelium, eſt patria nutrix. Matth.19.d.

Gre.ſ.1.reg.15. — Peccatum originale

Mater Agag dicitur culpa originalis,quæ ſenſum carnis & inordinatos motus producit: Et fit ſine liberis,quum omnes praui motus interimuntur.1.reg.15.g.De hac dicitur.Rom.7.c.Nõ ego operor illud:ſed quod inhabitat in me peccatum.

Arno.ſ.ps.108. Hil.ſ.Mat.cãc.10.14 Hie.ſ.Hoſe.10. — Iniquitas. Hæreſiarcha. Hæretes.

Mater peccatoris dicitur poteſtas malorum:& iniquitas,& infidelitas.ps.108.Mat.10.d.14. a.Et mater alliditur ſuper filios,cum congregatio hęreticorum cum ipſis hęreſiarchis & erroribus ſimul pereunt.Hoſe.10.d.

Tutela.

Mater pro tutela.Iudi.5.a.Surgeret mater in Iſrael.

## *Materia.*

MAteria dicitur,ex qua aliquid fit:vt materia domus ſunt lapides & ligna & cętera.4.regũ. 6.a.Sapi.11.c.15.c.

## *Matertera.*

G.o.ord.ſ.Leui.20. — Socij parentum.

MAtertera dicitur matris ſoror,quaſi mater altera: eius turpitudo non eſt reuelanda.Leuit. 20.c.Et deſignat ſocios parentum,qui non ſunt ignominia afficiendi.

## *Mathanaim.*

Ori.ſ.nu.ho.12.

MAthanaim.i. munera eorum : ciuitas Moab contra Arnon : ad quam venerunt filij Iſrael poſt locum putei Arnon.De puteo veniunt ad offerẽda munera: quia ex cognitione Dei offerunt credentes fidem & timorem per liberum arbitrium.nu.21.d.

## *Matrimonium, Coniugium, Connubium.*

MAtrimonium eſt maris & fœminæ coniugatio , qua mutuo ligantur ad perpetuam vitæ ſocietatem.

Ori.ſ.nu.ho.20. — Coniunctio Chriſt & eccleſiæ.

Matrimonium, quo relinquitur pater & mater,& adhæretur vxori,typus eſt coniunctionis Chriſti & eccleſiæ.Reliquit Chriſtus patrem,hoc eſt, non apparuit in natura patris:& matrẽ, nempe ſynagogam:& adhęſit vxori,hoc eſt,eccleſię:& ſunt duo in carne vna:quia ex Chriſto capite & eccleſia fit vnum corpus.Sic etiam eſt coniunctio Chriſti cum anima.Hæc ſignificauit coniugium Iſaac cum Rebecca.gen.26.b,29.d.

Lyra.ſ.gen.34. — Cõſuetudo peccãdi.

Coniugium Sichen cum Dina ſignificat colligationem in perſeuerantia peccati: quod optabat Sichen.gen.34.b.

Glo.int.ſ.gen.24. — Conſenſus cum infidelibus.

Connubia cum alienigenis deſignant conſenſum cum hæreticis. gene.34.b. Ioſu.23.c.Ideo non ſunt contrahenda.

## *Mattathias.*

MAttathias.i.donum domini,ſacerdos pater Iudæ Machabæi:qui miro zelo inſurrexit contra idololatrantes,& defendit legem Dei.1.Mach.2.a.

## *Matthæus.*

MAtthæus.i.Donatus,Apoſtolus & euangeliſta, vocatus à Chriſto , cum ſederet in telonio.Mat.9.a.Typus & exemplum eſt peccatorum conuerſorum.

## *Matthias.*

MAtthias.i. donum domini , erat vnus è ſeptuaginta diſcipulis Chriſti,qui cooptatus eſt in apoſtolatum loco Iudæ.Acto.1.d.



## *Maturus, Maturitas, Immaturus.*

MAturum dicitur,quod neq; crudum,neq; acerbum,neq; nimium coctum,ſed ſuo tempore temperatum prouenit:& proprie de fructibus dicitur.

Perfecti. Perfecta opera. — Amb.3.Exae.12. Hie.ſ.Iſa.18.

Maturæ vuæ deſignant perfectos,& opera perfecta.gen.40.b.Et maturitas autumni ſigniſicat opera perfecta , quibus à Deo premium dabitur.Iſaiæ.28.a. Areſcunt autem anteq̃; matureſcant,qui pereunt anteq̃; bene operentur.Iſa.3.c.Et immatura perfectio ſignificat opera inepta ad conſequendam vitam æternam. Iſa.18.c.

Iuuentus ſenilis. — Amb.ſ.ps.118.ſer.19 Aug.ſ.ps.118.

Maturitas eſt,cum in iuuentute ſenum opera exercentur.ps.118.Præueni in maturitate. Sed ibi potius legendum eſt pręueni in immaturitate, hoc eſt, hora importuna. Et poteſt deſignare illa immaturitas vel tempus huius vitæ:vt maturitas ſit in futura vita: vel tempus ante aduentum Chriſti.

Completa malitia. — Hie.ſ.Ioel.3. Ruper.ſ.Ioel.3.&.ſ.apoca.

Maturuiſſe dicitur meſſis,cum completa eſt malitia,vt puniri debeat.Ioel.3.c.Quod erit tẽpore iudicij. Et maturæ vuæ erant Iudæi puniendi in deſtructione Hieruſalem.Apo.14.d.

## *Mauſoleum, uide Sepelire.*

## *Mederi, Medicus, Medicina, Medicamentum.*

MEderi eſt morbo remedium afferre.Medicus autem eſt,qui medendi artem nouit. Medicina vero ipſam artem ſignificat:& interdum eſt idem quod medicamentum,quod hominibus,ac etiam cæteris animantibus curandi gratia adhibetur.

Chriſtus. — Ori.ſ.Leuit ho.8.& ſ.ps.37.ho.1.

Medicus diciturChriſtus ſaluator noſter,qui curat verbis,non herbis,& etiam ſolo nutu & voluntate:& quandoq; curat adhibitis contrarijs,quandoq; ſimilibus.Iſa.61.a. Au.1.doc. chr.ia.14.

Doctores. — Baſi de regul fuſi.ſ1 Hie.ſ.Iſa.3. Aug.ſ.ps.87.

Medici dicuntur doctores animi defectus curantes.gen.50.a.Exo.21.b.Iſa.3.b. Ieremi.8.g. Hi autem medici non ſuſcitant mortuos in peccato,ſed ſolum tanq̃; miniſtri præcepta ſalutis proponunt.ps.87.

Leges & magiſtrat' — Philo.de Ioſeph.

Medici etiam ſunt leges,& magiſtratus legitimi:vt ſenatores & iudices: & vt medicus curat quicquid ad ſanitatem conducit : ita debent pręſides & magiſtratus curare quicquid ad bonos mores facit.

Philoſophi. — Hie.ſ.Iſa.26. Iſy.ſ.Leui 15.

Medici non ſuſcitantes ſunt philoſophi non curantes animas.Iſa,26.c.Iuxta ſeptuaginta.ps. 87.In hos medicos expenderat mulier ſubſtantiam,& non fuit curata.Luc.8.f.

Sapientia. Verbum Dei. Lachrymæ. — Cle.Alex.1.pæda.2. Hieron ſ.Iſai.1.&.ſ. Ezech.47. Aug.ſ.ps.57.

Medicina animi eſt ſapientia,quę liberat animam à perturbationibus:& etiam verbum Dei animam & corpus ſanans: & præterea lachrymę pœnitentiæ.Iſa.1.b.Ad medicinam valebant folia arborum templi:quia doctrina moralis curat animam.Eze.47.c. Medicamenta etiam erant in prophetis & in lege:& demum omnia præcepta: ſed hoc medicamentum ante aduentũ Chriſti non erat medicatum:ſed adueniente domino eſt medicatum.ps.57.

## *Meditari, Præmeditari.*

MEditari eſt quaſi medio animo verſare,& mẽte pertractare:interdum vero eſt exercere & conari.Meditatio autem eſt ipſa commentatio vel exercitatio.

Paſsio Chriſti. Contemplatio. — Hila.ſ.ps.54. Aug.ſer.75.

Meditatio Iſaac in agro paſsionem & labores Chriſti in hoc mundo adumbrauit : & etiam pugnam contra diabolum.Geneſis.24.g.Poteſt exercitationem contemplationis ſignificare.

Loqui de Chriſto. — Philo.2.allegori. Ori.ſ.ps.36.ho.5. Baſi.ſ.ps.48.

Meditatur os iuſti ſapiẽtiam,cum bonus & fidelis loquitur de Chriſto.ps.36. Meditatur autem in corde prudentiam,vt os habeat quod loquatur.ps.48.

Operari ſecundum legem Dei. — Hila.ſ.ps.1.142.

Meditari in lege domini die ac nocte,eſt ſecundum legem Dei ſemper operari,& omnia in laudem Dei facere.ps.1.62.1.Cor.10.a. Et meditari in operibus Dei eſt creationem Adæ & reliqua Dei opera contemplari.ps.142.

Loqui & operari ad ædificationem. — Ori.ſ.ps.36.ho.5.

Meditatur ſedens in domo,& ambulans &c,qui in eccleſia loquitur, & docet,ac operatur, quæ ad ædificationem faciunt.deut.6.b.

Cognitio propriæ infirmitatis. — Hie.ſ.Iſa.33.

Meditatur timorem , qui cum omnia fuerit conſequutus , indignum ſe tamen ſemper reputat coram domino.Iſa.33.c.

Gemẽs pro peccatis Loquentes Iudæi legem ſine intelle. — Hie.ſ.Iſa 38.59.

Meditatur vt columba,qui pro peccatis gemit.Iſa.38.c.Meditantur quoq; Iudæi vt columba,quum loquuntur & perſtrepunt verba legis,quæ minime intelligunt.Iſa.59.b.

Exercẽtes Iudæi traditiones. Cogitantes contra Chriſtum. — Arno.& Hila.ſ.ps.2. Baſi.& Aug.ſ ps 37.

Meditantes inania populi fuerunt Iudæi diſtinguentes carnales obſeruationes, & exercentes traditiones humanas:vel meditati ſunt inania,quando Chriſtum perſequebãtur, & falſa cõtra eum excogitabant teſtimonia.ps.2.Hę dicuntur meditationes Iudęorum aduerſus Chriſtũ. Thre.3.g.meditabantur etiam dolos cõtra Chriſtum,ante & poſt eius mortem.ps.37.dicuntur quoq; meditari dolos,qui mala ſuggerunt ſub boni ſpecie.

Tractã.malũ in cor. — Aug.ſ.ps.35.

Meditatur iniquitatem in cubili ſuo,quia eam tractat in corde.ps.35.

Trãſeũtes faci.dies — Hie Cyprian.

Meditati dies ſicut aranea ſunt,cũm ſic tranſiuit tempus,vt opus araneę.ps.ps.79.

Decernens Deus punire Iudæos. — Hie.ſ.Iſa.27.

Meditatus dicĩt dñs in ſpũ ſuo duro,quãdo loquut' eſt,vt dure puniret Iudæos.Iſa,27.b.vel iuxta ſeptuaginta,meditatus eſt populus Iſrael interficere apoſtolos,vt deleret memoriã Chri.

## Medium, Medietas, uide Dimidium.

## Medius, Medium, Mediator.

MEdium dicitur, quod ęqualiter diſtat ab extremis. Mediator autē eſt, qui inter aliquos medius eſt ad conſtituendam pacem, aut aliud pactum. Medius etiam dicitur communis. 3. reg. 6. a. Oſtium lateris medij in pariete erat. Manifeſtus. Exo. 11. b. Media nocte ingredietur Aegyptum. Medium autem conſortium. nu. 16. c. Perierunt de medio multitudinis. Conſpectus. deut. 13. a. 22. c. Auferes malum de medio tui. Pars. Exo. 3. a. vocauit eum de medio rubi. In medio, quoq;, in conſpectu, in conſortio. Item vt dux. 1. reg. 10. d. Stetitq; in medio popul. Inter alios. Ier. 29. b. Qui ſunt in medio veſtrum. Vnus ex illis. 3. reg. 3. b. Seruus tuus in medio eſt populi tui.

Tert. adue marci. 4. Ori. ſ. nu. ho. 3. 9. & ſ. Eze. ho. 1. Hiero. ſ. Ier. 30. & ſ. Gala. 3. Aug. epiſ. 120. Geor. vene. can. 2. tono. 2. cap. 4. & ton. 8 per totum. — Chriſtus.

Medium pręcipuē competit Chriſto: de quo. Ioan. 1. d. Medius veſtrum ſtat, quem vos neſcitis. Et in medio paradiſi arbor eſt Chriſtus, qui eſt media perſona in trinitate. Gen. 2. b. Ipſe eſt in medio duorum animalium, hoc eſt, duorum populorum. Haba. 3. a. Et Aaron ſtans in medio multitudinis, ad placandum Deum, deſignat Chriſtum, qui operatus eſt ſalutem in medio terræ. nu. 16. g. Et ipſe filius Dei dicitur mediator ante incarnationem, quando loquebatur per angelos: ſed non eſt dictus homo mediator, niſi poſt incarnationem. Gal. 3. d. In medio eccleſiæ laudat Chriſtus patrem, quia ipſe mediator medium tenet. ps. 21. 87. In medio captiuorū exiſtens Ezechiel, deſignat Chriſtum inter peccatores conuerſantem. Sic in medio exiſtit princeps, hoc eſt, Chriſtus. Eze. 1. 34. f. 46. c. Et de medio Iſrael productus princeps deſignat Chriſtum de genere Iſrael. Iere. 30. d. Sopho. 3. d. Agge. 2. a. Zacha. 2. d. Sic in medio fratrum vngitur Dauid. 1. regum. 16. c. deſignans Chriſtum: qui etiam dicitur eſſe in medio per incarnationem. Ioel. 2. f. (Rup. ſ. Ioel. 2.)

Glo. ordi. ſ. Exo. 25. — Beatificans Deus.

In medio duorum Cherubim dicitur eſſe Deus, ſecundum ꝙ ab angelis viſione beatifica videtur. Exod. 25. b.

Gre. ſ. Eze. ho. 2. Hie. ſ. Haba. 3. Aug. 18. ciui. Dei. 32 & epiſt. 120. & d verbis domini. ſer. 22. Gre. ho. 12. Ori. ſ. Matt. ho. 30. 31. 32. Rup. ſ. Haba. 3. — Incarnatio. Tempus incarnationis. Tempus iudicij. Tēpus paſsiōis chr̄i.

Medium electri ſignificat incarnationem Chriſti: vbi ſunt quatuor animalia, hoc eſt, quatuor euangeliſtæ fidem incarnationis prædicantes. Ezec. 1. b. Medium autem annorum tempus ſignificat aduentus Chriſti. Habac. 3. a. vel iuxta ſeptuaginta medium duorum animalium, vbi cognitus eſt Chriſtus, fuit in paſsione, quando cognitus eſt inter duos latrones, vel inter duos populos in eius paſsione concurrentes. Media nox deſignat occultum tempus aduentus Chriſti: vel tempus iudicij, quando veniet nullo ſentiente, aut ſperante. Matt. 25. a. Mar. 13. d. Luc. 11. a. Exod. 11. a. 12. d. Medium etiam annorum eſt tempus paſsionis Chriſti: quod erat triginta triū annorum, quod eſt medium vitæ humanæ.

Glo. int. ſ. gen. 35. — Prælata omnibus.

In medio dicūtur eſſe, quę omnibus anteponimus: atq; iubentur dij alieni de medio abijci. Gen. 35. a. Vt videlicet nihil præſeramus Deo, ſed ipſum in medio conſtituamus. Ita ſanctuariū ponitur in medio, vt cultus Dei cęteris pręponatur. Eze. 48.

Baſi. & Aug. ſ. ps. 45 Hila. ſ. Matt. cão. 18 Gre. ſ. 1. reg. 7. — Conſcientia. Cor.

Medium in quo eſt Deus, dicitur conſcientia: & ipſum cor: quod etiam eſt medium vniuſcuiuſq;. Exo. 23. d. 25. a. 1. reg. 7. a. ps. 45. Mat. 18. c. Et medium ferculi Salomonis ſtratum charitate eſt cor Chriſti. Cant. 3. d. In medio hominis cōteritur cor, cū verē dolet. Ier. 23. b. Mediū quoq; altaris cor hominis ſignificare poteſt. Exo. 27. a. 38. a.

Aug. ſ. ps. 73. Hie. ſ. Iſa. 41. & ſ. Iere mi. 6. Ori. ſ. Iere. ho. 2. Baſi. ſ. ps. 115. — Eccleſia. Status perfectionis.

Medium terrę Aegypti, aut etiam medium terræ eccleſiam ſignificare poteſt. Iſa. 19. c. Exo. 8. f. ps. 73. 134. 136. Et medium camporum, vbi aperit Deus fontes, eſt eccleſia ex gentibus. Iſaię. 41. e. Et habitans Rahab in medio filiorum Iſrael, deſignat gētiles habitantes in Chriſto, vel in eccleſia, cuius medium eſt Chriſtus. Ioſu. 6. d. Et medium Hieruſalem eſt medium eccleſiæ: ſeu locus publicus in eccleſia: aut etiam ſtatus perfectionis. ps. 11. Iere. 6. a. Zac. 2. b. 8. b.

Greg. ſ. cant. 3. & ſ. Ezech. ho. 15. & ſ. 1. reg. 10. Amb. 3. Exae. 12. Agu. ſ. ps. 103. — Vita communis.

Medium filiorum Iſrael vitam communem chriſtianorum ſignificare poteſt. Exo. 28. a. 31. c. Et media feculi Salomonis ſunt, quę ad mediocrem vitam fidelium in eccleſia pertinent; q̄ ſunt conſtrata charitate: quia mediocribus ſufficit charitas. Cant. 3. d. In medio populi ſtans Saul deſignat prȩlati exempla omnibus debere eſſe conſpicua, 1, reg, 10. d. Itidem in medio vineæ turris deſignat exempla apoſtolorum & prophetarum omnibus expoſita. Iſaiæ. 5. a. In medio populi Dei ędificantur, qui facti pars eccleſię proficiunt in ea. Iere. 12. d. Inter medium montium pertranſeunt aquę, cum prędicatores exponunt doctrinam tanq̄; omnibus communem. ps. 103.

Rica. de ſ. vict. d extermi. mali. 35. — Fiducia diuinæ pietatis.

Medium Iordanis, in quo ſtetit arca. Ioſu. 3. d. deſignat fiduciam diuinæ pietatis: cui pedem ſpei figere debemus.

Glo. int. ſ. Exo. 33. — Puniens Deus.

In medio populi aſcendit Deus puniendo. Exo. 33. a. Et in medio alicuius dicuntur eſſe abominationes eius, cum ſecundum eas caſtigatur. Eze. 7. b. Et vſq; ad medium colli dicitur peruenire torrens, quum ira Dei plenē aliquem comprehendit. Iſa. 30. f.

Ori. ſ. Exo. ho. 6. & Matth. cap. 14. Ambr. de Salom. & ps. 118. ſer. 8. Aug. ſ. 83. q. 59. — Tentationes.

Medium maris, & medij fluctus deſignant vim tentationum. Illi autem ambulāt per mediū maris, qui inter tentationes non declinant ad dexteram, neq; ad ſiniſtram. Exo. 14. e. 15. c. Pro. 30. c. Iſa. 63. c. Mat. 14. c. Et media nox eſt tempus grauis tribulationis: in qua ſurgendum eſt ad confitendum domino. Exo. 11. a. 12. d. ps. 118. Medium etiam catulorum leonum fuit grauis tribulatio



bulatio Chriſti. ps. 56. Medium autem tribulationis ipſam grauitatem tribulationis ſignificat. ps. 137. Media hoſtium caſtra ingreditur Saul, quum prędicator in medijs tentationum fluctibus mentibus auditorum ſubuenit. 1. regum. 11. c. (Hila. ſ. ps. 56. Gre. ſ. 1. reg. 11.)

Mediū vitę humāę. Negligentia. — Hie. ſ. Iob. 34.

Media nox ſignificare poteſt medium vitæ humanæ tenebroſæ: & altitudinem remiſsionis & negligentiæ: & profundam mentis cæcitatem. Iob. 34. c. Mat. 25. a.

Peccatum. Miſeria huius ſeculi — Ori. ſ. Iere. ho. 2. Hila. ſ. ps. 134. 136.

Medium rubi deſignat peccatum & mortalem infirmitatē. Exo. 3. a. Et medium Aegypti & Babylonis ſignificat ſtatum profundum peccati: & medium miſeriarum huius ſeculi inter ſeculares confuſiones. Exo. 3. g. 7. a. ps. 134. 135. 136. Iere. 50. b. 51. c.

Primordium boni operis. — Glo. ord. ſ. Exo. 28.

Medium hyacinthinæ tunicę deſignat initium perfectum. Exod. 28. e. 39. d. vel. primordium boni operis.

Aequalitas iuſtitiæ. — Glo. in. ſ. Exo. 32.

Per medium caſtrorum ire eſt ęqu aliter iuſtitiam ſeruare. Exo. 32. f.

Medium duorum teſtamentorum. — Arno. ſ. pſ. 67. Hie. ſ. Eze. 1.

Medium fortium filiorum Iſrael deſignat medium duorum teſtamētorum. Leui. 16. c. ps. 67. Medium quoq; animalium deſignat doctrinam ſpiritualem incluſam in litera. Eze. 1. d. Habac. 3. a. Et medium domus Iacob dici poteſt lex & prophetæ. Iſa. 29. g.

Intellectus. — Philo. 2. allego.

Media arbor paradiſi, vbi ſe abſcondit Adam, deſignat intellectum proprium, cui fidit, qui negat vniuerſalem. gen. 3. b.

Vita in corpore. — Aug. 17. ciui. dei. 4. Hie. ſ. ps. 73. & ſ. ez. 5 Euch. q. in pſalm.

Medium terrę ſignificare poteſt vitam in corpore: & operatus eſt Chriſtus ſalutē in medio terræ, hoc eſt, in aſſumpto corpore: vel in vtero virginis: vel in Hieruſalem. ps. 73. dicitur etiam Hieruſalem poſita in medio gentium, quia ſita eſt in medio terræ. Eze. 5. b.

Quies cōtēplatiōis. — Gre. ſ. Eze. ho. 14.

Media hora ſilentij deſignat quietem contemplationis, quæ breuis eſt in hac vita. Apo. 8. a.

Vita turpis. — Gre. ſ. 1. reg. 15. Gre. Amos. 6.

Medium Amalec turpem & libidinoſam vitam ſignificat. 1. reg. 15. b. de medio quoq; armenti comedere dicuntur vitulum, qui delitijs vacant. Amos. 6. b.

Proſperitas ſeculi. — Ori. ſ. Iere. ho. 4.

Medium dierum perdicis proſperitatem huius ſeculi ſignificare poteſt. Iere. 17. b.

Inimicitiæ. — Amb. ſ. Ephe. 2.

Medius paries inter Iudæos & gentiles erant inimicitię propter diuerſum cultum. Ephe. 2. c.

Corda carnalium. Cor. — Aug. epiſt. 120. Rup. ſ. Hoſe. 2.

Medium ventris Chriſti dici poſſunt corda carnalium in eccleſia: quibus etiam nota ſunt myſteria ſacræ ſcripturæ. ps. 21. Medium vberum dicitur cor, quod eſt in pectore. Hoſe. 2. a.

Princeps. — Hie. ſ. Eze. 8.

In medio dicitur ſtare, qui alijs ſupereminet: vt Iezonias in medio colentium idola, oſtenditur eſſe eorum princeps incolendis idolis. Eze. 8. e.

Lucifer inter angelos. — Hie. ſ. Eze. 28. Gre. 33. mor. 28.

In medio lapidum ignitorum dicitur ambulaſſe lucifer: quia inter angelos, à quorum cōſortio fuit eiectus. Eze. 28. d. Et dicitur nunc draco in medio fluminum cubare: quia diabolus omnibus fauet & vitijs & erroribus. Ezec. 29. a. Medium autem oris Leuiathan ſunt verba diaboli calliditatis plena: & in medium oris intrat, qui calliditatis eius verba penetrat: vt nequaq̄; penſetur quid reſonent, ſed quò intendant. Iob. 41. a. Idem deſignabit medium dentium. Zach. 9. b.

Mitti in infernum. — Aug. ſ. ps. 56. Euch. q. in pſal.

Non dimidiant dies ſuos viri ſanguinum. ps. 54. quia tollūtur in infernum hȩretici: vt perdix, quę congregauit, quę non peperit: vel non dimidiant dies ſuos, qui ad ſatisfaciendum Deo pro peccatis, non conferunt vel vitæ ſuę particulam.

Arbitrum iuramētū

In medio dicitur poni iuſiurandum inter litigantes: quia per ipſum tanq̄; arbitrum diſſoluūtur controuerſiæ. Exo. 22. b.

Mens.

Medium tabularum tabernaculi, per quod tranſeūt vectes. Exo. 26. e. 36. d. deſignare poteſt mentem, in qua recipitur lex.

Opera perfecta. — Glo. ord. ſ. Exo. 28.

Medium malorum granatorum. Exo. 28. f. deſignat opera perfecta, q̄ prędicatione ornanť.

## Medulla.

Ariſt. 3. d hiſt. aı̃al. 6.

MEdulla eſt excrementum concoctum ſanguinei alimenti, quod in oſſa, aut in ſpinam diſtribuitur: non tamen omnia oſſa medullam habent. Sumitur quandoq; pro eo, quod intra aliquam rem continetur: interdum vero pro pinguedine.

Chriſtus. — Hie. ſ. Eze. 17.

Medulla cedri, quam plantauit Deus, dicitur eſſe Chriſtus. Eze. 17. g. Idem dicitur medulla tritici. Deuter. 32. c.

Apoſtoli. — Ori. ſ. Eze. 11. 12. Hie. ſ. Eze. 17. Gre. 31. mor. 33.

Medulla cedri. Eze. 17. a. quantum ad allegoriam literalem dicebatur Ieconias rex Iuda: vel etiam nobilitas regni Iudæorum. Quantum vero ad myſticum intellectum ſignificantur apoſtoli & perfectiores in eccleſia

Sacrificium cum charitate & lachrymas. — Arn. & Aug. ſ. ps. 65. Gre. ſ. Eze. ho. 20.

Medullata holocauſta dicuntur ſacrificia cordis & oris, quæ fiunt cum charitate. ps. 65. Iſa. 25. c. 34. b. Hebrę. 4. c. Quiſquis bonum opus agit, ſed omnipotentis Dei amore atq; deſiderio flere neſcit: holocauſtum habet, ſed medullam in holocauſtum non habet. Qui vero bona operatur, & viſioni iam creatoris inhiat, atq; ad æterna contemplationis gaudia peruenire feſtinat, ſeq; ipſum ex amore quo accenditur, in fletibus mactat holocauſta medullata offert domino.

Diuitias. — Gre. 15. mor. 25.

Medulla terræ Aegypti, quam eſurierant filij Iſrael, ſignificare poteſt diuitias, quę dicuntur medullę diuitis, quibus oſſa eius, hoc eſt, potentia vel dignitas irrigantur. gen. 45. c. num. 18. b. Iob. 21. c.

Intentiones. — Gre. ſ. Eze. ho. 21.

Medullæ dici poſſunt intentiones, quas diſcernit ſermo Dei. Hebrę. 4. c.

## Medus.

Hie. ſ. Iſa. 13.

MEdus.i.menſura,vel abũdans.ſiue indumentum:ſeu à potente,vel forti: Hebraicè Madai: ſunt populi iuxta Perſas:qui vt fuerunt miniſtri Dei contra chaldæos,ſignificant angelos. vel prædicatores miniſtros Dei & adiutores fidelium ad expugnandos dęmones.Iſa.13.c.

Angeli. Prædicatores.

## *Mel,uide Fauus.*

## *Melcha.*

Phi. de congreſ. &c.

MElcha.i.regina,vel conſiliatrix:vxor Nachor.Ponitur in typum aſtrologię, quę iungitur Nachor,hoc eſt,habenti ſcientiam ocioſam.gen.11.d.

Aſtrologia.

## *Melchiſedec.*

Ori. ſ. Ioſ. ho. 26.
Amb. 1 de. Abra. 3.
Hie. Euagrio.
Aug 16. ciui. dei. 22.
Gor. venet. cant. 2. tono. 3. cap. 10.
Fulgent. ad tranſi. mundum. 2.

MElchiſedec.i.rex iuſtitiæ,eſt nomen appellatiuum: quia proprium eſt Sem filius Noe:fuit rex Salem,qui obtulit in ſacrificium panẽ & vinum,& benedixit Abrahæ.gen.14.d.Manifeſtam gerit Chriſti figuram. Primo quia ſine patre & matre ſcribitur: & Chriſtus neq; initium,neq; finem dierum habet.Secundo quia rex Salem:& Chriſtus rex pacificus.Tertio quia rex iuſtitiæ:quod eſt proprium Chriſti.Quarto quia rex & ſacerdos ſicut & Chriſtus. Quinto quia panem & vinum obtulit in ſacrificium, apertè exprimens ſacrificium corporis & ſanguinis Chriſti.

Chriſtus.

## *Melchiſua.*

Gre. ſ. 1. reg. 14.

MElchiſua.i.rex ſaluator,aut rex vel cõſilium ſaluatoris,vel ſalutis, ſiue rex magnificus,aut rex meus ſalus.Fuit filius Saulis.Deſignat prædicatorem,qui eſt rex per autoritatem,ſalus per prędicationem ſalutarem:meus autem dicitur,vt ſit ſingulorum per amorem.1.reg.14.g.

Prædicator.

## *Melchom, Moloch.*

Iſy. ſ. Leui. 18.
Hie. ſ. Iere. 32.

MElchom. i. rex eorum, vel conſiliator eorum: fuit idolum filiorum Ammon,quod etiam dicitur Moloch.4.reg.23.c.1.par.20.a.Iere.32.f.49.a. Sopho.1.b. Typus eſt auaritiæ,cui dant de ſemine ſuo,qui ei ſeruiunt.Leuiti.18.c. deſignat etiam autorem ſchiſmatis vel erroris. Amos.1.d.5.g.

Auaritia. Autor erroris.

## *Melech.*

Aug ſ. ps. 87.

MElech iuxta Auguſtinum interpretatur chorus: & deſignat chorum fidelium,qui debent reſpondere Chriſto ipſum imitando.ps.87.In titulo.

Chorus fidelium.

## *Melior,uide Bonus.*

## *Mello.*

MEllo.i.plenitudo,vel repletio:ciuitas quam ædificauit Salomon.3.reg.9.e.2.Par.32.a. Aut potius eſt ambitus montis *ſion*: cuius fit mentio, quando Dauid cepit arcem Sion.2.reg.5.b.Ponitur autem Mello ciuitas quædam in tribu Ephraim non longe à Sichen. Iudi.9.a.

## *Melodia,uide Canere. Melota,uide Pellis.*

## *Membrana.*

MEmbrana eſt pellis exterior,quę membra tegit: quãq; generaliter pro quauis tenui pellicula accipitur,in quacũq; animalis parte ſita.

Elo. ord. ſ. Tobi. 11.

Quaſi membrana oui erat albugo in oculis Tobię Tobi.11.c.deſignat velamen Iudæorum, quo continentur à cognoſcendo Chriſto, & à cognoſcendis ſeipſis.

Velamen Iudæorum.

Membranæ Pauli.2.Timo.4.c.erant in quibus ſcribebat epiſtolas.

## *Membrum, Artus,*

MEmbra dicuntur ſingulæ corporis animalis partes,quæ ſua nomina & officia ſortiuntur: vt manus & pes.

Ori. prolo. ſ. cant.
Geor. venet. cant. 3. tono. 7. cap. 13.

Membra in anima ſolent poni virtutes operatiuæ: vt in ſingulis eorum nominibus videri poteſt.

Virtutes operatiuę.

Ori. ſ. Leui. ho. 7.
Gre. 13. mor. 2. 18. & 34. mor. 2.

Membra corporis varia ſignificant diuerſos gradus in eccleſia vnum corpus conſtituentes: & dicuntur membra Chriſti:qui eſt caput.Rom.12.b.Et membra de membro, vel membra ex parte,& non ex toto ſunt,quando anima concupiſcit aduerſus ſpiritum.1.Cor.6.d.12.b.Ephe.4.c.5.g.Membra quoq; de membro dicũtur ij,qui in Chriſti eccleſia ab alijs reguntur. Et artus Iob ſunt membra eccleſiæ,quę in nihilum rediguntur,cum infirmi peccant.Iob.16.a.17.b.

Gradus in eccleſia.

Ori. ſ. Leui. ho. 1.

Membra hoſtiæ, ſiue vituli, ſiue agni cęſa deſignare poſſunt animam & corpus Item intima mentis:& ſenſus corporis: & conuerſationem ſingulorum:& opera virtutibus diſtincta. Item diuerſos ſenſus ac ſententias ſacrę ſcripturæ.Leui.1.b.c.9.c.

Anima & corpus. Opera virtutum. Diuerſi ſenſus ſcripturæ.

Ori. ſ. Matt. ho. 5.

Membra ſcandalizantia,quæ ſunt abſcindenda,ſunt homines coniuncti nobis: vel voluntates animi à ratione diſsidentes.Matth.5.d.18.b.

Coniuncti nobis. Voluntates.

Membra



Vitia.

Membra quæ ſunt ſuper terram, & ſunt mortificanda, ſunt vitia,& praui habitus. Coloſſenſ.3.a.

Principes Nabuchodonoſor.

Membra longa aquilæ deſignant principes Nabuchodonoſor quantum ad allegoriam literalem.Eze.17.a.

Hie. ſ. Eze. 17.

Cooperatores malorum.

Membra carnium Leuiathan. Iob.41.c.ſunt ij, qui peruerſè agentibus, & ſeſe ad iniquitatẽ pręcedentibus iungũtur.Sicut autem in ſpiritali domini corpore membra de membro dicimus eos,qui in eius eccleſia ab alijs reguntur: ita in illa Leuiathan reproba congregatione membra ſunt carnium,qui in iniquo opere quibuſdam ſe nequioribus iunguntur.

Gre. 34. mor. 3.

## *Meminiſſe, Recordari, Reminiſci, Rememorari,*

## *Memoria, Memoriale, Memor.*

MEminiſſe eſt in mentem aliquid reuocare,aut retinere: quod & recordari dicitur quaſi iterum cordi dare.Memoria autem eſt vis animi,per quam repetit illa,quæ pręterierunt:quãdoq; autem eſt ipſa recordatio,ſeu actus memorãdi.Memoriale vero eſt id,quod ad cõſeruandam memoriam relictum, ſeu ſtatutum eſt. Memor interdum eſt ſtans promiſsis. ps.105. Memor fuit teſtamenti ſui.Gratificans.Tobi.3.a. Et nunc domine memor eſto mei. Iudicans. ps.73.Memor eſto improperiorum tuorum.Memoria vero,*fama*.pſalm.9.Perijt memoria eorum cum ſonitu. Gloria æterna. pſalm.111. In memoria æterna erit iuſtus. Mentio. Prouerbiorum.10.a. Memoria iuſti cum laudibus. Porro memoria ſeu memoriale dicitur Hebraicè זכר Zecher.

Miſericordia Dei.

Recordari ſeu meminiſſe attribuitur Deo per metaphoram, quum miſeretur, & aliquem liberat: aut cum nos recordari facit:vt recordari dicitur fœderis per arcum in nubibus,quia facit nos per ipſum recordari.gene.8.a.9.b.19.f.Exod.2.d.3.c.6.a.Ierem.31.d. Thren.2.a.Ezec.16.g.Et dicitur recordari dierum Moſis.Iſa.63.c. uando miſeretur,ſicut tempore Moſis. Recordari etiam dicitur, quum facit quod rogatur. Geneſis. 30.c. Recordatus Pharao miniſterij pincernæ, deſignat Deum miſerentem. Geneſis.40.d. Memor dicitur Deus verbi ſui ſeruo ſuo,quum dignum facit aliquem,vt eius ſit memor.pſalm.118.Mali autem dicuntur non eſſe in recordatione coram Deo, quando non eorum miſeretur. Iob.24.b. Et dicitur eſſe Deo memoria Tyri, quando conuertit peccatorem: qui conuerſus eſt memoriale coram domino. Iſaiæ.23.d.Et dicitur Deus memor hominis, nempe veteris, quaſi longe poſiti: vt eum reducat,& renouet. pſalm.8.dicitur etiam *Deus recordatus miſericordiæ in ira*. Habac.3.a. quando Chriſtus in paſsione orauit pro Iudęis. Dicitur Deus non recordari nominum ſanctorum per labia ſua.pſalm.15.quia nomina infidelitatis,aut perfectionis vetera, mutat in nomina fidelitatis,aut perfectionis noua:vt Abrahæ & apoſtolorum.

Chry. ſ. gene. hom. 26. 28.
Hie. ſ. Iſa. 63.
Hila. ſ. ps. 117.
Aug. 18. ciui. dei. 32. & ſ. ps. 8. 87.
Gre. 17. mora. 1.
Hie. ſ. ps. 15.

Vocatio gentium.

Recordatus dicitur dominus Annæ.1.reg.1.c. Quia tunc veniſſe in memoriam Dei viſa eſt eccleſia gentium,quum per amoris gratiam verbo Dei coniuncta,in ſalutem viſitata eſt.Sic recordatus eſt Hieruſalẽm in deſerto. Iere.2.a.15.c. Memor dicitur fuiſſe Rahab & Babylonis, quum vocauit gentes ad fidem.ps.86.

Gre. ſ. 1. reg. 1.
Arn. & Hier. ſ. pſ. 86.

Miſsio filij Dei.

Reminiſcentia principis pincernarum de Ioſeph. Gene.41.b. Deſignat miſsionem filij Dei in fine ſeculorum.Sic fuit memor hominis in humilitate, quum filius Dei factus eſt homo. Ita etiam fuit memor Dauid. ps.8.131.136. Et dicitur Deus recordatus nominis Chriſti de ventre matris eius.Iſa.49.a.Iob.14.c.

Arnõ. ſ. pſ. 8.
Gre. 12. mora. 8.

Caſtigatio Dei.

Meminiſſe dicitur Deus iniquitatis malorum, quum eam caſtigat, & punit: non meminiſſe vero,quum eam remittit.Iſa.64.d.Hoſe.8.d.9.b.

Hiero. ſ. Iſa. 64. & ſ. Hoſe. 8.

Cõſideratio Dei cũ puritate conſcientię.
Conuerſio ad fidẽ.
Seruare mandata.

Recordari Dei ſuper ſtratum eſt in puritate conſcientiæ eius meminiſſe.pſalm.62.Et recordantur Dei liberati, quum aliqui ex Iudæis vel hæreticis ad veram fidem conuertuntur. Ezechiel.6.b. Memoria autem nominis Dei eſt per veram confeſsionem: quod eſt recordari in Deo nominis Dei.Exod.20.d. Leuiti.2.d.pſalm.44. Iſaiæ.26.c. Iuxta ſeptuaginta. Reminiſcunt etiam domini & miſerationum eius, qui rectè operando eius ſeruant mandata. Iſaiæ.62.c.63.b.94.b. Memoria etiam ſanctitatis Dei,aut ſuauitatis eius, dicitur eſſe in nobis, quum facit nos Deus ſui meminiſſe: qui prius eius obliti eramus. pſalm.29.144. Malo dicitur. Amos.6.d. Ne recorderis domini quia non decet illum proferre nomen domini. Recordari domini in anxietate eſt in tribulatione ad ipſum recurrere.Ionæ.2.c.Zach.10.d.Recordatur Dei de terra Iordanis,qui ex ipſo baptiſmo memor eſt Dei humilians ſe.ps.41.

Hila. ſ. ps. 62.
Baſi. ſ. pſ. 29. 44.
Hie. ſ. Iſa. 28. 63. & ſ. Eze. 6. & ſ. Amos. 6.
Aug. ſ. pſ. 41.

Memoria paſsionis.

Meminiſſe diei phaſe eſt recordari paſsionis Chriſti.Exo.13.a.Memoria quoq; ſanctificandi ſabbati eſt ſolicitudo diuini cultus.Exo.20.b.

Glo. int. ſ. Exo. 13.

i Meminiſſe

Hil. & Aug. ſ. p̄s. 136. Hie. ſ. pſ 37.
Meminiſſe Hieruſalem eſt recordari cœleſtis patriæ: vel conſiderare amiſſam patriam. p̄s. 136. Idem erit recordari Sion, & terræ Iuda. Iſa. 10. c. Rememoratio quoq; dici ſabbati dici poteſt contemplatio quietis perpetuę. p̄s. 37. in titulo.
Recordari cœleſtis patriæ.

Ori. ſ. num. ho. 15. & ſ. Leui. ho. 4. Hila. ſ. pſ. 134. Iſych. ſ. Leui. 2.
Recordari Sion eſt recordari legis Dei. p̄s. 136. Et memoriale ſacrificij eſt ipſa ſacra ſcriptura: vel memoria ſcripturarum: vel perfecta Dei ſcientia: cuius ſemper memores erimus, quando illius erimus capaces: quæ nunq̄; deſtruitur. Leui. 2. a. p̄s. 134. Iſa. 26. b.
Recordari legis di. Sacra ſcriptura.

Hie. ſ. Iſa. 21. 43.
Memoria exciſa eſt litera legis non amplius obſeruanda. Iſa. 26. e. Et non meminiſſe priorum eſt legem veterem quantum ad literalem obſeruantiam aboleri. Iſa. 43. c. non recordabuntur arcę domini, dicebatur pro eo tempore, quo lex vetus erat ceſſatura.
Abolitio obſeruantiæ literæ legis.

Hie ſ. Iſa. 43. Gre. 10. mor. 10.
Non meminiſſe priorum eſt non admirari antiqua miracula, ſuccedente opere redemptionis per Chriſtum factę, quod omnia illa ſuperat & obſcurat. Iſa. 43. c Non erūt etiam in memoria priora: quando mala pręſentis vitæ in fœlicitate ceſſabunt. Iſa. 65. c. Iob. 11. d.
Non admirari antiqua miracula.

Gloſ ord. ſ. Exo. 28.
Memoriale erat filijs Iſrael coram domino, quum lapides erant in ſuperhumerali pontificis eorum nominibus inſcripti: vt videlicet vel ipſi recordarentur Dei, vel Deus eorum. Exo. 28. b. vel vt pontifex fidem vitamq; patriarcharum meminiſſet imitari: vt oraret ꝓ duodecim tribubus: vt populus etiam ſanctos imitaretur.
Memoria patriarcharum.

Hila. ſ. pſ. 69. Ori. ſ. pſ. 37 go. 1.
Rememoratio eſt quum quis ad ſalutem commemorationem ſui fieri deſiderat: aut eorum ad pœnam, qui bonis ſemper infeſti ſunt: aut memoriam habeat peccati, qui vult ab eo mundari. p̄s. 37. 69. in titulo.

Glo. ord. ſ. Iſa. 48.
Recordantur Dei Iſrael non in veritate, qui confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. Iſaiæ. 48. a.
Labijs honorantes Deum.

Hila. ſ. pſ. 142. Hie. ſ. Eze. 16.
Memor eſt dierum antiquorum, qui recordatur peccati Adæ. pſalm. 142. Et non recordatur dierum adoleſcentiæ ſuæ, qui non aduertit priorem ſtatum peccati. Recordatur autem viarum ſuarum is, quem peccati pœnitet: vnde & confunditur. Ezech. 16. c. g.
Recordatio peccati.

Arno. ſ. pſ. 108.
Memoria eſt iniquitatis patrum peccatoris, quando in eccleſia recitantur martyrum victoriæ. pſalm. 108.
Recitatio victoriæ martyrum.

Hie ſ. Iſa. 26. Gre. 14. mora. 11.
Memoria Amalec, quam Deus delet, ſunt veſtigia vitiorum. Exo. 17. d. Iſa. 26. c. Vbi ſeptuaginta interpretes pro memoria dicunt, maſculus: qui Hebraice dicitur זכר Zachar. Deletur etiam memoria idolorum. Zach. 13. a. Et memoria malorum. p̄s. 33. Iob. 18. d.
Veſtigia vitiorum. Damnatio.

Glo. ord. ſ. Iſa. 57.
Memoriale hęreticorum eſt doctrina eorum erronea. Iſa. 57. b. Et idola gentilium.
Hæreſes. Idola.

Philo. de temulētia.
Recordari Pharaonem miniſterij pincernæ, eſt ebrios memores eſſe miniſtrorum vini. Geneſis. 40. d.
Memoria ebriorum

Glo. int. ſ. Iſa. 47.
Recordari nouiſsimi eſt recogitare futura. Iſa. 47. b. Et recordatur finis ſui, qui conſiderat diem mortis & iudicij. Thren. 1. c.
Memoria mortis & iudicij.

Glo. ord. ſ. Iſa. 54.
Non recordatur eccleſia ex gentibus opprobrij viduitatis ſuæ: quia reiecto idolorum cultu non amplius eſt à Deo deſtituta. Iſa. 54. b.
Vnio eccleſiæ cum Chriſto.

Glo. ord. ſ. thre. 1.
Recordari dicitur Hieruſalem pręuaricationis ſuæ: quando ſero iam anima in inferno recognoſcit peccata ſua. Thre. 1. c.
Sera pœnitentia.

Gre. 11. mor. 17.
Memoria malorum cōparatur cineri. Iob. 13. b. quia illic ponitur, vbi ab aura rapiatur. Quātumlibet enim quiſq; pro facienda gloria ſui nominis elaboret, memoriam ſuam quaſi cinerē ponit: quia hanc citius mortalitatis ventus rapit.
Labilitas mundanæ gloriæ.

Hie... Amos. 1.
Non recordatur Tyrus fœderis fratrum ſuorum, quum Iudæi aut hæretici nolunt aſcendere à litera ad ſpiritum: nec curant pręcepti, quo iubetur ſacram ſcripturam deſcribendam eſſe tripliciter. Amos. 1. c.
Nolle aſcendere à litera ad ſpiritum.

Hie. ſ. Eccl'tn 9.
Non recordantur viri pauperis, qui ciuitatem liberauit: qui non recordantur Chriſti redemptoris. Eccl'tę. 9. d.
Non recordari redēptoris.

## *Memphis.*

Hie. ſ. Iſ. 19. ſ. eze. 30.
MEmphis. i. os ex ore: Metropolis Aegypti. Iſa. 19. b. Ieremi. 2. d. Ezęchie. 30. c. Hebraice tamen ſcribitur Noph, quod interpretatur fauus, aut diſtillatio, vel eleuatio, aut cribrum. Hoſeæ. 9. b. ſcribitur Moph. Poteſt Memphis deſignare ſermonem, in quo confidunt hæretici vel ora hæreticorum, vnde profluunt errorum idola, ſicut in Memphi maxime vigebat idolatriæ ſuperſtitio, & magorum vanitas.
Sermo hæreticorū.

## *Mendicare, Mendicus, quære Pauper.*

## *Mens.*

MEns eſt princeps animæ facultas, quę & intelligentia vocatur, qua homo cęteris pręſtat animantibus. Includit autem tam partem intellectiuam, q̄; voluntatem, ſic vt aliquando

pro intel



pro intellectu ſumatur, nonnunquam pro voluntate, quandoq; autem vtrunq; ſimul includat. Sumitur item pro memoria & ratione.

Vis probatiua cogitationum.
Quando dicitur tota mente diligendus eſſe Deus, mens ibi dicit vim probatiuam cogitationum. Matth. 22. d. Marc. 12. c.
Ori. ſ. Mat. ho. 23.

Voluntas.
Mens pro voluntate ſumitur. Exod. 35. b. Mente promptiſsima offerre Deo. Et Leui. 10. d. Mens lugubris, qua non placetur Deo in ceremonijs.

## *Menſa.*

MEnſa eſt, ad quā accūbimus cibum ſumpturi: quæ etiam deſeruit ad ſcribendum & numerandum.

Sacra ſcriptura.
Menſa dici poteſt ſacra ſcriptura, & omnia in quibus ſpiritales cibi proponūtur: quæ menſa eſt ſpiritalis intelligentiæ claritate fœcunda. Exod. 25. c. 30. c. 37. b. Leuiti. 24. a. p̄s. 22. 68. Iſa. 23. b. Malach. 1. b. Matth. 15. c. Marc. 7. d. Luc. 22. c. Roma. 11. b. Idem deſignant menſæ aureę decem. 3. reg. 7. g. Quæ vel refectionem nobis verbi Dei, quaſi panes propoſitionis offerunt: Vel in nobis exempla fidelium quaſi poſitorum in ſe vaſorum domini, claritatem & miracula proponunt. Menſæ ſedecim in templo prophetas deſignant: & quatuor menſæ lapideæ ad holocauſta ſignificant euangeliſtas. Ezech. 40. f. Menſæ portæ interioris binę ad ſingula latera, ſic ſunt diſtribuendæ: vt porta interior ſit nouum teſtamentum: quæ habet in multitudine fidelium populorum duo latera, nempe dilectionem Dei & proximi. Binæ autem menſæ ſunt hinc, & binę inde: quia in dilectione Dei neceſſario tenenda eſt fides & vita. In dilectione autem proximi ſummopere debet patientia & benignitas cuſtodiri. Porta vero exterior eſt vetus teſtamentum: quia habet duo latera, nempe ſpiritales patres & carnalē populum. In quibus ſingulis binę ſunt menſæ: quia in ſpiritalibus patribus habet doctrinam & prophetiam: in carnali populo circuncisionem & ſacrificium. Menſa ſapientiæ, quam propoſuit, dici poſſunt eius præcepta, quę in ſacra ſcriptura continentur, pro. 9. a. Menſa potentis ſignificare poteſt ſacram ſcripturam: & beneficia Dei. pro. 23. a.
Ori. ſ. Exo. ho. 9. & ſ. Rom. 11. Hiero. ſ. Iſa. 23. & ſ. ps. 23. Gre. 17. mor. 14. Iſy. ſ. Leui. 24. Beda. ſ. pro. 9. Hie. ſ. Eze. 40. Gre. ſ. Eze. ho. 21. Baſi. in princi. prou. Am. 1. offi. 21. 32.
Præcepta. Beneficia Dei

Altare. Chriſtus. Euchariſtia.
Menſa aliquando ſignificat altare, in quo proponitur corpus Chriſti. p̄s. 22. 127. Iſaiæ. 21. b. Vnde & ipſum altare appellatur menſa. Eze. 41. d. Malach. 1. b. Ipſum altare eſt menſa potentis. pro. 23. a. Et ipſe Chriſtus eſt menſa, in qua panes depoſiti ſunt, quibus omnes participatione corporis ſui ad vitam æternam aluntur. Exo. 25. c.
Arno. ſ. pſ. 22. Hie. ſ. Iſa. 21. Iſy. Leui. 24. Cyril. 4. ſ. Ioan. 28. Chry. ſ. ps. 22.

Eccleſia.
Menſa, in qua erāt panes propoſitionis, ſignificat eccleſiam, in qua proponūtur nobis dona ſpiritusſancti. Exo. 25. c. 30. c. 37. b. Leui. 24. a. Ipſa etiam eſt menſa potentis. pro. 23. a.
Ori. ſ. Leui. ho. 13. Aug. ſ. Ioan. tra. 47.

Cæna.
Menſa dicitur ipſa cæna. 1. reg. 20. e. Non venit ad menſam regis.

Sacra nouæ legis
Menſa in parte aquilonari templi ſignificat ſacramenta nouæ legis: quę mentem refrigerāt, & vegetant. Exo. 26. g. 35. b. Data ſunt autem gentibus.
Glo. ordi. ſ. Exo. 26.

Beneficia tp̄alia dei.
Menſa præterea extra velum, & in parte aquilonari, deſignat temporalia Dei beneficia: vt temporale nutrimentum vitę. Erat autem in parte ſeptentrionali, quia ſeptentrionales venti maxime vegetant: & in parte ſiniſtra, quia temporalia ad ſiniſtram pertinent. Exodi. 26. g. 35. b.
Philo. quis rer. diu. hæres. & d vi. Moſ. 3

Cor hominis.
Menſa quoq; dicitur cor hominis: & quicunq; habent panes Dei, & reficiunt ac paſcunt animas, menſę Dei dicuntur. Leui. 24. a.
Ori. ſ. Leu. ho. 13. & ſ. num. ho. 5.

Terra
Menſa in templo erat ſex cubitorum, & eius pedes quatuor erant circiter vnius cubiti & dimidij. Colligunt ergo omnes cubitos in numerum duodenarium, conuenienter ad duodecim menſium conuerſionem, quę fit per circulum anni, quibus terra omnia producit & perficit, cum quatuor temporibus anni inita conſuetudine. Terræ igitur imaginem menſa ſignificat, quæ quatuor fulcitur pedibus, æſtate, autumno, hyeme, vere: per quos annus ingreditur: quo circa dicit etiam menſam habere vndulas inflexas ac tortiles: aut quòd temporum conuerſionibus omnia circumagantur, aut fortaſſe ſignificabit terram, quam circumfluit Oceanus.
Cle. Ale. 6. ſtromat.

Gloria cœleſtis
Menſa aliquando ſumitur pro cœleſti gloria: vt cum Iob. 36. c. dicitur. Requies menſæ tuæ erit plena pinguedine. De hac. p̄s. 16. Satiabor dum manifeſtabitur gloria tua.
Gre 26. mor. 32.

Vnitas fidei Lectio ſcripturæ
Menſa præterea dici poteſt vnitas fidei, & concordia prædicationis. Hanc menſam propoſuit mulier hoſpita Eliſæi in cœnaculo ipſius Eliſęi. 4. regū. 4. b. Significat etiam ſcripturæ ſacrę lectionem.
Lyra. ſ. 4. reg. 4.

Pecuniæ auarorum.
Menſæ numulariorum pecunias auarorum ſignificare poſſunt: & etiam auditores eccleſiæ: & doctrinam hęreticorum & Iudęorum: quas menſas ſubuertit dominus. Matt. 21. b. Marc. 11. b. Luc. 19. d. Iſa. 28. b.
Ori. ſ. Mat. ho. 17. Baſi. regu. breui. 254 Amb. ſ. Luc. 19. Hie. ſ. Iſa. 28.

Altaria Dei
Menſę etiam numulariorum ſunt altaria Dei: quæ auaritia ſacerdotum in menſas numulariorum conuertit. Mat. 21. b.
Hie. ſ. Mat. 21.

Altare idolorum
Mēſa meretricis adūbrat altare idolorū: vel locū & fomēta voluptatū. Eze. 23. f. Menſa aūt prauorū fit corā

ſit coram ipſis in laqueum:quum videntes & ſcientes amplectuntur peccata.Iſa.68.

Fométa voluptatũ.

Hie.ſ.Iſa.65. — Ablatio diuinæ prouidentiæ.

Menſa fortunę,quam vltimo die anni & menſis vltimi ponebant gentiles, refertam varij generis epulis,& poculo mulſo mixto,vel præteriti anni,vel futuri fertilitatem auſpicantes,ablationem diuinæ prouidentiæ indicabat.Qui enim fortunam colebant, diuinam negabant prouidentiam.Iſa.65.b.

## Mẽſis, Menſtruus.

MEnſis dicitur duodecima pars anni:qui quaſi dimenſa ſpacia conficiat,menſis nominatur.Et menſtrua res dicitur,quę eſt vnius menſis.

Iſych.ſ.Leui.23. Cyril.4.ſ Ioan.28. Ori.ſ.Exo.ho.7. — Initium gratiæ. Noua lex.

Menſis primus in menſibus anni initium gratię,ſeu legis gratię, & tempus aduentus Chriſti ſignificare poteſt.Erat autem menſis verni temporis. Exod. 12.a.30.c. 40.a. Ezechiel.45.f. Menſis etiam ſecundus,quo celebratur ſecundum paſcha, typus eſt nouæ legis:vnde in ſecundo menſe datum eſt manna.Exo.16.a.2.par.30.a.Idem deſignat menſis nouarũ frugum:& menſis primitiuorum.Exo.13.a.23.b.

Beda.ſ.Exo.2. — Tres leges.

Menſes tres,quibus latuit Moſes,leges literæ,naturæ,& prophetiæ ſignificarunt:in cuius fine Chriſtus reuelatus eſt a ſynagoga in aſſumptione carnis.Exo.2.b. Mẽſis etiam tertius egreſſionis de Aegypto tempus legis gratię ſignificat.Exo.19.a.

Ori.ſ.Amos.4. — Tres virtutes. Myſteriũ trinitatis.

Menſes tres,quibus fuit arca in domo Obededom, deſignant tempus quo eſt eccleſia in gẽtilitate,quouſq; Iudęi conuertantur,Eſt autem ibi per tres virtutes,fidem,ſpem,& charitatem. 2.reg.6.b.Deſignant etiam menſes tres myſterium trinitatis. Amos.4.b.

Iſy.ſ.Leui.23. Hie.ſ.Eze.39. — Tempus iudicij.

Menſis ſeptimus eſt tempus iudicij,quando perſonabunt tubę ante iudicem:nec iam licebit operari.Leui.23.d.vnde & menſibus ſeptem mundatur terra ab immunditia Gog: quia menſe ſeptimo fiebat feſtum tabernaculorum cum palmis,in ſignum victoriæ contra hæreticos & infideles.Ezechie.39.c.

Ori.ſ Iob.lib.3. Hie.ſ.Amos.4. Gre.4 mor.10.11. Gre.30.mora.20.21. — Apoſtoli. Eccleſiæ. Ordines angelorũ. Virtutes variæ. Cogitatiões ſctõrũ. Virtutes.

Menſes anni duodecim,apoſtolos ſignificare poſſunt eccleſiam conſtituentes. Iob.3 b. vel deſignant diuerſas eccleſias;vel ordines angelorũ:vel diuerſas virtutũ ſpecies. Cle.pap.4.recogni. Menſes conceptus ceruarum ſignificare poſſunt cogitationes ſanctorum: vel virtutes multiplicatas:quas Deus dinumerat.Iob.39.a.

Iſy.ſ.Leui.27. — Recẽtes in fide.

Ab vno menſe vſq; ad annum quintum ſunt,qui noui recenteſq; ſunt in fide. Leuit.27.a.de quibus dicitur.1.Petri.2.a.Quaſimodo geniti infantes.

Hie.ſ.Iſa.66. Gre.19.mor.8. & ſ. Eze.ho.6. Euch.form.ſpual. — Aeterna fœlicitas.

Menſis ex mẽſe perpetuitatẽ fœlicitatis deſignat:& ꝙ erit mẽſis ex mẽſe,quũ à mẽſe carnali tranſit ad ſpũalẽ.Et quũ luna,q̃ eſt eccleſia,tranſibit à mutabilitate huius tẽporis ad ſplendorẽ cœleſtis patriæ:vbi fulgebit ſicut ſol.Et mẽſis ex menſe eſt, quum perfectioni,quæ nunc eſt in operatione,ſuccedet perfectio,quę erit in æterna requie.Iſa.66.g.

Gre.29.mor.8. — Collectio animarũ in eccleſia.

Menſes priſtini dicuntur collectiones animarum intra eccleſiam veritatis luce ſplendentes & perfectæ.Iob.29.a.

Glo.ordi.ſ.Leui.15. — Prauæ cogitationes

Menſis mulieris menſtruatę ſignificat prauas cogitationes.Leui.15.c.

Rup.ſ.Hoſe 5. — Tempus huius vitæ

Menſis deuorans eſt breue tempus huius vitę, quo mali conſumuntur.Hoſe.5.b.

Gre.8.mor.7.8. — Expectans præmiũ.

Menſes vacuos dicitur habere,qui per actiones ſuas pręſentia non quęrit: qui laborem iam tolerat,ſed pręmium nondũ tenet. Iob.7.a.Et eccleſia habet menſes vacuos in his, qui adhuc voluptatibus defluunt: & fructu boni operis non ditantur.

## Menſtruata, Menſtruum.

Ariſt.3.hiſt.aĩal.29. &.7.hiſto.aĩal.1.2.

MEnſtruum eſt mulierum profluuium & purgatio frigidi & indigeſti humoris ex ſanguine vitiato: quem natura quaſi noxium expellit: dictaq; ſunt menſtrua, ꝙ ſingulis menſibus mulieribus iam ad concipiendum adultis accidere ſolent:quod fit luminis lunę abſentia.Menſtruata mulier dicitur,quę menſtrua patitur.

Hie.ſ.Eze.18. — Vitia libidinis & idololatriæ.

Menſtrua Hieruſalem deſignant conſueta vitia libidinis & idololatriæ.Menſtruis enim fædatę mulieres filios ędere ſolent leproſos,aut elephantaicos,aut alioqui enormes. Threno.1.f. Ezech.18.b.Zach.13.a.

Gre.ſ.Eze.ho.20.& ſ.ps.129. — Cogitationes immundæ.

Menſtrua ſunt etiam immundæ cogitationes: quia menſtrua immundicia aliena carne non tangitur,ſed ſua carne inquinatur.Iere.2.e.Et menſtruata eſt anima immundis cogitationibus polluta.Zachar.13.a.

Iſy.ſ.Leui.15. — Tẽpus idololatriæ.

Menſtruæ ſeparationis dies,& menſtruale tempus,ſignificare poſſunt tempus,quo idololatria vigebat.Leui.12.b.15.d.

Amb.de Iſaac.1. — Illecebre carnales. Hæretici.

Menſtruata mulier delectationem corporalis illecebrę deſignare poteſt: aut etiam hæreticos erroribus ceu fædo ſanguine pollutos.Leui.15.d.20.Iſa.30.e.

Geo.vẽ.2.tõ.2.c.17. — Anima cum originali peccato. Synagoga.

Menſtruata,quam mundat Deus,eſt anima habens originale peccatum.Zach.13.a.Deſignat etiam plebem Iudaicam,ſeu ſynagogam.

Rup.2.d glor.t.i.6.

Panno menſtruatæ cõparãtur iuſtitiæ noſtræ,ꝙ nõ vndiquaq; puræ inueniantur.Iſa.64.c. Ezechie.36.a.

Mentha.



## Mentha.

Ceremoniæ legis. — Ori.ſ.Matt.ho.25.

MEntha eſt herba vulgo nota, etiam hodie idem nomen apud vulgus ſeruans: eſt herba calida & odorifera,condiendiſq; cibis idonea. Deſignare poteſt legis ceremonias res ſpirituales condientes.Mat.23.c.Luc.11.f.

## Mentiri, Mendax, Mendacium.

MEntiri eſt cõtra mentem loqui:quum quis videlicet aliud habet in mente, aliud verbis exprimit.Mendax autem eſt,qui mentitur.Mendacium vero ſunt ipſa mentientis verba.Interdum vero mentiri eſt fingere vel ſimulare & fallere & nugari.Mendax vero,doloſus,fallax, falſus, mutabilis.Mendacium, falſum conſilium,& ſimulatio.

Diabolus. Antichriſtus. Idola. Hæreſes. Peccata. Hæretici. — Hiero.ſ.Iſa.28.&.ſ. Nahum.3. Cle.Alex.adhor.ad gentes. Aug.14.ciui.Dei.4.

Mendacium dicitur diabolus,qui pater & initium eſt omnis mendacij: Et etiam ipſe Antichriſtus:& pręterea idola & hęreſes.gen.38.f.Exo.23.a.p̃s.4.Iſa.28.d.59.a.Ier.8.b.9.d.13.d.16. d.Hoſe.7.a.d.12.a.Et generaliter omne peccatum dicitur eſſe mendacium. Non enim fit peccatum,niſi ea volũtate,qua volumus vt bene ſit nobis.vel nolumus vt male ſit nobis.Ergo mẽdacium eſt,quod cum fiat vt bene ſit nobis,hinc potius male eſt nobis.Iob.13.a.36.a.27.a.p̃s.5. Sapi.1.c.Nahum.3.a. Sopho.3.c.Zachari.10.a.13.a.Et mendaces dicuntur dæmones & hæretici: qui etiam mendaces colles dicuntur.Iere.3.g.

Falſa promiſsio. — Hie.ſ.Iere.7.15.

Mendacia verba ſunt,quæ promittunt fauorem Dei ſine vitæ emendatione.Ierem.7.a.Tale eſt mendacium aquarum infidelium, quales ſunt aquæ torrentium,quę videntur duraturę:ſed tempore neceſsitatis deficiunt.Ier.15.d.

Impotẽtia humana. — Baſi.ſ.p̃s.115. Ber.de gradi.humilitatis.

Mendax eſt omnis homo,quum propria mente vult mẽtiri ea,quę Dei ſunt.p̃s.115.Item omnis homo infirmus: omnis homo miſer & impotens: qui nec ſe nec alium ſaluare poſsit.Sicut dicitur fallax equus ad ſalutem:non ꝙ equus aliquem fallat: ſed quia is ſeipſum fallit,qui in eius fortitudine confidit.

Eligentes malũ prętextu iuſtitiæ. — Baſi.& Hila.ſ.ps.61.

Mendaces ſunt filij hominum in ſtateris:quum per liberum arbitrium eligunt, & docẽt mala:& hoc in ſtateris:quia pretextu iuſtitiæ.Item quum dicunt malum bonum,& bonum malũ: & quum aliter iudicant propria,q̃; aliena.p̃s.61.

Iudæi. Hæretici. — Hier.ſ. Iſa.57.59.& ſ.Haba.3. Arno.ſ.p̃s.17.65.80 Hila.ſ.p̃s.65. Aug.ſ.pſ.65.80.

Mendax ſemen ſunt Iudęi à patribus degenerantes: & etiam hæretici ex patre diabolo. Et Hieruſalem,quum dicunt Iudæi ſe timere Deum,& inuocare: & tamen eius pręcepta non ſeruant.Iſa.57.a.c.Et Iudæorum mendacium fuerũt falſa teſtimonia, quę dixerunt aduerſus Chriſtum.p̃s.58.Iſa.59.a.Et filij alieni dicunt mentiti Chriſto: quia tam Iudæi q̃; hæretici fraudulẽter ſe habent erga Chriſtum.p̃s.17.80.Iſa.30.b.Et mẽtiebantur inimici Deo,quando Iudęi miracula Chriſti blaſphemabant:& dicuntur mentiti in multitudine virtutis eius,hoc eſt,circa eius, reſurrectionem: tum quia dixerunt eum ſoluturum templum materiale & excitaturum: tum quia ſubornatis cuſtodibus dixerunt, corpus eius à diſcipulis eſſe ſublatum. Mentiti ſunt etiam facientes & colentes Deos alienos.p̃s.65.Mentiti quoq; ſunt populo inimici domini,quum ſcribæ & phariſęi retrahebant populum à fide Chriſti.p̃s.80. Et mentitur opus oliuæ,quum Iudęi non faciunt fructũ,quem verbis promittunt. Haba.3.d.Sic mentiti ſunt lingua Deo,qui promittunt ſeruare pręcepta,que tranſgrediuntur.p̃s.77 — Hie.ſ.pſ.77.

Mẽtiri in caput ſuũ. — Hie.ſ.pſ.26.

Metitur iniquitas teſtibus iniquis: quia eorum mẽdacium in proprium recidit caput.p̃s.26.

Deprauantes hæretici doctrinam ſuã. — Hie.ſ.Hoſe.9.

Mentitur hęreticis vinum eorum.Hoſe.9.a.quia doctrinam ſuam mendacijs deprauant.

Mendacia verba dicebat pharao eſſe verba Moſis: quia diabolus mendacia reputat verba Dei.Exod.5.b.

## Mentum.

MEntum eſt ſedes barbę, & propriẽ eſt hoĩum:ſed aliquando attribuitur etiã alijs aĩalibus.

Mentum Amaſæ,quod apprehendit Ioab.2.reg.20.c.

Mentum leonis aut vrſi apprehendebat Dauid,vt eos occideret.1.reg.17.d.

## Merari, Merarites.

Apti ad duriora. — Ori.ſ.nu.ho.4.

MErari.i. amarus, ſiue iritatus,aut prouocatus:filius Leui, à quo Meraritę miniſtri tabernaculi,qui in rebus durioribus ſeruiebant, quatuor plauſtris eas portantes. Deſignant eos, qui rebus durioribus apti ſunt.num.4.c.

## Mercari, uide Emere

## Mercator, Merx, Mercatus, Mercatura.

MErcator dicitur,qui emit,ſiue vt ipſe poſsideat,ſiue vt alteri vendat:mercatus autem eſt ipſe mercandi actus:vel locus,ad quẽ mercatores emendi vendendiq; gr̃a cõueniunt. Merx aũt ipſa ſpecies,quę emitur & venditur.Mercatura vero eſt ipſum negociationis exercitium.

Negociatio philoſophorum. — Hie.ſ.Eze.27.

Mercatus Tyri ſignificare poteſt negociationem philoſophorum, & hæreticorum & mundanorum.Ezech.27.c.

Vendentes in tẽplo. — Hie.ſ.Zach.14. Rup.ſ.Zach 14.

Mercator ꝗ nõ erit in domo dñi,dici poteſt de illis vendẽtibus & emẽtibus, quos eiecit dñs

i 3 de tẽplo

de templo.Zach. 14.d.Item de ijs,qui in religione habent aliquid proprium.

## *Merces.*

MErces eſt præmium,ſeu ſtipendium,quod iure laboris redditur operanti,à mercēdo dicta. Et differt ab hæreditate:ꝙ hæreditas iure ſucceſsionis datur:merces vero iure laboris:vnde merces ſeruis,hæreditas filijs competit.gen.30.d.Exo.22.c.Merces,donū.deut.23.Nō offeres mercedem proſtibuli.Lucrum.gen.30.c.Dedit Deus mercedem mihi.Meritum.Matth.10.d.Non perdet mercedem ſuam.Pœna æterna.Matth.6.b.Receperunt mercedem ſuam. Præmium.Exo.22.c.Pro mercede operis tui.

Hier.ſ.Iſa. 40. &.ſ. Zach 11. — Retribuens Chrs. Præcium Chriſti

Merces Chr̄i dicit̄ eſſe cū ipſo:quia ipſe reddet vnicuiq; iuxta opera ſua.Iſa.40.c.62.d.Merces aūt,quā illi appenderūt filij Iſrael,fuerunt triginta argentei,quibus vēditus eſt.Zach.11.c.

Amb.2 de Abra.8. — Deus.

Merces magna Abrahæ dicit̄ eſſe Deus,quia ille noluit ſperare mercedē in terra.gene.15.a.

Aug.ſ.pſ.126. — Saluati.

Merces fructus ventri ſunt,qui ſaluati ſunt per paſsionem Chriſti.ps.126.

Baſi.regu.breui 256 Rup.4.ſ.Ioan. — Cētuplū in hac vita

Merces operariorum.Matth.20.a.dici poteſt illud centuplum,quod in hac vita datur.Item quod datur prædicatoribus pro labore.Ioan.4.e.

Hie.ſ.Iere.31. — Gloria martyrum

Merces operi Racheli dat̄,hoc eſt,m̄ribus innocētū,q̄a illi martyrij p̄miū acceperūt.Ier.31.

Hie.ſ.Iſa.23.&.ſ.Agge.1.&.ſ.Zac.8. — Bona opera

Merces Tyri ſancta,ſunt bona opera poſt conuerſionem facta.Iſa.23.d.Et merces congregat,qui opera meritoria facit.Agge.1.b.Merces autem quæ non erat ante templi conſtructionem,eſt præmium operum factorum ante ſuſceptionem fidei.Zach.8.c.

Senſus myſticus literæ legis.

Merces nutritionis Moſis,deſignat ſenſum myſticum datum literæ legis:vel inſtructionem populi per legem,ne coleret idola.Exo.2.b.

Ori.ſ.Eze.ho.8. Hie.ſ.Ezec.29.&.ſ.Mich.1. — Temporalia.

Merces temporalis datur malis ſeruientibus voluntati Dei:vt Aegyptus data eſt Babylonijs Eze.29.d.Et mercedes meretricis ſunt temporalia bona hæreticorum:& etiam diuitiæ errorū: quæ nō ſunt ex paterna hæreditate:ſed hinc inde collectæ.Mercedes autem quas dat meretrix amatoribus,ſunt virtutes,quas ante pc̄m̄ habuerat:& per peccatū amiſit.Ezec.16.d.Mich.1.b.

Inſtigatiōes diaboli

Merces Iacob mutata à Laban,dici poſſunt variæ inſtigationes diaboli.gen.31.f.

## *Mercenarius.*

MErcenarius eſt,qui mercedis gratia operam ſuam alicui præſtat.

Ambro.ſ.Luc.15.& epi.44. — Sperātes à Deo mercedem.

Mercenarij dici poſſumus omnes,qui à Deo mercedē ſperamus.Et filius prodigus,qui filius erat prius per lauacrū regenerationis,& amicus per virtutē,petit fieri ſicut vnus de mercenarijs:quia iam factus erat ſeruus per timorē,& vult fieri mercenarius per laborē. Luc. 15.d. Mercenarius in alienis quidē laboribus exudat:ſed tamen ſibi præmium proprium præparat. Itidem omnes qui ſpe cœleſtium præditi,exercitio vitæ præſentis atterimur, in alieno laboramus:ſed tamen præmia noſtra percipimus,& per hoc peruenimus ad propria,ꝙ pure miniſtramus aliena.Et vt mercenarius ſolicitè curat ne vnquam dies vacuus ab opere labatur,& expectatus finis temporis,ne inanis veniat ad remunerationem.Ita electi quanto fidentius ſpe tendunt ad præmium,tantò nunc robuſtius perdurant ad laboris incrementum:& cum grauia eſſe quibus exercentur penſant,ex comparatione præmij quàm ſit leue quod patiuntur inueniūt Mercenarius autem quantò longius eſt à fine operis, tantò & à retributione mercedis. Iob. 7.a.14.b.

Gre.8. mora.6.7.& 12.mor.2.

Iſy.ſ.Leui 19. — Prædicator

Mercenarius etiā eſt prædicator:cuius opus eſt p̄dicationis verbū:quod moratur apud audientem vſq; mane,cū nō obtēperat illi,ſed ſic venit ad iudiciū.Leui.19.c.

Iſy.ſ.Leui.25. — Minus quā ſerui

Mercenarij noſtri dici poſſunt,qui à nobis inuitati,non tamen tantum ſubiecti , vt ſerui & ancillæ nominari poſſint.Leui.25.b.

Amb.ſ.Luc.15. Hiē epiſ. beatitudi. & ſ.Iſa.28. Aug.ſ.Ioan.tra.46. Iſy.ſ.Leui 22. Cyri.7.ſ.Ioan.5. Ber.ſer.de affe aiæ. — Seruientes pro temporalibus

Mercenarius eſt,qui Deo pro temporalibus ſeruit:vt Iudæi,& peculiariter ſcribæ & phariſæi,& ſacerdotes,& Iudas.Item hæretici inanem gloriam quærentes.Mercenarius etiam eſt p̄latus,qui non pro amore ſalutis ouium,ſed ad tēporalem mercedem eas paſcit.Exod.12.d.Iſa. 16.d.28.a.Iuxta Septuaginta.Luc.15.d.Ioan.10.b.Hi ſunt quos in ſeculo videmus , aut nullo, aut exiguo deſiderio æternorum,velut ſub mercede ſeruire Deo,& ab eo terrena petere,quæ deſiderant.

## *Mereri, Meritum, Promereri.*

¶Mereri eſt aliquid facere,cuius gr̄a ipſe operator dignus ſit præmiū accipere,aut pœnā pati.

## *Meretrix, Proſtibulum, Scortum.*

MEretrix à merendo,dicitur mulier,quæ mercede ſui corporis copiam facit. Dicitur etiā proſtibulum à proſtando,& ſcortum.

Ori.ſ.Ioſu.ho.3. Amb.ſer.31. Hie.ſ.Iſa 23. Aug ſer.107. — Eccleſia gentilium

Meretrix dicebatur eccleſia gentilium,antequam ad virum Chriſtum conuerteretur: quæ poſtea cōuerſa deſijt eſſe meretrix.Hanc deſignabat Rahab,quæ erat meretrix priuſquā populo Iſrael cōiungeretur.Ioſu.2.a.6.c.Iſa.23.d.Hoſe.1.a. Huic meretrici coniungitur Samſon, hoc eſt,Chriſtus.Iudi.16.a.

Amb.epiſ.39.

Meretrix è diuerſo facta eſt ſynagoga,& Hieruſalē,quæ prius fidelis fuerat Deo , & poſt-

modum



Synagoga. — Hie.ſ.Iſa.1.& ad Gerontiam. Aug.q.in Iudi.49.& ſer.107.

modum adulterata eſt per idololatriam.Hoſe.1.a.Iſa.1.ſ.Iere.2.e.Leui.21.b.Et meretrix mater Iephte eſt ſynagoga mater Chr̄i.Iudi.11.a.Ipſa eſt meretrix,quæ decaluauit Samſonem, quando crucifixit Chriſtum in Caluariæ loco.Iudi.16.a.Hæretici quoq; meretrices dicuntur. Mic. 1.a.Nahum.3.a.pro.7.b.

Hæretici. — Iſy ſ.Leui.21.

Eccleſia & ſynagoga vel Ariana hæreſis. — Hie.ſ.Mich.1. Ori.ſ.Ioſu.ho 3. Hi.epi.multū in vt. Aug.ſer.200. Gre.21.mor.8.

Meretrices duę coram Salomone cōtendentes deſignant eccleſiā & ſynagogā:quę excepit filiū viuū,eſt eccleſia:quæ mortuū,ſynagoga.3.reg.3.c.Vel quę petit diuidi infantē, eſt Ariana hæreſis,quæ diuiſionē facit inter patrem & filiū ſecundum ſubſtantiam:quæ vero non diuidit eſt eccleſia.Vel meretrices duæ deſignant bonū & malū doctorē.Nam mulier, quæ filiū , quē vigilās lactare cōſueuerat,dormiēs interemit,deſignat magiſtros vigilātes quidē ſcientia,ſed vita dormiētes:qui auditores ſuos per vigilias prædicationis nutriunt: & dū quod dicunt facere negligūt,per ſomnū torporis occidūt:& negligēdo opprimūt,quos alere verborū lacte videbātur:& tamē alienos diſcipulos ſibi attrahere conantur:quatenus dū bonos ſe habere ſequaces oſtendunt, apud iudicia hominum excuſant mala quæ agunt:& quaſi per ſubditorum vitam mortiferam tegant negligentiam.Sed tamen veram matrem Salomonis gladius inuenit: quia cuius fructus viuat,& cuius intereat,extremo examine ira diſtricti iudicis demonſtrat. Et viuens filius prius diuidi præcipitur,vt ſoli poſtmodum matri reddatur : quia in hac vita quaſi partiri conceditur vita diſcipuli,dum ex illa nonnunquam alter apud Deum meritum,alter vero apud homines laudem habere permittitur.

Bonus & malus doctor.

Anima peccatrix. — Ori.ſ.Leui. ho.12.& ſ.Ioſu.ho. 1. 3. &.ſ. Eze.ho.8. Hie.ſ.Iſa.1.&.ſ.Iere 3.&.ſ.Eze.16.

Meretrix aliquando dicitur anima peccatrix,quæ à Deo diſceſsit,& admiſit amatores ,hoc eſt,dæmones.gen.34.d.38.d.Leui.21.c.deut.23.c.Ioſu.2.a.pro.5.a.Iſa.1.ſ.Iere.3.a. Et meretrix cuius merces non recipitur in ſacrificio,eſt anima vitijs deturpata. Et proſtitutio Hieruſalem eſt abiectio animæ in omnia vitia.Eze.16.c.Meretrix etiam dicitur ipſa caro. 1.cor.6.c.

Caro.

Cupiditas. Voluptas. Fallaciæ diaboli Iniquitas. Corruptela. — Amb.epiſ.44.& de Cain. Cle.Alex.1.ſtroma. Philo de mercede meretricis.

Meretrix dici poteſt omnis vaga cupiditas,& voluptas,& vita luxurioſa: quæ ornatu occurrit meretritio.pro.7.d.Et hæc eſt meretrix,cuius merces non recipitur in ſacrificium. Iere. 5.c.Hoſe.4.d.Nahū.3.a.apo.17.a.Cū his meretricibus diſsipauit p̄digus oēm ſubſtantiā ſuam. Luc.15.c.Idē deſignat ſcortū Madiniticū: quod etiam ſignificat errores & fallacias diabolicas. nu.25.c.Meretrix demū pōt dici etiā ipſa iniquitas,ſeu malitia,& corruptela.1.cor.6.c.

Roma — Aug.ſ.apo.ho.15. Ber.ſe.de affec.aīæ. Ori.ſ.num.ho.20. Hie.Aglaſiæ.

Meretrix magna typum gerere dicitur Romæ.apoc.17.a.19.a.

## *Mergere, Demergere, Submergere, Immergere.*

MErgere eſt ſub aquā ponere,aut aliquo liquore operire.Idē fere ſignificant eius cōpoſita.

Perſecutio Iudęorū in Chriſtum — Hila.ſ.pſ.68. Aug ſ.pſ.68.

Demerſit tēpeſtas aquę Chr̄m,quū Iudæi ipſum vehemēti impetu in mortē adegerunt. (ps.68.

Infirmus liberatus à tentatione. — Ori.ſ.Matt cap.14. Hila.ſ Mat.cano.14

Mergi incipiēs Petrus.Mat.14.d.deſignat illū,qui quaſi ſuperatur à tētatione:ſed demum liberat̄ à Chriſto.Fuit etiam illa merſio velut nuncius futuræ negationis.

Inanis gloria — Gre.ſ.1.reg.14.

Demergunt victimas in profundum,qui cœleſtes virtutum hoſtias, non in cœlum per gratiarum actionem ſubleuant:ſed ad terram per appetitum vanæ laudis inclinant. Hoſe.5.a.

Baptiſmus — Amb.epiſ.18. Beda.ſ.Exo.14.

Demergitur in mare rubrum Aegyptius,& reſurgit Hebręus , cum in baptiſmo eijciuntur dæmones & vitia,& peccator baptizatus euadit mundus à peccatis.Exo.14.g.15.a.

Cōdemnatio ſuperborum. — Gre.30.mo.8.

Demergit Deus facies ſuperborum in foueā:quia intentionē cordis eorū ſe ſe vltra homines erigentē in inferiora deijcit,& demū ipſi in inferni baratrum detruduntur.Iob. 40.b.

Induci in errorē vel In hoc ſeculum — Hila.ſ.Mat.can. 18. Ber.ſer.2.de angelis

Demergi etiā in p̄fundū maris,eſt in errores gētiliū induci:vel in hoc ſeculū neq̄.Mat.18.a.

## *Mergulus.*

Guloſi.

MErgulus ſiue mergus eſt auis in fluido degēs,& victū ex aqua q̄ritans: cōputat̄ inter aues immūdas.Leui.11.b.deu.14.b.deſignare pōt guloſos etiam in locis difficilibus cibum & gulæ voluptates quærentes.

Contemplatiui deſides. — Glo.or.ſ.Leui.11.

Poteſt etiam eos contemplatiuos ſignificare, qui de rebus inferioribus nimium ſunt ſoliciti ſuperioribus parum adhærentes.

## *Meridies, Meridianus, Meridiari.*

MEridies idem eſt,quod medius dies:quando ſol medium tenet cœlum,& eſt in ſuo feruore,maximoq; ſplendore.Sumitur ſępe meridies aut pars meridiana pro plaga auſtrali.

Splendor diuinę maieſtatis. Aſcenſio Chriſti Chriſtus. — Ori.ſ.cant ho.1.a. Hie.ſ.Iſa 18. Aug.ſ.pſ.54. Ber.ſ.cant.ſer.33. Geor.vene.cant. to no.7.cap.8.

Meridies ſplendorem plenæ lucis diuinę maieſtatis:& manifeſtationem ſecretarū & arduarum virtutū ſignificare poteſt.cantic.1.b. Iſa.18.b. Poteſt etiam deſignare tempus aſcenſionis Chriſti,& aſcenſionis eius ad dexteram patris.ps.54.Poteſt præterea ipſum Chriſtum deſignare:vnde apparuit Deus Abrahæ in meridie,hoc eſt,in Chriſto.gen.18.a.

Abundātia gratiæ. Feruor charitatis. — Gre.ſ.1.reg 10.& 10 mor.21. Amb.de paradiſ.14. Hie.ſ.pſ 36.

Meridies ſępe abūdantiā gr̄æ & feruorē charitatis ſignificat.gen.3.b.12.c. 28.c. Exo. 27.b.1. reg.10.a.ps.36.Eccl'tę.1.a.cāti.1.b.Et ſicut meridies fiūt tenebræ,quū dimiſsis peccatis abūdat gratia.Iſa.58.c.Et poſt meridiē cognouit Adā pc̄m̄ ſuū.Quaſi meridianus fulgor cōſurgit iuſto ad veſperū,quia quāta ſibi claritas maneat,cū iam occūbere coeperit agnoſcit. Iob.11.b.

Plenitudo cognitionis. — Au.de vni.ecclæ.14 Ori.ſ cant.ho.2. Amb.de Iſaac.4. & de Ioſeph 10.

Meridies itidem plenitudinem cognitionis & lucem ſapientię,contēplationemq; diuinitatis ſignificare poteſt.gen.12.c.28.c.43.d.ps.36.54.Et dicitur ſponſus cubare in meridie. cant.1.b.

 hoc eſt,

Au de vnita.eccl 14. Ricar.de ſ.vict 3.de arca myſtica.7. — Sapientia. Contemplatio diuinitatis.

hoc eſt,in habentibus ingentem ſapientię lucem,& inſignem charitatis ardorem.de quibus.p̄s.89.Dexteram tuam notam fac mihi,& eruditos corde in ſapientia.

Amb ſ.p̄s.118.ſer.2. Hie.ſ.Zac.14. — Eccleſia.

Meridies præterea dicitur ipſa eccleſia,vbi paſcit ſponſus ſuas oues.cant.1.b.Zac.14.a.

Hie.ſ Iſa.59. Gre.6.mor.14.15. Rup.ſ.amos.8. — Tempus legis grãæ. Temp⁹ miraculorũ & doctrinæ Chr̃i.

Meridies rurſus dicitur tẽpus legis gratiæ.Iſa.9.c.Et tempus miraculorum & doctrinæ Chriſti.Iob.5.c. Et Iudæi palparũt in meridie,quum aperta Chriſti miracula videntes,adhuc dicebant.Quouſq; animam noſtram tollis?Si tu es Chriſtus,dic nobis palam.Ideo dicitur occidiſſe eis ſol in meridie.Amos.8.c.

Ori.ſ.p̄s.36.ho.1. — Manifeſtatio bonorum operum.

Meridies quandoq; dicitur clara bonorum operum manifeſtatio.p̄s.36.Iudicium tuum tanq̃; meridiem.

Hie.ſ.Abdi. — Doctores eccl'tici.

Meridies ſunt etiam doctores eccleſiaſtici:quorum lucem formidant hęretici. Abdi.c.

Geor. venet. cant 3 ton.8.modu.2. ca.3 — Tempus iuuẽtutis

Meridionales portæ Hieruſalem cœleſtis,tempus iuuẽtutis & virilitatis,vel pietatem & clementiam deſignare poſſunt.Apo.21.d.

Amb.ſ.ps.118.ſer,12 — Populus Iudaicus.

Meridianum latus populum Iudaicum ſignificare poteſt.Exo.26.c.36.c.Eccl'tæ.1.a.

— Tempus huius vitę.

Meridies pręterea curſum temporis mũdi huius ſignificare poteſt:vt cum prophetæ Baal de mane vſq; ad meridiem inuocabant ipſum Baal.5.reg.18.e.

Amb.de paradi. — Feruore peccandi.

Meridies etiam aliquando feruorẽ peccandi ſignificare poteſt. gen.3.b.1.reg.14.a.canti.1.b.

Gre ſ.cant.1. Hie.& Aug ſ.ps.90. — Trãſfiguratio in angelum lucis. Aperta tentatio.

Meridianum dæmonium eſt , cum dæmones aut hæretici faciunt opera,quę videntur lucis: vel ė diuerſo,cum eſt grauis & aperta tentatio.p̄s.9.

Glo.int ſ Iere.6.

In meridie dicuntur aſcendiſſe aduerſus Hieruſalem hoſtes eius: quia ſine vllo metu eam inuaſerunt.Iere.6.a.Sopho.2.a.

Gre.16 mor.25. — Quieſcunt hæretici multis deceptis.

Meridiari dicuntur iniqui inter aceruos pauperum.Iob.24.b.quia tunc quieſcunt hæretici, cum multos in ſuos errores pertraxerint.

## *Merob.*

MErob.i. de multitudine, vel pugnans, ſiue obiurgans: aut multiplicans: filia Saulis maior, quæ debebat tradi Dauid in coniugium:cui tamen non fuit tradita ſed Hadrieli:cui multos genuit filios.

Gre.ſ.1.reg.14. — Vita actiua & contẽplatiua.

Deſignare poteſt vitam actiuam,q̃ multitudinẽ operum parit : vel quia multi illam ſequuntur:vel ė diuerſo ſignificat vitam contemplatiuam,quæ ſegregat paucos ė multitudine.Fuit ꝓmiſſa Dauid ſed non tradita: quia non omnibus contemplatiuæ vacare volentibus conceditur.1.reg.14.g.18.d.

## *Merodach,ſeu Berodach,*

— Prĩceps huius mũdi

MErodach ſeu Berodach. i. creans contritionem , vel electio interitus, aut filius interitus, vel vaporis tui,ſiue frumentum,vel puritas nubis, vel vaporis tui:fuit rex Babylonis : qui miſit libros & munera ad regem Ezechiam.Typus eſt principis huius mundi,qui fauoribus conatur bonos ad ſe pellicere.4.reg.20.c.Iſa.39.a.

## *Merum,uide uinum.*

## *Meſopotamia.*

MEſopotamia eſt regio inter Tigrim & Euphratem : vnde ſumpſit Iſaac vxorem, & etiam Iacob:vbi mortuus eſt Thare pater Abraham.Hebraice dicitur,Padan Haran.

Amb.1.de Abra.4. Hre.ad. Damaſ.h.3. Aug.ſ ps.59. Beda.ſ.gen.28. — Gentilitas.

Typus eſſe ſolet gentilitatis,vnde ſumpta eſt eccleſia:quę ſita eſt inter duo flumina: nempe inter baptiſmum & pœnitentiam:quibus intra eccleſiam quilibet fidelis continetur.gen. 24.b.25.c.28.a.Dicunt aliqui interpretari eleuatam vocationem:& iam totus mundus vocatione eleuatus eſt.p̄s.59.

Ori.ſ.nu.ho.15. Philo. de confu.lin — Libido.

Meſopotamia etiam deſignare poteſt libidinem : quæ eſt inter duo flumina : quia in multa mergit vitia:& inde venit Balaam.

Phi.de profugis. — Fluxus huius vitæ

Deſignat pręterea torrentem,ſeu fluxum huius vitæ:quo confugit Iacob.gen.28.a.

## *Meßias.*

MEſsias idem eſt,quod vnctus,& Græce Chriſtus:dicitur peculiariter de ſaluatore noſtro, tanq̃; per antonomaſiam.

## *Metallum.*

MEtallum dicitur quęuis materia dura ė terræ viſceribus ſeu venis effodi ſolita:vt aurum,argentum,cuprum,ſtannum,plumbum,& ſimilia.De quibus in ſingulis ſpeciebus quęre allegorias.Exo.35.e.38.b.deut.8.b.1.Mach.8.b.

De varijs metallis ſp̄ũalibus,& in corpore humano,vide Georgiũ venetũ.cãt.1.ton.6.ca.9.

## *Metari.*

MEtari eſt metas in agris terminandi gratia diſponere:& menſurare locum futuro ędificio, vel caſtris,vel alteri cuiuis operi.nu.1.g.vide caſtrametari.





## *Metere, Demetere, Meßis, Meſſor.*

MEtere eſt fruges ſecare,fructuſq; colligere:Meſſor aũt eſt,qui metit.Meſſis verò quãdoq; ſignificat tẽpus metẽdi:nonnunq; vero ſegetẽ ipſam iam maturã : Metere etiam, cõplere: Apoc.14.d.venit hora vt metatur.Cõſequi.Tob.4.b.Seminãt dolores,& metẽt eos.Extorquere.Matt.25.b. Metis vbi non ſeminaſti.Præmiari.p̄s.125.In exultatione metent.

Paſsio Chriſti. — Hie.ſ.Iſa.27. Amb.de Cain.11

Meſsis quandoq; ſignificat paſsionem Chriſti.Iſa.27.c.Et metere myrrham,eſt contemplari paſsionem Chriſti.cantic.5.a.Iob.29.c.

Fructus fidei. Bona opera. Tempus operandi. — Amb.de Noe.23. Hie.ſ.Iere.8. Gre 14.mora.10.& 19.mor.27. Beda.ſ.pro.25.

Meſsis etiam ſignificat fructus fidei & bonorum operum.gen.30.b. Exod.34.c.Iſa.17.d. Et meſsis non requieſcẽs,ſed ſimul exiſtens iam cũ ſemine deſignat bonorũ operũ cõtinuationẽ: vt vno finito aliud inchoetur.gen.8.d.Idem eſt meſsis annua. Iere.5.f.Et generaliter meſsis dicuntur opera exteriora : & meſsis mali atteritur , quum omnis eius operatio à ſuperno iudicio quaſi nihilum deputatur:etiam ſi ante humanos oculos bona videatur.Iob.18.a.29.c.Prou.25.b.Iocl.1.c. Meſsis etiam eſt tempus colligendi gentes in horrea eccleſiæ per fidem.1.regũ.12.c. Meſsis erat tempore apoſtolorũ:& ædificatio templi eccleſiæ.Ioan.4.b.

Multiplicatio fidelium in eccleſię. — Hie.ſ.Ier.5.8 ſ.Iſa.9.17 & ſ.Mat.9. Ber.ſ.cant.ſer.58. Ru.9.ſ.ap.&.4.ſ.Io.

Meſsis quoq; annua diuerſas vocationes ſignificare poteſt.Ierem.5.f.Et meſsis nouorum eſt multiplicatio credentium in eccleſia.Exod.34.c.Iſa.9.a.17.b.Et ipſi homines meſſis dicuntur. Mat.9.Ioan.4.d.Apo.14.c.

Tempus mortis vel iudicij. — Hie.ſ.Iſa.27. Gre.19.mor.27. Aug.ſ.ps.125.

Meſsis pręterea eſt tẽpus mortis vel iudicij.Iſa.27.c,Ier.8.g.Mat.13.d.Et meſsio eccleſię eſt, quũ perfectę animę ė corporibus abſtractæ velut maturæ ſegetes à terra deciſæ ad cœleſtia horrea demigrant.Iob.29.c.p̄s.125.Hoſe.6.d.Ioel.3.c.Amos.4.b.

Diſcuſsio doctrinę. — Ori.ſ.Leui.ho.16.

Meſsium tritura dici poteſt diſcuſsio,quã quiſq; facere debet eorum,q̃ didicit.Leui.26.a.

Doctrina hæreticorum. — Hie.ſ.Iſa.23.

Meſsis Eſebon eſt peruerſa hęreticorum doctrina.Iſa.16.c.Idem ſunt meſſes illatę, ſeu aridæ. Iſaię.23.a.

Deſtructio Hieruſalem. — Hie.ſ Iſa.27.

Meſsis dicta fuit deſtructio Hieruſalem.Iſa.27.c.

Doctrina legis. — Gre.6.mor.24.

Meſsis ſtulti Iob.5.a. dicitur doctrina legis & prophetarũ,qua paſcuntur gentiles, relictis in fame Iudęis:dicitur etiam quando iniquus quiſq; donum rectę intelligentiæ accipit : ſcripturæ ſacræ ſententijs docetur:bona loquitur:ſed tamen nullo modo hoc quod dicit operatur : verba Dei profert,nec tamen diligit:laudando exaggerat,viuendo calcat.

Cõuerſio pctõrum. — Gre.ſ.1.reg.12.

In meſſe tritici ſunt pluuiæ,quum Deus arida peccatorum corda conuertit.1.reg.12.c.

Beatificans Chr̃s cũ bona opinione. Liberans Chr̃s exiſtentes in limbo. — Gre.ſ.cant.5. Rup.ſ.cant.4.

Metit myrrhã cum aromatibus ſponſus.Cant.5.a. Quando Chriſtus mortificatione vitæ ad perfectionẽ perducta electum ſuum ab hac ſuccidens, ad cœleſte horreum cum ſancta opinione inducit.Et cum ipſe mortuus deſcendit ad inferos,& liberauit ſanctos patres.

Fœlicitas. — Gre.27.mor.5.&.ſ. Eze.ho.3.&.ſ.Eze. ho.3.&.ſ.1.reg.6.

Metere etiam eſt fructum æternæ retributionis percipere . Et qui conſiderat nubes non metit:quia qui ante humanę mutabilitatis terrorem trepidat mercedis æternæ retributione ſe priuat.Eccl'tę.11.b.Metentes quoq; triticum ſunt perfecti in hac vita diuinis conſolationibus fruentes 1.reg.6.c.Metere autem vel bonum vel malum ontingit ſecundum id , quod ſeminatum eſt.gen.45.b.p̄s.125.Exo.34.c.Gala.6.b.

Colligens Deus fructum in gentibus. — Ori.ſ.Matt.ho.33. Hila.ſ.Mat.cão.27.

Metere vbi non ſeminauit dicitur Deus.Mat.25.c.quia omnia opera noſtra colligit:vel quia colligit fructum in gentibus,quibus lex data non fuerat.

Suſcipere verbũ di. — Iſy.ſ.Leui.23.

Metere ſegetes interdum eſt ſuſcipere verbum Dei.Leui.23.b.

Aſcriber.ſibi dõa di — Philo.de profugis.

Metere ſponte naſcẽtia in agro.Leui.25.b.eſt tribuere ſibi finẽ eorũ, q̃ nobis Deus tradidit.

Colligere hæreticorum verba. — Arno.ſ.ps.128.

Metere fœnum eſt colligere hæreticorum verba ad eos reuincendos.p̄s.128.

Angeli. Apoſtoli. — Gre.ſ.1.reg.8. Aug.ſ.Ioan. trac.15.

Meſſores dicuntur angeli & etiam apoſtoli.Mat.13.e.Ruth.2.a.p̄s.128. Et generaliter meſſores in bonum ſunt gaudentes de bonis operibus aliorum ſua adhortatione factis.Et hi ſunt meſſores regis:qui metunt in exultatione.1.regũ.8.c.p̄s.125. Amos.9.d. Duplex autem conſideratur meſsis:vna in primo Chriſti aduentu: in qua apoſtoli fuerunt meſſores eorum quę patriarchæ & prophetæ ſeminarant:alia in ſecundo aduentu,in qua angeli erunt meſſores. Ioan.4.c.

proferre hæreſes. — Ori.ſ.Iere.ho.7. Gre.5.mor.15.

Metere ſpinas eſt proferre ſenſus hæreticos. Ieremiæ.12.c.Metunt etiam dolores,qui malum quod facere cœperunt,ad complementum adducunt:& cum ex ipſis peruerſitatibus temporaliter excreſcunt.

Peruertentes hæretici ſenſũ ſcripturarũ. — Gre.16.mor.28. Glo int.ſ.deut.23.

Demetunt agrum non ſuum hæretici,quum ex ſacra ſcriptura ſentẽtias longè à ſenſibus ſuis diſsidentes tollunt,vel cum de eccleſia quoſdam qui recti videbantur,rapiũt.Iob.24.b.Et metere falce alienum agrum,eſt dare extraneum ſenſum ſacrę ſcripturę.deut.23.d.

Colligentes fructũ malæ operationis. — Gre.ſ.1.reg.8.

Meſſores regis in malum ſunt,qui malę operationis fructum colligunt.1.regũ.8.c. Et metere dicuntur iniquitatem,qui ararunt impietatem. Hoſe.10.d.

Metere in miſericordia fit in lege noua vbi præcipitur miſericordia.Hoſe.10.d.

Hæretici ſinefructu — Hie.ſ.Mich.6.

Non metunt hæretici ſeminantes:quia non percipiunt fructum ex ſua doctrina. Mich.6.d.

## *Methca.*

Hie.de manſio. Ori.ſ.nu.ho.27.

MEthca.i.dulcedo vel ſuauitas : fuit vigeſima quinta manſio filiorum Iſrael in deſerto, quo peruenerũt ꝑfecti de Thare ſeu Thaad.Deſignat eos, q̃ abactis dęmonibus inſidiatorib⁹

dulcem protinus fructum laboris inuenerunt.Num.33.d.iuxta Origenem Methca interpretatur mors noua:quo peruenitur poſt Thare:quia inde venientes commoriuntur Chriſto.

## Metiri, Menſura, Menſor, Dimetiri, Remetiri.

MEtiri eſt menſurare & taxare,ſeu ad menſuram redigere, Menſura vero eſt inſtrumentũ quo metimur, ac rei alicuius quantitatem deprehẽdimus.Menſura etiam capacitas.num. 15.b.Habeat medium menſuræ Hin.Meritum.Matth.7.a.In qua menſura menſi fueritis.Numerus.Exo.5.b.Et menſuram laterum,quam prius faciebant.Proportio.Exo.38.b. Eiuſdem menſuræ & operis.Quantitas.gen.41.f.Copia menſuram excederet.Regula. Iſa.31. c. Extendetur ſuper eam menſura.Scriptura.Luc.12.e.Vt det illi in tempore tritici menſuram.Terminus.Iere.31.g.Exibit vltra normam menſuræ.

Immẽſitas Dei

Menſura Dei dicitur longior terra,& latior mari &c.Iob.11.b.Vt intelligatur nullam habere menſuram,qui eſt immenſus.

Hie.ſ.Eze.40. Gre.ſ.Eze.ho.14. Rup.ſ.Zach.2.

Nouit Deus mentẽ & opera. Chriſtus

Metitur Deus longitudinem,altitudinem,& latitudinem templi:quia nota ſunt illi mens & opera.Eze.40.b.Metitur autem prius portam aquilonis : quia prius calcandus eſt pedibus aquilo.Metitur latitudinem & altitudinem calamo vno : quia vnaquæq; anima quantum lata fuerit in amore proximi,tantum & alta erit in cognitione Dei.Dum enim ſe per amorẽ iuxta dilatat,per cognitionem ſuperius exaltat.Menſor eſt Chriſtus.Zach.2.a.

Hier.ſ.Iſa. 40. &.ſ. Eze.47.

Dans Deus verbum abbreuiatum. Penetrans Chriſtus myſteria.

Metitur Deus pugillo aquas,cum diſtribuit verbum Dei abbreuiatum.Iſa.40.c.Menſus eſt etiam vir aquas,cum Chriſtus omnia penetrauit myſteria,& vitam ſine peccato egit. Eze.47. a.Metitur itidem Chriſtus terram,quia omnia comprehendit.Haba.3.b.

Hie.ſ.Iſa.27. Geor vene. canti.1. ton.7.cap.1. Rup.ſ.Haba.3.

Punitio Dei.

Metitur quoq; Deus pugillo aquas,quum punit citra condignum.Iſa. 40.c. Et in menſura iudicabit Deus Iudæos,quia qua menſura menſi fuerint,remetietur eis : & contra menſuram: quia cumulatur pœna in inferno perpetuo durans:Vel contra menſuram eorum, qui non putabant ſe ita puniendos.Iſa.27.b.28.e.Et metitur Deus Hieruſalem,hoc eſt,animam , quando iuxta merita dat pręmium vel pœnam.Zach.2.a.Sic ſtetit & menſus eſt terram.Haba.3.a.Sicut Dauid.2.reg.8.a.

Gre.19.mor 5.

Reprimũtur ſancti in hac vita.

In menſura appendit Deus aquas,quum ſancti qui ſubleuati ſpiritu ad ſumma rapiũtur,quãdiu in hac vita ſunt,ne aliqua elatione ſuperbiant , quibuſdam tentationibus reprimuntur : vt nequaquam tantum proficere valeant,quantum volunt:ſed ne extollantur ſuperbia , fit in eis ipſarum quædam menſura virtutum.Iob.28.d.

Baſ.& Aug.ſ.pſ.59.

Electio gentium.

Metitur Deus conuallem tabernaculorum,quum gentes ducit ad eccleſiam:& cum numeratos habet electos ex gentibus:vel quum quoſdam ex Iudæis deduxit ad fidem, cæteris in incredulitate relictis.pſ.59.

Hie.ſ.Iſa.34. Gre.28.mor.9. 10.

Impletio prophetiarum. Diſtributio prædicatorum & donorũ

In menſura diuiſit Deus ſortem prophetijs:quia ſingulas ordinauit impleri temporibus ſuis. Iſa.34.d.Sic menſa eſt cœlos dextera Dei,quum ordinauit ſcripturas.Iſa.48.c. Menſuras etiã terræ poſuit Deus.Iob.38.a.quando in carne ad eccleſiam veniens,fines eccleſiæ occulti iudicij ſubtilitate diſtinxit:quando videlicet prædicatores ſancti agente ſpiritu,in alias mundi partes vocabantur vt irent:ab alijs vero partibus arcebantur ne accederent: Item quum facit vt habeamus quædam virtutum dona,quæ nunquam quæſiuimus,& quæramus, nec habere valeamus quædam:vt cum mens hæc non poteſt habere,quæ appetit,& illa ſe intelligat de ſemetipſa non habere,quæ habet.Sic alij datur ſermo ſapientiæ,alij ſcientiæ &c.Ita etiam datur menſura fidei.Rom.12.b.

Gre.ſ.Eze.ho.19.

Vnitas fidei.

Menſura vna omnium cortinarum & ſagorum tabernaculi , deſignat eandem eſſe omnium recte credentium fidem.Exo.26.a.36.b.Idem ſignificabit menſura eadem vini & olei.Exo.29 g.Menſuratur autem atrium tam in longitudine,quam in latitudine:quia cum ad fidem peccator ducitur,neceſſe eſt vt eius doctor conſideret,quantum in longitudine ſpei,vel quantum in latitudine charitatis ex eius admonitione proficiat.Eze.40.c.

Fulgẽ.ho.de cõfeſ.

Datur ſpũs ad menſuram.

Metiri manna ad menſuram Gomor eſt ſpiritum ſapientiæ dari fidelibus ad mẽſuram. Exo. 16.d.Eccl'tæ.7.a.1.Cor.12.a.Dabatur autem cunctis filijs Aaron æqua menſura de ſacrificijs. Leui.7.b.Menſura quoq; tritici,quam dat diſpenſator.Luc.12.f. eſt doctrina verbi ſecundum cuiuſq; capacitatem.Hanc mẽſuram excedebat copia tritici in Aegypto,ſub Ioſeph. gen.41.f.

Hie.ſ.Ezec. 40.41. Gre.24.mor.10. Rup.6.ſ.apoc.&.12

Diſpoſitio veteris legis,& myſteriorũ

Menſura templi eſt diſpoſitio veteris legis.Exo.30.b.38.c.Et metiri fabricam templi,eſt cõſiderare myſteria legis:& penſare ſubtiliter iuſtorum vitam. Mẽſurantur autem omnia templi: quia nihil abſq; ratione eſt in templo Dei.Eze.41.c.43.c.Menſuræ autem eędem portæ aquilonaris & auſtralis templi admonent,vt quæ prius ſecundum literam cognoſcebamus,etiam ſecundum ſpiritum intelligamus.Eze.40.d.Metitur Ioannes templum & altare,ſcribens quid ſide tenendum de Chriſto.apoc.11.a.Menſura arundinea & aurea deſignat ſimul merita ſcribentium & præmia,& etiam omnium operantium.apoc.21.d.

Hie.ſ.Iob.38.

Præcepta Dei Dona ſpũſancti

Menſura ſuper Hieruſalem,deſignare poteſt præcepta à Deo data.Iere.31.f.Et menſura terræ dicuntur dona ſpiritusſancti in eccleſia diſtributa.Iob.38.a.De menſuris autẽ ciuitatis vide

Georgiũ



Georgium venetum.canti.3.tono.8.modu.3.concen.1.

Præmium ſecundũ opera.

Hie.ſ.Zach.2.

Remetitur Deus vnicuiq; qua menſura menſus fuerit: quia ſecundum opera dat præmium aut pœnam.Iſa.65.b.Marc.4.c.Luc.6.f.Menſor autem eſt ipſe Chriſtus iudex viuorũ & mortuorum.Zach.2.a.Ad hæc pertinet menſura peccati.Leui.5.b.

Diuina ſententia in Iudæos.

Hiero.ſ.Iſa.34.&.ſ. Amos.7.&.ſ.Eze.4.

Menſura quæ extenditur ſuper Hieruſalem eſt diuina ſententia in Iudæos firmata.Iſa.34.c. Sic terra Amaſiæ dicitur funiculo metienda:ꝙ tradenda ſit hoſtibus vel dæmonibus.Amos.7. d.Zach.2.a.In menſura autem bibens aquam Ezechiel deſignauit laborem obſidionis Hieruſalem.Eze.4.c.

Iudicium Dei

Geor.vene.canti.1. ton.7.cap.1.

Menſura duplici librat Deus hominum flagitia,maiori videlicet & minori. Maior montibus comparatur,dum dicitur:Iuſtitia tua ſicut montes Dei.Quę ab Hebręis dicitur Din:quod iudicium durum & forte ſignificat:vt nullus ad ipſum poſsit iuſtificari , ſicut dicit propheta: Non intres in iudicium cum ſeruo tuo domine:quia non iuſtificabitur in cõſpectu tuo omnis viuens:Et in Iſaia dicitur:Facti ſumus immundi omnes,& quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ:Vnde Gregorius.Omnis humana iuſtitia iniuſtitia eſſe conuincitur , ſi diſtricte iudicetur.De iuſtitia autem minori dicit Michęas propheta.cap.6.c.Adhuc ignis in domo impij,theſauri iniquitatis,menſura minor iræ plena.

Concordia beatorũ

Glo.or.ſ.3.reg.6.

Menſura vna vtriuſq; cherub templi.3.reg.6.c.deſignat in illa æterna patria non eſſe diſparilitatem voluntatum & cogitationum.

Perfectio vitæ

Amb epiſ.16.

Menſura ætatis plenitudinis Chriſti,eſt perfectio vitæ immaculatæ accepta de plenitudine Chriſti.Sic menſura donationis Chriſti.Ephe.4.c.

Moderata afflictio.

Hie.& Aug.ſ.pſ.79.

Menſura in lachrymis eſt moderata tribulatio:quia non permittit nos Deus tentari vltra id quod poſſumus.Item ſanguis Chriſti,per quem metiri debemus lachrymas.pſ.79.

Mentis intentio.

Glo.ordi.ſ.Exo.28

Menſura palmi in rationali pontificis,infatigabilem mentis intentionem deſignat. Exod. 28.c.39.b.

Diuerſum iudicium ſui & proximi.

Gre.ſ.Eze.ho.4.

Menſura & menſura,deſignat diuerſum iudicium,quod quis habet de rebus proprijs,& rebus proximi:quod vt iniquum prohibetur.pro.20.b.Mich.6.c.

Labor omnibus cõmunis.

Hie.ſ.Eze.46.

Menſura vna quatuor atriolorum templi,vbi coquebantur ſacrificia,deſignat omnibus partibus mundi eſſe commune,vt in ſudore vultus ſui veſcantur pane ſuo.Eze. 46.g.

Norma ſacræ ſcripturæ.

Iſy.ſ.Leui.27.

Menſurare pondere ſanctuarij,eſt examinare omnia ad menſuram ſacræ ſcripturæ:non philoſophorum aut hæreticorum.Leui.27.d.

Opera terrena.

Glo.inte.ſ.Exo.5.

Menſura laterum,quam imperabat Pharao filijs Iſrael.Exo.5.c.Opera terrena , ad quæ cogit diabolus.

Proprius cuiuſque terminus.

Glo.ordi.ſ.pſ.38.

Menſurabiles dies ponit Deus:quia vniuſcuiuſq; diſcreuit proprium terminum , ipſumque breuem.pſ.38.

## Metreta.

MEtreta eſt genus menſuræ ex duobus batis conſtans.

Senſus ſcripturæ Myſteriũ trinitatis

Ori.4.periat.2. Aug.ſ.Ioan.trac.9. Ber.ſer.1.dominicæ 1.poſt octa.Ephiph. &.ſ.canti.ſer.54.

Metretæ bine vel ternæ ſenſus ſacræ ſcripturæ ſignificant.Ioan.2.a.Vel deſignant myſterium trinitatis ſic vt etiam ſi ſolum pater & filius nominentur,ibi debeat intelligi ſpũſſanctus.Vel metretæ binę referuntur ad Iudæos & gentes:ternæ ad tres filios Noe. Vel deſignatur duplex timor,gehennæ videlicet & amiſsionis gloriæ:quibus additur tercius , ne fraudent cibo.Vel metretæ ternæ deſignant triplicem timorem in peccatore:Time ſubtracta gratia tanquam mox caſurus:Time & contremiſce Deo,vt ſentis, irato. Time , quia reliquit te cuſtodia tua.

## Mica.

MIca eſt puluiſculus ille,qui in arena quaſi argentum fulget: à quo & panis & aliarum rerum fruſtula,quæ nobis res ipſas tractantibus decidunt,micas appellamus.

Dogmata fidei.

Amb.ſ.Luc.16.

Micæ cadentes de menſa dominorum,dicuntur dogmata fidei:quum panis ſit verbum , & fides ſit de verbo.Matth.15.c.Luc.16.d.

## Micare, uide Fulgere.

## Michaël.

Chriſtus.

Hie.ſ.Dani.8. Aug.ſ.apoc.ho.9.

MIchaël.i.quis ſicut Deus,aut humilitas,ſiue paupertas Dei,vel percuſsio Dei,ſiue percutiens Deus:nomen principis angelorum.Dani.10.c.12.a.Iudæ.e.apoc.12.b.Vbi deſignare poteſt Chriſtum , qui pugnauit, & vicit draconem.

## Michæas,

Humilitas.

Hie.prolo.ſ.Mich.

MIchæas.i.pauper vel humilis,aut percutiens,vel percuſſus,ſiue quis hic:nomen prophetæ qui fuit è duodecim minoribus:fuit de Moraſti,quod interpretatur hæres:quia humilitas de ſpe hæreditatis dominicæ naſcitur.Mich.1.a.Iere.26.f.

Michas.

## *Michas,*

MIchas vel Michaia.i.quis ſicut dominus,aut paupertas,vel humilitas domini, ſiue percutiens dominus,vel percuſsio domini:vir quidam de monte Ephraim:qui fecit idolum in domo ſua.Iudi.17.a.18.f.

## *Michol.*

MIchol.i.quis omnia,vel ex omnibus:filia Saulis vxor Dauid, quæ non genuit liberos. 1. reg.18.g.

*Vita cõtemplatiua. Vita actiua.*

Deſignare poteſt vitam contemplatiuam,in qua non poteſt exerceri,qui prius in operibus actiuæ vitæ non fuerit exercitatus.Ideo nata eſt poſt Merob.1.reg.14.g.Vnde ,Matth.11.d.Dicit dominus.Venite ad me omnes,qui laboratis & onerati eſtis:& ego reficiam vos. Vel ė diuerſo ſignificat vitam actiuam,quæ omnibus eſt communis.

*Rup.2.ſ.reg.12.* — *Sequentes Chriſtũ ſine operibus. Synagoga.*

Vt autem Michol deſpexit Dauid ludentem coram arca,deſignat eos,qui Chriſtum profeſsione,ſed opere ſequuntur Antichriſtum: & ob figurandam eorum ſterilitatem, Michol aqua omnis interpretatur:& ibi non vxor Dauid,ſed filia Saul vocatur.2.reg.6.d.Deſignat etiã ſynagogam aquaticam,quæ non genuit liberos fideles,& deſpexit Chriſtum.

## *Migale.*

*Ariſto.8.de hiſtor. animal.24. Iſy.ſ.Leui.11.* — *Doloſi. Rapaces Guloſi*

MIgale eſt mus araneus,compoſito nomine à mure & muſtella, quòd muris magnitudine ſit,muſtellina ſpecie,ore ob longo,cauda gracili,verſu dentium quadruplici:eius morſus moleſtiſsimus eſt equo & omnibus iumentis.Computatur inter animalia immunda.Leui.11.e. Dicitur eſſe animal doloſum,rapax & ingluuioſum:vnde tales homines ſignificare poteſt.

## *Migrare.*

MIgrare eſt domicilium mutare, & aliò ſe ad habitandum conferre, relicta priori habitatione.

*Hie.ſ.Iere.9.* — *Recedẽtes ab eccl'ia*

Migrarunt à ſpecioſis deſerti,qui receſſerunt ab eccleſia.Iere.9.c.40.a.

*Glo.or.ſ.thre.1.* — *Diſperſio Iudæorũ. Tranſitus à virtutibus ad vitia*

Migrauit Iudas,cum diſperſi ſunt Iudæi per orbem.Et migrat anima,quando à tranquillitate virtutum tranſit ad inquietudinem vitiorum.thre.10.a.Hoſe.10.b.Amos.6.c.7.d.

*Hie.ſ.Amos.5.* — *Non bibentes ſanguinem domini.*

Migrant trans Damaſcum,qui non bibunt ſanguinem domini.Amos.5.g.

## *Militare, Militia, Miles, uide Bellum.*

## *Milium.*

MIlium eſt herba ſemine minutiſsimo,gratum prębens auiculis paſtum: eſt etiam ruſticorum & agreſtium,& altilium cibus.

*Hie.ſ.Eze.4.* — *Sẽſus viles legis.*

Milium in pane Iudæorum deſignat ſenſus viles legis,quibus Iudæi libenter paſcũtur.Iſa. 28.g.Eze.4.c.

## *Miluus.*

*Ariſ.8.d hiſto.aial.3 Cle.Ale.3.pæda.9. Aug.q.in euang.30. Gre.18.mor.28.* — *Dæmones Raptores*

MIluus auis rapaciſsima,quæ præcipuè gallinarum pullis inſidiatur:eſtq; carniuora. Computatur inter animalia immunda.Significare poteſt dæmones & latrones, & vſurarios, & cæteros,qui aliorum bona deuorare nituntur.Leui.11.b.deut.14.b.Iſa.34.d.Zach.5.d.

Miluus in cœlo cognoſcens tempus ſuum,eos pudefacit, qui negligunt Deum vocantem. Ierem.8.c.

*Gre.Nyſ.de vi.Mo.* — *Inuidi.*

Milui cadaueribus paſcuntur: & precioſis vnguentis moriuntur.Deſignant inuidos,qui calamitatibus proximi gaudent,fœlicitate dolent.

## *Mina, uide Libra.*

## *Minare.*

MInare eſt agere:vt agaſones minant equos,& paſtores oues.

*Beda.ſ.Exo.3. Amb.1.de Cain.6.* — *Chriſtus docens myſteria.*

Minans Moſes gregem ad interiora deſerti.Exo.3.a.Typus eſt Chriſti deducentis ſanctos ad ſecretiora myſteria.Deſignat etiam vulgaris ſermonis loquacitatem cogendam eſſe in ſecreta ſobriæ doctrinæ myſteria.

*Glo.ordi.ſ.thre.3.* — *Caſtigans Deus.*

Minare dicitur Deus in tenebras,quum caſtigat.thren.3.a. Et quum mittit in tenebras exteriores.

*Lyra.ſ.Iſa.11.* — *Apoſtoli regentes populum. Chriſtus.*

Minans puer paruulus leonem & ouem,deſignat apoſtolos & apoſtolicos viros regentes & inſtruentes principes & populum.Iſa.11.b.Iere.31.c.Poteſt etiam intelligi de Chriſto.

*Sectis adhærentes Iudæi.*

Minabatur ceruicibus vulgus Iudæorum,quum ad varias ſectas & ſuperſtitiones à ſcribis & phariſæis trahebatur.thre.5.a.Nahum.2.b.

*Hie.ſ.Iſa.20.* — *Trahens diabolus ad inferos.*

Minat rex Aſſyriorum captiuitatem Aegypti nudam, quum diabolus malos in infernum trahit,omni virtute nudatos.Iſa.20.b.





## *Minari, Comminari, Minæ.*

MInari eſt terrorem alicui incutere denunciatione periculi. Minæ autem ſunt comminationes & incuſsio metus per verba.

*Admonitio & condemnatio Dei.* — *Gre 4.mor.15.*

Comminatio Dei eſt admonitio futuræ ſententiæ:vel ipſa ſententia condemnationis.Iſa.30. g.Iere.15.d.

*Conatus diaboli* — *Hie.ſ.Iob.16.*

Minabatur Holophernes interitum Achior,deſignans diabolum, qui omnes ſibi reſiſtentes perdere conatur.Iudith.13.d.Iob.16.b.

## *Mingere.*

MIngere eſt lotiũ reddere.Et mingẽs ad parietẽ ſumit̃ in hyperbole cũ dicit̃: Non reliquit mingentem ad parietem:hoc eſt,nullum reliquit virum.1.reg.25.c.3.reg.14.4.reg.9.b.

## *Minimus, uide Paruus.*

## *Miniſtrare, Miniſter, Miniſterium.*

MIniſtrare eſt ſeruire,porrigere,ac præparare.Miniſter autem eſt,qui inſeruit & miniſtrat. Miniſterium vero propriè eſt miniſtri opera.

*Beatificans De⁹* — *Dionyſ.epiſ.9. Gre.ho.15.*

Miniſtrare dicitur Deus in fœlicitate,quum beatos facit:& quum lucis ſuæ illuſtratione nos ſatiat.Luc.12.e.

*Chriſtus.* — *Ori.ſ.Ioſ.ho.2. Beda.ſ.gen.39.*

Miniſtrans Ioſeph domino ſuo.gen.39.a.deſignat Chriſtum miniſtrantem doctrinam populo Iudaico:& etiam eccleſiæ.Et miniſtrans idem vinctis,eſt Chriſtus miniſtrans peccatoribus.gen.40.a.Et miniſter Moſis Ioſue deſignat Chriſtum,qui factus eſt miniſter legis, quando factus eſt ſub lege.Exo.24.c.33.c.Ioſ.1.a.Gala.4.a.

*Sacerdotes & miniſtri eccleſiæ. Prædicatores Prælati. Principes ex gẽtib⁹* — *Ori.ſ.cant.ho.2. Philo.quod deteri. potio.inſid.e. Ber.do.1.poſt octa. Epipha.ſer.2. Gre ſ.1.reg.2. & ſ. Eze.ho 22. Hie.ſ Iſa.60. Ori ſ.Mat.ho.35. Aug.ſ.Ioan.tra.50. Rup.10.ſ.Ioan.*

Miniſtrans Aaron domino,& miniſtrantes in ſanctuario, deſignant ſacerdotes in eccleſia miniſtrantes.Exo.28.a.29.e.35.b.39.a.40.b.Et miniſtrantes Salomoni,ſunt diaconi & cæteri gradus,Chriſto miniſtrantes in eccleſia.3.reg.10.a. Miniſtrant autem Leuitæ à viginti quinq; annis & ſupra,deſignantes eos bene operari,qui medium perfectionis habent.num.8. d. Miniſtri etiam in nuptijs.Ioan.2.a.deſignant prædicatores & prælatos.Et miniſter Samuel in conſpectu domini,deſignat gentilem populum,aut prædicatorem: cuius miniſterium acceptum eſt Deo.1.reg.2.d.Iſa.61.c.Et miniſtrant eccleſiæ arietes Nabaioth, quum electi ex gentibus fiunt ſacerdotes eccleſiæ:& cum reges ſubduntur eccleſiæ.Iſa.60.b.Eze.40.g.Et miniſtrantes mulieres Chriſto,ſunt animæ ſanctæ effectæ vt angeli.Matth.27.f.Miniſtrant autem Chriſto, qui non ſua quærunt,ſed quæ Ieſu Chriſti.Ioan.12.d.Item qui portant in fronte Chriſti vexillum,in ore verbum,manibus & ore tractant eius ſacramenta.

*Angeli. Apoſtoli. Dæmones.* — *Ori.ſ.Mat ho 20.& ſ.Rom.15. Au.ſer dom in mõ. Arno.ſ.pſ.103.*

Miniſtri regis ſunt angeli,aut etiã dęmones.Mat.5.d.22.b.Et miniſtri,qui ſunt flamma ignis in bonum quidẽ ſunt angeli vel apoſtoli.In malũ vero dæmones.pſ.103.

Miniſterium ſacerdotij,à quo expellit Deus,eſt cultus literæ veteris legis. Iſa.22.f.

Miniſtrantes Leuitæ ſacerdotibus deſignant ſermonem miniſtrantem menti.num.8.d.

Miniſterium pincernæ Pharaonis deſignat obſequia minorum,quæ fiunt principibus ad eorum explendas voluptates.gen.40.c.

Non valentes miniſtrare ſacerdotes præ nebula.3.reg.8.b. deſignant pontifices Iudęorum ac doctores:qui dum natiuitatis Chriſti ſacramenta inueſtigare deſpiciunt, debitum fidei ſuæ miniſterium per erroris nebulam perdiderunt.

Miniſteriũ eſt quantũ ad literã,cũ carnalia miniſtrãt ſpũalibus.Luc.10.g.Rom.15.b.

*Hæretici.* — *Ori.ſ.Matt.ho.35.*

Miniſtri facientes Petrum negare,deſignant hæreticos inducentes homines in errores,& infidelitatem.Matth.26.f.

*Humilis.*

Miniſter dicitur humilis.Matth.20.d.Sit veſter miniſter.Solent enim humiles miniſtrare.

## *Minor, uide Paruus.*

## *Minuere, Diminuere, Imminuere.*

MInuere eſt rem minorem reddere,aut ab ipſa detrahendo,ſiue exhauriendo,vel extenuãdo,aut etiam derogando,aut alio quouis modo.Eſt item minuere, deprimere, & humiliare,& minui deficere.

*Incarnationis humilitas.* — *Aug.ſ.pſ.8.*

Minuit Deus filium hominis paulominus ab angelis,quando filium ſuum incarnari fecit,& vſq; ad mortem crucis humiliari.pſ.8.

*Aduenẽte Chr̃o nõ fulgent prophetæ* — *Amb.ſer.12. Hie.ſ.Gala.4.*

Minui Ioannem Baptiſtam,eſt legem & prophetas adueniente ſole Chriſto non ſplendere.Ad quam minutionem deſignandam,natus eſt Ioannes,quando incipiunt decreſcere dies. Ioan.3.d.

*Subtilitas myſteriorum.* — *Philo.2.allego. Beda.ſ.Exo.16. Ori.ſ.Leui.ho 9.*

Minutum manna cœleſtis doctrinæ ac ſpiritualium ſenſuum ſubtilitatem indicat: vt non ab omnibus percipi queat. Exodi.16.c. Minutum etiam thimiama ſubtiles ſenſus ſcripturæ deſignat.

Amb. de viduis. Hie. epi. Et factũ eſt — Vtrũq; teſtamentũ. Fides & mĩa.

Minuta ęrea duo, vtrunq; teſtamentum ſignificare poſſunt. Vel vtriuſq; teſtamenti præcepta: Vel deſignant fidem & miſericordiam. Luc. 21. a.

Glo inte. ſ. Leui. 2. — Cõtẽplari paſsion.

Minutatim diuidere ſimilam, eſt ſingulos actus paſsionis Chriſti contẽplari. Leui. 2. b.

Baſi. ſ. pſ. 33. — Non decreſcere in bono. Non priuari Deo.

Non minuuntur filij Iſrael, quum fideles non decreſcunt in bono. Iere. 30. d. Et non minuũtur fame, quum non illis deeſt verbi Dei copia. Eze. 34. g. Non etiam minuuntur iuſti omni bono: quia non priuantur Deo, qui eſt omne bonum. ps. 33.

Hie. ſ. Eccl'ten 12. — Raritas p̃dicatorũ.

Minutus numerus molentium, eſt vel prædicatorum in fine ſeculi: vel dentium in ore ſenis. Eccl'tæ. 12. b.

Hie. ſ. Amos. 8. — Non prædicantes pauperibus.

Minuunt menſuram doctores vel prædicatores, qui pauperibus vel parum, vel nihil prædicare dignantur. Amos. 8. b.

Lyra. ſ. gen. 8. — Mitigatio diuinę vindictæ & tẽtationũ.

Minui aquas diluuij, eſt diuinã vindictã mitigari. gen. 8. a. Et tentationes amoueri.

Glo. ordi. ſ. Exo. 5. — Augeri onꝰ peccati.

Minuere menſuram laterum nolens Pharao filijs Iſrael, deſignat graue onus peccati ſub diabolo: quod ille non vult minuere, ſed augere. Exo. 5. b.

Ori. ſ. Luc. ho. 35. — Minimũ peccatum.

Minutum nouiſsimum, minimum peccatum ſignificare poteſt. Luc. 12. g.

Glo. ordi. ſ. Exo. 30. — Non ſeruare omnia præcepta.

Minuere medium ſicli eſt non ſeruare omnia pręcepta. Exo. 30. b.

## *Miphiboſeth.*

MIphiboſeth. i. de ore ignominia, ſiue de ore confuſio, vel oris ignominia, vel confuſio, aut verecundia, vel mora: filius Ionathæ filij Saulis, qui fuit claudus. 2. reg. 4. a. 9. b.

## *Mirmicaleon.*

Gre. 5. mor. 16. — Audax in minores. Diabolus.

MIrmicaleon eſt paruum animal formicis infeſtum: quod ſe ſub puluere abſcondit: & formicas frumenta geſtantes interficit, interfectaſq; conſumit: dicitur formicarum leo, vel leo pariter & formica: leo formicis, quas deuorat: formica auibus, à quibus deuoratur. Ponitur. Iob. 4. b. Vbi nos legimus, Tigris: deſignat eos, qui aduerſus audaces ſunt timidi, aduerſus timidos audaces. Vel eſt diabolus inſidians iuſtis: qui eſt leo conſentientibus: formica reſiſtentibus.

## *Miſael.*

Iſy. ſ. Leui. 10. — Doctores euãgelici.

MIſaël. i. Dei attrectatio, vel quis poſtulatꝰ aut cõmodatus, ſiue quis poſtulãs aut cõmodãs, ſiue abſtulit, vel receſsit: Leuites filius Oziel, qui eiecit foras cadauera Nadab & Abihu. Leui. 10. a. deſignat doctores euangelicos, qui confutant, & expellunt hęreticos.

## *Miſcere, Admiſcere, Commiſcere, Permiſcere, Migma.*

MIſcere eſt aliqua interſe confundere, & temperare: vt miſcetur aqua vino.

Phil. ꝙ Deꝰ ſit ſmu. Gre. 17. mo. 14. & 33 mor. 11. Beda. ſ. pro. 9. — Contemperata cognitio Dei. Sẽſus ſpũalis in lſa. Incarnatio.

Miſtum vinum deſignat virtutes Dei cognitioni noſtræ contemperatas: vt inuiſibila Dei per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciantur. Miſcuit quoq; vinũ ſapientia, quum narrationi hiſtoricę legis adiunxit ſenſus ſpirituales. Et cum diuinitatis ſuæ arcana capere non valẽtibus, per aſſumptæ humanitatis ſacramentum patefecit. pro. 9. a.

Gre. ſ. pſ. 101. — Cõuertẽs Chrs aliquos dimiſsis alijs.

Miſcebat Chriſtus potum cũ fletu. ps. 101. quãdo exprobrantibus Iudæis pctõres ad ſe cõuertebat: & quũ aliquos admittebat, aliquos reijciebat: quia potus intus mittitur, fletus extra.

Amb. 1. de Abra. 5. — Fides trinitatis.

Cõmiſcens Sara tria ſata ſimilę, fidem expreſsit trinitatis cum vnitate. gen. 18. a.

Iſy. ſ. Leui. 19. Gre. 1. mor. 39. — Cõcordia virtutum. Prædicatio cũ bonis operibus.

Miſtum thimiama, cõiunctionẽ & concordiã virtutũ & bonorũ operum deſignat. Exo. 30. d. Miſta autem tintinabula malogranatis, deſignant prædicationem coniunctam bonis operibus. Exo. 28. f. Ad hęc pertinet admiſtio olei in collyride. Leui. 7. b. Eze. 46. e.

Hie. ſ. Iſa. 19. 29. — Tradi in reprobum ſenſum.

Miſcet dominus ſpiritum vertiginis, quum tradit hæreticos in reprobum ſenſum. Iſa. 19. b. Miſcuit etiam ſpiritum ſoporis principibus Iudæorum, quum in graui ignorantia ſcripturarũ de Chriſto eos reliquit. Iſa. 29. c.

Hie. ſ. Iſa. 30. — Cõiũctio lrę & ſpũs.

Commiſtum migma, eſt coniunctio literę legis cum ſenſu ſpirituali. Iſa. 30. e.

Iſy. ſ. Leui. 21. — Seruare literã legis.

Commiſcet ſemẽ generis ſacerdotis, ſi Chriani volunt ſeruare literam legis. Leui. 21. c.

Ori. ſ. Eze. ho. 1. Hie. ſ. Iſa. 9. — Anima peccatis infecta. Adhęrere dæmõiꝰ.

Commiſtum argentum eſt natura bona peccato vitiata. Eze. 22. d. Et miſtum ſanguine veſtimentum, eſt anima peccatis infecta. Iſa. 9. a. Et commiſta Hieruſalem amatoribus, eſt anima adhærens dæmonibus & hęreticis. Eze. 16. d.

Gre. ſ. 1. reg. 8. Hie. ſ. Iſa. 5. — Inflãmari affectibꝰ.

Miſcent ebrietatem, qui dum cõcupiſcentiarũ ardoribus inflãmãt, ad vias rectitudinis perdita ratione redire nequeunt. Et miſcet ſiceram, qui quum ebrietate plenus ſit, ad decipiendos homines vmbras quaſdam & imagines ſimulat ſe habere virtutum. Iſa. 5. c.

Amb. ſer. 78. Hie. ſ. Iſa. 1. Aug. ſ. pſ. 74. — Iudicare Chriſtũ purum hominem. Miſcere res eccleſiæ & ſynagogæ.

Miſcere aquam vino eſt iudicare Chriſtum hominem tantum eſſe: Vel eſt miſcere res ſynagogæ cum rebus eccleſię. Vel traditiones humanas cum vera doctrina confundere. Vel rebus ſanctis & feruidis, res viles & frigidas inſerere. Iſa. 1. f. Ioan. 10. d. Et miſtum vinum eſt fex literæ legis. ps. 74.

Iſy. ſ. Leui. 19. — Circunciſio & baptiſmus.

Commiſceri iumenta cum animalibus alterius generis, eſt velle ſectari circunciſionem & baptiſmum: aut errores gentilium iungere doctrinę eccleſiæ. Leui. 19. d.

Cõmiſceri



Virum effœminatẽ operari — Iſy. ſ. Leui. 18.

Cõmiſceri cum maſculo coitu fœmineo, eſt efficere eum, qui viriliter operabatur, effœminatẽ operari. Leui. 18. c.

Impure ſacrificare. — Amb. ſ. Luc. 13. Gre. 9. mor. 29.

Miſtus ſanguis cum ſacrificijs, eſt quando aliqui impurẽ offerunt. Luc. 13. a. Miſtum autem ſanguine veſtimentum eſt, quum deſiderijs carnalibus membra inquinantur. Iſa. 9. a.

Conſenſus multorũ in errore. — Hie. ſ. Hoſe. 7.

Commiſtio fermenti eſt conſenſus multorum in errore. Hoſe. 7. b.

Errãtes hæretici cũ gentibus — Rup. ſ. Hoſe. 7.

Commiſcetur Ephraim populis, quum hæretici non differunt ab errore gentilium. Hoſe. 7. b. Et Iudæi ſequentes peccata gentium, & maiora etiam perpetrantes.

Varietas pœnarum inferni. — Aug. ſ. apo. ho. 6.

Miſta grando & ignis, varietatem pœnarum inferni deſignant. Exo. 9. e. apoc. 8. b.

Baptiſmus cum gratia ſpũ ſancti. — Rup. 9. ſ. apo.

Miſtum mare igne, deſignat baptiſmum cum gratia ſpiritusſancti. apoc. 15. a.

## *Miſer, Miſeria, Calamitas.*

MIſer eſt, qui aliqua infœlicitate tenetur: & calamitoſus & ęrumnoſus. Miſeria autem eſt ipſa calamitas, qua quis premitur. Iob. 10. c. 11. c. 13. d. 30. b. 36. c.

Cognoſcentes miſeriam. — Gre 5. mor. 1.

Miſero datur lux, quando hi qui ſublimia contemplantur, eſſe ſe in hac peregrinatione miſeros agnoſcunt, claritatem tranſitorię proſperitatis recipiunt: & cum valde defleant, quia tarde ad patriam redeunt, tolerare inſuper honoris onera compelluntur. Iob. 3. d.

Caro vitioſa. — Hila. ſ. pſ. 136. Gre. 20. mor. 9.

Miſera filia Babylonis, carnem vitioſam ſignificare poteſt. ps. 136. Et mali dicuntur calamitate & miſeria ſqualidi: quia & morum ſunt pernicie, & ſenſuum prauitate deſpecti. Iob. 30. a.

Pœna inferni. — Gre 6. mor. 20. Hila. ſ. pſ. 139.

Calamitas ventura eſt vltima condemnatio futura in iudicio. Iob. 5. d. Et calamitas Babylonis pœnam inferni deſignare poteſt. Iſa. 47. c. Et generaliter calamitas & miſeria pro pœna inferni ſumi poteſt. ps. 139. Iſa. 10. a.

Diabolus — Hie. ſ. Iſa. 16.

Miſer conſummatus aut conſumptus dicitur diabolus. Iſa. 16. a.

## *Miſereri, Miſericordia, Miſericors.*

MIſericordia eſt ex alicuius miſeria corde anxium eſſe. Miſericordia autem eſt animi ęgritudo ex alterius miſeria dolentis. Miſericors vero eſt, qui ex alterius calamitate dolorem animo concipit, quiq; facile ad commiſerationem mouetur: & quatenus poteſt miſeriam alterius ſubleuat. Miſericordia autem eſt, amicitia, auxilium, beneficentia, beneficium, cuſtodia, iuſtitia.

Parcens Deus. Dans filium. — Aug. q. in exo. 114. Baſi. ſ. ps. 59. 114. Gre. 27. mor. 22. Hila. ſ. ps. 144. Rup. 9. vict. ver. dl. 22.

Miſericordia competit Deo non quantum ad affectum, ſed quantum ad effectum: quã ratione dicitur proprium eſſe Deo miſereri ſemper & parcere: & dicitur miſereri miſericordia ſempiterna. Iſa. 54. c. Iere. 31. d. Et miſertus eſt pauperum ſuorum, quando dedit filium ſuũ propiciatorium pro peccatis noſtris. ps. 59. Iſa. 49. d. 63. b. Et ipſe Deus dicitur miſericordia noſtra. Ion. 2. d. Et dicitur ſimul miſericors & iuſtus, ne quis putet ſe impune peccaturum. ps. 114. Et miſeratur adoleſcentiam Hieruſalem. Iere. 2. a. Miſeretur etiam cuius voluerit, hoc eſt, populi gentilis. Exo. 33. d. Rom. 9. b. Et miſericordiæ Dei locus dicitur eſſe gentilitas. Iob. 37. b. Hoſe. 1. c. Miſerationes autem Dei dicuntur eſſe ſuper omnia opera eius. ps. 114. Quia quòd potens eſt, naturæ ſuæ virtus eſt: ꝙ autem miſericors eſt, ſalutis noſtræ profectus eſt: & plus eſt non ſuis vti, ſed alijs preſtitiſſe, quæ ſua ſunt. Datur miſericordia magna Dei. ps. 50. quæ eſt fructus benedictionis datæ Iacob, vt Chriſtus ex eo naſceretur ad redemptionem generis humani. Miſericordia vero parua, eſt benedictio data Eſau, quæ eſt collatio temporalium.

Liberatio Chriſti.

Miſertus dominus Ioſeph in carcere, deſignat Chriſtum inter mortuos liberum. gene. 39. d.

Adiuuans fideles — Hie. ſ. Iſa. 14.

Miſeretur dominus Iacob, quum liberat fideles pugnantes in tentationibus, aut cum hæreticis. Iſa. 14. a.

Incarnatio. Vocatio gentium. — Ori. ſ. Mat. cap. 14. Hila. ſ. Matt. can. 16. Hie. ſ. Iſa. 16.

Miſertus eſt Ieſus turbæ per humanitatem aſſumptam. Matth. 9. d. 14. b. Miſertus eſt etiam turbæ, quando gratiam miſit ad gentes. Mat. 15. d. Et ſolium eius præparatur in miſericordia: quia primus eius aduentus eſt miſericordiæ. Iſa. 16. b.

Chriſtus — Amb. ſ. ps. 118.

Miſericordia Dei interdum dicitur ipſe Chriſtus. ps. 84. 118. Et miſericordiæ Dauid ſunt miſericordiæ Chriſti. Iſa. 55. a.

Caſtigãs ad ſalutẽ. — Hila. ſ. ps. 59.

Miſeretur dominus iratus, quum caſtigat ad animæ ſalutem. ps. 59.

Relinquens obſtinatos — Hie. ſ. Iſa. 9.

Non miſeretur Deus pupilli & viduę, quum relinquit eos, à quibus relictus eſt: qui non ſunt digni ipſum recuperare. Iſa. 9. c.

Docere verbo & exemplo. — Ori. ſ. ps. 36. ho. 3.

Miſeretur iuſtus, quum docet verbo & exemplo. ps. 36. Et miſericordes mulieres ſunt paſtores, quorum munus eſt miſereri. thre. 4. b.

Cognitio cæcitatis — Ori. ſ. Mat. ho. 13

Miſericordiam petentes cæci, ſunt cognoſcentes ſuam cęcitatem. Matth. 20. d.

Non dimittere in erroribus. — Hie. ſ. Iſa. 13.

Non miſerentur Medi lactentium, quum prædicatores non ſinunt paruos & ſimplices in erroribus permanere. Iſa. 13. d.

Hie. ſ. Hoſe. 6. Rup. ſ. Hoſe. 6.

Miſericordia Ephraim & Iuda dicitur quaſi nubes matutina, & quaſi ros pertrãſiens. Hoſe. 6. b. Quia ipſi effecerunt, vt Deus eorum non amplius miſereretur. Vel dicitur quia miſericordia eorum eſt parui momenti coram Deo. Vel quia benedictio eorum fuit ſicut Eſau in rore cœli & pinguedine terrę, hoc eſt, in temporalibus.

Abſq;

Glo.or.ſ.Hoſe.1. — Dimit'tens Deus Iſrael.

Abſq; miſericordia dicta eſt filia Hoſeę & Gomer: quia Deus non eſt amplius miſertus Iſrael.Hoſe.1.c.

Glo.or.ſ.Exo.2. — Amplectens gentilitas Chriſtum

Miſerta eſt filia Pharaonis Moſis infantis.Exo.2.b. deſignans gentilitatem amplectentem Chriſtum à ſynagoga matre eiectum.

## *Mitis, Mitigare, uide Manſuetudo.*

## *Mitra, uide Corona.*

## *Mittere, Præmittere, Tranſmittere.*

Mittere eſt aliquem ad certum locum deſtinare.Præmittere autem eſt ante mittere. Porro mittere interdum eſt abijcere.Ioan.15.a.Mittetur foras ſicut palmes.Dare.ps.77. Cibaria miſit eis in abundantia.Deijcere.gen.37.d.Mittamus in ciſternam veterē.Efficere.ps.147. Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas.Immittere.Exo.4.b.Mitte manum tuam in ſinum tuū Delegare.Exo.3.c.Mittam te ad Pharaonem.Iacere.Iſa.22.c.Quaſi pilam mittet te in terram. Includere.gen.40.c.Innocens in lacum miſſus ſum.Infundere.Leui.5. c. Non mittet in eam oleum.Mandare.2.reg.15.g.Mittetis per eos ad me.Emittere.Iudit.16.c. Miſiſti ſpiritum tuū. Permittere.Exo.9.c.Mittam omnes plagas meas.Recondere.Ioan.18.b.Mitte gladium tuum in vaginam.Subſcribere.3.aeg.21.c.In literis,quas miſerat ad eos.Traijcere.Exo.25.c.Mittantur vectes per eos.

Am.de Ioſeph.3.12. Ori ſ.Iſa.6.&.ſ.Matthæ.cap.15. Hila.ſ.ps.56. Hie.ſ.Iſa.9.19.28.43 &.ſ.Mat.21. Aug.ſ.ps.56. Beda.ſ.gen.37. — Miſsio Chriſti.

Mittens Deus angelum ſuum coram ſeruo Abrahæ,deſignauit miſsionem,qua pater Chriſtum miſit in mundum.gen.24.a.Itidem mittens Iacob Ioſeph ad fratres ſuos, eſt Deus pater mittens filium in carne.gen.37.c.Pari ratione miſſus dicitur Ioſeph in Aegyptum pro ſalute fratrum ſuorum,hoc eſt,Chriſtus in mundum pro ſalute generis humani.geneſ. 45.b. ps.104. De ipſo quoq; Chriſto dicebat Iacob.gen.49.b.Donec veniat qui mittendus eſt.De eodem dicebat Moſes:Obſecro domine,mitte quem miſſurus es.Exo.4.c.33.c.Mittens quoq; Deus Moſen ad Pharaonem,eſt mittens Chriſtum ad reprimendum diabolum.Exod.3.c.Sed ipſum Moſen miſit recuſantem:Iſaiam vero,qui etiam typus eſt Chriſti miſit ſeipſum offerentem. Iſa.6.c.quia Chriſtus prompto animo ſeipſum pro nobis obtulit. Et miſſus dicitur Chriſtus ad oues,quæ perierunt domus Iſrael,hoc eſt,ad animas ſaluandas, peculiariter illius populi, cui pręſentiam exhibuit corporalem.Matth.15.c.Miſit etiam Deus de cœlo auxilium,miſericordiam & veritatem,quum miſit filium ſuum ad liberandum genus humanum.ps.56. Et miſit verbum ſuum in Iacob,hoc eſt,Chriſtum ad eccleſiam,vel eius doctrinam:quem miſit etiā ad annuntiandum manſuetis.Iſaię.9.b.55.d.61.a. Miſit præterea Deus ſaluatorem Aegyptijs, hoc eſt,Chriſtum gentibus:& lapidem angularem.Iſai.19.d.28.d. Miſit præterea Deus in Babylonem,quum miſit filium ſuum ad huius ſeculi confuſionem, vt nos à confuſione liberaret:quem etiam ſpiritus eius miſiſſe dicitur. Iſa.43.c.48.d.Miſſus quoq; Ezechiel ad Iudæos, quorum nouerat linguā,eſt Chriſtus miſſus ad oues quæ perierant domus Iſrael.Eze.3.b.Miſit etiam Deus legatum ad gentes Chriſtum. Abdię.a.Zacha.2.c.Et quum miſit pater familias filium ſuum ad agricolas,deſignatur Deus pater mittens filium ad Iudæos.Matth.21.d.Miſit autem Deus filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati.quando ei carnem mortalem dedit,perinde ac ſi eſſet peccator.Rom.8.a. Miſſus eſt autē in plenitudine temporis. Galat.4.a.Mittere quoq; dicitur Deus manum ſuam, quando mittit Chriſtum.Iere.1.b.Eze.2.d.Mittens autem Moſes prius manum in ſinum, deſignauit occultā Chriſti diuinitatem.Mittens eam ſecundo, eius incarnationem indicauit.Exod.4.a. Miſiſſe quoq; dicitur Deus manum ſuam ſuper eos, qui procul receſſerant de filijs Iſrael,quum abſcōdit diuinitatem Chriſti.Exo.24.c.

Amb.3.offi.14. — Occulta diuinitas Chriſti

Hie.ſ.Eze.2. — Adiuuans Deus.

Mittere dicitur Deus manum,quum pręſtat auxilium & veritatem.Iere.1.a.Et miſſa manus ad Ezechielem indicat collectionem beneficiorum Dei.Eze.2.d.

Hie.ſ.Eze.16. Aug.ſ.ps.32. — Caſtigatio.

Mittit etiam Deus manum,cum caſtigat vel ad probationem,vel alias.Iob.2.b.ps. 80. Vel mittit manum,quum dat poteſtatem diabolo,aut membris eius ad nocendū:quia niſi ipſe det poteſtatem nocere non valent.

Amb.de virg.3.&.ſ ps.118.ſer.12. Gre.ſ.cant.5. — Exempla Chriſti. Inſpiratio.

Mittit ſponſus manum ſuam per feneſtram,aut foramen:quando proponit opera ſua, quæ geſſit in carne.canti.5.b.Et quando per ſubtilem intellectum quanta ſit operationis diuinæ virtus inſpirando ei manifeſtat.

Hie.ſ.Ioel.2. Ori ſ.Matt.cap.13.&.ho.4. Hila.ſ.Mat.can.10.17. — Dans dona ſpūſſancti & doctrinam.

Mittit Deus frumentum,vinum,& oleum,quum dat doctrinam & dona ſpiritualia.Ioel.2. c.Et mittit verba in ſpiritu ſuo per manum prophetarum.Zach.7.d.Mittens autem Ioſeph pecuniam & veſtes patri ſuo,deſignauit Chriſtum mittentem dona ſpūſſancti hominibus poſt aſcenſionem.gen.45.f.Miſſa quoq; ſagena in mare eſt doctrina verbi Dei ad capiendos homines dilatata.Matth.13.f.Sic miſit Petrus hamum in mare.Mat.17.d.Miſit etiam Ieſus gladiū in terram,quum docuit verbum Dei.Mat.10.d.

Ori.ſ.Iſa.ho.6. — Inducens ſenſum ſpiritualem.

Mittens Chriſtus aquam in peluim,deſignauit ſenſum ſpiritualem ſuper inductum literæ ſcripturæ.Ioan.13.a.Idem ſignificat aqua miſſa in labium.Exo.30.c.

Mittens



Collatio legis. — Arno.pſ.104. Hier ſ.Mich.6. Beda.ſ.Exo.3.

Mittens Deus Moſen ad filios Iſrael,collationem legis ſignificauit.Exo.3.b.pſal.104. Et miſit Moſen,Aaron,& Mariam,hoc eſt,legem ſpiritualem,& ſacerdotium ſanctum, & vaticiniū prophetarum.Mich.6.a. Miſit quoq; Deus Moſen ad Pharaonem ad vindictam ſuper illum, & demum ad mortem ipſius. Ita miſit dominus legem ad mortificationem fortitudinis diaboli,& ad humanum genus liberandum.

Punitio. — Ori.ſ.Matt.ho.20. Hier.ſ.Ioel.2.&.ſ.Iere.8. Ruper.2.ſ.Apo.

Mittit Deus iram ſuam & plagas,quum caſtigat.Exo.9.c.25.a. Ita miſit furorem ſuum in Iſrael,quando terram illam deſolationi tradidit.Eze.7.a. Et miſit exercitus contra homicidas, quando miſit Romanos ad deſtruendam Hieruſalem.Matt.22.a. Et mittēs ſagittam eſt Deus, vel eius miniſtri vindictam eius exequentes. Dicitur etiam mittere gladium in malos, quum eos caſtigat.Iere.4.g.9.e.25.e. Et mittit ignem.Hoſe.9.d.Amos.1.b.2.a.Et miſit fortitudinem magnam,quando miſit erucam,cui homines reſiſtere non valent.Ioel.2.f.Et mittit egeſtatem. Mala.2.a. Et miſit Deus Aſſur ad gentem fallacem,quum miſit diabolum ad puniendos hæreticos.Iſa.10.b.Et mittit ſerpentes regulos,quum caſtigat per dæmones.Iere.8.f.Et mittit Iezabel in lectum.Apo.2.f.Illam quidem Iezabel in lectum miſit,quando pręcipitari fecit,& in infernum proiecit:quo etiam pręcipitantur eius imitatores.

Chriſtus in ſepulchrum. — Ambr.ſ.Luc.13.

Miſsus Ioſeph in ciſternam deſignat Chriſtum miſſum in ſepulchrum.Gen.37.e.Idem deſignat miſſum granū ſinapis in hortū:vbi etiam deſignatur Chriſtus captus in horto. Luc.13.d.

Suſcitatio Chri.

Mittens rex Pharao ad ſoluendum Ioſeph de carcere, deſignat Deum patrem ſuſcitantem filium à mortuis.pſ.104.

Detrudere i infernū — Ori.ſ.Matt.cap.13.&.ho.20.&.ſ.Luc.ho.35. Aug.1.ſer.dn̄i i mō.

Mittere in tenebras exteriores eſt in infernum detrudere.Matth.22.b. Idem eſt mitti in carcerem.Matth.5.d.Luc.12.g. Sic mittuntur ſcandala in caminum ignis:& mali mittuntur foras, quia eijciuntur à bonorum conſortio.Matth.12.f.

Dans deus ſpiritum compunctionis. — Ambr.ſ.Luc.12.

Mittit Deus ignem de excelſo in oſſibus,quum dat ſpiritum compunctionis. Thre.1.e. Et miſit Chriſtus ignem in terram,hoc eſt,charitatem.Luc.12.f.Iere.20.c.

Oſtēdēs de eligēdū — Greg.ſ.1.Reg.9.

Mittens Deus ad Samuelem virum,quem conſtitueret regem, deſignauit neminem debere ſibi honorem aſſumere, ſed quem Deus mittit,illum eſſe aſſumendum.1.Reg.9.c.

Mittens prophetas & apoſtolos ad iudæos. Mittens prædicatores ad gentes. — Hiero.ſ.Iſa.16.&.ſ.Zac.1.&.ſ.Mat.21. Aru.ſ.pſ.9.10. Ori.ſ.Matt.ho.14.19. Ambr.ſer.87. Gre.ho.38.

Miſit Deus nuncios ad populum ſuum,quum miſit apoſtolos & prophetas ad Iudæos. Iſa. 42.d.Miſit etiam piſcatores & venatores.Iere.16.d.Et miſit redemptionem populo ſuo, quando fecit eam prædicari per apoſtolos & prædicatores.pſal.109 Miſit etiam operarios in meſſem,hoc eſt,prædicatores ad gentes.Et miſit pater familias ſeruos ſuos prophetas & apoſtolos, & etiam filium ſuum ad vineam,& ad vocandum ad nuptias.Matth.21.d.22.a. Miſit etiā Chriſtus duos diſcipulos ad aſinam & pullum,hoc eſt,Petrū & Paulum ad Iudæos & gentes.Matt. 21.a. Et mittens Eliſæus ſal in aquam, deſignat Chriſtum mittentem apoſtolos ad gentes.4. Reg.2.d. Mittit autem Chriſtus diſcipulos ſuos ſicut agnos inter lupos::quia non timet vt lupi noceant, ſed ſimul eos habitare facit. Luc.10.a.Iſa.65.d.Zach.1.b. Miſit Eliſæus nuntium ad Naaman,quem videre noluit,nec tamen eum deſpexit,deſignans Chriſtum, qui non per ſeipſum iuit ad gentes,ſed ad eas miſit apoſtolos.4.R.5.c.

Inſtituens Chriſtus martyres. — Lyra.ſ.Exo.24.

Mittens Moſes iuuenes ad ſacrificandum,deſignat Chriſtum inſtituentem martyres, qui offerrent corpora ſua.Exo.24.a.

Ioannes Baptiſta. — Gloſ.ord.ſ.Gen.28. Ruper.ſ.Gen.30.

Miſit Deus angelum præcurſorem,quum miſit Ioannē baptiſtam ante faciem Chriſti.Exo. 23.c.33.a.Mala.3.a.Matth.11.b.Et mittens Iudas hœdum per Odollamitem, eſt Chriſtus mittens Ioannem reprehendentem peccata.Gen.28.e. Sic miſit Iſaiam ad annuntiandum populo mala.Iſa.6.c. Dicitur etiam Deus mittere terrorē ſuum in præcurſum populi ſui, quia in eius defenſione terret aduerſarios.Exo.23.d.

Sacrificiū Chriſti. — Gloſ.ord.ſ.Iſa.

Mittens etiam Iudas hœdū de grege,deſignat Chriſtum ſacrificari p̄ pctōribus.Gen.38.e.

Diſperſio iudęorū.

Miſit Deus Sobnā in terrā latam et ſpatioſam:quando Iudęos eorumq; ſacerdotes per orbē diſperſit.Iſa.22.e.

Caſtigatio libidinis — Gloſ.ord.ſ.Thre.3.

Mittit deus in renib9 filias Pharetrę,quū carnalia deſideria in hominibus iuxta modū diſpēſationis ſuę congrua caſtigatione corripit.Thre.3.b.vel permittit tentationes libidinis.

Paſsio Chriſti. — Hil.& Hier.ſ.pſ.134.

Miſit Deus ſigna & prodigia in medio Aegypti, quum operatus eſt ſalutem in medio terrę:quando ſol obſcuratus eſt,& petræ ſciſſæ ſunt,&c.pſ.134.

Miracula p̄dicatorū — Gre.30 mor.3.

Mittit Deus fulgura, quum facit ſanctos & prædicatores per miracula coruſcare. Iob.38.b.

Tollere verbū Dei. — Hiero ſ. Eze.

Mittit Deus ſagittas famis,quum in pœnam peccati tollit verbum Dei.Eze.5.d.

Tēpans tribulatiōes Faciēs prædicatores ex induratis — Aug.ſ.pſ.147.

Mittit Deus cryſtallum ſicut buccellas,quum tribulationis rigorem temperat. Et quū ex induratis facit prædicatores.pſ.147.

Crux Chriſt. — Trtul.aduer.iudęos

Mittens Moſes lignum in aquas,deſignauit crucem Chriſti in aquas baptiſmi inductā.Exo. 15.d. Idem ſignificauit Eliſæus mittens lignum in aquam.4.Reg.6.b.

Refrigeriū pœnitētiæ — Gloſ.ord.ſ.Leui.5.

Mittere oleum in ſimilam,eſt pœnitentiæ adiungere refrigerium,vt libentius ſuſtineatur,Leui.5.c.Non mittitur oleum,quum non eſt perfecta pœnitentia.

Separās ſectatores ab hæreticis

Mittit Deus tenuitatem in pinguibus, quum ſeparat ab hæreticis eorum ſectatores. Iſa.10.d.

k Mittere vi

Ori.i periar.3. &ſ. Mat.cap.11. Hila.ſ.Mat.cão.6.9 Hie.ſ.Matt.9. Aug.2.ſer.d.in mõ. — Tradere doctrinam indignis

Mittere vinum nouum in vtres veteres,eſt velle dare gratiam ſpiritusſancti peccatoribus nõ renouatis:vel tradere doctrinam euangelicam peccatoribus:vel ſcribis & phariſæis eam contemnentibus.Matth.9.b.Mittere quoq; margaritas ante porcos,eſt reuelare myſteria hæreticis & indignis:quod facit is,qui quod venerandum eſt exponit contemptoribus.Matthæ.7.d. Et mittere canibus panem filiorum,eſt prædicare & facere miracula indignis : vel tradere doctrinam euangelicam gentibus ante tempus opportunum.Mat.15.c.

Hie.ſ.Ioe.3. — ſeparatio in iudicio

Mittet filius hominis angelos ſuos ad colligenda de regno ſuo omnia ſcandala, quando in iudicio ſeparabit malos à bonis.Matth.13.e.Et tunc mittent angeli falces ad metendos & ſeparandos malos.Ioel.3.b.

Rup.ſ.Ionam.1. — Permiſsio tẽtandi

Mittens Deus ventum magnum in mare.Ion.1.a.eſt permittens vt diabolus turbas & ſeditiones excitaret in Iudæa aduerſus Chriſtum.

Hila.ſ.Mat.cano.11. Amb.ſ.Luc.7. Au.de ſanctis.ſe.20. — Remittens lex ad euangelium

Mittens Ioannes duos diſcipulos ad Chriſtum,vt eius viderent miracula, deſignauit remittendos Iudæos ad contuenda euangelia. Vel vtrunq; populum ad fidem Chriſti. Vel deſignat lex remittens Iudęos ad euangelium.Mat.11.a.Luc.7.c.

Impletio ꝓphetiarũ

Miſit ſpiritus Dei ſortem ꝓphetijs : quia vnamquãq; ſuo tẽpore decreuit implere.Iſa.34.d.

Glo.ordi.ſ. Leui.16 — Intelligere diuinam & humanam naturã in Chriſto

Mittere ſortem inter duos hircos.Leuitic.16.b.eſt diuiſionem diuinitatis & humanitatis in Chr̃o intelligere.

Hie.ſ.Amos 4. — Mori peccato

Mittit Deus mortẽ in via Aegypti,quum facit aliquẽ mori peccato & mundo. Amos. 4.c.

Glo.inte.ſ. gen.42. — Miſsio Ananiæ ad Paulum.

Mittentes fratres Ioſeph vnum ex ipſis ad fratrem minimum Beniamin ducendum ad Ioſeph,deſignarunt miſsionem Ananiæ ad Paulum baptizandum.gen.42.c.

Glo.inte.ſ.gen 46. — Cõfeſsio ꝑcedens

Mittens Iacob Iudam ante ſe ad Ioſeph,deſignauit confeſsionem debere pręcedere illum, qui accedit ad Chr̃m.gen.46.c.

Iſy.ſ.Leui.14. — Opera miſericordiæ

Mittere oleum in manum ſiniſtram,eſt opere monſtrare miſericordiam Dei etiam in aduerſis.Leui.14.e.

Gre.ſ.Eze ho 3. — Aggredi virtutis opera

Mittere manum ad aratrum,eſt aggredi laborioſa virtutis opera:& quaſi quodam compũctionis vomere ad proferendos fructus,terram ſui cordis aperire.Luc.9.g.

Gre.ſ.1.reg.5. — Occaſio ꝑdicandi ab infidelibus orta

Mittentes Azotij ad ſatrapas Philiſtinorum propter arcam domini,deſignarunt ꝙ ex hoc ꝙ infideles contradicunt fidei,datur occaſio vt magis prædicatores ſuccurrere feſtinent . 1.regum.5.c.

Gre.ſ.1.reg.6 — Eligere dignos ad ſacerdotium

Mittentes Bethſamitæ nuncios ad habitatores Cariathiarim,vt reducerent arcam, deſignãt eligentes dignos ad ſacerdotium,etiam ex alijs locis,ſi apud ſe non inueniant. 1.reg.6.d.

Gre.ſ.1.reg.11. — Prædicator proponens ſctõrũ exẽpla.

Mittens Saul fruſta boum in omnes terminos Iſrael,vt venirent ad prælium, deſignat prædicatorem omnium ſanctorum exempla quærentem & proponentem.1.reg.11.b.

Gre.ſ.1.reg.16. — Eleuatio mentis ad inueniendũ Chr̃m.

Mittens pater Dauid ad ipſum quærendum,vt vngeretur in regem , deſignauit eleuandam eſſe mentem ſuper angelos ad inueniendum Chriſtum in ęqualitate æterni patris.1.reg.16.b.

Aug.ſ.pſ.125. — Bene operari

Mittere ſemina eſt bene operari.ꝑs.125.Amos.9.d.

Amb.ſ.Luc.5. — Opera veteris & noui hominis

Mittere commiſſuram panni noui in veſtimentum vetus,eſt exercere opera veteris & noui hominis.Luc.5.g.

Amb.ſ.Luc.7. — Prædicare Chriſtum crucifixum

Mittere vnguentum in corpus Chriſti,eſt prædicare Chriſtum crucifixum.Mat.26.a.Marc.14.a.Ioan.12.a.

Amb.de fuga ſec.4. — Patientia retrahens à ſenſibus

Mittens Rebecca in Haran ad reducendum Iacob.gen.27.g.deſignat patientiam retrahentem à ſenſibus.

Amb ſ. Luc.13 — Docere humilitatẽ.

Mittere ſtercora in ficu,eſt docere humilitatem.Luc.13.b.

Hie.ſ.Iſa.11. Gre.mor.18. — Eijcere dæmonia.

Mittit manum in cauernam reguli,qui virtute Chriſti eijcit dęmonia,vt apoſtoli.Iſaiæ.11.b. Vel ipſe Deus mittit manum,qui iniquorum corda diuina poteſtate tenuit,& comprehenſum exinde aſpidem vel regulum.i.captiuum diabolum traxit.

Ber de conſi.2. — Cura totius orbis Petro.

Mittens ſe Petrus ẽ nauicula in mare,vt iret ad Chriſtum , deſignauit curam ſibi traditam totius orbis,& non vnius tantum nauiculæ.Ioan.21.b.

Ricar.de.ſ.victo.de extermi.mali.30. — Scrutatio cœleſtiũ.

Mittens Moſes exploratores ad terram promiſsionis.num.13.a. deſignat illius terræ ad quã feſtinamus,qualitatem ſagaci perſcrutatione nos velle pręnoſſe:& mentis noſtrę cogitationes cœleſtium bonorum exploratrices in inuiſibilium perſcrutinium dirigere:& meditationes noſtras in id operis deſtinare,vt per inueſtigationem inueniamus,vnde poſsimus affectionum noſtrarum turbam in eorum amorem vrgere.

Hie.ſ.Iſa.17 — Myſteria gentibus tradita.

Miſerunt Syri predam de Hieruſalem ad regem Damaſci, deſignantes legis & prophetarũ myſteria doctoribus eccleſiæ ex gentibus fuiſſe tradenda.2.par.24.f.

Hier ſ Iere.14. &.ſ. Ecclēſ.11. — Doctrinæ communicatio

Mittunt maiores minores ad aquam,quum prælati doctrinæ curam inferioribus committunt.Iere.14.a.Mittit autem panem ſuum ſuper aquas,qui dat doctrinam ijs, in quibus eſt gr̃a ſpiritusſancti.Eccl'tæ.11.a.

Gre.8.mor.35.&.2 mor.23. Hie.ſ.Iob.15. — Inniti gratiæ ſp̃ũſſ.

Mittit lignũ radices ad humorẽ,quũ fidelis quiſq; gr̃æ ſp̃ũſſancti innitit. Mittere aũt radicẽ deorſum,eſt cogitationẽ bonam in abditis multiplicare.Iſa.37.f.Non mittit aũt in terra radicẽ ſuã,q̃ nõ admittitur in terra viuentiũ:quia hic prius ſpẽ,vel radicẽ fidei nõ ꝑmiſit.Iob.15.d.

Miſſus



Subuerſio Pharaonis. — Ruper.5.ſ. Apoc.

Miſſus mons ardens in mare ſubuerſionem Pharaonis & exercitus eius innuit.Apoc.8.b.

Aſcribere gloriam Deo. — Aug.ſ.Apoc. ho.3. Gre.22.mor.10.

Mittunt ſancti coronas ſuas ante thronum Dei, quum omnem gloriam & honorem aſcribũt Deo:vt ad illũ referant gloriã laudis,à quo ſe ſciunt vires accepiſſe certaminis.Apo.4.d.

Gentiles admitti in eccleſiam. — Hier.ſ.Eze.47.

Mittitur terra in hæreditatem etiam aduenis,quum gentiles admittuntur in eccleſiam.Eze.47.d. Mittere autem funiculum ſortis in cœtu domini,eſt ordinare eccleſiam.Mich.2.b.

Pilatus lauans man⁹ — Hier.ſ.Ionam.1.

Mittentes Ionam in mare cum proteſtatione illius innocentiæ,typum geſſerunt Pilati occidentis Chriſtum lotis manibus.Ionæ.1.d.

Fiducia Sedechiæ in regẽ Aegypti. — Hier.ſ.Eze.17.

Mittens vinea radices ad alteram aquilam,deſignauit regem Sedechiam & populum Iudęorum fiduciam habentes in rege Aegypti.Eze.17.b.

Iechonias in Babylonem. — Hier.ſ.Eze.19.

Miſerunt gẽtes leonẽ in caueã,quando Chaldęi duxerunt Iechoniã in Babylonẽ.Eze.19.b

Perdere bona opa. — Hier.ſ.Agge. Gre.3.paſto.admo.22.&.ſ.Eze.ho.4.

Mittit mercedes in ſacculum pertuſum,qui bona opera perdit per mala. Vel quando quis quæ largitur aſpicit,quæ vero rapit non perpendit:quia has in ſpem ſuæ fiduciæ intuentes cõgerunt,ſed non intuentes perdunt.Agge.1.b.

Inducens diabolus ad vitia. — Aug.de vera reli.38 Hie.ſ.Iſa.20.& epiſ. beatitudinis.

Mitti deorſum vult diabolus eos,quos tentat,hoc eſt,vt oculos ad terrena demittamus,nihil de cœleſtibus cogitantes. Matth.4.a. Mittens autem Sargon rex Aſſyriorum Thartan ad expugnadum Azotum,deſignat diabolum,qui vt inducat in libidinẽ proponit ſuperfluas voluptates.Iſa.20.a. Et mittens Merodach libros & munera ad regem Ezechiam,eſt princeps huius mundi volens blandicijs decipere bonos. Iſa.39.a. Idem deſignauit Sennacherib mittens nuncios ad eundem Ezechiam. Iſa.37.b. Miſit autem hoſtis manum ad omnia deſiderabilia Hieruſalem, quum diabolus animi virtutes & ornatus abſtulit.Thre.1.d. Mittens vero dominus filij prodigi ipſum in villam ſuam,eſt diabolus occupans hominem , vt omni vacet turpitudini.Luc.15.d.

Inſidiæ Iudæorũ in Chriſtum. — Hila.ſ.pſ.58. Tertul.aduer Iudæ. Hier.ſ.Iere.11. Ori.ſ.Iere.ho.8.

Mittens Saul ad occidendum Dauid, deſignauit principes Iudæorum inſidiantes Chriſto. pſal.58.in titulo. Et mittens Phaſchur Ieremiam in neruum, deſignauit põtifices Chriſtum capientes.Iere.20.a. Mittẽtes autem fratres Ioſeph qui ferrent tunicam eius ad patrem, deſignãt incitantes & mouentes multos ad infamandum Chriſtum.Gen.37.f. Miſerunt etiam Iudæi lignum in panem Chriſti, quum eum cruci affixerunt.Iere.11.d. Mittere etiam lignum in pane, eſt crucem Chriſti eius doctrinæ adiungere.

Diſcipuli deſerentes Chriſtum. — Ruper.ſ.Ionam.1.

Mittẽtes nautæ Ionã in mare.Ion.1.c.fuerunt diſcipuli Chriſti deſerẽtes ipſum in paſsione.

Mittens Antichriſt⁹ prædicatores. — Hie.ſ.Iſa.18.19. Gre.13.mor.7. Hier.ſ.Ioel.3.&.ſ. Haba.2.&.ſ.Iere.12

Mittens cymbalũ alarũ legatos in mari, deſignat Antichriſtũ & hæreſiarchas mittentes prædicatores per orbem.Iſa.18.a.qui & procul legatos mittere dicuntur : quia multos peruertere ſtudent.Iſa.57.b.Dicuntur tamẽ ijdẽ mittere hamũ in flumen,quãdo prędicant,& paucos capiunt:quia hamo pauci piſces capiuntur.Iſa.19.b. Et dicuntur miſiſſe ſortem gentes ſuper populum Dei,quãdo illos hæretici in varios induxerunt errores.Ioel.3.a.Abdi.d.Nahũ.3.b. Et mittit fel in potu amici,qui docet errores ad ſubuertendum proximum.Haba.2.c.Et mittunt radices impij,quum hæretici roborantur & augentur.Iere.12.a.

Hæreticorũ terreni ſenſus. — Hier.ſ.Iob.2.

Mittentes amici Iob puluerem ſuper caput ſuum.Iob.2.d.deſignant hæreticos,qui terreno & mortuo ſenſu corda ſua operiunt,atq; obruunt.

Offerre ſe ad vitia. — Hier.ſ.Eze.27.

Mittens Oliba nuntios in Chaldæam,deſignat offerentem ſe ad ſectanda vitia & ſuggeſtiones.Eze.23.b.Hoſe.5.d.

Grauitas auaritiæ. — Gre.14.mor.27.

Mittitur maſſa plumbi in os mulieris ſeu amphoræ : quia impietas auaritiæ peccati ſui põdere grauatur.Zach.5.c.

Colere idola. — Beda.ſ.Pro.26.

Mittere lapidem in aceruum Mercurij eſt colere idola:mittenti talem lapidem comparatur, qui tribuit inſipienti,hoc eſt,hęretico honorem prędicandi.Pro.26.b.

Excitans perſecutionem eccleſiæ. — Aug.ſ.Apoc.ho.12. Rup.13.victo.verb. Dei.6.

Mittens ſerpens aquam poſt mulierem, deſignat excitantes perſecutiones aduerſus eccleſiam.Apoc.12.d.Vel eſt introducens diabolus hæreſes in eccleſiam.

Prædicatio ſanguinis Chriſti — Glo.inter.ſ.Exo.24

Mittere ſanguinem hoſtiarum in crateras.Exo.24.a.Eſt tradi ſanguinem Chriſti apoſtolis ad prædicandum.

Operari legem. — Glo.inter.ſ.Exo.26

Mitti vectes in circulis,vel per medias tabulas tabernaculi. Exo.26.e.30.a.37.a. eſt præcepta legis nobis debere copulari per opera.

Mittere manna in vaſe. Exo.14.g. quod fecit Aaron:vt deſignetur ad ſacerdotes pertinere offerre,& conſeruare euchariſtiam.

Mittẽs Pharao ad coniectores Aegypti,vt eius interpretarentur ſomnia.Gene.41.a.

Primitiæ gentium. — Gloſ.ord.ſ. Exo.2.

Mittens filia Pharaonis famulam ad ferendã fiſcellã , in qua erat Moſes. Exo.2.b. deſignat primas animas ex gentilitate ſuſcipientes Chriſtum.

Confugere ad eccleſiam. — Lyra.ſ.Exo.9.

Mittentes Aegyptij ad congreganda pecora.Exo.9.d.Sunt confugientes ad domum eccleſiæ,ad agenda opera pœnitentiæ.

Renunciare oĩbus propter euãgelium. — Ruper.ſ.Ionam.1.

Mittentes nautæ vaſa in mare,ne periclitaretur nauis.Ion.1.b.ſunt apoſtoli relinquẽtes omnia propter prædicationem euangelij.

*Mna, uide Libra.*

k 2. Moab.

## Moab,

MOab.i.de patre:filius Lot eiuſq; filiæ:à quo vrbs in Arabia dicta eſt:quę poſteà eſt Areopolis appellata.In campeſtribus Moab fuit vltima manſio filiorum Iſrael, ante tranſitum Iordanis.Num.33.f.

Aug.ſ.pſ.59.82. — Abutentes legẽ.
Moab ſignificare poteſt eos,qui lege abutuntur.quibus dicitur:Vos de patre diabolo eſtis. vel deſignat opera corũ,qui lege abutuntur,quam ſignificat Lot.gen.19.g.Exo.15.b. pſ.82.

Philo.2.allego. — Intellectus
Moab præterea vt interpretatur de patre,ſignificare poteſt intellectũ:qui eſt de patre Deo: quem perturbant & inflammant concupiſcentiæ.

Hie.ſ.Iſa.15. — Scientia ſecularis
Significat etiam Moab ſcientiam ſecularem genitam nocte de patre ebrio & ignorãte: ideo reprobatur à Deo.Iſa.15.a.Abdi.c.1.cor.1.c.

Ori.ſ.gen.ho.5. Arno.ſ.pſ.59. Gre.ſ.1.reg.14 — Concupiſcentia. Senſus carnales
Significat itidem concupiſcentiam,quæ eſt à patre diabolo:& etiam ſenſus carnales, qui nũquam intrant in eccleſiam Dei.deut.23.a.1.reg.14.a.pſ.59.

Ori.ſ.Exo.ho.6 Baſi.&Hila.ſ.pſ.59. Hie.ſ.pſ.82. — Dæmones Gentiles
Moab rurſus ſignificat dæmones & gentiles:qui etiam ſunt de patre diabolo.Vel dicuntur de patre:quia receſſerũt à Deo patre.num.24.c.pſ.82.107.Iſa.16.a.27.d.Dicunt etiã Moab gẽtiles & pctõres ad eccleſiã veniẽtes,& relinquentes antiquũ patrẽ diabolum.pſ.59.

Hie.ſ.Ezec.25.&.ſ. Amos.2.&.ſ.Soph.2 Rup.ſ.Soph.2. — Philoſophi & hæretici.
Moabitæ dici poſſunt philoſophi,ſuperbi,& hæretici:qui dicuntur de patre,quia à patre cœleſti degenerarunt.Iſa.16.b.Iere.48.b.Eze.25.b.Amos.2.a.Sopho.2.b. Erant de cognatione Abrahæ,ſicut hæretici de eccleſia:ſed facti ſunt ex patre diabolo.

Hie.ſ.Mich.6. — Populus defluens
Moab iuxta aliam etymologiam interpretatur aqua paterna:& deſignat populum vt aqua defluentem in vitia:cuius rex eſt Balac.i.diabolus elingens.Mich.6.b.

Geor.vene.canti.1. ton.7.cap.36. — Caro
Moab & Ammon geniti de patre Lot,qui incluſus interpretatur,carnem ſignificant, quæ generatur de ſpiritibus animalibus,& virtutę ſeminali incluſa in viſceribus paternis. Et vt filijs Iſrael erat continua pugna contra Moab & Ammon,ita nobis contra carnem continua pugna ſumenda eſt:nec vlla pax habenda,nulla concordia:ne per inſidias nos ſupplantet.

## *Moderari, Modeſtia, uide Temperantia. Modicus, uide Paruus.*

## *Modius.*

Gre.ſ.1.reg.1. — Gradus diuerſi
MOdius eſt menſuræ genus ſexdecim continens ſextarios:triginta autẽ modij corũ faciũt. Modij farinę tres.1.reg.1.d.deſignant præparationem ad prędicationem,quæ fit pctõribus vt conuertantur:iuſtis vt perſeuerent in bono:prędicatoribus autẽ,vt contemplationi vacent.Vel vnus modius eſt pro conuerſione peccatoris:alter pro diſciplina cõiugati:tertius pro excellẽti puritate continẽtis.Deſignant etiã modij tres deuotionẽ mentis cũ intelligẽtia in laudibus trinitatis:& dicuntur modij propter menſuram diſcretionis:vt ſeruetur illud Rom.12.a. Non plus ſapere,quàm oportet ſapere.Sunt etiam modij:quia vnuſquiſq; proprium donum habet à Deo.1.cor.7.b.Qui tamen menſuram bonã & ſupereffluentẽ confert.Luc.6.f.

Hie.ſ.Matth.5.&.ſ. Marc.4. Hila.ſ.Mat.cano.4. Amb.ſ.Luc.11. Au.1.ſer.d.in mõte Gre.30.mor.34 Euch.for.ſpũal.8. — Synagoga. Litera legis. Bona corporis. Corpus humanum.
Modius ſub quo ponitur lucerna,ſecundum literam ſignificat locum abſconditum.Matth. 5.b.Typum autem gerit ſynagogæ:certam quandam obſeruantiæ formam tenentis: eſt etiam typus ipſius legis:& lucerna poneretur ſub modio:ſi lux euangelica Chriſti intra ſynagogę & literæ legis terminos clauderetur.Luc.11.e.Modius etiam ſunt bona corporis, quæ in menſura dantur:vel in hac vita,vel in futura.2.cor.5.b.Et lucernam ſub modio ponere,eſt propter temporale commodum gratiam prædicationis abſcondere.Modius etiam ſub quo ponitur lucerna,deſignare poteſt corpus humanum,intra quod claudũtur doctrinę & dona ſpiritualia.Rurſus modius tegens lucernam deſignat auditum inobedientium.Mar.4.c.

Iſy.ſ.Leui.27 — Vetus teſtamentũ.
Modij hordei triginta,vetus teſtamentũ indicant,propter rudiorẽ aut craſsiorẽ cibũ huius ſeminis:& propter numerum denarium,quo deſignatur decalogus.Leui.27.c.

Euch.for.ſpũal.8. — Iuſtum iudicium
Modius iuſtus deſignat iuſtum iudicium,vel mentis librationem, in Dei & proximi ęqua obſeruatione.

Hie.ſ.Iſa.5. — Opera hæreticorũ.
Modij tres,quos faciunt triginta modij ſementis,deſignant hæreticorum opera ſine fructu. Iſa.5.c.

## *Modulari, uide Canere.*

## *Modus.*

MOdus rationẽ,menſuram,& formã rei ſignificat agendæ.Modus etiã,affectus.2.para.18.b Ne loquaris rex hoc modo.Figura.3.reg.7.c.Opus in modũ lilij poſuit.Forma.Exo.27.a Craticulam in modũ retis.Intentio.Iere.20.c.Si quo modo decipiatur.Mediocritas.gen.30.g. Ditatuſq; eſt homo vltra modum.Modulatio. Eccl'i.47.b. In omni ſono eorum dulces fecit modos.

In modum nucis erant ſcyphi candelabri.Exo.26.d.37.c.

In modum retis erat craticula altaris.Exo.27.a.38.a.

Mœchari,



## *Mœchari, u id Adulterare. Mœnia, uide Murus.*

## *Mœrere, Mœror, uide Dolere.*

## *Mola, Molere.*

MOla nomen habet à mole,eo q̃ ſaxi mole frumenta leguminaq; in ea terantur:quandoq; autem mola accipitur pro mandibula,ſiue maxilla:vnde dicuntur molares dentes. Molere autem eſt mola terrere.

Chriſtus Anima Euangelium. Lex — Amb.de Tobia.15. &.ſer.29. Euch.for.ſpũal.8.
Mola ſuperior dici poteſt Chriſtus:mola vero inferior ipſa anima:ambo enim concurrunt ad bonam operationem,principaliter autem ipſe Chriſtus.deut.24.d. Mola etiam ſuperior dici poteſt euangelium:inferior vero lex,per quas labore differentium triticum veteris inſtrumẽti in farinam euangelij conuertatur.

Spes Timor — Gre.33.mor.16 Rup.1.ſ.deut.29
Mola præterea ſuperior eſt ſpes:inferior vero timor:quæ debent ita coniungi, vt nõ ſit vna ſine altera.Et tollit alterutram molam in pignus, qui à peccatore confitente aufert ſpem vel timorem.

Prædicatio — Hie.ſ.Iere.25.
Mola dicitur interdum ipſa prædicatio:& perdit Deus vocem molæ,quum tollit prædicationem.Iere.25.c.

Labor cõiugatorũ — Ori.ſ.Mat.ho.5.
Mola quoq; dici poteſt labor coniugatorum.Et dicitur mola humana,ad differentiam aſinariæ.Matth.24.d.

Cor hominis
Mola dicitur quandoq; ipſum cor hominis,quod inſtabile eſt inſtar molæ,quæ ab aqua agitatur:& vt mola ſecundum ſemina,quæ in eam mittuntur,farinam profert,ita cor ſecundum varias cogitationes bonam aut malam profert farinam.

Corpus hominis — Ori.ſ.Mat.ho.5.
Mola ſignificat etiam corpus hominis:ſed in malis eſt mola aſinaria, quia cum graui corpore poſt iudicium deijcientur in abyſſum.Mat.18.a.

Actio mundana Conuerſatio huius vitæ — Gre.6.mor.10. Euch.for.ſpũal.8.
Mola etiam eſt vnaquæq; huius mundi actio,quæ dum multas curas cõgerit, humanas mẽtes,quaſi per gyrũ vertit:atq; ex ſe farinã proijcit,quia ſeducto corde ſemper minutiſsimas cogitationes gignit.Iſa.47.a.Mola eſt etiam ipſa vitæ conuerſatio. Matth.24.d.

Chriſtus laborans — Aug.ſer.107. Gre.7.mor.14
Molens Samſon Chriſti typũ gerebat in hoc ſeculo laborantis.Iudi.16.c.Vt aũt Allophyli fecerunt eũ molere detractis oculis:deſignatur q̃ maligni ſpiritus poſtq̃; tentationum ſtimulis intus aciem contemplationis effoderunt [illegible] circuitum laborum homines mittunt.

Error & labor gentilium Cupiditas terrena Dij gentilium — Hila.ſ.Mat.can.8. Amb.ſer.8. Aug.1.q.in euan.24 Gre 6.mor.26. Ber.ſer.de angelis
Mola aſinaria dici poteſt error & labor [illegible]ilium:& vt iumentis clauduntur oculi: ita ipſi laborabant cæcitate.Dij etiam gentilium [illegible] aſinarię comparantur: qua ipſi gentiles grauiter premebantur.Mat.18.a.Mar.9.g.Mola etiam aſinaria dici poteſt grauis moles terrenæ cupiditatis:cui ſtulti & cæci alligantur.Vel eſt actio terrena:quæ dum colla mentis per ſtulta deſideria conſtringit,hanc in laboris circuitum mittit.

Abiectio — Hie.ſ.Iſa.47.
Mola præterea inicium eſt abie[illegible]quum.Exo.11.a.Dicitur ancilla quæ eſt ad molam.Et molere farinam videtur dicere [illegible] turpe.Iſa.47.a.

Eccleſia & ſynagoga. — Ori.ſ.Mat.ho.30 Hila.ſ.Mat.cano.25 Am.ſ.Luc.17.&.ſer.5.29.& epi.62.
Molentes duæ in mola ſignificare poſ[illegible] eccleſiam & ſynagogam in lege laborantes: vel animas in corporibus,aut in mundo:vel [illegible]eſtamenta.Mat.24.d.Luc.17.g.Molentes etiam ſunt ſimplices plebes ſub fide laborantes.

Pudefacere paupes. — Hie.1.Iſa.3.
Commolunt facies pauperum,qui pauperes peccantes publicè pudefaciunt:quum diuitibus nę verbum quidem loqui audeant.Iſa.3.c.

Occultæ inſidię diaboli. — Gre.19.mor.24. Hie.ſ.Iob.31. Aug.ſ.pſ.57.
Molę iniqui dicuntur occultæ inſidiæ diaboli:quæ & molæ leonum dicuntur.Iob.29.c.pſ 57.Deſignant etiam remota ſecreta & nefanda peruerſorum myſteria :vel potius apertas perſecutiones Iudæorum & hæreticorum aduerſus fideles.

Prædicatores — Hie.ſ.Eccl'ten.12
Molentes dici poſſunt prædicatores:qui frumentum doctrinæ alijs molunt.Eccl'tę.12.b.

## *Molaris, quære Dens.*

## *Moles,*

MOles eſt res magna,& ingentis ponderis.

Grauitas Dei — Gre.16.mor.15
Moles attribuitur magnitudini Dei,veluti grauis ponderis:quia nemo eſt, qui ſi velit de iuſtitia cũ Deo contendere,non opprimat.Iob.23.b.Ne magnitudinis ſuę mole me p̃mat.

Moles terræ,quam Deus tribus digitis appendit.Iſa.40.c.Ad totum mundum referri põt à ſancta trinitatę creatum & conſeruatum.

## *Moleſtus, Moleſtia, Oneroſus, Vexare.*

MOleſtus eſt grauis & odioſus,& qui alicui officit,nec ſinit eum quieſcere. Moleſtia vero eſt ſolicitudo,& tædium,& ęgritudo permanens. Vexare etiam eſt moleſtiam inferre.

Caſtigatio Dei. — Hie.ſ.Iſa.28.
Vexatio dans intellectum,eſt caſtigatio Dei ad emendationem:quæ tunc dat intellectum, quando peccator reſipiſcit.Iſa.28.e.

Corruptibilitas. — Gre.4.mor.49
Moleſtia,quam patiunt vincti.Iob.3.c.eſt illa,de qua dr̃ Sapi.9.c. Corpus quod corrũpitur

 aggra-

aggrauat animam:& deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Eo enim ipſo, quo adhuc mortales ſunt,corruptionis ſuæ pondere grauantur, & adſtricti moleſtia vincti ſunt:quia in illa adhuc libertate vitæ incorruptibilis non exurgunt.

Arno.ſ.ps.105 — Vexari dicitur Moſes,quando aliqui legem ipſam tranſgrediuntur.ps.105. — Transgreſsio legis.

Arno.ſ.ps.93.106. — Vexantes aut ſpernentes hæreditatem Dei,ſunt negligentes vitam æternam. Et qui vexant & perſequuntur fideles eccleſiæ,qui pertinent ad hæreditatem Dei.ps.93. 106. — Negligentes vitam æternam

Philo.de Ioſeph — Moleſta domina Ioſeph ipſi adoleſcenti.gen.39.b.deſignat concupiſcentiam, quæ grauis eſt viro ciuili,& in bonis operibus ſe exercenti. — Concupiſcentia tentans

Hila.ſ.Mat.cā.10.15 — Vexata à dæmonio filia Chananeæ,deſignat animam exiſtentem in peccato, quæ obſeſſa eſt à dæmonio.Mat.15.c. Ad idem referuntur vexatæ turbę.Mat.9.d. — Anima in peccato.

Ori.ſ.Iſa.ho.2. Hie.ſ.Iſa.7. — Moleſti ſunt Deo,aut præſtant Deo certamen,qui non petunt ab eo ſignum: quia Deus vult per ſignum ſaluare:& ipſi reſpuunt Deum ſanare volentem.Iſa.7.c. — Nolle ſanari à Deo

Hila.ſ.ps.54. — Moleſti erant Chriſto in ira Iudęi,dum ipſum flagellabant,& cętera flagitia in ipſum exercebant.ps.54. — Perſequentes Iudæi Chriſtum

Gre.5.mor.12 — Moleſtè accipere auditores verba hęreticorum refugiunt ipſi hæretici,vt dum eorum triſtitiam declinant,per vana verba negligentiam eorum capiant.Iob.4.a. — Inſidiæ hæreticorū

Gre.13.mor.1. — Oneroſi conſolatores dicuntur amici Iob:quia hæretici ſeu praui quilbet,quum laborare bonos in aduerſitate conſpiciunt,in eo ꝙ illos conſolari appetunt,mala es perſuadere conātur.Iob.16.a. — Conſolatio hæreticorum fallax.

## *Moliri.*

MOliri dicitur à mouendo,vel à molibus:eſtq; rem aliquā cum difficultate magnoq; conatu loco mouere.Eſt item moliri ingenio vel corpore ad aliquid agendum moueri.

Moliri inſidias dicitur,qui fabricat & tractat,quomodo aliquem inſidijs capiat.Sic nō moliebantur inſidias fratres Ioſeph in Aegypto.gen.42.f. — Tractās decipe.

## *Mollis, Mollire.*

MOllis dicitur non durus,ſed tactui cedens, quaſi mobilis, ꝙ in quamcunq; partem facile trahi ac moueri poſsit.Mollire autem eſt molle reddere:& per metaphoram,ſedare,mitigare,ſiue placare.

Mollis reſponſio,aut ſermo ſunt verba pœnitentis miſericordiam à Deo implorantis: ideo eius frangunt iram.pro.15.a. — Verba pœnitentis.

Gre.16.mor.20 — Mollit Deus cor,quum aptum ipſum reddit & penetrabile ad ſuas ſuſcipiendas inſpirationes & exhortationes.Iob.23.d. — Operari ad recipiendas inſpirationes

Hila.ſ.Mat.can.11. Amb.ſ.Luc.7. Gre.ho.6. — Molles veſtes,ſignificant corpus luxui deditum,& mores laſciuos: vnde & ipſi homines molles dicuntur.Matth.11.a.Luc.7.d.Iſa.47.a.Significant etiam molles veſtes adulationem,q vitia peccantium blandimentis fouet. — Corpꝰ luxui deditū Adulatio.

Hila.ſ.ps.54. Aug.ſ.ps 54 — Molliti ſunt ſermones ſuper oleum.ps.54.quando pretextu miſericordię pungunt: quales erant ſermones Iudæ de vnguento ſuper Chriſtum effuſo.Mat.26.a.Vel ſermones Chriſti,qui duri videbantur incredulis,molliti ſunt fidelibus,quibus ſunt explicati. — Fraudulenta increpatio Clara verba Chri fidelibus

Beda.ſ.pro.2. — Mollit ſermones ſuos mulier aliena.pro.2.c.quando hæretici mollitie certitudinis,& linguæ blandimentis,corda decipere innocentium nituntur. — Blandimenta hæreticorum

Gre.33.mor.18 Rup.3.victor.verbi Dei.20 — Mollia loquetur Leuiathan Deo.Iob.40.d.quum membra eius dicent Chriſto in iudicio: Domine domine,nonne in nomine tuo prophetauimus:& in nomine tuo dęmonia eiecimus: & in nomine tuo virtutes multas fecimus?Sic loquebatur mollia Pharao poſt mortem primogenitorum:& Nabuchodonoſor:& Haman. — Mollia verba malorum in iudicio

## *Moloch, quære Melchom.*

## *Momentum.*

MOmentum dicitur qualecunq; ſpatium temporis:& quantulumcunq pondus,ſiue magnum hoc ſit,ſiue paruum.Frequenter tamen momentum accipitur po minimo temporis puncto,& pro minimo pondere.

Hie.ſ.Iſa.54 — Momentum indignationis Dei contra gentilitatem,quo dicitur Deus abſcondiſſe faciē; appellatur ſic:quia multo maiorē pœnā gentilitas merebat,quam accepit.Iſa.54.c. — Punitio citra cōdignum.

Amb.ſ.Luc.4. — Momento temporis dicit oſtendiſſe diabolus omnia regna mundi:quia omnia ſunt momentanea.Luc.4.a. — Momentanea tpalia

Hie.ſ.Iſa.26 — Momentum dicitur tempus vitæ præſentis,aut tempus vſq; ad iudicium.Iſa.26.d. Abſcondere modicum ad momentum,donec pertranſeat indignatio. — Tempus vſq; ad iudicium

Momentum ſtaterę ponitur pro re minima.Iſa.40.d.

Glo.ordi.ſ.Leui.15 — Momentis ſingulis adhærens carni fædus humor. Leuitic.15.a.frequentam loquacitatis indicat. — Frequentia loquacitatis

Moneta



## *Moneta, uide Pecunia.*

## *Monile, Torques.*

Spiritus ſanctus — MOnile eſt ornamentum colli,præcipuè fœminarum:quod etiam torques dicitur. Torques aurea circa collū, ſignificare pōt ſpiritum ſanctum, ſeu eius dona in anima. pro.1.b. — Iſy.ſ.Leui.17.

Obedientia Chriſti Intellectus Chriſti. — Monilia Chriſti deſignant eius obedientiam,quæ exornat eccleſiam.cantic.1.c. Et torques aurea in collo Ioſeph,eſt intellectus Chriſti bonus.gen.41.e. — Ori.ſ.canti.ho.2. Beda.ſ.gen.41.

Prædicatores — Sicut monilia eſt collum eccleſiæ,hoc eſt,prædicatores,qui ornant eccleſiam: qui dum in ſapientia,qua refulgent,ſancta opera faciunt,quaſi in auro lapides gerunt:qui etiam ſplendentibus ſenſibus ornatum adiungunt verborum.canti.1.c.7.a. — Gre.ſ.canti.1.7. Ber.ſ.cant.ſer.41.

Meditatio ſpūaliū Sapientia. Ratio. Intellectus bonus. — Monile aureum deſignare poteſt meditationem ſenſus & intelligentiæ ſpiritualis.Iere.4.g. Et torques aurea eſt ipſa ſapientia & intelligentia,& principalis mentis ratio in corde. Vel intellectus bonus:ideo torques à collo in pectus dependet.gen.41.e.pro.1.b.d.Iſa.3.d.Eze.16.b Demum monilia dici poſſunt omnia ſimul animæ ornamenta.Iſa.61.d.Hoſe.2.e. — Hie.ſ.Ie.4.&.ſ.Iſ.3 Ori.ſ.num.ho.26.& ſ.Eze.ho.6. Ambr.de Ioſeph.7. Beda.ſ.pro.1.

Honor virginei partus. — Torques eſt honoris inſigne:& iuncturę fœminum beatæ virginis Mariæ dicuntur vt torques.canti.7.a.quia per eius partum colli noſtri iugum ſolutum eſt,& nobis collatæ virtutes. Vel dicitur quia caſtitas illi data eſt ex Dei munere. — Amb.de inſti.vir.14. Rup.ſ.canti.6.

Honor virtutis. — Torques aurea potenter dimicantibus datur in munere:vt quia ſigna virtutum geſtant,maiora ſemper exerceant:& debilitatis crimen incurrere metuant,dum in ſemetipſis iam fortitudinis eſt præmium,quod oſtentant.Eccl'ici.32.a. — Gre.31.mor.14.

Sententia ſcripturæ apud hæreticos. — Monilia ex auro & argento ſunt in ſuperbiam,quum hæretici ſacræ ſcripturæ ſententijs ſe ornant,ad ſuos defendendos errores.Eze.7.f.Hoſe.2.c. — Hie.ſ.Eze.7.

## *Monimentum.*

Memoria paſsionis. — MOnimentum dicitur à monendo,ꝙ rei alicuius nos moneat,eamq; in memoriā reuocet. Monimētū diei exitus de Aegypto,deſignat memoriā paſsionis Chri.Exo.12.c.13.c.17.d.

Solicitudo verbi di — In monimentum eſt ſimila,& panes propoſitionis,quū quis habet verbi Dei ſolicitudinem: & memoriam paſsionis Chriſti.Leui.5.e.6.c.24.b. — Ori.ſ.Leui. ho.13. Iſy.ſ.Leui.24.

Exempla ſanctorū. — In monimentum eſt pecunia,quum ſanctorum exempla nobis proponuntur. Exo.30.b.39. b.Num.31.g. — Ori.ſ.num.ho.35.

## *Mons, Montanus.*

MOns eſt terræ tumor altiſsimus,quaſi ab eminendo dictus. Mons aliquando dicitur deſertum.thre.4.d.Super montes perſequuti ſunt nos.Excelſa idolorum.Eze.18.a. In mōtibus non comederit.Timor.Iudi.5.a.Montes fluxerunt à facie domini.Vrbs.Iſa.54.c. Mōtes enim commouebuntur.

Deus — Mons quo aſcendit Chriſtus,eſt celſitudo paternæ maieſtatis. Et mons ſupra quem poſita eſt ciuitas:eſt diuinitas,cui coniuncta eſt caro.Matth.5.b.Et ipſa trinitas dici poteſt mons,vnde abſciſſus eſt lapis.Dani.2.e.Et mons excelſus eſt ipſa diuinitas.ps.103.Matth.17.a. — Hila.ſ.Mat.can.4.

Iuſtitia Dei, Iudicia Dei. — Mons ſanctus Dei,vnde pater exaudiuit filium,eſt iuſtitia Dei.ps.3. quia iuſtum erat vt eū ſuſcitaret,qui per obedientiam ita pro hominibus mortuus fuerat.De hac.ps.35.Iuſtitia tua ſicut montes Dei.Et montes Dei dicuntur omnia ſublimia & ſecreta Dei:quæ creaturæ rationales non valent aſſequi:vt iudicia Dei. — Aug ſ.ps.3. Hie.ſ.ps.35.

Chriſtus. — Mons paſsim ſolet ſignificare Chriſtum,propter eius ſummam eminentiam:& ipſe eſt mōs, in quo loquitur Deus.Exo.19.b,33.b.ps.14.45.47.67.Et ipſe eſt mons ſuper verticem montium.Iſa.2.22.b.Et lapis qui creuit in montē magnum.Dani.2.e.Et mōs trāſfigurationis.Matt. 17.a.Mar.9.a.Luc.9.d.Et ipſe eſt mons Oliueti,in quo plantantur oleę. Luc.19. e. Et ipſe eſt mons ſanctus,qui benedixit eccleſiæ.Iere.31.e.Et mons qui iactatur in mare,eſt Chriſtus tranſiens ad gentes.Mat.21.b.Mich.4.a.Et ipſe eſt mons Dei,ad quem multę gentes cōfluunt.Iſa. 56.b.Et mōs excelſus nimis eſt ipſe Chriſtus.Eze.40.a.Et eius ſublimitas,in qua paſcunt turbæ.Et quū dicitur poſt paſtas turbas aſcendiſſe in montem,receſſum in cœlū ſignificauit. Ioā. 6.a.b.Inſtar mōtis autem dicuntur intumuiſſe aquæ Iordanis.Ioſu.3.d.vt deſignet creſcēs dilectio ad imitationē Chri.Ipſe eſt mōs,in quo fundata eſt Hieruſalē cœleſtis.apoc.21.c. — Tertu.adu.Marci.3. Hie.ſ.Iſa.2.22. &.ſ. Ier.31. Arno.ſ.ps.67. Amb.ſ.Luc.19. Ori.ſ.can.ho.2.3. & ſ.Matth ho.4. Aug.1.q.in euan.29 & 16.cōt.fauſ.12.& ſ.Ioan.24.25. tract. Hie.ſ.Iſa.56 Gre.33.mor. 1.&.ſ. Eze.ho.13.

Geor.vene.cant.1.ton.7.cap.19. Ricar.de.ſ.victo.de.exter.mali.16. Rup.12.ſ.apoc.

Virgo Maria — Mons interdum dicitur beatiſſima virgo Maria.Exo.19.b.Et ipſa eſt mons, vnde abſciſſus eſt lapis ſine hominum manibus.Dani.2.e.Et mons excelſus, in quo plantauit Deus cedrum. Eze.17.g.Ipſa eſt mons Ephraim,quæ fructificauit, & genuit Chrm.1.reg.1.a.Et mons domus domini.Iſa.2.4.11.ps.66.131. — Amb.ſ.Rom.9.

Eccleſia — Mons pterea dicit ipſa eccleſia,quæ erecta eſt & eleuata per verbum Dei ſupra reliquam terram. — Ori.ſ.Mat cap.15.& ho.14.27.

terram.Exo.19.b.24.a.Matth.15.c.Et ipſa eſt mons Selmon.pſ.67.Et mons teſtamenti. Iſaię 11.b.14.d.16.a.25.c.65.d.Ipſa eſt mons oliuarum habens inſe fructificantes.Matth.21.a. Et ipſa dicitur mons Sion.Et mons filiæ Sion.Et mons Iſrael.pſ.2.41.47.73.77.98.124.Iſa.16.a.27 d.66.f.Et ipſa eſt mons excelſus,in quo plantauit Deus cedrum.Eze.17.g.Ipſa quoq; eſt mõs Ephraim, in qua fructificatur per bona opera.1.reg.14.c.Iere.31.a.Et mons ſanctus Dei. Ioel. 2.a.g.Sopho.3.c.Abdi.f.Et mons templi eſt eccleſia,vel proceres eccleſiæ. Mich.3.d.4.a. Zachariæ.8.a.In hunc montẽ creuit lapis præciſus ſine manibus hominum.Dani.2.e,apoc.6.d.

fe ſ.Iſa.14.&.ſ.Ie ... pſ.67. ... pſ.2.47. ... e.33.mora.1.&.ſ. ... reg.14. ... ſ.1.Ioan.trac.4. ... pſ.77.

**Angeli. Animæ.** Montes aliquando dicuntur angeli ſancti& etiam animæ.pſ.89.120.124.Et mõtes paſcuę ſunt ſublimes virtutes angelorum,qui nos ſuo miniſterio reficiunt.Iob.39.a. Michęę.6.a.Ipſi ſunt montes Bethel.canti.2.d.8.d.Et montes ęterni ſunt angeli,prophetæ,& ſancti: qui dicuntur æterni ad diſtinctionem eorum,qui non ſunt æterni,principum videlicet huius ſeculi,qui ſunt montes tenebroſi,&c.Mich.2.c.iuxta ſeptuaginta.

...e Cypriano. ...e.30.mor.29. ...nb.1.de interpe.5. ...g.ſ.pſ.89. ...r.ſer.9.ſ.qui hab. ...canti ſer.53. Geor.vene.canti.1. ton.7.cap.9.

**Patriarchæ & prophetæ.** Montes operti ab vmbra vineæ, dicuntur patriarchæ & prophetæ obſcurè loquentes. pſ. 79.120.Iob.9.a.39.d.Et montes exultantes vt arietes, ſunt prophetæ, gaudentes de aduentu Chriſti.pſ.113.Ipſi ſunt montes Iſrael,vbi paſcit Deus oues ſuas.Eze.34.d. 35.d.36.a.37.e.39.a. Mich.4.a.Hi ſunt montes & colles,quibus dicent Iudæi in iudicio,cadite ſuper nos,& operite nos,hoc eſt,protegite nos,& excuſate nos.Hoſe.10.b.Luc.23.d.

Arno.ſ.pſ.113. Hie.ſ.Eze.35. Aug.ſ.pſ.79. Rup.ſ.Hoſe.10.

**Apoſtoli. Apoſtolici viri. Prædicatores Sancti. Perfecti Proceres eccleſiæ** Montes dicuntur etiam paſsim apoſtoli,& apoſtolici viri, & prædicatores, & generaliter ſancti,& perfecti:& prædicatores ſunt montes,quos tangit Deus. pſ.35.45.64.71.75.86.97. 103.113.120.124.143.146.Et apoſtoli dicuntur montes Bethel,& montes aromatum.canti.2.d. 8.d.Et Deus horum montium dicitur dominus.3.reg.20.c.Iſa.2.a. 40.c. Et montes,ad quos confugiendum eſt,ſunt ſancti.Matth.24.b.Et mons filiæ Sion ſunt proceres eccleſiæ.Iſa.10.g. 37.c.44.d.52.b.55.d.Et apoſtoli apoſtoliciq; viri ſunt montes Iſrael,in quibus paſcit Deus gregem ſuum,Eze.35.d.36.a.39.a.Et montes Dei ſunt ſancti,in quibus conculcat Deus Aſſyrium diabolum.Et in his ſunt riui currentium aquarum.Et ipſi iubilant laudem Deo. Iſa.14.f. 30.f. 49.d.Iere.4.f.9.c.Et montes operti aquis,ſunt viri docti & ſpirituales non aſſequentes omnia ſcripturarum myſteria.gen.7.d.Montes etiam Iſrael dicuntur diuites,ſapientiaq; præcellentes, & in eccleſia perfectam ſcientiam habentes.Ezech.6.a.Iob.24.b.Ioel.2.a.3.d.Amos.4.c.9.d. Mich.1.a.Et montes Samariæ ſunt perfecti cuſtodes eccleſiæ.Ieremi.21.a.Et mons Sepher eſt ſublimitas prædicationis.Num.33.c.Ioſu.2.c.Et montes,qui operiunt minores,ſunt ſancti.Hoſe.10.c.Nahum.1.d.Et quilibet ſanctus humilis,eſt mons modicus.pſ.41.Et montes, quos tranſtulit Deus de loco ſuo,ſunt prædicatores à Iudæa ad gentes tranſeuntes.Iob. 9. a. Et mons cadens eſt mens iuſti,cuius locus iuſtitia fuerat,quum impulſu ſubito transfertur ad culpam. Iob.14.d.

Amb.ſ.pſ.118.ſer.22 ...ſ.Lucam.17.&.de ...loe.32. ...no ſ.pſ.45.103. Hie.Aglaſi.&.ſ.Iſa. ...10.51.&.ſ.Ier.9. ...ſ.Eze.6.35.&.ſ. ...Haba.3.&.ſ.Hoſ.10. Ori.ſ.canti.ho.2.3. Aug.ſ.Ioan.tra.1.& ...pſ.35.75.86.103. Gre 12.mo.11.&.27. ...6.&.33.mor.1. Geor.vene.canti.1. ton.7.cap.9. Rup.ſ.cant.7. Ori ſ.nu ho.27. Aug.ſ.pſ.41. Gre.9.mor.2.

**Contemplatiui, Altitudo contẽplationis.** Montes exultantes vt arietes,ſunt contemplatiui,qui in iucunditatis ſuæ exceſsibus puram & ſimplicem veritatem contemplantur.pſ.113.Et mons Oreb,eſt altitudo contemplationis. Exo.3.a.4.g.19.b.24.a.25.d.27.b.32.a.33.b.pſ.103.Et montes paſcuæ,ſunt altæ contemplationes internæ refectionis.Iob.39.a.Ioſu.2.c.In hunc montem nos quidem dicimur aſcendere, Deus autem deſcendere.In hoc monte docet & transfiguratur Ieſus.Mat.5.a.17.a. Ipſa quoq; **Theologia.** theologia eſt mons,in quo apparet dominus:& vnde loquitur.

Rica.de.ſ.victo.5.d arca myſtica.14.&.d ...patriar.79. Arno.ſ.pſ.103. Gre.5.mo.26.27.& 30 mor.28. Aug.ſ.pſ.103. Beda.ſ.Exo.19.

**Eminentia fidei.** Mons aliquando eſt eminentia fidei,in qua fit gratum ſacrificium Deo.gen.22.a.Et montes dicuntur credentes mortem & ſepulturam Chriſti.canti.2.b.Et mons ſanctus Dei eſt confeſſio trinitatis.Iſa.56.b.Et mons oliuarum,eſt fides patriarcharum.Zach.14.a.

Gre,Nyſ.d v.Moſ. Amb de virg.3. Hie.ſ.Iſa.56. Rup.ſ.Zac.14.

**Sẽſus excelſus legis sublimia præcepta. Vtrũq; teſtamentũ.** Mons Oreb interdum eſt ſenſus excelſus legis,in quo apparet dominus.Exo.3.a.Et generaliter mons ſeu montes ſunt altiores ſenſus ſacræ ſcripturæ.Exo.19.c.pſ.86,103.120. cantic.2.d. Matth.5.8.24.a.In hos montes ſi aſcendere præſumant Iudæi,inuenient ſpinas.Iſa.7.d. Mons autem peculiariter dicitur nouum teſtamentum,& maiora præcepta iuſtitiæ,excelſaq; dogmata.Iere.16.d.Et mons Dei vbi Aaron occurrit Moſi,eſt ſpiritualis ſenſus legis.Exo.4.g. gene. 22.a.31.c.pſ.35.Iſa.42.b.49.d.56.b.Et mons caliginoſus & vmbroſus,eſt ſacra ſcriptura, quæ denſis allegoriarum obſcuritatibus opacatur:& abſcondita continet ſacramenta eccleſiæ ; & dicitur mons campeſtris,quia continet ſenſus ſublimes cum humilitate.Iſa.13.a.Haba.3.a.Nahum.3.d.Agge.1.b.Zach.14.a.Et montes paſcuæ,ſunt altę ſententię ſacræ ſcripturæ.Iob.39.a. Et montoſa loca ſunt excelſa dogmata ſacræ ſcripturæ.Iere.17.d.Mons autem fumans,legem veterem peculiariter ſignificat:quæ cum obſcuritate figurarum tradita eſt.Exo.20.a.34.a.Leui.7.d.Et montes ad quos leuant oculi,ſunt libri legis & prophetarum.pſ.120.Et montes ęnei duo,dici poſſunt duo teſtamenta,vnde prodeunt prædicatores.Zachariæ.6.a.Hæc ſunt mons Eſau,quem hæreditare dicuntur hi,qui ad auſtrum:vt Iacob hæreditauit benedictionẽ Eſau. Abdie.g. Rup.ſ.Abdi.&.ſ.Zach.6.

Ori.ſ.cant.ho.3.& ſ.exo.h.3.&.ſ.Mat. ho.29.&.in diue.h.5 Hie.ſ.Iſa.7.13.&.ſ. Ier.16.17.&.ſ.Nah. 3 &.ſ.pſal.120.&.ſ. Haba.3. Aug.1.ſe.do.in mõ. &.18.ciui.Dei.32. Gre.3.mo.29.&.30. mor.29.&.33.mor. &.ſ.Eze.ho.9. Geor.vene.canti.1. ton.7.cap.9. Caſsi.colla.10.ca.11. Cyri.3.ſ.Ioan.3. Beda.ſ.Exo.19. Hie.ſ.Zach.14.

**Perfectionis ſtatus. Virtutes** Mons præterea ſignificat perfectionem tam doctrinę,quam operum:& ipſum perfectionis ſtatum:& etiam virtutes.gen.8.a.12.b.14.a.22.a,Iſa.40.b.Iere.16.d.Eze.17.g.Matt.17.a. Luc. 1.d.Et mons hæreditatis Dei,eſt ſublimis conuerſatio.Exo.15.c.Et mons,quo aſcendit Moſes gratia

Ori.ſ.gen.ho.5.&.ſ Exo.h.6.&.ſ.Ier.h. 12.&.ſ.Eze.ho.12.& ſ.Mat.ho.3.in diue. ho.5.



**Virtutes.** gratia contemplandi terram promiſsionis,ſtatum indicat perfectionis: quam etiam ſignificat mons Or.Num.27.c.33.e.pſal.23.103.Ioſ.2. Mons quoq; myrrhæ eſt in his, qui carnem habẽt mortificatam.Canti.4.b.Et mõs ſuper quem eſt ædificata ciuitas, eſt ſublimitas perfectionis, ſeu gradus ſublimior in eccleſia. Matth.5.c. Et mons Ephraim, id eſt, fructificans, eſt anima perfecta abundans fructibus ſpiritus.Ioſu.19.d.1.reg.1.a. Et ipſa ſublimitas vitæ per bonorum operũ fructum eleuata,quæ eſt eorũ,qui dicere poſſunt: Cõuerſatio noſtra in cœlis eſt.Phili. **Altitudo religionis.** 3.d.Eſt etiam altitudo religionis. 1.Reg.14.c. In hunc montem non valebant aſcendere filij Iſrael:quia adhuc Aegyptiaca conuerſatione premebantur.Ibi ſaluatur Lot.Gen.19.d.

Baſi.ſ.pſ.28.ho.1. Hier.1.aduer.Iouinia. Cyril.de adora.in ſpũ ſancto. Gre.ſ.1.Reg.14.16. &.ſ.Canti.4. Geor.venet.Cant.1.tono.7.cap.9.30. Gloſ.ord.ſ.Gen.19. Ruper.16.ſ.Gen.19.

**Recta conſilia.** Mons in quo ſaluatur Lot,ſignificare poteſt recta conſilia,in quibus eſt ſalus.Gen.19.d.

**Caluariæ locus.** Mons in quo obtulit Abraham filium ſuum, ſignificat caluariæ locum,in quo oblatus eſt Chriſtus.Gen.22.a.Hic eſt mons Moria,in quo poſtmodum ædificatum eſt templũ. 2.par.3.a.

Lyra.ſ.Gen.22.

**Gloria cœleſtis.** Mons hæreditatis dei,eſt ſublimitas vitæ æternæ,& Hieruſalem ac Sion cœleſtis. Exo.15. c.Pſ.14.23. Et montes Iſrael,vbi paſcit deus oues,cœleſtem indicant patriam. Eze.34.d.37.c. Dicitur etiam locus gloriæ cœleſtis mons domini:& mons ſanctus dei.Iſ.3.g.57.c.65.b.Eze. 20.f.28.d. Et mons Ephraim eſt locus beatitudinis in cœlo,vnde venit Chriſtus ad nos.1.reg. 1.a.de quo Ioan.3.d.Qui de cœlo venit,ſuper omnes eſt.Et Ioan.6.d.Qui de cœlo deſcendi. Et Pſ.18.A ſummo cœlo egreſsio eius.Et.1.Cor.15.f. Secundus homo de cœlo cœleſtis.In his montibus reliquit nonaginta nouem oues,quum deſcendit ad quærendum ouem, quæ perierat.Matth.18.b.Subijt in montem, quando aſcendit in cœlum.Ioan.6.a.

Baſi.ſ.pſ.14. Hier.ſ.Iſa.37.&.ſ. Eze.24.34.1.Math. 18. Gre.ſ.1.Reg.1. Ruper.6.ſ.Ioan.

**Mundus.** Mons hœreditatis dei,dici poteſt etiam mundus à Deo creatus.Exo.15.c.

Philo.de plãta Noe

**Sacerdotalis dignitas.** Mons aliquando dici poteſt ſacerdotalis dignitas.Gen.19.d.Exod.19.b.

**Opera Chriſti.** Montes in quibus ſalit ſponſus.Canti.2.b.dici poſſunt mirabilia opera,quæ Chriſtus operatus eſt.

Gre.ſ.Canti.2.

**Mons Olineti.** Mons inclytus & ſanctus,ſuper quem figet Antichriſtus tabernaculum ſuum, eſt mons Olineti.Dani.11.g.

Hiero.ſ.Dani.11.

**Locus manifeſtus.** Mons ſupra quem ædificata eſt ciuitas, locum manifeſtum mundi exprimit,in quo eſt eccleſia.Matth.5.c.

Gloſ.ord.ſ.Matt.5.

**Fiducia in deum.** Mons qui debet creſcere,eſt confidentia in deum. Statua vero decreſcens per imperfectionem metallorum.eſt fiducia ſui,quæ eſt conterenda. Dani.2.e. In montem autem magnum creſcit lapis,quando timor mutatur in magnam confidentiam in deum.

Ricar.de.ſ.victo.de ſomnio Nabucho.21 29.

**Exiccatio voluptatis.** Mons Oreb,in quem fugit Elias,ſignificat exiccationem:vt deſignetur, in eo qui fugit ſeculum, debere ſiccari carnalis profluuium voluptatis : vt plenius cognoſcere valeat Deum. 3. Reg.19. b.

Amb.de fuga ſecul. 6.

**Bene operantes virtutis amore,vel è di uerſo.** Mons Garizim, in quo dabantur benedictiones, ſignificat benè operantes virtutis amore. Mons vero Hebal, in quo dabantur maledictiones,ſignificat benè operantes formidine pœnæ.Ioſu.8.g.

Ori.ſ.Ioſu.ho.9.

**Collectio eccleſiæ ſynagogæ.** Mons Oliuarum eſt collectio eccleſiæ & ſynagogæ:quę diuino lumine,& miſericordia illuſtrantur:ſed diuiditur in partem orientalem & occidentalem:vt orienralis pertineat ad eccleſiam, occidentalis ad ſynagogam. Zach.14.a.Ad hunc montem venit Chriſtus,vt nos vngeret oleo miſericordiæ ſuæ.Ioan.8.a.

Hier.ſ.Zac.ho.14. Aug.ſ.Ioan.303. Cyril.5.ſ.Ioan.14.

**Diuites.** Montes dicuntur diuites:& producit deus in montibus fœnum, quum efficit vt diuites largiantur eleemoſynas de temporalibus.Pſ.146.

Aug.ſ.pſ.146.

**Regnum Iudæorũ.** Mons vnde præciſus eſt lapis ſine manibus,regnum Iudæorum ſignificare poteſt,vnde ortus eſt Chriſtus.Dani.2.e. Et montes Iſrael dicuntur principes Iudæorum.Eze.6.a.7.b.Apo. **Iudaicus populus.** 6.d. Et mons qui humiliatur,eſt Iudaicus populus.Iſa.40.a.Luc.3.b.Ipſe eſt mons teſtamenti propter legem:& in eo ſedit Lucifer.Iſa.14.d.Ipſe eſt mons Sion.Pſ.47.

Aug.ſ.Ioan.trac.4. Ori.ſ.Luc.ho.22. Hier.ſ.Eze.6.7. Gre.ſ.Eze.ho.2. Rup.ſ.pſ.47.&.4.ſ. Apoca.

**Deſtructio populi Iſrael.** Mons diuiſionum,qui Hebraicè dicitur mons Pheraſim, vbi dominus concidit Allophylos regnante Dauid, deſignat vaſtationem populi Iſrael : vel tempus iudicij quando mali ſeparabuntur à bonis.Iſa.28.f.

Hier.ſ.Iſa.28.

**Carnales voluptates.** Mons Phogor deſignare poteſt carnales voluptates:& ipſam carnem prophanorum & carnalium,Num.23.d.Hi montes fluxerunt ſicut cera à facie domini.Pſ.96.

Ori.ſ.Num.ho.17. Tertul.de reſurrec.

**Superbi. Superbia. Diabolus. Heretici.** Montes operti aquis ſunt ſuperbi, qui & montes caliginoſi dicuntur. Et ipſa ſuperbia, & diabolus,& impetus irrationalis eſt mons,qui non aufertur,niſi per multam fidem,& proijcitur in mare.Gen.7.d.Exo.32.c.Pſ.10.45.Iſa.2.c.5.f.13.a.40.a.41.d.Iere.13.e. Matth.17.c.21.c. Et præparantur montes in virtute dei,hoc eſt,ſuperbi ad pœnam recipiendam. Pſ.17.64.182. 96. Et montes orientis,deſignant altitudinem ſuperbiæ. Num.23.a.Et mons excelſus, eſt ſuperbia Phariſaica.Iere.3.b.g.17.a.Et montes coagulati,ſunt hæretici ſuperbi. Pſ.67.143. Iere. 51.c. Quos etiam deſignant montes Iſrael deſolati. Eze.31.d.33.f.34.b.Iſa.17.a.57.b.65.b. Et mons in quo diabolus tentauit Chriſtum,faſtigium eſt terrenæ elationis.Matth.4.b. Hi mõtes replentur ſanguine,quia multa hic perpetrantur peccata iniuſtitiæ.Iſa.34.a. Et mõtes defluentes à facie dei,ſunt dæmones & ſuperbi.Iſa.64.a. Abdi.c.g. Et montes paſcuæ onagri, hoc

Ori.ſ.Mat.ho.4.10. &.ſ.Iere.ho.9.11.& ſ.Num.ho.15. Hila.ſ.Mat.cano.17 &.ſ.pſ.64.67. Baſi.ſ.pſ.45. Hiero.ſ.Iſa.2.18.41 64.&.ſ.Mat.17. Aug.1.q.in euãg. & de vera religi. 38.&.ſ.pſ.143.ſ.I an.trac.1.

Geor. vene. Cant. 1. tono. 7. cap. 19. Ber. ſer. 4. aſcēſion. Gre. 3. mor. 34. & ſ. Canti. 4. Ber. ſ. Cant. ſer. 54. Hie. ſ. Eze. 7. 16. 32. 35. & ſ. Iere. 13. & ſ. Mich. 7. & ſ. Nahū. 1. & ſ. Haba. 3. & ſ. Iob. 28. Ori ſ. Ezec. ho. 6. & ſ. Ioſu. ho. 14. 18. Aug. 18. ciui. Dei. 32 & ſ. pſ. 103. 124. Gre. 18. mor. 22. & 32. mor. 1. Hier. ſ. Iſa. 40. Ruper. 10. ſ. Apoc.

hoc eſt Chriſti, ſunt ſuperbi: qui fiunt paſcua eius, quū cōuertuntur. Iob. 39. a. pſal. 94. Et montes pardorum, ſuperbia hypocritarum. Canti. 4. c. Hos montes ſubuertit ſpiritus: 3. Reg. 19. b. Et montes Gelboe ſunt dæmones, ſuper quos, nec ros, nec pluuia diuinæ gratiæ deſcendit: 2. Reg. 1. d. Et mons Seir eſt diabolus: & montes Seir ſunt, qui ad impietatis verticem deuenerūt. Ezec. 35. b. Et montes caliginoſi, qui ſunt montes Babylonis, ſunt vel dæmones, vel hæreſiarchæ, qui ſe eleuant aduerſus ſcientiam Dei. Iere. 13. c. Eze. 32. b. 38. g. Montes quoq; Iſrael ſunt habentes ſcientiam inflantem. Et mons Samariæ eſt ſuperbia hæreticorum. Et comedunt in montibus, qui dicunt: Non ſum ſicut cæteri hominum. Ezec. 7. b. 16. f. 18. a. Montes etiam ſunt potentes huius ſeculi: & tumor ſecularium poteſtatum. Hi ſunt mōtes, qui herbas ferunt Behemoth: quia ex eo illum recipiunt, quòd nequiter operantur. Iob. 9. a. 14. d. 28. b. 40. b. pſ. 96. 103 143. Luc. 18. b. Mons quoq; Samariæ ſunt verba tumentia hæreticorum. Amos. 3. c. 6. a. Et mōtana ſunt ſenſus extollentes ſe aduerſus ſcientiam Dei. Hæc montana petijt Caleb, vt eorum expugnaret ciuitates. Ioſu. 11. c. 14. c. Abdi. g. Et mnotes ſeculi ſunt dęmones & hæretici principes huius mundi. Habac. 3. b. Agge. 1. c. Zach. 4. c. Mala. 1. a. Apoc. 8. c. 16. d. Et montes qui cōſumuntur aut cōmouentur, ſunt dogmata philoſophorum, & regna ſublimia. Mich. 1. a. 7. c. Nahum. 1. a. Et montes qui librantur in pondere, ſunt regna maiora, quæ Deus diſponit. Iſa. 40. c. pſ. 96. Et montes ænei duo, ſunt ſuperbia & mundana potentia. Zach. 6. a. Montes ſeptem ſunt ſeptem regna. Apo. 17. b.

Potentes ſeculi. Verba hæreticorum. Regna maiora. Dogmata philoſophorum.

## *Monſtrare, quære Indicare.*

## *Monſtrum.*

MOnſtrum à monſtrando dictum eſt, quaſi aliquid monſtret, vel portendat: eſt autem mōſtrum, quod contra naturæ ordinem euenire contingit: vt homo cum duobus capitibus: & gigas communem hominum magnitudinem excedens. Num. 13. d.

## *Monumentum, uide Sepelire.*

## *Morari, Mora, uide habitare, & Tardare.*

## *Moraſthi.*

Hier. prolo. ſ. Mich.

MOraſthi, id eſt, hæres, vel paupertas: viculus Paleſtinæ, iuxta Eleuteropolim: vnde erat Michæas propheta, qui interpretatur humilitas: quia humilitas pręcipue inter virtutes ſpe hęreditatis domini naſcitur. Mich. 1. a.

## *Morbus, uide infirmus.*

## *Mordere. Morſus.*

MOrdere eſt dentibus conſtringendo lædere: & per metaphoram detrahere. Morſus autē eſt ipſe mordendi actus.

Ambr. de inſtit. virgi. 6. Hie. ſ. Amos. 5. & ſ. Eccleſiaſtē 10. Gre. 31. mor. 18. Beda. ſ. Gen. 49.

Mordens coluber vngulas equi, deſignat Antichriſtum, vel diabolum, ſenſus noſtros occupantem. Gen. 49. c. Mordebit autem Antichriſtus vngulas equi: quia extrema huius ſeculi feriendo continget. Et mordentes ſerpentes ſunt dæmones. Iere. 8. f. Amos. 5. f. 9. a. Et mordet ſerpens in ſilentio, quum quis peccat in occulto, & non cōfitetur peccatum ſuum. Eccl'tæ. 10. c. Pro. 23. d. — Antichriſtus. Diabolus. Vexare.

Gloſ. ord. ſ. Haba. 2.

Mordere, captiuare. Iere. 8. f. Et mordebunt vos ait dominus. Haba. 2. b. Repente conſurgent, qui mordeant. — Captiuare.

Philo. de agricult. Beda. ſ. Gen. 49.

Mordens etiam ſerpens vngulas equi, deſignat tolerantiam impetus voluptatis frænantem, & corpus caſtigantem. — Tolerantia.

Chriſtus quoque mordebit vngulas equi, quando in fine mundi condemnabit mundanos. — Chriſtus.

Gre. 12. mor. 8. Auper. ſ. Hoſe. 13.

Morſus inferni dicitur Chriſtus. Hoſe. 13. d. quia partem inferni ſpoliauit liberans antiquos patres à limbo: partem vero reliquit. Vel quia tradidit carnem ſuam mordendam Leuiathan: quo morſu, hamo captus eſt. — Spoliatio inferni.

Hier. ſ. Haba. 2.

Mordentes ſuperbum ſunt doctores, qui reducunt ad Deum, quos diabolus, hæreticus, aut Antichriſtus deceperit. Haba. 2. b. — Doctores.

Ambr. epiſt. 39.

Morſus octo, confeſſionem noui teſtamenti indicant, propter numerum octonarium. Mich. 5. b. vbi nos legimus octo primates. — Confeſſio noui teſtamenti.

Hie. ſ. Eccliaſtē. 10.

Mordent inuicem, qui mutuo ſibi detrahunt. Gala. 5. c. Et mordet ſerpens in ſilentio, quum quis occulte detrahit. Ecccl'tæ. 10. c. — Detrahere.

Gre. ſ. 1. Reg. 1.

Mordentes dentibus pacem nuntiant, qui rapientes quæ poſſunt à flagitioſis, ſecuritatem ipſis promittunt. Mich. 3. b. — Promittentes ſecuritatem malis.

Gre. 1. Reg. 5.

Morderi à muribus, eſt peccati pœna lacerari. 1. Reg. 5. b. — Pœna peccati.

Mordentes circuli cortinarum anſas, Exod. 36. b. coniunctionem charitatis deſignare poſſunt. — Connexio charitatis.

Moria.



## *Moria.*

Lyra. ſ. Gen. 22. — Chriſtus.

MOria, id eſt, viſio: mons in quo Abraham obtulit filium ſuum: & in quo poſtea ædificatū eſt templum Salomonis. Gen. 22. a. 3. Reg. 6. a. 2. Par. 3. a. Typus eſt Chriſti, ſuper quē ędificatur eccleſia, in qua ipſe quotidie immolatur hoſtia incruenta.

## *Mors, Mori, Mortuus, Interire, Perire, Occumbere, Obire, Obitus, Dormire, Somnus, Mortiferum.*

Fulgen. 1. de duplici prædeſtinatione. Ruper. ſ. Apo. 2.

MOrs eſt animæ & corporis diſſolutio, & priuatio vitæ. Mortuum autem eſt ipſum cadauer ſine anima. Interire autem & perire, magis generalia ſunt, quàm mori: videnturq; aliquid grauius dicere. Dormire autem & Somnus, aliquando ſumuntur pro mori. Mors autem ponitur triplex: nempe culpæ, quam ſequuntur mors corporis, & interitus gehennę. Licet autem prior fuerit mors culpę quàm mors corporis, tamen mors corporis dicitur prima, quia prius experimento ſentitur: mors vero culpæ tunc ſentitur, quando illi adiungitur mors gehennæ: atq; ita vtraq; dicitur mors ſecunda. Apo. 2. c. 20. b.

Mortuus dicitur, abiectus. 1. Reg. 24. c. Canem mortuum perſequeris. Non exiſtens. Matth. 22. c. Mar. 12. c. Non eſt Deus mortuorum.

Perire interdum eſt, ceſſare. Iob. 8. c. Spes hypocritæ peribit. Damnari. 1. Reg. 14. c. Nec vult Deus perire animam. Deijci. pſal. 2. Et pereatis de via iuſta. Deſtitui. Iob. 3. a. Pereat dies in qua natus ſum. Exterminari. Exod. 9. c. Peribiſq; de terra. Negari. Iob. 11. d. Effugium peribit ab eis. Perdi. Gene. 31. f. Quicquid furto perierat. Reprobari. pſal. 1. Iter impiorum peribit. Mori. Num. 14. a. Vtinam pereamus.

Peccatum. Peccator. — Arno. ſ. pſ. 9. 105. Ori. ſ. Leui. ho. 12. & ſ. Num. ho. 9. & ſ. Iere. ho. 6. Philo. de profugis. Aug. epiſt. 85. 99. & ſ. pſ. 60. 70. 81. Cle Alex. 1. pæda. 2. Hier. ſ. Iſa. 26. Baſi. ſ. pſ. 33. Hila. ſ. Matt. cano. 8. Ori. ſ. Eze. ho. 1.

Mors attribuitur animæ, ſecundum quòd priuatur gratia, quæ vita eius dicitur: atq; ita moritur anima per peccatum, & mortua eſt anima exiſtens in peccato. Gene. 2. c. 3. a. 20. b. pſ. 6. 9. 111. 114. Iſa. 59. a. Et mortuus ad quem non intrat pontifex Chriſtus, eſt peccator. Leui. 21. b. Eze. 24. f. Mortui etiam, inter quos ſtetit Aaron, erant exiſtentes in peccato, inter quos ſtetit Chriſtus in primo aduentu, vt eos redimeret: in ſecundo vero ſtabit inter eos, vt iudicet, & ſeparet eos à bonis. Num. 16. g. Iere. 4. g. Mors autem repentina dicitur peccatum fere inuoluntarium ob deliberationis defectum: quod non contaminat ſacerdotem, niſi in præſens. Mortui autem, qui non viuificant, ſunt peccatores, aut idola. Iſa. 26. c. Dicuntur etiam mortui vt homines, qui peccant, vt fragiles. pſal. 81. Et mors peccatorum dicitur peſſima, quia nihil peius peccato, vel vita mala. pſal. 33. Ezec. 3. e. Luc. 15. b. Ioan. 5. d. Et mortui in aquis ſunt exiſtentes in multitudine vitiorum. Matth. 8. c. Et mortui, quibus euangelizatum eſt, ſunt exiſtentes in peccato. 1. Petr. 4. b. Et mortuorum ſacrificia ſunt peccatorum munera. pſal. 105. Et mortuus filius mulieris, quem ſuſcitauit Eliſæus, eſt peccator in eccleſia. 4. Reg. 4. c. Et mortui in ſingulis domibus ſunt, quando omnes peccauerunt. Exod. 12. e. Et mori in ſordibus, eſt mori in peccatis. Leui. 15. b. Moriuntur quoq; qui viuunt ſecundum carnem, hoc eſt, qui ſequuntur literam legis. Mortui autem ſepeliunt mortuos ſuos, quando exiſtentes in peccato ſepeliunt mortuos corpore. Luc. 9. g. Iob. 5. d. 6. a. 14. c. Mortuum dicitur eſſe domini ciſternæ, quando alicui imputatur lapſus alterius. Exo. 21. d. Moritur in tēpeſtate anima, quum in tribulatione excidit à gratia. Iob. 36. b. Et primogenita mors eſt peccatum ſuperbiæ, quod initium eſt omnis peccati. Iob. 18. c. Hoſe. 13. a. Zach. 11. b. Mortuum autem per ſe dicitur, quando quis ſua libidine, nemine impellēte peccat. Leui. 5. a. Viuens mortua dicitur vidua in delicijs viuēs propter peccatum. 1. Timo. 5. a. Dormientes quoq; ſecundum aliquos, intelliguntur, qui mortui ſunt morte peccati. 1. Theſ. 4. c. Interit de populis ſuis, qui peccat & à vita fideliū ſeparatur. Et mortes ciuium ſunt peccata. Leui. 21. a. Iſa. 48. d. 38. d. Eze. 34. a. pſal. 118. Apo. 8. c. Et pereuntes aſinæ Cis, ſunt peccantes baptizati. 1. Reg. 9. a. ſic pereuntes oues domus Iſrael. Et perijt ouis vna, quum genus humanum decidit in miſerias peccante Adam. Matth. 10. a. 15. c. 18. b. pſal. 9. De mortuo per peccatum dicitur Apo. 3. a. Nomen habes quòd viuas & mortuus es. Sic mortificare quærit impius iuſtum, quum eum nititur inducere in peccatum. pſal. 36. Et moritur in manibus alicuius, qui ſub eius cuſtodia peccat. Exo. 22. b. Interitus quoq; dicuntur ipſa idola. pſ. 9. Perire furto eſt peccare ex ignorantia. Gen. 31. f.

Mori in peccatis. Viuere ſecundum carnem. — Ori. ſ. Rom. 1. Gre. 4. mor. 20. & 12. mor. 5. & 14. mor. 8. & 26. mor. 29. Hier. Minerio & Alexandro. Hier. ſ. Matth. 18. Ori. ſ. pſ. 36. ho. 1. Arno. ſ. pſ. 9.

Ori. ſ. Rom. 4. Baſi. ſ. pſ. 114. Aug. 1. ſer. domini in monte. Gre. 4. mor. 19. Cyril. 7. ſ. Ioan. 23.

Solet poni triplex mortuus, inter eos, quos ſuſcitauit Chriſtus. Nempe mortuus in domo: vt filius Archiſynagogi. Matth. 9. c. Et deſignat eum, qui peccatum perpetrauit in corde. Et mortuus extra portam ciuitatis elatus, vt filius viduæ. Luc. 7. c. Et deſignat eum, qui peccatum iam opere expleuit. Mortuus autem iam in monumento poſitus, & quatriduanus, fuit Lazarus. Ioan. 11. b. Et deſignat eum, qui iam eſt in conſuetudine peccandi. Ab omni hac morte liberat Deus. pſal. 114. Rom. 4. c. Quartum vero mortuum, nunciante diſcipulo, agnoſcit dominus, ſed nō ſuſcitat: quia valde difficile eſt, vt js, quē poſt vſum malæ cōſuetudinis etiam ad vltimū

adulantium

Cyril.7.ſ.Ioan.5.

adulantiũ linguæ excipiunt,à mentis ſuæ morte reuocetur:vnde de his prædixit dñs.Luc.9.g. Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos.Et dr̃ perire de ouib⁹,qui ĩcidit ĩ deſperationẽ.Eze.34.b.

Peccatum.

Ori.ſ.Matt.ho.8.25 Hie. de veſte ſacer. Gre.23.mor.28. Aug.87.q.66.

Mortuum aliquando dicitur ipſum peccatum:vt mortuum ad quod non accedere debet ſacerdos,eſt peccatum, quod non debet admittere. Leui.21.b. Et mortua opera & verba, ſunt peccata.Et mortuorum oſſa ſunt opera quæ videntur iuſta,& non ſunt: vt homo mortuus nõ eſt homo.Matth.23.c. Mortifera quoq; dicuntur ipſa peccata,quæ mortem inferunt. Iob. 33. c. Mortuum autem erat peccatum ante legem:quia imputabatur,vel non apparebat: quod tradita lege reuixit,hoc eſt, apparuit.Rom.7.b.

Peccare.

Ori.ſ.Matth.ho.3. Ruper.ſ.Apoca. Ori.ſ.Leui.ho.9.& ſ.Iſa.ho.7.

Guſtant mortem,aut panem mortis,qui aliquod peccatum committunt: manducant autẽ, qui ſine fræno peccant.Matth.16.d.Et videtur grauius guſtare, quàm videre mortem.pſal.88. Et grauius videtur,quum mors aliquem ſequitur.Apoc.6.b. Peius autem, quum mors venit ſuper aliquẽ.pſ.54.Grauiſsimũ vero,quũ mors dicitur aliquẽ abſorbere. Mori dicitur anima viuẽs.Apo.16.a.quia viuere in peccato dicitur,quicũq; ſciẽter, & bono inuidẽs malũ operat̃.

Diabolus.

Hie.ſ.Iſa.28.&.ſ. Hoſe.13. Gre.4.mo.20.&.19 mor.2. Aug.ſ.pſ.48

Mors aliquando ſumitur pro diabolo.Iſa.28.d. Percuſsimus fœdus cum morte.Ipſe dicitur perditio & interitus.Iob.18.a.28.d.Apo.6.b.16.a.Hæc mors paſcit malos in inferno.pſal.48. De manu huius mortis liberat Deus.Hoſe.13.d. Mortui etiam dicuntur dæmones.Iſa.8.d.

Seculariter viuẽtes.

Hila.ſ.pſ.142. Aug.ſ.pſ.142.

*Mortui ſeculi*,ſunt ſeculariter viuentes.pſ.14. vel ſunt qui ex conditione propaginis Adæ moriuntur ob peccatum eius,qua ratione Chriſtus non computatur inter mortuos ſeculi: ſed dicitur ſicut mortuus ſeculi:ſicut factus eſt in ſimilitudinem carnis peccati.

Infidelitas.

Hila.ſ.Matt.cano.7 Hiero.ſ.Iſa.22.&ſ. Amos.7.

Mors peculiariter dicitur infidelitas.Et mortui infideles.Et mors Saræ,eſt infidelitas ſynagogæ.Gen.24.g.42.g.45.c. Et mors abortiui vel mulieris,eſt receſſus à fide. Exod.21.c.22.a. 28.f. Et mori ob contactũ montis,eſt incidere in hæreſim vel blaſphemiã. Exo.19.b. Atq; ita mortui ſunt decepti ab hæreticis. Iſa.22.a.Matth.8.c. Et alienatio à vero ſpecies quædã mortis eſt.Ephe,5.d.Perit,quod pendabat in paxillo,quum aliquis à fide Chriſti decidit.Iſa.22.g.

Hæreſis.

Ruper.5.ſ.Reg.27.

Mori in terra polluta,eſt multis cõtaminari erroribus.Amos.7.d.Mors eſt in olla,quum amaritudo hæreſis miſcetur ſacræ ſcripturæ.4. Reg.4.g.

Pœna vel temporalis vel æterna.

Hier.ſ.Iſa.9.&.ſ.Iere.9.&.ſ.Eze.18. Baſi.ſ.pſ.48. Gre.9.mor.45.46.

Mors aliquando ſumitur pro pœna,præcipue æterna. Exod.22.a.30.d.Iere.9.f. Thre. 1.g. Eze.18.a.Luc.7.b.Mors autem eſt ſtatus peccati in inferno:vmbra vero mortis eſt in hac vita. Iſa.9.a. Et morientes ſapientes, ſunt morte æterna puniti. pſ.48.Mori piſces ſiti, eſt malos in inferno ſine refrigerio puniri.Iſa.5.b. Et mortui ſempiterni ſunt,qui nullum ſperant ſolatium.

Damnari.

Beda.ſ.Pro.24. Ori.ſ.pſ.36.ho.5. Baſi.ſ.pſ.48. Hiero.ſ.Iſa.51. Gre.18.mor.7. Arno.ſ.pſ.9. Hila.ſ.pſ.67. Ruper.ſ.Ioel.3. Amb.ſ.1. Cor.10.& de paradiſ.9. Beda.ſ. Pro. 2.&.ſ. Exo.9.

Thre.3.a.Iſa.22.a.Iob.4.d. In inferno autem eſt caligo mortis:& vmbra mortis, hoc eſt,obtenebratio mentis.Iob.10.d.Ducuntur ad mortẽ, qui per peccatũ aut hæreſim gradiuntur ad inferos.Pro.24.b.Interitus etiã eſt mors æterna ſimul cũ temporali.Et interibũt reliquiæ impiorũ,quando corpus,*quod hic reliquerunt, in iudicio* detrudetur in infernũ. pſ.48.54.77. 134.Pro.2.d.Iſa.11.d.41.c.48.b. 1.Theſ.5.a. Interibunt habitatores terræ ſicut cœlũ, & terra: quia non deſinent eſſe,ſed mutabuntur,Iſa.51.b.Iob.27.c.33.d. Gen.45.c.47.d.Exo.9.a.12.e. 31.Leui.7.c.Pereuntes à ſerpẽtibus,ſunt puniti à dæmonibus.1.Cor.10.b. Occũbere dicuntur robuſti,quando ſuperbi mittuntur in infernum.Ioel.3.b. Peribit gens & regnum, quod non ſeruierit eccleſiæ.Iſa.6.c.Hoſe.10.d. Amos.1.c.6.c.Abdi.c. Perire dicuntur gladio,qui tentatione diaboli intereunt.Nahũ.3.c.Mors autẽ inferni dicitur mors ſecunda.Apo.20.d.

Mors decreto.

Ori.ſ.Exo.ho.4.& ſ.Leui.ho.9. Iſy.ſ.Leui.10.17. Cle. Alex.2. ſtrom. Ori.ſ.Iſa.ho. 1.5.& ſ.Matth.ho.31.

Morte autem mori eſt pœna temporali & æterna puniri.Leui.20.b.Mori dicuntur corã dño, qui ipſo condemnãte pereunt.Leui.10.a.16.a. *Mors etiã animaliũ Aegypti* deſignauit punitionem Aegyptiorũ,& ſimiliũ,qui colebant animalia bruta. Exo.9.a.28.f.Mors peccatoris, quã non vult Deus, eſt ignorãtia,vel mors æterna.Eze.33.c.Interit autẽ de populo ſuo,qui iam nõ cõnumeratur in populo Dei:ſed in infernum cum dęmonibus detruditur.Leui.17.b.

Deſtructio principatus diaboli.

Philo.q̃ de terior potiori inſidietur. Hie.ſ.Iſa.14.&epiſ. Et factum eſt. Beda.ſ.Exo.32. Chryſ.de verb. Iſa. ho.4. Gre. Nyſſe. de vita Moſis. Hie.ſ.Zach.9.

Mors Pharaonis eſt deſtructio *principatus diaboli:ideo ipſo mortuo* ingemiſcũt filij Iraeل: vt cõuertantur à ſubiectione peccati ad Deum.Exo.2.d.Eodem refertur mors quærentiũ animã Moſis.Exo.4.c. Sic mortuo Ozia vidit viſionẽ Iſaias:& Mortuo Achaz, hoc eſt, ſublato malo principe.Iſa.6.a.14.g.Mors Aegyptiorum in mari, eſt abiectio dæmonum & peccatorum in baptiſmo.Exo.14.g.Mori furem,eſt hæreticum excõmunicari: vel diabolũ ſuperari in ipſa tentatione.Exo.32.a. Mori principẽ Tyri morte incircunciſorum, eſt diabolum detrudi in infernum cum alijs. Eze.28.b. Sic occũbunt robuſti gentium.Ioel.3.b.Amos.2.a. Et dormiens rex Babylonis,deſignat eiectum diabolum,& mortuam eſſe mortem.Iſa.14.b. Et perit princeps de Gaza,quũ ſermo cõtrari⁹,& poteſtas diaboli perit in ijs, qui cõuertũtur.Zac.9.a.

Abiectio dæmonũ & vitiorum in baptiſmo.

Iudicari etiã in hac vita.

Hie.ſ. Eccleſiaſtẽ.7

*Moritur in tempore nõ ſuo*,qui per peccata prouocat Deum, vt etiam in hac vita recipiat iudicium.Ecclẽtæ.7.c.

Cõuinci hæreticos.

Hie.ſ.Amos.2.ſ.Iere.10.&.ſ.Ioel. 1.& ſ.Iſa.15

Moritur Moab cum ſonitu & clãgore tubæ, quum hæretici conuincuntur excelſis ſenſib⁹, qui in ſanctis libris clangoribus buccinæ comparantur.Amos.2.a.Et peribunt idola in tempore viſitationis ſuæ, quum hæreſes deſtruentur.Iere.10.c.Et perit vinum ab ore,cum ceſſant de ſenſiones hæreticorum aut voluptates.Ioel.1.b. Et interit viror Moab, quum pereunt verba ornata hæreticorum.Iſa.15.c.

Mori



Reſipiſcere.

Philo.2.allego. Ori.ſ.Num.ho.7.19 Ambr.ſ.Luc.9. Hiero.ſ.Eze.18. Aug.epiſ.59. Gre.ſ.1.Reg.14. Ori.ſ.Iſa.ho.15.&.ſ. Roma.6.

Mori dicitur aliquis peccato,quum relinquit ipſum peccatum.Rom.6.a.Ephe.2.a. Coloſ. 2.Iere.9.a.Sic mors eſt ceſſatio praue conſuetudinis:& mortui ex Iſrael ſunt apoſtoli& ſancti, qui mortui ſunt mundo,& in ipſo afflicti.Iſa.41.d.1.Cor.5.d.Gala.2.d. Et mortui qui laudantur.Ecclẽtæ.4.a.ſunt mortui mundo.Mori morte iuſtorũ eſt baptizari,ac mori mundo & peccato.Num.23.b.Hoſe.14.a.Amos.4.c.Et mors filij viduæ eſt, quæ fit per baptiſmum. 3. Reg. 17.c.

Baptizari.

Moritur aliquis abſq; retractatione, quum viuere in peccato mox vt innotuerit prohibetur : & quia non dimittitur iniquitas,donec quis moriatur peccato.1.Reg.14.f.Iſa.22.d. Et mors Oziæ,typus eſt mortis peccati,aut principis peccati in nobis:quo viuente non poſſumus videre viſionem.Iſa.6.a.Moriendi tempus eſt in hac vita, vt moriamur cum Chriſto.Ecclẽtæ: 3.a.Mortui Dei ſunt,qui mortui ſunt in domino:vel qui ſic ſunt in peccato,vt reſipiſcant. Iſa. 26.Et moritur conſecratum Deo,quando quis mortuus eſt peccato,& crucifixus mundo.Leui.57.d.Mors amara eſt extinctio voluptatis in carne: quæ amara eſt in principio cõuerſionis: 1.Reg.15.g.Mortificat autem dominus peccato,& viuificat per gratiam.1.Reg.2.b:Mortificat quidem prius à peccato:poſtea vero viuificat per gratiam:hoc autem facit dominus,non prędicator. Mortificat etiam dominus,quia populũ Iudæorum à cognitione veritatis ſeparat, & in perpetuum damnat.

Hiero. epiſ. Samuel quondam, & aduer. Iouinia.1. Ambr.de bono mortis.2. Hiero.ſ.Iſa.26. Iſy.ſ.Leui.27. Gre.ſ.1.Reg.15.& 8.mor.18. Ori.ſ.1.Reg.ho.1. Aug.13.ciui.Dei.4.

Mortificatio carnis.

Ori.ſ.Rom.4.

*Mortificare membra*,quæ ſunt ſuper terram, eſt pellere vitia à ſuis potentijs.Coloſ.3.a.Sic moriuntur oſſa,quum anima eligit ſuſpendium.Iob.7.c. Emortui Abraham & Sara genuerunt Iſaac:vt deſignetur gaudium ſpiritus,vel Chriſtum naſci in ijs, qui mẽbra ſua mortificauerunt.Rom.4.d. Interitus carnis, eſt eius caſtigatio, & pœnitentia contra libidinem.Et cum ſapientia carnis tranſit in ſpiritum:vt iam nõ quæ carnis ſunt ſapiat,ſed quæ ſunt ſpiritus.1.Cor.5.b. Et interit radix Philiſtęæ,quum delentur prauæ cõcupiſcentiæ.Iſa.14. g. Perire dicitur etiam impius,quum conuertitur ab impietate.pſ.9.Mors autem, quam expectant iuſti,eſt eorum,qui appetunt mortificari rebus ſeculi, & gloriæ temporalis vitã in ſe extinguere:& tamen non venit, quum compelluntur occulto Dei iudicio alijs præeſſe. Iob, 3.d. Mortuũ mare dici poterat, quum deficientibus aquis Iordanis nõ inundabat mare:ſic cõſciẽtia eſt mare mortuum,quando ceſſantibus concupiſcentiarum & tentationum fluctibus quieſcit in bono.Ioſu.3.d. Dormiens non timet,qui moritur ſecurus in gratia Dei.Pro.3.c. Sic moriuntur in nidulo ſuo,qui pacatiſsima quiete ad cœlum euolant:vel qui vitijs mundi & concupiſcentijs,*in carne non viuunt*.Iob.29.c. Et mors ſanctorum dicitur precioſa,quia tranſeunt ad vitam.pſal.115.Dicitur autem Deus eſſe mors ipſi morti: quia in electis totam mortem occidit.Hoſe.13.d.

Ambr.de pœnitẽ.2. Aug.cõtra Adimãt. 17.&.ſ.pſ.9.

Gre.5.mor.2.

Ricar.de.ſ. vict. de extermi mali.18.19. Beda.ſ.Pro.3. Gre.19.mor.24. Hiero.ſ.Iob.29. Baſi.ſ.pſ.115.

Perfectio.

Gre. 12.mor.8.&.35 mora.25. Ori.ſ.Gene. ho.11. ſ.Iudi ho.5. Aug.ſ.Ioan.trac.65 Beda.ſ.Gen.23. Ber.ſ.Canti.ſer.52.

Mors Saræ perfectionem virtutum, & carnis mortificationẽ ſignificare poteſt. Gen.23.a. Et mors Abrahæ perfectionem derelinquentis omnino mundum. Gen. 25.a.26.d. Et mors Ioſeph,eſt mortificatio carnis.Gen.50.d. Exod.1.a. Et mors Siſarę, eſt mortificatio carnalis hominis.Iudi.4.d. Et mortuus Iob plenus dierum deſignat eum,qui in æternitatis cõtemplatione abſorbetur,&c. Iob.42.d.Sicut hæc mors dicitur eſſe fortis dilectio:quia deducit ad hanc mortem:hoc eſt,ad carnis mortificationem & *virtutum perfectionem*.Canti.8.b. Mori Azotios,quum aggrauata eſt manus domini,eſt mori idololatriæ & vitæ veteri,Moriebantur quidem per morſum murium,hoc eſt,per diabolum. Sed cum aggrauatur manus domini,moriuntur deſerendo fętorem peccati:Nondum autem mortui ſunt, qui nondum plenã habent compunctionem.1.Reg.5.c.

Gre.ſ.1.Reg.5.

Mors Chriſti.

Gre.1.paſto.5. Epipha.1.de hæreſibus. Ori.ſ.Iudi.ho.2. Hiero.ſ.Ionam.4. Aug.ſ.Ioan.trac.51.

Mors Abrahæ paſsionem Chriſti & mortem ſignificauit.Gen.25.a.26.d. Mors etiam Saulis ab aduerſarijs interfecti idem deſignauit.1.Reg.31.b.Mors itidem Ioſeph in Aegypto mortem Chriſti in mũdo præfigurauit:poſtquam creuerunt fideles.Gen.50.d.Exo.1.a.Defunctus etiam frater ſine liberis,eſt Chriſtus, qui adhuc electorum ſuorum numerum non impleuit. Deut.25.b. Et mortuum,quod tetigerunt Iudæi,& immundi facti ſunt,eſt Chriſtus, quẽ crucifixerunt.Mors Ioſue deſignauit,quod Chriſtus mortuus eſt ijs,qui ſunt in peccato:viuit vero in ſanctis.Ioſu.24.f.Iudi.2.b.Gala.2.d.Viuo ego iam non ego,&c.Philip.1.c. Mihi viuere Chriſtus eſt.Hebræ.6.b. Crucifigentes filium Dei,&c.Et Matth.10.d.Qui cõfitebitur me,cõfitebor & ego eum:& qui negauerit me,&c.*Mortem* ſibi iudicauit meliorem Ionas,quàm vitam,deſignans mortem Chriſti,qua mundus eſt redemptus.Ionę.4.b.Mortuum granum frumenti,deſignat Chriſtum mortificatum in infidelitate Iudæorum.Ioan.12.c. Mori põtificem, eſt ceſſare verbum Dei in anima:vel mori Chriſtum in redemptionem generis humani.Num. 35.d.Mortuus autem dicitur Chriſtus peccato hoc eſt,carni,quę erat ſimilis carni peccati.Dicitur aũt mortuus Chriſtus in cõſpectu hominum: reſurrexiſſe vero in conſpectu filiorum hominum:quia mors ad hominem pertinebat:reſurrectio ad filium hominis. Sicut enim in Adã omnes moriuntur,ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.1.Cor.15.c. Mortis filius dictus diues,qui tulit ouem pauperis, eſt Chriſtus pronuntiatus debere mori pro populo. 2. Regum. 12.b. Perire dictus iuſtus,eſt Chriſtus in paſsione,non ſecundum veritatem, ſed ſicut malis videbatur.Iſa.57.a.Iob.4.b.

Philo de profugis. Amb.de fuga ſecu.2 Hier.1. aduer. Pelagianos.&.ſ.Iſa.57. Gre.ſ.Eze.ho.6. Aug. enchir.ad Laurent.52.& epiſ. 120. cap.9.&.ſ.pſ.44. Ori.ſ.Iere.ho.8. Amb.apol.Dauid.5. Cyril 8.ſ.Ioan.13. Gre.5.mor.14.

Deficiens infirmis eccleſia.

Gre.14.mor.20.

Periens Iob deſtructus vndiq;, deſignat eccleſiam, quæ in infirmis perit, quando ipſa, quæ videbãtur fortia corruunt.Iob.19.b.Perit quoq; ſanctus de terra, quum boni deficiunt in eccleſia.

cleſia. Mich.7.a.

Ber.ſ.Cant.ſer.52. Gre.8.mor.23.&.12 mora.3. — Dormiunt Chriſto mortui.

Dormire dicitur puella mortua: quia Chriſto perinde ſe habent mortui, ac ſi dormirent. Matth.9.c.25.a. Mar.5.d. Sic dormiebat Lazarus. Ioan.11.b. Et mortui dicuntur dormientes. 1.Theſ.4.d.1.Cor.15.c.2.Mach.12.g. Et ſancti dicebantur dormire cum patribus. Gen.47.g. Et mortui dicuntur dormire in puluere, quia corpora in puluerem rediguntur. Et lignum moritur in puluere, quum iuſtus moritur in manibus perſequentium. Iob.3.c.7.d.14.b.27.d. Et diuites dormiunt ſomnum ſuum, quando moriuntur. pſ.75.

Hila.ſ.Matt.cano.9. — Prædicatio reſurrectionis.

Dormire etiam puellam & non mortuam eſſe, deſignat prædicationem reſurrectionis. Matth.9.c.

Hier.ſ.Iſa.14. — Māſiones apoſtolorum in gloria.

Dormiunt reges vnuſquiſq; in domo ſua, quū apoſtoli diuerſas habent manſiones in gloria. Iſa. 14. d. Et dicitur ibi mori puer centum annorum: vt deſignetur duratio perfectæ ætatis. Iſa. 65.d.

Ambr.epiſt.18. Beda.ſ.Gen.35. Geor uene. Canti.2. tono.7.cap.6. Ricar.de.ſ.victic.de 12.pr̄iarch. — Ceſſatio ſynagogæ. Conuerſio Pauli.

Mors Rachelis in itinere in partu Beniamin, deſignauit ceſſationem ſynagogæ in conuerſione Pauli. gene.35.c.48.b. Vel deſignat portionem ſuperiorem, quæ cum peperit Chriſtum, illiq; vnitur, dicit cum Paulo: Viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Chriſtus. Ipſi nanq; pleniſsimo & perfecto cedit portio, quæ ex parte eſt, & moritur, vt viuat in toto. Vel deſignatur ratio deficiens in contemplatione.

Gloſ.inter.ſ.Gen.21 — Cōuerſio Iudæorū

Mors pueri Iſmaelis, conuerſionem Iudæorum ad chriſtianiſmū adumbrat. Gen.21.d. quod nolebat videre Agar, hoc eſt, principes Iudæorum.

Ori ſ. Nu.ho. 22. & ſ. ol ho.12.&.ſ.matth ho.12. Hier.ſ.Iſa.59. Aug.16.cōtra Fauſt. 17.& ſer 75. Cyril.de recta fide ad reginas. Gre.ſ.1.Reg.4. Hier.ſ.aſa.22. — Ceſſatio ſynagogæ.

Mors Saræ ceſſationē indicat ſynagogæ, cui ſuccedit Rebecca, hoc eſt, eccleſia ex gētibus. Gen.24.g. Idem deſignat mors Debora. Gen.35.b. Et mors Moſis legis ceſſationem indicat. Num.27.c. Rom.7.b. Et mortuus frater maior ſine liberis, eſt euacuatus ſermo propheticus per aduentum Chriſti. Deut.25.b. Et mortuus vir prior eſt ceſſans litera legis. Rom.7.a. Iſa.59. c. Moritur autem Moſes in monte: vt deſignetur tunc prudentiam carnis mori, cum tanquam montis eminentia Chriſtus excelſus agnoſcitur: mortuus eſt etiā legi per Moſen datę, qui non operatur ea, quæ in ipſa tanquam in vmbris & typis veteribus erant deſinita, & hoc per legem fidei. Gala.2.d. Mors etiam Aaron ceſſationem veteris ſacerdotij ſignificauit. Num.20.d. Mortui etiam duo filij Eli, quum capta eſt arca domini, ceſſationem ſacerdotalis miniſterij veteris deſignarunt. 1.Reg.4.c. Iſa.22.e.

Gre.ſ.1.Reg.2.4. Ori.ſ.Nu ho.9.&.ſ. Ioſ.ho.25. Hiero.ſ.Eccl'ten.9. &.ſ Iſa. 29.&. ſ Iere.7.&.ſ.Eze.7.24. Gre ſ.1.Reg.4. Hil.ſ.Mat.cano.2.9. Aug.17.ciui.Dei.5. Ruper.ſ.Hoſe.14. — Infidelitas & pertinacia Iudæorum. Interit⁹ ſynagogæ.

Mori ſe dicens Eſau deſiderio edulij, ſignificauit pertinaciam Iudęorum. Gen.25.d. & mors Iacob typus fuit lapſus populi Iudæorum. Gen.46.d.50.a. Et mori magnam partē domus Eli, quum ad virilem ætatem peruenerit, eſt remanere in infidelitate multos ex Iudæis tempore aduentus Chriſti. 1.Reg.2.g. Idem eſt mors ipſius Eli, hoc eſt ſcribarum & ſacerdotum in errore perſeuerantium. 1.Reg.4.c. Et mortui inter quos ſtetit Aaron, dici poſſunt Iudæi ſine ſacrificijs. Num.16.g. Mortuus leo eſt populus Iudaicus, qui ignorat patrem & filium & ſpiritū ſanctum: neq; expectat aliquam remiſsionem. Eccl'tæ.9.b. Perijt ſapientia à ſapientibus, quum Iudęorum doctores excæcati ſunt. Iſa.29.e. Et perijt fides inter Iudæos: quia noluerunt credere in Chriſtum prophetatum, Iere.7.f. Perijt lex à ſacerdote, & conſilium à ſeniore: quum nec ſacerdotes nouerunt legem: nec ſenes dare conſilium. Eze.7.g. Non perijſſe autem legem à ſacerdote, &c. dicunt Iudæi & hæretici arrogātes ſuis ſacerdotibus ſapientiam. Iere.18.c. Mors vxoris Ezechielis, deſtructionem Hieruſalem ſignificauit. Eze.24.d. Mors nurus Eli, eſt ceſſatio & interitus ſynagogæ. 1.Reg.4.d. Et defunctus Herodes deſignat populum Iudæorum in paſsione domini diſsipandum. Matth.2.d. Et defuncta filia principis ſynagogæ, plebis Iudaicæ interitum deſignabat: quam dicebat Chriſtus non eſſe mortuam, ſed dormire, iudicans conuerſionem futuram Iudæorum in fine mundi: vel futuram reſurrectionem. Matth.9.c. Perire Samariam in gladio, &c. eſt deſtrui Iudæam. Hoſe.14.a.

Gre.ſ.1.Reg.2.

Mori duos filios Eli in vna die, eſt concurrere duos ordines ſacerdotum in morte Chriſti: vel eſt mori in proſperitate dignitatum: vel eſt breui ad inferna deſcendere. 1.Reg.2.g.4.c.

Gloſ.ord.ſ.Exo.14. — Mori icepto bono.

Mori in ſolitudine filios Iſrael, eſt mori incepto bono, vel non perueniendo ad perfectionem. Exod.14.d.

Gloſ.ord.ſ. Exo.28 — Pœna ſacerdotis nō prædicantis.

Mori Aaron ſi non audiatur ſonitus tintinabulorum, deſignat pœnam ſacerdotibus inſligēdam, ſi non prædicent. Exo.28.f.

Hier.ſ.Iſa.66. — Vermis conſcientiæ perpetuus.

Non morietur vermis malorum: quia ſemper in inferno eos mordebit cōſcientia. Iſa.66.g.

Ori.ſ.Iudi.ho.3. — Auſertur bonus iudex ob pc̄tā populi.

Mors Othonielis eſt ablatio boni iudicis ab eccleſia ꝑpter peccata populi: poſt cuius mortem ſubditi faciunt malum, & affliguntur. Iudi.3.b.

Gre.ſ.1.Reg.2. — Pœna ſuſcipiētis ordines indignè.

Mori magnam partem domus Eli, quum ad virilem ætatem peruenerit, deſignat malum eorum, qui indignè ſacros ordines recipiunt. 1.Reg.2.g.

Hier.ſ.Eccleſiatē.10. Ber.ſ. Cant. ſer.44. — Dęmones polluūt noſtra opera.

Morientes muſcæ in vnguento. Eccl'tæ.10.a. deſignant dæmones miſcentes immundiciam bonis noſtris operibus: vel ſunt carnales concupiſcentiæ, quæ cum mundo prætereunt.

Gre.ho.26. — Cōdemnare iuſtos.

Mortificant animas, quæ non moriuntur, qui iuſtos condemnant: & viuificant animas, quæ non viuunt, qui reum à ſupplicio abſoluere conantur. Eze.13.d.

Mors pecorum



Damnum pudicitię. — Aug.ſ.pſ.77.

Mors pecorum Aegypti damnum pudicitię figurare videtur. Concupiſcentiam quippe qua fœtus exoritur, communem cum pecoribus habemus. Hanc edomitam & ordinatam habere, pudicitiæ virtus eſt. pſ.77.

Amiſsio iuſtitiæ. — Aug.ſ.pſ.77.

Mors primitiuorum Aegypti, eſt amiſsio ipſius iuſtitiæ, qua quiſq; generi humano ſotialis eſt. pſal. 87.

Obſtinati. — Aug.ſ.pſ.87.

Mortui, quibus Chriſtus non facit mirabilia, ſunt obſtinati, quibus eius miracula non profuerunt. pſal.87.

Mori corpa ſctōrū. — Aug.ſ.pſ.101.

Perire dicuntur cœli, quum ſanctorum corpora moriuntur, poſtea renouanda. pſal.101.

Requies à malis. — Aug.ſ. Apo.ho.7.

Mors quam quærunt mali & non inueniunt, eſt requies à malis: vt ceſſantibus malis ipſi requieſcant. Apoc.9.b.

Cognoſcēs ſe ꝑditū — Gre.4.mor.28.

Perit egreſſus de vtero, qui poſtquàm ad apertam iniquitatem exijt: perditum ſe cognoſcit: perit enim ſuo iudicio, qui ſe perditum nouit. Iob.3.b.

Reprehendentes inferiores ſuperiores. Volētes iudęi ſeruari legē cū euāgelio. — Gre.5.mor.10.

Mortuus Oza, quum tetigit arcam domini, deſignat peccantes inferiores, quum ineptè reprehēdunt ſuperiores. 2.Reg.6.b. Vel deſignantur principes Iudæorum, qui volebant ſeruari legem veterem cum euangelio.

Timor cognoſcentis peccatum. — Gre.ſ.1.Reg.14.

Moriturum ſe dicēs Ionathas ob guſtatum mel, deſignat timorem cognoſcentis peccatum. Comminatio vero Saulis eſt timor etiam incuſſus menti prælatorum. Liberans autem Ionathan populus à morte, indicat culpam illam in alio morte dignam fore. 1.Reg.14.f.

Perire defectu verbi Dei. — Hie.ſ.Eze.5.&.ſ. Iere.5.&epiſ.beatitudinis. Gre.6.mor.18.

Mori fame, eſt defectu verbi Dei perire: & moriuntur fame Iudæi, quum inter eos non ſint prædicatores neque doctores. Iere.11.d.21.c. Et mortiferæ ſagittæ famis dicuntur, quum quis moritur deficiente verbo Dei. Eze.3.d. Ab hac morte famis liberat Deus. Iob.5.c. Iſa.5.d. Periens autem fame filius prodigus, deſignat gentiles pereuntes in erroribus, cum non haberent panem verbi Dei. Luc.15.d. Ad hæc pertinet mori corā Ioſeph deficiente pecunia. Gen.47.d.

Præteriēs figura huius mundi. — Aug.1.q.in euāg.32.

Mortua vxor ſeptem fratrum ſine liberis, deſignat præterire huius mundi figuram. Mat.22.c.

Corpora. — Tertul.aduer.Marcio.5. Arno.ſ.pſ.78.126. Aug.83.q.59. Hila pſ.30. Ambr.ſ.Rom.6.

Mortui pro quibus baptizantur, ſunt corpora. 1.Cor.15.d. Et mortalia ſeruorum Dei dicuntur corpora prius caſta. pſal.78. Dormientes quoque virgines ſunt morientes. Matth.25. a. Et ſomnus dicitur ipſa mors. pſal.126.130. Mortale autem corpus, quod in gehennam mittendum eſt, eſt totus homo. Rom.6.b.

Corruptio carnis ex peccato. — Ambr.de pœni.7. Aug.21. degen. contra Manichæ.21.

Mortuus quatriduanus deſignat corruptionem carnis, quę prouenit ex corruptione peccati: vnde Chriſtus non fuit mortuus quatriduanus, ſed triduanus, quia fuit ſine corruptione peccati. Ioan.11.e. Eccl'i.34.b.

Vita præſens.

Mortuorum regio dicitur vita præſens: vt regio viuorum eſt vita futura beatorum. pſ.114.

Periculū gentiliū. — Ambr.ſ.Luc.7.

Moriturus ſeruus Centurionis, niſi liberatus eſſet à Chriſto, deſignauit perituros gentiles, niſi Chriſtus eis ſuccurriſſet. Luc.7.a.

Hier. Aglaſiæ.

Mori pro iuſto erat in veteri lege: mori vero pro bono in noua. Rom.5.a.

Carnalis conſuetudo. — Aug.83.q.70. Rupert.ſ.Apo.

Mors contendens, eſt carnalis conſuetudo, quæ reſiſtit bonæ voluntati, delectatione bonorum temporalium fruendorum. 1.Cor.15.g. Mors, quæ vltra non erit, comprehendit omnes anguſtias mortalitatis. Apo.21.

Reſipiſcentia. — Gre.4.mor.28.

Mori dicitur in vulua, qui in occulta perpetratione peccati mox reſipiſcit, & ſe mortificat. Perit autem egreſſus de vtero, qui poſt apertam iniquitatem, ſe perditum recognoſcit. Iob.3.b.

Deſpectio iudęorū. — Gre.12.mor.3.

Moritur truncus in puluere, quando apud corda prauorum iuſti prædicatio deſpecta, cunctiſque viribus effœta creditur: & corpus iuſti inter manus perſequentium examinatur. Iob. 14. b.

Non præcogitata mors. — Gre.25.mor.1.

Mori dicuntur ſubito, qui antea mortem non pręcogitauerunt, nec ad eam ſe præparauerunt. Iob.34.c.

Falſæ ſuaſiones dæmonum. — Arno.ſ.pſ.34. Ambr.ſ.pſ.118.12.

Interitus laquei eſt, cum ſuadent dæmones fruſtra nos orare, & reliqua bona opera facere. pſal.34. Perire autem in humilitate, eſt deficere in abiectione. pſ.118.

Labi in hæreſim. — Ori.ſ.Num.ho.19.

Perire multitudinem, eſt in hæreſim labi. Exod.19.d. Leui.10.b. Et perire ſemen, ſeu extrema Amalec, eſt perire per doctrinas diaboli. Num.24.d.

Cōteri faſtum malorum. — Hier.ſ.pſ.9.

Perit memoria malorum cum ſonitu, quum ſuperbia & faſtus malorum conteritur: vel cum deſinunt eſſe mali ad prædicationem ſanctorum. pſ.9.

Mors ſanctorum eſt in eccleſia. — Ori.ſ.Matth.ho.26.

Non perit propheta extra Hieruſalem: quia prophetæ moriuntur exiſtentes in eccleſia. Luc.13.g.

Apoſtaſia à fide. — Arno.ſ.pſ.40.

Perit nomen alicuius, quum deſinit eſſe Chriſtianus, qui prius fuerat. pſal.40. Luc.15.e.

Sequi viam latam. — Hier.ſ.Iſa.26.

Intereunt in vijs ſuis, qui viam latam ſequuntur, Thre.4.a. Perire autem de via iuſta eſt, iam non poſſe habere viam iuſtam. pſ.2. Dicitur autem, perire iuſtus in iuſtitia ſua, quum is, qui ſibi iuſtus videbatur, cum ſua iuſtitia perit. Eccl'tæ.7.c.

Impediri propoſitū morte. — Hier.ſ.Iſa.27. Gre.10.mora.23.

Pereunt cogitationes hominis, quum per mortem impeditur homo, ne faciat quod cogitauerat. pſal.145. Et pereunt naues Chartaginis & fortitudo earum, quum ceſſant machinamenta & defenſiones mundi. Iſa.23.a.

Non fugere vitia. — Arn. & Hil.ſ.pſ.14.

Perit fuga à nobis, quum non fugimus fornicationem & cætera vitia, quibus pennæ animæ grauantur.

Ambr. de fuga ſecu. Gre. 10 mor. 23. Hiero. ſ. Amos 5. 2.

Chriſtus captus. Non valere effugere iudicem.

grauantur. pſal. 141. Perijt fuga à Chriſto in paſsione: quia ſe capi permiſit. Dicitur autem perire effugium à malis, quando in iudicio ſe ſolummodo & iudicem conſpicient. Iob. 11. d. Et perit fuga à paſtoribus, quum non poſſunt euadere vindictam Dei. Iere. 25. g. Sic perit fuga à veloce. Amos. 2. d.

Hiero. ſ. Iob. 3. Gre. 4. mor. 7.

Tranſire mortalitatem.

Perire diem in qua natus eſt, optabat Iob, hoc eſt, vt tranſiret mortalitas, in qua natus erat, vt ueniret ad immortalitatem. Vel deſignat apoſtatam ſpiritum, qui in viuendi eſſentia, etiam moriendo ſubſiſtit: quem perditio vitæ non ſubtrahit: quia in æterno dolore poſitum ſeruando mors immortalis extinguit. Qui iam à beatitudinis gloria deiectus, adhuc optatur vt pereat: vt videlicet retruſus dignis ſupplicijs, etiam tentandi licentiam amittat. Et hoc eſt perire, non vt non ſit, ſed vt malè ſit. Iob. 3. a.

Lyra ſ. Iere. 4. — Deficere prælatos.

Perire dicitur cor regis, quum prælati deficiunt. Iere. 4. c. Aut dolent de lapſu ſubditorum.

Gloſ. inter. ſ. Iſa. 56. — Perpetuitas fideliũ.

Non perit nomen quod dat Deus. Iſa. 56. b. Sic nihil perijt de poſſeſsione filiorum Iſrael. Exod. 9. b. Seruantur enim chriſtiani, legem Dei cuſtodientes, in gloria æterna.

Mori quaſi nihil remaneat poſt mortem, eſt iuxta Epicureos. Iſa. 22. d. Comedamus, & bibamus: cras enim moriemur.

Mors idololatrarũ.

Mors piſcium Aegypti. Exo. 7. d. eſt mors eorum, qui ſeruierunt creaturæ potius quàm creatori.

Gloſ. inter. ſ. Exo. 8 — Deleta figmẽta poetica.

Mors ranarum in Aegypto. Exo. 8. d. eſt deletio figmentorum poetarum.

Gloſ. o ſ. Exo. 22.

Mori animal præſente domino. Exo. 22. c. eſt peccare ſubditum, non ex negligẽtia paſtoris.

Gloſ. ord. ſ. Iere. 21. — Iudicium Dei.

Mori in gladio. Iere. 11. d. 21. c. eſt feriri ſententia diuini iudicij.

Perire hæreſi.

Mori peſte. Iere. 21. c. Eze. 33. f. eſt per hæreſim perire.

## *Morticinum.*

MOrticinum dicitur, quod ſua ſponte mortuum eſt, abſque ſanguinis effuſione, aut alia exteriori violentia. Et cadauer hominis morticinum dicitur. Iere. 9. f.

Ori. ſ. Leui ho. 3. Aug. q. in Num. 33. Hier. ſ. Eze. 4. 44. Iſy. ſ. Leui. 5. 17.

Peccator. Actio prua. Vita in peccato.

Morticinum dici poteſt peccator, qui eſt per peccatum mortuus: & actiones prauæ: vel vita in peccato. Leui. 5. a. 7. c. 11. b. 17. d. 21. b. Nu. 19. c. Eze. 4. d. 44. g. Morticinũ autẽ ponitur duplex: quædam dicuntur pecora, quædam abominationes: Morticinum autem pecus, eſt homo per inſipientiam peccans, & pecudum contra legem vitam ducens: qualibus ait Dauid: Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Abominationes autem immundæ, veluti canes & ſimiæ, & quæcunq; talia, quæ etiam ab infidelibus colebantur: per quæ deſignantur idololatræ, & in alio malo viuentes: vt in dolis & rapinis. Et morticina idolorum ſunt errores & peccata hæreticorum. Iere. 16. d.

Mortale corpus.

Morticinum aliquando dici poteſt ipſum mortale corpus.

## *Mortarium, Mortariolum.*

MOrtarium eſt, in quo res, quæ reſoluendæ ſunt, ac comminuendæ piſtillo teruntur.

Philo. de cõgreſſu. &c. Ruper. 1. ſ. Num. 18.

Gratiarum actio. Chriſtus.

*Mortariola* aurea, ſeu acerræ, quæ obtulerunt principes Iſrael incenſo plena, deſignant gratiarum actionem, pro doctrina accepta à Deo: Ideo erant ſiclorum decem. Num. 4. a. 7. c. Vel deſignãt Chriſtũ ab apoſtolis prædicatum, cuius corpus de virgine aureum, orationibus precioſum, paſsione contribulatum.

Geor. vene. Canti. 1. tono. 6. cap. 10. — Vis iraſcibilis.

Mortariola etiam in quibus conteruntur dura, vim iraſcibilem indicant: qua contra vitia, & ſeipſum peccantem iratus homo duros affectus, duraq; opera, & obliqua in puluerem redigit.

## *Morus.*

Diabolus.

MOrus eſt arbor, quæ poſtrema floret: nec ſe lædi à frigore ſinit: cuius fructus morũ dicit.

Ambr. ſ. Luc. 17.

Morus prius producens fructum album, qui poſtea rubeſcit, ac demum fit niger, diabolum ſignificat: qui natura prius albus & rubeus erat: ſed culpa factus eſt niger. pſ. 87. Luc. 17. b.

## *Mos, uide Conſuetudo.*

## *Moſeroth.*

Hiero. de manſio.

MOſeroth, id eſt eruditio, vel diſciplina, vel vinculum: vigeſima ſeptima manſio filiorum Iſrael in deſerto: quo peruenitur poſt Haſmona. Deſignat feſtinandum eſſe ad magiſtros & ad vincula charitatis. Num. 33. d.

Ori. ſ. Matt. ho. 27.

Iuxta Origenem dicitur Maſaloth, & interpretatur excludens, & deſignat non dandum eſſe locum diabolo.

## *Moſes.*

MOſes, id eſt attractus, vel aſſumptus, ex aquis videlicet: filius Amram & Iochabed: fuerat à parentibus expoſitus in carecto fluminis: vnde aſſumptus eſt à filia Pharaonis: & adoptatus: Poſtmodum eduxit populum Iſrael de Aegypto cum fratre ſuo Aarõ: eiſq; dedit legẽ in mõte Sinai acceptam à Deo. Demum mortuus eſt nõ ingreſſus in terram promiſsionis.

Moſes



Mercurius interpres Dei

Geor. vene. canti. 1. ton. 4. cap. 15.

Moſes ſic dictus eſt, quia ſumptus ex aquis propter aquam ſapientiæ, quam ei Deus impartitus eſt. Et ſolet indicare Mercurium, quia naturam ſapit aqueam. Nam vt hęc lauando aufert obtegentem maculam: vt appareat nuda rei forma: Sic ille Hermes verus interpres amouet teſtam extranei idiomatis, obſcuritatem ænigmatum & parabolarum, aut cuiuſcunq; detruſi ſermonis difficultatem: & aperiens ea, quę in penetralibus arcanis Dei & naturæ recondita ſunt, nudam offert veritatem contuendam.

Lex. Peritia legis

Ori. ſ. Exo. ho. 4. 11. & ſ. Leui. ho 6. & ſ. nu. ho. 6. 9. 12. 20. 26 27. & ſ. cant. ho. 2. Arno. ſ. pſ. 104. Tertu. adu. Iudæos Amb. 2. de Abra. 10. & ſ. Luc. 9 Aug. q. in num. 33. & epiſ. 1. 19. Cyril. 3. ſ. Ioan. 3. Gre. ho. 33 Beda. ſ. Exo 5. Geor. vene. canti. 2. ton. 3. cap. 18

Solet Moſes paſsim eſſe figura veteris legis, vel peritiæ legis: cui coniungitur Aaron, hoc eſt ſacerdotium: ideo reprehendebat facientẽ iniuriã proximo: quia lex reprehendit peccantes. Exo. 2. c. 14. a. 19. a. 24. a. Sic quũ lauit Aaron, eſt lex, qua mundantur ſacerdotes. Exo. 29. a. Leui. 1. a. 8. a. 10. a. num. 25. a. 32. b. 33. a. deut. 34. a. Ioſu. 8. f. 11. d. pſ. 76. 104. 105. Matth. 17. a. Ita ſumitur pro lege. Luc. 16. g. Habent Moſen & prophetas. Et Moſes accuſat Iudęos, hoc eſt, lex. Ioã. 5. g. quos accuſat quando moritur: quia mors eius ſignum fuit ceſſationis legis. Et quum adduxerunt ad eum vaccam ruſam, deſignauit id, quod Iudæi dicebant de Chriſto: Ipſum ſecundũ legem debere mori. num. 19. a. Vt autem ei ſucceſsit Ioſue, deſignat legem, cui ſucceſsit Chriſtus. Et iratus Moſes eſt lex iubens puniri malos. Exo. 16. e. Vt erat Moſes impeditus lingua, deſignat legem, quę muta fuit gentibus. Et vt venit ad percutiendum Aegyptum plagis, eſt lex caſtigans vitia. Et vt congregauit populum ad puteum, eſt lex congregans ad fidem. num. 21. d. Et vt orando ſedit in lapide, eſt lex quieſcens in eccleſia. Exo. 17. c. Vt etiam apparuit in transfiguratione cum Chriſto, lex eſt dans teſtimonium Chriſto. Luc. 9. d. Vt ſe oppoſuit Core & ſotijs eius, eſt lex opponens ſe erroribus, & docens hominem ſcientiam & amorem Dei. num. 16. b. Vt duxit Aethiopiſſam, eſt lex, quæ extenſa eſt ad gentes: vnde poſt ductam Aethiopiſsã dicitur ei loquutus Deus ore ad os per incarnationem verbi Dei. num. 12. a. Moſes non dedit terram quæ erat citra Iordanẽ, ſed extra, pecoribus aptã, deſignans legis imperfectionem, quæ non dabat promiſsiones, niſi terrenas, relinquens cœleſtes Chriſto. nu. 32. b. Vt aduocauit Leuitas ad puniendos malos, lex eſt, per quam condemnantur tranſgreſſores. Exo. 32. d. Vt cupiebat videre faciem Dei, lex eſt, quæ non videbat, niſi ſub velamine. Exo. 33. d.

Ori ſ. num. ho 21. Amb. de Elia. 22. & ſ. pſ. 118. ſer. 8.

Chriſtus

Baſi. de ſpũ ſan. 14 Gre. Nyſ. d vi. Mo. Tertu. adu. Marci. 2. Cyril. de trinita. 1. Aug. 22, contr. fauſt. 90. & ſer. 86 Beda, ſ. Exo. 2, Ber. ſer. 1. octa. Paſc. & ſ. can. ſer. 16. Cyril, 4 ſ. Ioan. 40, & 8. cont. iulia.

Moſes vt fuit filius mulieris Hebrææ, ſed adoptatus à filia Pharaonis, typus eſt Chriſti, qui fuit filius ſynagogæ, ſed aſſumptus ab eccleſia. Et vt fuit abſconditus, & euaſit à nece, qua alij infantes occidebantur: ita Chriſtus latuit mundo, & euaſit à cęde Herodis infantes occidentis: & habet nomen ab aqua propter baptiſmum, quem inſtituit Chriſtus. Et occidit Aegyptiũ hoc eſt, diabolũ. Vt etiã voluit pacificare rixantes Hebręos, typus eſt Chriſti, q duos populos in vnam fidẽ & charitatẽ coniunxit. Et vt dicitur mediator & legiſlator: & orauit pro populo, deſignat Chriſtũ legiſlatorẽ & mediatorẽ pro genere humano intercedentẽ. Et Moſes iratus, eſt Chrs reprehendens vitia. Exo. 2. c. 4. a. 16. a. 17. a. 24. a. 32. a. 34. a. Vt autẽ erat populo in his quæ ſunt ad Deũ, & diſtribuebat iudices, Chrs eſt *in primis diuina* curans, & dans miniſtros eccleſiæ. Exo. 18. b. Et vt cõbuſsit vitulũ, Chrs eſt deſtruens idololatras & ipſam idololatriam. Exo. 32. b. Sanctificauit Moſes tabernaculum: & Chriſtus eccleſiam. Exo. 40. b. Vt vnxit Aarõ & vaſa tabernaculi, Chrs eſt ſecundũ diuinitatẽ, vngens ſe ſecundũ humanitatẽ, & ſuos. Leui. 8. b. Vt ſtetit in cõfractione ad placãdũ Deũ, Chrs eſt in paſsione verè placãs Deum. pſ. 105.

Prælatur Prædicator.

Gre. ſ. 1. reg. 7.

Moſes vt paſcebat oues, ſignificat prælatum aut prędicatorem: quorum typum in multis locis gerit. Et vt erat populo in his, quæ ſunt ad Deum, deſignat epiſcopum, qui debet præcipuè diuina curare. Vt etiam conſulebat dñm in tabernaculo, eſt prȩlatus colligens ſe, vt contemplationi & orationi vacet. Sed vt fecit moram in monte, ſignificat prælatum, nimium contemplationi vacantẽ: qui etiã orauit pro populo: vt debet prælatus pro ſubditis intercedere. Exo. 3. a. 4. a. 18. b. 24. a. 32. a. 33. a. Vt etiã defendit puellas, & adaquauit oues, typus ẽ doctoris, Exo. 2. c.

Ioannes Baptiſta — Lyra. ſ. Exo. 3

Vt fuit miſſus ante legem nouam, deſignare poteſt Ioannem Baptiſtam miſſum ante Chriſtum. Exo. 3. a. 4. a.

Contemplatiui perfecti — Gre. Nyſ. de vi. Mo. Glo. or. ſ. Exo. 19

Moſes aſcendens in montem, contemplatiuos & perfectos deſignare poteſt: quorũ munus eſt terrena deſpicere, & ad cœleſtia ſemper eleuari. Exo. 19. a. 20. c. 24. a.

Homo interior — Lyra. ſ. Exo. 14

Moſes vt reprimebat Iſraelitarum puſillanimitatem metuentium Aegyptios, typus eſt interioris hominis, qui debet exteriorẽ ad bona opera inducere. Exo. 14. d.

Mens — Philo quod deteri. potio. inſi. & de migr. Abrahæ

Moſes vt erat impeditus lingua, ſignificat mentẽ, quę eſt ſine ſermone: vnde datur ei Aarõ vt ſit os eius, hoc eſt, ſermo menti, qui interpres ſit ipſius mentis. Exo. 3. d. 4. d.

Opera cultui Dei coniuncta. Lex cũ prophetis. — Hie. de manſio. Gre. ſ. Eze. ho. 12 Cyril. de ado. in ſſ.

Moſes vt eduxit populum Iſrael de Aegypto ſimul cum Aaron: deſignat opera cultui Dei coniuncta: cum vnum ſine altero non ſufficiat ad ſalutem. nume. 33. a. Deſignat etiam legem & prophetas, qui conantur populum ab Aegyptiaca ſeruitute liberare, & tunc populus magis affligitur à diabolo. Exo. 5. d. Deſignat etiam ipſam legem, quam mittit Deus in cordibus nřis, vt egrediamur de Aegypto.

Senſus ſpũalis & literalis — Hie. ſ. Mich. 6. & ſ. Sopho. 2. Iſy. ſ. Leui. 13.

Vt etiam coniungitur Moſes Aaron vt interpreti, ſignificare poteſt ſenſum ſpiritualem cõiunctum literali, & legem ſpiritualem, quę miſſa eſt à Deo. Exo. 4. d. Leui. 13. a. Mich. 6. a. Vel ẽ diuerſo ſignificat ſenſum literalem, cuius interpres eſt ſenſus ſpiritualis.

1 Cum

Dion. de myſ. theo. — Dantes operã theologiæ.

Cum autem mundatur Moſes cum populo,& poſtea aſcendit in montem,vbi loquutus eſt cum Deo,&c. Typus eſt dantium operam theologiæ,qui debent mundari,&ad ſuperiora ſemper aſcendere.Exo.19.a.d.

Beda.ſ.Exo.2. — Populus Chriſtianus.

Vt autem genitus eſt à viro de domo Leui,deſignat populum Chriſtianum à Chriſto regeneratum.Exo.2.a.

Lyra.ſ.Exo.5. — Religio.

Poteſt interdum Moſes figuram gerere religionis, nempe cum volebat educere populum de Aegypto ad ſacrificandum Deo in deſerto.Exo.5.a.

Aug.epi.112.&.2.de trini.17.&.16. cont. Fauſ.27.&.ſ.pſ.98.138. — Iudaicus populus

Aliquando Moſes typus eſt Iudaici populi:vt cum difficulter videbatur exequi imperium Dei:& quũ vidit poſteriora Dei,Iudæos deſignat,qui ſemper vidẽt poſteriora,nec vident reuelata facie.Et quũ percuſsit petram dubitãdo,vnde fluxit aqua ſitientibus,eſt populus Iudaicus,affigens Chriſtũ cruci:quẽ Dei virtutẽ eſſe non credidit:à quo tamen manarunt aquę redemptionis.Exo.3.c.4.a.17.b.24.d.33.d.40.b.Et vt non ingreſſus eſt terram promiſsionis,eſt populus Iudæorum,non intrans in eccleſiam Dei.num.20.b.

## *Moſoch.*

Hiero.ſ.Iſa.66.&.ſ. Eze.27.32.38. — Gentiles Hæretici

MOſoch.i.attrahens,vel prolongans,vel ſapiens:filius Iaphet.geneſ.10.a. Ab hoc orti ſunt Cappadoces,quorum metropolis,quæ poſtea ab Auguſto Cæſare eſt appellata Cęſarea, vſq; hodię lingua ipſorum,Mazacha dicitur.Vel interpretatur extenſio, ſignificans gentiles, qui obliti priorum,ad anteriora ſe extendunt,per fidem,ſpem,& charitatem.Iſa. 66.f. Vel interpretatur inſania,& deſignat hæreticos inſanientes.Eze.27.c.32.c.38.a.

## *Mouere, Commouere, Motus, Immobilis.*

MOuere & motus,notæ ſignificationis eſt:cõtingit autem motus, qui eſt à termino à quo ad terminum ad quem,vel ſecundum locum,vel ſecundum quãtitatem,vel ſecundũ qualitatem.Dicitur aũt motus ab Ariſtotele eſſe actus entis in potẽtia,ſecundũ ꝙ in potentia.

Gre.ſ.Eze.ho.5. — Applicatio diuinæ virtutis.

Motus Deo proprie competere non poteſt,cum ſit purus actus.Sed poteſt in Deo ſignificare applicationem virtutis eius ad aliquid:vt ſpiritus domini mouebatur ſuper aquas.geneſ.1.a. Et dicitur mobilis ſapientia:quia vbiq; omnibus adeſt ſpirituſſanctus, & omnibus obuiat.Et etiam quia licet quantum ad virtutes theologicas & morales,quæ ad vitam animæ neceſſariæ ſunt,ſtabilis maneat:tñ quantũ ad dona gratis data,modo adeſt iuſtis,modo abeſt. Sapi.7.d.

Gre.11.mor.17.&.3. mor.2. Hie.ſ.Ezech.3.&.ſ. Iſa.19. — Vindicta Dei

Commoueri dicitur Deus,quum rectitudinis ſuæ diſtrictione prauitatem humanam ferit. Iob.13.b.Et commotio diuinæ indignationis eſt grauitas diuinæ vltionis.Iere.23.e.Ezech.3.c. Dicitur etiam Deus mouere manum,quum caſtigat.Iſa.19.c.quia nos ferire niſi commoti neſcimus,ipſa diuina percuſsio commotio vocatur:& ad noſtra verba diuina voce deſcenditur, vt eius factum ab homine vtcunq; capiatur.

Arno.ſ.ps.59. — Terror iudicij

Commouet Deus terram,quando terrorem futuri iudicij infert: qui & montes commouere dicitur.*Et mouebitur terra de loco ſuo*,quum tranſmutabitur in iudicio.p̃s.59. 67.76. Iſa. 18.c.24.d.9.2b.Amos.8.c.Nahum.1.b. Agge.2.b.d.Mouebũtur etiam cœli & terra in iudicio, ad oſtendendã grauitatẽ irę iudicis.Iocl.3.c.Et dies ille dicitur commotionis.Amos.1.d.

Amb.epiſ.12.

Commouit etiam Deus terram in paſsione Chriſti:quando factus eſt terremotus.

Arno.ſ.ps.59. Aug.18.ciui.Dei.32 &.ſ.ps.59.67. Hie.ſ.ps 95.97.&.ſ. Iob.9. Gre.ſ.Eze.ho.10 — Caſtigatio corporis Pœnitentia Cõuerſio ad fidem. Tranſitus ad perfectionem Amaritudo in dulcedinem

Commouet quoq; Deus terram,quum affligit & caſtigat corpus alicuius.p̃s.59. Et commouetur terrã,quum quis dolet per pœnitentiam,& conuertitur:& etiam quum quis turbatur in tribulationiqus.Sic etiam cõmouetur mare,quum mundus reſipiſcit.p̃s.95.98. Ierem.8.f.10.b. Eze.32.b.Sic cõmota eſt terra,quum infideles venerunt ad fidem Chriſti. Haba.3.c. p̃s.17.67. Et cõmotio magna auditur poſt prædicatorem,quum eius ſermonem ſequitur luctus conuerſorum:Et rurſus ſequitur ſecunda commotio,quæ eſt fletus amoris.Eze.3.c.Commouet etiam Deus terrã de loco ſuo,quum hominẽ transfert à vita terrena ad meliorẽ ſtatum.Iob.9.a.Mouetur etiam mare,cum amaritudo huius mundi vertitur in dulcedinem. Et quum amaritudo legis per lignum crucis verſa eſt in dulcedinem euangelij.p̃s.97.

Hie.ſ.Agge.2. — Miracula egreſsionis de Aegypto, & paſsionis Chriſti

Commouit Deus cœlum,quando de cœlo audita eſt vox eius.Commouit terram, quãdo priori populo tradidit teſtamentum:& in aduentu eius turbo, caligo, tenebræ cernebantur. Mouit mare rubrum,quando viam præbuit populo tranſeunti.Mouit aridam, vel Aegyptum per plagas cultu Dei vacuam:vel ſolitudinem,per quam quadraginta annis circumduxit populum.Sic tp̃e paſsionis fugiente ſole motũ eſt cœlũ:& tenebræ factæ ſunt ſuper oẽm terram. Mota eſt terra,quum ſaxa ſciſſa ſunt,& ſepulcra reſerata.Motum eſt mare, dracone,qui in eo erat,interfecto.Mota eſt arida,hoc eſt, infructuoſa quondã gentiũ ſolitudo.In hoc aũt vniuerſitatis tremore,commotæ ſunt etiam oẽs gentes: quia in oẽm terram exiuit ſonus apoſtolorũ domini:& verba eorum vſq; ad orbis terminos penetrauerunt. Agge.2.b

Gre.9.mor.3. Aug.ſ.apo.ho.2. Ricar.de ſ.victo.de ſomni.Nabucho.24 — Diſperſio Iudæorũ

Cõmouit etiã Deus terram de loco ſuo:quũ plebs Iſraelitica de Iudęæ finibus euulſa,colla gẽtibus ſubdidit:q̃a ſubdi autori Deo recuſauit.Iob.9.a.Mouet etiã Deus cãdelabrũ de loco ſuo,quũ diſpergit populũ.apoc.2.b.6.d.Vel quũ bona boni operis intẽtio in malã cõmutat̃:vt quod



Deſtructio templi. — Rup.ſ.Amos.9.

quod prius agebatur ex veritate,fiat poſtea humano fauore.Commoueri ſuper liminaria templi,deſtructionem templi deſignabat.Amos.9.a.

Excitatio animi ad operandum — Baſi.ſ.pſ.28.ho.1. Gre.30.mor.7.

Commouet dominus deſertum Cades,quum fructificare facit animam ſanctam. p̃s.28. Et mouentur caſtra ad conciſum ſonum buccinæ:quia nimirum cum prædicationis ſermo ſubtilius ac minutius agitur,auditorum corda contra tentationum certamina ardentius excitantur.

Motus angelorum. Motus animæ. — Dionyſ. de diui. nomini.4.

Moueri ſane altiſsimi illi dicuntur ſpiritus,circulariter quidem, dum æternis illis principio ac fine carentibus,pulchri,ac boni fulgoribus coniunguntur.Per rectam vero lineam,quando ad inferiorum prouidentiam prodeunt,recta omnia peragentes.Reflexe autem,& inferiorum prouidentiam agentes,in ſua identitate,nuſquam diſcedendo perdurant, circa identitatis autorem pulchrum ac bonum indeſinenter choream ducentes.Porro animę quidem motus circularis ingreſſus eſt in ſe ipſam ab exterioribus omnibus,ſpiritaliumq; ſui virium vniformis glomeratio,veluti orbe quodam,& vt nuſquam aberret largiens,eamq; ab extimis, erroribuſque plurimis conuertens & colligens:primum in ſe ipſam,deinde vt vniformem effectam ſingulariter coniunctis virtutibus iũgens.Atq; ita ad pulchrum illud & bonum ducens, quod ſuper omnes ſubſtantias eſt, vnum atq; idem,principioq; & fine carens. Oblique vero mouetur anima in quantum ſibi ipſi conuenienter diuinas notiones non ſpiritualiter & ſingulariter,verum rationaliter & latius,ac veluti promiſcuis tranſitorijſq; actionibus haurit.Recta vero linea mouetur quum non in ſe ingrediens,neq; ſingulari ſpiritus effectu acta (hoc enim eſt, vt dixi, in orbem moueri.)ſed ad ea quæ ſunt circa ſe prodiens, ab exterioribus veluti à quibuſdam ſignis varijs ac multiplicibus ad ſimplices atq; coniunctas intelligentias promouetur.

Proficere. — Amb.ſ.Luc.21. Hie.ſ.Ecclſten.10.

Moueri dicuntur etiam virtutes cœlorum,quum quis in melius proficit. Luc.21.f. Et commouentur cuſtodes domus,hoc eſt,vel angeli in iudicio,vel coſtæ hõis deficiẽtes in ſenectute.Eccl'tę.12.b

Eiectio mali plati. — Rup.ſ.apoc.2.

Mouet Deus candelabrum angeli de loco ſuo,quum eijcit prælatum peccantem à ſua dignitate.apoc.2.a.

Virtus ſpũſſancti in baptiſmo. Cõmotio Iudæorũ adueniente Chriſto — Chry.ſ.Ioan.ho.35 Auguſ.ſ.ps.70.&.ſ. Ioan.trac.17. Rup.5.ſ.Ioan.

Motus aquæ in piſcina deſignat virtutem ſpirituſſancti in baptiſmo.Ioan.5.a.Quia vero fiebat deſcendente angelo,deſignauit commotionem populi Iudæorum adueniente Chriſto,& aduerſus ipſum Chriſtum.

Ira Contemptus. Compaſsio. Eleuatio mentis — Hie.ſ.Iſa.37. Gre.13.mor.3. Rup.ſ.Nahum.3. Geor.vene.canti.ton.6.cap.34

Motus capitis ad conſuetudinem nimis iraſcentium,& inuidia ęſtuantiũ refertur:nam quoties furore ſuccendimur,turbulenta capitis motione cõminamur.Sæpe etiam mouere caput fit per contemptum.Iſa.37.d.Iere.18.c.thre.2.e.Mouet etiam caput erga miſeros,qui mentem ad compaſsionem inflectit.Iob.16.a.Nahum.3.b.Si moueatur caput noſtrũ (portio videlicet illa *ſuprema in arce reſidens*)in obiectum deificum,vel bonum aliquod:mouetur & ipſum omniũ præcipuum caput,& omnium bonorum largitor Deus attrahens,& deducens, iuxta illud ſaluatoris:Nemo venit ad me,niſi pater meus traxerit eum. Præuenit enim aliquando Deus, vt ait propheta:Miſericordia eius præueniet me.Sed aliquando ipſe Deus exquirit,vt nos primo moueamur,ſicut ſcriptum eſt:Conuertimini ad me,& ego conuertar ad vos.Mouetur tunc & ille,qui factus eſt caput corporis eccleſiæ:ſicut ipſe omnibus proteſtatur, dum ait: Venite ad me omnes,qui laboratis & onerati eſtis,& ego reficiam vos,benigne ad vos veniendo, vobiſcumq; manſionem faciens.

Expellentes Iudæi Chriſtum — Hie.ſ.Mat.27. Aug.ſ.ps.40.

Mouerunt caput Iudæi,hoc eſt,Chr̃m,quũ ipſum nõ modo nõ receperũt,verum etiã expulerunt dicentes:Tolle,tolle,crucifige eũ.Et mouerunt caput,quia amiſerunt ſapientiam.p̃s.21. Mouebant autem capita ſua,qui iam antea pedes mouerant, & non ſtabant ſupra petram. Et quia verum caput non habebant,ideo mouebant capita ſua.Matth.27.d.Et mouere dicuntur capita ſua,qui onera ſua ferre nolunt,neq; leue iugum Chriſti ſuſcipere.

Inſultantes Iudæis. Tranſitus à litera ad ſpiritum — Amb.ſ.pſ.118.ſer.19 Hie.ſ.Iſa.29

Cõmotio capitis in populis fuerunt Iudæi,quũ ipſis diſperſis inſultatur:& quia tranſitur de ſenſu literali ad ſpiritualem.Qua ratione fideles dicuntur mouere caput,quia tranſtulerunt legem à ſuo ſtatu ad ſpirituale gradum.p̃s.21.43.thre.2.e.Matthæ.27.c.Moueri autem dicuntur Iudæi,non ab ebrietate, quum non quieſcunt in vero ſcripturarum de Chriſto ſenſu: ſed varios & inconſtantes ſibi fingunt.Iſa.29.c.

Venire ad fidem — Gre.35.mor.10

Mouere etiam caput eſt,quum per formidinem veritatis tacta mens ab inſenſibilitate ſua quatitur,& ad cognitionem fidei credulitatis greſsibus appropinquat. Sic mouent caput Iudæi venientes ad fidem.Iob.42.c.

Dubitatio apoſtolorum. — Gre.ſ.pſ.37.

Cõmoti dicũtur pedes Chriſti,hoc eſt,apoſtoli in paſsione,quũ in fine dubitarũt.p̃s.37.

Deficere fortes — Aug.ſ.pſ.81

Moueri dicuntur montes,quum fortes deficiunt.Iere.14.f.Et mouentur fundamenta terræ, quum diuites admirantur conuerſionem infidelium ad fidem,vel ipſi conuertuntur.p̃s.81.Cõmouebuntur aũt montes,ſed non fœdus Dei cum eccleſia.Iſa.54.c.

Perturbatio gentiliũ aut Iudæorum Fluctuãs vulgus Perſecutiones — Amb.epiſ.12. Arno.ſ.pſ.95. Aug.ſ.pſ.88 Gre.9.mor.5.

Motus terræ perturbationem gentilium ac Iudæorum ſignificare poteſt. p̃s.45. Agge.2.b. Et moueri mare eſt fluctuare vulgus.p̃s.95.Motus etiam fluctuum perſecutiones gentium aut Iudæorum ſignificant.p̃s.88.97.Commouentur quidem fluctus maris, ſed non prętereũt terminos ſuos.Iere.5.c.Commotio autem magna ſuper terram erit in aduentu Gog, hoc eſt, tẽpore Antichriſti.Eze.38.f.

*Aug. ſ. apoc. ho. 6. / Hie. ſ. Eze. 26 / Ori. ſ. Iſa. ho. 6. — Timor infirmorum*

Commouentur inſulæ, quum ij timent, qui in hoc ſeculo à fluctibus maris tunduntur. Eze. 26. c. ps. 47. Et mouebuntur de loco ſuo, quum in vltima perſecutione, vel fideles fugient, vel mali cedent. apocal. 6. d. Moueri etiam dicuntur muri à ſonitu equitum, & rotarum, quũ quis in tentationum impetu vacillat. Eze. 26. b. Et commouẽs ciuitates diaabolus deſignat perturbationes & ſcandala, & perſecutiones, quas excitat contra eccleſias. Iſa. 10.

*Hie. ſ. Ezech. 3. & ſ. Iſa. 7. — Terror de caſu luciferi.*

Commotæ dicuntur gentes, à ſonitu ruinę cedri: quia caſus luciferi omnibus innotuit, & terrorem incutit cogitantibus. Eze. 26. c. Commotio quoq; magna eſt conſideratio iudiciorũ Dei. Eze. 3. c. Commotum etiam dicitur cor populi domus Dauid, ſicut mouentur ligna ſyluarũ à facie venti, quum fideles timent inualeſcentibus hæreticis. Iſa. 7. a.

*Ori. ſ. Iudi ho. 7. & ſ. pſ. 37. ho. 2. & ſ. Iere. ho. 2. / Arno ſ. pſ. 11. 35. / Baſi. ſ. pſ. 61. / Aug. ſ. pſ. 72. 92. / Hie. ſ. Amos. 8 / Aug. ſ. pſ. 35. & 6. muſices. 16. / Hie. ſ. Iere. 14 — Peccare*

Motus terræ aliquando eſt peccare: & commoueri eſt cadere in peccatum, vel periclitari. ps. 37. 45. 65. 124. Iere. 51. a. Sic non commouetur orbis terræ, quem Deus firmat, hoc eſt, fideles qui firmantur à Deo. ps. 92. Et mouentur ſicut ebrius, qui peccant timore, aut alia perturbatione, vt Petrus. ps. 106. Et moueri amplius eſt cadere impetu tentationis, vel deſperare. ps. 12. 16. 35. 61. Commoueri etiam pedes eſt incidere in peccatum per conſenſum. ps. 72. 93. 120. Iere. 4. a. Commouentur autem à mari vſq; ad mare, qui in varios feruntur errores. Amos. 8. c. Et mouet manus peccatoris eum, quem diabolus, aut quiuis alius conſentire facit in peccatum. ps. 35. Mouent etiam pedes ſuos mali, cum variant affectus erga res creatas. Iere. 14. b.

*Baſi. ſ. pſ. 32. / Amb. de bono mortis. 12. — Sequi imperiũ Dei.*

Commoueri à Deo eſt ſequi imperium Dei. ps. 32. Mouemur etiam in Deo quaſi in via, ſecundum qꝺ ab ipſo ſuſtentamur & dirigimur. acto. 17. f. Sic non mouebat quiſpiam manum aut pedem in Aegypto abſq; imperio Ioſeph, qui typus eſt Chriſti. gen. 41. f.

*Hila. ſ. pſ. 61. — Permanere in Deo.*

Non moueri etiam eſt in Dei veri adhęſione relictis erroribus permanere. ps. 61. 120.

*Hie. ſ. Sopho. 2. — Admirari / Contemnere / Operari*

Mouere manum contingit admirando, vel contemnendo, vel etiam operando: vt Sopho. 2. d. Omnis qui tranſit per eam, ſibilabit, & mouebit manum ſuam.

*Amb. de Ioſeph. 10. — Chriſtus turbans ſe ipſum*

Commota viſcera Ioſeph ſuper Beniamin, deſignant Chriſtum, qui ſeipſum turbauit. Geneſ. 43. g.

*Ori. ſ. Mat. ho. 25. — Admiratio angelorum de Chriſto*

Commota vniuerſa ciuitas ingrediente Chriſto, deſignat admirationem cœleſtium ſpirituũ ingrediente Chriſto in cœleſtem Hieruſalem. Matth. 21. a.

*Gre. 3. mor. 11. — Proſtrans diabolus hominem.*

Commouiſſe dicitur Satan dominum aduerſus Iob, vel aduerſus Chriſtum, vt affligeret eum quia in paradiſo primum hominẽ à iuſtitiæ culmine, inobedientiæ culpa proſtrauit. Niſi enim Adam primum per voluntarium vitium in animæ mortem traxiſſet, Adam ſecundus ſine vitio in carnis mortem voluntariam non veniſſet. Iob. 2. b.

*Hie. ſ. Iſa. 10. — Conatus in hæreticos.*

Mouere pennam eſt conari ad reuincendos ſeu vitandos hæreticos. Iſa. 10. c.

*Hie. ſ. Ezec. 26. & ſ. Iſa. 19. 40. — Cõmotio hæreticorũ & idolorũ ceſſatio.*

Moueri dicuntur muri ciuitatis hæreticorũ, quũ eorũ munimenta & rationes pertremiſcũt, & defendi vltra non valent. Eze. 26. b. Et mota ſunt ſimulachra Aegypti ingrediente Chriſto: quia ceſſauit idololatria: & hæreticorum dogmata diſſipantur. Iſa. 19. a. 40. e.

*Ori. ſ. Mat. ho. 24 — Meditari verba Dei*

Moueri verba Dei coram oculis, eſt per meditationem ea mobilia facere coram oculis mẽtis. deut. 6. b.

*Gre. ſ. 1. reg. 1. — Miracula pdicatorũ*

Moueri dicuntur labia Annæ, quum prædicatores eccleſiæ faciunt miracula. 1. reg. 1. b.

*Perſeuerare in pctõ*

Non moueri quempiam Aegyptiorum de loco in quo erat, propter tenebras, eſt perſeuerare in peccato, nec reſipiſcere. Exo. 10. f. Sic immobiles quaſi lapis ſunt, qui habent duritiam incredulitatis & obſtinationis. Exo. 15. b.

*Gre. 12. mor. 20 / Arno. ſ. pſ. 47 / Glo. ord. ſ. Exo. 28. — Vitæ præſentis ſtipendia quærere / Principes in Chr̃m. / Separatio intentionis & operis.*

Moueri dicitur ad quęrendum panem, qui vitæ præſentis ſtipendia quærit. Iob. 15. c.

Commoti reges fuerunt Herodes & principes Iudæorum aduerſus Chriſtum. ps. 47.

Moueri à ſe inuicem rationale & ſuperhumerale. Exo. 39. d. eſt ſeparare intentionem bonã ab operibus, quod minime eſt faciendum.

*Glo. ordi. ſ. Leui. 11. — Baptiſmus*

Moueri in aquis. Leui. 11. b. eſt habere baptiſmum.

Moueri in terra. Leui. 11. e. verſari circa terrena.

## *Mozel.*

*Hie. ſ. Eze. 27.*

MOzel, vel meuzal. i. ambulans vel vadens: nomen prouinciæ. Eze. 27. d. quod alij interpretes aliter interpretantur.

## *Mucro, uide Gladius.*

## *Mugire.*

MVgire eſt vocabulum fictitium, à voce boum.

*Gre. ſ. 1. reg. 6. — Domantes carnem cum labore.*

Mugientes vaccę clauſis vitulis domi. 1. reg. 6. c. deſignant eos, qui cum labore carnem renitentem domant: à recto tamen itinere non deflectunt. De quibus Roma. 7. d. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meę.

*Gre. 7. mor. 46. — Iudæi habẽtes Chriſtum.*

Non mugiens bos ante præſepe plenum. Iob. 6. b. deſignat plebẽ Iudaicam habẽtẽ iã Chr̃m natum: cuius gratia mugire non debebat. Sed mugitus dilatauit, quia legẽ tenẽs, & legis autorẽ





*Prædicatores cum doctrina.*

non videns, ſtans ante præſepe ieiunauit. Vel deſignantur prædicatores manentes in pręſepio ſanctæ doctrinæ, ſed ad claram viſionem anhelantes. De his Ioel. 1. d. Quid ingemuit animal, mugierunt greges armenti? quia non eſt paſcua eis.

## *Mulctare.*

¶ Mulctare eſt punire & condẽnare ad pœnam pcipue pecuniariam. 4. reg. 23. g. pro. 21. b.

## *Mulgere, Emulgere.*

*Percipere ſacrã doctrinam — Hie. ſ. Iſa. 66. / Beda. ſ. pro. 30*

MVlgere eſt lac è mammis exprimere.

Mulgere dicuntur, qui doctrinã ſacræ ſcripturæ accipiunt, vt alios doceant. Iſa. 66. d. Emulget autem vehementer, qui nimium curioſe ſcrutatur. Ideo elicit ſanguinem. pro. 30. d.

*Inchoatio nouæ vitæ. — Gre. 9. mor. 37*

Mulgetur homo ſicut lac, quando ſemen vnde generatur in matricẽ infundit. Iob. 10. b. Et mens nr̃a quum per ſancti ſp̃us gr̃am, ab vſu vetuſtæ conuerſationis abſtrahitur, ſicut lac mulgetur: quia in quadã nouę inchoationis teneritudine & ſubtilitate formatur.

## *Mulier, uide Fœmina.*

## *Multiplex, Multiplicare.*

MVltiplex eſt varias & multas plicationes habens. Multiplicare autem eſt multiplex reddere: aut ad maiorem multitudinem reducere.

*Varia includit ſapiẽtia — Aug. epiſ. 105 / Hie. ſ. Ephe. 3*

Multiplex dicitur ſpiritus ſapientiæ: quoniam multa ſunt, quæ habet. Simplex etiam dicitur quia non aliud quàm quod habet eſt. Sapi. 7. c. Multiplex etiam dicitur ſapientia in myſterio Chriſti: quia dum vagiebat in cunis angeli laudabant: dum Herodes perſequitur, magi adorãt &c. Ephe. 3. c.

*Multa præcepta ſub charitate. — Gre. 10. mor. 6. 7. 8.*

Multiplex dicitur lex oris Dei. Iob. 11. b. quia ſtudioſa ſolicitudine charitas in duobus exiſtens pręceptis ſe ad innumera extendit. Et cum vna & eadem ſit charitas, ſi mentem plenè ceperit, hanc ad innumera opera multiformiter accendit: & ſingulis rerum articulis non permutata congruit: & cauſis ſe variantibus, non variata coniungit. Vnde. 1. cor. 13. b. Charitas patiẽs eſt, benigna eſt, non ęmulatur, &c. Hoſe. 8. d.

*Multiplicatio doctrinæ per opera — Gre. 6. mor. 24.*

Multiplex fit ſemen iuſti, quando poſt membrorum macerationem, ac morum excellentiã, tantò ei fœcundius prædicationis verbum tribuitur, quanto hoc in eius pectore perfecti operis exaratione puenitur. Iob. 5. d.

*Ordines angelorũ. — Hila. ſ. ps. 67*

Multiplex currus Dei diuerſos indicat angelorum ordines. ps. 67.

*Apparatus diuitum — Hie. ſ. Eze. 27.*

Multiplex inſtrumentum Tyri, varium deſignat apparatum diuitum huius ſeculi, vel etiam hæreticorum. Eze. 27. a.

*Verba ſine ſenſu — Gre. 8. mor. 24.*

Multiplex ſpiritus ſermonis oris dicitur, quando verba in ore abundant, quum ſenſus inopia ſit in corde. Iob. 8. a.

*Multiplicatio imperij Chriſti — Hie. ſ. Iob. 29. / Gre. 19. mor. 24*

Multiplicatio Iacob in Aegypto deſignauit multiplicationem imperij Chriſti in mundo. gen. 47. f. 48. a. Multiplicauit etiam Iob dies ſicut palma. Iob. 29. c. deſignans Chriſtum, qui victor reſurrexit, & dixit apoſtolis: Ecce ego vobiſcũ ſum vſq; ad cõſummationẽ ſeculi. Palma tardè quidẽ pficit, ſed diu in viriditate ſubſiſtit: ſic credebat futurum eccleſia, qñ in pace fidei conſiſtebat: quæ tamẽ multis difficultatibus ad fidei ſtatum venit: & p collectione plurimorũ in eiuſdem fidei gloria diutius ſtare cõcupiſcit. Multiplicantur etiam dies in fœlicitate.

*Multiplicatio ecclẽ / Varia multiplicatio — Ori. ſ. Exo. ho. 1. / Arno. ſ. ps. 11. 64 / Hie. ſ. ps. 64. & ſ. Iſa 9. & ſ. Iere. 29 / Aug. ſ. ps. 138 / Gre. ſ. Eze. ho. 10 / Beda. ſ. Exo. 1.*

Multiplicatio filiorum Iſrael in Aegypto poſt mortem Ioſeph deſignauit multiplicationẽ Chriſtianorum poſt paſsionem Chr̃i: qui quo magis opprimebantur, eo magis augebant̃. Deſignatur etiam poſt mortificata membra, magnum fieri in tentatione prouentum. Et quia multiplicati ſunt ad opus luti & lateris, deſignant multiplicationẽ ad vitia corporis & animæ: vnde indigent liberatore. Exo. 1. b. Multiplicantur etiam amici Dei ſuper arenam, hoc eſt, ſuper omnia terrena. ps. 11. 138. Multiplicauit quoq; Deus ſemẽ Abrahę, hoc eſt, credentes. Exo. 32. c. Et multiplicauit gentem, hoc eſt, credentes ex gentibus. Iſa. 9. a. 51. a. Eze. 36. c. Multiplicantur quoq; in Babylone, quum fideles creſcunt bene operando in mundo. Iere. 29. b. 30. d. Et multiplicata genimina, ſunt vel credentes, vel dona ſpirituſſancti. ps. 64. Zach. 10. d. Et multiplicati à fructu frumenti, vini, & olei. ps. 4. deſignant abundantiam bonorum Chriſtianorum.

*Ditans Deꝰ hominẽ donis & operibꝰ — Hila. ſ. ps. 64. / Hie. ſ. Eze. 36 / Gre. ſ. 1. reg. 7.*

Multiplicat Deus locupletare terram, quũ multiplicibus donis & bonis operibus ditat hominem & multiplicata genimina ſunt multiplicati fructus bonorum operũ. ps. 64. Multiplicat etiam Deus fructum ligni, quum multiplicat bona opera. Eze. 36. f. Et multiplicati dies deſignant augmentum virtutum in anima. 1. reg. 7. a. Multiplicat etiam Deus in anima virtutem cõtra tentationes. ps. 137. Et multiplicat robur infirmis. Iſa. 40. g.

*Deducẽs ad glori / Flagellans bonos — Aug. ſ. ps. 70. / Gre 9. mor. 16, 43.*

Multiplicat Deus iuſtitiam ſuam, quum credẽtes in ſpe deducit ad rem: & quũ flagellat oẽm filium, quẽ recipit. ps. 70. Et multiplicare dicitur iram, quãdo videmus electos & pia agere, & crudelia multa tolerare. Vnde colligimus diſtrictus iudex quãta illic feriet diſtrione, quos re p bat, ſi hic ſic cruciat, quos amat. Iob. 10. c. Dicit̃ etiam Deus multiplicare vulnera ſine cauſa.

Iob.9.b.quum eos interdum percutit,quos reatus proprij arbitrij non addicit: vt infantem in originali mortuum condemnat.Multiplicat etiam Deus dolores Euæ , quum augetur dolor in ſenſualitate ad bene operandum.gen.3.b.

Philo.2.allego.
Gre.11.mo.13.

*Multiplicat* Deus gentes,& perdit.Iob.12.b.quum eas & per fœcunditatem ſobolis extendit,& tamen in propria infidelitate derelinquit. — Relinquens multos in infidelitate

Hie.ſ.Hoſe.12.
Aug.13. cõfeſ.24.& 1.doctr.chriſtia.1.

Multiplicauit Deus viſiones prophetis:quia varijs modis ſe illis manifeſtauit.Hoſe.12.c. — Manifeſtatio Dei.

Multiplicantur aues,quum dilatantur verba ſacræ ſcripturæ.Et quum multiplicantur homines intellectu ad ſuperiora tendentes:vel res in ipſo intellectu.gen.1.c. Multiplicat etiã Deus argentum,quum dat copiam verbi.Hoſe.2.b.Multiplicantur item panes,dũ diſtribuuntur.Nõ multiplicantur autem,dum integri ſunt:quia doctrina,cum diſtribuitur,creſcit. — Dilatari verba ſcripturæ. Eleuari mente

Ori.ſ.gen ho.1.
Baſi.Exae.ho.11.
Hila.ſ.ps 66.
Amb.de Noe.24.
Gre.35.mor.16.
Iſy.ſ.Leui.26.
Hie.ſ. Nahum.3.& ſ.Eze.16.
Rup.6.de glorific. trini.15.

Multiplicatio iuſti fit ſecundum perfectionem virtutum,& abundantiam bonorum operũ, & per augmẽtum eccleſię.gen.1.d.9.a.17.a.47.f.48.a. Multiplicantur autem in ſenecta vberi: quia cum eorum vita differtur,ſemper ad melius fortitudo producitur:eiſq; per augmenta temporum creſcunt etiam lucra meritorum.ps.91.Multiplicat etiam nos Deus,quum in vno pręcepto facit nos implere plura.Leui.26.b.Multiplicari etiam dicitur vt locuſta,qui tot ſibi parat virtutes,quot prius habebat vitia.Nahũ.3.d.Multiplicata Hieruſalẽ eſt anima virtutibus abundãs.Eze.16.a.Multiplicari à fructu frumẽti,vini,& olei.ps.4.In bonum ſumi poteſt. — Perfectio virtutum & operum.

Hie.ſ.ps.17.
Gre.ſ.1.reg.1.

Multiplicatio ſignorũ in Aegypto,multiplicationẽ miraculorũ Chri in mundo ſignificare põt.Exo.7.a.Sic multiplicauit Deus fulgura,hoc eſt,miracula per ſctõs & pdicatores.ps.17. — Miracula Chriſti

Multiplicans Anna preces eſt eccleſia orans pro conuerſione Iudæorum: & orans ſine intermiſsione,hoc eſt,ſine diſtractione.1.reg.1.b. — Orãs eccleſia.

Hie.ſ.Eze.16.
Aug.ſ ps.4.
Rup.6.de glorific. trini.15

Multiplicatio Iſmaelis deſignat incrementum populi carnalis Iudæorum. geneſ. 16.c.17.c. Multiplicata quoq; Hieruſalem erat,quum abundaret bonis tẽporalibus & ſpiritualibus.Eze. 16.a.Multiplicantur etiam à fructu frumenti,vini & olei ſui.ps.4.qui dediti temporalibus voluptatibus ſemper ardeſcunt cupiditate,nec ſatiari poſſunt:& multiplici atq; ęrumnoſa cogitatione diſtenti,ſimplex bonum videre non ſinuntur. — Incrementũ Iudæorum carnalium.

Gre.33.mor.18

Multiplicare dicitur Leuiathan preces ad Deum.Iob.40.d.quando videlicet dęmones rogabant Chriſtum,ne mitteret eos in abyſſum:aut quum membra diaboli dicent in iudicio:Domine domine nonne in nomine tuo prophetauimus,&c. — Rogãtes dæmones Chriſtum

Hie.ſ.Iſa.22.&.ſ.ps 75.
Aug.epiſ.59
Ori.ſ.Eze.ho.7.

Multiplicatæ ſciſſuræ domus Dauid,ſunt multiplicata ſchiſmata in eccleſia.Iſa.22.c.Et multiplicare fornicationes,eſt augere vitia. Ezech.16.c.23.c. Multiplicatæ quoq; infirmitates,ſunt multiplicata vitia:vel multiplicata idola apud gentiles.ps.15.Multiplicat etiam Ephraim vaſtitatem,hoc eſt,hæretici errores & vitia.Hoſe.12.a.*Multiplicare* etiam teſtamenta in terra Chanaan,eſt relicto pacto Dei *facere pacta* cũ dæmonibus.Eze.16.d.Et multiplicãt hæretici altaria,quũ vnũ altare eccleſię diuidunt,in quo eſt vna fides,& vnũ baptiſma. Hoſe.9.c.10.a. — Multiplicata ſchiſmata in eccleſia. Hæreſes

Hila.ſ.ps.68

*Multiplicati* inimici ſuper capillos dicuntur,vel numerantur,vt prędeſtinati:vel quia plures ſunt mali quàm boni.ps.37.39.68.Et multiplicabunt in iudicio interfecti à domino:quia multi apparebunt condemnati.Iſa.66.e. — Innumeri mali.

Gre.18.mor.7
Hie.ſ.Haba. 2. &.ſ. Nahũ.3.&.ſ.Iſa.66.

Multiplicata eſt gloria diuitis in hoc mundo:quod pręcipuẽ dicitur de hæreticis. ps.48.Et multiplicantur filij impiorum,quum augentur ſequaces hæreticorũ.Iob.27.b.Et hæretici multiplicant vrbes munitas,quum ſuas augent rationes.Hoſe.8.b.Et multiplicant pigmenta , quũ multis verbis errores ſuos exornant.Iſa.57.b.Et multiplicant non ſua diabolus , hæreticus,& Antichriſtus:qui congregant,quos non pepererunt.Haba.2.b. Multiplicat etiam negotiationes ſuas Niniue,quum quis addit peccata peccatis.Nahum.3.d.Multiplicari homines in terra, in malum ſonat,& in vitio eſt.gen.6.a. — Gloria malorum in malo. Augmentum hæreticorum. Ornatus errorum

Ori.ſ.1.reg.ho.1.
Gre.ſ.1.reg.2.
Hie.ſ.eze.31.

Multiplicat loqui ſublimia,qui quęrit altiora ſe.1.reg.2.a.quod prohibetur Eccl'i.3.c.Altiora te ne quęſieris.Multiplicat etiam loqui ſublimia,qui plures facit Deos.Dęmones etiam multiplicant loqui ſublimia,dum varijs modis mundana perſuadere nituntur.Multiplicata arbuſta cedri deſignant multiplicatum imperium diaboli in hoc mundo.Eze.31.b. — Quærens altiora ſe

Hie.ſ.Eze.22.

*Multiplicant* viduas,qui multas animas à ſponſo Chriſto ſeparant.Eze.22.f. — Separantes animam à Chriſto

Hie.ſ.Iere.2.

Multiplicare herbam Borith,eſt augere pœnitentiam & verba correctionis.Iere.2.e.

## *Multus, Multitudo.*

MVltitudo dicit frequentiam & copiam:& in vniuerſum quandocunq; receditur ab vnitate deuenitur ad multitudinem.Multa autem opponuntur vni. Multus autem aliquando eſt diutinus.deut.11.b.*Multoq; in ea viuas tempore.Interminatus*.gen.4.a.Factum eſt poſt multos dies .Grauis.deutero.2.d.Populus magnus & multus.Innumerabilis.gene.50.d. Vt ſaluos faceret multos populos.Magnus.Exo.5.a.Multus eſt populus terræ.Omnis.ps.39. Multa feciſti tu domine Deus meus.Plurimus.gen.14.b.Habebat puteos multos bituminis.Varius. Exo.12.d. Vt multa ſigna fiant in terra Aegypti.

Multitudo



Immenſitas Dei.

Multitudo attribuitur Deo ad oſtendendam eius immenſitatem,quam ſimplici notitia nos aſſequi non valemus.Vt multitudo virtutis diuinæ eſt virtus eius infinita.ps.65. Eius eſt etiam multitudo gloriæ.Exo.15.a.Et dicitur multus ad ignoſcendum:quia multum parcit. Iſa.55.b. Multitudo autem miſerationum Dei,& viſcerum Dei , fuit in aduentu Chriſti. Et multitudo fortitudinis Chriſti oſtenſa eſt in reſurrectione.Iſa.63.a.b.Iob.23.b. — Hila.ſ.ps.65. Hie.ſ.Iſa.63.

Prædeſtinati. Fideles in eccleſia.

Multitudo ſtellarum dicit numerum prædeſtinatorum.ps.146.Multitudo autem hominum & iumentorum in Hieruſalem,deſignat doctos & indoctos in eccleſia:qui & multæ gentes dicuntur. Zach.2.b.Et multa familia Iob ſunt docti in eccleſia.Iob.1.a. Multitudo vrbis relicta erat Iudæa prius frequens fidelibus.Iſa.32.c.Et multitudo ciuitatis eſt multitudo fidelium in eccleſia.Iob.39.b. — Hier.ſ.Zach. 2.&.ſ. Iſa.32.&.ſ.Iob.39. Gre.1.mor.18.

Multitudo in montibus in bonum quidem ſunt fideles cum ſublimitate doctrinæ:in malum vero ſunt dæmones & hæretici cum ſuperbia.Iſa.13.a. — Hie.ſ.Iſa.13.

Genus humanum.

Multitudo genus humanum aliquando ſignificare poteſt.Exod.16.c.Leui.4.e.9.a.10.d.Et multæ aquæ ſunt populi multi.Eze.1.f.Et multitudo populorum promiſcuè , bonos & malos ſignificare poteſt.Eze.32.a. — Hie.ſ.Eze.1.32

Angeli.

Multus populus contra Sion erunt angeli in iudicio.Ioel.2.a. — Hie.ſ.Ioel.2.

Affectus cõpaſsiõis

Multitudo doloris & mœroris in anima,deſignat grauem affectum compaſsionis,& grauitatem paſsionis in eccleſia.1.reg.1.c. — Gre.ſ.1.reg.1.

Doctrina cœleſtis

Multitudo aquarum in cœlo affluentiam doctrinæ cœleſtis ſignificat.Iere.10.c. — Hie.ſ.Iere.10.

Mali.

Multi abſolutè ꝓ malis videt̃ accipi:q̃a recedũt ab vnitate diuina.Iſa.30.f.Et multitudo plurima ſectatores malorũ indicat.Exo.19.c.Et multi ſunt bellantes aduerſus Chr̃m.ps.55.Et multi infideles.Iſa.17.d.Multi quoq; paſſeres deſignant multitudinem confuſam infidelium. Matt. 10.d.Et multæ aquæ ſunt multitudo malorum hominum,& etiam dæmonũ & tentationũ. ps. 143.Iſa.8.b.23.a.Et multorũ pedũ animalia,eos deſignant,qui terrenis rebus & vitijs nimium hærent.Leui.11.f.Multæ etiã ſunt quadrigæ Aegypti:& quadrigæ regis Aſſyriorũ: quæ,& etiã multitudo Aegypti deſignant ſequentes viã latã.Iſa.31.a.37.c.Ier.38.a.Eze.30.a.32.d.Hoſe.10. d.Et multus populus ſunt ipſi dæmões.Ioel.2.a.Multitudo quoq; Tyri eſt vulgꝰ malorũ.Eze. 27.f.Iob.31.d.Et multitudo ciuitatis,quam contemnit onager,ſunt terreni homines viam latã ſequentes.Iob 39.a. — Philo.de mig. Abr. Hila.ſ.Mat.can.10. Hie.ſ.Iſa.8. &.ſ.eze 27.30.31.&.ſ.Ioel.2. Gre.30.mor.25.

Perpetua pœna

Multa ligna perpetuitatem pœnæ inferni deſignant.Iſa.30.g. — Hie.ſ.Iſa.30.

Fauor in malum

Multæ aquæ fauorem in malum ſignificare poſſunt: vnde radix cedri dicit̃ eſſe iuxta aquas multas.Eze.31.c. — Glo.ordi.ſ.Eze.31

Varia notitia

Multi dies dicuntur eſſe bonorum:ad quos pertinet vita æterna.Zach.8.a.Vel deſignant variam notitiam diuinæ legis & humanæ. — Lyra ſ.Zach.8.

Negligentia diuini cultus

Poſt multos dies obtulit Cain munera,deſignãs negligentes erga diuinũ cultum.gen.4.a. — Phil.de ſacriſi.Abel & Cain

Gentiles

Multis tẽporibus arreptus à dæmonio,deſignat gẽtiles,q̃ à diluuio vſq; ad aduentũ domini poſſeſsi ſunt à dęmõio.Luc.8.d.Exo.2.d.Multitudo quoq; maris gẽtilitatẽ ſignificat.Iſa.60.b — Amb.ſ.Luc.8.

Multus populus videt̃ Pharaoni populus Iſrael:quia diabolus ſemper iudicat ſeruos Dei eſſe multos:ideo conat̃ eos minuere.Exo.5.a.Multi aũt ſunt ſerui Dei poſt Chri paſsionẽ.Iſa.53. — Glo.inte.ſ.Exo.5.

Virtus diaboli

Multitudo virtutis gigantis,eſt fortis virtus diaboli.ps.32. — Glo.ordi.ſ.ps.32.

Abundantia ſciẽtiæ ſecularis

Multitudo diuitiarum deſignare poteſt abundantiam ſcientiarum huius ſeculi.ps.48. — Baſi.ſ.ps.48.

Multi filij erant ſynagogæ ante aduentum Chriſti.1.reg.2.a. — Gre.ſ.1.reg.2.

Principes gentium.

Multitudo paſtorum ſunt principes gentium.Iſa.31.b.Multitudo autem paſtorum deſtruxit vineam domini,hoc eſt,eccleſiam,per diuiſiones & ſchiſmata.Iere.10.c.

Vitia & errores.

Multitudo viæ Hieruſalem ſunt diuerſa vitia & errores.Iſa.57.b.Et multitudo, quæ adducitur ſuper Hieruſalem ſunt diuerſa vitia,vel dæmones.Et etiam multitudo operum Tyri. Eze. 16.c.27.c.Ad idem refertur multitudo ſeruitutis Sion.thre.1.a. — Hie.ſ.Iſa.57.

Confidentes hæretici in multitudine.

Multos ſe dicunt hæretici & perſecutores eccleſiæ,quaſi in multitudine cõfidentes. Eze.33. e.In multitudine horum conſumitur veſtimentum eccleſiæ.Iob.30.c.quia dum multi ſunt qui cruciant,deſtruuntur plurimi,qui ipſi eccleſiæ connexione amoris inhęrebant. — Gre.20.mor.24.

Superbia luciferi

Multitudo negociationis luciferi fuit,q̃ñ nõ fuit contentus ſcientia & gradu ſuo.Eze.28.d. — Hie.ſ.Eze.28.

Mali miniſtri Dei.

Multa caſtra Dei dicuntur etiam dæmones & mali:qui eius voluntatem puniendo exequũtur.Ioel.2.c. — Hie.ſ.Ioel.2.

Multitudo donorũ.Iob.36.c.Vbi legit Gregorius,multitudo locorũ.Et exponit de multitudine prouinciarũ fidẽ amplectentiũ:quę nõ debent inclinare eccleſiã in elationẽ.Multitudo etiã locorũ eſt inquietudo diuerſarũ cogitationũ.Si autẽ legatur,multitudo donorũ,ſicuti legẽdũ eſt,tũc multitudo donorũ Dei nõ debet inclinare eccleſiã vel animã in elationem. — Gre.26.mor.34.36

## *Mulus, Mula, Burdo.*

MVlus qui & burdo dicitur,eſt quadrupes ex aſino & equa natus,vel è diuerſo.Mula vero eſt fœmina.Sũt aũt ſteriles tã interſe cõmixti,q̃; cũ alio gñere.Et ſi in aliquibus ꝓuincijs — Ariſt.6.hiſt.aĩal.24

l 4 generare

generare cõtingat:ſed aliq̃d imperfectũ.Sũt apti ad ferẽda onera:vnde & iumenta dicuntur.

Hiero.ſ.Iſa.66.&.ſ. Zach.14. — Sancti cõtinentes. Angeli

Muli in bonum,vt ſunt ſteriles,& ferunt onera,deſignare poſſunt ſanctos viros continentes,qui portant infirmos:vel ſignificant angelos.His mulis vtebatur Dauid,hoc eſt, Chriſtus. Tales quoq; mulos habebant reges Iſrael.Iſa.66.f.

Hie.ſ.Eze.8.27. Aug.ſ.ps.33. Gre.ſ.ps.31. — Brutales homines ſuperbi.

Mulus in malum ſignificat brutales homines,& ſuperbos,ſenſibus ſeruientes, & irrationabilibus oneribus ſe ſubijcientes.His mulis præpoſitus erat Doëg ſeruus Saulis. 1.regũ.21.c.ps.51. Ezech.28.c.

Hie.ſ.Zach.14. — Virgines carne nõ ſpiritu.

Muli etiam ſunt,qui virgines ſunt carne,& non ſpiritu:qui eunuchizantur non propter regnum cœlorum,ſed propter hominum voluptatem.Zach.14.c.Cum igitur iſti muli,& iſti eunuchi verſi fuerint in progeniem,audient per Iſaiam:Et ne dicat eunuchus,quoniam ſum lignum aridum,&c.Iſa.56.b.

Vterq; populus.

Burdones duo vtrunq; populum ſignificare poſſunt.4.reg.5.e.

## *Mundare, Mundus, Purgare, Purificare. Purus, Luſtrare.*

MVndare interdum eſt abluere.Leui.11.e.Et poſtea mũdabuntur.Abſoluere.ps.50. A peccato meo munda me.Purgare.1.Mach.4.c.Mundauerunt ſancta.Sanare.Matth.10.a.Leproſos mundate.Purgare item eſt emendare.Eccl'i.7.d.De negligentia tua purga te. Leuare, ſeu exonerare ventrem.Iudi.3.d.Forſitan purgat ventrem.Ventilare.Iudi.6.b. Purgaret frumenta.Mundus autem eſt ablutus,abſolutus,purgatus, ſanatus, terſus& politus. Item innocẽs.2.reg.3.c.Mundus ego ſum,& regnum meum.Purus.Leui.11.f.Aquarum cõgregatio mũda erit.Electus.gen.7.a.Ex omnibus animantibus mundis. (Zach.3.a.

Hie.ſ Zach.3. — Splendor diuinitatis Chriſti

Munda cidaris in capite ſacerdotis magni, indicat ſplendorem diuinæ maieſtatis in Chr̃o.

Hie.ſ.Mala.1. Gre.13.mor.11. — Eucharistia. Orões in eccleſia. Oro Chriſti.

Munda oblatio,quæ offertur Deo in omni loco,eſt Euchariſtia:Et orationes, quæ offerũtur in eccleſia.Mala.1.c.Et mundæ preces fuerunt Chriſti: qui etiam ꝓ perſecutoribus orauit. Iob.16.d.

Ori.ſ.Iſa.ho.6.&.ſ. Matth ho.27. Aug.de quanti.aiæ. Gre.12.mor.17. Amb.ſ.2.cor.7. Aug.ſ ps.18. — Libertas à vitiis. Cogitatio munda. Innocentia operum. Conſcientia pura. Purgari à vitijs.

Mundicies in anima eſt libertas à vitijs:& mundi ſunt, qui à ſordibus vitiorum ſunt liberi. gen.35.a.Leui.7.c.Iſa.52.d.Et cor mundum eſt anima ſine ſordibus vitiorum.ps.23.50.pro.20 b.Et mens habens cogitationes ſanctas,intellectuſq; diuinos,& carens errore. Item cogitatio ab omni cupiditate,ac fæce rerum mortalium cohibita.Matth.5.c.Et mundicies manuum eſt innocentia operationum.gen.20.b.Hæ purę manus ſunt leuandæ in oratione.1. Timoth.2.c. Iob.8.a.9.d.10.c.14.a.15.b.17.c.22.d.Et puriſsimum oleum eſt conſcientia pura. Exod.27.d. Mundari ab omni inquinamento carnis eſt ab omni vitio purgari.2.cor.7.a. Mundari autem à delicto maximo eſt purgari à ſuperbia.ps.17.

Hie.ſ.Ioel.3. Ori ſ.Iſa.ho.6. — Mundans Deus in lege noua. Pœna inferni

Mundat Deus ſanguinem eorum,quos nõ mundauerat,quum mũdat in euangelio, quos in lege peccantes immundos reliquerat.Ioel.3.d.Vel vlciſcetur ſeruorum ſuorum ſanguinẽ,: quẽ in martyrio pro nominis eius confeſsione fuderunt.Mundãs aũt vnus de Seraphim labia Iſaię eſt Chriſtus mundans peccata.Iſa.6.b.Mundat etiam Deus ſanguinem malorum,quẽ ipſi non mundauerant,quando punit in inferno eos,qui hic non egerunt pœnitentiam.

Rup.ſ.Ioel.3. Hie.ſ.Mala 3. Cyril.10.ſ Ioan.14 — Mundans per tribulationes

Mundat Deus quaſi aurum,& quaſi argentum,quando mundat per ignem tribulationis:& purgat filios Leui,hoc eſt,ſacerdotes.Mala.3.a.ps.11.Sic purgat palmites per tribulationem,vt plus fructus afferant.Ioan.15.a.

Hie.ſ.Iſa.35. Ori.ſ.Roma.13.&.ſ. Leui.ho.7 — Chriſtus. Anima Chriſti. Caro Chriſti.

Munda via,per quam nobis ambulandum eſt,eſt Chriſtus. Iſa.35. c. Mundiſsimum autem aurum animam Chriſti ſignificat.Leui.12.d.Mundiſsimus quoq; cibus primo dicit caro Chr̃i: deinde apoſtoli:ac demum diſcipuli.

Aug.q.in num.58. Hila ſ.Mat.cano.7. — Pœnitentia

Mundatio leproſi deſignat mundationẽ pctõris, q̃ fit per ſacramentũ pœnitentiæ.Idem deſignat mundatio domus leproſę.Leui.14.f.Mundat autẽ ſacerdos leproſum,quum pctõrem ad pœnitentiam recipit.Porro mundare idem eſt tunc,quod mundũ iudicare.Leui.13.b.Emundatio quoq; ſeminiflui ad pœnitentiam pertinet. Leui. 15.b. Mundat autem Chriſtus leproſum, quum turbam curat pędicando:& quum ſua autoritate peccata remittit.Matth.8.a.Ad hæc refertur mundatio mulieris à profluuio ſanguinis.Leui.12.d.

Mundiſsima lepra,vide Lepra.

Aug.q in num.33. Hy,ſ.Leui.6. — Veneratio paſsiõis & reſurrectionis

Mundus locus,in quem effunduntur cineres,venerationem paſsionis & reſurrectionis Chr̃i ſignificat.Leui.10.c.Num.19.b.Deſignat etiam futurum iudicium ab omni corruptione mundum.Leui.6.b.

Aug.q.in num.33. — Mundities miniſtrorum Dei.

Mundus vir,qui colligit cineres vaccæ.num.19.b.eſt gentilis populus, qui mundus fuit à morte Chriſti:& colit memoriam paſsionis eius.

Aug q.in num.33 — Confeſsio

Mundus debet luſtrare immundum:quia miniſtri ſacramentorum debent eſſe mundi.Nu. 19.d.Ideo mundari iubentur,qui ferunt vaſa domini.Iſa.52.c.

Gentilis populus

Mũdat tẽplũ Iudas:quia per confeſsionẽ debet fieri mũdatio cõſcientiæ.1.Mach.4.e.Mundarunt



Fides. — Aug.ſ.ps.88.

darunt autem Leuitæ & ſacerdotes templum, anteq̃; rex Ezechias intraret: quia ſaerdotes debent mundare eccleſiam ab hæreſibus,vt rex eos ſequatur.2.paral.29.d.Emundatio,à qua deſtruxit Deus populum Iſrael, eſt fides, qua purificantur corda.Pſalm.88.

Orationes. — Hie.ſ.Eze.43.

Mundare altare eſt purificare orationes,vt acceptę ſint coram domino.Exo.43.f.Et purum thimiama ſunt orationes puræ.Exo.30.d.Iob.16.d.

Baptiſmus. — Hiero.ſ. Iſai.1.&.ſ. Eze.16.

Munda aqua baptiſmum ſignificare ſolet.Et mundat Deus ſanguinem Hieruſalẽ, quum delet peccata in baptiſmo.Exo.16.b.36.e.Atq; ita mundi ſunt,qui ſunt baptizati.Iſa.1.e.

Doctrina ſyncera. — Hie.ſ.Eze.32.

Puriſsima quoq; aqua ſignificat doctrinam ſine erroribus. Eze.32.c.34.c.

Mundum ſepeliri cũ Chriſto — Ori.ſ.Rom.6.

Munda ſindone obuoluitur Chriſtus,vt deſignet eum,qui cum Chriſto ſepelitur,nihil immunditiæ debere afferre.Mat.27.g.

Diſsipatio hæreticorum. — Hie.ſ.Eze.39.

Mundabit terram Gog domus Iſrael,quando fideles deſtruent hęreticos.Eze.39.c.

Glo.ord.ſ. Leui.12

Purificatio mulieris in partu maſculi fit quadraginta diebus,vt reſpondeat formationi pueri:in partu vero fœminæ fit octoginta diebus,iuxta fœminæ formationem.Leui.12.a.

Purgare vires animę — Ori.ſ.Ioſu.ho.22.

Purgare ſpatia in terra Pherezęi & Raphaim.Ioſu.17.d.eſt excidere arbores inutiles,& plãtare vtiles in animo.Purgatur autem,& non exterminatur:quia vires animæ non ſunt delẽdæ, ſed purificandæ.

Separatio malorum à bonis. — Amb.prolo.de ſpiritu ſancto.

Purgatio frumenti in torculari eſt ſeparatio malorum à bonis.Iudi.6.b.purgat quoq; triticũ oſtiaria,quando mentis cuſtodia diſcernendo virtutes à vitijs ſeparat.2.reg.4.a.

Cautio angelorum & prædicatorum. — Gre.1.mor.36. Gre 34 mor.4. Hie.ſ.Iob.41.

Purgantur angeli territi,ſublato diabolo.Iob.41.c.quia dum in eo naturæ ſuæ damna conſpiciunt,in ſeipſis iam cautius robuſtiuſq; conſiſtunt,purgãtur etiam angeli territi,hoc eſt,prædicatores ſancti,quos adhuc in ſuis corporibus tempus iudicij inueniet:quos ſpes de regni propinquitate lætificat:& carnis infirmitas de irę offenſione perturbat. Et hoc pauore excoquit, ſi qua ineſſe eis potuit leuium rubigo vitiorum.

Humilitas ſanctorũ — Gre.12.mor.17.

Cœli dicuntur non eſſe mundi in conſpectu Dei.Iob.4.d.15.b.25.a. quia ſancti ante diſtrictum Dei iudicium,licet prædicatores ſint munditiæ,tamen illud Ioannis agnoſcunt:Si diximus,quia peccatum non habemus,ipſi nos ſeducimus.

Mũdari à venialibꝰ. — Ori.ſ.num.ho.25.

Luſtrantur victores venientes è prelio.nu.31.c.quia q vicerunt dęmones,ex ipſo tentationũ contactu videntur nonnullam immunditiam contraxiſſe,qua mundantur in morte.

Imperfecta mũditia in hac vita. — Gre.9.mor.28.

Non dicuntur mundiſsimæ manus Iob,ſed velut mundiſsimæ: quia quouſq; pœna corruptionis aſtringimur, quanlibet rectis operibus veram munditiam nequaq̃; apprehendimus, ſed imitamur.Iob.9.d.17.b.

Perfecti. Imperfecti. — Glo.ordi.ſ.gen.7.

Munda animalia,quæ introducuntur in arcam in numero ſeptenario, perfectos deſignant: immunda vero in numero binario,imperfectos. Gen.7.a.Munda autem offeruntur Deo,quia omnem abominatur immunditiam.Gene.8.d.

Iudæa cũ ceremoĩjs

Mundata ſcopis domus,erat Iudæa cum ceremonijs legis.Mat.12.d.

Corpus mundum. — Hila.ſ.Mat cano.12. Amb.4.exae.1.

Mundare vaſa vini,de quibus Ambroſius.Quid prodeſt colere vineam, ſi vaſa non mundẽtur,vt vinum aceſcat? Mundum autem vas eſt corpus mũdũ & caſtum.Iſa.66.g.2.Timo.2.d.

Particeps peccati immundus. — Hie.ſ.Iſa.66. Ori.ſ.Leui ho.5.

Mundus tangens immundum fit immundus,hoc eſt,particeps peccati alterius, cum ei cõſentit in malo.Leui.7.c.

Mũditia exterior hypocritarum. — Ori.ſ.Matt.ho.25.

Mundant quod foris eſt calicis hypocritæ exteriora curantes: & hæretici exterius decipientes:& qui curam habent ornatus verborum ſine interiori commodo: & qui circa literam legis verſantur,ſpirituali ſenſu neglecto:& qui exterius curã habent corporis. Mat.23.c. Hi ſunt qui mundos ſe putant in hortis.Iſa.66.e.

Fætor peccati prodiens. — Gre.ſ.1.reg.5.

Purgare ventrem eſt in expletione peccati miſeræ famæ fætorem proferre.Purgans autẽ Saul ventrem in ſpelunca,in qua latebat Dauid, deſignat Iudęos fætorem odij ſui in carnem Chriſti euomentes.1.reg.24.a.

Quod purgatur non eſt totum inutile. — Amb.1.de pœnit.14.

Expurgandum dicitur vetus fermentum,non proijciendum: quia quod expurgatur, non in totum inutile iudicatur.1.cor.5.b.

Variæ tribulationes purgantes. — Glo.ord.ſ. num.31.

Purificantur quæ capiuntur ex pręda Madian, quædam quidẽ per ignem,quędam vero per aquam.num.31.d.vbi deſignantur variæ purgationes tribulationum, ſecundum vniuſcuiuſq; capacitatem,aut meritum.

Mundæ lanæ comparantur capilli antiqui dierum.Danie.7.c.

Gratia mundans. — Glo.ordi.ſ.Leui.15.

Purificationis dies à ſanguinis fluxu dantur ſeptem.Leui.15.d. deſignantes ſeptiformem gratiam ſpirituſſancti,per quam mundantur peccata.

Confitendum dubiũ peccatum.

Quæ pura ſunt,ſi fuerint ſuſpecta de lepra,lauari iubẽtur.Leui.13.g.vt ablata ſuſpitione peccati tutior ſit conſcientia.

Mũdus ab inani gloria. — Glo.int.ſ.Leui.13.

Mundus reputatur caluus,& recaluaſter.Leui.13.f.hoc eſt, qui ſine duplicitate fraudis prodit opera ſua,non reputatur inani gloriæ ſubiacere.

Mundari poſt veſperum.Leui.11.c.Videtur ſignificare mundationem ab omni corruptione, quæ fiet in reſurrectione.

Mundiſsimę

Mundiſsimę tincturæ, vide Tingere.

## *Mundus, Orbis.*

Ori.in diuer.ho.2. MVndus dicitur ornata totius vniuerſi machina, quę ex omni eo conſtat, quod cœli ambitu continetur. Dictus eſt à mundicia, ſicut Gręcis Κόσμοσ ab ornatu. Aliquando autem ſumitur mundus pro parte elementari ſeclusis cœlis. Solet autem poni triplex mundus: nempe ſenſibilis, qui eſt hic in quo viuimus, totam ſenſibilium machinam includens: Intelligibilis: qui eſt in angelis, & in ijs, quę ad ipſos pertinent: & mundus mixtus ex vtroq;, in homine, qui microcoſmos appellatur, hoc eſt, paruus mundus. Solet autem mũdus muliebris dici fœminarum ornatus. Mundus pręterea, ambitio. Ioan.15.c. Quia vero de mundo non eſtis. Conuerſatio. Ioan.8.c. vos de mundo hoc eſtis. Delicię.1.cor.7.f. Solicitus eſt quæ ſunt mundi. Humana ſapientia. Ioan.14.d. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Terra. Matth.4.b. Oſtendit ei omnia regni mundi.

Aug. Enchi. ad Laurétium.26. Mundus aliquando ſumitur pro genere humano: vt quum Ioſeph dictus eſt ſaluator mũdi, deſignans Chriſtum generis humani ſaluatorem. gen.41.f. Rom..5.b. Genus humanum.

Ori.in diuer.ho.2. Mundus dici poteſt ſacra ſcriptura: cuius veluti terra eſt ipſa hiſtoria: aqua vero moralis ſenſus: aer ſcientia naturalis: æther autem ipſa theologia. Sacra ſcriptura.

Ori.ſ.Rom.10. Baſi.ſ.ps.46. Hie.ſ.Iſa.14. Gre.ſ.1.reg.2. Aug. breuicu. colla. Orbis quandoq; ſignificare poteſt multitudinem fidelium, ſeu eccleſiam ex gentibus. 1.reg.2.b. Iob.9.b.34.b. ps.18.48.92. Iſa.14.d. Rom.10.d. Et cum ager dicitur mundus, in quo ſeminatur triticum, & ſuperſeminantur zizania. Mat.13.e. mundus ibi ſumitur pro eccleſia. Itidem quum dicitur. 2.cor.5.d. Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi. Eccleſia.

Ori.ſ.Iere.ho.5. Hie. Cypriano. Orbis etiam dicitur interdum anima, quam Deus inhabitat: vt quum dicitur Deus erigere orbem in ſapientia. Iere.10.b. ps.89. Similiter electi. Ioan.3.b. vt ſaluetur mundus per ipſum. Anima. Electi.

Ori.ſ.in diuer. ho.2. Hie.ſ.Eze.16. Mundus ad quem veniunt, qui illuminantur, eſt mundus virtutum. Ioan.1.a. Et mundus muliebris, in bonum, ornatum virtutum ſignificare poteſt. Eze.16.a. Ornatus virtutum.

Hie.ſ.Iob.9. Orbis etiam dicitur corpus humanum: quod portant, qui ipſum continent, ne in vitia defluat. Iob.9. Corpus humanum.

Aug epiſt.110. & 1. ſer. dñi in monte. Ori ſ.Matt. ho.5.& ſ.Rom.3.11. Baſi.ſ ps.32. Gre 9.mor.13. Amb.ſ.1.cor.4. Aug.ſ.ps.34. Mundus ſæpe ſignificare ſolet locum terrenum, & homines, qui mundana & terrena ſequũtur: quibus eſt væ à ſcandalis. gen.41.g.47.c. Iob.9.b.18.d. ps.32.48. Iſa.24.a.34. Mat.5.b.18.a. Ioan.1.a.12.e.14.d. Et generaliter mundus dicuntur homines, qui ſunt in mundo. Orbis etiam hũc mundũ & mũdanos ſignificat. Mũdus peculiariter dicunt gẽtiles & infideles, qui viſibilia ſequuntur. 1.Cor.4.b. Rom.11.b. Quum diceret apoſtolus. Ephe.6.b. Rectores mundi, de diabolo & angelis eius, cauendum erat ne malè intelligerent homines, & putarent à diabolo & dæmonibus eius mundum regi. Sed quia mundus dicitur hæc fabrica, quam videmus: & in peccatoribus dicitur mundus, & in eis, qui diligunt mundum: de quibus dictum eſt: Et mundus eum non cognouit. E rurſus: Totus mundus in maligno poſitus eſt: expoſuit apoſtolus cuius mundi eſſent rectores: Tenebrarum, inquit, harum. Itaq; multitudo peccantium, & terrenis rebus dedita, ſtultumq; & abiectum, & omnibus perturbationibus obnoxium vulgus eſt mundus, qui non cognouit Deum. Mundani. Peccatores. Infideles. Gentiles.

Glo.int.ſ.Eze.23. Mundus muliebris in malum ſignificare poteſt incitamenta libidinis. Ezechie.23.f. Item cultum idolorum. Incitamẽta libidinis. Cultus idolorum.

## *Munire, Fulcire, Suffulcire, Munitio, Munimentum.*

MVnire eſt fulcire, vallare, & circundando tutum locum ab hoſtibus reddere.

Hie.ſ.Iſa.33. Gre.23.mor.25. Munimenta ſaxorum ſignificant Chriſtum munientem eccleſiam. Iſai.33.c. Significant etiam ſanctorum patrum pręcedentium exempla: quorum aſpectu & contemplatione fideles muniuntur. Chriſtus. Exempla ſanctorũ.

Hie.ſ.Iſa.23.& ſ.Iere.8.& ſ. Zacha.11. Munita ciuitas quantum ad literam erat terrena Hieruſalem: quę quidem olim munita erat etiam per cuſtodiam angelorum: ſed poſtmodum defenſiones errorũ fuerunt munitiones eius Iſaię.27.c.34.c. Iere.5.d.8.c. Munitus quoq; ſaltus erat templum Hieruſalem: quod videbatur inexpugnabile. Zach.11.a. Hieruſalem. Templum.

Baſi. Arno.ſ.ps.69. Munita ciuitas nunc eſt eccleſia, quæ circundatur ſcuto fidei, & angelorum protectione. Pſalm 59.107. Eccleſia.

Hila.ſ.ps.59. Hie.ſ.Zacha.9. Munita quoq; ciuitas dicitur Hieruſalem cœleſtis: quæ omnino eſt inexpugnabilis nihil admittens aduerſi. ps.59.107. Et munitiones vinctorũ ſpei paradiſum cœleſtẽ ſignificãt. Zac.9.c. Paradiſus cœleſtis.

Hie.ſ.Iere.1.& ſ.Iſaiæ.29. Munita pręterea ciuitas dicitur prędicator fortis aduerſus hęreticos, & vitia. Ieremię.1.d.4.b. Et munimenta aut turres contra Ariel, ſunt doctores eccleſiæ contra hæreticos. Iſa.29.a. Prædicatores.

Gre.11.mor.11.& 26 mor.5.& ſ.Eze.h.12 Munitiones virginis Iuda, quas deſtruxit Deus deſignant doctrinam cum ſapientia ſeculari coniunctam: in qua anima maximè confidebat. thre.2.a. vel ſunt fides, ſpes & charitas: quibus ablatis anima patet hoſtibus. Haba.1.c. Et munitiones ędificãdę ſunt virtutes cum diſcretione, Sapientia ſecularis. Virtutes.

ne vitia



Humilitas. ne vitia ſub virtutum ſpecie in mentem irrumpant. Eze.4.a. Et munitio eſt cordis cuſtodia, & humilitas cordis. Haba.2.c. Rup.ſ.Haba.2.

Multiplicatio tyronum. Augmentum fidei. Fulcitur floribus ſponſa. cant.2.a. quando in eccleſia multiplicantur incipientes & tyrones: Et quum fides augetur ad operandum. Gre.ſ.cã.2.&.ſ.eze. ho.15.

Argumenta philoſophorum. Defenſiões vitiorũ. Munitæ vrbes ſunt argumenta philoſophorum & hæreticorũ: quas cepit Ioſue, q; typus eſt Chri. Ioſu.14.d. Et munitiones Babylonis ſunt defenſiones vitiorum. Iſa.34.c. muniunt autem murum hęretici, quũ ſuas roborare conantur hęreſes. Iſa.22.c.25.d. Hoſe.8.d. Mich.7.c. Ber.ſ.can.ſer.51. Ori.ſ.Ioſu.ho.18. Hie.ſ.Iſa.22. Gre.31.mor.5.

Dæmones. Philoſophi. Munitiones, quæ deſtruendæ ſunt, ſunt principes & poteſtates tenebrarum, & nequitiæ. 2.Cor.10.b. Et fulcientes Aegyptum ſunt philoſophi: & eorum fulcra ſunt dialecticorũ argutiæ & ſtrophæ. Eze.30.b. Hoſe.10.d. Mich.5.d. Zach.9.a. Eccl'tę.9.d. Amb.ſ.2.cor.10. Hier.ſ. Eze.30. &.ſ. Zach.9.

Allegans hypocrita opera ſua. Fulciet hypocrita domum ſuam in iudicio. Iob.8.c. quãdo laudis ſuæ allegatione vtetur dicens, Domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus: & virtutes multas fecimus? Sed non conſurget: quia protinus iudex dicet. Nunq̃; noui vos: diſcedite à me operarij iniquitatis. Fulcit etiam domum ſuam, quando proprijs viribus ſe conatur erigere. Gre.8.mor.mor.32. Hie.ſ.Iob.8.

## *Munus, uide Donum.* *Murenulæ, uide Catena.*

## *Murmurare, Muſsitare, Obloqui. Suſurrare, Suſurrium, Suſurro.*

MVrmurare eſt leniter ſtrepere, & ſonum aquæ fluitantis ſimilem ædere: inde ſumitur, vt q; contradicunt alicui, & veluti ſecreto ſermone indignationem oſtendunt murmurare dicantur: quod etiam muſsitare dicitur, quũ quis videlicet ſubmiſſa voce, quaſiq; ſecreto loquitur.

Agẽtes pœnitentiã. Murmurant in cordibus ſuis vt columbę, qui pœnitentiam agunt, & graui dolore peccatorum in corde affliguntur. Nahum.2.b. Hie.ſ.Nahum 2.

Inſpiratio. Suſurrium occulti verbi Dei eſt ipſa loquutio aſpirationis internæ. Qui enim ſuſurrat, occulte loquitur, & vocem non exprimit, ſed imitatur. Nos ergo quouſq; carnis corruptione premimur, nullo modo claritatem diuinę potentiæ ſicut in ſe incõmutabilis manet, videmus: quia acies infirmitatis noſtrę non ſuſtinet hoc, quod eius æternitatis radio ſuper nos intolerabiliter fulget. Quum ergo ſe nobis omnipotens Deus per rimas contemplationis indicat, nequaq̃; nobis loquitur, ſed ſuſurrat: quia & ſe plenè non intimat, quiddam tamen de ſe humanę mẽti manifeſtat. Iob.4.c. Gre.5.mor.20.

Iudæi contra legem Murmurans populus contra Moſen deſignat Iudæos contra legem murmurantes. Exod.15.d.16.a.17.a. Glo.ord.ſ.Exo.15.

Religioſi cõtra prælatum. Deſignat etiam religioſos murmurantes contra prælatum ſuum præcipuè ob penuriam victus: ſicut illi murmurarunt.

Iudæi. Murmurantes operarij aduerſus patrem familias, ſunt Iudęi murmurantes propter gentes ad fidem admiſſas. Mat.20.b. Murmurantes etiam non ſaturati dicuntur Iudæi poſt amiſſum templum. ps.58. Muſsitat autem eloquium Iudæorum, & hæreticorum de humo: quia eorum doctrina peruerſa non poteſt alte ſonare demum muſsitatores dicuntur ſcribę & phariſæi, & Iudæi. Iſa.29.a.g. Ori.ſ.Ma.ho.16. Hila.ſ.Mat.cano.20 &.ſ.ps.58. Hie.ſ.Iſa.29.

Eleuari contra Deũ Murmurantes in tabernaculis ſuis ſunt, qui mente contra Deum eleuantur. ps.106. Arno.ſ ps.106.

Non audere conq̃ri Murmur in tribulatione & afflictione eſt, quum quis non audet cõfidenter clamare, ſed dolorem ſuum ſub ſilentio deuorat. Iſa.26.c. Hie.ſ.Iſa.26.

## *Murus, Mænia, Muratus.*

MVrus à muniendo dictus, propriè eſt lapideus ambitus vrbem cingens & protegens: & p muro dicuntur eſſe defenſores. 1.regũ.25.c. Pro muro erant nobis die ac nocte. Dicuntur etiam mœnia.

Chriſtus. Corpus Chriſti. Diuina protectio. Murus aliquando ſignificat Chriſtum: qui pro ſanctę eccleſię ædificatione ad corda noſtra pertingere malignorum ſpirituum curſum vetat. Et hic murus rumpitur, quando prauorũ perſuaſionibus fides, quę de redemptore noſtro eſt, in quorundam cordibus diſsipatur. Iob.30.b. Iſa.26.a. Ipſe eſt murus in circuitu domus intrinſecus quidem, quantum ad diuinitatem, foris vero quantum ad humanitatem. Eze.40.a. Poteſt etiam murus ſignificare corpus Chriſti: quẽ murum ſuffoderunt Iudęi, quando ipſum crucifixerunt. Geneſ.49.a. eſt etiam murus diuina protectio. Threno.2.f. Super muros filiæ Sion. Zach.2.b. Et firmitas diuini præſidij. Apo.21.d. Greg.10.mor.23.& ſ.Eze.ho.14. Rup.ſ.Zach.2.

Fides. Verecundia. Continentia. Rigor diſciplinæ. Murus protegens velut ſcutum ciuitatem, aut caſtrum, fidem deſignare poteſt, qua aduerſus hoſtes munimur: quem murum ſuffodiunt, qui fidem labefactare conantur. Geneſis.49.a. vbi Origenes pro muro legit taurum. Iſa.62.b. Poteſt etiam murus ſignificare verecundiam, & continentiam, & rigorem diſciplinæ: qui tollitur per immoderatam abſtinentiam, quę poſtea eſt relinquenda. Amb.apo.Dauid.17 Beda.ſ.gen.49. Ori.ſ gen.ho.17. Ber.ſer.3.dedi.eccl. Ricar.de.ſ.victo.de 12.pſiar.58.

Murus

Hie.ſ.Zach.2. — Deus.

Murus igneus Hieruſalem dicitur Deus:qui credentes & habitantes in eccleſia protegit, & calefacit,ac ſpiritu feruentes efficit.Zacha.2.a.

Ori.ſ.Leui.ho.15. — Beati.

Muri qui ſunt firmamentum ciuitatis,beatos ſignificare poſſunt,qui ſunt velut firmamẽtum ciuitatis cœleſtis.Leui.25.e.apo.21.e.

Amb.apol.dauid.17. Hie.ſ.Iſa.56.&.ſ.Iere.1.&.ſ.Eze.11.& e piſto.ꝙ ignotus. Euch.form.ſpũal.10 — Viri eccleſiaſtici. Prædicatores. Prophetæ.

Muri Sion,hoc eſt,eccleſiæ,dici poſſunt viri eccleſiaſtici & pręcipuè perfecti,& ipſi conuẽtus eccleſiarum.Iſa.49.d.56.b.60.d.62.b.Eze.40.b.Murus ęneus dictus eſt Ieremias,vt deſignet fortem prędicatorem,& prophetas.Iere.1.d.15.d. Et murus adamantinus eſt uir ſanctus & fortis.Amos.7.b.Murus etiam inter Deum & populum ſunt,qui orationibus diuinæ irę ſe opponunt.Eze.13.a.e.

Amb.6.exae.6. Hie.ſ.Amos.7. Grego.ſ.cant.8. Rup.ſ.cant.8. — Eccleſia.

Murus etiam dicitur ipſa eccleſia.cant.8.c.Et murus litus ſiue adamantinus,eſt ipſa eccleſia, quæ facta eſt fortis,quum prius eſſet timida. Amos.7.c.Eſt autem murus in ijs, qui mortẽ perferre poſſunt pro defenſione fidei.

Hie.& Aug.ſ.ps.50. Greg.20.mor.23.& 30 mor.26. — Bona opera. Virtutes.

Muri Hieruſalem,dici poſſunt bona opera.Item fides,ſpes & charitas:& diſciplina: & generaliter virtutes,quibus cor munitur,Iob.30.b.ps.50.Iſa.26.a.60.a. Et murus aquę in mari,ſignificat conſtantiam in tribulationibus.Exo.14.c.

Hila.ſps.54. — Cuſtodia angelorũ. Auxilium Dei.

Murus & antemurale Sion, dici poteſt cuſtodia angelorum:Item defenſio & ſpeciale auxilium Dei.pſalm.54.Iere.5.a. Ea diſsipauit Deus , quando ab Hieruſalem angelos ſecedere fecit.Threnor.2.c.

Ori.ſ.cant.ho.4.& ſ.Matt.ho 19. Gre.ſ.1.reg.6. Hie.ſ.Iſa.22.&.ſ.Nahum.3. Euc.form.ſpũal.10. Beda.ſ.Exo.14. Hie.ſ.Eze.33. Iſych.ſ.Leui.25. Rup.1.ſ.deu.15. — Sacra ſcriptura. Litera legis.

Murus dici poteſt eruditio ſcripturarum:& vrbs murata,eſt mens erudita.1.reg.6.d.Et murus templi aut Hieruſalem,eſt firmitas euangelij.Nehemi.4.a.Canticor.5.c. Ioel.2.b. Nahum.3.b.Et muri duo Hieruſalem ſunt vetus & nouum teſtamentum .Iſaiæ. 22. e. Et muri aquæ, ſunt doctrina ſacra,ſeu duę leges.Exod.14.e.Et murus in circuitu tecti,eſt completa expoſitio ſacrę ſcripturę, tollens occaſionem errandi.Deuterono.22.b.Mœnia quum ſunt ad ornatum, ſignificare poſſunt doctrinam,genera linguarum, prophetiam &c. munitiones vero fidem,ſpẽ & charitatem.Ier.2.b. Muri quoq; dici poſſunt ipſa lex,& cortex literę legis:& loquuntur iuxta muros de propheta,qui in eius ſenſum non intrãt.Eze.33.g. Intra hos muros erat ſynagoga, quę eſt domus Iudæorum.Leui.25.e.Gentilitas autem erat domus ſine muro. Murus etiam faciendus domui nouæ,ſunt teſtimonia ſcripturarum,quibus prædicator cõmunire debet,quod dicit.Deuter.22.b.

Amb.de bono mortis.5. Ori.ſ.canti.ho.4. — Anima.

Murus aliquando dicitur anima.cant.8.c.Et quum murus ſit munimentum ciuitatis , antemurale vero validius munimentum, ſignificare poteſt animam euocatam à corporalibus,ꝙ munitur ſpiritualibus,& ſpe futurorum.Iſa.26.a.

Gre.26.mor.5.&.ſ.Eze.ho.12. — Zelus.

Murus ex ſartagine ferrea inter prophetã & ciuitatẽ ponitur: quia quũ nunc fortem zelum doctores exhibent,eundem zelum poſtmodum inter ſe & auditores ſuos fortem munitionem tenẽt:ne nunc ad vindictam deſtituti ſint, ſi tunc fuerint in correptione diſſoluti.Et hic erit defenſio prędicatorum in iudicio.Eze.4.a.

Hie.ſ.Iſa.27. Gre.11.mor.11. — Dona ſpiritusſancti

Muri etiam Hieruſalem aut ſynagogę , erant quęcũq; ipſi putabant ſibi fore auxilio.Iſa.27.a.Et mœnia quę præcipitauit Deus,erant dona ſpiritusſancti, ad ornatum: vt prophetia,& virtus curationum.Thre.2.b.

Hie.ſ.nahũ.2. Cyril.4 ſ Ioan. 28. Ori.ſ.Ioſu.ho.7. Aug.epiſto.119. Hiero.ſ.Iſa.16.&.ſ.Ezech.26. — Sapientia mundana. Vires diaboli. Idololatria. Magicæ artes. Dialectica.

Murus,quo caret eccleſia eſt ſapientia,& eloquentia mundana.Ezec.38.c.Et murus ad quẽ cõfugient dęmones & mali in fine mundi,erunt extrema mundi,vbi putabunt ſe latere. Nahũ.2.b.Muri quoq; Hiericho,vires diaboli ſignificare poſſunt.Ioſue.6.a. deſignant etiam idololatriam,& magicas artes,& philoſophorum placita:& etiam ſpem huius ſeculi.Et muri cocti lateris ſunt artificioſa mendacia hæreticorum.Iſai.16.b.22.c. Et murus Moab & etiam Tyri eſt dialectica,qua munitur ſcientia ſecularis.Iſa.15.a.25.d.Eze.26.a.27.b.38.g.Amos.1.c.

Arno.ſ.ps.17. Hie.ſ.Iſa.2.30. Augu.ſ.ps.17.&.ſer.106. Gre.26 mor.10. Rup.2.ſ.Eze.5. — Hæreſiarchæ. Peccata. Mundus.

Murus etiam munitus dæmones ſignificare poteſt:& hęreſiarchas.ps.17.Iſa.2.c.22.b.30.c.

Murus quoq; ſunt ipſa peccata,quæ nos diuidunt & ſeparant à Deo.Et omne quod itineri noſtro obijcitur,ne ad eum,qui diligitur tranſeamus.ps.17. In Deo tranſgrediar murum.Muri quoq; Hiericho ſunt vitia & concupiſcentiæ.Ioſu.6.a.

Murus etiam templi forinſecus mundum ſenſibilem deſignare poteſt.Eze.40.a.

Murus templi ſeparans ſanctuarium & vulgi locum. Ezec.42.d.poteſt ſignificare ordines, quibus eccleſiaſtici ſeparantur à laicis.

## *Mus.*

ſy.ſ.Leui.11. — Sordes vitiorum.

MVs eſt exiguum animal in domibus latenter habitans , dictus à corroſionis ſono : eſt animal immundum,vorax & fætidum : quod multa pericula ſuſtinet propter ventris ingluuiem.Significare poteſt ſecundum hęc ipſam ventris ingluuiem:& generaliter mus,ſeu glis,aut ſorex,immundiciem & ſordes vitiorum ſignificat.Leui.11.d.Iſa.66.e.

Gre.ſ.1.reg.5.6. Rup.1.ſ.reg.14. — Dæmones. Memoria fraudum dæmonum.

Mures etiam ſignificare poſſunt dęmones hominibus infeſtos.1.reg.5.b. Et mures aurei,ſeu ſimilitudines murium, ſignificant memoriã fraudum dæmonum,quibus cecidimus in peccatũ. Et ideo ſunt aurei:quia ex dolore peccati bonę vitæ fulgorem acquirimus.1.reg.6.a.

Muſca



## *Muſca, Cynomia.*

Cynicorum ſecta. Mores canini. — Ori.ſ.Exo.ho.4. Hie. ad Iuriã & Fretellam.&.ſ.ps.77. Augu.ſ.ps.77.& de plagis Aegypti.4.

MVſca eſt paruum animal volatile,è numero inſectorum , quę ſolet eſſe hominibus moleſta,pręcipuè comedentibus:Eſt autem muſca,quę Gręcè dicitur Cynomia,hoc eſt,muſca canina. Sed.ps.77.104.ſcribitur Κοινομυῖα per οι diphtongum:vt ſignificet omne genus muſcarum, & non muſcam caninam .Poteſt autem deſignare cynicorum ſectam, qui ſummum bonum in libidine & voluptate conſtituunt.vel ſecundum ꝙ à cane deducitur, deſignat caninos mores, qui nec parentes quando naſcuntur, vident: nec eos poſtmodum venerantur. His punitur Aegyptus,hoc eſt,mundus.Exod.8.f.

Eloquentia vana. Diabolus. Hæretici. Peccatores. — Augu.epiſt.119.&.ſ.Ioan.tract.1. Euch.form.ſpũal.5. Epipha.1.cont.hæreſes tomo.3. Hie.ſ.Iſa.7.

Muſca vt eſt animal inſolens & inquietum,eloquentiam vanam hæreticorum,& infidelium philoſophorum & inquietorum,errare docentium ſignificare poteſt:& etiam ſpurcitiam idololatriæ.Exo.8,f.deſignat etiam ipſum diabolum autorem & miniſtrum omnium horum:& etiam hęreticos:qui ſunt muſcæ morientes , quę perdunt ſuauitatem vnguenti. Eccl'tę.10.a.Et muſcę dicuntur Aegyptij.Iſa. 7.c.Forſitan propter ſacrificiorum immundiciam,ad quę muſcę concurrebant.Et generaliter muſcę ſunt peccatores:quorum Deus eſt Beelzebub, hoc eſt, Deus muſcarum.

Curæ carnales. Cogitationes moleſtæ. — Gre.18.mor.28. Ber.ſ.cant.ſer.44. Beda.ſ.Exod.8.

Poteſt etiam muſca ſignificare curas carnalium deſideriorũ,motuſq; libidinis,ac cogitationes moleſtas:quę ſunt in Aegypto,hoc eſt,in mundanis & terrenis.Exo.8.f.Eccl'tę.10.a.

## *Muſcipula.*

¶Muſcipula eſt machina ad capiendos mures:licet generalius extendatur.Sapi.14.b.

## *Muſica, Muſicus.*

Vacãtes diuinis laudibus. — Hie.ſ.Iſa.22.

M Muſica eſt ſcientia,quæ canendi modum docet. Muſicus eſt, qui habet ſcientiam,aut ad muſicam petinens.

Muſicorum vaſa dici poſſunt vacantes diuinis laudibus.Iſa.22.g.

## *Muſsitare, uide Murmurare.*

## *Muſtella.*

Plini.29.natu.hiſt.4 — Fures. — Iſy.ſ.Leui.11.

MVſtella eſt quadrupes paruum,ſed oblongum, flaui coloris : quod columbarijs, alijſq; id genus auiarijs maxime inſidiatur,oua exorbens,ipſaſq; etiam aues enecans. Computatur inter immunda animalia.

Muſtella vt eſt immundum & doloſum animal,furtiſq; vacans,typum gerit furti ipſorumq; furantium.Leui.11.d.

## *Muſtum, quære Vinum.*

## *Mutare, Commutare, Immutare. Permutare.*

Hie.ſ.Dani.3.

MVtare eſt variare:ſermo autem comutationis ambiguus eſt:& de malo in bonũ,& de bono in malum.Neq; enim commutatio vultus Nabuchodonoſor bonę parti poterit coaptari.Licet quidam & inſcriptionem pſalmorum de bono ad malum referãt:ꝙ ij qui naturaliter debuerant intelligere Deum, contra Chriſtum & ſanctos eius perturbatione mentis & furore mutati ſunt.Dani.3.c.Mutare autem interdum eſt commutare. Exo.13.b. Primogenitum aſini mutabis oue.Immutare.gen.35.a.Mutate veſtimẽta veſtra.Pœnitere.num.13.e.Nec vt filius hominis vt mutetur.Transferre.Iudi.19.c.Dies mutabitur in noctem. Transformare.Leuiti.13.b. Capillorum mutauerit aſpectum.Variare.gen.31.a.Mutauit mercedem meam decem vicibus.

Mutatio Dei eſt in mente hominis. — Gre.20.mor.25.26.

Mutatio propriè non competit Deo, qui eſt immutabilis : ſed per metaphoram & ſecundũ noſtrã cognitionẽ,aut reſpectu noſtri tribuitur illi mutatio: vt quum.Iob.30.c. Dicitur Deus mutatus eſſe in crudelem:vbi adiungit mihi,vt ipſa crudelitas atq; mutatio,non ſit in qualitate iudicis,ſed in mente patientis.Dicit autem ipſe Deus Mala.3.b Ego Deus & non mutor.

Remittẽs Deus minas. — Hie.ſ.Haba.1.

Mutari etiam dicitur ſpititus,quum parcit ijs,quibus prius minabatur.Haba.1.c.

Crux Chriſti. — Glo.ord.ſ.gen.48

Commutatæ manus Iacob ſuper capita Ephraim & Manaſſæ, crucem & paſsionem Chriſti deſignarunt:ſeu etiam ꝙ populus gentilis pręferendus erat populo Iudaico.gen.48.c.

Chriſtus repuiatus ſtultus. Mutatio ſacerdotij. — Arno.ps.33. Hie.ſ ds.33.44. Aug.ſ.ps.33. Rup.5.d diui.offi.19

Mutans Dauid vultum ſuum coram Abimelech.ps.33.in titulo.Deſignauit Chriſtum,qui reputatus eſt ſtultus apud gentiles: qui etiam vultum mutauit : quia cum in forma Dei eſſet formam ſerui accepit:vel mutauit vultum coram Iudæis, à quibus mortalis deſpectus eſt.Mutauit etiam vultum ſuum in myſterijs Euchariſtiæ,mutando etiam ſacerdotium. Deſignat etiam mutationem à vitijs ad virtutes.

Paſsio Chriſti. — Aug.17.ciui.Dei,12. ſ.ps.88.

Commutatio Chriſti,quam illi exprobrabãt inimici,paſsionem eius deſignat:per quam moriendo factus eſt immortalis:vel eſt commutatio exprobata Iſraelitis, quia cum eorum ſperaretur futurus Chriſtus,factus eſt gentium.ps.88.

Regnum & ſacerdotiũ i Chrm trãſlatũ

Mutatio regni Saulis in Dauid,& ſacerdotij Eli in Samuelem,vtriuſq; mutationem in Chriſto ſuturam deſignarunt.

Mutatio

Ricar.de.ſ.victo.de ſõnio Nabucho.14. | Diſpenſatio Dei.

Mutat Deus tempora & ætates,quum nunc harum virtutum,nunc illarum,tam facultatem, q̃; oportunitatem pietatis ſuæ diſpenſatione adminiſtrat.Dani.2.c.

Hie.ſ.Iob.14. Gre.12.mor.12. Aug.ſ.ps.101 | Mortalis fit immortalis.

Immutat Deus faciem hominis,quum mortale eius induit immortalitate: vel cum anima recepta ſanitate contemplatur gloriam diuinæ maieſtatis: vel immutatur facies hominis, quum eius ſpecies morte atteritur.Iob.14.d.Mutantur etiam cœli,quum ſanctorum corpora reſuſcitantur.Pſalm.101.

Glo.int.ſ.gen.41. | Reſurrectio Chri.

Mutatio veſtimentorum Ioſeph in Aegypto reſurrectionem Chriſti in hoc mũdo factam deſignauit.Gene.41.b.

Beda.ſ.gen.38. | Tranſlatio ſynagogę in eccleſiam.

Mutatio habitus Thamar, tranſmutationem ſeu tranſlationem ſynagogæ in eccleſiam ſignificauit.Gene.38.c.

Gre.ſ.1.reg.10. | Dans dona ſpũſſcti.

Immutat Deus cor Saulis,quum replet ordinatum donis ſpiritusſancti.1.reg.10.b.

Gre.11.mora.10.13 | Prædicare tẽporalia. Negãtes Iudæi Chriſtum propheratum.

Commutat Deus labia veracium,quum hi, qui prius cœleſtia prædicando veraces erant,dũ temporalia diligunt,ad ea ſermonem conuertunt:vel labium veracium commutatum eſt apud Iudæos:quia quem venturum prędixerant,pręſentem negauerunt.Iob.12.d.Commutauit quoq; Deus cor principum, quum Iudæi conabantur Chriſto obſiſtere,quem venturum prędicarunt.Ibid.Et mutauit eis diem nocte,in paſsione videlicet,& quum lumen legis vertit eis in ignorantiam.Amos.5.b.Commutauit quoq; Deus gloriam Iudæorum in ignominiam,quum deſtruxit ſanctum ſeculare.Hoſe.4.b.

Hie.ſ.Amos.5. | Excæcati Iudæi.

Iſyc.ſ.Leui.24. | Perpetuitas doctrinæ ſacræ.

Mutabantur panes propoſitionis per ſingula ſabbata.Leui.24.b.vt perpetuitas doctrinę nouę legis,ad ſatietatem fœlicitatis perduceretur.

Beda.ſ.Gen.35. Hie.ſ.Ierem.13.&.ſ.Iſa 3. Rup.ſ.Zach.3. | Induere nouũ hominem.

Mutare veſtimenta eſt exuere veteris hominis opera nouumq; aſſumere.Gene.35.a.Et mutare pellem Aethiopis,eſt prauam conſuetudinem tollere.Iere.13.d. Et mutatoria,ſeu mutatoriæ veſtes, deſignare poſſunt progreſſum de virtute in virtutem.Iſa.3.a.Item diuerſa dona gratię & virtutum mentem ornantia.

Amb.2. de Cain.2.3 Phil.de ſacrifi.Abel & Cain. Gre.27.mor.15. Beda.ſ.Exo.22. | Proficere ad meliora.

Mutare primogenitum aſini oue,eſt opera mundi parum frugifera permutare:vt Iudęi opera luti commutarunt in ſacrificia.Exo.13.b.Eſt etiam idem quod ꝓficere. Hæc permutatio fit, quum Chriſtus vocat laborantes.Mat.11.d.Mutare etiam primogenitum aſini oue eſt immundæ vitæ primordia in innocentiæ ſimplicitatem conuertere:vt poſtq̃; illa peccator agit,quę vt immunda dominus reſpuit,ea iam agendo proferat,quę Dei ſacrificio imponat.

Gre.ſ.1.reg.10.et.18 mo,17.&.19. mo.26 | Renouatio mentis. Conuerſio aliquorũ ex Iudæis.

Mutatus Saul in virum alterum,deſignat renouationem mentis, charitatiſq; feruorem additum prędicationi.1.reg.10.b.Sic mutant fortitudinem confidentes in domino,per quem efficiuntur fortes,quando conuerſi tanta virtute pręſens ſeculum fugiunt, quanta hoc antea quęrebant:& fortes ſtudẽt eſſe in ſpirituali opere:qui dudum fortes fuerant in carne. Iſa.40.g.41.a. Sic commutati renes ſunt,quum à libidine mutati ſunt in caſtitatẽ.ps.72. Commutata pars populi eſt eorum,qui ex Iudæis ſuſceperunt fidem.Mich.2.b.

Aug.ſ.ps.72. Rup.ſ.Mich.2.

Baſi.ſ.ps.44.59. Hila.ſ.ps.59.68.54. Hie.ſ.ps.44. Aug.ſ.ps.41.54.59. Gre.ſ.ps.101. | Gẽtiles ad fidem venientes. Mutatio corpis glorioſi.

Qui commutabuntur dicuntur gentiles ad fidem venientes: & qui à vitijs tranſeunt ad virtutes:& qui in iudicio corpus glorioſum aſſument.pſalm.59.in titulo. 44,68.Quę commutatio non erit in malis, aut in perſeuerantibus in malo: qui reſurgent ad pœnam.pſalm.54. Mutantur autem ſancti ſicut opertorium : quia ſemper adhærentes Deo veniunt ad incorruptionem.Pſalm.101.

Beda.ſ.pro.31. Iſyc.ſ.Leui.27. | Talis quiſq; apparebit qualis eſt.

Non mutandum animal mundum oblatum Deo:quia talis eſt quiſq; Deo pręſentãdus, qualis eſt.Leui.27.b.

Gre.18.mor.32. | Maiora d̃ Chr̃o q̃; d̃ p̃triarchis ſentiunt.

Non cõmutantur vaſa auri excelſa pro ſapientia Dei:quia multo maiora ſentiuntur de Chriſto,q̃; de patriarchis & prophetis.Iob.28.c.

Ricar.de.ſ.victo de ſecuri.conſcien.27. Rup.ſ.Haba.1. | Amiſſio affectus pietatis. Ceſſatio idololatr.

Mutatur cor praui ab humano.Dani.4.c.quando totius humanitatis & pietatis affectus omnino amittitur:& quando temporalium amore,& ex auaritiæ vitio ad opera miſericordiæ medullitus obduratur. Mutatus dicitur ſpiritus, quãdo diabolus deſtructa idololatria coli deſijt. Habac.1.e.

Ricar.de ſ.victo.de ſecurit.conſcien.29. | Varia corruptio hominis.

Mutatur tempus multipliciter circa quemlibet,quando corruptionis eius modus multiformiter variatur.Mutantur autem ſuper eum ſeptem tempora, quãdo omniformiter corrumpit: & ad omnem vitiorum ſeruitutem tandem aliquando eneruiter inclinatur.Dani.4.c.

Variæ ſuggeſtiones diaboli.

Mutatio,qua Laban mercedẽ Iacob variabat, diuerſas diaboli inſtigationes ad peccata ſignificare poteſt.gen.31.a.

Greg.ſ.1.reg.1.&.33 mor.27. | Patientia. Conſtantia.

Non mutati vultus Annę, deſignant patientiam eccleſiæ tam in perſequutionibus gentium, q̃; Iudæorum.1.reg.1.c.Indicant etiam ꝙ mens eius nequaq̃; poſt preces per ineptam lætitiam laſciuiendo perdidit id,quod orationis ſuę tempore gemituum rigore exquiſiuit.

Hie.ſ.Iere.2. Ricar.de.ſ.victo.de ſomnio Nabuch.40 | Mutata veritas mendacia.

Mutant gloriam ſuam in idolum,qui veritatem ſcripturę commutant mendacio.Iere.2.e.Et mutant gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum, qui gloriam quam ĩ Deo habebant,mutant in gloriam inanem.

Ori.ſ.Roma. Fulgent.ad donatũ. | Cult' veteris hominis.

Commutãt gloriam Dei in imaginẽ corruptibilis hominis,qui deſerto nouo & interiori homine,colunt veterem & exteriorem hominem.Rom.1.c.Dicuntur etiam veritatem Dei commutare

mutare in mendacium, quum relicto cultu veri Dei ad colẽda idola & errores conuertuntur. Dicitur etiam Iſrael mutaſſe Deum ſuum,quando Iudæi negarunt Chriſtum.Iere.2.c.

Te.t.aduer.Iudęos.

Cõuerti ad terrena. | Aug.epſt.119.

Mutari dicitur vt luna,qui à cœleſtium contẽplatione ad terrena ſe conuertit.Eccl'i.27.b.

Transgreſsio legis naturæ. | Gre.2.paſto.7.&.9. mora.23.

Mutaſſe dicuntur ius habitatores terræ, quando legem naturalem tranſgreſsi ſunt. Iſa.24.a. Mutatur etiam color optimus,quum quorundam,qui agere religioſè credebãtur, exiſtimatio anteacta minuitur. Nam quum quis poſt ſanctitatis habitũ terrenis ſe actibus inſerit,quaſi colore permutato ante humanos oculos eius reuerentia deſpecta palleſcit. Thre.4.a.Leui.13.b. 14.f.Sic commutans Iob faciem.Iob.9.d.deſignat mutationem interni aſpectus Iudæorum,q foeditate perfidiæ polluti non cognoſcuntur à Chriſto.

Minui opinionẽ bonam.

Stupor. | Lyra.ſ.Eze.27.

Mutatio vultus eſt aliquando prę admiratione & ſtupore.Eze.27.g.Reges earum omnes tẽpeſtate percuſsi mutauerunt vultus.

Glo.ordi.ſ. Eze 48.

Non cõmutãtur primitię terrę Leuitarum:quia ſunt domini.Eze.48.b.quia quę ſunt ſanctificata domino,non ſunt eorum,quibus data ſunt,ſed eius,cuius nomine poſsidentur.

Rationes hæreticorum. | Hie.ſ.Iſa.9. Rup.10.de vict. verbi Dei.4.

Immutare ſe dicunt cedros hæretici, quum ſuperbas rationes aduerſus eccleſiam afferunt. Iſaiæ.9.b.Ipſi mutant cauſam filiorũ pauperis,quũ peruertunt ſenſus ſacræ ſcripturæ.Pro.31.a. Commutatio pecorum Aegyptiorum pro frumento.gen.47.d. eſt commutatio affectuum carnalium pro verbo Dei.

## *Mutus, Mutire, Obmuteſcere.*

MVtus à mugiendo ſecundum aliquos dicitur: quia licet mutus loqui non valeat,prorumpit tamen in vocem,quę mugitus potiusq̃; ſermo videtur.Mutire autem eſt timidè & imperfectè loqui.Obmuteſcere vero eſt quaſi mutum agere.

Patientia Chriſti. | Ori.ſ.Mat.ho.35.

Obmutuit Chriſtus coram Caipha & alijs perſecutoribus: quia ſicut agnus ad occiſionẽ ducebatur.ps.38.Iſa.53.c.

Gentilis populus. | Beda.ſ.Exo.4.

Mutus dici poteſt quilibet comparatus ad Deum:vt Moſes ſe in eloquentem & incircunciſum labijs dicebat.Et videtur bonus mutus,quem fabricatus eſt Deus.Exod.4.c.vbi deſignari poteſt populus gentiũ,quum mutus erat ad laudes & confeſsionem veri Dei.pro.31.a.

Infideles. | Hilar.ſ.Mat.cão.12 Hie.ſ.Iſa.35. Aug.1.q in.euãg.19

Mutus eſt,qui non aperit os ad bona verba,neq; ad laudes Dei, aut ad confeſſionem peccatorũ: & qui non confitetur fidem, nec Chriſtũ, quales erant gentiles & infideles,quos ſanauit Chriſtus,qui fecit mutos loqui.Sapi.10.d.Iſa.35.b.Mat.12.b.15.c.

Prædicatores ſuperbi. | Gre.ſ.1.reg.3.

Muti canes,ſunt prædicatores ſuperbi,à quibus aufertur verbum ſublime propter ſuperbiam Iſa.56.d.Et mutus propheta eſt,qui vitia non reprehendit.Eze.3.g.

Iudæi. | Glo.ord.ſ.Luc.1.

Mutus factus Zacharias incredulitatem Iudæorum ſignificauit. Luc.1.c.Ille enim loquitur, qui credit:iuxta illud.ps.Credidi,propter quod loquutus ſum. Mutus etiam eſt, qui ſpiritualem ſenſum in litera non intelligit.

Impotens. | Glo.ord.ſ.pro.31

Mutus dicitur,qui prædicatorum verbis etiam contradicendo minimè contradicit,quando eius verba nullius habentur momenti.Pro.31.a.Et qui neſcit ſe defendere.

Tentationes. | Hie.ſ.ſ.Iſa.56.

Mutiens canis,paruas diaboli tentationes ſignificat: & murmurationes ſcribarum & phariſęorum in Chriſtum.Exo.11.b.Ioſu.10.d.Iſa.56.d.

Peccator inexcuſabilis. | Ori.ſ.Mat.ho 20.

Obmuteſcens ille,qui non erat veſtitus veſte nuptiali,deſignauit peccatorem nullam habere excuſationem peccati coram Deo.Mat.22.b.

Ceſſans gloria mũ. | Hie.ſ.Eze.27.

Obmuteſcens Tyrus in medio maris ceſſationem gloriæ mundi ſignificauit.Eze.27.f.

Errores hæreticorũ | Glo.ord.ſ. Haba.2.

Muta ſimulacra, ſunt errores hæreticorum veritatis ſermonẽ in ſe non habẽtes. Haba.2.d.

## *Mutuare, Mutuus.*

MVtuare eſt aliquid tradere,quod non idem numero, ſed in ſpecie aut genere reddendum eſt. Et mutuo fieri dicũtur, quæ ſibi in eadem re reſpondent : vt mutuus amor eſt vtrinq; reſpondens.

Charitas Iudæorum & gentilium. | Glo.int.ſ.Exo.18.

Mutua ſalutatio Moſis & Iethro.Exo.18.b.deſignat charitatem & concordiam Iudæorum & gentilium in eccleſia.Et mutua connexio cortinarum tabernaculi,eandem fidem & charitatem fidelium in eccleſia exprimit.Exo.26.b.36.b. Idem declarat mutua connexio rationalis & ſuperhumeralis.Exo.39.d.

Concordia vtriuſq; teſtamenti. | Glo.ord.ſ.Exo.25.

Mutuo ſe reſpicientes cherubim, concordiam veteris & noui teſtamenti ſignificant. Exod. 25.b.37.b.

Dona accepta à do. | Gre.22.mor.5.

Mutuo accipit ferrum,qui accipit donum intellectus à Deo,vt illi reddat docendo & benè operando.4.reg.6.a.Ad hæc facit mutua pecunia.Exo.22.d.

Nõ vti extranea doctrina. | Amb.epiſt.7.

Mutuum non accipiebat Iudæus : quia non vtebatur doctrina ab extraneis & philoſophis accepta.Deutero.15.a.

Audire verbũ ſine fructu operum. | Ori.ſ.ps.36.ho.3. Hie.& Aug.ſ.ps.36.

Mutuans peccator & non ſoluens,eſt audiens verbum Dei,& non reddens opera.ps.36.vel eſt accipiens talenta ſenſuum,& alia dona à Deo:& non agens gratias, nec bene operando ea multiplicans.

Myrica.

## Myrica.

Myrica eſt genus humilis virgulti:cuius quædam ſpecies eſt ſatiua,quędam ſylueſtris:eſtq; frutex, quaſi ancipitem vitam degens: quia myricæ & inter aquatiles numerantur,& copioſę ſunt in deſertis.Non referunt autem fructum eſui aptum.

Baſi.exae ho.5. — Myricæ ſignificare poſſunt improbos & ancipites mores.Iere.17.a. — Mors improbi.

Hie.ſ.Iere.17. — Significant etiam Iudęos ſine fructu ſpiritus,ſolam literam aridam habentes.Iere.17.a.48.a. Quaſi myricæ in deſerto. — Iudæi.

## Myrrha, Stacte.

Plinius.12. natu.hiſto.15.16. Ori.ſ.cant.go.1.3.

Myrrha arbuſcula eſt in Arabia altitudine quinq; cubitorum, non ſine ſpina, caudice duro & intorto: cuius cortice inciſo defluit lachryma, quæ & ipſa myrrha vocatur, ſeu ſtacte. Eius præcipua virtus eſt, vt mortuorum cadauera incorrupta conſeruet: eſtq; ſaporis amari. Myrrha autem arbor nec odorem habet,nec fructum refert.

Ori.ſ.cant.ho.1.2. Baſil.ſ.ps.44. & de natiuita.Chriſti. Hila.ſ.Matt.cano.1. Greg.ho.10. Ber.ſ.can.ho.43. — Mortalitas Chriſti.

Myrrha,humanitatem Chriſti ſignificat:& per conſequens mortalitatem eius ac mortem ipſam:& myrrha electa eſt ipſe Chriſtus primogenitus mortuorum. Exo.30.c.ps.44.cantic.1.d. Mat.2.b.Ioan.19.g.Eſt autem ipſe faſciculus myrrhæ,tum propter amaritudinem proprię paſſionis:tum quia diligentes ipſum proprias ſuſtinent amaritudines.Vnde ibant apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij &c.Acto.5.g. Fulgē.ſer.d epipha.

Ambr.de virgi.3. & de viduis. — Fides mortis&reſurrectionis Chriſti.

Myrrha etiam ſignificat fidem mortis & paſsionis Chriſti, & etiam reſurrectionis.Canti.5. Matth.2.b.

Amb. de inſti.vir.15 & de Cain.5.& de Iſaac.5. Hie.ad principiā. Gre.ſ.cā.1.3.&.h.10 Ber.ſ.can.ſer.43. — Mortificatio carnis. Amaritudo peccatorum. Incorruptio.

Myrrha prętereа ſignificat carnis mortificationem cum paſsione Chriſti coniunctam,& etiam abiectionem mortuorum operum.canti.1.d.3.c.4.b.5.a.d.Mat.2.b.Prima myrrha oblata Chriſto in potum,amaritudinem peccatorum noſtrorum deſignauit,pro quibus patiebatur.Secunda,qua vnctus eſt in ſepulcro,futuram corporis noſtri incorruptionem dedicauit. Mar.15. b.Ioan.19.g.

Hie.adue.Iouinia.1. Theoph.alex.1 paſ. — Amaritudo pœnitentiæ.

Myrrha amaritudinem pœnitentiæ ſignificare ſolet:& continētiam, quę luxum voluptatis, & fluitantia carnis incentiua deſiccat.Exo.30.c.

## Myrtus, Myrtetum, Myrtinum.

Myrtus eſt arbor odorifera & imputribilis,baccas ſaporis præcipui producēs.Eſt temperatæ virtutis, & diſſoluta membra temperando conſtringit. Et infirmitatibus mulierum eſt maximé vtilis.Eſt amica littorum,iuxta illud virgilij:*Et amantes littora myrti.*

Hie.ſ.Iſa.55. — Ornamentum virtutis.

Myrtus ſignificat ornamentum virtutis,& habentes odorem bonorum operum.Neem.8.c. Iſa.41.c.55.d.vbi ſeptuaginta tranſtulerunt vlmus.

Grego.ho.20. — Compatientes proximo.

Myrtus temperatiuæ virtutis deſignat eos, qui afflictionibus proximi cōpati ſciunt: qui dū eis verbum vel opem *conſolationis ferunt,eos ad ſtatum rectitudinis reſtringunt ne immoderata tribulatione in deſperationem* ſoluantur.Iſa.41.e.

Gre.18.mor.11. — Tranquillitas mentis.

Myrtus etiam vt eſt temperatę virtutis,tēperiem cogitationum & mentis tranquillitatem deſignat.Iſa.55.d.

Hie.ſ.Zacha.1. Rup.ſ.Zach.1. — Angeli. Apoſtoli. Sacra ſcriptura.

Myrtetum eſt locus myrtorum.Et myrteta ſignificant angelos & apoſtolos,& apoſtolicos viros:ac demum viros iuſtos ac mulieres.Zach.1.b.Deſignant etiam ſacram ſcripturam, in qua latet Chriſtus.

Glo.int.ſ.Eſthe.2. — Fides & charitas.

Myrtinum oleum,quo vngebātur mulieres ad regem ingreſſuræ.Eſther.2.b.nomen fidei & pinguedinem dilectionis indicant:quibus vngenda eſt anima ingreſſura ad Chriſtum.

## Myſterium,uide Arcanum.

# Naama.

Greg.3 mor.18. — Hæretici.

NAAMA.i.decor:prouincia ſeu locus vnde venit Sophar amicus Iob ad ipſum conſolandū.Iob.2.d.deſignat hęreticos,qui non eſſe docti,ſed videri affectant: vnde ex eruditionis verbis ſpeciem bene viuentium ſumunt.

## Naaman.

Ori.ſ.Luc.ho.3 Amb.de initiat.myſter 3. Aug.ſer.108. — Gentilis populus.

Naaman.i.pulcher,ſiue decorus,aut motū pręparans: princeps militiæ regis Syriæ, quem curauit Eliſæus à lepra.4. reg.5.a. Luc.4.c. Typus eſt gentilis populi,qui prius incredulus erat,ac poſtmodum factus credulus,& baptizatus,à peccatorum lepra mundatus eſt. Vt autem ipſe non credidit prius Eliſæo loquenti,ſed amicis hortantibus, deſignauit gentes nō credidiſſe prædicante Chriſto,ſed ad prædicationem apoſtolorum.



## Naas.

Gula. — Gre.ſ.1.reg.11.

Naas.i.coluber,vel ſerpens,aut augurans,vel diuinans,ſiue æneus.Rex Ammonitarum,qui aſcendit contra Iabes Galaad, & victus eſt à filijs Iſrael.1.regū.11.a. Typus eſt gulæ:vnde ſerpens de gula tentauit.gen.3.a.Naas autem non extinguitur, ſed percutitur: quia naturalis appetitus reſtringendus eſt,non extinguendus. Populus autem eius,hoc eſt,vitia & concupiſcentiæ ex gula prodeuntes,necantur:quia ſunt omnino malæ.

## Naaſon.

Naaſon,idem interpretatur quod Naas:fuit filius Aminadab frater Eliſabeth vxoris Aaron. Exod.6.d.Matth.1.a.

## Nabaioth.

Gentilitas. — Hie.ſ.Iſa.60.

Nabaioth.i.loquelę,ſiue prophetiæ,ſeu fructus,vel germinationes:filius Iſmaelis, à quo dicta eſt regio ab Euphrate vſq; ad mare rubrum,quę pars eſt Arabiæ,& vſq; hodie Nabathena dicitur. Significare poteſt gentilitatem: & arietes Nabaioth ſunt electiores gentilium. gene.25.b.Iſa.60.b.

## Nabal.

Diabolus. Mundus. — Amb.epiſto.13. Rup.2.ſ.reg.12.

Nabal.i.ſtultus,vel inſipiens: vir Carmelites maritus Abigail,quæ poſtea fuit vxor Dauid: hic Nabal noluit prębere alimēta Dauid in deſerto:ſuper quare correptus ab vxore,quòd occidendus fuiſſet à Dauid,niſi ipſa interueniſſet, in ſtuporem verſus mortuus eſt.1.regū.25.a. Typus eſt diaboli, cui coniuncta erat eccleſia ex gentibus: quo eiecto copulata eſt Chriſto. Deſignat etiam mundum inſipientem,& ebrium,qui deſpicit fidem Chriſti.

## Nablum.

¶Nablum inſtrumentum muſicum,idem quod pſalterium:vide Canere.

## Nabo,

Hie.ſ.Iſa.15.

Nabo.i.loquela,ſiue prophetia,aut loquens,vel prophetans,ſiue fructificans,vel germinās: ciuitas Moab,ſignificat magiſtros ſcientiæ ſecularis, & hæreticæ,& etiam diuinationum. Iſaiæ.15.a.

Idololatria. — Hie.ſ.Iſa.46.

Nabo etiam eſt nomen idoli,& ſumitur pro ipſa idololatria.Iſa.46.a.

Perfectio. Finis legis. — Ori.ſ.nu.ho.27. Hie.de manſioni.

Nabo quoq; interpretatur abſceſsio,iuxta origenem:& eſt nomen montis: qui & Abarim dicitur:vel potius eſt vnum é iugis montis Abarim:in quo mortuus eſt Moſes: & ſignificat ſtatum, quando iam quis ab hoc ſeculo diſceſſurus eſt,vel potius dicitur Nebo,quod interpretatur concluſio.vbi moritur Moſes,quia adueniente euangelio,datus eſt finis legi:vide Abarim.

## Naboth.

Vir iuſtus. — Ori.ſ.ps.36.ho.1.

Naboth, idem interpretatur quod Nabo: fuit vir iuſtus de Iezrael,qui occiſus eſt per falſos teſtes ab Iezabel,vt eius vineam poſsideret Achab, ſignificat virū iuſtū & ſpūalem: qui nō vult dare vineā ſuam,hoc eſt,aīam principi huius ſeculi,vt fiat hortus olerum.3.reg.21.a.

Chriſtus. — Amb.exhor.ad vir. Hie.ſ.Gala.3.

Significat etiam Chriſtum,qui facit vineam virginum veniens à patre:& non vult eam dare vt fiat hortus olerum,hoc eſt, voluptatum. Et occiſus eſt per falſos teſtes à Iezabel, hoc eſt,à ſynagoga Iudæorum.

## Nabuchodonoſor.

Orig.ſ.Iere.ho.1.& ſ.Eze.ho.11. Hie.ſ.Iſa.13.

Nabuchodonoſor.i. gemitus ſiue planctus generationis anguſtiæ, ſeu preſſuræ, aut coartatio generationis anguſtiæ vel preſſuræ. Rex Babylonis: qui deſtruxit Hieruſalem & templum:& captiuos duxit Iudæos in Babylonem.4.reg.24.c.25.a.2. Paralipome.36.a.Ezec.1.a. 26.b.30.b.Danie.1.a.Typus eſſe ſolet diaboli ſecundum ꝙ inſaniuit,eſt ſapientia huius ſeculi, quæ ſtultitia eſt apud Deum.Danie.4.a.

Diabolus. Sapientia ſeculi. — Rup.ſ.Dani.2.8.

Principes infideles conuerſi. — Aug.epiſ.48.

Nabuchodonoſor,qui prius perſecutus eſt Sidrac, Miſac,& Abdenago,& poſtea illis fauit, deſignat principes infideles perſequentes eccleſiam:qui poſtea conuerſi perſequuntur eos,qui non adorant Deum fidelium,hoc eſt,hæreticos.Danie.2.a.

Anima humana. — Ricar.de.ſ.victo.de ſomnio Nabucho.1.

Interpretatur etiam prophetans:vnde & ſomnium vidit:vel interpretatur ſeſio in agnitione anguſtiæ:& gerit typum animæ humanæ.

## Nabuzardan.

Miniſtri diaboli. Venter. — Greg.30.mor.36.

Nabuzardan.i. germinatio: vel prophetia extranei, ſiue ventilati, aut ſeſuſi dominij vel baſis: Princeps exercitus Nabuchodonoſor: qui executus eſt deſtructionem templi & Hieruſalem,& tranſmigrationem populi ex pręcepto regis.4. regum.25.c. Ierem.29.c.Typus eſt miniſtrorum diaboli: dicitur etiam princeps coquorum, & deſignat ventrē, qui deſtruit in

nobis muros virtutum.

## *Nachor.*

Gentilitas

NAchor.i.raucus,vel aridus,aut iratus,vel incenſus,aut Syriacè ſuffocatus.Filius Thare,frater Abrahæ,maritus Melchæ:qui remanſit in Meſopotamia recedente Abraham : & inde ſumpſit Iſaac Rebeccam neptem eius vxorem.gen.24.a. Significare ſolet gentilitatem : vnde ſumpſit Chriſtus eccleſiam.

Philo.de cõgre.&c. — Habens ſcientiam ſine profectu.

Nachor etiam iuxta Philonem,interpretatur luminis quies & deſignat eum,qui habet ſciẽtiam,quam non exercet,neq; ad altiora proficit:Ideo habet vxorem Melcha,hoc eſt,aſtrologiam,& concubinam Roma,hoc eſt,rerum leuiſsimarum ſcientiam.

## *Nadab.*

Iſy.ſ.Leui.10. — Hæretici

NAdab.i.ſpontaneus,aut vouens,vel princeps:ſacerdos filius Aaron,qui occiſus eſt à domino in templo,quum offerret ignem alienum.Leui.10.a.1.par.24.a.Typus eſſe ſolet hæreticorum & prauorum ſacerdotum,qui extraneas & erroneas doctrinas inferunt in eccleſiam.

## *Nahaliel.*

Ori.ſ.nu.ho.12.

NAhaliel.i.torrens Dei,ſiue hæreditas Dei,aut vallis Dei : locus vbi caſtra fixerunt filij Iſrael in Moab iuxta montes Abarim.Num.21.d.Fuit quadrageſima manſio,quæ & Almõ Diblathaim dicitur:Iuxta Origenem interpretatur ex Deo , & venitur à Mathanaim ad Nahaliel : quia quum quis obtulit Deo fidem , ſpem , & charitatem , accipit à Deo dona ſpirituſſancti.

## *Nahum.*

Hie.ſ.Nahũ.1. Rup.ſ.Nahum.1. — Spirituſſanctus

NAhum.i.conſolatio : propheta vnus è duodecim , qui ducto in captiuitatem Iſraele , & populo Iudæorum obſeſſo,in conſolationem eorum prophetauit contra Aſſyrios.Nahũ.1.a.Typus eſſe poteſt ſpirituſſancti arguentis mundum,& conſolantis bonos.

## *Naid.*

Beda.ſ.gen.4. — Iudæi

NAid,ſiue Nad.i.commotio:videtur aliquibus eſſe terra,vbi habitauerit Cain.Hieronymus tamen non interpretatur vt nomen propriũ:ſed transfert:habitauit in terra profugus.gen.4.c.Significat autem Iudęos,qui ſunt in commotione,& extorres à proprijs ſedibus.

## *Naim.*

NAim.i.pulchritudo,ſiue iucunditas, vel commotio , aut motus eorum : ciuitas in Galilęa iuxta Endor,duobus milibus à monte Thabor diſtans contra auſtrum.In ea Chriſtus ſuſcitauit filium viduę,ad portam ciuitatis.Luc.7.d.

## *Nardus.*

Plini.12.nat.hiſt.12.

NArdus eſt frutex graui,& craſſa radice,ſed breui ac nigra fragiliq; , quanuis pingui,ſitum redolente, vt cyperi,aſpero ſapore,filo paruo tenſoq;:cacumina in ariſtas ſe ſpargunt.Eſt herba odorifera,& multo magis , quę pſeudonardus vocatur.Eſt calidę naturæ,purgatq; pectus.

Glo.ordi.ſ.cant.1. — Deitas & doctrina Chriſti. Charitas

Nardus ſignificat deitatem Chriſti,virtutemq; eius ac maieſtatem:nec non eius doctrinam. canti.1.d.4.d.Deſignat etiam charitatem.

Ori.ſ.cant.ho.2. Gre.ſ.canti.1.&.35.mor.22 — Bona opera. Vita ſanctorum.

Significare etiam ſolet bona opera ſyncera charitate redolentia,vel virtutes eccleſiæ:ſeu vitã ſanctorũ:quę dũ eſſet rex in accubitu ſuo,dedit odorẽ ſuum.canti.1.d.quia quieſcẽte in ſua beatitudine dño,ſanctorũ virtus in eccleſia magnę nobis grãm ſuauitatis adminiſtrat.

Hie.ſ.Mar.13. Aug.ſ.Ioan.tra.50. — Integritas fidei

Nardus piſtica eſt vnguentum è nardo confectum:& dicitur piſtica,hoc eſt,verè ſyncera : & deſignat integritatem fidei eccleſię ex gentibus:& iuſtitiam.Mar.13.a.Ioan.12.a.

Ber.ſer.4.aſſump.& ſ.cant.ſer.42. Rup.ſ.cant.1.4. — Humilitas

Nardus herba humilis,odorifera,& purgans pectus,typus eſt humilitatis. canti.1.d.4.d. Eſt calidę naturę:ideo ſignificat humilitatem ex charitatis affectu procedentem , non ex cognitione veritatis.

## *Nares, Naſus.*

NAres propriè ſunt naſi latiores partes,in quibus ſunt ſpiracula,per quę trahimus aërem & odoramus.Naſus autẽ ea pars dicitur,quę à ſuperciliorũ confinio oriens , & quaſi ęquali porrecta iugo vtrãq; aciẽ ſimul & diſcernit & munit,& in nares ipſas terminatur.

Aug.de eſſen.diui. Euch.for.ſpũal.1. — Inſpiratio diuina

Nares in Deo inſpirationem,qua mentem noſtram excitat,ſignificare poſſunt. 2.reg.22.a. Aſcendit fumus de naribus eius,hoc eſt,lachrymoſa compunctio pœnitentium ex eius inſpiratione proueniens.

Gre.31.mor.21.28. — Præſciẽtia Chriſti

Nares in Chriſto pręſcientiam eius ſignificare poſſunt.Iſa.2.d.Quieſcite ab homine,cuius ſpiritus,eſt in naribus eius.Sępe enim id quod non videmus , odore comprehendimus : ita vt

res



res etiam longè iacentes fragrantia ſuæ qualitatis nobis innoteſcant:dumq; per nares ſpiritum ducimus,plerumq; aliqua inuiſa præſcimus.Sic gloria nariũ Chriſti eſt terror. Iob.39.c. Quia viſionem diſtricti iudicis,quam iuſtus vehementer expectat,iniuſtus venire formidat.Poſſunt etiam nares ſignificare prædicationem comminatoriam,quam exercent ſancti doctores. Deſignant etiam ſpem,qua futuram gloriam odoramus.

Prædicatio comminatoria. Spes — Hie.ſ.Iob.39.

Vis animæ iudicatoria. Diſcretio — Am.2.de ſpũſſ.9.& ſ.ps.118.ſer.5. Hie.ſ.Eze.23 Gre.31.mor.30 Euch.for.ſpũal.7. Gre.1.paſto.1.&.ſ.cant.7.&.ſ.Eze.h.11 Iſy.ſ.Leui.21 Ricar.de.ſ.vict.de ſomni.Nabuch.38.

Nares aut naſus animæ vim eius interiorem,qua diuina haurimus ſignificare poteſt : & etiã ſpiraculum fidei.Iob.27.a.Et naſus ſicut turris Libani,eſt forte & viuidum iudicium. cantic.7.b.Hic naſus præciditur adulteræ:quia bonę fragrantię odorem in fætorem mutauit. Eze.23 d.Naſus etiam eſt diſcretio,per quam virtutes eligimus,delicta reprobamus:qui eſt ſicut turris Libani,quum ſancta eccleſia quę ex cauſis ſingulis tentamenta prodeant per diſcretionem cõſpicit:& ventura vitiorum bella ex alto deprehendit.Paruus autem naſus eſt eius,qui ad tenendam menſuram diſcretionis,idoneus non eſt.Magnus & tortus naſus eſt diſcretionis ſubtilitas immoderata:quę dum pluſquam decet excreuerit , actionis ſuæ rectitudinem ipſa confundit. Leui.21.d.Nares habet & non odorat,qui ſcientiam diſcernendi,& inſtrumentũ ſpiritalis odoramenti habet:ſed moribus diſcernendis nullum ſtudium impendit.ps.113.

Perſpicacitas & inſidiæ diaboli — Hie.ſ.Iob.40. Gre.31.mo.21.&.33 mor.11.12.

Nares aliquando diaboli perſpicacitatem:& eius exhalantes inſidias ſignificare poſſunt:quibus ſagaciſsime nititur & occulta cordis noſtri bona cognoſcere,& hæc peſsima perſuaſione diſsipare:vnde de naribus Behemoth dicitur procedere fumus.Iob.39.c.40.c.41.b.Per has nares explorabat ipſe diuinitatem Chriſti.

Fatuitas — Gre.31.mor.22

Nares aliquando fatuitatem & ſtultitiam ſignificãt:vt pro.11.c. Circulus aureus in naribus porcę mulier pulchra & fatua.

Vita humana.

In naribus ſpiritus,vitam humanam deſignare ſolet:quia dum per nares reſpiramus,viuim⁹. Iſa.2.d.Iob.27.a.

Irriſio — Hie.ſ.Eze.8.

Nares in ſignum irriſionis aliquando ponuntur:vt Eze.8.g.Ecce applicant ramum ad nares ſuas.Quod Symmachus interpretatur:quaſi emittentes ſonitum in ſimilitudinẽ cantici per nares ſuas:quod dici poteſt de hæreticis irridentibus cultum Dei:qui eſt in eccleſia.

## *Narrare, Enarrare, Recitare, Referre.*

NArrare eſt dicere & recitare,verbiſq; aliquid explicare,annuntiare,prædicare, referre , & gratias agere.

Explicare ſecreta diuina — Gre.30.mo.7.8.

Narrare rationem cœli eſt vim ſupernorum ſecretorum explicare.Iob.38.d.Vel dñs tunc rationem cœli narrat,quando ſemetipſum nobis quomodo electis ſpiritibus præ ſit inſinuat. Et quum deterſa mentis noſtræ caligine,clara ſe viſione manifeſtat.Et quum nunc inſinuando ſuperna ſecreta electorum ſuorum mentes illuminat.

Manifeſtans Chriſt⁹ patrem — Aug.epiſ.120. Chry.ſ.Ioan.ho.14 Hie.ſ.ps.86.

Narrauit Chriſtus nomen patris fratribus:quia ipſum apoſtolis manifeſtauit. ps.21. Narratio autem vnigeniti,euidentiam doctrinæ eius ſignificat.Ioan.1.b.Referens autem Ioſeph ſomnium fratribus,prædicationem Chriſti ad Iudæos ſignificauit:quæ illis erat velut ſomniũ.gen.37.a.Narrat autem dominus in ſcripturis populorum,hoc eſt,in ſacra doctrina, quę omnibus eſt expoſita.ps.86.

Aſcribere verbi fructum Deo — Glo.inte.ſ.gen.24.

Narrans ſeruus Abrahę ipſi Iſaac omnia quę geſſerat in Meſopotamia,deſignat prædicatorem totum prędicationis ſuę fructum Deo aſcribentem.gen.24.g.

Lex inſtruens — Glo.inte.ſ.Exo.4.

Narrans Moſes Aaron verba domini,eſt lex inſtruens ſacerdotem. Idem narrat verba domini plebi:quia eadem lex inſtruit plebem.Exo.4.g 24.a.num.30.a.Deſignat etiam prędicatorem.Exo.18.b.19.a.

Prædicatio apoſtolorum. Docere — Arno.ſ.pſ.18.

Enarrant cœli gloriam Dei,quum apoſtoli & viri conuerſatione cœleſtes prędicãt Chrm. ps.18.144.Et narrant in turribus Sion,qui prędicant Chrm in eccleſia. ps. 47. Narrare etiam filio eſt docere inferiores.Exo.13.b.Narrari etiam dicitur nomen domini in terra,quum vbiq; prædicatur & manifeſtatur.Exo.9.d.Referentes quoq; filij Iacob patri ordinem rei ſuper Ioſeph,ſunt declarantes ſcripturas impletas à Chriſto.gen.45.g.

Ineffabilis generatio Chriſti. — Glo.inte.ſ.Iſa.53.

Enarrare generationem Chriſti dicit Iſaias impoſsibile aut difficile,tam de diuina , quã de humana loquens.Iſa.53.c.

Gentes — Hie.ſ.Iſa.52.

Hi quibus non erat narratum de Chro,erant gentes,quæ legem non acceperant. Iſa.52.d.

Conuincens Deus peccatorem. — Hie.ſ.Iſa.43.

Narrare petit Deus Iſraelẽ,ſi quid habet,vt iuſtificetur:ne videlicet videatur opprimi à Deo & vt ſic conuincatur,nihil iuſti habere.Iſa.43.d.

Mediator plãtus — Glo.inte.ſ.Exo.19.

Referens Moſes ad Deum quę dicuntur,deſignat pręlatum,qui velut medius eſt inter Deũ & populum.Exo.18.c.19.b.

Pctõr non laudans Deum — Aug.ſ.pſ.87.

Narrare dicitur in ſepulchro miſericordiam Dei peccator,habens animã mortuam in corpore tanquam in ſepulcro.ps.87.

Docere hæreſes. — Arno.ſ.ps.118. Hila.ſ.ps.63.118.

Narrant iniqui fabulationes,quũ docent idololatriã aut hereſes.ps.118.Et narrant vt abſcõdant laqueos,quum bona verba dicunt,vt fallant.ps.63.Et narrant prophetę ſomnia pro ſermone domini,quum heretici docent errores à ſe confictos,tanquam ſermones domini.

*Conſulere legem*

Referre maiora ad Moſen.Exo.18.d.Conſulere legem in grauibus.

## Naſci, Natiuitas, Renaſci.

NAſcuntur animalia,quum ex vtero matris,aut ex ouis in lucem prodeunt:& plantæ quum è terra pullulant.Naſci dicitur generari,oriri,& produci.

*Hila.de trini.6. — Chriſtus ex patre*

Natus ex Deo dicitur filius,non creatus.1.Ioan.5.a.Non enim idem eſt naſci quod creari.

*Euch.q.in pſ. Hie.ſ.Iſa.9. — Chriſtus in virgine vel in eccleſia*

Natus homo in Sion,hoc eſt,in virgine vel in eccleſia,eſt Chriſtus, qui paruulus natus eſt nobis.pſ.86.Iſa.9.b.Et natus puer in domo,eſt Chriſtus in mundo.Eccl'tæ.4.d.

*Ori.ſ.Iere. ho.6.& ſ.Eze ho.6. Hie.ſ.Eze.16. Auguſ.epiſ 95.&.ſ. Ioan.tra.11. Chry.ſ.Ioan.ho.25. — Baptizari*

Naſci ſpiritualiter contingit per baptiſmum : & nata Hieruſalem eſt anima per baptiſmum renouata.Eze.16.a.Hac autem natiuitate dicitur qui baptizatur,renaſci. Nata autem gens in ſemel erat,quum multi vna die conuertebantur.Natus autem ex Deo eſt,qui eſt in gratia:quę natiuitas dicitur ex ſpiritu,ſecundum videlicet honorem & gratiam.1.Ioan.3.b.Ioan.3.a. Huc pertinet natiuitas filiorum Iſrael.Exo.28.b.39.b.

*Baſi.ſ.pſ.44. Hie.ad Principiam.&.ſ.ps.44. — Apoſtoli pro patriarchis*

Nati filij pro patribus,ſunt apoſtoli pro patriarchis:& prælati & doctores pro apoſtolis:& fideles pro philoſophis.pſ.44.Et nati ſeptē filij Iob,ſunt apoſtoli electi à Chriſto. Iob.1.a.

*Gre.1.mor.12. Aug.ſ.ps.44 — Productio operis*

Natum ſemen,boni operis productionem ſignificat.Matth.13.a. Luc.8.a. ſed eſt varia productio,ſecundum diſpoſitionem recipientium.

*Philo.de profugis Iſy.ſ.Leui.25 — Doctrina ſine præceptore*

Naſcentia ſponte dici poſſunt,quæ à ſolo Deo docentur,abſq; alio pręceptore : & quæ ad legem naturalem ſpectant,quę ſingulis ſunt indita.Leui.25.a.Et naſci aurum in Phiſon,eſt inuenire ſecreta ſapientiæ.gen.2.b.

*Glo.ord.ſ.Matt.21. — Ceſſans fides Iudæorum*

Non naſcitur fructus ex ficu maledicta à Chriſto:quia ex quo Chriſtus venit, ceſſauit populus Iudaicus à fructu fidei & bonorum operum.Et in anima non naſcitur fructus,quę damnationi æternæ traditur.Mat.21.b.

*Peccatum in exteriori opere*

Natum vlcus in cute eſt peccatum in exteriori opere.Leui.13.c.

*Hie.ſ.Hoſe.2. Gre.4.mor.4. — Errores gentium*

Natiuitatis tempus deſignat errores Ethnicorum.Hoſe.2.a.Naſcitur autem maſculus, quū quis fit corruptor veritatis.Iere.20.d.

*Gre.6.mor.5.6. — Miſeria hominis*

Naſcitur homo ad laborem,quando is,qui accepta præditus eſt ratione, conſiderat quā ſit impoſsibile,vt hæc peregrinationis ſuę tempora ſine gemitu euadat.Homo etiam exterior qui corrumpitur,ad laborem naſcitur,vt auis ad volatum,quia inde mens ad ſumma euolat, vnde caro in infimis laborat.Et homo carnalis ad laborem naſcitur:quia quum tranſeuntia appetit, deſideriorum ſuorum ſe pondere affligit.Iob.5.b.

*Gre.4.mor.7. — Tēpus mortalitatis*

Natiuitatis dies dici poteſt omne hoc tempus noſtræ mortalitatis:quod quandiu nos in hac noſtrę mutabilitatis corruptione detinet,æternitatis nobis incommutabilitas non apparet: vnde Iob.3.a.Optat ipſe Iob vt pereat dies in qua natus eſt,hoc eſt,vt ceſſet mortalitas, & veniat immortalitas.

Natus de muliere dicitur homo,vt eius infirmitas indicetur.Iob.14.a. 15.b.25.a.

*Non operari*

Non ſunt nati filij Michol ex Dauid:quia qui verbum Dei aure tenus percipiunt,abſq; boni operis prole diem perpetuę mortis expectant.2.reg.6.d.

*Cle.Ale. adhor.ad gentes. — Multos colēs Deos*

Natus ex meretrice eſt,qui multos ſibi Deos aſcribit,vt multos patres propter veri patris ignorationem.deut.23.a.

*Ori.ſ.Leui. ho.8.& ſ.Mat.cap.14*

Natalitius dies celebratur à Pharaone,& Herode,& à malis ac carnalibus:non tamen à bonis,qui non ignorant peccatum originale,quo natura humana infecta eſt.gen.40.d.2. Mach. 6.b.Matth.14.a.Mar.6.c.

*Rup.ſ.Hoſe.2. — Multiplicatio Iſraël in Aegypto*

Naſci in Aegypto.gen.48.a.Natiuitatis dies fornicariæ fuit,quando filij Iſrael multiplicati ſunt in Aegypto.Hoſe.2.a.

## Natare, Natatoria.

NAtare eſt propriè piſcium perinde in aqua repentium,vt volucres in aëre.Natant tamen & volucres,& beſtiæ,& per induſtriam homines.

*Eſſe in periculo.*

Natare interdum eſt in periculo & labore eſſe.Iſa.25.d.Et extendet manus ſuas ſub eo,ſicut extendit natans ad natandum.

*Amb.3.de ſacris.2. cyril.6.ſ.Ioan.15 — Paſsio Chriſti.*

Natatoria Siloë,vbi lauit cæcus oculos,& viſum recuperauit,paſsionem & crucem Chriſti & etiam baptiſmum ſignificare poteſt.Ioan.9.b.

## Nates.

NAtes eam partē carnoſam poſteriorē in homine ſignificant , quæ ſedēdi officio deſeruit.

*Gre.ſ.1.reg.5. Hie.ſ.Iſa.20*

Nates deſignant partem pronam ad peccatum.1.reg.5.b.Et nates diſcoopertæ ignominiam peccati ſignificant.Iſa.20.b.2.reg.10.a.2.par.19.a.

## Nathan.

NAthan.i.dans,vel donatus:filius Dauid & Bethſabe.2.reg.5.c.1.par.3.b.Fuit etiam Nathā propheta,qui ex præcepto Dei reprehendit Dauid ſuper facto Vriæ & Bethſabe.2.reg.7. a.12.a.3.reg.1.b.1.par.7.a.Eccl'i.47.a.





*Ordo prophetalis. — Hie.ſ.Zac.12.*

Nathan domus ordinem prophetalem deſignare poteſt.Zach.12.d.

## Nathanael.

*Genus humanum. Iudæi. — Aug.ſ.pſ.31.44.*

NAthanael.i.donum Dei:dux de tribu Iſachar.nu.1.a.7.b.Fuit alius vnus ex diſcipulis Chriſti.Ioan.1.f.21.a.Fuit vocatus à Chriſto per Philippū,quū eſſet ſub ficu . Typus eſt generis humani,quod erat ſub ficu,hoc eſt,requieſcebat ſub cōditione carnis peccati:Quod vidit Chriſtus,quando eius miſertus eſt:vel deſignat Iudæos quieſcentes ſub lege, quos etiā vidit Chrs.

## Nathinei.

*Miniſtri eccleſiæ.*

NAthinei.i.dati vel donati erant traditi miniſterio tēpli.1.par.9.a.1.Eſdr.2.c.8.d.Deſignant in eccleſia eos,qui ſe tradunt eius miniſterio.

## Natio, uide Gens.

## Natura.

*Ariſt.2.Phyſico.*

NAtura dicitur, ꝙ aliquid naſci faciat. Et natura iuxta Phyſicos eſt principium alicuius, & cauſa mouendi, & quieſcendi, in quo eſt. Principium autem eſt per ſe, & non ſecundum accidens.

*Ariſt.5.Metaphyſic*

Natura autem primo dicitur generatio naſcentium:ſecundo id,ex quo aliquid generatꝰ primo,ita vt ſit:tertio natura dicitur,vnde principium motus eſt, ī vno quoq; eorum,quę natura ſunt.Quarto natura dicitur,ex quo primum in ordinato,ſeu informi & immobili,ex ſua potētia aut eſt aut fit aliquid eorū,q̄ natura ſunt: vt lignū dicitur natura eorum,quę ex ligno fiunt. Quinto natura dicitur ſubſtantia eorum,quę natura ſunt.

*Cyril.apologet.anathematis.3.*

Cum dicit apoſtolus.Ephe.2.a.Eramus natura filij iræ,ibi natura idem eſt ꝙ verè:vt ſit ſenſus:Eramus verè aut re vera filij iræ.

## Nauigare, Nauis, Transfretare, Nauta. Naufragium, Prora, Puppis, Proreta.

NAuigare eſt naui iter facere. Nauis autem eſt, quæ fit ex lignis ad iter agendum per aquas. Nauta eſt qui nauem agit,& regit.& ea quæ in naui ſunt,agenda exercet.Proreta vero dicitur,qui proræ nauis curam habet : qui ponitur.Ezechie.27.f.Naufragium autem eſt nauis fractio,vel ſubmerſio.

*Corpus Chriſti. — Ori.ſ.matth.cap.14*

Nauicula corpus Chriſti dici poteſt.Matth.14.b.Proue.30.c. quo trāſiuit mare huius ſeculi.

*Eccleſia. Iuſti. Initium eccleſiæ. — Ori. in diuerſ.hō &.ſ.Mat.cap.14. Hil.ſ.Mat.cāo.7.13. Amb.de Salomo.4. & de virgi 3. Hier.ſ. Eze.26.&.ſ. Mar.4. Augu.ſ ps.103. &.ſ. Ioā trac.25. & d̄ verbis dn̄i.ſer.14.*

Nauis quādoq; ſignificat eccleſiam:vt nauiuicula,quę iactabatur fluctibus, eſt eccleſia quæ in huius ſeculi mari tentationum & perſecutionum impetus & fluctus patitur:in ea ſedet Chriſtus,eamq; à naufragio ſeruat.pſ.106.Pro.30.c.Mat.8.c.13.a.14.b.15.d.Luc.5.a.Ioan.6.b.21.a. Omnium, quæ ad hanc nauē pertinent ſimilitudinē allegoricā explicat Clemens epiſto. 1.ad Iacobum . Naues quoq; ſunt eccleſiæ. Pſalm.103. Et ſancti qui huius ſeculi fluctus nauigando pertranſeunt.Ezechiel.26.d. Puppis autem eſt initium eccleſiæ : in qua dominus dormiuit morte corporali.Mar.4.d. Cyril.3 ſ.Ioan 24. Euch.q.in Iob. Gre.ho.24.

*Synagoga. — Hila.ſ.Mat. cāo.16. Amb.ſer.9.&.ſ.Lu.5*

Nauis à qua eiectus eſt Ionas,ſynagogam ſignificat,quę Chriſtum eiecit. Ionæ.1.b. Eadem eſt nauis,quę dimittitur à Chriſto, aſſumpta naui Petri.Luc.5.b.

*Crux Chriſti. Prædicatio Chriſti. — Aug.epiſ.49.q.6. & ſ.Ioan.trac.2. Gre.9.mor.24. Rup.ſ.Ionam.1.*

Nauis etiam Ionę crucem Chriſti ſignificare poteſt.Ipſa eſt nauis poma portans, quādo per crucis myſteriū ad ingenita naturæ bona reſtringimur,ne per pręſentis vitæ fluctus fatigemur. Iob.9.c.deſignat etiam pręđicationem Chriſti in Iudæa.

*Corpus humanum. Mens. Homo. — Amb.1.de.inter.5. Gre.4.mor.22. Euch.form.ſpūal.8*

Naues Tharſis corpora noſtra ſignificare poſſunt.pſ.47. poſſunt etiam ſignificare mentes q̄ prius erant mundanæ, & conteruntur per pœnitentiam . Nauicula quoq; eſt ipſe homo,cuius nautæ ſunt cogitationes hominem gubernantes.

*Baptiſmus. Pœnitentia. Sancta conuerſatio — Arno.ſ.pſ.106.*

Nauis etiam dici poteſt baptiſmus: per quem tranſimus à vita veteris hominis ad vitam noui.Et etiam pœnitentia,quę dicitur ſecunda nauis,aut ſecunda tabula poſt naufragium.Sancta quoq; conuerſatio nauis dici poteſt.pſ.106.

*Antiqui patres. — Gre.9.mor.22.*

Naues poma portantes ſignificare poſſunt antiquos patres.Iob.9.c.vt enim qui poma deferentes maria tranſmeant,ipſi quidem fructuum odore fruuntur, fructuum vero cibos ad alios deferunt:ita ſancti patres incarnationis myſterium prophetantes,ipſi quidem ſpei odore fruebantur,ſed nobis fructum de eadem ſpei perfectione attulerunt.vel certè quia naues cum portant,ea paleis admiſcent,vt ad terras illeſa perducant, ita antiquorum patrum dicta in eo ꝙ myſteria ſpiritualis vitæ denunciant,per interfuſam hæc hiſtoriæ ſtipulam ſeruant:& opertum nobis fructum ſpiritus deferunt,quum carnalia loquuntur.

*Genus humanum. — Gre.9.mor.24.*

Naues etiam poma portantes humanum genus deſignare poſſunt . Naues enim quum poma portant , ſuauitatem odoris habent:ſed ponderis grauitatem non habent:ita genus humanum à paradiſi gaudijs expulſum,vim contemplationis perdidit : robur conditæ fortitudinis amiſit:

cũq; ad ſuperna repetenda ſe erigit,fragrat quidem odore memoriæ, ſed digne non exerit pondus vitæ.Pomorum ergo odoribus repletur:& tamen huc illucq; mentis noſtræ nauis impellitur:quia & paradiſi celſitudinem cum ardoris recordatione meminimus & importunos tentationum fluctus ex carne toleramus.Naues etiam homines.Apoc.8.c.

Rup.8.ſ.apoc.

Hie.ſ.Iſa.2.23.43.& ſ.ps.47. Aug.ſ.ps.47. Beda.ſ.pro.30.

Naues Tharſis ſeu Carthaginis doctrinam hæreticorum & gentilium ſignificare poſſunt:& ipſos hæreſiarchas,aut eorum libros:& eos qui volunt fieri diuites:& qui omni vento doctrinæ cirũferuntur:& qui in idolorum cultu fluctuant. Naues quoq; Tyri & Tharſis ſuperbiam gentiũ & errores ſignificant. Et nautæ Tyri ſunt ducentes ad errores.ps.47.Iſai.2.c.23.a.33.d.43.c.60.b.Eze.27.b.f.Nauis quoq; dici poteſt ipſa iniquitas,& fragilitas,& inconſtantia,qua homines in huius ſeculi fluctibus circũferuntur omni vento luxuriæ & vanitatis. Pro.30.c. Et transfretantes in aquis multis ſunt,qui omni doctrinæ vento circũferuntur.

Doctrina hæreticorum. Hæreſiarchæ. Leues homines. Superbia gentium.

Nauigatio dici poteſt vita pręſens,quã tranſigimus inter huius ſeculi fluctus.gen.49.c. — Vita præſens.

Baſi.ho.in principiũ prouerbio.

Naufragium fit in homine,quando mens non imperat & gubernat,ſed caro.Et naufragium fit circa fidem,quando quis aberrat à recta fide.1.Timo.1.d. — Imperium carnis. Apoſtaſia.

Rup.ſ.Ionam.1.

Nautę euntes in Tharſis.Ionę.1.a.fuerunt apoſtoli electi ad pręedicandum prius in Iudæa. — Apoſtoli.

## Naulum.

NAulum eſt pretium,quod ſoluitur pro vectura in naui.

Hie.ſ.Ionam 1. Rup.ſ.Ionam.1.

Naulũ quod ſoluit Ionas,ſignificat Chriſtũ,qui naulum ſoluit, quãdo tradidit ſeipſum, vt Iudæos ſaluaret.Ionę.1.a.vel naulum dedit nautis,quum dona ſpiritusſancti dedit apoſtolis. — Chriſtus. Dona ſpiritusſancti.

## Nauſea, Nauſeare, uide Vomere.

## Nazareth, Nazareus.

Ber.ad milites templi.7

NAzareth.i.cuſtodita,vel florida,aut virgultum:ciuitas Galilęę:in qua ſaluator noſter Ieſus Chr̃s conceptus, & nutritus eſt.Nazaræi aũt dicebantur conſecrati dño ex voto:qui tempore conſecrationis ſuę & expletionis voti,vinum bibere non debebant,nec caput radere,nec ad mortuum accedere.num.6.c.

Ori.ſ.Luc.ho.33. Ber.1.ſ.miſſus eſt.

Nazareth Iudaicũ populũ ſignificare poteſt,q̃ erat flos in ceremonijs & ſtatu legis: ex quo flore ortus eſt fructus Chr̃i,ſed decidẽte flore:quia cecidit ille populus. Et vt Chr̃s non fuit acceptus in Nazareth,ita nec eius prędicatio fuit accepta apud Iudæos.Luc.1.c.4.c. — Populus Iudaicus.

Geor.vene.canti.2.tono.3.cap.6. Rup.1.ſ.num 12.

Nazaręus Ioſeph Chriſtũ ſignificauit,qui verè eſt floridus.gen.49.d.deut.33.a.Ipſe eſt pontifex Nazaręus,hoc eſt,ſeparatus à turba coinquinata,& à vulgaribus operibus fędãtibus dignitatem ſuam:vel Nazaręus.i.coronatus diademate ſanctitatis, & perfuſus diuinitatis oleo. In Chriſto impletę ſunt leges Nazarẹi,quę ponuntur.nu.6.a. — Chriſtus.

Hie.ſ.Amos.2, Gre.32.mor.23.

Nazarẹi,hoc eſt,floridi,ſunt continentes & abſtinentes.Thre.4.b. Et generaliter Nazaræi ſunt ſancti non radentes caput,nec ad mortuos accedentes.nu.6.d.Iudi.13.a.16.d.Amos.2.c. — Sancti.

## Nebo, uide Nabo.

## Nebula.

NEbula eſt vapor è terra & aquis ſurgens: qui vel ſtatim euaneſcit, vel in altum ſublatus in nubem conuertitur.

Gre.17.mor.18. Hie.ſ.Iob.26. Euch.form.ſpũal.2.

Nebula in quã ingreſſus eſt Moſes,occulta diuię potẽtię & ſapiẽtię ſignificare põt.Exo.24.d.3.regũ.8.b.Nebulam expandit Deus ſuper ſolium ſuum, quum gloriam ſuam ſicuti eſt nobis abſcondit. Iob. 26.c.vbi etiam ſignificatur diuina protectio: & etiam velamentum myſteriorum Dei. — Occulta diuinæ ſapientiæ. Diuina protectio. Velamẽ myſteriorũ

Glo.ord.ſ.Leui.16.

Nebula conſurgens ex aromatibus,doctrinam paſsionis Chriſti ſignificare poteſt. Leui.16.c.Et virtutem orationis. — Doctrina paſsionis Chriſti.

Euch.form.ſpũal.3.

Nebula quandoq; ſignificat abolitionem peccatorum.Iſa.44.d. delebo vt nubem iniquitatem tuam,& quaſi nebulam peccata tua. — Abolutio peccatorũ

Hie.ſ.Amos.4. Aug.ſ.ps.147. Gre.10.mora 1. Rup.ſ.amos.4.

Nebula matutina eſt cognitio Dei obſcura,quę in hac vita habetur. Amos.4.d.Et qui cognoſcunt ſe obſcurè,non pręſumentes de ſe nebulę dici poſſunt.ps.147.Iob.38.d.vel eſt ignorãtia pręcedens cognitionem,quam Deus infundit poſt cognitam ignorãtiam. — Cognitio Dei obſcura. Ignorantia.

Hier.ſ.Iere 10.&.ſ.Nahum.1. Gre 30.mor.1.

Nebulæ quas eleuat Deus ab extremis terræ,ſunt apoſtoli, qui contemptibiles habebantur. Iere.10.c. Et vocem ſuam in nebula dominus leuat, quando per prædicatorũ ſuorum linguas ad caliginoſa corda infidelium exhortationem format.Iob.38.d.Et nebulę vel nubes,quę ſunt puluis pedum Dei.nahũ.1.a. ſunt prophetę & animę iuſtorum,quę prius coniunctione carnis fuerant pręgrauatę,ſed eleuatæ in ſublime, tenuioris ſubſtantiæ fiunt: & in ſcabellum pedum Dei redactæ, in extremis quibuſq; inter angelos officijs miniſtrabunt. Priora quippe & antiqua,quę ad caput pertinent noſſe non poterunt. — Apoſtoli. Prophetæ. Animæ iuſtorum.

Hie ſ.Nahũ.1.ſ.Iob 38.& ſ.Mich.4.

Nebulę quoq;,quę ſunt puluis pedũ Dei.dici poſſunt mali ſerena ſemper cõturbantes:& clarum ſolis — Mali.



rum ſolis lumen ſua caligine prętexentes: qui in puluerem redigentur & in nihilum & terra in eis pinguis diſſoluetur.Nahum.1.a. Nebulæ quoq; ſignificant caliginem peccati, ſicut & ipſos peccatores. Iob.38.d. Et nebuloſa filia Sion eſt ſynagoga obſcurata: quia occidit filium Dei, qui eſt lux vera.Mich.4.c.Nebula implens domum domini, fuit obſcuritas in ſacerdotibus Iudæorum.3.regum.8.b.Nebuloſa etiam dicitur eccleſia,tum propter tribulationes,tum propter peccatores,qui in ea continentur.

Peccatum. Synagoga. Cæcitas Iudæorum Eccleſia. — Ruper.3.ſ.reg.27.& ſ.Mich.4.

Tribulationes.

Nebula frigida rigorem tribulationis aliquando deſignat.ps.147. In nebula eleuat Deus vocem ſuam,quum per tribulationes conuertit aliquos.Iob.38.d.

Cõfuſio hæreticorũ

Nebula thuris oblati idolis,confuſionem hæreticorum ſignificare poteſt.Eze.8.c. — Hie.ſ.Eze.8.

## Neceſſarium, Neceſsitas, Neceſſe.

NEceſſarium dicitur illud,ſine quo quippiam fieri aut eſſe non poteſt.Neceſſarij quoq; dicuntur cognati.Neceſſarium dicitur etiam,quo quis eget,& ineuitabile,& vtile.Neceſsitas indigentia,ineuitabilitas,tribulatio.Neceſſe,indigens eſſe,opus eſſe,vtile eſſe.

Neceſsitas paſs.chr̃i

Neceſsitas veniendi ſcandala,neceſsitatem paſsionis Chriſti indicare videtur.Mat.18.a. — Hila.ſ.Mat. cão.18.

Non abſolutè deſideratum.

Neceſſarium quod eſt in hac vita,eſt quod non abſolutè deſideratur:vt ea quę ſperantur,vt dicebat apoſtolus,Philip.1.d.Deſiderium habens diſſolui,& eſſe cum Chriſto,multo magis melius:permanere autem in carne neceſſarium propter vos. — Aug.epiſt.119.

Neceſſarium ad cultum diuinum, aut in vſus ſanctuaria, eſt ſecundum ordinationem diuinam.Exod.35.c.36.a.

Difficultates malorum quę inuiti patimur.

Neceſsitates à quibus ſaluat Deo animam,ſunt difficultates malarum conſuetudinum,& cupiditatum,& cæterarum rerum,quas inuiti patimur:& demum pericula inferni.ps.30. — Hie. & Aug.ſ.ps.30

## Nechao.

Diabolus.

NEchao. i. claudus vel percuſſus, rex Aegypti, qui vicit Ioſiam regem Iuda.4.regum.23.f. Significare poteſt diabolum,qui claudicauit apoſtatando à Deo,à quo percuſſus eſt,& vicit primum hominem. — Glo.ord.ſ.4.reg.23

## Nectere, Nexus, uide Ligare.

## Nefas, Nefarius.

NEfas eſt impium facinus,& execrabile:ſicut adulteriũ appellatur nefas. Iob.31.a. Nefarius autem dicitur homo ſceleſtus & ſacrilegus.

## Negare, Inficiari.

Reprobãs Deus.

NEgare eſt,quod aſſeritur inficiari,aut renuere,& recuſare, & non implere.

Negat Deus hypocritam.Iob.8.quia ſimulatoris vitam iuſtè reprobando, merito veritas ipſum ignorare dicitur. — Grego.8.mor.28.

Chriſtus dans dona humilibus.

Non negauit Iob pauperibus quod volebãt,deſignãs Chr̃m,q̃ dat humilib⁹ quod petunt:q̃ quoniã vere humiles ſunt,hoc ſolum obtinere volũt,quod Deus eis viderit expedire.Iob.31.b. — Gre.21.mor.12.

Aſcribere ſibi bona.

Negatio contra Deum dicitur eſſe,quum quis manum ſuam oſculatur. Iob.31.c. quia ſibi attribuit opera,quæ Deo aſcribere debebat.Pręſumptio autem virtutis propriæ tanto grauius in deſperatione eſt,quãto longius ab humilitate.Cunq; vires ſibi tribuit operis,ad adiutorium nõ recurrit autoris. — Greg.22.mor.10.

Confitentes Deum.

Non negantes ex Iſrael,nomine filiorum inſigniuntur.Iſa.63.b. — Hie.ſ.Iſa.63.

Mẽdacia hæreticor.

Negatio,qua Ephraim circundedit Deum, ſignificat mendacia hæreticorum.Hoſe.11.d, — Hie ſ Hoſe 11.

Corrumpere imaginem Dei.

Negare depoſitũ.Leu.6.a.eſt per vitia perdere ĩ ſe imaginẽ Dei,nec recognoſcere ei⁹ dona. — Glo.ord.ſ.Leui.6.

## Negligere, Negligentia.

NEgligere eſt non curare,& contẽnere, quaſi nelegere quidẽ,nec videre dignari.

Negligentes fratres Ioſeph emere triticum, deſignant non curãtes audire verbum Dei: vnde & à patre ſene reprehenduntur. gene.42.a. In pœnã autem incidunt,qui neglexerunt ſermonem domini.Exo.9.c. — Amb.de.Ioſeph.8.

Negligentes ire ad nuptias,ſunt pręferentes temporalia ſpiritualibus.Mat.22.a.

## Negotiari, Negotium, Negotiator, Inſtitor.

NEgotiari eſt negotia exercere, & mercaturæ operam dare. Negotium autem occupationem,& munus,ac opus ſignificat. Negotiator vero eſt,qui mercaturæ operam dat,aut negotijs eſt pręfectus.

Fideles ex gentibus Prædicatores. Prædicatio.

Negotiatores in bonũ ſunt,qui quęrũt lucrũ verũ ſpũalium, & qui inſtructi ſunt ĩ lege Dei. Matth.13.f.Et negotiatores ementes Ioſeph, ſunt fideles ex gentibus ſuſcipientes Chriſtumm à Iudęis erectum.Gene.73.f.Et negotiatores Tharſis ſunt,qui inter ſeculi fluctus per bona opera quærunt ſpiritualia mercimonia. Et etiam prædicatores. Et negotiatio eſt ipſa prædicatio. — Ori.ſ.Matt.cap.13. Hila.ſ Mat.cão.13. Hie.ſ Eze 38. Grego.33.mor.22. Beda.ſ.pro.21.

Iob.28.b.40.d.Pro.31.c. Eze.38.d.Et negotiatio Tyri cum omnibus gentibus eſt,quũ ex omnibus gentibus conuertuntur ad fidem:& quæ dicitur negotiatio ſancta domino.Iſa.23.d.

Negotiari in terra,eſt rebus terrenis vacare.gene.34.b.Et negotiatio,ad quam quidã abierunt,eſt occupatio circa temporalia. Matt.22.a. Et negotiationis domus eſt anima ſecularibus intendens.Ioan.8.c.2.Timot.2.a. *Vacare terrenis.*

Negotiatio luciferi fuit,cum dixit:aſcendam in cœlum &c.Eze.28.d.Et negotiatores Phœnicis ſunt hæretici & dęmones:qui & inſtitores dicũtur:& negociatores gentiũ & Tyri & Babylonis:quibus adduñt magi & philoſophi.Iob.28.b.Iſa.23.a.47.d.Eze.17.a.26.b.27.a.Et negotiatores Niniuę ſunt peccata. Nahum.3.d. Negotiatio quoq; Aethiopię eſt cultus deorum gentilium.Iſa.45.c. *Hæretici. Dæmones. Magi. Philoſophi. Peccata. Idololatria.*

Negotium perambulans in tenebris,eſt grauior tentatio cum ignorantia. p̃s.90. Item verba ſuadentia peccatum ſub ſpecie boni:vel eſt ambitio: quę eſt ſubtile malum ſecretũ virus, peſtis occulta,doli artifex,mater hypocriſis,liuoris parens vitiorum origo, criminum fomes,virtutũ ęrugo,tinea ſanctitatis, excęcatrix cordium , ex remedijs morbos creans,generãs ex medicina languorem.Item diuitiæ ſunt negotium perambulans in tenebris. *Grauis tentatio Malũ apparẽs bonũ Ambitio. Diuitiæ.*

## *Nehemias.*

NEhemias.i. conſolatio, vel requies domini,aut pœnitens dñs,ſiue directio dñi:princeps in Iſrael,qui inſtaurauit muros Hieruſalẽ,poſt Babylonicã captiuitatẽ.1.Eſdr,2.a.nehe.1.a.

## *Nemrim.*

NEmrim.i.pardi,ſiue pręuaricatores,aut amaritudo, vel cõmutatio:videtur fluuius aut fons in Moab.Nam Iſa.15.c.fit mẽtio de aquis Nemrim,deſignare poteſt hæreticos aut doctores eorum. *Hæretici.*

## *Nemrod.*

NEmrod.i.transfugiũ,vel rebellis,ſeu dormitio deſcenſionis,vel dormiens dominans:aut tẽtatio deſcẽdens:filius Chus,fuit primus tyrãnus poſt diluuiũ, qui dictus eſt robuſtus venator.gene.10.b.Typus eſt diaboli & ſuperborum,& eorum , qui à Deo trãsfugiunt ad terrena. *Diabolus. Superbi.*

## *Nemus, Saltus, Sylua, Lucus.*

NEmus,ſaltus,ac ſylua ſic ſe habent, vt ſylua ſit generale nomen non ſolum loca arborũ cõprehendens,verumetiam herbarũ:propriè tamen eſt arborum,vnde materia cęditur.Saltus autem eſt ſylua inuia,vbi paſci & æſtiuare , vel hyemare pecudes ſolent. Nemus vero dicitur ſylua voluptatis gratia comparata,& amœnitatis plena.Sed quantũ ad noſtrum propoſitũ hæc confundunt:& hoc habent cõmune,vt abundẽt arboribus infrugiferis.Lucus aũt eſt nemus arboribus dẽſum,manu conſitũ:quod Deo alicui gẽtilitas cõſecrabat : quod nequaq̃; cęduũ eſt.

Sylua dici poteſt ecclesia,vt habet diuerſa ligna ad varios vſus apta,hoc eſt,diuerſitatem fidelium.p̃s.131.Eze.15.a.Et mel ſylueſtrè ſunt conuerſi ad fidem.Mat.3.a. *Ecclesia.*

Nemora obumbrantia , aut nemoroſę valles , iuſtorum cœtum, & prophetarum chorũ ſignificare poſſunt.num.24.a. *Iuſtorum cœtus.*

Nemus plantatum ab Abraham,exempla virtutum ſignificare poteſt.gen.21.d. *Exempla virtutum.*

Saltus dici poteſt mundus pomiferas arbores non habens:ſed eſt habitaculum beſtiarum:& dicitur ſaltus meridianus.Eze.20.g.31.b.Saltus etiam vt eſt locus ſyluoſus,& cliuoſus,corda ſecularium ſignificare poteſt· qui quũ tota intẽtione curis exterioribus ſeruiũt,velut ſyluoſa loca, culta ad fructũ boni operis prædicatiõis vomere non ſunt.1.reg.14.d.2.reg.18.b.Iſa.21.d. *Mundus. Corda ſecularium*

Sylua etiam vel ſaltus dici poteſt gentilitas,in qua non erant homines, ſed beſtiæ.p̃s.79.95. 103.131.Eze.39.c.Amos.3.a. *Gentilitas.*

Saltus erat ſynagoga frondibus literæ legis abundans,ſine fructu ſpiritus.Et peculiariter ſaltus erat Hieruſalem non ferens fructum bonorum operum:ſed combuſtioni parata.Iſa.29.f.Iere.21.d.Eze.20.g.34.f.Hoſe.2.b.Zach.11.a. *Synagoga.*

Nemora arboribus infrugiferis plena ſignificare poſſunt ſcientias ſeculares,ſectaſq; philoſophorum,& hæreſes.Iere.3.b.Et nemoroſum lignũ eſt doctrina hæreticorũ cum folijs verborũ, ſine fructu operũ & veritatis.Eze.6.d.Saltus etiam eſt eloquentia hęreticorũ igni tradenda:& libri philoſophorum:& ipſi infrugiferi.p̃s.82.Iſa.9.d.10.d. Ierem.10.a.Mich.7.c.Et lucus non plantandus,deſignat eloquentiam vanam non eſſe introducendam in ſacram ſcripturã,nec vitia miſcenda virtutibus:vt nec arbores infrugiferę miſcentur frugiferis.deut.16.d. Et lucum ante altare plantare,eſt hæreſes in eccleſiam inducere. Iere.17. a. Et lucos ſcindere eſt hæreſes & idololatriam deſtruere.Exo.34.b.deut.7.a.12.a.Iſa.27.c. *Scientiæ ſeculares. Sectę philoſophorũ Hæreſes. Eloquentia hæreticorum. Idololatria. Vitia. Hæretici & philoſophi.*

Sylvę dicuntur omnes homines cõparati Chr̃o.canti. 2.a. Et inſtitutiones humanæ cõparatę inſtitutionibus diuinis.Saltus etiam dicitur multiplicitas generis humani. Amos.3.b. *Homines. Inſtitutiões humanę.*

Syluestris vallis dicitur anima peccatoris,vbi congregantur dæmones.gene.14.a. *Anima peccatoris.*

Marginal references: Iſa.27. — Hila.ſ.p̃s.118. — Hier ſ.Eze.28.&.ſ. Iſa.23.&.ſ.Iob.28. — Aug ſ.ps.90. Per ſer 2.de.S. Andrea.& ſerm.6.ſ. qui habi.&.ſ.cãt. ſer.33. — Hie.ſ.Iſa.15. — Ori.ſ.cant.ho.3. Hie.ſ.Mich.5. Beda.ſ.gen.10. Rup.ſ gen.43. — Amb. 2. de ſpũſctõ. 11.&.ſ.Luc.7. Hila.ſ.Mat.cão.2. Ori.ſ.nu.ho.17. Hie.ſ.Eze.15. — Gre.ſ.1.reg.14. Hie.ſ.Iſa.21. — Hila.ſ p̃s.131. Hie.ſ.Eze.39. Aug.ſ.ps.103. Euch.form.ſpũal.4. — Hie.ſ. Iſa.29.&.ſ.Iere.21 &.ſ.Eze.20. — Ori.ſ.Ieae.ho.14. Hiero.ſ.Eze.6. &.ſ. Iſa.9. Gre.epiſ.ad Leãdr. Philo.1.allegori. — Ori.ſ.cant.ho.2. Glo.int.ſ.cant.2.a. Rup.ſ.Amos.3.

Nemoroſa



Nemoroſa cedrus dicitur Lucifer,vel Antichriſtus.Eze.31.a. *Lucifer* — Hie.ſ.Eze.31

Sylua vnde venit leo,erat Babylon,vnde venit exercitus Chaldæorum contra Hieruſalem. *Babylon* — Hie.ſ.Iere.5.

Vel eſt infernus,vnde venit diabolus ad tentandum fideles.Iere.5.b. *Infernus*

## *Neomenia, uide Calendæ.*

## *Neophytus.*

NEophytus.i.nouellus,quaſi noua planta,dicitur qui nuper venit ad fidem,in qua nondum eſt exercitatus,ſed eſt velut puer.1.Timoth.3.b. — Hie.ſ.Iſa.3.

## *Nepos, Neptis.*

NEpos dicitur qui ex filio,filiaue natus eſt:& extenditur ad poſteros. Nepotes etiam dicuntur conſumptores rei familiaris:quæ ſignificatio non inuenitur in ſacris literis.

Nepotes dicuntur imitatores.gen.31.g.46.a.Exo.10.a.34.a.Iob.21.a.27.c. *Imitatores* — Gre.18.mor.18.

Nepotes apoſtolorum ſunt ſuccedentes eis in fide & operibus.Iſa.65.d. *Diſcipuli apoſtolorum* — Glo.or.ſ.Iſa.65

## *Nephtalim.*

NEphtalim.i.comparatio,ſeu æquiparatio, vel retorſio,ſeu tortuoſitas : filius Iacob è Bala ancilla Rachelis.gen.30.d.Typus eſt apoſtolorum & prædicatorum, vt dicitur, ceruus emiſſus,& dans eloquia pulchritudinis.gen. 49.c.Poteſt etiã typus eſſe ipſius Chriſti:qui emiſſus eſt in ſecuritatem,inſequentibus ipſum canibus. *Apoſtoli & prædicatores. Chriſtus* — Rup.7.de diui. offici.23

Interpretatur etiam dilatatio cordis:& eſt filius ancillæ Rachelis:quia ex magnitudine rerum creatarum contemplata ab expurgata mente,dilatatur cor,vt currere poſsit in Deum : & deſignat imaginationem,quæ per corporea ducit ad intelligentiam cœleſtium. *Imaginatio* — Geor vene.canti.2. ton.7.cap 6 Ricar.de ſ.victo.de 12.patriar.18.

Vel interpretatur dilatatio mea:& eſt typus charitatis,quæ maxime dilatat cor.p̃s.67. *Charitas* — Aug.ſ.pſ.67

Vt etiam interpretatur dilatatio deſignat apoſtolos & prædicatores : quorum doctrina in totius mundi latitudine diffuſa eſt. *Apoſtoli & prædicatores* — Beda.ſ.gen.49

## *Nequam, Nequitia, uide Malus.*

## *Ner.*

NEr.i.lucerna,ſiue nouale:pater Abner & Cis,ſignificat ſermonem ſcripturarum:qui lucerna eſt:cuius teſta eſt litera:Intellectus vero ſpiritualis eſt claritas luminis:oleum vero eius eſt deuotio amoris.1.reg.14.g. *Sermo ſcripturæ* — Gre.ſ.1.reg.14

## *Nere.*

NEre eſt filum torquere:quod munus ad mulieres ſpectat.Nentes autem mulieres ſunt benè operantes.Exo.35.c. *Bene operari* — Glo.inte.ſ.Exo.35

## *Neruus, Subneruare.*

NErui ſunt prima in corpore animalis ſenſus motuſq; inſtrumenta : quę per totum corpus diffunduntur,eiſq; ligantur oſſa:vnde circiter oſſa ingens neruorum copia ducitur. Subneruare autem eſt neruos incidere.Neruus etiam eſt vinculi genus,quo pedes aut ceruices impediuntur.Neruus item eſt chorda ex neruis facta:& chorda arcus. — Ariſt.3.de hiſ.aĩal.5

Neruus femoris Iacob,incarnationem Chriſti ſignificare poteſt. gen.32.f. *Incarnatio* — Amb.de Iacob.7

Significat etiam Iudęos incredulos deſcendentes ex Iacob:ideo neruus emarcuit , vt Iudæi claudicantes in fide deſignarentur. *Iudæi increduli* — Amb.de fug.ſecu.4

Significat præterea carnis concupiſcentiam,quæ emarceſcit in perfectis,qui vincunt angelum,quando impetrant à Deo quod petunt. *Concupiſcentiæ* — Gre.ſ.Eze. ho.14. Beda.ſ.gen.33

Nerui quos inducit Deus in oſſa,vim operandi ſignificare poſſunt:& virtutes,quibus anima roboratur ad benè operandum.Eze.37.b. *Virtutes* — Gre.9.mor.38

Neruus in quem Deus ponit pedem hominis,ſententiam eius,qua diſtrictè prauitas hominis tenetur,ſignificare poteſt.Iob.13.d.33.b. *Sententia Dei* — Gre.11.mor.25

Neruus ferreus dicitur ceruix Iſrael : quia duri erant ad obediendum diuinis præceptis. Iſa.48.a. *Superbia* — Glo.or.ſ.Iſa.48

Neruus in quem coniectus eſt Ieremias , oppreſsionem ciuitatis Hieruſalem ſignificabat. Iere.20.a. *Oppreſsio Hieruſalem* — Hie.ſ.Iere.20

Nerui teſticulorum Behemoth,ſunt argumenta prædicatorum diaboli:& ſunt perplexi:qa doloſis aſſertionibus innodant & implicant audientes. Vel ſignificant vincula quædam fortiſſima ac illecebroſa voluptatum,quibus diabolus homines carnales implicat.Iob.40.b. *Argumenta prædicatorum diaboli. Illecebræ voluptatum.* — Gre.33.mor.15,18 Hie.ſ.Iob.40

Neruicei funes,quibus ligatus eſt Samſon,mortalitatẽ in Chr̃o ſignificare poſſunt.Iudi.6.a. *Mortalitas Chriſti.*

Subneruantes taurum Simeon & Leui,deſignant ſcribas & phariſæos occidentes Chriſtum gen.49.a.iuxta ſeptuaginta:vbi nos legimus ſuffoderunt murum. *Occidentes Chr̃m* — Ori.ſ.gen.ho.17

Subneruare equos eſt vincere dęmones:& per ieiunia & labores,laſciuos carnis motus reprimere.Ioſu.11.b.1.par.18.a. *Vincere dæmones & motus carnis* — Ori.ſ.Ioſu.ho.15

Neſcire,

## *Neſcire, uide Ignorare.*

## *Nex, uide Interficere.*

## *Nicodemus.*

NIcodemus Hebraicè interpretatur innocens ſanguis: Græcè vero victoria populi: fuit phariſæus princeps Iudæorum, qui venit ad Ieſum nocte: quem etiam cum Ioſeph poſtea ſepeliuit. Ioan.3.a.7.g.19.g.

## *Nicolaus, Nicolaita.*

NIcolaus.i.victoria plebis Græcè: fuit vnus è ſeptem diaconis ab apoſtolis electis.acto.6.b. Ab eo dicti ſunt Nicolaitæ hæretici.apoc.2.b.

## *Nidus, Nidificare.*

NIdus eſt auium domicilium, quod ipſę ſibi conficiunt, ad fouenda oua, & excludendos & nutriendos pullos.

Orl.ſ.num.ho 19. Gre.31.mo.34.&.19 mor 24. Euch.for.ſpũal.5. — Spes. Fides. Charitas.
Nidus ſignificare poteſt ſpem aut ſecuritatem: & ſic dicitur quiſpiam ponere nidum in petra, hoc eſt, in Chriſto: & in arduis. Num.24.d.Iob.39.d. Deſignat etiam tranquillam quietem fidei, qua vnuſquiſq; infirmus nutritur. Iob.29.c. Et turtur inuenit nidum vbi reponat pullos ſuos.ps.83. quia ſancta eccleſia amore conditoris affecta crebris gemitibus vtitur: & velut nidum ſibi, hoc eſt, pacatiſsimam quietem conſtruit, in qua creſcentes filios, quaſi plumeſcentes pullos, quouſq; ad ſuperiora euolent, charitatis gremio calefactos fouet.

Hie.ſ.Iob.29 — Caro.
Nidus etiam eſt caro, quæ eſt fœnum: & in nidulo ſuo moritur, qui carnem ſuam mortificat. Iob.29.c.

Hie.ſ.Iob.31 Aug.ſ.ps.83. Euch.for.ſpũal.5. Ori.ſ.Eze.ho.12 — Eccleſia.
Deſignat etiam eccleſiam: & moritur Chriſtus in nidulo, quum membra eius, quorum ipſe eſt caput, vitijs ac concupiſcentijs huius ſeculi moriuntur. Hunc nidum inuenit turtur, vbi reponat pullos ſuos: quia opera ſeruantur, ſi intra eccleſiam reponantur, aut cum recta fide fiant ps.83. Et nidificantes volucres in cedro, ſunt contemplatiui in eccleſia. Eze.17.g.

Iudæi.
Deſignatur etiam populus Iudæorum, inter quos mortuus eſt Chriſtus, & in mentibus eorũ crucifixus.

Euch.for.ſpũal.5. — Cor Deo gratum.
Nidus interdum dicitur bona conſcientia, in qua bonarum cogitationum fœtus fouentur, atq; in opere pariuntur, vt poſtea filij appellentur.pro.27.a. Item cor Deo gratum. num.24.d. Iob.39.c.Iere.49.c.Luc.13.g.

Arno.ſ.ps.83 Amb.de Noe.6. — Virtutes.
Nidus quem inuenit turtur, eſt requies in bonis, & etiam virtutes in quibus boni requieſcunt.ps.83.pro.27.a.

Hila.ſ.Mat.cano.7 Amb.ſ.Luc.9. Hie.ſ.Iſa.10 Gre.19.mor.1. — Corda malorum. Conciliabula & rationes hæreticorum.
*Nidi volucrum*, quandoq; dicuntur pectora reproborum: & conciliabula hæreticorum, in quibus dæmones requieſcunt. Item rationes & argumenta hæreticorum, quibus ſe muniunt ad defenſionem ſuorum errorum. Iob.39 d.Iſa.10.c.16.a.Mat.8.c.Luc.9.g.Eze.3.rb.

Arno.ſ.ps.103 Aug.ſ.ps.103 Hie.ſ.Iere.22. &.ſ. Eze.31. — Quærentes fauorē diuitum. Superbi.
Nidificantes in cedris ſunt, qui fauorem ſibi quęrunt in diuitibus: vel qui reliquerunt omnia & poſtea ſuſtentantur à diuitibus.ps.103. Nidificat etiam in cedris, qui ſuperbia tumet: & qui in diabolo requieſcit. Iere.22.f.Eze.31.b. Dicitur etiam nidum ponere ſupra ſydera. Abdię.b. Haba.2.c.

Rup.i.ſ.deut.14.15. — Temporalia. Iudæi. Gentiles.
Nidus præterea, temporalia.deut.22.a. Nidum auis inueneris.pro.27.a. Sicut auis tranſmigrans de nido. Nidus etiam in arbore eſt populus Iudaicus. Nidus vero in terra, gentilitas: tulit autem Chriſtus filios relicta matre, quum conuertit Iudæos & gentiles eiecto diabolo. Nidus etiam in arbore, doctrina cōtemplatiua, nidus in terra, doctrina actiua: mater, hiſtoria, filij, ſenſus myſtici.

## *Niger, Nigredo, Nigreſcere.*

Aug.ſ.ps.73 — Peccatum.
NIger color eſt obſcurus, & contrarius albo, quaſi nihil lucis habens. Solet eſſe nigredinis vſus in triſtibus & aduerſis, & ad peccata referri ſolet.canti.1.b.thre.4.b. Et nigredo ollæ, dicit obſcuritatem peccati. Nahum.2.c.

Hie.ſ.Zach.6. — Apoſtoli. Doctores.
Nigri equi. Zach.6.a. regnum Mędorum ſignificant quãtum ad allegoriam literalem. Myſticè vero apoſtolos & doctores adumbrant, obſcura Chriſti myſteria cognoſcentes: De quibus dicitur.ps.17. Caligo ſub pedibus eius.

Dion.cœle. hier.15 — Connexio in mente angelorum.
Niger color permiſtus albo in equis, deſignat in angelis vim illam, qua traducente nectuntur extrema: & prima ſecundis, ac ſecunda primis, conuerſionis ac prudentiæ ratione iunguntur.

Ori.ſ.cant.ho.1.2 Amb.ſ.ps.118. ſer.2. & de initia.myſte.7. Aug.3.doc.chria.32 — Eccleſia.
Nigra dicitur ſponſa.canti.1.b. hoc eſt, eccleſia ex gentibus, propter priora peccata: vel quia erat ex peccatoribus: vel eſt nigra in peccatoribus, formoſa vero in iuſtis. Vel nigra puluere ſeculari, quem certando collegit, vel nigra per carnem & fragilitatem humanę conditionis: Vel etiam nigra, q̄ à Iudæis ignobilis reputaretur: quum non ex ſemine Abrahæ deſcenderet: nec legem



legem haberet. Vel nigra exterius, formoſa intus: vt de Paulo dicebant. Epiſtolæ quidem graues, ſed præſentia corporis infirma. Vnde & in ſponſo nigredo fuit extrinſecus, quando contemnebatur. Nigra etiam ſponſa propter pœnitentiam. Quam pœnitentiam etiam ſignificat niger capillus. Leui.13.e. Et nigrę comæ ſponſi dicuntur, quia omnes iuſti ſe cognoſcunt peccatores.canti.5.c. Nigrę etiam oues ſunt pœnitentes.gen.30.g.
— Gre.ſ.cant.5. Ber.ſ.can.ſer.25.28. Iſy.ſ.Leui.13. — Pœnitentia. Pœnitentes.

Maria prægnans. — Rup.ſ.cant.1.
Nigra ſed formoſa eſt beata virgo Maria: nigra, quia prægnans: formoſa, quia de ſpirituſſancto ſine corruptione.canti.1.b. Nigra ſicut tabernacula Cedar.i. eijcienda ſicut ancilla cũ Iſmaële: ſed formoſa ſicut pellis Salomonis.i. admirabilis ſicut exterior cultus Salomonis.

Peccātes in eccleſia — Gre.20.mora.30.& 31.mor.23.
Denigrata cutis Iob, ſignificat infirmos in eccleſia peccantes. Iob.30.d. Et denigrata dicit facies Nazaręorum ſuper carbones, quando continentes per elationem in ea, quæ non intelligunt, dilabuntur. thre.4.b.

Synagoga — Amb.ſ.ps.118.ſer.2
Nigra etiam dicitur ſynagoga, obſcurata videlicet per incredulitatem: quæ decora erat per legem.

Cædentes diabolo. Dæmones. Hæreſiarchæ. — Hie.ſ.Eze.30.32.
Nigreſcere dicitur dies in Taphnis: quia qui cedunt ori diaboli, amittent veritatis lucem. Eze.30.e. Nigreſcentes autem ſtellæ ſunt dæmones vel hæreſiarchæ. Eze.32.b.

Obſcuritas ſcripturę — Rup.ſ.cant.5.
Nigræ comæ ſponſi, obſcuritatem ſeu caliginem ſacræ ſcripturæ deſignare poſſunt: vt myſteria lateant indignos.canti.5.d.

## *Nihil.*

NIhil de eo dicitur, quod non eſt in rerum natura.

Contemptus terrenorum. — Gre.8.mor.19
Nihil eſſe dicit Iob dies ſuos. Iob.7.d. quia ſancti viri quo verius ſumma cognoſcunt, eo ſublimius terrena deſpiciunt: & idcirco præſentis vitæ dies nihil eſſe conſpiciunt: quia illuminatæ mentis oculos in conſiderationem æternitatis figunt.

Imitatio prauorum — Gre.13.mor.4
In nihilum redacti artus Iob deſignant membra eccleſiæ, quæ ad nihilum rediguntur, quando ex imitatione prauorum in hoc mundo creſcentium, infirmi quiq; deterius infirmantur. Videntes enim fœlicitatem malorum, ſæpe ab ipſo fidei ſtatu dilabuntur: bona temporalia appetunt, & veluti in nihilum rediguntur: quia dum manentem Dei eſſentiam deſerunt, diligentes tranſitoria, quaſi ad non eſſe tendunt. Iob.16.b.17.b.

Boni deſpecti à malis — Gre.20.mor.13
In nihilum etiam redactum ſe dicens Iob, deſignat bonos apud ęſtimationem malorum in nihilum redigi: quando ea, quæ ipſi quaſi ſumma diligunt, bona temporalia, boni non tenent. Iob.30.b.

Pœna malorum. Peccatum. — Hila.ſ.pſ.55.57. Aug.ſ.Ioan. tra.1.
Pro nihilo dicitur ſaluare Deus, quos ſuſcitat ad pœnam: quia nulla eſt illis ſalus: qui & ad nihilum deuenire dicuntur: quia per pœnam dicuntur diffluere ſemper manentes.ps.55.57.58.59. Et pro nihilo perdit Deus gentes, hoc eſt, pro peccatis. Iſa.30.f. Peccatum enim dicitur eſſe nihil, quod factum eſt ſine verbo Dei. Ioan.1.a.

Obedictia cœlorũ.
Velut nihilum extendit Deus cœlos: quia non ei reſiſtunt: ſed pleniſsimè obtemperant. Iſa.40.e.

Gentiles — Gre.17.mor.11
Nihilum aliquando dicuntur gentiles. Iſa.40.d. Omnes gentes quaſi nihilum & inane reputatæ ſunt. Et appendit Deus terram ſuper nihili, quando ſuper gentes fundauit eccleſiam. Iob.26.b. Et pro nihilo ſaluos facit Deus, quando ex nihilo reducit ad ſalutem.ps.55.

Nullum meritum ſine fide — Gre.20.mor.7
Pro nihilo eſt virtus manuum hæreticorum, ipſi eccleſiæ quia nullius eſſe meriti conſpicit, quicquid operantur, amiſſa vera fide. Iob.30.a.

Falſitas idolorũ & rerũ mundanarum. — Hie.ſ.Amos.6
Nihil dicuntur eſſe idola: quia non continēt veritatem, quam præ ſe ferunt. Mũdana quoq; dicuntur eſſe nihil: quia promittunt diligentibus ſe fœlicitatem, quam non habent. Iſa.59.a. Et nihil factus eſſe dicitur diabolus, quando peccauit. Eze.28.f.Iob.27.d.Amos.6.b.

## *Nilus.*

NIlus Hebraicè dicitur Sihor: & interpretatur niger, vel turbidus, aut matutinus: eſt fluuius Aegypti inſignis, quo terra illa irrigatur. Iſa.23.a. Vide Gion, quia eſt idem.

Doctrina hæreticorum — Hie.ſ.Iere.2.
Sihor, vt habet aquas turbidas, deſignat doctrinam hæreticorum & philoſophorum erroribus & inconſtantia turbidam. Iere.2.d.

Tribunal diuinæ iuſtitiæ — Geor.vene. canti.1. ton.7.cap.23
Sihor ab aliquibus dicitur Ieor, ſeu Ior, aut Haior, vt deſignet tribunal diuinæ iuſtitiæ: vt in ea ſubmergantur hœdi damnandi & puniendi in iudicio.

## *Nimius, Nimietas.*

NImium dicitur, quod modum excedit. Et nimietas eſt ſuperfluitas.

Calor inferni
Nimius calor eſt calor inferni, ad quem tranſeunt, qui hic in peccatorum frigore perſtiterunt. Iob.24.c.

Error — Gre.16.mor.30
Nimius etiam calor eſt, quum quis ſcrutator diuinorum ſecretorum credere contemnit, & per inquiſitionem nimiam in errorem labitur.

Timor iudæorum in iudicio
Nimius terror fratrum Ioſeph, timorē Iudęorum in iudicio futurum deſignare poteſt: quia Chriſto non crediderunt. gen.45.a.

Niniue

## Niniue.

Hila.ſ.Mat.can.12. Hie.ſ.Ionã.1.3.&.ſ. Nahũ.1.&.ſ.Soph. 2.&.ſ.Zach 9. Geor.vene.canti.1. ton 6 cap.9. Beda.ſ.gen.11. Rup.ſ.Nahum.1.

NIniue.i.pulchra ſiue ſpatioſa,aut habitaculum:ciuitas metropolis Aſſyriorum,à qua Niniuitæ dicuntur.gen.10.b.

Niniue ſeu Niniuitæ,ſignificare poſſunt gentiles fidem Chriſti ſuſcipientes : ſicut illi crediderunt Ionæ prædicanti.Ion.3.b.Matth.12.b.Luc.11.d.Ad eam miſſus eſt Ionas,hoc eſt,Chr̃s ad gentes.Significat etiam eccleſiam,quam ædificauit Chriſtus.Vel mundum,qui dicitur coſmos à pulchritudine:& dicitur ciuitas Dei:quia mundus conditus eſt à Deo:& ciuitas magna propter mundi magnitudinem.Nahum.1.a. *Gentiles* *Eccleſia* *Mundus*

## Nitere, Nitidus, uide Fulgere. Niti, uide Conari.

## Nitrum.

Ariſt.4.meteoro.

NItrum eſt terræ ſpecies ſali ſimilimum:quod coagulatur à calido exiccante humidum: ſed ſoluitur ab humido frigido:quia pori tam grandes derelicti ſunt,vt poſsit humidum ſubintrare.Crepitat autem infuſa aqua,vt calx viua,ac multo magis,ſi infunditur acetum: valet autẽ ad emundandas ſordes.

Ori ſ.Iere.ho.13. Hie.ſ.Iere.2. Beda.ſ.pro.25.

Nitrum ad emundandas ſordes valens,ſermonem arguentem,increpantem & corripientem delinquentes ſignificare poteſt.Et eadem ratione pœnitentiam.Emundat enim mordicando. Iere.2.e.Vbi ſaponem aliqui volunt eſſe.Nitrum autem infuſo aceto feruens & crepitans cõparatur viro peſsimo.pro.25.c.quem ſi corripere velis,ipſa correptione fit deterior : & inde in murmurationis iniquitatem ſuccenditur,vnde debuit ab iniquitate compeſci,ideo ait:Acetum in nitro,qui cantat carmina cordi peſsimo. *Sermo corruptiõis.* *Pœnitentia* *Vir peſsimus*

## Nix.

NIx eſt aqua congelata in aëre,minus tamen quàm grando:generatur tempore frigido, miroq; pollet albore & frigiditate.Coagulatur autem leniter, caditq; in modum lanæ : nec noxia eſt,ſed ſæpe prodeſt ſatis.

Hie.ſ.Iob.9 Euch.for.ſpũal.3.

Nix è cœlo dicitur deſcendere ſicut pluuia:quia in aëre generatur:& deſignat animæ mundiciam,candoremque vitæ cœleſtis:& etiam baptiſmum.Iob.9.d.pſalm.50.67.Iſaię.1.d.threnor.4.b. *Munditia animæ* *Baptiſmus*

Amb ſ Luc.9. Hie.ſ.Iſa.55.

Nix fœcundat terram,cum paulatim liqueſcit:vnde tempore niuis lætior ſolito tritici prouentus exuberat.Cum autem cadit nix,volucres cœli,vbi habitent non habent.Significat verbum Dei,quod fœcundat animam,nec ſinit dæmones in ea ſedem habere. Iob.37.a.p̃s.147. Iſa.55.c.Luc.9.d. *Verbum Dei*

Gre.27.mora 17.18.

Niues,quibus præcipit Deus vt deſcendant in terram,ſunt ſublimia ſanctorum corda,quæ cum in *ſolida cœleſtium* contemplatione paſcuntur,tamen pro fraterna charitate, ad humi*lia prædicationis* verba deſcendunt.Vt autem nix terram quum iacet,operit: quum vero liquatur,rigat:ita ſanctorum virtus per firmitatem ſuam apud Deum vitam peccatorum protegit:& per condeſcenſionẽ ſuam,quaſi liquefacta arẽtem terram,vt fructus proferat infundit.Et quia aqua prius ab infimis trahitur,vt poſt à ſuperioribus ſparſa reddatur:ſancti quoq; cum in virtutis arce conſiſtunt:vnde eleuati ſunt conſiderant:ne alienę infirmitatis abiecta contemnant. *Corda ſanctorum*

Hier.ſ.Iob.37.&.ſ. Zach.10. Aug ſ.pſal.67.&.ſ. apoc.ho.1.

Iob.37.a.Significant etiam niues deſcendentes in terram gratiam,quã Chriſtus induxit in terram.Et doctrinam,ac dona ſpirituſſancti:quibus anima infunditur & germinat.p̃s.67. Zacha. 10.a.Et vt nix de cœlo vltro deſcendit:ita gratia baptiſmi nullis præcedentibus meritis venit: ideo baptizati comparantur niui.apoc.1.c. *Gratia* *Doctrina* *Dona ſpirituſſancti*

Gre.9.mora.24.28. & 32.mor.23. Euch.for.ſpũal.3.

Nix aliquando ſignificat humilitatem:& lauatur aquis niuis, qui habet lachrymas pœnitentiæ cum humilitate.Poteſt etiam iuſtitiam deſignare:& candorem vitæ cœleſtis. Iob.9.d. Et quia nix ab alto deſcendit,is lauatur aquis niuis,qui cœleſtem patriam per lamenta deſiderat.thre.4.b. *Humilitas* *Iuſtitia*

Geor.vene.canti.1. ton 7.cap.19.

Nix friget,ſed frigus eius conſeruatur in palea bono temperamento referta, imo tendenti ad caliditatem:vnde non eſt frigus expellens calorem charitatis,ſed potius compeſcens ardorem concupiſcentiæ:& confouetur veſtimento duplicis amoris,vel charitatis Dei & proximi: iuxta illud p̃s.31.c.Non timebit domui ſuę à frigoribus niuis:Omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus,vtraq; videlicet charitate : aut bona mente ſimul & bono opere ſuffulti. Nix igitur eſt zelus bonorum operum,qui comprimit ardorem concupiſcentiæ malæ, feruet autem in Deum & proximum,& nitet candore bonæ exemplaritatis, & albeſcit mundicia. Cæterum ſi nix reſoluatur in aquam igne non decoctam lædit. Pari modo ſi frigus, hoc eſt, zelus caſtitatis reſoluatur in fluentem aquam mundanæ gloriæ, & non coctam igne ſpirituſſancti,& amoris diuini,nocet,& redire facit in maiorem concupiſcentiæ ardorem,iuxta illud. Iob.24.c.Ad nimium calorem tranſibunt ab aquis niuium. *Zelus bonorũ opũ.*

Nix



Nix corda prauorum interdum ſignificare poteſt,cuius theſauros Deus ingreditur,cum eos ad candorem iuſtitiæ reducit.Iob.38.c.Et dat niuem ſicut lanam,cum frigidos facit aptos ad calefaciendum,& vt ſint veſtes Chriſti.p̃s.147. *Corda prauorum* — Gre.29.mor.11. Hie ſ.Iob.38. Aug.ſ ps.147

Nix frigida vim tribulationis etiam exprimit.p̃s.147.Et nix irruit ſuper timentes pruinam, quando qui temporalia aduerſa pertimeſcunt,in diſtrictionem ſe æternæ animaduerſionis obijciunt.Et qui conculcanda in infimis metuunt,à ſummis metuenda patiuntur. *Vis tribulationis.* — Gre.7.mor.13.

Nix quum ſit frigidiſsima,iniquitatem ſignificare poteſt:qua abundante refrigeſcit charitas.Et ab aquis niuium tranſeunt ad calorem nimium,qui dum iniquitatum ſuarum frigora declinant ad veram fidem,vel ſanctitatis habitum veniunt.Sed tunc eſt calor nimius, quum plus appetunt de diuinis ſecretis perſcrutari,quam capiunt:& dum credere contemnunt, per inquiſitionem nimiam in errorem lapſi plus calent,quam calere debuerant.Iob.24.d. Poteſt etiam deſignare pœnam inferni.pro.31.c. *Iniquitas* *Pœna inferni* — Gre.16.mor.30 Beda.ſ.pro.31

Niui in æſtate tanquam indecenti,comparatur gloria,vel dignitas collata ſtulto, quæ maximẽ nocet eccleſiæ.pro.26.a. — Beda.ſ.pro.26

Nix libani non deficiens de petra agri.Iere.18.b.ponitur ad comparationem rei quaſi impoſsibilis:vt illud Vergilianum:Ante leues ergo paſcentur in ęthere cerui: Et freta deſtituent nudos in littore piſces:quàm noſtro illius labatur pectore vultus. — Hie.ſ.Iere.18.

## Nó.

NO Hebraicẽ dicitur ciuitas Alexandria in Aegypto:interpretatur autem requies : & deſignat eam requiem,quam diues purpuratus in euangelio dicitur habuiſſe : quæ ſolum eſt in hac vita.Eze.30.d. *Requies mũdana.* — Hie.ſ.Eze.30

## Nobe.

NObe.i.loquela,ſiue prophetia,vel loquens,aut prophetans,ſiue fructificans, vel germinãs: ciuitas ſacerdotalis in tribu Iuda,quam Saul euertit.1.reg.21.a.22.d.Iſa.10.g.

## Nobilis, uide Inclytus.

## Nocere, Lædere, Noxius.

NOcere eſt damnum aut iniuriam alicui inferre.Noxium autem eſt,quod nocet.

Nocentes dicuntur dæmones:qui quantum poſſunt ſemper hominibus nocent. p̃s.34. Sed quum dicitur apoc.6.b.Ne lęſeris vinum & oleum &c. oſtenditur eos non habere lędendi poteſtatem,niſi quantum à Deo permittuntur. *Dæmones* — Aug.ſ.apo.ho.6

Non nocebunt in monte ſancto Dei,hoc eſt,in cœleſti patria:vbi neq; iniurię, neque vlli culpæ locus eſt.Iſa.65.d.

Nocet homini impietas alterius,quando eum peruertendo inquinat.Iob.35.b.Sic nocet viduæ vel pupillo,qui ſimplices in peccatum aut errorem inducit.Exo.22.c. *Peruertẽs proximũ* — Gre.26.mor.8.

## Noctua, Nycticorax.

NOctua eſt auis à tempore noctis dicta,quo cantat,ſeu potius gemit, aut vlulat, victumq; quæritat.Eadem Græcẽ nycticorax dicitur,hoc eſt,coruus nocturnus.A ſeptuaginta dicitur γλαῦκα Eſt auis carniuora : connumeratur inter immunda animalia.Leui.11.b.14.a.Videt plus nocte quàm die. — Ariſt.8.de hiſ.aīal.3.

Nycticorax in domicilio,vel in parietinis,hoc eſt,in domibus deſolatis, fuit Chriſtus in paſsione inter crucifixores Iudæos:vel eſt prædicator inter eos,qui à virtutis ſtatu deciderũt. p̃s.101. *Chriſtus* — Aug.ſ.ps.101 Euch.for.ſpũal.3.

Noctua videns nocte & non die,ſignificat ſapientes in temporalibus, & ignaros erga ſpiritualia:& etiam vacantes operibus tenebrarum:qui enim male agit odit lucem.Vt noctu cantat, deſignat eos, qui in tenebroſo tripudiant opere : & in mentium ſuarum exultant deſtructione. *Sapientes in temporalibus* *Exultantes in malo* — Ori.ſ.Leui.ho.7. Gre.ſ.ps.101

Significat etiam doctos in litera legis,& ignorantes euangelium, eius lucem capere non valentes. *Docti in l̃ra legis* — Iſy.ſ.Leui.11.

Noctuæ etiam magnis oculis ſolem ſuſtinere non valentes,ſunt philoſophi, cum ſua vana ſapientia,lucem veritatis non aſſequentes.Item hęretici lucifugæ veritatis. *Philoſophi* *Hæretici* — Tertu.de cibis Iud. Baſi.Exae.ho.8. Ambro.ſer.43.&.5. Exae.24.

## Noë.

NOë.i.ceſſatio vel requies,filius Lamech, qui conſtruxit arcam diluuij, in qua cum filijs ſeruatus eſt.

Noë typum gerit Chriſti, qui formauit arcam, hoc eſt, eccleſiam, intra quam ſaluamur: qui etiam conſolatur nos.Et vt interpretatur requies,eſt Chriſtus, qui nos requieſcere facit. Et vt egreſſus ab arca accepit benedictionem à Deo cum filijs,vt videlicet creſceret,multiplicaretur, *Chriſtus* — Ori.ſ.gen.ho.2. Hie.Euagrio Aug 12.con.Fauſ.23 Epiph 1.aduer.hæreſ.tomo.2.

Beda.ſ.gen.5. Rup.4.ſ.gene.17.& 8.de diui.offici.13.

caretur,'& repleret terram, typus eſt Chriſti & diſcipulorum eius poſt reſurrectionem. Cui ſeptem animæ donantur,hoc eſt,perfecti homines, per ſeptiformem gratiam. Et vt Noë per aquam & lignum liberauit ſuos,ita Chriſtus per crucem & baptiſmum liberat Chriſtianos. Exiſtens Noe cum filijs in primo loco arcæ,deſignat Chriſtum cum apoſtolis in primo loco eccleſiæ:vt etiam nudatus eſt Noe,& inebriatus, Chriſtum ſignificat, qui nimio amore nôſtri,quaſi ebrius fuit,& nudatus,quum ſuſpenſus eſt in cruce.gen.5.6.7.8.9.

Gre.1 mor.13. Aug.2.de pctô. merit.10. — Prælatus. Imitatores.

Noë etiam in arcæ præparatione,& alimentorum collectione prælatorum gerit figuram, qui ſemper debent pro ſubditis laborare.gen.6.7.Deſignat etiam laborantes in vita, & eos,q ipſum imitantur.Eze.14.e.

Ori.ſ.Eze.ho.4. Amb.de Noe.9. — Mens

Noë præterea mentem ſignificare poteſt,quæ inferiora ſibi ſubiecta à vitiorum diluuio ſeruare debet.

Amb.de Noe.1. — Iuſtitia

Noë vt interpretatur requies,& natus eſt ad alios liberandos', typus eſt iuſtitiæ, quæ alijs prodeſt per bona opera,& à malis requieſcere facit.

## Noëmi.

¶Noëmi.i.pulchra,ſiue decora,vxor Elimelech,ſocrus Ruth.Ruth.1.a.4.d.

## Nolle.

NOlle idem eſt quod non velle.

Hie.ſ.Iſa.65. — Permiſsio

Nolle dicitur Deus quæ permittit:quia quæ vult ſunt præcepta & conſilia.Iſa.65.b.

Hie.ſ.Iſa.1. — Holocauſta animaliũ & ex rapinis

Non vult Deus holocauſta,eorum videlicet,qui legem eius non ſeruant: aut quæ ſunt ex rapinis.Iſa.1.b.Item nolebat ſacrificia animalium,niſi quaſi permittendo,ne videlicet offerrẽt ea idolis,& propter id quod figurabant.ps.39.50.

Gre.16.mor.15. — Deſiderans incarnationem.

Nolens Iob vt multa fortitudine Deus ſecum contendat,eſt deſiderans,vt Deus infirmitatem ſuſcipiat,hoc eſt,vt fiat homo.Iob.23.b.

Gre.ſ.1.reg.15 — Nolle vitare turpes cogitationes

Nolle diſperdere pulchra Amalech,eſt turpes cogitationes nolle vitare,quum id poſſit iam factus victor.1.reg.15.b.

Ori.ſ.Mat.ho.20. — Negligentes vocationem

Nolentes venire ad nuptias fuerunt, qui prophetarum vocationem neglexerunt. Matthæ.22.a.

Ori.ſ.Mat.ho.22. — Sermo hæreticus ſine fructu.

Nolens accipere vxorem fratris ad ſuſcitandum ſemen,eſt ſermo hæreticus non producens in anima bona opera.deut.25.b.

Aruo.ſ.ps.108 — Nolle baptiſmum

Nolle benedictionem,eſt nolle baptiſmum ſuſcipere.ps.108.

## Nomen, Nominare.

Cyril.dialogo.4.

NNomen dicitur quaſi notamen:quia eſt vocabulum,quo ſingulæ res appellantur:vnde nominare eſt alicui rei nomen imponere.Interdum autem diuina ſcriptura nomẽ vocat celebrem gloriam,ſeu famam,& inſignem nobilitatem:vt melius eſt nomen bonum,quam diuitiæ multæ,aut vnguenta precioſa.pro.22.a.Eccl'tę.7.a.In nomine patris venit Chriſtus, hoc eſt,in gloria & celebritate patris.Ioan.5.g.Nominis impoſitio ſemper aliquid myſterij deſignare videtur.gen.38.g.41.f.Exo.2.b.15.d.17.d.Nominis itidem mutatio excellentiam quandã indicat.gen.17.a.32.f.

Hie.ſ.Iſa.52 Baſi.ſ.ps.32 — Ineffabile nomẽ Dei

Nomen Dei in ęternum,eſt nomen,qui eſt,aut nomen tetragrammaton, hoc eſt, quatuor literarum,quod eſt יְהֹוָה quod ſignificat Deum ſecundum eſſentiam: Et apud Hebræos eſt ineffabile:quia non audent ipſum proferre:ſed loco eius proferunt,Adonai. Hoc nomen dicitur non indicatum patribus:ſed verè eſt ſcitum & cognitum per incarnationem.Quia filius venit,vt nomen patris manifeſtaret.Exo.3.d.6.a.20.b.Iſa.52.b.

Cle.Ale.5. ſtroma. Hie.ſ. Mala.1.&.ſ. Zach.14 — Maieſtas Dei

Nomen autẽ Dei eſt,quod eſt inuocandũ:& benedicendum,& narrandum: & in ipſo ſperandum:ipſumq; debet eſſe in deſiderio animæ. gene.4.d.13.a.Exo.33.d. ps.21.79.115.144.Iſa.26.b.50.d.Nomen etiam Dei eſt dominus.Iſa.42.b.Et dominus zelotes. Exo.34.b. Nomen quoq; ſanctum Dei ſunt,quęcunq; intelligimus de Deo.ps.32.134.139. Ioel. 2.g. Scribebatur autem nomen Dei in lamina,quæ erat in fronte pontificis:vt diuina maieſtas aliquatenus exprimeretur.Vt enim dominus eſt ſupra mundum,atq; adeo vltra mundum intelligibilem: Ita nomen ſcriptum in lamina eſt ſuper omnem principatum & poteſtatem. Nomen autem Dei dicitur magnum in gentibus,quando colitur à gentibus.Malach.1.c.Nominari autem dicitur omnis paternitas tam in cœlo,quàm in terra à patre cœleſti: quia omnes ipſum habemus cõmunem patrem.Ephe.3.c.Nomen quoq; Dei dicitur vnũ,quando adoratur ab omnibus vnus Deus:& in patria cœleſti eſt vnum nomen.Zach.14.b.

Iſy.ſ.Leui.25 Hila.ſ.ps.67. Ori.ſ.canti,ho,1.& ſ.Iſa.ho.3. — Chriſtus Ieſus. Saluator.

Nomen Dei in angelo eſt in Chriſto.Exo.23.c.Et nomen domini eſt Chriſtus:quia vt nomen manifeſtat quod non videtur:Ita Chriſtus apparens cognoſci fecit patrem. Leui.25.c.ps.9.Iſa.30.f.Nomen autem domini,hoc eſt,Chriſti eſt Emmanuel. Iſa.7.c. Et nomen Chriſti, cuius recordatur dominus de ventre matris eius,eſt Ieſus,aut ſaluator. Iſa.49.a. Eccl'tæ.6.d.

Nomen



Bona opinio Chri. — Hiero.ſ.Iſa 30.&.ſ. Ecclen.6.

Nomen etiam Chriſti eſt dominus.ps.67.Et dicitur dominus iuſtus noſter.Iere.23.b.Nomen etiam ſponſi,eſt bona eius opinio.Et nominatus eſt dominus,cum eſt manifeſtatus: & cum ab eo dicti ſunt Chriſtiani.canti.1.a.Iſa.55.d.Nomen autem viri inuocatur ſuper ſeptem mulieres,quum in nomine Ieſu inueniuntur omnes rationes donorum ſpirituſſancti. Iſa.4.a.

Falſo iurare — Blaſphemare — Hie.ſ.Iſa.52. Iſy.ſ.Leui.24.

Nomen Dei aſſumitur in vanum,cum falſo iuratur, aut ſine neceſsitate & debitis circunſtantijs.Exo.20.b.Et nomen Dei deſpiciunt,qui ſuper altare Dei panem pollutum offerunt. Mala.1.b.Nomen autem Dei blaſphematur per male viuentes: & cum Chriſtus per Iudæos blaſphemabatur.Iſa.52.b.Nominare autem nomen domini.Leui.24.c. Iuxta ſeptuaginta eſt ipſum ſciendo blaſphemare:quod maiore pœna punitur,quam neſcienter blaſphemare:&hoc eſt peccatum in ſpiritum ſanctum.

Geor.vene. cant.3. ton.8.mod.4.cõc.3.

Nomina apoſtolorum ſcripta ſunt in fundamentis Hieruſalem cœleſtis: quia ipſi fundarũt eccleſiam in duodecim mundi partibus,ſupra vniuerſale fundamentũ,quod eſt Chriſtus.Nomina vero angelorum in portis:quia eorum incumbit officio, vt nos in aulam regiam introducant.apo.21.d.

Prædeſtinati. — Rup.4.ſ.Exo.39. Aug.ſ.ps.146. Cyril.7.ſ.Ioan.25

Nomina numeratorum ſunt eorum,qui ſcripti ſunt in libro vitæ: Itidem nomina filiorum Iſrael.Exo.1.a.30.b.Nomina etiam ſtellarum,ſunt nomina prædeſtinatorũ. ps.146. Dicĩt etiã Deus vocare ex nomine eos,quos prædeſtinauit.Exodi.31. a.33.d. Nomine quoq; ſuo vocat Deus Iſrael:quia peculiarem habet curam fidelium.Iſa.43.a.Nominatim vocat oues Chriſtus: quia nouit nomina prædeſtinatorum ad vitam.Ioan.10.b.Vnde ait diſcipulis ſuis:Gaudete & exultate,quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis.Luc.10.c.Nominatim etiam vocat oues prę latus,qui diligenter agnoſcit vultum pecoris ſui.

Exempla patrum — Geor.vene. canti.2 ton.3 cap.6.

Nomina patriarcharum in lapidibus veſtimenti pontificis,ſunt exempla patrum, quæ debet ſacerdos ſibi & alijs proponere.Exo.28.b.39.b.Et ꝙ debet totum populum Deo præſentare,vt cum ipſo eundem reconciliet.

Chriſtiani — Bona opinio — Arno.ſ.ps.40.104. Cle.Ale.ſ. pædag.5. Aug.ſ.apoc.ho.3.

Nomen nouum eccleſiæ,quod os domini nominauit,eſt quia à Chriſto dicti ſunt Chriſtiani:quod & nomen aliud dicitur:quia relinquitur nomen vetus,& aſſumitur nomẽ recens,ęternum,impollutum,ſimplex & infantile.Iſa.62.a.65.c.66.g.Et hoc eſt nomẽ,quod optant perire dæmones.ps.40.104.Nomen etiam in Hieruſalẽ,eſt bona opinio animæ,vel eccleſię. Eze.16.c.Sopho.3.d.apoc.3.d.

Fœlicitas — Glo.inte.ſ.Iſa.56.

Nomen melius à filijs & filiabus,eſt æterna fœlicitas omnia temporalia ſuperans: ideo & nomen æternum dicitur.Iſa.56.b.Et nomen ciuitatis,quæ dicitur:dominus ibidem, deſignat cœleſtem patriam,in qua ſemper eſt Deus.Eze.48.d.Ibi magnificat Deus nomen Abrahæ & humilium.gen.12.a.

Petere ſpũalia. — Victo.adue.arria.3.

In nomine Chriſti petere,eſt nil temporale petere,ſed ſpiritale & cœleſte petere.

Supplantans vitia. — Hie.ſ.Iſa.44.

In nomine Iacob vocat,qui ſupplantat vitia.Iſa.44.a.

Concordia vtriuſq; teſtamenti. — Ori.ſ.gen.ho.13 Beda.ſ.gen.26.

Nomina eadem impoſuit Iſaac puteis,quæ pater eius prius poſuerat: vt veteris ac noui teſtamenti concordia deſignetur:quia quæ in veteri obſcurius futurą dicuntur, in nouo apertè completa monſtrantur.Eiſdem etiam nominibus appellantur autores veteris teſtamenti ceu putei,in lege noua,quibus in veteri.gen.26.d.

Declarãs ſenſum legis cẽ apd chriſtianos — Gre.ſ.1.reg.4

Nominans nuncius coram Eli arcam Dei captam à Philiſtæis,deſignat prædicatorem declarantem verum ſenſum legis teneri apud Chriſtianos.1.reg.4.c.

Dignitas amata. — Hie.ſ.Sopho.1.

Nomina ſacerdotum,quæ diſperdit dominus,ſunt eorum,qui ſibi applaudunt in epiſcopali dignitate,& in presbiterij nomine,& non in opere.Sopho.1.b.

Nomĩa infidelitatis — Hie.ſ.ps.15.

Nomina quorum non eſt memor Deus vel Chriſtus,ſunt quæ habebant ſancti in infidelitate:quæ creſcentibus meritis mutantur.ps.15.Ita dixit Chriſtus diſcipulis.Ioan.15.b. Iam nõ dicam vos ſeruos,ſed amicos.Sic dicebat Paulus.Titũ.3.a.Fuimus aliquando & nos ſtulti & increduli ſicut & cæteri:ſed miſericordiam Dei conſequuti ſumus.

Chriſtianus — Glo.inte.ſ.deut.25.

Nomine fratrũ appellari filium,eſt dicere opera,q̃ facta ſunt ab euangelio, facta eſſe ſecũdũ legẽ.gen.48.b.deut.25.b.Vel nomine fratris appellatur,hoc eſt,Chriſtianus à Chriſto.

Fama hæreticorum — Arno.ſ.pſ.108 Philo.de cõfu. ling. Baſi.ſ.pſ.148.

Nomen peccatoris eſt fama hæreticorum.ps.108.Hoc nomen magnificare cupiunt ſuperbi in terris:& etiam qui de vitijs gloriantur,dici poſſunt nomen ſuum magnificare. gene.11.a.Iob. in te.ps.48.

Abominatio Iudæorum. — Hie.ſ.Iſa.65.

Nomen Iudæorum dicitur relictum in iuramentũ,aut ſatietatẽ electis Dei.Iſa.65.c. Vel q̃a eos fideles deteſtantur,& abominanĩ.Vel quia dicuntur filij Abrahæ,cuius opera nõ imitãtur: ſed tranſiuit nomen ad filios eccleſiæ,qui dicuntur filij Abrahæ per imitationem.

Cogitationes cõfuſionis

Nomen Babylonis ſunt cogitationes confuſionis.Iſa.14.e.

Hæreſes. — Vſurpatio diuinitatis. — Hie.ſ.Zach.13. Arno.ſ.pſ.9

Nomina idolorum ſunt diuerſæ hereſes.Zach.13.a.Et nomen externorum Deorum, quod Deus deleuit,eſt inuocatio dęmonum:& etiam hęreſes.Exo.23.b.ps.9.Nomina blaſphemię in capitibus beſtiæ,vſurpatio diuinitatis per reges & diabolum.apoc.13.a.

Contemptus hæreticorum — Rup.8.ſ.apoc. Hie.ſ.Eze.39.

Nominatum ſepulcrum Gog fit,vt perpetuo contẽptui habeantur hęretici in eccleſia. Eadẽ eſt ratio de nominata die ſepulturę eius.Eze.39.c.

Nomen

Nomen tabernaculi Moſis fuit,vt diceretur tabernaculum fœderis.Exo.33.b.

## Norma,uide Regula. Noſſe,Notus,uide Cognoſcere.

## Notare.

Contemplatio paſſionis. Lyra.ſ.Ruth.3.

NOtare eſt animaduertere,& notam imponere.Eſt autem nota ſignum.

Notans Ruth locum,in quo dormiebat Booz.Ruth.3.a.eſt deuotè conſiderans crucē & paſsiónem Chriſti.

Notari iubebat apoſtolus non obtemperantes verbo eius.2.Theſſa.3.d.

## Notus uentus,uide Aphricus.

## Nouacula.

NOuacula eſt culter raſorius.

Hie.ſ.Iſa.7. Vindicta Dei

Nouacula conducta dicti ſunt Aſſyrij.Iſa.7.d.quibus Deus vſus eſt ad puniēdos filios Iſrael.Sic nouacula tonſorum eſt vindicta Dei in Iudæos.Iſa.5.a.

Geor.vene.cantr.3.tono.7.cap.12. Paſsio Chriſti

Nouacula etiam deſignat paſsionem Chriſti:cuius merito omnia,quę ſunt peccati & erroris in nobis,deraſa fuere.

Hila.ſ.pſ.51. Aug.ſ.pſal.51.&.de verb.dom.ſer.6. Deceptores

Nouacula acuta facit dolum,quum radendo vulnerat.pſ.51.Sic Iudæi quum dicebant Chriſto.Scimus quia verax es &c.quia blandiebantur vt eum,caperent in ſermone. Itidem Iudas quando dixit:Aue Rabbi.Nouacula quidem aufert ſuperflua noſtra , hoc eſt , capillos : Ideo qui facit dolum comparatur nouaculæ:quia aufert noſtra ſuperflua,hoc eſt,temporalia, etiam vſq; ad ipſam vitam.

Gre.ſ.1.reg.1. Auaritia

Nouacula non aſcendens ſuper caput Samuelis,deſignat rapacitatem & auaritiam, quę nō debet eſſe in prælatis eccleſiæ.1.reg.1.b.Illi enim nouaculam ponunt ſuper caput, qui charitatis prætextu cœleſtia prædicant,vt terrena capiant.Non ita Paulus , qui nec ſua vti voluit poteſtate.1.cor.9.b.

## Nouale.

NOuale dicitur ager,qui anno ſaltem intermittitur,ne colatur,aut qui ex inculto fit cultus.

Beda.ſ.pro.13. Hie.ſ.Hoſe.10 Libri & exempla patrum.

Noualia patrum,in quibus ſunt multi cibi,ſunt libri & exempla patrum.pro.13.d. Et in nouant ſibi noualia,qui meditantur præcipuè in lege noua.Hoſe.10.d.

Ori.ſ.nu.ho.23.&.ſ pſ.36.ho.1. Cor hominis.

Nouale ſignificare poteſt cor hominis,quod renouari debet de die in diem,vt non ſemineт ſuper ſpinas.Iere.4.a.pro.13.d.

Hie.ſ.Iere.4. Rup.ſ.Hoſe.10. Gentilitas

Nouale fuit gentilitas,quando conuerſa eſt ad fidem:quia tunc cępit coli,quę prius erat inta.Hoſe.10.d.

## Nouella.

NOuellæ dicuntur nouæ plantę,ſiue vinearum,ſiue olearum,aut alterius generis plātarum.

Ori ſ.Mat ho.14. Aug.ſ.pſ.127. Recentes in fide

Nouellæ oliuarum.pſ.127.ſunt noui ac recentes in fide:vel pacifici , ſeu pacem prædicantes.

Hie.ſ.pſ.143. Adinuentiones hæreticorum

Nouellæ plantationes pſ.143.ſunt cogitationes & adinuentiones hæreticorum : quæ non concordant cum ſacra ſcriptura.

## Nouerca.

NOuerca dicitur,quam quis habens filios ex priore vxore nouam ducit vxorem, quæ prioris filijs fit nouerca.Leui.20.b.

## Nouilunium,uide Calendæ.

## Nouus,Nouellus,Recens,Innouare,Renouare.

NOuum dicitur,quod nuper factum eſt:quod & recens appellatur.Nouus etiā,nouiter apparens.Exo.1.b.Surrexit interea rex nouus.Firmus.Luc.22.b.Hic eſt calix noui teſtamēti Inauditus.deut.32.c.Noui recenteſq; venerunt.Inopinatus.Eſther.3.c.Nouis vtens legibus.Innouatus.Exo.13.a.Egredimini menſe nouarum frugum.Mirandus.Iſaiæ. 43.c. Ecce ego facio noua.Purgatus.Eze.36.c.Dabo vobis cornouum.Nouiter inuentus.2.reg.21.c.Accinctus erat enſe nouo.Recens.deut.20.b.Qui ędificauit domum nouam.

Ori.ſ.Rom.7.12 Amb.ſ.Ephe.4.&.ſ Luc.5.&.4.de ſacramētis.2.&.6.exae.9 Hier.ſ.Iob.29.&.ſ. Eze.36. Aug.ſ Gala.6. Gre.19.mor.27.&.ſ. 1.50. Nouitas gratiæ

Nouitas & renouatio tribuitur homini ſecundum gratiam:ſicut vetuſtas ſecundum peccatum:& appellatur nouitas ſpiritus:daturq; homini in baptiſmo & pœnitentia : quæ nouitas in interiori homine ſit,& in corde.Et dicitur nouus homo,qui ſic renouatur,exuto veteri homine.pſ.50.Eze.36.f.Rom.7.b.Ephe.2.c.4.e.Coloſ.3.b.Dicitur etiam homo noua creatura,cui eſt noua vita in Chriſto.Gala.6.d.Et dicitur renouari ſicut aquila,qui relictis terrenis,ſemper ad ſuperiora aſcendit.pſ.102.Et nouitas ſenſus fit per exercitationem ſapientiæ,& meditationem verbi Dei.pſ.103.Romanor.12.a.Titum.3.b.Noua autem ſunt,quæ ad nouum hominem ſpectāt.



ſpectant.Exo 35.d.Et nouum teſtamentum ſunt opera noui hominis.Luc.5.g. Innouatur autē ſemper gloria,quum creſcunt virtutes.Iob.29.d. Et noui vtres dicuntur ij, qui renouati ſunt per gratiam.Matth.9.c. Et lagunculæ nouæ ſunt infirmæ ipſa humanitate conſcientiæ:vel terrena corporum vaſcula:quæ vaſa fictilia dicuntur.Iob.32.d.Nouorum etiam meſsis,& menſis nouorum deſignant nouam vitam:& fructus nouæ vitæ in Chriſto : à quo data eſt diſciplina Chriſtiana.Exo.23.b.34.c.Nu.28.d.Rom.6.a.Nouæ etiam fruges nouitatem vitę & operū ſignificant.Exo.13.a.Eze.3.d.

Beda.ſ.Gen.2. Ori.1.periar.3. Amb.ſerm.12. Gre.23.mor.11.

Baptiſmus. Amb.2.de Cain.6.& ſerm.29.

Nouum ſacrificium eſt baptiſmus,& is qui vigenti fide eſt Deo gratus. Noui etiā vtres baptiſmum ſignificare poſſunt,in quo continentur gratiæ & dona ſpirituſſancti.

Chriſtus. Arno.ſ.pſ.68. Hiero.ſ.Iere.31.& ſ.Iob.29.

Nouus homo dicitur Chriſtus,etiam cum ipſa eccleſia, quæ corpus eius eſt, quam ipſe ſibi renouauit.Epheſ.2.c.Et nouum quod fecit dominus ſuper terram,eſt ipſe Chriſtus ſeu eius incarnatio.Iere.31. d. Idem dicitur nouellus vitulus.pſal.68. Innouari autem dicitur ſemper gloria Iob , hoc eſt,Chriſti,vel ſecundum quòd ipſe Chriſtus perſeuerat in patre, vel propter nouitatem membrorum eccleſiæ, quæ eſt corpus eius.Iob.29.c.Nouum autem vas, in quo miſit Eliſęus ſal,carnem Chriſti deſignat.4.Reg.2.d.

Noua lex. Ori.ſ.Leui.ho.16.& ſ.Gene ho.13. Hil.ſ.Matt.cano.14.&.ſ.pſ 143. Baſi.ſ.pſ.32. Hiero.ſ.Iſa.42. Amb.ſ.1.Cor.5. Iſych.ſ.Leui.23. Hier.ſ Matt.9.

Nouæ fruges nouam legem ſignificant.Exo.13.a.Leui.26.b.Eze.3.d. Itidem noua poma ad doctrinam noui teſtamenti ſpectant.Cant.7.d. Iſa.42.b.43.c.Matth.13.g.Gala.5.d.Et nouum mandatum eſt mandatum charitatis:quod eſt peculiare legis nouæ: & ipſa facit nouum hominem.Ioan.13.d.Et nouum canticum eſt noui teſtamenti,in quo ſunt myſteria incarnationis, & cantatur in nouitate ſpiritus.pſal.32.95.97.143.149. Et noua conſperſio eſt doctrina Chriſti in nouo teſtamento.1.Cor.5.c. Nouum quoq; ſacrificium eſt ſacrificium nouæ legis. Leui.23.c.Innouari autem dicuntur dies ſicut à principio,quum in lege noua producuntur apoſtoli ſimiles patriarchis.Thre.5.d.Nouum etiam vinum nō mittendum in vtres veteres, eſt euangelica doctrina non tradenda ſcribis & phariſęis.Matth.9.b.

Nouum & vetus teſtamentum. Cōminationes & promiſsiones. Grego.ho.15.

Noui & veteres putei ſignificant noua & vetera de theſauris vtriuſq; teſtamenti. Gene.26.c. Matth.13.g. Noua autem & vetera præter hoc quòd referuntur ad nouum & vetus teſtamentum , poſſunt vetera dici comminationes æternæ pœnæ : noua vero promiſsiones vitæ cœleſtis.

Noui teſtamēti cāticum. Hiero.ſ.pſ.97.143. Gre.ho.29.

Nouum canticū eſt noui teſtamenti:& etiam crucis Chriſti pręconia , quæ antea nunquàm in mundo laudata fuerat.pſal.95.97.143.Pertinet etiam ad gloriam cœleſtem,vbi omnia erunt noua:ibi etiam erunt nouæ linguæ.Mar.16.d.

Chriſtiani nomen. Hier.ſ.Iſa.62. Aug.ſ.Apo.ho.3.

Nouum nomen impoſitum Hieruſalem, deſignat nomē quod eccleſia ſumpſit à Chriſto,vt fideles dicerentur Chriſtiani.Iſa.62 a.Apo.3.d.

Eccleſia. Anima. Apoſtoli. Gre.ſ.1.Reg.6. Hiro.ſ.Iſa.41.

Nouum plauſtrum dici poteſt ſancta eccleſia:vel cuiuſq; fidelis anima: vel apoſtoli ferentes arcam Dei prædicando Chriſtum.1.Reg.6.b.Et eſt nouum propter præceptum dilectionis : & quia non ſequuntur vetuſtatem literæ,ſed nouitatem ſpiritus. Iſa.41.d.Ioan.15.b. Roma. 13.c. Ephe.4.f.

Spūalia mādata. Dona ſpūſſancti. Gloria cœleſtis. Baſi ſ.pſ.32. Ori ſ.Matt.ho.35. Aug.q.in euang.43.

Nouum vinum ſignificare poteſt ſpiritualia & grauia mandata & dona ſpirituſſancti. Matt.9.b. Nouum etiam vinum gloriam cœleſtem ſignificat:vbi noua ſunt omnia.Matt.26.c.Apo.21.b.Nouum autem vinum bibit Chriſtus in reſurrectione,ſicut vetus in paſsione.Bibet autem vinum nouum cum apoſtolis & alijs fidelibus in generali reſurrectione.

Innouatio cœlorū. Conuerſi gentiles. Hie.ſ.Iſa.65. Ruper.11.ſ.Apoc.31.

Noui cœli,quos creat Deus,erunt cœli renouati in fine mundi:vel cœli noui ſunt conuerſi ex gentilitate,quando eos,quos colebant vt deos,conuerſi ad fidem, Dei creaturas eſſe cognoſcunt.Iſa.65.c.66.g.Apo.21.a.

Fœlicitas.

Noua terra eſt,quam poſsidebunt beati in fœlicitate.Iſa.65.c.Matt.5.a.

Renouatio per fidē. Hier.ſ.Eze.18. Gre.23.mo.10. Fulgen.1.de.duplici prædeſtinatio.

Nouum cor Iſraelis,eſt credere in eum, quem prius negauerunt : nouum vero cor gentium eſt idola derelinquere,& mortuorum cultura contempta,credere in eum, qui eſt Deus viuentium.Eze.18.g.36.f.Nouum autem cor pertinet ad bonæ voluntatis initium. Nouæ quoq; lagunculæ ſunt ſpiritualia corda.Iob.32.d.

Subiectio auditorū prædicatori. Greg.ſ 1.Reg.11.

Innouatio regni Saulis,deſignat nouam ſubmiſsionem auditorum ipſi pręedicatori, cum eius laudabilem vitam conſpiciunt.1.Reg.11 d.

Doctor fortis. Aug.ſ.pſ.68.

Nouellus vitulus dici poteſt doctor,qui valet iam hęreticos ventilare.pſ.68.

Nouum hominem creans. Ori.1.periar.3.

Renouat Deus faciē terræ,quando creat nouum hominē:& etiam quando reſuſcitat.pſ.103.

Nouitas interioris hominis. Arno.ſ.pſ.103. Baſi.ſ.pſ.32.

Renouata iuuentus aquilæ deſignat nouitatem interioris hominis:& etiam baptiſmum , & reſurrectionem.pſal.102. Amb.ſer.54. Aug.ſ.pſ.102. Euch.q.in.pſalm.

Ori.ſ.pſ.38.ho.1.

Renouari dicitur dolor,quum quis non reſpondet iniuriam inferenti.pſ.38.

Idola. Aug.ſ.pſ.80.

Recentes dij ſunt,qui non ſunt æterni:& ideo non ſunt dij.pſ.80.Deut.32.c.

## Nouiſsimus.

Infimi. Chriſtus. Hier.ſ.Iſa.56.

NOuiſsimus dicitur vltimus:quia quæ recenter fiunt vltimum locum habent.

Nouiſsimi dici ſolēt,q ſunt infimi & deſpecti in populo.Iſa.65.d.Amos.9.a.Nouiſsim9

[Chriſtus] virorum dictus eſt Chriſtus:quia maximè fuit in paſsione deſpectus. Iſa.53.a. Nouiſsima autē Chriſti dicuntur,quæ ad eius ſpectant humanitatem.ps.138.

[Hie.ſ.Iſa.2.9. Rup.7.ſ.Ioan. — Tempus Chriſti] Nouiſsimi dies tempus Chriſti ſignificare ſolent:& tempus vltimæ prædicationis.gen.49.a. Iſa.2.a.9.a.Eze.38.b.c.Mich.4.a.Et nouiſsimus dies feſtiuitatis,fuit vltimum paſcha Iudæorum,quando Chriſtus occiſus eſt.Ioan.7.f.

[Ori.ſ.Iere.ho.4. Aug.ſ.apoc.ho.15. — Tempus iudicij & diuinæ vindictæ] Nouiſsimi etiam dies ſunt tempus iudicij:aut tempus diuinę vindictæ poſt longam eius patientiam.Iere.23.e.30.d.Nouiſsimum quoq; perdicis,& nouiſsimum Babylonis,& nouiſsima Rachelis ad tempus iudicij referuntur.Iere.17.b.31.c.Iſa.47.b.Et nouiſsimæ plagæ iræ Dei dicuntur,quia ſemper percutit populum contumacem,poſt longam videlicet patientiā.apo.15.a.

[Hie.ſ.Hoſe.3. Gre.14.mo.12.&.35 mor.16. — Dies circa finē mūdi.] Nouiſsimi quoq; dies,ſunt dies circa finem mundi.Hoſe.3.b. Et nouiſsimi homines quos inuadet terror,erunt electi circa finem mundi,tempore videlicet Antichriſti.Iob.18.d.Et nouiſsima Iob quibus benedixit Deus, eſt vltimū tempus eccleſiæ,quum multiplicabuntur fideles in ſenecta vberi.Iob.42.c.ps.91.

[Glo.ordi.ſ.Iſa.30. — Impletio prophetiarum] Nouiſsimus dies dicitur adimpletio prophetiarum:tempus videlicet quando implet̄,quod ab aliquo propheta prædictum eſt.Iſa.30.b.

[Ori.ſ.Mat.ho.9. Hie.ſ.Eccleſ.4 — Iudæi & gentiles; Angeli & homines.] Nouiſsimi facti ſunt primi,& primi nouiſsimi,quando gentiles qui poſteriores erant in fide poſtmodum fidem amplectentes reliquerunt poſt ſe Iudæos.Matth.19.d.Homines etiam qui natura inferiores ſunt angelis,relinquunt infra ſe dæmones,qui natura ſunt ſuperiores: In fœlicitate etiam nonnulli homines aliquibus angelis ſuperiores erunt. Nouiſsimi quoq; dicunt Iudæi,qui erunt tempore Antichriſti.Eccl'tæ.4.d.

[Gre.ſ.1.reg.9. — Minimus gradus fidelium] Nouiſsima cognatio in tribu Beniamin,ſignificat minimum gradum conuerſationis electorum in eccleſia.1.reg.9.c.

[Hie.ſ.Agge.2.&.ſ. Iob.42. — Eccleſia] Nouiſsima domus Dei dicitur eccleſia:quia prima fuit ſynagoga.Agge.2.b. Nouiſsima etiam Iob deſignant ſtatum eccleſiæ Chriſti poſt eius paſsionem,vel ſtatum eccleſiæ triumphātis.Iob.42.d.

[Gre.29.mor.7. — Corda ſecreta.] Nouiſsima abyſsi dici poſſunt corda ſecreta,quæ aperta ſunt Deo.Iob.38.b.

[Aug.q.in euange.8. Amb.ſ.Luc.11. Rup.9.ſ.apoc. — Occiſio Chriſti. Deſtructio iudęorū] Nouiſsima ſunt peiora prioribus,quando nouiſsimis additur ſimulatio.Matth.12.d. Nouiſsima quoq; Iudęorum fuerunt peiora prioribus,quia ſupra mala præterita, Chriſti necem addiderunt.Luc.11.c.Nouiſsima quoq; eorum fuerunt,quum vaſtati ſunt.Amos.8.c.Nouiſsimę plagę ſunt,quæ corpus & animam affligunt.apoc.15.a.

[Ori.ſ.Luc.ho.35. — Minima peccata] Nouiſsimum minutum ſignificat minima peccata,& terrena.Mat.5.Luc.12.g.

[Au.1.ſer.do.in mōt. Ori.ſ.Mat.ho.32. — Præteritū tēp⁹ operandi] Nouiſsimè dicuntur venire fatuę virgines,hoc eſt, quum iam operandi tempus præterijt. Matth.25.a.

[Gre.29.mor.5. Hie.ſ.Iob.38. — Inferni] Nouiſsimus lacus ſignificat inferos,aliquādo eam partem,in quam deſcendit Chriſtus.Nouiſsima vero laci profundum inferni deſignant.Idem deſignabūt quoq; nouiſsima abyſsi.Iob 38.b.Eze.32.c.*Deſignant* etiam impios & ſacrilegos,quia in profundiores peccatorū tenebras deſcendentes,laſciuiarum nimio fluxu,velut aquarum multitudine deprimuntur.

[Hie.ſ.Ioel.2. — Mediterraneum] Nouiſsimum mare ſumitur in ſcripturis pro mari mediterraneo , quod eſt ad occidentem terræ promiſsionis.Ioel.2.e.

[Glo.ord.ſ.Eze.43. — Chr̄s exinanitur] Nouiſsima crepido altaris.Eze.43.d.quæ & crepido minor dicitur,ſeu propiciatorium minus,deſignat Chriſtum exinanitum aſſumpta forma ſerui.

## *Nox.*

NOx eſt tempus,quo ſol eſt ſub terra,per cuius vmbram ſolis luce priuamur. Vt autem eſt tempus tenebroſum,ita eſt tempus aptum ſomno & quieti.

[Aug.epiſ.120.& de verb.domi.ſer.22. — Tēpus incarnatiōis] Nox media tempus incarnationis Chriſti ſignificare ſolet:vt nocte media ingreſſus eſt dominus Aegyptum,quando verbum caro factum eſt.Exod.11.b.12.d.ps.118. Nox etiam media occultum tempus aduentus Chriſti ſignificat.Mat.25.a.

[Hie.ſ.Iob.35. Cyril.12.ſ.Ioan.62. — Tempus ante aduentum Chriſti] Nox quandoq; tempus ante aduentum Chriſti ſignificat,propter ſecretum ſilentium myſteriorum Dei:& diuiditur in quatuor vigilias:prima in Adam primo homīe:vt crederet in Deū creatorem:Secunda in Noë,quando diuina prouidentia & iuſtitia erga homines monſtrata eſt.Tertia in Abraham creſcente iam fide : Quarta in prophetis appropinquante luce aduentus Chriſti.gen.8.d.Iob.35.b.Ioan.21.a.

[Arno.ſ.ps.18. Chry.ſ.ps.96. Hie.ſ.ps.18.87. Aug.ſ.ps.18.73.&.ſ. Ioan.trac.62. Euch.q.in pſalm. — Chr̄s & Ioannes; Mortalitas, Carnales; Prædicator; Iudas; Iudæi; Tenebræ iudæorum] Nox nocti indicauit ſcientiam,quum Chriſtus illuſtrauit Ioannem Baptiſtam,ambobus in vtero latentibus.ps.18.Vel nox nocti indicat ſcientiam,quum Chriſtus homo docuit oēm terram:Vel mortalitas carnis carnalibus fidem prædicando,annuntiat futuram ſcientiam. Vel cū carnalis licet fidelis,loquitur carnali de his,quæ pertinent ad carnem Chriſti.Hæc autem nox dicitur eſſe Dei.ps.73.Nox quoq; indicauit ſcientiam nocti,quum Iudas Iudæis doctrinā praui ſenſus infudit:& cum indicauit Iudæis Chriſtum capiendum dicens:Quemcunq; oſculatus fuero ipſe eſt tenete eum.Nox quoq; ſunt tenebræ Iudæorum.ps.87.

[Arno.ſ.ps.91.135. — Vetus teſtamentū] Nox quandoq; dicitur vetus teſtamentum,& ſenſus literalis & parabolæ. geneſ.22.a.40.a. Exo.



[Amb.de Iſaac.5.& ſ.ps.118.ſer.7. Beda.ſ.gen.30] Exo.10.c.13.d.14.e.ps.135.canti.3.a.Nox etiam ſunt quæſtiones de Deo, qui poſuit tenebras latibulum ſuum.ps.17.91.Nocte coniuncta eſt Lia Iacob,vt obſcuritas literæ deſignetur.gen.29.e.30.c.Zach.1.b.

[Tēpus legis Iudæorum — Ori.ſ.Iob.3. Amb.de virg.3. Hie.ſ.Amos.5.&.ſ. Ionam.4.] Nox etiam ſignificat tempus legis Iudæorum:aut ipſum populum Iudæorum.Iob.3.a.Luc.5.a.Et vertit Deus diem in noctem,quando diem eorum,qui hora ſexta dixerunt, Crucifige; in typum cęcitatis in noctem mutauit.Et lux quæ eis oriebatur in lege & prophetis, verſa eſt in tenebras,ignorantibus quid legant & audiant.Amos.5.b.ps.69. Nox autem qua producta eſt hædera ad protectionem Ionæ,tempus ante aduentum Chriſti deſignauit. Nox vero qua areſacta eſt,cęcitatem Iudæorum ſubſecutam.Ionæ.4.d.

[Tranquillitas — Beda.ſ.pro.31.] Nox,in qua apparet dominus,eſt tranquillitas ab omni perturbatione.gen.20.a.26.c.46.a. Exo.24.d.Sic quaſi nocte quieſcit eccleſia,quum aliqui fidelium eius, intermiſſa ad tempus ſolicitudine externa,ſibimet vacare,ſeq; ipſos ſpiritualiter incipiunt curare : vel lectionibus videlicet ſacris,vel orationibus ac lachrymis ſeſe,vel alijs ſtudijs huiuſmodi ſecretius exercēdo. Surgit autem de nocte,cum in eiſdem ſuis fidelibus ad agendum etiam proximorum curam ſe ſolicitè accingit.pro.31.c.

[Ricar.de.ſ.victo.de ſomni.Nabucho.] Nocte fit reuelatio myſterij Danieli,quando veritatis illuſtratio,cernitur quidem ex parte, & velut ad lunæ lumen videtur:& quando de aliquo diuinitatis arcano,quid ſentiendum ſit, ipſi quidem intelligimus:ſed rationem qua illud,& alijs probare poſsimus,in promptu necdum habemus.Sed cum per diurnam retractationem poſtmodum agimus:vt acceptam veritatis intelligentiam,quam ipſi prius vel tenuiter videre potuimus,perſpicua demonſtratione alijs declarare poſsimus:iam quod nocte percepimus ſub diei luce proferimus.Dani.2.c.

[Fides] Nox aliquando fidem ſignificare poteſt:& nocte Abraham ſuperauit aduerſarios: quia victoria quæ vincit mundum,eſt fides noſtra.gen.14.c.Exo.10.c.

[Gre.ſ.1.reg.3.] Nocte accepit ſapientiam Salomon:quia non erat in eius luce perſeueraturus.3.reg.3.a.

[Pœnitentes Humiles — Glo.inte.ſ.Exo.13.] Nox aliquando ſignificat cognoſcentes peccata ſua:& humiles.Exod.13.d.40.d. Et noctes quadraginta pertinent ad pœnitentiam.Exo.34.d.Et de nocte conſurgens Abimelech reſipiſcentes ſignificat.gen.20.b.

[Tempus orationis.] Nox media tempus orationis aliquando ſignificat:vt quum amicus venit media nocte,gratia petendi panes ab amico.Luc.11.a.

[Altitudo remiſsiōis — Ori.ſ.Mat.ho.31. Gre.25.mo.1.ho.13.] Nox etiam media altitudinem remiſsionis & negligentiæ ſignificat:& tempus quando minus putatur venturus eſſe iudex.Mat.25.a.Iob.34.c.Ioan.6.b.

[Occulta voluptas. Inſidiæ tentationis. — Cyril.3.ſ.Ioan.24 Arno.ſ.ps.90. Gre.20.mor.3.&.ſ. cant.3.&.9.mo.40.] Nocturnus timor eſt occulta voluptas:vel inſidiæ tentationis occultæ in hoc mundo obſcuro.pſalm.90.canti.3.c.Et nocturna pollutio,aut ſomnium,eſt tentatio occulta, per quam tenebroſa cogitatione turpe aliquid corde concipitur:quod tamen corporis opere non expletur. deut.23.b.

[Contemplatio — Gre.5.mo.21.&.23. mor.21.] Nocturna viſio eſt contemplatio diuinorum in hac vita in qua ſub quadam caligine, & nō ſine nubis obſcuritate diuina cognoſcimus.Iob.4.c.33.b.

[Tres mortui ſuſcitati. — Aug.de ſymbol.ad catecu.6.] Noctes tres deſignant tres mortuos,quos ſuſcitauit Chriſtus,ſecundum tres gradus mortis ſpiritalis per ipſos ſignificatæ.In his fuit Chriſtus in corde terrę,hoc eſt, iacuit fides Chriſti in cordibus ipſorum,qui habitant terram.Mat.22.f.

[Tempus paſsionis Chriſti; Obſcuritas ſacrorū — Aug.2.de trinit.17. &.q.in exo.q.54.&.ſ. ps.103. Beda.ſ.Exo.11. Rup.2.ſ.Exo.20.22.] Nox quandoq; dicitur tempus paſsionis Chriſti, quando maxima erat obſcuritas fidei in cordibus omnium.ps.15.16.31.103.Ita in nocte comedebatur agnus.Exo.12.b.Vbi etiam deſignátur obſcuritas ſacramentorum.Nox eſt etiam , quia nondum ad inuicem conſcientias nr̄as videmus.

[Tempus tribulationis & tentationis — Hie.ſ.Iſa.4. Augu.epiſ.120.&.ſ. ps.118. Amb.ſ.ps.118.ſe.7.8 Clima.gradu.25. Gre.2.mora.9.&.8 mo.7.&.16.mo.28. &.27.mor.1. Ber.ſer.1.ſ.qui hab. Beda.ſ.pro.31. Glo.ordi.ſ.Luc.11.] Nox aliquando ſignificat tempus tribulationis & tentationis.Et media nox eſt tempus grauis tribulationis.gen.32.e.Leuitic.8.g.Iob.7.a.17.c.24.c.30.c.34.c.35.c.ps.2.15.16.21.118.120. thren.1.a.2.f.Nocte mandat Deus canticum,nempe miſericordiæ,hoc eſt, in aduerſis , quum quis non poteſt eam exercere,vt ſaltem eam laudet.ps.41.In noctibus etiā iubemur extollere manus in ſancta.ps.113.Et nox illuminatur vt dies,quum quis lætanter ſuſtinet aduerſa. ps.138. Nocte accuſat diabolus.i.tempore aduerſitatis.apoc.12.c.Noctes laborioſas tolerant, qui aduerſitatum tenebras non ſolum vſq; ad inopiam,ſed ſæpe ad corporis vſq; cruciatum portant. Iob.7.a.Nocte quærit ſponſa dominum,hoc eſt,in tribulatione.cantic.3.a. Nocturnus timor eſt timor de tribulatione,aut in ipſa tribulatione.ps. 90. In hac nocte non extinguitur lucerna mulieris fortis.prouerbio.31.c.Media nocte venit amicus, hoc eſt, tempore tribulationis. Luc.11.a.

[Priuatio formæ. — Glo.inte.ſ.gen.1.] Nox interdum dicitur priuatio formę in materia , quæ rationem habet tenebrarum , ſicut ipſa forma lucis habet rationem.gen.1.a.

[Ignorantia Errores — Ori.ſ.gen.ho.1. Gre.4.mor.17.&.8. mor.9.&.26.mo.35. &.ſ.ps.6.&.6.m.14.] Nox interdum ſignificat ignorantiam,& errorum tenebras.geneſ.1.a. Leuitic.6.b. pſalmo. 103.Iſa.16.a.Hoſe.7.b.Eccl'i.23.Abdi.b.Mich.3.c.Et noctes laborioſæ ſunt, quum ingemiſcimus nos neſcire quod quærimus. Iob. 7. a. 36. c. Nocte Lot concubuit cum filiabus : vbi deſignatur ignorantia ſcientiæ Dei. geneſ. 19. g. Nocte vaſtatur Ar ciuitas Moab : quia

Hier.ſ.Iſa.21. Aug.ſ.Ioan.trac.11. Cyril homi.5. — Infidelitas.

ſcientia ſecularis perpetuis ignorantiæ tenebris damnatur. Iſaiæ. 15. a. Dicitur etiam perire nox,quando id quod cæcata mens etiam per conſenſum perpetrat, animaduerſione pœnitentiæ extinguitur.Iob.3.a.Noctes quoq; ſingulæ ſunt cogitationes tenebroſæ.pſal.6.Nox etiam eſt ipſa infidelitas:vt nocte luctatus eſt vir cum Iacob: vbi notatur defectus fidei futurus in Iudæis. Gen.32.f. Et nocte uenit Nicodemus ad Ieſum : quia nondum plenam habebat fidem. Ioan.3.a.Iſa.21.c.

Aug.13.confeſ.18. — Senſibilia.

Nox diuiſa à die ſignificare poteſt ſenſibilia diuiſa ab intelligibilibus.Gen.1.a.c.

Ori.ſ.Leui ho.5.&ſ.Nu ho.23.&.ſ.Mat.ho.30.&.ſ.Rom.13. Amb.ſe.13.&.ſ.Lu.2 Aug.ſ.pſ.76.100.118 138. — Tēpus huius ſeculi.

Nox præterea obſcuritatem & tempus huius ſeculi ſignificare poteſt. Gen.30.c. Hac nocte editur agnus,& perimitur qui dilexit mundum:vt primogenita Aegyptiorum:& diues auarus. Exod.12.b.d.14.c.34.d.1.Reg.14.c.pſal.76.77.118.133.138.Rom.13.d. In hac nocte nutrire debet ſacerdos ignem altaris.Leui.6.b. Nox autem media eſt medium tempus vitæ humanæ tenebroſæ.Mar.13.d. Gre.ſ.1.Reg.14.&.23.mor.21.& ho.22. Iſyc.ſ.Leui.6.

Aug.ſ.pſ.77.129. Gre.ſ.1.Reg.14.& 18.mo.10.Aug.ſ.pſ.129.138.Amb.ſ.pſ.118 Hiero.ſ.Iob.3. — Tempus mortis. Mortalitas. Tempus iudicij.

Nox quandoq; ſignificat tempus mortis:& ipſam mortalitatem, quá homo incurrit per peccatū.Gen.8.d.Exo.14.c.1.Reg.14.e.Iob.3.a.pſal.129. Et nox fit illuminatio, quum à morte tranſitur ad gloriam.pſal.138.Ioan.9.a.Iob.27.d.Deſignat etiam tempus iudicij:& ignorantiā, ſeu obſcuritatem diei iudicij,ac mortis.pſal.73.Matt.25.a.Luc.12.c.1.Theſ.5.a. Cyril.6.ſ.Ioan.14.

Amb.ſ.Luc.17. Aug.73.q.59. — Tempus Antichriſti

Nox poteſt etiam aliquando ſignificare tempus Antichriſti.Exo.13.d.Luc.17.g. Matt.25.a. Ioan.9.a.Iob.14.c.In quibus etjam locis ſignificari poteſt tempus iudicij. Cyril.6.ſ.Ioan.14.

Gre.25.mor.12. Gre.4.mor.8.10.23. Ruper.1.ſ.Gen.18. &.ſ.Iere.14. — Diabolus.

Nox quandoque dicitur ipſe diabolus.vt Iob.3.b. Noctem illam tenebroſus turbo poſsideat. Nox eſt enim,quum mentes conſcientiam erroris tenebris obſcurat. Eſt etiam nox ipſa callida ſuggeſtio diaboli. Nox quoque diuiſa à die, eſt diabolus ſeparatus ab angelis. Gene.1.a.Thre.1.a.

Ber.ſ.Canti.ſer.75.86. Gre.15.mor.3. — Sectæ hæreticorū. Cognitio tēporaliū

Noctes per quas quæſiuit ſponſa ſponſum, & non inuenit.Canti.3.a.varias ſectas hæreticorum & ignorantiæ ac errorum deſignant:qui dicunt ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic. Et nocturna viſio ſignificat cognitionem mundanorum & hypocritarum, & hæreticorum de rebus temporalibus: quæ eos cito deſerunt: vt quaſi ſomniando eas poſſediſſe videantur. Iob.20.a.

Ori.ſ.Matt.ho.35.&.ſ.Rom.13. Amb.2.de.Cain.4. Hiero.ſ.Eze.8. Aug.ſ.pſ.5.&.ſ.Ioā.tract.57. Gre.ſ.1.Reg.15.&.2 mor.2.&.25.mo.11. — Tempus peccati. Peccatum.

Nox quia priuat luce,ſignificare poteſt tempus peccati,& vitam peccatorum,ac veterem hominem. Ipſum etiam peccatum nox dicitur, quo priuatur homo luce gratiæ. Gene. 1.a. 19.a. Exod.13.d. 1.Reg.15.d. Thre.1.a.Roma.13.d. Nocte ſunt ebrij, qui cordis ebrietatem habēt: quia ſunt in tenebris.1. Theſ.5.a. Nocte capitur Chriſtus,ſcādalizantur diſcipuli:negat Petrus, hoc eſt,ſine ſpiritu ſancto.Matth.14.c.26.c.Iob.3.a. Et guttæ noctium ſunt cadentes per peccatum. Non rediturus ad veniam,ad traditionis perfidiam nocte Iudas exijſſe perhibetur.Ioā. 13.d. Et diuiti iniquo dicitur.Luc.12.c. *Hac nocte repetent animam tuam ex te.* Et nocte cōteruntur mali,vel quum per diuinam ſententiam occultam cæcantur: vel propter tenebras exteriores,in quas mittuntur.Iob.34.c.Nox etiam ibidem dici poteſt peccatum, quod eſt pœna & cauſa peccati. Poteſt etiam nox in multis ex his locis infernum ſignificare.Iudi.19.c. Dies mutabitur in noctem.Ioan.9.a. — Infernus.

## *Nubere, Nuptiæ.*

NVbere dicuntur fœminæ,quum viris traduntur,non enim vir propriē nubere dicitur, ſed mulier:vir autem ducit vxorem. Nuptiæ autem ſunt, cum eſt actus nubendi.Et ipſę ceremoniæ & hilaritates,quæ in ducendis vxoribus fiunt,nuptiæ dicuntur.

Nuptiæ in Chriſto non dicuntur propriē eſſe inter verbum & humanitatem, cum non ſint perſonæ:ſed ſunt inter Chriſtum & eccleſiam : & inter Chriſtum & animam:ad quas ipſe dicitur ſponſus,& illę ſponſæ.Inter animam vero & dæmones non poſſunt dici nuptiæ,ſed adulterium: quum non poſsit eſſe legitima coniunctio.

Ori.ſ.Mat.ho 20.22 Aug.1.q.in euā.31.& ſ.Ioan.trct.8. Hiero.ſ.Mat.22. Epypha.2.contra hęreſes.tom.1. — Coniunctio Chriſti cum eccleſia vel anima.

Nuptiæ Iacob cum Rachele,vnionem Chriſti & eccleſiæ ſignificant.Gen.29.c. Et nuptiæ filij regis deſignant coniunctionem eccleſiæ ſponſæ cum filio Dei incarnato eius ſponſo. Mat. 22.a. Deſignant etiam communicationem verbi ad animam:Et has nuptias prouidere debet puellæ dominus eius.Exo.21.a. Nuptiæ factæ die tertia in Cana Galilæę coniunctionem Chriſti & eccleſiæ poſt reſurrectionem deſignant.Ioan.2.a. Gre.ho.8. Cyril.2.ſ.Ioan.26.

Ori.ſ.Mat.ho.32. Hilo.ſ.Mat.cano.27 Aug.83.59 &.d ver. Be...n ſententijs. — Gloria cœleſtis.

Nuptiæ quandoq; ſignificant cœleſtem gloriam,ſeu coniunctionem cum verbo Dei in gloria,cum immortalitatis aſſumptione.Matth.25.a.Luc.12.c.Apo.19.b. dñi.ſer.22.Gre.ho.23.

Nuptiarum tres ſunt ſpecies.Primæ reconciliationis per fidem,quarum tria ſunt fercula,peccatorum ablutio,gratiæ conſecutio,& naturæ reformatio. Secundæ adoptionis per ſpem : in quibus ſunt eloquij diuini conſolatio,alimoniæ cœleſtis communio,dulcedinis internę prælibatio. Tertiæ ſunt glorificationis per charitatem:cuius fercula ſunt æterna incorruptio, vera glorificatio, perennis Dei viſio.

Ori.ſ.Matt.ho.22. Iſy.ſ.Leui.22. — Recipere ſermonem extraneum.

Non nubens alteri viro vxor defuncti, deſignat animam non recipientem ſermonem extraneum, gentilicum, aut hæreticum. Deuteron.25.b. Tunc etiam nubit filia

ſacerdotis



ſacerdotis alienigenæ aut alicui de populo,quum anima nutrita in fide ſe tradit errori gentilico,aut Iudaico,aut hæretico.

Charitas. — Ori.ſ.Matt.ho.20. Hila.ſ.Mat.can.22. Amb.1.de pœnit.6.&.ſ.Luc.14.

Nuptialis veſtis eſt charitas,ratio,& virtutes ac dona ſpiritusſancti. Et ipſa gloria veſtis eſt nuptialis.Mat.22.b. Coloſ.3.b.

## *Nubes, Cataracta.*

NVbes eſt vapor humidus in ſublime vi caloris elatus:cuius denſitas ſolem obumbrat:& in aquas terram irrigantes demum conuertitur:Cataractæ autem dicuntur nubes ceu feneſtræ,& portæ,quibus aquæ defluunt.Sunt tamen qui catarhacta ſcribendum putent: vt à defluendo dicantur aquæ,quæ ex alto ruere potius quàm defluere videantur:Duo autem ex nubibus conferuntur nobis beneficia.Alterum eſt obtectus,alterum vero pluuia: & ambo ſolis vigorem mitigant.Lux enim eius nimis excellens percellit oculos minus diſpoſitos,aut tantæ luci non aſſuetos:& calor exiccans & exęſtuans perurit aliquando:vtrunq; tamen neceſſariū eſt.Ad quorum temperamentum ſummus moderator,nubes pro tempore interijci iubet: quæ lucem comprimant,& areſacta madefaciant & irrorent. — Geor.venet.cant.1. ton.7.cap.17.

Deus pater — Amb.ſer.61.

Nubes in primis dici poteſt Deus pater:cuius typum gerebat nubes,quæ ſuſcepit Chriſtum aſcendentem in cœlum ab oculis diſcipulorum.acto.1.b.

Spūſſanctus. — Ori.ſ. Exo.ho.5.& ſ.nu.h.27.&.ſ.Mat.ho.3.

Nubes itidem dicitur ſpiritusſanctus protegens Hebręos,hoc eſt,fideles:& excęcans Aegyptios,hoc eſt,infideles.Exo.14.c. Et nubes lucida obumbrans diſcipulos dici poteſt æterna virtus,vel ſpiritusſanctus.Mat.17.a.

Chriſtus. Humanitas Chriſti — Chry.ſ.pſ.98. Amb.ſ.pſ.118.ſer.5. Hie.ſ.Eze.1. Cyril.4.ſ.Ioan.28. Iſy.ſ.Leui.16. Aug.ſ.pſ.77. Gre.ſ.Eze.ho.8. Rup.6.ſ.apoc.

Nubes præterea cum ſit tenuiſsimus aëris lucidi contextus lucē aliquam de ſe emittens,ipſum Chriſtum ſignificat,vel diuinam in Chriſto & luculentam veritatis pulchritudinem.Iob. 38.b.pſ.96.Deſignat etiam naturam humanam in Chriſto.gen.9.b.Exo.13.d.14.e. 16.c.19.b. Leui.16.a.3.reg.18.g.Iſa.19.a.25.b.Et nubes magna veniens ab Aquilone, eſt filius Dei factus homo veniens in mundum.Eze.1.a.g.Et nubes irrorans & protegens nos à feruore ſolis, hoc eſt,ab ira Dei,& extinguens ęſtum peccatorum,eſt ipſe Chriſtus afferens nobis diuinam clementiam.Et ipſa humanitas eius eſt nubes diei,in qua eduxit Deus populum de Aegypto.pſ. 77.Hac nube dicitur amictus angelus.apoc.10.a.

Benignitas Dei. — Hie.ſ.Iſa.24.

Cataractæ cœli ſignificare poſſunt benignitatem Dei,qua detinet iram ſuam,ne perdat homines:quæ tunc aperiuntur,quum iuſtitia exigente Deus vindictam exercet. Et cum demonſtrat nota ſibi eſſe noſtra crimina.gen.7.b.8.a.Iſa.24.c.

Verbum Dei. Doctrina apoſtolica. Figuræ veteres. Profunditas ſcripturæ. — Philo. quis rerum diui.hæres. Geor.vene.canti.1. ton.7.cap.17. Hila.ſ.ps.134. Iſy.ſ.Leui.16 Aug.2.de gen.cōtra Mani.4.&.ſ.pſ.146. Beda.ſ.gen.5.

Nubes media inter Hebræos & Aegyptios,eſt verbum Dei mentibus virtute præditis paulatim irrorans ſapientiam,à malis omnibus ſecuram:In duras autem ac bonarum artium ſteriles,more nubis denſiſsimę pœnas ingerit,intentans eis inundationis perniciem miſerabilem. Exo.14.c.Nubes etiam dicitur doctrina apoſtolica,in qua apparet Chriſtus,tanquam arcus in nubibus:vbi etiam deſignantur figuræ veteris teſtamenti.gen.9.b.Leui.16.a.His nubibus operit Deus cœlum.pſ.17.103.107.134.146.Iſa.5.b.Et ſunt nubes tenebroſa propter obſcuritatē, & illuminat noctem veteris populi.Ipſa quoq; profunditas ſcripturæ nubes dicitur. Exo.13.d. 14.c.40.d.Mat.24.a.26.f.Et baptizati dicuntur antiqui patres in nube, quia baptizati ſunt in figura.1.cor.10.a.

Prophetæ Comminationes diuinæ. — Hie.epiſ.ignot.vul. &.ſ.pſ.41. Aug.ſ.pſ.41.

Cataractę autem vt dicuntur per quas flumen deijcitur,potius quàm defluit, prophetas ſignificare poſſunt.pſ.41.Vbi etiam deſignant comminationes diuinas.

Gratia Dei Diuina protectio. — Ori.ſ.nu.ho. 7.&.ſ.Eze.ho.1. Hie.ſ.Iſa.18. Gre.ſ.1.reg.3. Tertu.adu. Iudæos Gre.Nyſ.ā vit.Mo.

Nubes etiam dici poteſt gratia Dei,& diuina protectio,ipſaq; cōſolatio diuina, cœleſtiaq; beneficia. Donec nubes gratię erat in tabernaculo fœderis,Maria non apparuit leproſa, ſed remota nube.Exo.24.d.33.c.34.a.40.d.nu.9.c.12.c.16.f.Iſa.4.b.5.b.18.b. Et nubes,in qua veniet filius hominis,erit bonis conſolatio & protectio.De quibus dicitur pſ.30. Quàm bonus Iſrael Deus his,qui recto ſunt corde.Mar.13.c.Luc.21.e.Eze.1.a.

Virgo Maria. — Amb.exhor.ad vir.& inſti.virg.15. Hie.ſ.Iſa.19.&.ſ.pſ.77.

Nubes præterea dicitur beatiſsima virgo Maria:quæ eſt nubes leuis ſine peccati pondere: & ſuper eam aſcendit dominus,quum incarnatus eſt.Iſa.10.a.Ipſa eſt nubes diei, in qua educit dominus populum de Aegypto.pſ.77.

Apoſtoli Doctores Prophetæ — Ori.ſ.Iere. ho 5.& ſ.cantic. ho. 4.&.ſ. Mat.ho.30.35. Arno.ſ.pſ.67. Cyril.7.theſau.2 Hie.ſ.Iſa.5. 14.&.ſ. Dani.2.&.ſ.Zacha. 14.&.ſ.Iob.26 Aug.ſ.pſ.35.56. 76. 77.88.103. Gre.14.mor.2.&.17 mo.12.&.27.mo.56

Nubes aëris ſunt apoſtoli & ſancti doctores,& etiam prophetæ:in quibus eſt tenebroſa aqua:qui ad excelſa contendunt,& terrena deſpicientes, inſtar auium tenuiſsimum aerem & ætherea quæq; deſiderant:ad quos veritas Dei peruenit, quæ vſq; ad nubes venire dicitur,& ſuper ſanctos pluere conſueuit:qui repleti multitudine ſcientiæ multas habent aquas in cordibus ſuis tenebroſas quidem & inuolutas caligine myſteriorum:quam ſolus Moſes ingreditur,& loquitur cum Deo facie ad faciem. pſ.17.35.56.67.76.77.96. 103.134.146. geneſ.9.b. Exod.13.d.14.e.Iob.20.a.26.b.36.d.37.b.c.d.Eccl'tæ.11.a.12.a.Iſa.5.b.14.d.45.b.60.b. Iere. 10.b.Matth.24.c.26.f.apocalyp.1.b.Hæ ſunt nubes,quæ non ęquantur domino.pſ.88.Et nubes quæ rore concreſcunt.pro.3.c.2.reg.1.d. Et nubes diſcurrentes per magnificentiam Dei. deut.33. Geor.vene.cant.1.ton.7.cap.17. Beda ſ.gen.5.&.ſ.pro.3. Rup.2.ſ.deut.20.

Eccleſia — Arno.ſ.pſ.104 Hie.ſ.Eze.1.

Nubes interdum dicitur eccleſia,& ipſi fideles.pſ.104.Super hāc nubē ſedet filius hominis.

a 3 apoc.

Gre.ſ.1.Reg.7.14. Aug.ſ.Apo.ho.11. — Fideles animæ.

Apo.14.d.Nubes quoq; ſunt animæ ſublimes per cœleſte deſiderium,& à culpę grauedine leues:de quibus dicitur Iſa.60.b.Qui ſunt iſti,qui vt nubes volant?

Diony.cœl. Hiera 15. Hier.ſ. Zach.14. — Angeli.

Nubes quandoq; dicuntur angeli:vt innuatur ſanctos illos ſpiritus occulto quidem lumine ſupra mundanum impleri modum:cæterum primitiuam illam,primoq; apparētem lucem,modeſte reuerenterq; ſuſcipere,eamq; ſequētibus abſq; inuidia pro ſuo cuiuſq; captu ſecunda deriuatione transfundere : Præterea quòd illis & fœcunditas & ius item animandi & augendi ac perficiendi adſit,iuxta intelligibilis imbris fœcunditatem,quæ ſubiectum gremium ad vitalem partum pinguibus euocet pluuijs.

Chryſ.de continentia Ioſeph. — Crux Chriſti.

Nubes protegens Iſraelem, crucem Chriſti ſignificare poteſt: ſub cuius vmbra ſaluamur. Exod.13.d.Num.14.c.

Philo.de pfugis. Gre.28.mor.19. Ricar.de.ſ.Vict. de ſomnio Nabuch. 31. — Fluxus cogitationū.

Cataractæ dici poſſunt fluxus cogitationum intellectus, quæ tunc aperiuntur, quum homo tendit in vitia.Nubes etiam eſt confuſio inquietarum cogitationum in mente:quibus à viſione & contemplatione diuinorum obtenebratus impeditur.Iob.38.a.Tranſeunt quoq; nubes præ fulgore,quum illæ quæ animum obnubilant dubitationes recedunt.pſ.10.

Hier.ſ.Eze.1.30. Gre.ſ.Eze.ho.2. Hila.ſ.pſ.67. Aug.ſ.pſ.96.67. — Dies iudicij.

Nubes magna veniens ab aquilone ſignificabat exercitum Chaldæorum venientem aduerſus Hieruſalem.Eze.1.a. Deſignat etiam nubem iudicij,quando tolletur impius, ne videat gloriam Dei.Et dicitur dies nubis: quia nullus tunc abſq; pauore iudicem prǣſtolabitur, incertus de futura ſententia. Erit autem nubes præcipuè malis, quibus erit nubes obſcura & horribilis. pſal. 67. 96.Ezech. 30. a.34.d. Ioel. 2. a. vnde & in nubibus veniet tunc filius hominis. Dan. 7.d.

Beda.ſ.Pro.25. Gre.8.mo.14.&.20. mor.23. Geor.vene.Canti.1. ton.7.cap.17. — Vir glorioſus. Temporale bonum.

Nubes matutina,quæ cito conſumitur,in earum rerum comparatione aſſumi ſolet,quæ cito deficiunt. Hoſe.6.b.12.a. Nubi autem ſine pluuijs comparatur vir glorioſus, & promiſſa non complens.Pro.25.b.Nubes ad altiora ſuſpenditur:ſed denſata vento impellitur,vt currat: calore autem ſolis diſſipatur,vt euaneſcat.Sic corda ſunt hominum, quæ per acceptæ rationis ingenium ad alta emigrant:impulſa autem maligni ſpiritus flatu prauis deſideriorum ſuorum motibus huc illucque pertrahuntur:Sed diſtricto reſpectu ſuperni iudicis,quaſi ſolis calore liqueſiunt:& ſemel locis pœnalibus tradita,ad operationis vſum vltra nō redeunt. Gloria etiam malorum vt nubes tranſire dicitur.Iob.7.b.30.b.Iudę.d.vt nubem autem & vt nebulam dicitur Deus delere peccata noſtra. Iſa. 44.d. Deſignat in multis ex his locis temporale bonum. Iſa. 25.b.

Gre.27.mor.5. — Mobilitas mentis.

Nubes interdum mentis humanæ mobilitatem ſignificant.Eccl'tæ.11.a.Qui conſiderat nubes,non metit, quia is qui ante humanæ mutabilitatis terrorem trepidat, mercedis æternæ retributione ſe priuat.

Gre.28.mor.75. Ruper.1.ſ.Eze.3. — Ingratitudo. Caligo mentis.

Nubes oppoſita, ne tranſeant orationes ad Deum eſt, quum ingratas preces petentiū deus exaudire dedignatur. *Vel quum caligine quadam & nubilo cæcitatis mens obruitur, ne radio diuinæ contemplationis illuſtrari mereatur.* Thre.3.e.Iob.38.a. Nubes etiam magna eſt caligo & cæcitas,quam incurrit homo per peccatum.Eze.1.a.

Ambr.de Noe.27. Gre.3.paſt.admo.16 Ber.ſ.cant.ſer.58. Euch.form.ſpūal.3. — Praui homines. Tribulationes.

Nubes etiam ſunt praui homines perſequentes bonos.Ecci'tæ.11.a. Et hæretici,philoſophi, Iudæi,& tempora iniquorum. Demum ipſæ tribulationes:& arcus apparet in nubibus, quum diuina benignitas in tribulationibus ſuccurrit.Gen.9.b.

Hier.ſ.Eze.30. Ambr.de Noe. 14. Gre.28.mor.15.&.ſ. Eze.ho.2. Beda.ſ.Gen.5. — Error. Ignorantia. Infidelitas.

Nubes operiens Taphnim eſt erroris obſcuritas, quæ cedit diabolo.Eze.1.a.30.e.38.c. Et cataractæ ſunt errores in anima.Nubes autem ponitur veſtimētum maris,quum in crudelibus interponitur caligo & cæcitas infidelitatis. Iob.38.a. Cataractæ quoq; in diluuio ſignificant ſuperbos.Gen.7.b.

Cataractæ fuerunt apertæ in baptiſmo Chriſti, quum vox patris audita eſt: Hic eſt filius meus.pſal.41.

Nubes,cœlum.Iob.22.b.Nubes latibulum eius. — Cœlum.

Nubes,multitudo.Eccleſiaſtici.43.b.In magnitudine ſua poſuit nubes. — Multitudo.

Nubes,ſoliditas.Iob.37.d.Subito aër cogetur in nubes. — Soliditas.

## *Nudare, Nudus.*

NVdare eſt detegere & ſpoliare:& nudus eſt, qui eſt ſine tegmine, aut veſtimento, & pauper,priuatus,apertus & detectus.

Ambr.epiſ.36.&.ſ. Luc.23. Aug.16.ciui dei.2.& 12.cōtra fauſt.23. Beda.ſ.Gene.9. Hiero.ſ.Iob.1. Gre.2.mor.31ſ Ruper.ſ.Haba.1. — Chriſtus nudus.

Nuditas Adæ in paradiſo,deſignauit nuditatem Chriſti,qui pro nobis apparuit infirmus.Et vt ille fuit nudus in paradiſo:ita Chriſtus vt humanam tegeret nuditatem, nudus pependit in cruce.Nuditas etiam Noe nuditatem Chriſti in paſsione & cruce ſignificauit.Gen.2.d.3.c.31. f.Luc.23.e. Nuditas autem Iob deſignauit Chriſtum à ſorde originalis peccati mundum. Iob. 1.d. Deſignauit etiam quòd Chriſtus à ſynagogæ carne prodiens conſpicuus ad gentes prodijt, quum eſſet ab ipſa ſynagoga nudatus:ſicut etiam Ioſeph reliquit pallium in manu dominæ.Nuditatem Chriſti aſpexerunt Iudæi.Haba.2.c.

Ori.ſ.Matt.ho.25. — Chriſtus in ſuis membris.

Nudus etiam dicitur Chriſtus in ſuis membris,in quibus eſt operiendus,in ijs videlicet,qui indigent



indigent ſapientia.Matth.25.d.

Puritas angelorum — Dion.cœleſ.hier.15

Nu ditas in angelis deſignat quòd liberi ſint,abſoluti & expediti,atq; exterioris omnis affectionis labe puri:& ad diuinæ ſimplicitatis ſimilitudinem pro viribus tendant.

Simplicitas. — Aug.2.de gene.cōt. Mani.16.

Nuditas aliquando indicat ſimplicitatem:vt in primis parentibus,qui nudi non erubeſcebant.gen.2.c.Nudus erat Adam à ſimulatione:ſed veſtiebatur luce diuina: vnde auerſus, & ad ſeipſum conuerſus,quod ſignificat de illa arbore manducaſſe,nuditatem ſuam vidit: & diſplicuit ſibi,eo q non haberet aliquid proprium.Eſt autem hoc erroris propriū, vt quod cuiq; diſplicet,hoc etiam Deo diſplicere arbitretur.

Nil boni ſibi aſcribens. — Gre.ſ.1.reg.15. Hie. de veſte ſacer. Ori.ſ.Iob 1. Amb.de Noe. 29.& & epiſ.36

Nudus fugiens adoleſcens,deſignat eum,qui nil ſibi de bonis operibus per inanem gloriam aſcribit.Mar.14.f.Nudus etiam fugit,qui veterem hominem exuens ad Deum feſtinat: & qui omnia peccandi pericula vitat.Amos.2.d. Nuditas Iob mundiciam ab omni vitio indicat.Iob. 1.d.Et nuditas Dauid.2.reg.6.d.

Puniens Deus Iudæos

Nudauit Deus gladium poſt partem capillorum,quum in Iudæos grauem vindictam exercuit.Eze.5.a.

Iudæi occidentes Chriſtum — Amb.de Ioſeph.5. Beda.ſ.gen.37

Nudantes fratres Ioſeph ipſum tunica,fuerunt Iudæi imponentes Chriſto falſa crimina:vel ipſum occidentes.gen.37.e.Non eſt autem in totum nudatus Ioſeph, ſed ſpoliatus: quia non eſt nudus,niſi quem culpa nudauerit.

Peccatū per ignorātiam. Abſcōdere peccatū. — Amb.de Noe.29.

Nuditas Noë peccatum per ignorantiam perpetratum ſignificare poteſt:& nudari in tabernaculo,eſt abſcondere peccatum.gen.9.d.

Anima ſine gratia. — Ori.ſ.Eze.ho.6. Gre.6.mora.3.23.& 12.mor.5. Rup.ſ.Hoſe.2.

Nuda dicitur anima,quæ gratia & virtutibus deſtituta eſt.Sic nudus homo, vel nudus populus eſt exiſtens in peccato,& carens indumento gratiæ & charitatis. geneſ.3.c. Exod.32.f. Iob.14.b.22.a.24.b.Iſa.20.a.Eze.16.a.Nahum.2.c.apocalyp.3.d.16.c.17. d. Et nudi ſunt,qui Chriſtum non habent.1.cor.5.a.Item decepti ab hæreticis:& carentes fide, & frigoribus infidelitatis & peccatorum vexati.Iſa.58.c.Ioel.1.c.Nuda ſpoliatur fornicaria, quando plebs Iſraelitica nudata gratia,etiam amiſit gloriam temporalem ducta in captiuitatem. Hoſe.2.a.

Erubeſcentia. — Hie.de veſte ſacerd. Iſy.ſ.Leui.10.13.

Nudum caput eſt amiſsio galeę ſalutis.Eſt etiam erubeſcentiæ indicium. Nudabant autem caput,qui lugebant mortuos.Et nudant caput, qui diuinitatem, aut humanitatem negant in Chriſto.Non nudat autem caput ſacerdos,quum non amittit gloriam Dei.Leui.10.b.13.f.Demum nuditas in planctu aſſumi ſolebat. Mich.1.b.

Tribulatio. — Gre 23.mor.28.

Nudari dicuntur oſſa per flagella, dum per tribulationem quicquid in nobis eſt validum aperitur.Iob.33.c.

Detegi peccata. — Hie.ſ.Iſa.3.

Nudat dominus crinem filiarum Sion,quum manifeſtat peccata occulta. Iſa.3. b. Et nudat femora Hieruſalem,quum detegit peccata,& confundit peccatorem.Iere.13.d.Sic nudat ignominiam.Eze.16.c.23.d.Et nudabit dominus terram in die iudicij, quum omnia ante tribunal Chriſti manifeſtabuntur.Iſa.24.a.Et nudus eſt infernus coram Deo,quia omnia nuda & aperta ſunt oculis eius.Iob.26. b.Nahum.3.b.Haba.3.c.Hebrę.4.d.

Nudari ſapientia — Geor.vene. canti.1. ton.7.cap.24.

Nudus inuentus eſt Adam poſt peccatū,quia voluit nimis ſapere ſuaſu ſerpentis, qui ערום Harum dicitur,quod nudum & aſtutum ſignificat: vt doceamur nimis aſtutum denudari ſapientia diuinorum.

Detectio turpitudinis — Gre.6.mor.11.

Denudat filia Babylonis turpitudinem ſuam,quum anima confunditur.Iſa.47.a. Vel in adminiſtratione operis turpitudo denudatur,dum vilis mens abiectaq; in actionis oſtentatione cognoſcitur, quæ quieta prius magna putabatur. Ad eadem refertur filia Edom. threnorum.4.d.

Non ſeruare pcepta — Hie.ſ.Iere.2.

Nuditas pedum eſt,quum anima non munita diuinorum præceptorum protectione & obſeruatione,patet venenatorum animalium,nempe dęmonum morſibus.Iere.2.e.

Prædicantes hæretici. — Gre.19.mor.15.

Nudant lamię mammas ſuas,quum Iudæi & hypocritæ labijs honorant Deum, quem corde negant: & quum hæretici errores ſuos libere prædicant.thre.4.a.

Hæretici denudantes eccleſiam — Hie.ſ.Iſa.22.

Nudant parietem eccleſiæ hæretici,cum omnes eius munitiones demoliri conantur.Iſa.22. b.Dicuntur etiam nudare pauperis domum,nempe eccleſiam. Iob.20.b.

Detectio errorum. — Hie.ſ.Iſa.19.

Nudatur alueus riui Aegypti,quum omnes philoſophorum & hæreticorum fallacię deteguntur.Iſa.19.b.

## *Nudius.*

NVdius tertius,& nudiuſquartus idem dicunt,ac ſi diceremus,nunc eſt dies tertius,nunc eſt dies quartus,nempe à die præterito,à quo fit numeratio.

Gre.ſ.1.reg.10

Nudius tertius eſt prima dies prędicationis ipſius prædicatoris,quam exercet in obedientia prælati ſui:& in hac viderunt Saulem.1.reg.10.b.

## *Nugari, Nugæ, Nugax.*

NVgę ſunt ſermones leuium rerum,ac nullius ponderis,& plerunq; ſcurriles, & mendaces. Nugax autem eſt,qui nugas loquitur:quod eſt nugari.

Rup.ſ.Soph.3. Sermones hæreticorum,

Nugæ ſunt ſermones hæreticorum,& nugaces ſunt hæretici:& etiam Iudæi circa legem nugantes,dum falſos ei dant & ineptos ſenſus.Sopho.3.d.Sapi.2.c.4.c.

## *Nullus.*

NVllus eſt non aliquis.

Nullus homo debebat eſſe in tabernaculo,quum ingrediebatur ſacerdos ad offerendũ incenſum:vt deſignaretur omnes homines egere redemptione,pręter ipſum Chriſtum ſummũ ſacerdotem & redemptorem.Leui.16.c.

## *Numerare, Numerus, Enumerare, Numerabilis. Computare, Recenſere, Supputare.*

NVmerare eſt per numeros recenſere.Numerus autem eſt vnitatum collectio. Recenſere autem eſt cognoſcere,& ſummam per numeros cognoſcere. Numerus item eſt diſcretio, paucitas,& fœlicitas.

Gre,27.mor,3. Aeternitas Dei

Numerus annorum Dei dicitur ineſtimabilis humanæ cognitioni, cum in Deo ſit vnica & ſimplex ęternitas:vt dum homo ea,quæ apud ſe ſunt,prolixa multiplicat, æternitatis multitudinem ſe metiri non poſſe infirmitas humana cognoſcat.Iob.36.d.

Gre.30.mor.20. Ordinans Deus p̄dicationem

Dinumerat Deus menſes conceptus ceruarum:quum ordinat, vt prædicatores opportuno tempore,quod in mente conceperant,proferant.Iob.39.a.

Gre.12.mor,9 NotansDeus opera

Dinumerat Deus greſſus,quum ſingula quæq; opera noſtra propter retributionem ſignat. Iob.14.d.

Hie.ſ.Iſa.65. Gre.ſ.1.reg.15 Puniens pro meritis

Numerare dicitur Deus in gladio,quando ſingulos pro meritis caſtigat & punit.Iſa. 65.b. Recenſet etiam quæ fecit Amalec,quum condemnat opera libidinis:& cum aliquando cõuertit ipſum peccantem.1.reg.15.a.

Arno.ſ,pſ.146. Amb.ſer.26. Aug.ſ.ps.146 Comprehendere excellẽtiam ſanctorũ.

Numerare ſtellas eſt ſanctorum excellentias comprehendere:quod eſt ſolius Dei: ideo dixit Abrahæ:Numera ſtellas ſi potes.gen.13.d.15.b.ps.146.Iſa.40.f.Nemo autem numerat, niſi quod vult diligentius cuſtodire.Dicitur autem non eſſe numerus militum Dei: quia ſoli Deo cognitus.Iob.25.a.

Ori.ſ.nu.ho.1.15.28 Amb.de Abra.3. Ori.ſ.nu.ho.21 Prædeſtinati

Numerus filiorum Iſrael prædeſtinationem ſignificare poteſt. Exod.16.d.30. b. pſalm.138. Ieremiæ.23.a.Sic numerans Abraham trecentos vernaculos,prędeſtinatos indicauit. gene.14. c.Et numerati per cognationes & tribus,ſunt ad diuerſos gloriæ gradus ordinati. numer. 1.a. 23.b.24.e.Numeratio autem ſecunda filiorum Iſrael,eſt introductio ſecundi populi in terram promiſsionis & Hieruſalem cœleſtem,reprobato priore.num.26.a.

Ori.ſ.nu.ho.4.26. Gre.ſ.1.reg.11.15 Perfecti ad op̄a Dei

Numerati Leuitę à triginta annis & ſupra, deſignant perfectos ad opera Dei: qui digni ſunt numerari:qui etiam ad numerum tranſire dicuntur.numer.4.d. Et numerus vel ſumma pugnatorum eſt eorum,qui fortes ſunt aduerſus dęmones:vt merito numerentur: nec implicentur negotijs ſecularibus.numer.31.g. Recenſens quoq; Saul filios Iſrael ad pugnandum, deſignat prȩlatum cognita virtute interiori numerantem fideles inter milites ſpirituales. Recenſens autem populum quaſi agnos, deſignat prædicatorem proponentem veterum exempla ad caſtitatem:vel eligentem caſtos ad prędicandum & pugnandum contra Amalec.i.libidinem.1.reg.11.b.15.a.

Diuerſi gradus in eccleſia

Enumerata inſtrumenta tabernaculi,deſignare poſſunt diuerſos gradus miniſtrorũ in eccleſia.Exo.38.c.

Iſy.ſ.Leui.25.27 Merces ſecundũ opa

Supputatur pecunia redimentis ſe,iuxta annorum numerum ad rationem mercenarij.Leui. 25.g.27.c.quia vnicuiq; imputabitur merces ſecundum horas denarij diurni, & ſecundum ꝙ magis exercebit opera pœnitentiæ,vt veniat ad annum iubilei.

Iſy,ſ.Leui.25. Virtus vniuſcuiuſq;

Numerus autem annorum iubilei,dici poteſt virtus vniuſcuiuſq;: quę conſideranda eſt in iniungendis operibus,ne videlicet alligemns opera grauia & importabilia in humeros proximorum.Leui.25.b.

Aug.83.q.55. Certa ſcientia

Numerus aliquando dicit certam ſcientiam:vt is dicatur numerum habere,qui certam habet de aliqua re ſcientiam.Et adoleſcentularum dicitur non eſſe numerus,hoc eſt,ſectę philoſophorum non habent certam ſcientiam,ſed circa errores vagantur.canti.1.a.

Rup.2.ſ.Exo.7. Valere penetrare myſteria

Numerus ſufficiens ad eſum agni eſt,quando is qui agnum manducat, myſteria eius penetrare præualet.Exo.12.a.

Ori.ſ.Iob.3. Gre.4.mo.10.11. Non numerari Iudã inter apoſtolos Irrepabilis diabol⁹

Non numerari noctem,in qua natus eſt Iob,in menſibus,eſt deleri Iudam de numero apoſtolorum.Et non computari ipſum in diebus anni,eſt non agi memoriam Iudæ, vt ſanctorũ: ſed ipſum deleri de libro viuentium.Iob.3.a.Vel diabolum ſuperbię ſuę tenebris preſſum,aduentum quidem redemptoris conſpicere:ſed nequaquam ad veniam cum electis redire:nec rurſum ad ordinem ſupernorum agminum reduci.

Gre.4.mor.22. Obliuio remiſſorũ peccatorum

Non computari etiam noctem illam in diebus anni,eſt in extremo examine non fieri mentionem de peccatis iam remiſsis,ſicut de operibus virtutum.

Peruertentes hæretici fideles. Hier.ſ.Iſa.12.

Numerant vel deſtruunt hæretici domus Hieruſalem,quum peruertunt fideles.Iſa.12.c.

Obſtinati hæretici. Lyra.ſ.Iſa.10.

Numerantur Aſſyrij præ paucitate,quum reſidui ex hæreticis relinquuntur, maiori parte ad fidem reducta.Iſa.10.e.21.d.

Indigni numero. Hier.ſ.Ioel.1. Gre.15.mor.30.

Innumerabilis gens ſunt dęmones & mali homines,& carnales,quaſi indigni numero.Ioel. 1.c.Innumerabiles autem homines,quos rapit ante ſe diabolus,ſunt carnales ab exordio mundi vſque ad tẽpora Antichriſti:Et dicitur rapere,non omnes, ſed innumerabiles quia quandiu falſitatis ſuæ ſigna non exhibet,multi à vita carnali conuertuntur: atque ita non omnes trahit. Iob.21.d.34.c.

Vna lex. Vna fides.

Supputare baſes duas per vnam tabulam tabernaculi. Exo. 26.d. proponere vtranq; legem ſingulis fidelibus. Supputare etiã ſingula talenta per ſingulas baſes, ad vnam fidem referri poteſt.Exod.38.d.

## *Numus, Numularius, uide Pecunia.*

*uide Pecunia.*

## *Nunciare, Nuncius, Enunciare, Prænunciare, Renunciare.*

NVnciare eſt monere & ſignificare,& referre.Enunciare autem eſt nunciando & declarãdo proferre. Nuncius vero eſt,qui nunciat.Renunciare etiam eſt referre.Gen.37.c.Renũcia mihi quid agatur.Et relinquere.Luc.14.g.qui non renunciat omnibus quæ poſsidet.

Chriſtus iudex. Hiero Aglaſiæ. Ruper.ſ.Amos4.

Nunciat Chriſtus iudicium gentibus: quia conſtitutus eſt iudex gentium.Iſa.42.a. Ipſe vt Deus annunciat homini eloquium ſuum.Amos.4.d. Nam apoſtoli & prophetæ, non ſuum, ſed eloquium Dei annunciant.

Angeli. Hiero.ſ.Eze.30. Beda.ſ.pro.25.

Nuncij gentis ſunt angeli præpoſiti gẽtibus.Iſa.14.g. Et nuncij qui egrediuntur à facie Dei ſunt angeli.Eze.30.b. Nuncius bonus de longe veniens eſt angelus bonus: qui cõparatur aquę frigidæ ſitienti datæ.Pro.25.d.

Prophetæ. Apoſtoli. Hier.ſ.Iſa.42.&.ſ. Agge.1. Gre.ſ.1.Reg.11. Lyra.ſ.Reg.10.

Nuncij quos miſit Iacob ad Eſau,dici poſſunt prophetæ ad Iudæos miſsi.Gen.32.a.Ipſi dicuntur nuncij domini.Agg.1.d.Nuncij autem miſsi ad vniuerſos terminos Iſrael,ſunt apoſtoli & prophetæ.1.Reg.10.a.11.c.Iſa.42.d.44.d.

Sermo propheticus. Diſcretio. Gre.1.mor.25. Ricar.de.ſ.victo.de 12.p̄riar.68.

Nuncius qui venit ad Iob,& alijs pereuntibus ſolus euadit,eſt ſermo propheticus: qui dum fiunt mala omnia quæ prædixit,quaſi ſanus ad dominũ ſolus redit. Dum enim vera dixiſſe de perditorũ caſu cognoſcitur, quaſi inter mortuos vixiſſe mõſtratur.Iob.1.c. Vel diſcretio,quæ in omni perſecutione Iob remanere potuit:& perpetrata damna ſtatim nunciare ſtuduit: quia niſi per diſcretionem,virtutum damna eius non cognoſcit,nec corrigit. Neſcit & puer ille cũ pereuntibus perire: quia neſcit diſcretio per rerum detrimenta, per tentationum argumẽta deficere,ſed proficere.

Religioſi peccantes

Nuncij quos miſit Dauid ad Hanon,quos ille remiſit præciſis veſtibus vſq; ad nates, & dimidia barba,ſunt religioſi aut miniſtri eccleſiæ incidentes in peccata turpia, quæ detegit diabolus.2.Reg.10.a.

Sacerdotes. Phariſęi. Hæretici. Dæmones. Ruper.ſ.Nahum.2.

Nuncij Iudæorum,ſunt ſcribæ & phariſæi,& ſacerdotes: Hæreticorum vero prædicatores eorum:vtrorumq; autem dæmones.Iſa.30.a.Nahum.2.d.

Diabolus. Hæreſiarcha. Hæretici. Vani philoſophi. Gre.4.mor.4. Beda.ſ.Pro.16.

Nuncius qui nunciat patri Ieremiæ natum eſſe maſculum,eſt diabolus, qui quum nos in cogitationibus fluctuare conſiderat, malorum mentes, quæ ex autoritate huius mundi præeminent,ad perſuaſionem noſtræ deceptionis inſtigat.Iere.20.d.Nuncius autem impij, qui cadet in malum,dicitur hęreſiarcha,qui eſt nuncius diaboli.Pro.13.c.Nuncij vero mortis ſunt angeli Satanæ, nempe hæretici & vani philoſophi:imo omnes, qui verba referunt proximis, propter quæ morte condemnentur æterna. Pro.16.b.

Præd̃icare virtutib⁹ in vtroq; teſtamento gloriam Dei. Hier.ſ.pſ.95. &.ſ.Iſa.42.

Annuntiat de die in diem ſalutare Dei,qui ſecundum bonas virtutes Chriſtum laudat. Vel qui in vtroq; teſtamento Chriſtum prædicat.pſal.95. Nunciare quoq; gloriam Ioſeph,eſt prędicare gloriam Chriſti:nunciare autem eam patri ſuo,eſt prædicare illam Iudæis. Gene.45.d. Nunciare vero gloriam Chriſti in inſulis,eſt prædicare eam gentibus.Iſa.42.b.

Confeſio fidei.

Nuncians Iudas Ioſeph aduentum patris ſui Iacob,eſt actus confeſsionis fidei,quæ fit Chriſto:vnde & Iudas dicitur confeſsio.Gene.46.c.

Cõfeſsio peccatorũ Hila.ſ.pſ.118.

Nunciare ſacerdoti lepram domus, eſt confiteri ſacerdoti peccata. Leui.14.e. Et enunciat vias ſuas,qui confitetur peccata ſua.pſ.118.

Mediatores prælati & ſancti. Gre.ſ.Canti.5.

Nuncians Moſes domino verba populi.Exo.19.b.prælatũ deſignat mediatorem inter Deũ & populum.Nunciant etiam filiæ Hieruſalem ſponſo languorem ſponſæ: quum ſancti orãtes pro nobis offerunt Chriſto noſtra deſideria.Canti.5.c.

Cõuerſio iudæorũ in fine mundi.

Nuncians Ioſeph Pharaoni aduentum fratrum ſuorum, deſignat prænunciationem futuræ conuerſionis Iudæorum in fine mundi.Gen.47.a.

Iudęi manifeſtantes infirmitatem Chri. Beda.ſ.Gen.9.

Nuncians Cham fratribus ſuis nuditatem patris, Iudæos exprimit quodammodo manifeſtantes

ſtantes infirmitatem Chriſti,quæ apud prophetas in figuris latebat: vnde fit populus ille ſeruus fratrum,quia ſeruat ſcripturas in obſequium Chriſtianorum.gen.9.d.

Hila.ſ.Mat.can.14.
Nunciantes diſcipuli Ioannis Baptiſtæ mortem eius Ieſu,ſunt confitentes legis veteris ceſſationem.Mat.14.b.
Confitentes ceſſationem legis.

Aug.ſ.pſ.58.
Nunciari dicuntur conſummationes in ira conſummationis,quando prædicatur ab apoſtolis,ꝙ vbi abundauit peccatum,ſuperabundauit & gratia:& ꝙ infirmitas hominis pertinuit ad humiliationem.ps.58.
Prædicatio grãæ in pĉtõre conuerſo

Nunciantes Pharaoni fugam Iſrael,deſignant ſolicitudinem dæmonum aduerſus fideles. Exo.14.a.
Solicitudo dęmonũ.

Gre.ſ.1.reg.1.
Nunciare pacem mordendo dentibus.Mich.3.b.eſt promittere diuinæ indulgentiæ ſecuritatem flagitioſis.
Falſam ſecuritatem promittere.

Nunciata viſio dura.Iſa.21.a.Comminationes diuinas ſignificat.
Cõminationes diuinæ.

## Nundinæ.

NVndinę erant inſtitutę velut feſta,quę nono quoq; die fierent,& ruſtici ad mercatum in vrbem irent pro legibus accipiendis, vt ſcita atq; conſulta frequentiore populo referrentur.

Nundinę Tyri erant prædicationes hæreticorum,quas cum multo popularium fauore ipſi celebrabant.Eze.27.c.
Prædicationes hæreticorum

Lyra.ſ.Eze.46.
Nundinæ in quibus offertur ſacrificium,erant feſta Iudæorum, in quibus ipſi conueniebãt ad offerenda ſacrificia.Nunc vero ſunt feſta Chriſtianorum.Eze.46.c.
Feſta Iudæorum

## Nurus.

NVrus dicitur vxor filij.

Aug.ſ.pſ.44.
Nurus Iudæ Thamar.gen.38.c.typus eſt eccleſiæ ex gentibus:quæ etiam eſt nurus ſynagogę matris Chriſti.Matt.10.d.
Eccl̃ia ex gentibus.

Glo.ordi ſ.gen.38.
Gre.ſ.1.reg.4.
Nurus etiam Iudę Thamar,ſignificat plebem Iudęorum,regibus & ſacerdotibus tanquam filijs Iudę coniunctam.Nurus itidem Eli eſt plebs Iudaica reprobis ſacerdotibus ſubiecta. 1. reg.4.d.
Plebs Iudaica.

Hie.ſ.Mich.7.
Nurus conſurgens aduerſus ſocrum,eſt anima hæretici, vel ipſe hęreticus, qui ſcripturas à ſpiritu ſancto ęditas,transfert ad nouas doctrinas,& ad fermentum phariſęorum,faciens iniuriam ſpiritui ſancto.Mich.7.b.
Hæreticus

## Nutare, Nutus.

NVtare eſt identidem capite nutum vel ſignum facere.Et ponitur pro commoueri & titubare,quaſiq; in ruinam periclitari.Nutus autem ſignum eſt,quod fit motu capitis:& ſępe pro imperio & voluntate capitur.

Gre.17 mor.15.
Nutus Dei eſt imperium voluntatis eius,ad cuius nutum columnę cœli cõtremiſcunt: quia in plęriſq; neq; ipſi apoſtoli pertingere ad voluntatis eius celſitudinem valent:qui eiuſdem voluntatis præmia denunciantes vident.Iob.26.c.
Imperium Dei.

Nutus Ioſeph,quo frumẽta Aegypti is vendebantur,typus erat diſpenſationis donorũ gratię,quę per Chriſti fit voluntatem.gen.42.b.
Diſpenſatio Chri.

Hie.ſ.pſ.108.
Nutantes transferuntur filij Iudę traditoris.ps.108.cum Iudęi vagi ſunt & inquieti ſuper vniuerſam terram.

## Nutrire, Enutrire, Nutrimentum, Nutricius, Nutrix, Alere, Alimentum, Altile.

NVtriri dicuntur animalia,ſecundum ꝙ alimentum ſuſceptum in ſuam ſubſtantiam conuertunt,& tandiu nutriuntur, quandiu viuunt.Nutrimentum autem eſt materia eius quod nutritur.

Hila.ſ.ps.54.
Hie.ſ.Hoſe.11.&.ſ.pſ.32.
Nutrit Deus & corporaliter & ſpiritualiter:qui etiam nutricius dicĩ.ps.30.54.Iſa.1.a. Hoſ. 11. a. Alit autem in fame:quia quando alij famem verbi Dei patiũtur,ipſe alit bonos.ps.32. Vel dicitur,quia ſuſtentat in hac vita.

Aug.ſ.pſ.32.
Hie.ſ.Eze 45.
Nutrit Iſrael gregẽ.Eze.45.c.hoc eſt,eccleſia paſcit fideles in paſcuis ſacrę ſcripturę. Qua ratione non nutrit paſtor ſtultus.Zach.11.d.

Beda.ſ.Exo.2.
Gre.Nyſſe.de.vita Moſeos
Nutriens Moſen mulier Hebręa,ſignificat ſynagogam fouentem legem:quæ tamen ſemper illi fuit infans:Sed nutriuit eum,vt adultum traderet filię Pharaonis, hoc eſt, legem cum ſenſu ſpirituali traderet eccleſiæ ex gentibus.Exo.2.b.Vel deſignat perfectam doctrinam eccleſiæ, quę nutrire debet eum,qui adoptatur à ſcientia ſeculari,ne vnquam deſeratur à matre.
Synagoga fouens legem.

Gre 25.mor.7.
Iſy.ſ.Leui 6.
Nutriens ſacerdos ignem,eſt Chriſtus largiens beneficia.Vel eſt ſacerdos miniſtrans doctrinam.Vel eſt vnuſquiſq;,qui charitatem in corde pręceptis & exemplis conſeruat & inflammat.Leui.6.b.





Nutrientes mulieres ſunt animæ nondum perfectè verbum Dei habentes. Vel ſunt qui iam optatis fruuntur, & amplectuntur quod ſperabant: & qui adhærent huic ſeculo. Matth.24.b. Mar.13.b.Luc.21.d. Vt autem matres tunc propriè nutrire dicuntur,quum infantibus nondum ſolidũ cibum ſuſcipere valentibus,lactis alimentum miniſtrant:ita nutrire dicuntur,qui recentibus in fide verbum Dei miniſtrant.1.Theſ.2.a.Et nutritij Sion ſunt reges,& nutritiæ reginæ, hoc eſt,apoſtoli & prædicatores filiorum eccleſiæ quæ eſt mater noſtra.Iſa.49.f.
Ori.ſ.Matt.ho.25.
Ambr.ſ.Luc.21.
Aug.ſ.pſ.39.95.&de verb.dñi ſer.26.
Hiero.ſ.Iſa.49.

Nutrit pluuia pinum,quando lumen naturale ſcientiam naturalem nutrit & fouet.Iſa.44.c.

Nutrit ſeruum delicatè,qui corpus ſuum in delicijs habet & fouet.Pro.29.c.
Beda.ſ.Pro.29.

Nutriuntur in croceis,qui mundi põpam & delicias ſequuntur: & qui literam carnalem legis amplexantur.Thre.4.a.vel è diuerſo ſancti patres nutriebantur in croceis:quando ſacramẽtis gratiarum paſcebantur.
Gloſ.ord.ſ.Thre.4.

Nutrit homo vaccam vnam,& duas oues,cum Iudæus vix habet animalia munda in ſenſibus ſacræ ſcripturæ:nec habet ſolidum cibum.Iſa.7.d.
Hier.ſ.Iſa.7.

Nutrit catulos ſuos hericius in Iudæa,quando inter eos fouetur auaritia.Iſa.34.d.

Diabolus.
Nutriens pauper ouem,eſt diabolus genus humanum reficiens voluptatibus.2.Reg.12.b.
Ambr.apo.Dauid.8.

Nutrire comam non debet ſacerdos, hoc eſt, non debet abuti naturalibus ad inanem gloriam.Eze.44.f.
Hiero.Eze.44.

Nutriunt aquæ cedrum,ambitio videlicet luciferum.Eze.31.a.
Hie.o.ſ.Eze.31.

Sapientia.
Synagoga.
Nutrix Rebeccæ,quæ cum ea perrexit ad Iſaac, ſapientiæ typum gerit: & etiam diſciplinæ ſpiritusſancti.Gen.24.g.35.d.deſignat etiam ſynagogam nutricem populorum.
Beda.ſ.Gen.24.

Nutriti in vitijs.
Pres noui teſtamẽti.
Altilia dicuntur,qui ſunt in vitiis enutriti.Eze.39.c.Altilia ſunt etiam patres noui teſtamẽti:qui dum gratiam pinguedinis internæ percipiunt, æternis deſiderijs innitentes, ad ſublimia contemplationis ſuæ pennis ſubleuantur.Matth.22.a.
Grego.ho.38.

Nutrimenta Thophet ignem inferni ſignificant.Iſa.30.g.
Hiero.ſ.Iſa.30.

## Nutus, uide Annuere & Nutare.

## Nux.

NVx arbor & fructus eſt,& in fructum ſemen ipſum eſtur:& vtrunq; in vnam ſpeciem cõfuſum,vno loco intimo clauditur munito duplici tegmine,craſſo primũ putamine, dein ligneo cortice: & ſemen ipſum nucleus appellatur. Nux emittere fertur ſpiritum,qui torporem & veternum inducit.
Philo.3.de vita Moſes.
Cle.Alex.2.pœda.8.

Chriſtus.
Nux trinam habet in ſuo corpore ſubſtantiæ vnionem,corium,teſtam & nucleum.In corio caro:in teſta oſſa,in nucleo interior anima comparatur. In corio nucis carnem ſignificat ſaluatoris,quæ habuit in ſe aſperitatem,vel amaritudinem paſsionis.In nucleo interiorem declarat dulcedinem deitatis:quæ tribuit paſtum,& luminis ſubminiſtrat officium. In teſta lignum intercedens crucis:quod non diſcreuit id,quod foris & intus fuit: ſed quæ terrena & cœleſtia fuerunt,mediatoris ligni interpoſitione ſotiauit.
Aug.ſer.de tẽpore.

Perfecta virtus.
Significat etiam nux perfectam veritatem: vt enim in nuce idem eſt finis & principium: in quantum enim ſemen,eſt principium,in quantum fructus, finis: ſic & in virtutibus vnaquæq; eſt finis & principium.Extremum putamen eſt amarum:ligneus cortex interior eſt auſterus & ſolidus:ſic labor virtutis durus & difficilis,quo tamen ad fœlicitatem peruenitur.
Philo.3.de vita Moſis.

Sacerdotiũ Chri.
Nuces etiam ſeu amygdala ſacerdotium Chriſti ſignificare poſſunt.Gen.30.f.
Amb.2.de Iſaac.

Sacra ſcripturæ.
Nuces ſacram ſcripturam interdum ſignificare poſſunt:vt cortices literã deſignent, nucleus vero ſpiritualem ſenſum.Exo.25.d.37.c.Num.17.c. Peculiariter autem legem:quæ eſt hortus nucum.Canti.6.d.
Ori.ſ.Num.ho.9.4.
Ruper.ſ.Canti.6.

Eccleſia.
Nuces itidem ipſam eccleſiam ſignificare poſſunt.Exo.25.d.37.c.

Sacerdotium & prophetæ.
Perfecti.
Nuces quoq; ſacerdotium & prophetas,aut eorum lectionem ſignificare poſſunt: quæ lectio,in tentationibus eſt amara,in laboribus dura,in virtutibus interioribus fructuoſa. Canti.6.d.Vel ſunt perfecti,qui dum diuinam ſapientiam intra corpora ſua retinent, quaſi nucleum in fragili teſta portant:qui habent theſaurum in vaſis fictilibus.
Ambr.de.virg.3.& de Iſaac.4.
Gre.ſ.Canti.6.

Correctio.
Chriſtus.
Nucea virga correctionem ſignificare poteſt:quæ quidem extrinſecus amara eſſe ſolet,intus vero dulcis.Poteſt etiam ipſum Chriſtum ſignificare.Iere.1.c.pſ.22.
Hier.ſ.Iere.1.

## Nycticorax, uide Noctua.

# Obducere.

OBducere eſt tegere, & ſuperinducere.

Hiero.ſ.Iere.8. Obducta cicatrix, ſignificat remiſſum peccatum per pœnitentiam. Nee.4.b. Iere.8.g.30.c.

## *Obdurare, uide Durus.*

## *Obededom.*

OBededom, id eſt ſeruus hominis, vel terreni, aut ſanguinei, vel rufi, leuites in cuius domum deducta fuit arca fœderis 2.Reg.6.b.1.Pa.15.c.16.d. Deſignare poteſt gentiles, ad quos peruenit eccleſia. Gentilitas.

## *Obedire, Obtemperare, Obſequi, Parere.*

## *Obedientia, Obſequium.*

OBedire propriè eſt præcepto alterius obſequi, & obtẽperare. Deu.17.c. Qui ſuperbierit nolẽs obedire. Eſt etiã acquieſcere. Leui.26.c. Sin autẽ nec ſic obedieritis mihi. Itẽ adimplere. Exo.15.g. Et obedieritis mandatis eius. Attendere. Gen.22. Quia obediſti voci meæ. Credere. 2.Reg.22.d. Auditu auris obediuit mihi. Item nutu dei fieri. Matth.8.d. Quia venti & mare obediunt ei. Obſequiũ autem interdum eſt religio. Rom.12.a. Rationabile obſequium veſtrũ. Item ſeruitus. 4.Reg.5.a. Quæ erat in obſequium vxoris Naaman.

Lyra.ſ.Gen.37. Obediẽtia Ioſeph, qua patri ſuo obtẽperauit, obedientiam Chriſti ſignificauit. Gen.37.c.

Gloſ.ord.ſ.Gen.41 Obedire oẽs Ioſeph in Aegypto, eſt obedientia totius mundi, quę debeẽ Chro. Gen.41.e. Obedientia Chri.

Ori.ſ.Rom.12. Obſequium rationabile eſt rectus cultus, qui Deo debetur. Rom.12.a.

Hiero.ſ.Iſa.11. Obedientes filij Ammon deſignant credentes prædicationi apoſtolorum. Iſa.11.d.

Hier.ſ.Eccliaſtẽ.10. Obedire dicuntur omnia pecuniæ. Eccl'tæ.10.d. vel quia doctores poſtquàm adulatiõe ditãti ſunt, regnum in populos exercent. Vel quia eloquentiæ & orationi, quæ verborum ſit frõde compoſita, facile vulgus cedit ignobile.

## *Obed.*

Gloſ.or.ſ.Ruth.4. OBed, id eſt, ſeruus, vel operarius, filius Booz & Ruth, pater Iſſai. Ruth.4.d. Matth.1.a. deſignat eos, qui generantur ex Chriſto & eccleſia, ſeruos eſſe Dei.

## *Obijcere.*

Gloſ.inter.ſ.Deut.22. OBijcere, eſt ante iacere, & ante ponere, & contra iacere, ſeu opponere: & etiam exprobrãdo proponere: vt obijcere nomen peſsimum, eſt idololatriæ vel inobedientiæ nomẽ proponere. Deu.22.b. Mar.14.f. Acto.25.b.

## *Obire, Obitus, uide Mori. Obiurgare, uide Reprehẽdere.*

## *Oblectare, uide Delectare.*

## *Obligare, Obligatio, Obnoxius.*

OBligare eſt circumligare, & debitorem ſibi quempiã reddere per beneficia, qui obnoxius eſſe dicitur.

Arn.& Hil.ſ.pſ.124. Obligationes ſignificare poſſunt anathematis vinculum: & etiam vſuras & auaritiam. pſal. 124. Declinantes in obligationes. Anathema. Vſuræ.

## *Obliquus.*

OBliquum eſt non rectum, aut curuum.

Hiero.ſ.Ezech.40. Obliquæ feneſtræ templi, quæ erant exterius anguſtæ, interius latiores. 3. Reg.6.a. Eze. 40.c. Gloſ.ord.ſ.3.Reg.6 Deſignant erga exteriora & mundana debere mentem noſtram per anguſtas feneſtras prodire: ad interiora vero & diuina debere dilatari. Vel deſignant quòd quiſquis iubar supernæ contemplationis, vel ad momentum percepit, mox ſinum cordis amplius caſtigando dilatet, atq; ad maiora capeſſenda ſolerti exercitatione præparet: & dum ea, quæ in occulto vidẽt, publicè fidelibus pãdunt, quaſi ſuſcepto lumine ſolis feneſtræ cuncta templi penetralia replẽt.

## *Obliuiſci, obliuio.*

OBliuiſci eſt alicuius rei memoriam amittere: & obliuio eſt memoriæ defectus.

Baſi.ſ.pſ.29. Aug.de eſſenti.diui.&.ſ.pſ.118. Gre.15.mor.31. Euch.form.ſpũal. Obliuiſcitur Deus noſtri, non quia in ipſum cadat obliuio: ſed cum nos eius obliuiſcimur: vel quando tardare videtur eius adiutorium, vel promiſſum, vel quãdo nõ ſtatim retribuit digna peccãtibus: vel ſi quid eſt huiuſmodi, quaſi ab eius memoria ſit elapſum, quod ſperatur, ſiue timetur, & non fit. pſalm.43. Iſa.69.d. Et obliuiſci dicitur eorum, quorum non miſeretur, nõ per crudelitatẽ, quæ in Deo non eſt: ſed per occultum iuſtumque iudicium ſuũ. Iob.24.d.



Obliuiſci Ioſeph iniuriæ fratrum, eſt Chriſtum paratũ eſſe ad remittendum ſuis crucifixoribus, ſi ipſi reſipiſcerent. Gen.50.c.

Prędicantes gentib' apoſtoli. Oblitus dicitur pes hominis lapidis caliginis, & vmbræ mortis. Iob.28.a. Quando ab initio naſcentis eccleſiæ, ſancti apoſtoli, qui pedes ſunt Chriſti, cœlorum regnum Iudęæ prędicãtes, & videntes ſe nihil proficere, eis relictis, ad prędicandum gentibus deflexerunt: vnde dicebãt Acto.13.g. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicaſtis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Gre.18.mor.19.

Pctã non occulta Deo. Nõ eſt vn' è quinq; paſſerib' in obliuiõe corã deo: quia nullũ peccatũ illi occultari poteſt. Luc.12.b. Et nõ obliuiſcit̃ opa malorũ deus: quia illa in numerato habet, vt caſtiget. Amo.8.b. Ambr.ſ.Luc.12.

pfectio fœlicitatis. Obliuioni tradẽtur anguſtiæ huius vitæ in æterna fœlicitate: quia penitus ceſſabunt. Iſa.65. c. Iob.12.d. Gloſ.inter.ſ.Iſa.65.

Abrenuntiare vitæ veteri. Obliuiſcitur eccleſia ex gentibus confuſionis adoleſcentiæ ſuæ: quia idolorum cultum obliterauit. Iſa.54.b. Obliuiſci autem populum ſuum, & domum patris ſui, eſt priori vitæ male actæ abrenuntiare: & peccantium exempla relinquere. pſal.44. Ad hæc refertur obliuiſci immunditiæ. Leui.5.a. Hie.ſ.Iſa.54. & ad principiam. Baſi.& Arn.ſ.pſ.44. Aug.ſ.pſ.44.

Deferentes angeli Hieruſalem. Obliti Hieruſalem amatores eius, ſunt vel angeli cuſtodes eam deferentes: vel ſacerdotes & principes. Iere.30.c. Hiero.ſ.Iere.30.

Negligere tẽporalia. Obliuiſci quæ retro ſunt, eſt non curare temporalia. Philip.3.c. Hoc deſignarunt diſcipuli, quando obliti ſunt accipere panes. Matth.16.a. Ori.ſ.Matth.cap.16.

Relinqui à Deo. Obliuioni datur dextera, quum quis in pœnam peccati relinquitur à Deo. pſal.136. Vel dextera obliuiſcitur aliquem, quando nõ admittitur ad vitam æternã. Sic obliuioni traditur meretrix, hoc eſt, anima exiſtens in peccato. Iſa.23.d. Thre.2.b. Hila.ſ.pſ.136. Aug ſ.pſ.136. Hiero.ſ.Iſa.23.

Non obliuiſcuntur Iudæi leges Dei, aut ipſius populi: quia licet non recordentur legis, vt eam obſeruent: Habent tamen ipſam, vt teſtes. pſ.58. In obliuionẽ autem facta eſt veritas apud Iudæos, cum per ſcripturas Chriſtum intelligere noluerunt. Iſa.59.c. Aug.epiſ.59. Hiero.ſ.Iſa.

Negligere diuina. Praue intelligere ſcripturas. Obliuiſcitur Dei, qui in rebus ſeculi confidit. Iob.8.c. Iere.2.f.13.d. Hoſe.2.c. Et obliuiſcitur Dei diues, quaſi eius non indigeat. Iſa.57.c. Obliuiſcuntur reges iudiciorum rectorũ. Pro. 31.a. quum hæretici male iudicant & ſentiunt de ſcripturis ſanctis. Hier.ſ.Iere.13. Ruper.2.de glorif. trinita.13.

Negligere virtutes. Obliuiſci Hieruſalem eſt negligere cœleſtia. pſal.136. Sic obliuiſci montis ſancti Dei. Iſa.65 b. Obliuiſcitur quoq; virgo ornamenti ſui, quum anima negligit ſcientiam & virtutes. Iere.2.f. Et obliuio abundantiæ prioris frumenti, eſt neglectus gratiæ & donorum Dei. Gen.41.d. Hila.ſ.pſ.139. Hier.ſ.Iſa.65.& ſ.Iere.2.

Negligere ſubditos. Obliuiſcitur ſtruthio, quòd pes conculcet eius oua. Iob.39.b. cum hypocritæ eos, quos in conuerſatione filios generant, derelinquunt, & omnino non curant, ne aut exhortationis ſolicitudine, aut diſciplinæ cuſtodia deſtitutos, prauorum operum exempla peruertant. Gre.31.mor.8.

Obliuiſci iuramenti, eſt ignoranter iurare. Leui.5.b. Gloſ.inter.ſ.Leui.5.

Neglect' verbi dei. Obliuiſcit̃ comedere panẽ ſuũ, qui deditus voluptatibus, nõ curat pcipere verbũ dei. pſ.101. Gre.ſ.pſ.101.

Corpus peccatoris. Obliuionis terra, eſt corpus peccatoris, qui Dei obliuiſcitur. pſal.87. Aug.ſ.pſ.87.

## *Obloqui, uide Murmurare. Obnoxius, uide Obligare.*

## *Obolus.*

OBolus põderis genus eſt conficiens ſextam partem drachmę Atticæ, eſtq; numiſma minimum apud Athenienſes. Oboli autẽ viginti ſiclũ faciũt. Exo.30.b. Leui.27.c. Nu.3.e.18. c. Ezec.45.c.

## *Oboth.*

OBoth, id eſt, pythones, ſiue magi, vel vtres, vel patres, vel deſideria: trigeſima ſeptima manſio filiorũ Iſrael in deſerto. Num.33.f. Origenes non inuenit illi interpretationem: ſed ait ſatis eſſe quòd ſignificet profectum aliquem ſpiritualem. Iuxta Hieronymum tunc venitur in Oboth, cum perſiſtimus contra præſtigias diaboli, quæ per pythones ſignificantur. Ori.ſ.Nu.ho.27. Hiero.de manſio.

## *Obrigeſcere, uide Rigidus.*

## *Obruere.*

OBruere eſt quaſi ruendo operire.

Obruere lapidibus eſt grauiter increpare: etiam teſtimonijs ſcripturarũ reuincere. Exo. 8.f.19.b.21.c. Leui.20.d.24.c. Num.15.d. Deut.13.b.17.a.21.d.22.c. Beda.ſ.Exo.19.

Nõ obruũt flumina, hoc eſt, tribulationes & tẽtationes charitatẽ eccleſiæ. Canti.8.c. Gre.ſ.Cant.8.

Obruunt allophyli puteos, cum Iudæi obſcurant myſticos legis ſenſus. Et cum dęmones auferunt bonas cogitationes à corde, & inducere nituntur malas. Gene.26.c.

## *Obryzum, Tphaz.*

Obryzũ

OBryzum dicitur aurum purum & delicatum,quod ſæpe igne candefactum & exuſtum,in coctione non minuitur:Hebraicé ophaz.

Gre.18.mor.29. — Obryzum aurum dici poſſunt ſancti angeli:aurum quidem, quia fulgent claritate iuſtitiæ: obrizum, quia nullum habuerunt vnquàm contagium culpæ.Iob.28.c. — Vngeli.

Lyra.ſ.Dani. 10. — Obrizum aurum,quo accincti erant renes viri,qui apparuit Danieli,feruorem charitatis in dicat,quo angeli indiſſolubiliter ligantur.Dani.10.a. — Feruor charitatis.

Gre.22.mo.24. — Obrizum iuxta Gregorium, eſt rudis auri maſſa, in qua Iob non poſuit fiduciam , & deſignat mentem,in qua ſancti non habent fiduciam.Iob.31.c. — Mens.

Hier.ſ.Iere,20. — Ophaz, ſeu aurum obryzum in malum ſignificare poteſt ſenſus hæreticorum extrinſecus verbis ſplendentes,cum intus ſint viles & vani.Iere.20.b. — Senſus hæreticorũ.

*Obſcurare, Obſcurus, Obſcuritas, uide Caligo.*

*Obſecrare, uide Orare. Obſequi, Obſequium, uide Obedire.*

*Obſeruare.*

OBſeruare eſt,oculis mentis,& corporis ſeruare,ſpeculari,& cuſtodire, & notare, ne quid ſe prætereat,aut decipiat.

Gre.11.mor.25. — Obſeruat Deus omnes ſemitas hominis:quia in ſingulis quibuſq; noſtris actibus,etiam cogitationes penſat.Iob.13.d. — Penſat deus cogitationes.

Greg.ſ.pſ.129. — Obſeruat Deus iniquitates,cum non miſeretur.pſal.129.quòd ſi ſolummodo Deus oſtenderet ſeueritatem,non etiam adhiberet pietatem,iniquitates obſeruare diceretur. — Non parcens Deus.

Glo.inter.ſ.Exo.20 — Obſeruare azyma eſt diligentiam adhibere in puré viuendo , quod etiam eſt obſetuare ceremonias,& præcepta Dei.Exo.20.d.34.c.Iob.36. b. — Puré viuere.

Lyra.ſ.Leui.8. — Obſeruare cuſtodias domini eſt ſacerdotũ,qui ſemp debent vigilare in cultu Dei.Leui.8.f. — Solicitudo ſacerdotum.

Lyra.ſ.Exo.23. — Obſeruare angelum quem mittit Deus , eſt colere Chriſtum , & etiam venerari prælatum. Exo.23.c.. — Colere Chriſtum.

Gre.ſ.1.Reg.1. — Obſeruans Eli os Annæ , deſignat Iudæos calumniari ſtudentes eccleſiæ prædicationem, idq; tanto magis,quanto illa præces multiplicat.1.Reg.1.b. — Calumniãtes Iudæi pdicationẽ eccleſiæ.

Arn.& Hila.ſ.pſ.55. Aug.pſ.55. Greg.5 mor.38. — Obſeruant dæmones calcaneũ,hoc eſt,finem operis,quia bonæ actionis finẽ vitiare deſiderant.Et etiam Iudæi obſeruabant calcaneum Chriſti,cum illi inſidiabantur.Gen.7.c.pſ.55. — Inſidiæ dæmonum & iudæorum.

Gre.ſ.1.Reg.2. — Obſeruantes mulieres ad oſtium tabernaculi , deſignant hæreſes literæ legis adhærentes. 1.Reg.2.c. — Hæreſes.

Gre.16.mor.28. — Obſeruat caliginem adulter,cum hæreticus fidelem animam,rationibus fallacibus in errorẽ inducere conatur.Iob.24.c. — Fallaciæ hæreticorũ.

Glo.ord.ſ.gala.4. — Obſeruant dies,tempora & annos,qui aliquid ſuperſtitioſé agere volunt:& qui tẽpora Iudæorum obſeruant:ut neomenias,& eorum ſolennitates.Gala.6.c. — Superſtitiones.

Aug.ſ.pſ.30. — *Obſeruat vanitatem*,qui timendo mori mentitur.Timendo enim mori mentitur, & moritur antequàm moriatur:qui ideo mentiebatur,vt viueret.pſal.30. Obſeruat etiam vanitatem, qui ſperat in pecunia,honoribus, aut in homine potente. — Mentiri. Confidere in tẽporalibus.

Gre.27.mor. 5. &.3. paſto.admo.16.&. ſ. Eze.ho.3. — Obſeruat ventum,qui tentationes forté venturas,ſed nõdum inſtantes metuit.Eccl'tę.11.b.

*Obſidere, Obſidio, Obſes.*

OBſidere eſt,quaſi circunſepire,& circunſedere:vt obſidetur ciuitas , cum hoſtes eam circundant.Obſes autem dicitur,qui traditur velut pignus hoſti ſecuritatis gratia.

Gre.26.mo.5. &.ſ. Ezec.ho.12. — Ordinans obſidionem Ezechiel cõtra laterem,eſt prædicator,qui terrenæ mẽti,ſed iam ſupernam patriam requirenti,quanta eam in huius vitæ tempore vitiorum impugnet aduerſitas, demonſtrat.Eze.4.a. — Indicare pericula.

Arn.ſ.pſ.21. Aug.epiſ.120. — Obſidentes tauri pingues Chriſtum , erant ſacerdotes,ſcribæ, & phariſæi, ac principes Iudæorum.pſal.21. — Iudæi in Chriſtum.

Hier.ſ.Eccleſiaſtẽ.9 — Obſidio ciuitatis paruæ eſt impugnatio eccleſiæ vel animæ.Eccl'tæ.9.d. — Impugnatio eccleſię

Hie.ſ.Iſa.29.&.ſ. Iere.21. — Obſidio Ariel eſt obſidio Hieruſalem:& etiam confutatio hæreticorum.Iſa.29.a. Et obſidentes Chaldæi Hieruſalem,deſignant philoſophos contra hæreticos pugnantes, eoſq; rationibus opprimentes.Iere.21.c.Zach.12.a. — Cõfutatio hęreticorum.

Gre.14.mor.20. — Obſidens Medus Babylonem deſignat diabolum opprimentem malos.Iſa.21.b. Et obſidio Niniue eſt impugnatio animæ à diabolo.Nahum.3.c.Et obſidentes latrones in gyro tabernalum Iob,ſunt dæmones tentationibus ex omni latere mentem cingentes.Iob.19.b. — Opprimẽtes dæmones.

Hie.ſ.Eze.6. — Obſeſsi ſunt,qui ſimplici contenti fide inſtar brutorum animalium in eccleſia verſatur : ſed in nullo bono opere proficiunt.Eze.6.d.

*Obſordeſcere, uide Immundus.*

*Obſtetrix, Obſtetricari.*

Obſtetrix



OBſtetrix eſt mulier,quæ partui fœminarum aſsiſtit & miniſtrat,quaſi obſiſtens earum dolori.Obſtetricari autem eſt ad pariendum adiuuare.

Lex diuina — Obſtetrix dici poteſt lex diuina,& doctrina ſpirituſſancti, ſiue diſciplina : quæ obſtetricatᷣ animabus,eaſq; in diuinis pręceptis erudit,ac format.gen.38.g. — Beda.ſ.gen.38

Vtrunq; teſtamẽtũ Scientiæ humanæ. u — Obſtetrices duæ Hebręarum,ſignificare poſſunt vtrunq; teſtamentum.Item ſcientias humanas,rationalem videlicet & moralem.Et vt Pharao per eas necare nitebatur mares Hebræorũ: ita diabolus per has ſcientias necare nititur mares,hoc eſt,ſenſus rectos,& inducere ſenſus hęreticos.Exo.1.d. — Ori.ſ.Exo.ho.2. Philo.de profugis Beda.ſ.Exo.1.

Doctores. — Obſtetrices etiã dici pñt doctores:& vnuſquiſq; curã habet obſtetricandi animam ſuam. — Ori ſ.Exo.ho.2.

Opatio diuinæ gr̃æ. — Obſtetricante manu Dei eductus eſt de proprijs cauernis coluber tortuoſus.Iob.26.d.quia dum nobis diuina gratia medetur,is qui nos tenuerat,antiquus à nobis hoſtis eijcitur.Et obſtetricatur manus Dei,cum per ſuos miniſtros conuertit eos,in quibus diabolus habitabat. — Gre.17 mor.18. Hie.ſ.Iob.26

*Obſtinatus.*

Fides gentilium — OBſtinatus dicitur obfirmatus,aut perſeuerans,vt tenere poſsit.Et obſtinatus animus eſt firma voluntas,ſiue in bonum ſiue in malum.Et obſtinatus animus Ruth , eſt firma & fortis fides gentilium in ſectandis prædicatoribus.Ruth.1.d. — Glo.or.ſ. Ruth.1.

*Obſtruere, Obturare.*

OBſtruere eſt occludere,& quaſi ſtrue quadam alicui loco impoſita obſiſtere , ne quid effluat.Idem fere eſt obturare.

Tollere occaſiones peccati — Obturat iuſtus aures ſuas,ne audiat ſanguinem,cum tollit oẽs peccati occaſiones.Et quum peccatis ſuadentibus,quia de ſanguine & carne naſcuntur,non prębet conſenſum. Iſa.33.c. — Gre.23.mor.2.

Obturat ſerpens aures ſuas,cum malus non vult prædicationem audire. p̃s.57. Sic obturauerunt aures Iudæi contra Stephanum. — Aug.ſ.ps. 57

Impedire ſpũalia — Obſtruere puteos eſt claudere ſenſus ſpirituales,ne ab aliquo percipiatur:Vel auertere corda fidelium,a diuinis & ſpiritualibus meditandis.gen.26.d. — Ori.ſ.gen.ho.13.

Obſtructum erit os loquentium iniqua in iudicio,quando mali non habebunt quid reſpõdeant iudici.p̃s.62. — Glo.inte.ſ.ps.62

*Obtegere, uide Operire. Obtemperare, uide Obedire.*

*Obtendere, uide Excuſare. Obtenebrare, uide Caligo.*

*Obteſtari.*

OBteſtari eſt precari feré cum adiuratione.

Obteſtabatur Ieremias populo ne deſcenderent in Aegyptum,quia cederet illis in malum.Iere.42.d.Vbi deſignantur obteſtationes prædicatorum aduerſus peccatores.

*Obtinere.*

OBtinere eſt vincere,& quaſi contra tenere:& etiam occupare.

Subijciens chriſtus philoſophos — Obtinere dicitur Chriſtus reges,quum ſibi ſubijcit philoſophos.Iſa.41.a.Et dicitur obtinuiſſe terram potentiſsimus.Iob.22.b.Quia ſubegit corda terrena. — Glo.inte.ſ.Iſa.41.

Obtinent dolores habitatores Philiſtijm,hoc eſt,dæmones vel hæreticos,propter fidelium proſperitatem.Sic etiam obtinet tremor robuſtos Moab.Exo.15.b. — Glo.inte.ſ. Exo.15

Diuina vindicta — Obtinentes aquæ diluuij terram.gen.7.d.deſignant diuinam vindictam comprehendentem (terrenos.

Obtinens regnum in fraudulentia,erit Antichriſtus.Dani.11.d.Leui.6.a. — Hie.ſ.Dani.11.

Non obtinet virtutem fortis,ad vitandam Dei vindictam.Amos.2.d. — Hie.ſ.Amos.2.

*Obtundere, Obtuſus.*

OBtundere eſt totum ſeu circum percutere,rumpere & hebetare.

Obtuſi ſenſus ſunt eorum, qui nolunt legem ſpiritualiter intelligere.2.cor.3.d.

*Obturare, uide Obſtruere. Obuiare, Obuiam, uide Occurrere.*

*Occaſio.*

OCcaſio eſt opportunitas temporis caſu proueniens,& aliquando exquiſita ad aliquid agẽdum.Iudi.14.a.Neſciebant quòd res à domino fieret:& quæreret occaſionem. 4. reg.5.b. Quot occaſiones quærat aduerſum me.

*Occaſus, Occidens, Occidentalis.*

OCcaſus interitum aliquando ſignificat:ſed nunc dicitur occaſus veſpertina ſolis abſconſio vel tranſitus ad inferius hemiſphęrium:& aliquando occaſus dicitur ipſe locus,vbi ſol occidit,qui & occidens dicitur,& occidentalis plaga.

Paſsio Chriſti — Occaſus ſolis paſsionem Chriſti ſignificare ſolet:per quam ipſe ſol iuſtitiæ occubuit,vt rurſum cla- — Ori.ſ.Iob.1. Arn.& Au.ſ.ps.103

Amb.4.Exaē.2. Tho.2.ſecūdę.q.102 ar.4.

ſum clarior appareret.pſal.103.Vnde ad occaſum orabant in veteri lege:quia omnia illius legis & tabernaculi Chriſti mortem præſignabant.

Philo. quis rerū diui.hæres. Ricar.de.ſ.vict.3.de arca myſt.6.&.5.de arc.myſti.18. Gre.16.mor.15. — Defectus luminis humani.

Occidere dicitur ſol,quum deficit lumen humanum, adueniente diuino. Et cum anima ſupra ſe eleuata à ſemetipſa deficit. Interdum etiam dicitur ſol occidere, cum intelligētiæ radius ſubtrahitur. Ad occidentem quoq; imus,cum ſubleuatum in Deo cordis oculum,ſed ipſa immenſitate luminis reuerberatum,ad noſmetipſos reducimus:& laſſati diſcimus valde ſupra nos eſſe,quod quærebamus,noſtramq; mortalitatem cōſiderantes,indignos nos adhuc eſſe deprehendimus,qui immortalem videre valeamus.Iob.23.b.

Ceſſatio actiuę vitę.

Occubitus ſolis,quādoq; ſignificat vitę actiuę ceſſationē:vt cū ſol occubuit.Iacob.gn̄.28.c.

Ori.ſ.Matt.ho.30. — Finis ſacrę ſcripturę.

Occaſus præterea ſolis finem ſacræ ſcripturę ſignificare poteſt.Vt cum fulgur ab oriente paret vſq; in occidentem.Matth.24.c.

Philo.de ſomnijs. Gre.9.mor.40. — Pœnitentia.

Occaſus etiam ſolis pœnitentiam ſignificare poteſt : vſq; ad quam peccator eſt immundus. Leui.11.d.Deut.23.b. Significat etiam defectionem ſenſuum:à quibus quum quis recedit, mundatur.Item ceſſationem feruoris tentationis.

Hila.ſ.pſ.67. — Mors.

Occidens aliquando ſumitur pro morte & mortificatione.Gen.12.d.pſal.67.Et ad occidētē dilatatur,qui moritur vitijs.Gen.28.c. Occidentalis etiam plaga tabernaculi mortem cuiuſque ſignificare poteſt.Exo.26.c.27.b.36.c.38.b.

Amb.2.de.Abra.9. Arn.ſ.pſ.67.Aug.16 ciu.d.24.&.ſ.pſ.103 — Finis mundi.

Occaſus ſolis etiam ſignificat finem mundi.Gen.15.c.Exo.17.d.pſal.67.Et occidentalis plaga tabernaculi eſt finis mundi.Exo.26.e.27.b.36.c.38.b.

Hier.ſ.Iſa.59. — Gentilitas.

Occidens ſecundum quod eſt extrema pars orbis, gentilitatem ſignificare poteſt. Iſa.43.a. 45.a.59.d.Zach.8.b.

Philo de ſomnijs. Amb.de Tob.20. Hier.ſ.Amos.6.&.ſ. Ephe.4. Aug.ſ.pſ.25. Euch·form.ſpūal.3. — Status peccati.

Occaſus etiam ſolis ſtatum peccati ſignificare poteſt:& vitæ melioris defectum : & mentis obſcurationem per receſſum Dei ab anima:& defectum rationis.Exo.22.d.Deut.24.d.pſ.103. Et dicitur occidere ſol in meridie.Amos.8.c.Sic occidit ſol ſuper iracūdiam.Ephe.4.f. Et torrens occidentis eſt ſtatus peccati : vt occidens ſit ipſe diabolus. Amos.6.d.Iuxta ſeptuaginta. Zach.8.b.14.a.Eccl'tæ.1.a. Beda.ſ.Gen.15.Clyma.grad.25.

Hie.ſ.Iſa.60.

Non occidit ſol Sion:quia in cœleſti gloria beati ſemp Deum pręſentē habebunt.Iſa.60.d.

Hier.ſ.Ier.15.&.ſ. Amos.8. Rup.ſ.Amos.8.

Occidit ſol ſynagogæ,cum adhuc eſſet dies:vt oſtendatur non eſſe culpam ſolis: ſed Iudęorum:qui noluerunt Chriſtum pręſentem ſuſcipere.Iere.15.b.Occidit etiam ſol in meridie,cum tenebræ factæ ſunt in paſsione Chriſti:& cum deſtructa eſt Hieruſalem.Amos.8.c.

Geor.vēn.cāt.3.ton.8.modu.2.cap.3. — Senectus.

Occidentalis porta Hieruſalem,ſenectutem deſignare poteſt: vel benignam condeſcenſionen ad proximum.

Lyra.ſ.Exo.10.

Occidentalis ventus erat,qui eiecit locuſtas in mare rubrum:quia eſt ventus refrigerans: locuſtis enim aduerſatur frigus.Exo.10.c.

*Occidere,uide Interficere. Occultare,uide Abſcondere.*

*Occumbere,uide Mori.& Occidens.*

## *Occupare.*

OCcupare eſt quod in commune , ſiue in medium erat, ante alios capere:& locum tenere : aut etiam præuenire.

Hier.ſ.Iſa.60.

Occupare dicitur ſalus muros Sion,quando Chriſtus ſaluat eccleſiam.Iſa.60.d.

Gre.5.mo.22. — Ceſſans tumult⁹ terrenus.

Occupat ſopor homines,qui diuina contemplari debent, quando terrenorum deſideriorū tumultu ceſſante ſopiuntur.Iob.4.c.

Ricar.de.ſ.victo.de 12.pr̄iar.52. — Docere proximis.

Occupati filij Iacob in paſtu pecorum. Gene.34.a.deſignant doctores intendentes docendis & inſtruendis proximis.

Ori.ſ.Leui.ho.16. — Confuſio diaboli.

Occupat vindemia ſationem , quū quis quæ didicit & guſtauit,docēdo ſeminat.Leu.26.a.

Gre.4.mor.10.21. — Pœnitentia.

Occupat caligo diem, quo natus eſt Iob, quando diabolus in tenebras mittitur exteriores: vel quia nunc ſemetipſum intrinſecus erroris caligine confundit.Iob.3.a. Occupat etiam caligo diem,quum blandimentum nequitiæ afflictio pœnitentiæ digno mœrore perturbat.

Gre.ho.31. — Impedire benè operantem.

Occupat terram ficus infrugifera,deſignans potentem in ſeculo , qui fructum bonæ operationis non habens,etiam impedimentum cæteris præſtat:quia qui ſub ipſo ſunt , exemplo prauitatis illius,quaſi ſub vmbra peruerſitatis eius premuntur.Luc.13.b.

## *Occurrere, Obuiare.*

OCcurrere eſt obuium fieri alicui : quod & obuiare dicitur. Obuiare autem interdum eſt contradicere.Acto.16.c.Habentem ſpiritum pythonem obuiare nobis. Item conuenire. pſ.34.Mīa & veritas obuiauerūt ſibi.Succurrere.Pro.22.a. Diues & pauper obuiauerunt ſibi.

Hie.ſ.Iſa.64.&.ſ.pſ.58. Aug.ſ.pſ.58. — Succurrens Deus.

Occurrere dicitur Deus,cum præſtat quod rogatur: vt cum occurrit ſeruo Abrahę. Gen. 24.b.Et occurrit vt remuneret iuſtos.Iſa.64.b.Et obuiantes angeli Iacob , diuinum ſignificāt auxilium.Gen.32.a. Occurrit etiam pater Chriſto in paſsione.Iere.15.c, qui etiā dr̄ ſurrexiſſe in occurſum



Aug.ſ.ps.18.

in occurſum eius,quando illum glorificauit,& æqualem ſibi demonſtrauit:& quando nomen eius ad gentes dilatauit.ps.58.

Caſtigans Deus — Rup.ſ.Amos.5.

Occurrere etiam dicitur Deus quaſi vrſa raptis catulis,quando grauiter caſtigat. Hoſe.13. b.Sic occurrit dominus Moſi eunti in Aegyptum,ad correctionem.Exo.4.f.Occurrens vrſus erit Chriſtus in ſecundo aduentu. Amos.5.f.

Manifeſtans filius patrem. Recipiēs conuerſos — Beda.ſ.gen.46

Occurrens Ioſeph patri ſuo venienti in Aegyptum,deſignat Chriſtum,qui patrem mundo manifeſtauit.gen.46.c.Deſignatur etiam occurſus eius ad eos,qui ad ipſum conuertuntur:& quia occurrit patri iam ſeni,eſt recipiens Iudæos in fine mundi.

Arno.ſ.pſ.18. Hila.ſ.ps.58.

Occurſus Chriſti vſq; ad ſummum cœli,deſignat regreſſum eius ad patrē cœleſtē.ps.18.58.

Glo.or.ſ.Iſa.7.

Occurrens Iſaias regi Achaz ad extremum piſcinæ ſuperioris, deſignat q̄ Deus non tantū malo regi ſuccurrit,quantum populo.Iſa.7.a.

Hie.& Aug.ſ.ps.84.

Obuiauerunt ſibi miſericordia & veritas,quando Iudæi & gentiles ad eandem Chr̄i fidem concurrerūt.Miſericordia enim eſt in populo gentilium,qui ſine promiſsione ad fidem vocatus eſt.Veritas vero in populo Iudæorum:quia quod repromiſſum eſt patribus , hoc completum eſt filijs.Eodem referri poſſunt,iuſtitia & pax,quæ oſculatæ ſunt.ps.84.

Coniunctio legis & ſacerdotij — Ori.ſ.Exo.ho.3. Philo.q̄ deteri. potio inſidietur.

Occurrens Aaron Moſi in monte Dei,deſignat ſacerdotium legi coniunctum:& etiam ſacerdotes occurrentes legi per ſenſus ſublimes.Exo.4.f.Deſignat etiam ſermonem occurrentē menti ad eam explicandam.

Docere — Gre.ſ.1.reg.9.10.

Occurrēs ſeruus Abrahæ Rebeccę deſignat prædicatorem quærere opportunitatem prędicandi verbum Dei.gen.24.b.Et obuiam veniens Samuel Sauli eſt prædicator docens ea , quæ auditor diſcere cupit.1.reg.9.b.Et obuians grex prophetarum Sauli,deſignat doctores declarantes ea,quæ in ſcripturis dubitamus.1.reg.10.b.

Hie.ſ.Iſa.21. Beda.ſ.pro.29.

Occurrere etiam ſitienti,eſt libenter ſuccurrere per doctrinam indigentibus. Iſa.21.d. Obuiant ſibi pauper & creditor,quando humilis verbi Dei auditor & prædicator , in vnam eandemq; pietatis gratiam conueniunt.pro.29.b.

Reſiſtere hæreticis & diabolo — Gre.31.mor.28.28.

Occurrit equus armatis,quum prædicator reſiſtit hæreticis & potentibus,in veritatis defenſionem.Et quum quilibet fidelis reſiſtit diabolo,non ſolum in ſe,ſed etiam in proximo.Iob.39 c. Sic occurrens Moſes Pharaoni deſignat prædicatorem diſſoluentem fallacias diaboli:& errores hæreticorum detegentem.Exo.

Suſceptio iudæorū ad fidem — Ori.ſ.Iudi.ho.5.

Occurrens Iael Barach , deſignat eccleſiam offerentem ſe Iudæis , vt conuertantur : quod erit,cum plenitudo gentium introierit.Iudi.4.c. Rom.11.c.

Promptitudo auditorum — Gre.ſ.1.reg.16. Hila.ſ.Mat. cano.8.

Occurrentes ſeniores Samueli.1.reg.16.a.deſignant promptitudinem auditorum ad verbū Dei ſuſcipiendum.Et occurrentes dæmoniaci Chriſto deſignant voluntatem concurrentium ad ſalutem.Matth.8.d.

Hie.ſ.Iſa 34.

Obuiantes ſibi inuicem cerui ſunt apoſtoli,qui ſimul conuenerunt in Hieruſalem : vt inde tranſirent ad gentes.Iſa.34.d.iuxta ſeptuaginta.

Venire ad fidem — Ori.ſ.Mat.ho.32. Aug.83.q.59.

Obuiam exeuntes ſponſo & ſponſæ,ſunt de mundo ad veram fidem venientes. Et tota eccleſia exibit obuiam ſponſo tanquam vna virgo : quæ Chriſto poſt iudicium copulabitur. Matth.25.a.

Tentationes poſteriores

Occurrens Eſau cum armatis fratri ſuo Iacob,qui iam euaſerat ab inſecutione Laban , deſignat ſecundas tentationes iter noſtrum impedientes,quæ ſunt expectandę orando.gen.32.b.

Aug.q.in iudi.49.

Occurrens filia Iephte patri ſuo deſignat eccleſiam Chriſto:Iudi.11.c.

Orare — Hie.ſ.iſa.59.&.ſ.iere.27.&.ſ.Amos.4.

Occurrere dicitur Deo,qui orationibus & bonis operibus eius irę ſe obijcit : qua ratione queritur Deus,non eſſe quempiam,qui ipſi occurreret.Iſa.59.d.Iere.27.d.Occurrit etiā Deo, qui reſipiſcit ab ipſo caſtigatus.Amos.4.b.

Glo.or.ſ.gen.30

Occurrens Lia Iacob venienti de agro,vt dormiret ſecum,deſignat vitam actiuam trahentem ad ſe ſapientes inuitos.gen.30.c.

Occurrentes filij Iſrael Moſi cum affligerentur à Pharaone,deſignant eos , qui impatientes ſunt in tentationibus,quas volentes ſeruare legem Dei patiuntur.Exo.5.d.

Lyra.ſ.Exo.23.

Occurrere boui erranti , eſt deprehendere ſeu videre proximum peccantem. Exodi. 23.a.b.

Tribulationes opprimentes

Occurrentes aquæ Aegyptijs fugientibus , deſignant tribulationes opprimentes eos , qui prius proſpere agebant. Exod. 14. f. Idem deſignant occurrentia mala Hieruſalem . Iſaiæ.51.f.

Occurrens Moſes Iethro cognato ſuo. Exod.18.a.deſignat libenter ſuſcipiendos ad fidem venientes.

Diabolus obſiſtens bonis — Ori.ſ.nu.ho.19 Hiero.ſ.iſa.31.&.ſ.iob.39.

Occurrens Amalec filijs Iſrael in itinere,deſignat diabolum obſiſtentem ijs, qui bene operantur.deuterono.25.d.Et occurrit multitudo paſtorum leoni,cum infideles principes delere nitebantur nomen Chriſti.Iſa.31.b. Et in occurſum pergit equus armatis,quum diabolus perſequitur bonos.Iſa.39.c.

Oblatio voluptatis — Amb.de Cain.4.

Occurrens mulier in ornatu meretricio eſt ſecularis voluptas ſeſe paſsim nobis offe-

O rens.

rens.pro.7.b.

Glo.or.ſ.Iſa.14.
Occurrent gigantes lucifero,quando ei maledicent damnati,& exprobrabunt.,Iſa.14.b.

Hie.ſ.Amos.5.
Occurrit vrſus fugienti à facie leonis:quando maius malum incurrit,qui ſe vitare minus putat.Amos.5.f.

Occurrunt dęmonia onocentauris.Iſa.34.c.quia maligni ſpiritus valde eis ad votum deſeruiunt,quos de his gaudere conſpiciunt,quę flere debuerant.

## Ochozath.

Ori ſ gen.ho.14
Beda.ſ.gen.26
Philoſophia naturalis

OChozath.i.poſſeſsio,ſiue apprehenſio,vel tenens,vel collectio, aut viſio , ſeu fratris oliua: amicus Abimelech regis Gerarę:qui venit ad Iſaac cum Abimelech ad iniendum fœdus. Typus eſſe poteſt philoſophię naturalis,quę init fœdus cum doctrina Chriſti.gen.26.f.

## Ocioſus, Ocium, Piger.

OCioſus eſt,qui vacat ab opere,tranquillus & ſecurus. Ocium autem eſt vacatio à labore. Verum ocioſus in malum ſępe ſumitur pro eo,qui nullo bono opere occupatur: qui & piger dicitur.Eadem eſt ratio de ocio.

Ocio vacare filios Iſrael dicebat Pharao,cum vellent ſacrificare Dęo,deſignans diabolum, qui ocium eſſe dicit intendere diuinis,& orationi vacare.Exo.5.c.

Beda.ſ.pro.31
Facere & docere
Non comedit panem ocioſa mulier fortis,quę ſacra eloquia,& pręcepta intellecta operat, & docet:& euchariſtiam rectè ſuſcipit:& quę manibus laborat:vt Paulus.pro.31.d.

Hie.ſ.Ecclten.12
Non prædicare
Ocioſę aūt molentes ſunt prędicatores ceſſantes à prędicando.Quod etiam dicitur,quando ſenum dentes non poſſunt cibum molere.Eccl'tę.12.b.

Gre.7.mor.25
Ocioſum verbum dicitur,quod aut ratione iuſtę neceſsitatis , aut intentione pię vtilitatis caret.Mat.12.c.

Ori.ſ.Mat.ho.10
Gre.ho.19
Lyra.ſ.Eze.16
Non bene opari
Ocioſi in foro erant infideles in mundo:& non benè operantes.Matth.20.a.Ocium autem fuit iniquitas Sodomæ:quia ceſſabant à bonis operibus.Eze.16.f.

## Ocrea.

OCrea eſt militaris calceamenti genus ex ære ſeu ferro,ad obtegendas tibias accommodatum:quales erant ocreæ Goliath.1.reg.17.a.

## Oculus.

OCulus in homine eſt inſtrumentum ſenſus viſus,alijs organis in capite ſupereminens.Sumitur aliquando pro ipſo aſpectu:ſic erat Lia lippis oculis.gen.29.d.Et pro homine. Tobi. 1.a.Videant oculi mei filios veſtros.

Aug.83. q.52.& de verb.do.ſer.18
Caſsia.lib.8.cap.4.
Euch.for.ſpūal.1.
Ori.ſ.Iere.ho.12
Baſi.ſ.ps.32
Hila.ſ.ps.65
Euch.for.ſpūa.1.
Geor.vene.canti.1. tono.6.cap.34
Euch.for.ſpūal. 1.
Aug.ſ.apoc.ho.1.
Hie.ſ.Amos.9
Gre.8.mor.13

Vis cognitiua Dei
Oculi attribuuntur Deo per metaphoram,vt eius vim cognoſcendi , & penetrandi omnia ſignificent:& immenſitatem perſpicaciæ,qua vniuerſa perluſtrat:& ꝙ nil eum ex ijs,quæ à nobis geruntur,vel cogitantur lateat.Iere.32.d.Zach.8.b.12.a.Hebræ.4.d.

Miſericordia Dei
Oculi domini aliquando ſignificant eius miſericordiam:benignitatem & approbationem: vt oculi domini ſunt ſuper bonos approbando & protegendo.ps.32.65.1.reg.15. d.26.g. Iere. 16.d.Oculo autem dextro Deus remunerandos benigniſsime intuetur: ſiniſtro vero puniēdos acrius reſpicit.

Præcepta Dei
Oculi etiam domini dicuntur eius præcepta.ps.18.Præceptum domini lucidum illuminans oculos.Et oculi Chriſti velut flamma ignis,ſunt eius præcepta.apoc.1.c.

Iudiciū & ira Dei.
Oculi præterea Dei,deſignant iudicium & iram Dei:quos oculos peccans dicitur prouocare.Iſa.3.b.13.d.deut.7.c.Iob.7.b.Oculi domini ſunt ſuper peccantes,cum eos punit. Amos. 9.c.Oculi autem dicuntur parcere,aut iraſci:quia in oculis iræ aut miſericordiæ ſigna maxime apparent.Eze.16.a.

Baſi.ſ.ps.33
Hie.ſ.Zach.9.
Angeli
Prophetæ
Oculi quoq; domini dici poſſunt angelicæ virtutes protectrices.ps.33. Oculi domini ſuper iuſtos.Item prophetæ & omnes ſancti.Zach.9.b.

In oculis domini dicitur glorificatus Chriſtus,cum gentes in eum crediderunt. Iſa.49.b.

Hie ſ. Iſa.49
Ori.ſ.gen.ho.17
Amb.de ben.pri.4.
Hie.ſ.ps 15
Gre.1.paſto.1.
Beda.ſ.gen.49
Aug.ſ.ps.87
Hila.ſ.ps.53.131
Rup.1.ſ apoc.
Oculi Chriſti
Benignitas Chriſti.
Apoſtoli &c.
Oculi Ioſeph,& etiam Iudæ oculos Chriſti deſignare poſſunt. Et oculos attollens Ioſeph deſignauit benignitatem Chriſti.gen.43.f.49.b.Et oculos leuans Iſaac Chrm oſtendit reſpicientem ad ſalutem gentium.gen.24.g.Oculi etiam Chriſti dicuntur apoſtoli,& euangeliſtæ, & prophetæ,& doctores.Demum oculi eius ſunt,qui in ipſa honoris ſummi facie poſiti,prouidendi itineris officium ſuſcipiunt.ps.15.73.87.Oculi autem Chriſti defecerunt in cruce per mortem:ſed oculus eius deſpexit ſuper inimicos ſuos,quando reſurrexit.pſalm .68. 131.

Illuſtratio Chriſti
Oculi etiam Chriſti diuinam eius illuſtrationem ſignificant:ideo dicuntur velut flamma ignis. apocalypſ.1.d.19.c.

Gre.18.mor.11
Intentio Chriſti
Oculi vulturis intentionem Chriſti in redemptionis operibus deſignant:quæ opera non eſt intuitus populus Iudæorum.Iob.28.b.

Hie ſ.Iſa.11.&.ſ.Zacha.3.
Dona ſpūſſancti
Oculi columbarum dona ſpūſſancti ſignificare pnt.cāti.1.d.5.d.Et oculi ſeptē in lapide vno ſunt



ſunt dona ſpiritusſancti in Chriſto.Zach.3.d.apoc.5.b.19.c.

Gre 29.mor.30
Ori.ſ.canti.ho.1.& ſ.Mat.ho.5.&.ſ.Roma.12.
Baſi de regu.fuſ.24
Amb.ſ.ps.118.ſer.15 & de digni.ſacer.6.
Hie.ſ.ps.16
Intelligentes
Prælati
Sacerdotes
Prædicatores
Oculi in eccleſia ſunt intelligentes,& acuti ad percipienda myſteria:& prælati,& ſacerdotes.ps.138.canti.4.b.5.d.7.b.Matth.18.a.Et oculus ſimplex aut nequā eſt prælatus bonus aut malus.Mat.6.c.Sic Iob dicitur oculus fuiſſe cæco.Iob.29.c. Oculi etiam ſunt prædicatores, quorum pupilla eſt ſenſus ſpiritualis.ps.16.His oculis moleſtus eſt fumus,hoc eſt,hęretici.prouer.10.d.Hi ſunt oculi columbini:qui ſimplicitatem,quam prędicant,ſeruant: & viſibilia cōtemnentes,ad æterna cum magnis gemitibus anhęlant.canti.1.d.

Beda.ſ.pro.10.
Ori.ſ.Iſa.ho.7.&.ſ. Mat.ho.3.5.&.1 per iar.1.&.ſ. Roma 12.
Amb.ſ.ps 118. ſer.5.
Aug ſ.Ioan. trac.13.
Iſy.ſ.Leui.26.
Baſi.ſ.ps.33.
Ori.ſ. Leui.ho 3.& ſ canti ho.3.
Ber.ſ.cant.ſer.45.
Amb.de Iſaac.7.
Gre.ſ.canti.1.
Vis intellectiua
Mens
Fides
Virginitas
Oculi generaliter vim animę cognitiuam ſignificare ſolent.deut.6.b.Exo.21.c.Leui. 26.c. ps.6.12.18.30.33.37.68.118.120.122.pro.4.d.canti.6.a.Iſa.6.c.30.e.32.c.Ezech. 40.a. Matth.5. c.18.a.Luc.10.d.Rom.3.c.11.b.Ephe.1.d.Et oculi Samuelis & ſanctorum ſunt intellectus mentis reſerati per gratiam.1.reg.8.b.Et oculi aperiendi ſunt mens aut cogitatio. gen.3.a. Peculiariter autem oculi columbæ deſignare poſſunt intellectum rectè intelligentē ſcripturas , & ſpiritali ſenſu & intuitu eas penetrantem:quia columba ſymbolum eſt ſpiritusſancti. Deſignant etiam ſimplicem cognitionem paſsionis Chriſti.canti.1.d.5.d.6.b.Ferunt autem hoc genus auis,quum ad aquas venerit,quia ibi ſolet inſidias accipitris pati : venientem deſuper inimicū, volitantis vmbra in aquis inſpecta deprehendere: & oculorum perſpicacia fraudem periculi imminentis euadere:atq; ita ſignificabit eos,qui perſpicaciter inſidias diaboli deprehendunt. Anima autem dum in temporalibus gemit,& ad æterna deſideria rapitur , in ſimplicitate ſenſus ſuos cuſtodit,& carnales concupiſcentias deteſtatur.

Am.ſ.ps.118 ſe.11.16
Hie.1.adue.Iouinia.
Oculi autem mentis ſunt duo , vnus quidem moralis:alter myſticus.Morali autem,hoc eſt,fidei,capitur ſponſus.Vnus etiam oculus ſponſæ,quo vulnerat cor ſponſi,eſt virginitas,quæ eſt oculus dexter. cantic.4.b.Dicit etiā vnitatem bonarum cogitationum,quæ non in diuerſa mutantur.

Gre.17.mor.4. &.ſ. Eze.ho.2.
Hie.ſ.iſa.33.&.ſ. Iere.5.
Gre.31.mor.35
Oculi ſapientis, qui dicuntur eſſe in eius capite,deſignant perſpicacitatem prudentiæ & prouidentię, quæ eſt in mente ſapiētis qui ſunt in capite:quia ſapiens quiſq; illum tota intentione conſiderat , cuius ſe membrum eſſe per fidem penſat , & vitam redemptoris noſtri tacita cogitatione conſpicit:& omnis eius intentio in ipſius imitationem ſe erigit.Eccl'tæ.2.b.Oculi etiam claudendi ne videant malum, ſunt conſcientia aut mens.Iſa.33.c.His oculis carent Iudæi,qui non vident bonum. Iſa.59.c. Et oculi aquilę de longe proſpicientes ſunt mentes ſanctorum.Iob.39.d.

Ricar.de.ſ. vict. de ſomni. Nabuch. 38.
Gre. ſ.1.reg.6
Naturale iudicium
Oculi etiam ſignificant naturale iudicium boni & mali:quos oculos multi habent,& non vident.Iere.5.c.Iob.15. b.28.d.36.a.Oculos autem habet & non videt,qui nouit quomodo vitam ſuam circunſpicere debeat,eam tamen quomodo oporteat circunſpicere diſsimulat.ps.113. Oculos autem eleuare eſt ad mentis ſublimitatem aſcendere.gen.18.a.22.c.33.a.Exo.14.c.Ioſu.5.d. Iere.3.a.

Aug.2.ſer.d.in mō. &.4.cōt.Iulia.4.
Gre.10.mo.23.&.13. mo.14.&.17.mo.4. &.ſ.Eze.ho.6.
Baſi.ho.in prin.pro.
Hie.epi.quāuis mi.
Ber.ſer.2.de angelis
Intentio
Voluntas
Oculus corporis dicitur intentio qua operamur:& oculus ſimplex eſt recta intentio: Oculus vero nequam eſt praua intentio.Matth.6.c.Et oculi malorum dicuntur eſſe in vijs ſuis:qa ſemper intendunt vitijs,quæ operantur.Iob.11.c.16.d.17.b.24.d.Et oculi ſtultorum dicuntur eſſe in finibus terræ, quia hoc ſolum tota cordis intentione conſpiciunt , per quod ad finem terreni deſiderij perducantur.pro.17.d.30.c.Eze.1.e.Significant etiam oculi aliquando voluntatem vel affectum.gen.18.c.20.d.Exod.13.b.21.a.ps.16.Iob.16.d.17.a. Oculus autem ſcandalizat,dum voluntas noſtra aliquam minus caſtam importunè ingerit intentionem.

Amb.ſ.ps.118.ſer.16
Ori.ſ.Mat.ho.5.
Hie ſ.Mat.18.
Aug.1.ſer.d in mōt
Gre.ſ.1.reg.11. &.6. mor.26.
Conſiliarius
Vxor
Intuitus æternæ claritatis
Concupiſcentia
Oculus gratiæ
Oculus ſuppliciorū
Vita cōtemplatiua
Vita actiua
Oculus aliquando dici poteſt conſiliarius.pro.4.b.Oculi tui recta videant.Et oculus dexter eſt amicus & conſiliarius in rebus diuinis:Siniſter vero conſiliarius in terrenis. Quicquid autem nobis charum eſt oculus dexter dici poteſt:& oculus ſcandalizans aliquando poteſt intelligi vxor.Matth.18.a.Oculus etiam dexter dici poteſt intuitus æternæ claritatis:Oculus vero ſiniſter eſt concupiſcentia carnalis.Vel oculus dexter eſt oculus gratiæ ſignatus in Ain:Oculus vero ſiniſter eſt oculus ſuppliciorum ſignatus in Ennon.1.reg.11.a. Oculus præterea dexter eſt vita contemplatiua:Siniſter vero actiua:& oculus dexter ſcandalizat,quum quis ineptus ad contemplationem,ſe nimium vult ei tradere:vnde cogitur labi in errorem , aut in aliud vitium:ſiniſter vero ſcandalizat,cum ineptus ad vitam actiuam,nimium ſe in actione occupat relicta contemplatione ſibi competenti.

Miſericordia
Oculus interdum dicitur miſericordia.deut.13.b.Neq; parcat ei oculus tuus.

Iudicium
Oculi etiam ſignificant iudicium. deuterono.16.d. Munera excęcant oculos ſapientum.1. reg.3.d.

Ori.ſ.gen.ho.7.17. &.ſ.Mat.ho.13
Hiero.ſ.Iſa.29.&.ſ. Iob.29
Gre.ſ.1 reg.2.3.&.2 paſto.1.
Oculi iudæorum
Principes & prophetæ
Oculi Iacob ſignificabant oculos populi Iſrael:& caligantes quidem excæcationem populi per idola Iſrael deſignabant.Illuminati vero ſunt per Chriſtum.gen.48.b.Et oculi Agar aperti deſignare poſſunt reſipiſcentiam Iudęorum:& etiam cognitionem ſpiritualem. gen.21.c. Et oculi Lię lippi deſignabant hebetudinem ſynagogę.gen.29.d.Oculi autem populi Iudęorum erant principes & prophetæ.Iſa.29.d.Et oculi Eli caligantes,ſunt cęcitas pontificum Iudæorum, & etiam ſcribarum.1.reg.3.a.4.c.ps.73.Zachr.14.c.Matth.20.b.Et oculus videns qui teſtimonium reddebat Chriſto,eſt populus Iudæorum:cui per prophetas prænuntiatus fuerat & in præſentia aduentus eius teſtimonium illi reddebat.Iob.29.b.

[Ori. ſ. Iſa. ho. 6. Hie. ſ. Iſa. 29. — Gentiles]
Oculi cæci à natiuitate illuminati per Chriſtum, deſignant cæcitatem mentis gentiliũ: quos Chrs illuminauit. Ioan. 9. b. Iſa. 29. f. 35. b.

[Gre. ſ. 1. reg. 15 — Cognitio ſui]
Oculi Saulis, in quibus ſibi erat paruulus, antequam fieret rex, deſignant cognitionem ſui, quam habet prælatus ante dignitatem aſſumptam. 1. reg. 15. d.

[Ori. ſ. nu. ho. 15]
Oculi Adam & Euæ aperti dicuntur ad malum, vel ad cognitionem experimẽtalem mali, quod prius non cognoſcebant. gen. 3. b. Iob. 27. d.

[Glo. ordi. ſ. gen. 27 — Defectus fidei]
Oculi Iſaac caligantes ſignificare poſſunt defectum fidei in mundo: & neglectum luminis religionis: & prælatum adulatione deceptum. geneſ. 27. a. Idem deſignant oculi Iacob. Geneſ. 48. b.

[Hie. ſ. Zach. 9. — Aſpect⁹ Dei in oẽs.]
Oculus hominis & omnium tribuum Iſrael dicitur eſſe domini: quia domini eſt quicunq; & de gentibus reſpicit Deum, & ſperat in eo: & de cunctis tribubus Iſrael. Vel quia dominus ęqualiter cunctos reſpicit, ſine exceptione perſonarum. Zach. 9. a.

[Verecundia]
Oculi aliquando poſſunt ſignificare verecundiam & pudorem: vt cum Abimelech dedit Abrahæ mille argenteos in velamen oculorum Saræ. gen. 20. d.

[Praua cõcupiſcẽtia.]
Oculi dominę Ioſeph deſignant prauam concupiſcentiam. gen. 39. a. Iob. 24. c.

[Glo. inte. ſ. Iſa. 52. — Publica ſalus]
In oculis omnium gentium parauit dominus brachium ſuum: quia omnibus propoſuit ſalutem per Chriſtum acquirendam. Iſa. 52. c.

[Hie. ſ. Eze. ho. 6. Aug. ſ. apoc. ho. 3. Gre. ſ. Eze. ho. 6. & 19. mor. 10. — Fulgor euangelij. Circunſpectio. Cognitio ſanctorũ.]
Oculi animalium, qui erant in circuitu ipſorum, deſignant nihil eſſe in euangelio, quod nõ reſplendeat, & fulgore ſuo mundum illuminet: vt ea etiam quæ parua putantur & vilia, ſpiritusſancti fulgeant maieſtate. Eze. 1. c. apoc. 4. c. Vel deſignant cognitionem præteritorum, præſentium & futurorum: & circunſpectionem in omnibus. Vel oculi intus & in circuitu admonent ſanctos ſe intus inſpicere, vt placeant Deo, & foris, vt bono exemplo erudiant proximos.

[Ori. ſ. nu. ho. 17 Hie. ſ. Iob. 28. 40. — Senſus & ingenium diaboli]
Oculi Balaam qui aperiuntur, deſignant ſenſus diaboli. num. 24. a. Et oculus vulturis ſignificat ingenium diaboli. Iob. 28. b. Et oculi Leuiathan deſignant eius intellectus perſpicacitatẽ. Iob. 40. c.

[Gre. 13. mor. 6. & 33. mor. 35. Hie. ſ. Iob. 41. Beda. ſ. pro. 30 — Conſiliarij diaboli. Falſi prophetæ Hæretici]
Oculi Leuiathan, quia vtilitati viſionis inſeruiunt, conſiliarij diaboli dicuntur eſſe: qui dum peruerſis machinationibus quæ qualiter agenda ſunt præuident, malignis eius operarijs quaſi oſtenſum pedibus iter præbent. Et dicuntur eſſe vt palpebræ diluculi: quia ſpondent ſe & aſſerunt tenebras repellere, & veritatis lucem ſignis clareſcentibus nuntiare. Iob. 16. b. 41. b. Oculi etiam Leuiathan, ſunt falſi prophetæ & hæretici: De quibus Iſa. 29. c. Claudet oculos veſtros. Et oculus ſubſannans patrem eſt hæreticus. pro. 30. c.

[Hie. ſ. Zach. 11. Iſy. ſ. Leui. 24 — Arrogantia ſciẽtiæ.]
Oculus dexter paſtoris *ſtulti eſt ſcientia*, quam ſibi falſo arrogabit Antichriſtus. Zacha. 11. d. Oculus autem pro oculo redditur, quum quis faciens aliquem errare in ſcientia, etiam cęcat ipſe in futuro. Leui. 24. d.

[Hie. ſ. Zach. 5. Gre. 14. mor. 27. — Manifeſta iniquitas]
Oculus malorum eſt amphora, quum iniquitas eorum manifeſtatur. Zach. 5. d. Vel deſignat in auaris obtuſam eſſe mentem ad diuina perſpicienda: cum maximè oculati ſint ad pecuniam iuſte vel iniuſtè acquirendam.

[Hie. ſ. Iſa. 2. 37. & ſ. Iob. 16. — Superbia. Crudelitas Iudęorũ]
Oculi elati ſuperbiam mentis ſignificant. p̃s. 130. Et oculus ſubſannans patrem eſt mens ſuperba hæreticorum contemnens prælatum. pro. 30. c. Iſa. 2. c. 37. d. Et oculi terribiles exprimũt crudelitatem Iudæorum in Chr̃m. Iob. 16. b.

[Glo. ordi. ſ. ps. 12.]
Oculi indigentium ſolent eſſe intenti ad eum, à quo quis auxilium expectat: Sic oculi oĩm dicuntur ſperare in Deum. p̃s. 144. Oculi ſeruorum dicuntur eſſe in manibus dominorũ ſuorum: quia ſerui à dominis expectant fauorem, & timent pœnam. Vel ſunt in manibus dominorum ſuorum, quum quis intentus eſt operibus peccati. Et oculi ancillæ ſunt in manibus dominæ ſuæ, cum anima intenta eſt ad ſeruiendum carni. p̃s. 122.

[Gre. 13. mor. 8. Hie. ſ. Iob. 40 — Præſentia]
In oculis dicuntur eſſe, quæ ſunt nobis præſentia: & auferuntur ab oculis, quæ à præſentia remouentur: vt mala auferri ab oculis, hoc eſt, à præſentia dicitur. Iob. 3. b. Et in oculis ſuis hamo captus eſt diabolus: quia & nouit Chr̃m, & momordit, & cognouit prius quem pertimeſceret, & tamen poſt non timuit, quum in illo quaſi eſcam perpetuam mortem carnis eſuriret. Iob. 40. c.

[Ori. ſ. Exo. ho. 10.]
Oculum pro oculo reddere, eſt ſubijcere intellectum vel auferre. Exo. 21. c.

[Baſi. ſ. ps. 114]
Oculos eripit à lachrymis Deus illius, à quo tollit impedimenta ſe videndi. p̃s. 114.

[Hie. ſ. Iſa 52.]
Oculo ad oculum videre, eſt facie ad faciem contemplari: ſicut videbitur Deus à beatis. Iſa. 52. c.

[Hie. ſ. Dani. 7.]
Oculi quaſi *hominis* in cornu beſtiæ, indicabant Antichriſtum futurum hominem, non dæmonem. Dani. 7. c.

Oculi attenuati, vide Tenuis.

## *Odiſſe, Odium, Odioſus.*

Odium



ODium eſt ira inueterata. Odiſſe autem eſt odio habere: Eſt autem odium affectus amori contrarius. Odioſus autem eſt, qui odio & faſtidio habetur, & qui moleſtus eſt: Odiſſe vero interdum eſt deteſtari. gen. 27. f. Oderat Eſau Iacob. Perdere. p̃s. 10. Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam. Reprobare. deut. 16. d. Quæ odit dominus Deus tuus. Spernere. gene. 26. f. Quid veniſtis ad me hominem, quem odiſtis? Negligere. p̃s. 119. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. Reprobare. p̃s. 100. Facientes præuaricationes odiui. Et vitare. p̃s. 25. Odiui eccleſiam malignantium.

[Hie. ſ. Malac.]
Dilectio & odium Dei, vel ex preſcientia naſcitur futurorum, vel ex operibus: alioquin nouimus, quòd omnia Deus diligat, nec quicquam eorum oderit, quę creauit: ſed propriè eos ſuę vindicet charitati, qui vitiorum hoſtes ſunt & rebelles. Et ẽ contrario illos odit, qui à Deo deſtructa, cupiunt rurſum extruere: Odiſſe autem Deus ἀνθρωποπάθως dicitur: vt flere, aut dolere, aut iraſci, vt quando audimus odium eius in malos, ea quæ Deum intelligimus odiſſe fugiamus. Dicitur Deus odio habere rapinam in holocauſtum: quia gaudet multo copioſius reddere, quicquid illi oblatum eſt. Iſa. 61. c.

[Hie. ſ. Amos. 5.]
Odit autem Deus Eſau, hoc eſt, deteſtatur vitia. Mala. 1. a. Et odit ſolemnitates male celebratas. Iſa. 1. d. Amos. 5. f.

[Mori pro Chriſto. — Aug. ſ. Ioan. trac. 51.]
Odit animam ſuam in hoc mundo, qui vitam exponit pro Chriſto: & hic in vitam ęternam cuſtodit eam. Ioan. 12. c.

[Baſi. ſ. ps. 44. Hila ſ. ps. 118 Hie. ſ. Amos. 5 Aug. ſ. ps. 138.]
Odiſſe malum debemus, hoc eſt, diabolum, & iniquos propter Deum: & odit malum, qui non ſolum voluptate non vincitur, ſed deteſtatur etiam opera voluptatis. Odiſſe autem iniquitatem laudatur. Et hæretici odio habere debent priora dogmata tanquam iniqua. p̃s. 44. 118. Amos. 5. d. Et odiſſe debemus odio habentes Deum perfecto odio, hoc eſt, vt oderimus in eis iniquitatem, non naturam. p̃s. 138.

[Dæmones — Hila. ſ. ps. 66.]
Odientes Deum ſunt dæmones. Exo. 20. a. p̃s. 66. 138. Iob. 8. d.

[Odium iudæorum in Chriſtũ & Chriſtianos. Odium infidelium aduerſus fideles, & dæmonũ in eccleſiã — Hie. ſ. Iſa. 66 Hila. ſ. ps. 68 Aug. q. in iudi. 44 Arno. ſ. ps. 140 Glo ordi. ſ. Iſa. 60. & ſ. Eze. 16 Rup. ſ. Amos. 1. & 5.]
Odium Eſau in Iacob deſignat odium Iudæorum in Chriſtum, & Chriſtianos. geneſ. 27. g. Idem deſignat odium fratrum Ioſeph in ipſum Ioſeph. gen. 37. a. Et odium quo Galaaditę oderant Iephte. Iudi. 11. a. Iſa. 66. b. Dicuntur autem odiſſe Chriſtum gratis, quia ſine cauſa. p̃s. 54. 68. Iniquè dicuntur odiſſe retribuentes mala pro bonis. p̃s. 37. Odioſum fieri Chananæis, eſt bonos contẽni à malis. gen. 34. d. Et odium Aegyptiorum in filios Iſrael eſt odium mundanorum in ſanctos, vel gentilium in Chriſtianos. Exo. 1. c. p̃s. 140. Odiſſe etiam dicuntur Sion, hoc eſt, eccleſiam, qui oderunt Deum. p̃s. 128. Et eccleſia dicitur odio habita. Iſa. 60. c. Filiæ Paleſtinarum odio habentes Hieruſalem, ſunt contrariæ poteſtates inimicæ eccleſiæ. Ezech. 16. c. Iudæi præterea ſunt, qui oderunt corripientẽ in porta. i. Chriſtum. Amos. 5. b.

[Beda. ſ. pro. 1.]
Oderunt ſcientiam imprudentes, hoc eſt, Iudæi doctrinam Chriſti. pro. 1. c.

[Anima ſeuera. Virtus — Ambr. epiſ. 14. & de Cain. 4.]
Odioſa vxor eſt anima ſeuera & grauis: quæ odioſa eſt leuibus: vel etiam virtus odioſa vitioſis. deut. 21. c.

## *Odollam.*

[Baptiſm⁹ Ioannis — Aug. 22. cõ. fauſ. 85. Beda. ſ. gen. 38]
ODollam, hoc eſt, teſtimonium, ſiue ornamentum illis, ſiue teſtimonium, aut ornamentum ſuæ miſeriæ, vel tranſitus aut præda ſuæ miſeriæ: ciuitas in tribu Iuda, & etiam ſpelunca. 1. reg. 22. a. 1. par. 11. d. Mic. 1. d. Vel Odollam aut Odollamites interpretatur teſtimoniũ in aqua, & deſignat baptiſmum Ioannis, qui teſtimonium perhibuit Chr̃o. gen. 38.

[Hie. ſ. Mich. 1.]
Odollam etiam interpretatur teſtimonium hauſtus, ſiue hauritionis eorum. Et hæreticus veniet vſq; Odollam, hoc eſt, vſq; ad teſtimonium exhauſionis ſuæ: quod exhauriet atq; bibet iuxta operum ſuorum menſuram. Mich. 1. d.

## *Odor, Odorari, Odoriferus, Fragrare.*

[Ori. ſ. cant. ho. 2.]
ODor eſt velut vapor quidam, ſeu qualitas exhalans à rebus odoriferis: eſtq; olfactus obiectum: Olfactus autem eſt ipſa potentia odoris perceptiua. Odorari autem eſt olfacere, ſeu odorem ſuſcipere. Odorifera vero ſeu odora ſunt, quæ odorem de ſe emittunt: quæ & fragrare dicuntur. Fertur autem quædam eſſe pigmenta, quorum ſi odorem ceperint nonnulla animalia, continuo intereunt: alia vero eodem odore recreantur, vitamq; recipiunt.

[Excellentia Chriſti & donorum eius. Doctrina Chriſti. Manifeſtatio diuinitatis — Ori. ſ. can ho. 1. 2. Amb. de virgi. 3. Ber. ſ. cant. ſer. 22]
Odor vnguentorum ſponſi eſt excellentia humanitatis Chr̃i, & donorum eius: quo impleta eſt domus eccleſiæ. cantic. 1. a. Eſt etiam fama iuſtitiæ & miſericordiæ Dei. Et odor nardi eſt doctrina Chr̃i: & manifeſtatio diuinitatis eius: & fama de eius ſapientia, iuſtitia, ſanctificatione, & redemptione. canti. 1. d.

[Virtus reſurrectionis Chriſti — Hie. ad Damaſ. q. 3. Gre. ſ. Eze. ho. 6.]
Odor agri pleni ſignificare poteſt virtutem reſurrectionis Chr̃i: & diuerſitatem virtutum in eccleſia ex gentibus. gen. 27. d.

[Fragrantia bonorũ operum. Mentis deuotio. — Beda. ſ. gen. 27 Ori. ſ. Exo. ho. 3. & ſ. cãt. ho. 4. & ſ. Mat. cap. 16. & ho. 35]
Odor ſuauis & gratus Deo ſignificat fragrantiam bonorum operum Deo acceptorum: quæ tunc illi grata ſunt, cum illi gratus eſt animus offerentis: vnde & odor ſuauis

 dici

Chry.ſ. gen. ho.23. Amb.ſ.Luc.7.& de virg.1. Gre.ſ.canti.2. Ber.ſ.can ſer.42.60 Geor.vene.canti.2. ton.3.cap.15.

Doctrina angelorũ. Exemplamartyrum. Manifeſtatio figurarum.

dici poteſt ipſa mentis deuotio. geneſ.8.d.27.d. Exod.25.a.29.c.30.a. Leuitic.1.d.2.c.3.b. Iſa.3.d.Ephe.5.a.Et odor vnguenti implet domum,cum ſanctæ vitæ opera, & fides & charitas abundant in eccleſia.Ioan.12.a.Et dedit odorem ſuum nardus, cum placuit Deo humilitas ſponſæ.canti.1.d.2.c.Et dicitur ſicut odor thuris:quia opera vim habent orationis coram Deo.canti.4.c.Et odor vinearum eſt ſuauitas bonorum operum:& doctrina & inſtitutio angelorum:& religionis ſanctitas:& exempla,quæ alijs & ſibi opinionem bonam aſpergunt.canti.2.c.Et odor malorum punicorum eſt odor martyrum:& manifeſtatio figurarum & prophetiarum.canti.7.c.Ad hæc refertur odor thimiamatis.Exodi.30.d.35. c. Hic odor fætet coram Pharaone,quia bona opera non ſunt diabolo grata.Exo.5.d.Ad hæc opera pertinent odoramenta,quæ oſtendit rex Ezechias Chaldęis.Iſa.39.b.Odor etiam ſuauiſsimus oblationis arietis eſt martyrium Deo acceptum.Exo.29.c.

Glo.ordi.ſ.Exo.29

Hie.ſ.Hoſe.14 Iſy.ſ.Leui.2. Gre.35.mora.22.& ſ.cant.7. Ber.ſ.cant.ſer.42. — Bona opinio

Odor etiam eſt bona opinio ex operibus bonis emanans.gene.27.d.Et odor Iſrael dicitur eſſe vt libani.Hoſe.14.c.Quando fideles in eccleſia dicere poſſunt:Chriſti bonus odor ſumus Deo.2.corinthio.2.d.Hoc odore viuunt boni:pereunt vero mali. canticor.1.d.7.d. Hic erat odor primitiuę eccleſiæ,prius quidem quum ſedente rege ad dexteram patris, erant perſeuerantes vnanimiter in oratione:Deinde per aduentum ſpiritusſancti dilatatus eſt odor per prædicationem.pro.27.b.

Amb.ſ.2.cor.2. — Scientia de Deo. Doctrina bona ſeu mala

Odor etiam domino eſt cognitio ſiue ſcientia,quæ de Deo habetur.Leuit.2. a.2. cor.2.d. Et dicitur odor notitiæ Dei:quia cum Deus non videatur,per ea,quæ inuiſibiliter operatur, in apoſtolis eſſe intelligitur:atq; ita veritas doctrinę de Deo manifeſtatur. Generaliter autem bonus odor eſt bona doctrina,malus odor mala.

Gre.ſ.Eze.ho.6.

Odor vuę eſt in prędicatoribus:odor oliuę in operibus miſericordię.Odor roſę in martyrio. Odor *lilij* in virginitate: Odor violę in humilitate: odor ſpicæ maturæ in operum perfectione.

Dion.cœleſ.hier.15. — Vis iudicatiua angelorum

Olfactus in angelis,capacem eorum perceptionem,qua ſummam illam, ſuauiſsimamq; fragrantiam pro viribus admittentes,cætera quæ huiuſmodi non ſunt,ſcitè dijudicant,ac penitus fugiunt.

Gre.11.mor.3. — Auditus doctrinæ. Afflatus ſpũſſancti.

Odor aquæ.Iob.14.b.eſt auditus doctrinæ bonæ ſeu malæ.Vel eſt afflatus ſpiritusſancti in electorum cordibus.

Ambr.de Iſaac.3.& 2.de Iacob 2. Ber.ad mili.tẽpli 7 Rup.5.de glo.tri.8 — Myſteria legis. Fides

Fragrantia veſtimentorum Iacob myſteria legis deſignat. Vel ẽ diuerſo literam legis, qua delectantur Iudæi.gen.27.d.Fragrantia vero vbera Chriſti doctrinã ſignificant per orbẽ diſperſam.canti.1.a.Fragrantia etiam veſtimentorum eſt fides.

Incendium

Odor aliquando dicitur incendium.Iudi.16.b.cum odorem ignis acceperit. Sapien.11.c. Dani.3.g.

Hie.ſ.Iob.39 Gre.31.mor.26.30. — Perſpicatia prædicatoris

Odoratur equus bellum,quum prædicator longe ante ſe prȩparat,ad contentiones,& perſecutiones infidelium.Et cum vir fortis ex cauſis præcedentibus, quę vitiorum pugnę ſubſequantur,agnoſcit.Iob.39.c.

Ori.ſ.Eze.ho.7. Hie.ſ.Eze.6 — Abuſus bonorum. Fætor peccatorũ

In odorem ſuauitatis offeruntur idolis,quæ ſunt Dei, quum ijs quę naturaliter bona ſunt, abutimur ad malum:& præcipuè ſacra ſcriptura ad errores.Eze.16.b.Redolentia quoq; thura quæ offerebantur idolis,deſignant fætorem peccatorum.Eze.6.d.

Hie.ſ.Iſa.3.

Olfactoria dici poſſunt ea omnia,quibus bonus odor ſumus Deo.Iſa.3.d.

## *Offendere, Offendiculum.*

OFfendere eſt in aliquid incurrere,ſiue incidere,& tam de animo dicitur, quàm de corpore:Et quoniam qui incidunt in aliquid,lædere ſæpe ſolent id,in quod incidunt, & interdum lędi:Ideo offendere pro lædere vſurpatur.Eſt etiam iniuriam facere,& irritare. Offendiculum autem eſt impedimentum,ſeu obſtaculum,in quod ſi quis incurrat, lęditur, aut cadit: quod ſcandalum Grȩce dicitur.

Ori.ſ.Rom.9 Hie.ſ.Iſa.8. Aug.ſ.ps.25.90 Glo.int.ſ.iudith.11 — Nõ credere ĩ Chrm. Transgredi legem. Iritare Deum

Offendere in lapidem eſt non credere in Chriſtum.Iſa.8.c.28.d.Zach.2.c.Luc.20.c. Rom. 9.g.Offendit etiam ad lapidem pedem ſuum,qui legis reus tenetur. ps.90.

Offendere Deum eſt iram eius iritare. nu.27.c.Quia offendiſtis me in deſerto Sin. Ita Iudith.11.b.Zach.12.c.

Beda.ſ.gen.26 — Odioſæ hæreſes

Offendentes vxores Eſau animum Iſaac & Rebeccę,hoc eſt,lędentes,vel moleſtę, deſignant hæreſes odioſas Chriſto & eccleſię.gen.26.g.

Ori.ſ.iere.ho.9. Hie.ſ.iere.13. Ber.ſe.13.ſ.qui habi. — Impingere in dęmones

Offendunt ad montes caliginoſos,qui impingunt in dęmones:quod dictum eſt de ijs, qui ducebantur in Babylonem.Iere.13.c.Ad hunc lapidem offendunt pedem peccantes. ps.90.Et dæmones dicuntur offendiculum amaritudinis.Eze.28.g.

Hie.ſ.Eze.3. — Infirmitas

Offendiculum quod ponit Deus iuſto peccanti,dici poteſt infirmitas, propter quam non poteſt facile ad bonum opus redire.Eze.3.e.

Hie.ſ.iere.4.7. — Idololatria. Hæreſes

Offendicula auferenda à facie Dei idololatriam ſignificant. Hæc offendicula poſuerunt



runt Iudæi in domo Dei,collocantes ibi idolum.Sunt etiam hæreſes offendicula,quæ ponunt in domo Dei,qui eas ſeminant in eccleſia.Iere.4.a.7.g.Eze.11.d.

Impedimentã intelligentiæ — Glo.inte.ſ.Iſa.57

Offendicula auferenda de via,ſunt impedimenta intelligendi ſacram ſcripturam.Iſa.57.c.

Scandalizare. — Gre.3.paſt.adm.36.

Offendiculum coram cæco ponere,eſt diſcretam quidem rem agere,ſed tamen ei qui diſcretionis lumen non habet,ſcandali occaſionem præbere.Leui.19.c.

Hie.ſ.Eze.20

Offenſiones oculorum dicuntur ſpectacula,& cętera,quæ animæ contaminant puritatem. Eze.20.a.

## *Offerre, Oblatio.*

OFferre eſt exhibere ſiue prȩſentare:& etiam ſpõnte dare:vnde dicuntur oblationes, quæ Deo offeruntur.

Paſsio Chriſti. Oblatio eccleſiæ — Ori.ſ.gen. ho. 8. Iſy.ſ.Leui.6. Glo.ordi.ſ.Iob.42.

Oblatio Iſaac in holocauſtum,manifeſta fuit figura paſsionis Chriſti.Sed oblatus eſt aries pro Iſaac:quia caro Chriſti,non diuinitas paſſa eſt.geneſ.22.a.Ephe.5.a. Et ipſe Chr̃s eſt ſacerdos offerens hoſtiam pro peccato.Leui.6.d.Et offerens Iob holocauſtum pro filijs, & etiam pro amicis ſuis,deſignat Chriſtum,qui ſeipſum obtulit pro nobis:vel eccleſiam, in qua acceptum eſt Deo ſacrificium pro hæreticis ad fidem reuertentibus.Iob.1.c.42.b.

Offerre Chriſtum & paſsionem eius. Profeſsio innocentiæ Chriſti. Memorial paſsionis Chriſti — Ori.ſ.Leuit.ho.1.2. Tho.1.2.q.102.ar.3. Iſy.ſ.Leui.1. Glo.ordi.ſ.Leui.14 Hie.ſ.Eze.43 Iſy.ſ.Leui.16. Gre.ſ.1.reg.2.

Offerre vitulum pro peccato per ſingulos dies eſt offerre Chriſtum:& offerre ſanguinẽ vituli eſt offerre paſsionem eius.In vitulo enim habente cornua,virtus Chriſti deſignatur. Exo. 29.a.Leui.1.b.4.a.9.a.Et oblatio agni eſt profeſsio innocentiæ Chriſti:oblatio arietis principatus Chriſti:Oblatio vero hirci eſt proteſtatio ſimilitudinis carnis peccati. Turturem vero aut columbam offerimus,quum vtranq; naturam,nempe diuinam & humanam,vel corpus & animam in Chriſto confitemur.Idem dicendum de duobus paſſeribus offerendis à leproſo. Leui.14.a.Et offerre ſacrificium de craticula,vel de ſartagine eſt habere memoriam paſsionis & crucis Chriſti.Leui.1.b.Offerre etiam vitulum in holocauſtum, eſt nihil carnale deinceps ſentire de Chriſto.Eze.43.c.Offerebat autem ſacerdos vitulum & arietem antequam ingrederetur in ſancta ſanctorum:quia per Chriſtum veniendum eſt ad cognitionem diuinorum myſteriorum.Leui.16.a.Offerre autem tortam panis eſt prædicare Chriſtum paſſum.1.reg.2.g.

Euchariſtia — Iſy.ſ.Leui.21.

Offerunt ſacerdotes panes,apertè deſignantes oblationem corporis Chriſti in ſacramento altaris.Leui.21.a.

Fides incarnationis Chriſti. Opera cum fide. Cõiunctio cũ Deo. — Aug.1.ſer.d.in mõ. Gre.ſ.1.reg.6.

Offerre holocauſta ſuper altare de terra,eſt fundare virtutum opera in fide incarnationis Chriſti.Exo.20.d.Offert etiam munus ad altare,qui rectę fidei ſuperponit bona opera, quæ offerat Deo.Mat.5.c.Offerunt autem holocauſta perfecti,cum per contemplationis aſcenſum ſe omnipotenti Deo ineffabili affectione coniungunt.1.reg.6.c.

Aduentus ſpũſſan.

Offerre decimas & primitias in pentecoſte,deſignabat aduentum ſpiritusſancti. Exo.22.d. 34.f.35.c.Leui.2.d.

Prædicare Chriſtũ. — Ori.ſ.Leui.ho.2. Glo.ordi.ſ.gen.41. Glo.inte.ſ.Leui.8.

Offerentes Ioſeph eductum de carcere Pharaoni.gen.41.b.ſunt prædicantes Chriſtum gentibus poſt reſurrectionem.Offerens autem Moſes Aaron & filios eius.Leuit.8. a. eſt offerens Chriſtum & imitatores eius.

Proponere myſteria — Glo.ord.ſ.Exo.29. &.ſ.Eze.44

Offerre in caniſtro poſita,eſt proponere myſteria in ſacra ſcriptura contenta. Exod.29.a. Offerunt autem panes Dei incircunciſis, qui myſteria & ſacramenta communicant indignis. Eze.44.b.

Cõuerſio infideliũ — Aug.ſer.206.

Offerunt filij vaſa matri implenda oleo.4.reg.4.a.quando fideles conuertunt infideles ad fidem:Offerens etiam Ietro holocauſta conuerſionem gentilium deſignauit.Exo.18.b.

Orõnum oblatio. — Gre.ſ.1.reg.15. Glo.inte.ſ.Exo.30. Arn.& Aug.ſ.pſ.65.

Offerre adipem ſeu incenſum de adipe eſt in ſecretæ conuerſationis ſtudio deuotæ orationis affectum habere.Exo.29.b.35.d.1.reg.15.c.Offerre etiam thimiama eſt offerre orationes. Exo.30. a.Offert etiam holocauſta medullata,qui offert orationem cordis & oris cum charitate.ps.65.Orationes autem acceptæ Deo erunt laudes eius in patria.

Prædicatio apoſtolorum — Rup.1.ſ.nu.18.

Oblationes duodecim principum Iſrael oblationes apoſtolorum deſignarunt:quas obtulerunt prędicando.num.7.a.

Fides ſyncera. Doctrina Chr̃i pura — Ori.ſ.Leui. ho.2. Iſy.ſ.Leui.2.6.

Offert oblationem ſacrificij de ſimila,qui ſynceram habet fidem:& qui diuinorum cognitionem aſcribit Deo.Et qui ſimplices offert Deo.Offert autem ſimilam conſperſam oleo, qui per diuinam miſericordiam offert;& qui charitatem habet.Offerunt autem coram altari, qui ea docent,quæ Chriſtus reuelauit,ſuperflua prætermittentes.Leui.2.a.6.b.10.c.

Fides trinitatis — Glo.inter.ſ.Leui.5

Offerre decimam partem ephi ſimilę.Leui.5.b.eſt perfectè credere in ſanctam trinitatem: quia ephi tres modios continet:& denarius perfectus eſt.

Patientia — Lyra.ſ.Leui.2.

Oblatio de craticula eſt,quum quis patientiam habet in multiplici dęmonum & malorum impugnatione,habens memoriam paſsionis Chriſti.Leui.2.b.

Imitatio apoſtolica — Iſy.ſ.Leui.2.

Offerre ſal in omni oblatione.Leui.2.d.eſt vt quodcunq; docueris,quodcunq; correxeris, in quacunq; virtute conuerſatus fueris,ad apoſtolicam ęmulationem, atq; imitationẽ opereris.

Gratiarum actio — Ori.ſ.Leui.ho.5. Hie.ſ.Iere.17

Offerre pacifica deſignat grarũ actionẽ.Eſt etiam efficere opa,per quę à videntibus laudet Deus.Leui.3.a.7.b.Offert autẽ ea ſanus:& etiam leproſus,poſtq̃ eſt à Deo curatus. Lu.5.c.Et

oblatio quę inſertur Deo,eſt laus & gratiarum actio.Iere.17.d.

Glo.inte.ſ.Leui.3. Ori.ſ.Leui.ho.2. — Perfectio operis Martyrum

Offerre caudam totam,eſt conſummare opus bonum.Leui.3.c.7.a.

Offert hircum pro peccato,aut etiam capram immaculatam,qui offert corpus ſuum, & vincit dæmonium per martyrium.Leui.4.c.10.c.

Glo.ordi.ſ.Leui.6. Ori.ſ.Leui.ho.2. Arno.ſ.pſ.65. Gre.ſ.1.reg.2. — Doctria theologica. Prædicare fidem

Oblatio Aaron & filiorum eius.Leui.6.c.eſt doctrina theologica ad perfectos pertinens: Oblatio autem de ſartagine,eſt doctrina laborantium verbo.Leui.2.b. Offerre autem boues eſt prædicare.pſ.65.Et offerre numum argenteum eſt prædicare fidem.1.reg.2.g.

Glo.ordi.ſ.Exo.30. — Obſeruare decalogum

Offerre domino mediam partem ſicli,hoc eſt,decem obolos,eſt obſeruātiam decalogi offerre.Exo.30.b.

Ori.ſ.Exo.ho.13 Gre.30.mor.10 — Inſtitutio eccleſiæ.

Offerens populus vota ad conſtitutionem tabernaculi,eſt adiuuans ad perfectionem eccleſiæ.Exo.36.a.Debet autem vnuſquiſq; aliquid offerre in opus tabernaculi, hoc eſt, eccleſiæ, quod ibi permaneat,& non pereat per ignem.Offerunt autem viri & mulieres: quia in explendo cultu ſanctæ eccleſię & fortium facta ſublimia, & infirmorum opera extrema numerantur.

Ori.ſ.Leui.ho.2.13. — Exercere opā miſæ.

Offert hædos pingues,qui dat eleemoſynam.Offerebant etiam filij Iſrael oleum ad lucernas,quando exercebant opera miſericordiæ:& tandiu lex durauit, quandiu opera miſericordię in eis viguerunt.Leui.23.b.

Gre.ſ.1.reg.10 — Obedientia.

Offert Deo oblationem,qui obedientiam illi offert,quam hominibus exhibet.Et nō offert ſine Samuele,qui ſolum illa opera in ſe probat,q̄ approbantur à maiore.1.reg.10.b.

Ori.ſ.Mat.ho.7. Gre.ſ.Eze.ho.3. — Inſtruere ſimplices.

Oblati pueri Ieſu deſignant eos,qui adhuc ſunt carnales,& conuertuntur ad Chriſtū. Offerunt autem eos ſimpliciores doctores ipſos inſtruentes.Matth.19.b.Offerre etiam ſeruū dijs, eſt imbuere ſimplicem exemplis ſanctorum.Exo.21.a.

Hila.ſ.Mat.cano.7. Aug.ſ.pſ.75. — Aſcribere bōa Deo.

Offerre munus curationis,eſt aſcribere Deo ſalutis pręmium.Matth.8.a. Et offerunt munera Deo,qui cognitam veritatem acceptam illi ferunt,nec inde ſuperbiunt.pſ.75.

Hila.&Hie.ſ.pſ.67. Amb.de viduis. — Offerre ſe ipſos Chriſto

Offerunt reges munera,quum regnantes in ſemetipſis, ſeipſos offerunt hoſtiam viuam.pſ. 67.Offerunt etiam munera Ioſeph;qui offerunt munera Chriſto.gene.43.d. Offerunt autē illi aurum,qui offerunt animam ſuam.Exo.38.d.Et offerunt aurum,thus,& myrrham, qui confitentur eius potentiam,diuinitatem & reſurrectionem.Mat.2.b.

Gre.ſ.1.reg.2. Ori.ſ.Leui.ho.1.2. Arno.ſ.pſ.65 — Pœnitentiā agere.

Offerre numum argenteum eſt agere veram pœnitentiam peccati.1.reg.2.g.Et offerre agnū anniculum eſt irrationales motus per pœnitentiam domare.Idem eſt offerre ouem pro peccato.Leui.1.b.4.g.14.b.Et offerre vitulum eſt domare ſuperbiam carnis:& caſtigare gulam, & leuitatem.Offerre etiam ſanguinem vituli,eſt propriam vitam aut caſtitatē mētis offerre Deo: & etiam baptizari.Et offerre hircum de capris,eſt laſciuiam ſuperare.Exo.29.b.Leui.1.b.9.a. 10.d.16.a.pſ.65.

Ori.ſ.Mat.ho.33. Glo.inte.ſ.Exo.25. — Bona opera

Offerentes talenta patri familias,ſunt offerentes bona opera Deo.Mat.25.b. Offerre etiam libamina eſt offerre bonorum operum vota.Exo.25.c.37.c.

Hie.ſ.Iſa.60. Glo.ordi.ſ.Exo.36. Iſy.ſ.Leui.21. — Promotio miniſtrorum eccleſiæ

Offeruntur arietes Nabaioth in altari Dei,cum ex gentibus eliguntur in eccleſia ſacerdotes.Iſa.60.b.Offerentes autem ſe ſponte ad opus tabernaculi.Exo.36.a. Sunt tradentes ſe miniſterio eccleſiæ.Offerunt autem ſacerdotes cæcum, qui promouent ignorantem. Offerunt claudum,qui infidelem.Offerunt ſurdum,qui inobedientem.Mala.1.b.

Aug.q.in Iudi. 49. — Offerens Chr̄s eccleſiam

Offerens Iephte filiam in holocauſtum domino poſt victoriam,& poſt duos menſes, quibus illa fleuit,deſignat Chriſtum,qui poſt ſex ętates offeret eccleſiam pœnitentium Deo pr̄i. Iudi.11.g.

Gre.1.mor.35. — Oratio

Offerens Iob holocauſta per ſingulos filios,deſignat nos pro vnaquaq; virtute domino precum hoſtiam debere immolare:ne ſapientia eleuet,ne intellectus,dum ſubtiliter currit, aberret.Iob.1.a.

Gre.22.mor.22. — Impleta præcepta

Offerre librum Deo quaſi principi.Iob.31.b.eſt venienti domino ad iudicium, verba præceptorum illius in actione poſita offerre.

Glo.ordi.ſ.gene.4. — Intentio bona

Offerre rectè eſt bonam intentionem habere.gen.4.b.iuxta ſeptuaginta. Rectē autem offerebant Iudæi ante aduentum Chriſti,ſed non diuiſerunt tempora, vt aduenientem Chriſtū ſuſciperent.

Iſy.ſ.Leui.1. — Opera ſimplicium

Offertur holocauſtū de ouibus,aut capris ex latere aquilonari altaris & tabernaculi.Leuit. 1.c.Quia cum altare ſit Chriſtus:Ouium autem ſacrificium ſit ſimplicitas ſtudentium,& nondum abſolutè iuſtitiam operantium,non indirectum intelligibilis altaris offerunt.In directum eſt enim,quia mandata perficit:ex latere autem,quia à malis abſtinet.

Iſy.ſ.Leui.1.22. Iſy.ſ.Leui.1.22 — Puritas iuſtitiæ

Offerre maſculum eſt non effœminari in operandis mandatis Dei.Leui.1.a.22.c.

Offerre immaculatum ſiue purum,eſt non miſcere iuſtitiæ iniquitatem: nec ſimulatione virtutem commaculare:& non facere eleemoſynam de rapina.Leui.1.a.22.c.

Glo.inte.ſ.Exo.28. — Pœnitentiā agere

Offerre pro peccato aut delicto, ſeu pro iniquitatibus, eſt agere fructus pœnitentiæ dignos. Et offert hircum de capris: qui grauiter pœnitet. Offert etiam ſacerdos turturem, hoc eſt, prædicator pœnitentem. Diuerſę autem oblationes diuerſos gradus pœnitentium ſignificant.



ficant.Exodi. 28.f.30.b. Leuitic.4.f.5.b.10.d.14.b. Offerentes etiam Agag pinguiſſimum Samueli, ſunt confitentes ſe deditos fuiſſe ſenſui carnis: vnde ad pœnitentiam conuertuntur.1.regum.15.g.Oblationes autem,quę fiunt Deo,debent eſſe vltroneæ. Exo.25.a.35.b.Leui. 7.b.Hilarem enim datorem diligit Deus.

Gre.ſ.1.reg.15. Glo.int.ſ.Exo.25.

Remiſsio iniuriæ. — Ori.ſ.Leui.ho.3.

Oblatio arietis ſuauiſsima pro delicto, & oblatio agni anniculi eſt remiſsio iniuriæ. Exod. 29.c.Leui.1.c.5.b.6.a.

Vita perfecta. Vita mediocris. — Iſych.ſ.Leui.22.

Offerre holocauſtum eſt habere vitam perfectam,qualis erat apoſtolorum: offerre vero pacifica eſt habere vitam mediocrem.Leui.22.c.

Conuerſio pctōris. Abuti pœnitentia. — Ori.ſ.Leui.ho. Glo.ordi.ſ.Leui.5.

Offert turturem vel columbam,qui cōuerti facit peccatorem.Et offert par turturum,qui habet mentem verbo Dei coniunctam.Leui.1.d.12.14.c.Offert autem primum turturem pro peccato,qui recedit à malo. Et ſecundum in holocauſtum, qui facit bonum. Dicitur autem non poſſe offerre duos turtures,qui abutitur pœnitentia redeundo ad peccatum.Leui.5.b.c.

Vti parcè eloquētia — Iſych.ſ.Leui 2.

Oblatio debet eſſe abſq; fermento & melle.Leui.2.c.7.b.Offeruntur autem ex his primitiæ & non ſacrificium:quia eloquentia & doctrina gentilium parcè vtēdum eſt: vt fides ſit non in in ſapientia hominum,ſed in virtute Dei.

Offerre perfectiores Deo. — Iſych.ſ.Leui.22.

Offertur voluntariè animal cum aliquo defectu,ſed non per votum: vt deſignetur peccatores ſuſcipiendos quidem in eccleſia,ſed non ad miniſterium altaris.Leui.22.c.

Tradere prædicatorē doctrinæ veteri. — Ori.ſ.1.reg.ho.1. Greg.ſ.1.reg.1. Gre.ſ.1.reg.1.2.

Obtulerunt domino Samuelem ablactatum,quia illi ſunt apti vt offerantur domino, quorū eſt ſolidus cibus.Offerunt aūt puerū Eli ſacerdoti,qui manifeſtant profectū prelato.1.reg.2.d.

Offerentes Anna & Elcana puerum Eli ſacerdoti, ſunt doctor foris, & Chriſtus intus, tradentes prædicatorem futurum doctrinæ veteri: vt ſciat proferre noua & vetera.1.reg.1.d. Offerri autem in templo eſt in ſcripturis cognoſci myſteria Chriſti.1.reg.2.c.

Veniens ad iudiciū — Ori.ſ.Mat.ho.7.

Oblatus regi debitor decem milium talentorum, deſignat venientem ad iudicium coram Deo.Matth.18.c.

Hila.ſ.Mat.cāo.17.

Offerens pater filium lunaticum diſcipulis deſignare poteſt legem veterem tradentem populum ſcribis & phariſæis.Matth.17.c.

Pœnitentia mediocris. — Iſych.ſ.Leui.5.

Non valens offerre pecus,hoc eſt,ouem aut capram,offert duos turtures aut duos pullos columbarum:vt deſignetur: vt qui non poteſt vacare in continua afflictione & ærumna, vt panē ſuum cum cinere comedat,& potum ſuum cum fletu temperet, aliaq; his ſimilia pœnitēs agat: verbi gratia infirmitate aut alia quacūq; neceſsitate ꝓhibetur: hic alio modo agere poteſt pœnitentiam:veluti offerens ſemetipſum ad contemplandum Deum, & ad perſcrutationem legis eius,totamq; mentem ſuam conſecrans cœleſti conuerſationi, à terrenis rebus pleniſsime cohibens ſe:per hoc enim ei & peccatorum remiſsio,& iuſtificatio procuratur. Vnde eorum quæ offeruntur,vnum quidem pro peccato.i.ad emundationem peccati: alterum vero in holocauſtum,quaſi crucifigentem ſemetipſum,conuerſationem vel vitam, & pleniſsimè Deo tradentē immolatur.Offeret autem ſacerdoti,Chriſto vtiq;.Leui.5.b.

Indignè ſumere euchariſtiam & tractare ſacram doctrinā. Iudæi præferētes barabbam Chriſto. — Hie.ſ.Mala.1. Rup.ſ.Mala 1.2.

Offerunt ſuper altare Dei panem pollutum,hoc eſt,corpus Chriſti,qui indigne accedunt ad altare,& ſordidi mundum ſanguinem bibunt. Et qui ſacram doctrinam diuidunt populis,vel propter humanam gloriam,vel lucra ſeculi:& diuitibus blandiuntur,& peccatores honorant. Mala.1.b.Iudæi poſt paſsionem Chriſti offerunt panem pollutum. Et obtulerunt debile, quia pretulerunt Barabbam Chriſto.Mala.2.a.

Non obtuliſſe dicit̄ Iſrael ſacrificiū Deo:quia non erant ei accepta eorū ſacrificia.Iſa.43.b.

Philo.de ſacrifici.Abel & Cain.

Offerens Cain poſt multos dies ſacrificium, deſignat negligentiam conuertentium ſe ad Deum.Gene.4.a.

Inferentes hæreſes. — Hier.ſ. Hoſe.8.&.ſ. Iſa.57. Iſych.ſ. Leui.10.17.

Offerre ignem alienum eſt hæreſim in eccleſiam inſerre:aut prauam concupiſcentiam.Leu. 10.b.16.a.Et offerunt hæretici hoſtias, & immolant carnes, quæ Deus non ſuſcipit deſerentes Chriſti hoſtiam,& ſuas ſibi fingentes. Hoſe.8.d. Et offerunt holocauſta idolo, qui defendunt hæreſes.Exo.32.a.Iſa.57.b.

Glo.int.ſ.Leui.7.

Oblatio irrita ſi duret in diem tertium. Leuiti.7.b. deſignat eum reprobandum,qui ſperat operari poſt hanc vitam.

Gre.ſ.1.reg.15.

Offerens Saul in holocauſtum initia prędarū de Amalec deſignat prędicatorē, qui putat ſe placere Deo,quia in alijs blandimēta libidinis extinxit,q̄ in ſe viuere permittit.1.reg.15.c.

## *Officium.*

Officium dicitur quod quiſq; efficere debet, obſeruata locorum, temporum & perſonarum ratione:& id in quod quiſq; debet incumbere,quod & munus dici ſolet.Interdum autem accipitur pro beneficio,& etiam pro obſequio vel honore.

Prædicatio Chriſti.

Officium ſacerdotis ad populum,prædicationem Chriſti deſignat.1.regum.2.c.

Officiū miniſterij Aaron:& officia Leuitarū,miniſteria eccleſię deſignāt.Exo.28.f.nu.2.b.

## Og.

Ori.ſ.can.ho.3. Hil.ſ. Aug.ſ.ps.134

Carnalia.

OG.i.ſubcinericius panis,vel torta,aut ſubſannatio,vel Syriacè detentus,vel interclusio,aut maceria.Rex Baſan victus à filijs Iſrael.Deſignat carnalia,quę excludunt à Deo,& impediunt acceſſum ad ipſum:& eſt rex Baſan,hoc eſt,turpitudinis.nu.21.g.deut.3.a.ps.134.

## *Olea, Oliua, Oleaſter, Oleum.*

Amb.1.exae. &.3. exae.8.

OLea quę & oliua dicitur,eſt arbor,ex cuius fructu,qui etiam olea & oliua dicitur,elicitur oleum,quod eſt liquor pinguis prębens nutrimentum lucernæ, & valens ad vngendum & leniendos dolores,& ad multorum ciborum cōdimentum. Eſt autem oleum lucidiſsimum:& ſiquis in aquas merſus oleum ore emiſerit,clariora facit ea, quæ profundi tegebantur occultis. Et culices non tangent te, ſi abſinthij herbā cum oleo coquas & ea te perūxeris. Ceruus æger ramuſculos oleæ mandit,& ſanus fit. Locuſtas quoq; folia oleæ arroſa liberant ab ęgritudine. Oleaſter autem eſt olea ſylueſtris:& oliuetum eſt locus oleis conſitus.

Hie.ſ.Agge.2. — Deus pater.

Oliua dans refectionem & illuminationem cordis ei, qui cęperit ædificare templum Dei,ad perſonam patris referri poteſt. Agge.2.d.Iudi.9.a.

Ori ſ.cant.ho.4. Tertul adue.marc. Hie.ſ.Zach 4. Aug ſ.apo.ho.8. Cyril 4.ſ.Ioan.28. Rup.ſ.Zach.4. — Moſes & Elias. Lex & prophetia. Lex & euāgelium. Eccleſia. Duo populi. Duplex collatio ſpiritusſancti.

Oliuę duę ad dexteram & ſiniſtram cādelabri, iuxta Origenem ſunt filius & ſpiritusſanctus. Verum Hieronymus reputat id blaſphemū:quia videntur poni minores patre:ideo potius ſunt Moſes & Elias, qui cum Chriſto apparuerunt in transfiguratione. Vel ſunt lex & prophetia. Aut lex & euangelium. Vel eccleſia propter duo teſtamenta. Vel duo populi,quorū miſertus eſt Chriſtus.Zach.4.a.d.Apo.11.a.vel deſignatur duplex collatio ſpūſſancti: vna in remiſsionē peccatorum data in die reſurrectionis:alia in diuiſiones gratiarum in pentecoſte.

Ori.ſ.Matt.ho.32. Amb.de Noe.9. — Splendor ſapientiæ. Diſciplina. Diuina ſapientia.

Olea præterea ſplendorem ſapientiæ deſignare poteſt, propter oleum, quod ex ea elicitur: & etiam diſciplinam.Exod.27.d.Iſa.41.e.Zach.14.a.Matth.25.a.Peculiariter autem ſignificat diuinam ſapientiam.Iudi.9.b.Eccl'ici.24.b.50.b.

Baſi.de abdicat.rer. Tertu.de baptiſmo. Ori ſ.Leui.ho.13 Ambr.de virgi.1.& ſ.Luc.3 Aug.ſ.Ioan.trac.6 Gre.ho.20. — Miſericordia. Pax. Charitas. Miſericordes.

Olea etiam ſignificat aliquando miſericordiam:vt ramus oliuæ allatus à columba miſericordiæ Dei ſymbolum erat:& etiam pacis. Geneſ.8.b.Zachar.14.a.Eſt quoq; typus charitatis.Vt enim oleum à nullo humore premitur,ſed diruptis omnibus exilit & ſupereminet: ſic & charitas non poteſt in ima premi:ſed neceſſe eſt,vt ad ſuperna emineat.Poteſt etiam ipſos miſericordes ſignificare.Iſa.4.e.

Iſy.ſ.Leu.24. — Iuſtitia.

Olea ſemper virens deſignare poteſt iuſtitiam:ex qua debet eſſe oleum,qua ardent lucernæ ante Deum:quia eleemoſyna debet fieri ex acquiſitis per iuſtitiam,non ex rapina.Leui.24.a.

Ori.ſ.Mat.ho.14. Hie ſ.ps.51.&.ſ. Iſa. 17.24. — Fructificantes in eccleſia. Apoſtoli. Electi.

Oliua etiam ſignificat fructificantes in eccleſia. Matt.21.a.ps.51.127.Oliuę autem paucæ in ſummitate rami,erant apoſtoli ex Iudęis aſſumpti:& duę oliuę,erant Paulus & Barnabas:Tres Petrus,Iacobus,& Ioannes:quatuor & quinq; reliqui apoſtoli,legem & euangelium pręedicantes.Vel erunt pauci electi in fine mundi.Iſa.17.b.24.c.

Hier ſ. Iere.11. &.ſ. Hoſe.14. Grego.ſ Eze.ho 21 Ori.ſ.Rom.11. Hila.ſ.ps.51. Hie.ſ.ps.51. Hie.ſ.Hebræ.3. — Synagoga. Eccleſia. Prædicator.

Oliua vber & pulchra erat prius ſynagoga,poſtea vero, illa in ariditatem verſa,pulchritudo oliuæ tranſijt ad eccleſiā. Iere 11.c.Et quaſi oliua dicitur gloria libani quū eccleſiæ, ſeu fideliū opera multiplicantur.Hoſe.14.c.Oliua etiam vber & pulchra eſt prædicator abundans verbis doctrinæ.Olea accipitur à Paulo pro populo Iſrael manente in fide Abrahæ, qui eſt velut trūcus & rami ſunt filij,qui tamen propter incredulitatem, à trunco exciſi ſunt.Roma.11.c.Pſalm. 51.Habac.3.d.

Gre.12.mor.27. — Incipiens bene operari.

Oliua proijciens florē ſuum eſt,qui incipit benè operari: ſed poſtea redit ad vitia. Iob.15.d.

Ori.ſ.Mat.ho.27 & ſ.Roma.11. Cle.Alex.6.ſtroma — Gentilis populus. Philoſophus.

Oleaſter,hoc eſt,agreſtis olea, & infrugifera dicitur à Paulo gentilis populus: qui inſitus eſt in olea,hoc eſt,in fide Abrahæ.Rom.11.c.Oleaſter etiam dicitur philoſophus: qui cum multa habeat,non cōcocta: propterea ꝙ & libēter inquirat,& facilè aſſequatur,& pinguedinē appetat veritatis,ſi per fidem diuam acceperit virtutē,in bonam inſertus conditionē, tanq̃; oleaſter inſitus in ſermone verè pulchrum & miſericordem:& quod traditur nutrimentum concoquit, & fit bona & ſatiua oliua.Ponit ibi Clemēs quatuor modos inſitionis.

Geor.venet.cant 1. ton.7 cap.26.& can. 2.tou.3.cap.10. Cle. Alex.2. pæda.8 Hie.ſ.Eze.27. — Diuinitas. Deus pater.

Oleum eſt diuina quædam virtus, imo ipſa diuinitas effigiata per oleū,quo vtimur.De hoc dicitur.cant.1.a.Oleum effūſum nomen tuum,hoc eſt,diuinitas & virtus ipſius diuinitatis indicata per oleum,qua virtute pręcipuè referti eſſe debent reges, ꝓphetæ & ſacerdotes.Et quia Ieſus fuit rex regum,ſummus propheta,& pontifex maximus,ideo refertus eſſe debuit diuinitate ſuper omnes:De quo.ps.44.vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. Bene quippe dicitur oleum lætitiæ,quia nullum eſt verum gaudium, niſi vbi Deus reſidet:cui ſeruiens ſemper lætus eſſe debet.Oleum etiam quo perfunduntur panes, ipſam deſignat diuinitatem,qua perfundi debent animæ noſtræ.Leui.2.a. Oleum item dicitur ipſe dominus, à quo ad nos peruenit miſericordia.Oleum quod comedit Hieruſalem cum ſimila & melle,quod laſſorum membra ſuſtentat & reficit: & quo in tabernaculo Dei iuge lucernæ lumen accenditur: Deo patri conuenire poteſt.Exo.16.c.27.d.

Ori.ſ.Leui.ho.5.10 Cyril 5 ſ.Ioan.14. Chry.ſ.Ioan.ho.12 — Miſericordia Dei.

Oleum in ſimila eſt miſericordia Dei:vel etiam lætitia & miſericordia in pœnitentia.Et ponitur oleum in ſacrificio pacificorum,& non in ſacrificio pro peccato:quia peccator non debet habere lætitiā.Oleum cæteris liquoribus ſupernatat: Ita miſericordia oñibus ſupereminet

Dei ope



Dei operibus,& plus cæteris in homines eluceſcit. Miſerationes enim eius ſuper omnia opera eius. Item oleum dolores vulnerum mitigat, & ſanat tumores ac vlcera: Dei vero miſericordia plagas animæ noſtræ curat,omnemq; depellit languorem peccati.vnde.ps.102. Qui ſanat infirmitates tuas.Rurſus qui paleſtram ſubire debebāt,aut luctam,oleo delibuti prodibant in medium:quo eorum corpora ad id genus certaminis eſſent accommodatiora:Sic in acie cōtra aërias poteſtates creaturis ſuam Deus miſericordiam elargirur: ea nos preuenit, ſuggeritq; vires,quibus in tam difficili pręlio ope ſua muniti,tandem victores euadamus.

Sanguis Chriſti. Charitas Chriſti. — Gre.ſ.cant.1. Bet.ſ.can.ſer.15. Rup.ſ.cant.1.

Oleum ſanctæ vnctionis Dei dici poteſt Chriſti ſanguis.Leu.8.a.Et oleum effuſum dici poteſt charitas Chriſti in chriſtianis.cant.1.a.Oleum lucet,paſcit & vngit,atq; ita fouet ignē, nutrit carnem,lenit dolorem:lux, cibus, medicina, Hęc ſunt in nomine Chriſti,vt dicitur Chriſtus & Ieſus, & effunditur in gentes:prius latebat in ſinu pr̄is:ſed per incarnationē effuſum eſt.

Bona opinio. — Ori.ſ.can.ho.1. Aug.ſ.ps.140.

Oleum etiam effuſum dici poteſt bona opinio:& gloria,quę tunc eſt in vaſis,quando eſt in propria conſcientia.Matt.25.a.

Promiſſio veniæ. Promiſſio gratiæ. Promiſſio gloriæ. Conſolatio diuina. Lætitia ſpiritualis. — Ricar.de.ſ.victo.de ſtatu interior. hoīs 48.49.50.51.52 Hie.ſ.Dani.10 &.ſ. ps.44.&.ſ.Ezec.16. &.ſ.Eccl'tē.9. Gre.19.mor.12.13. Amb.de Elia.10. Aug.12.cōt. fauſ.34 uer.dñi ſer.22.

Oleum fouens doloremex inflictione vulneris eſt promiſsio veniæ: quale fuit oleum Samaritani,quod infudit vulneribus illius,qui incidit in latrones,& vnguentū peccatricis. De hoc. ps.31.Beati quorum remiſſa ſunt peccata.Et dicitur oleum miſericordiæ, oleum fouens dolorē ex languore infirmitatis: *contra vitiorum morbos* eſt oleum promiſsionis gratiæ pręſtantis auxilium ad operandum & proficiendum. Oleum fouens dolorem ex defatigatione tribulationis & laboris,eſt oleum promiſsionis gloriæ,quale illud Pauli: Non ſunt condignæ tribulationes huius ſeculi ad futuram gloriam,quę reuelabitur in nobis. Oleum gaudij eſt conſolatio diuina.Iſa.61.a.Dani.10.a.Oleum etiam eſt benedictio ſanctificationis diuinę:quo oleo perunctus eſt Chriſtus:in quo fuit oleum letitiæ, quum ſit in ipſo naturalis diuinitas, quæ in alijs eſt per gratiam.ps.44.Iob.29.a.Oleum autem quo vnguntur alij,eſt ad mitigandum dolorem:& hoc vncta eſt Hieruſalem.Eze.16.b. Et oleum quo caput eſt vngendum, eſt lætitia ſpiritualis. Matt.6.b.Et facies, quę in oleo exhilaratur,eſt imago Dei.ps.103.Ioel.1.c.2.e.Eccl'tę.9.c.Et oleum ī lecytho eſt hilaritas charitatis:quę cum impenditur,non deficit.Hilarem enim datorē diligit Deus.3.reg.17.b.Et oleum in vaſis eſt lætitia in corde propter Deum.Mat.25.a.

Fructus charitatis. Deuotio mentiſ. Charitas. Gratia. Dona ſpiritusſancti. Spiritusſanctus — Ori.ſ.Rō.5. &.ſ.Le. ho.12.&.ſ.cant.ho.2 Amb.ſ.ps.118.ſer.14. & de ſpūſſancto.8. Hie.ad principiā. Cyril 3.ſ.Ioan.1. Gre.ſ.1.reg.10.16.& 19.mo.13.&.ſ.ez.h.3 Fulgē. ad trpſimū.3 Augu.ſ.ps.44. & de ver dñi ſer.23. Iſych.ſ.Leui.8.14. Geor.vene.cantic.2 ton.3.cap.6.

Deſignat etiam oleum luminis fructus charitatis,& opera miſericordiæ,quę lucent per bona exempla:& etiam deuotionem mentis.Exo.25.a.27.d.d.35.a.Oleum etiam vt eſt pingue & lene,pinguedinem charitatis,& gratiam,& dona ſpiritusſancti ſignificare poteſt.Et dicitur oleum lætitiæ:quia per hæc lætificatur anima: & hoc oleo vnctus eſt Chriſtus ſecundum humanitatem.ps.22.44.gene.28.d.Exo.29.a.30.c.37.d.40.b. Leui.2.a.8.a.10.b.14.b.21.c.Ezec.16. b.Hoc oleum,quo vnctus eſt ſacerdos magnus Chriſtus,eſt cœleſtè, nec inuenitur in terris.Oleum etiam effuſum eſt ipſa charitas.canti.1.a.Et oleum ſanctū ſunt dona ſpiritusſancti in Chriſto.Et oleum in lenticula ſignificat paruam gratiam.Oleum autem in cornu abundantiam gratiæ.1.reg.10.a.16.a.4.reg..4.a.Et quia oleo ignis accenditur, oleum doctoris eſt amor cordis. Ipſe quoq; ſpiritusſanctus interdum dicitur oleum lætitiæ:quia lætificat per ſua dona. Iob.29. a.Iſa.5.a.10.f.Oleum etiam prudentium virginum,eſt charitas ſupereminens. *Mat* 25.a.1. Cor. 13.a.Et oleum in lecytho eſt gratia in ſacramentis.3.regū.17.b. Oleum eſt, quum datur ſpiritus ſanctus in remiſsionem peccatorum.Apo.16.b.

Miſericordia. Opera miſericordię. — Ori.ſ. Le ho.4.8.13 &.ſ.Mat.ho.35. Aug.83.q.59 Hie.ſ.Iſa.10 Gre.ſ.1.reg.16. &.ſ. Eze.ho.12. Iſych.ſ.Leui 2.6.24 Gre.ſ.1.reg.10. Ori.ſ.Luc.ho.34.

Oleum paſsim miſericordiam & opera miſericordiæ ſignificat:& oleum in manu ſiniſtra ſacerdotis, deſignat executionem operum miſericordiæ. Hoc oleo lucent virtutes.gen.27.c.35. b.Exo.29.a.30.c.35.a. Leuit.2.b.6.c.7.a.14.c.23.b.24.a.Iſai.1.b.10.f.Et oleum lætitiæ poſſunt dici bona opera.ps.44.1.reg.16.a.Olei duplex eſt officium: ipſo enim conſpergitur ſimila, vbi miſericordia deſignatur:& vngitur caput,vbi lux ſcientię.Laxat etiam oleum tenacitatem,qualis eſt polypi,quod etiam pertinet ad miſericordiam. Oleum alijs liquoribus ſuperfertur, ignē fouet,vulnera curat.Primum ad miſericordiam ſpectat.Secundum ad pręedicationem: Tertiū ad peccatorum emundationē.Porro qui vngitur in regē,hoc eſt,in prælatum,hęc tria debet habere.1.reg.10.a.Luc.10.f.Et oleum bonarum virginum deſignat opera cum fide.Mat.25.a.

Chryſma. — Chry.ſ.ps.22. Arno.ſ.ps.4.103.

Oleum quod multiplicatur in eccleſia,dici poteſt ſanctum chriſma,quo vnguntur chriſtiani:quod oleum impinguat caput.ps.44.22.103.Apo.6.c.

Sacra ſcriptura. Lux ſcientiæ. Eloquentia. Pręcepta aptiora. — Aug.ſ.apo.ho 6 Ori.ſ.Eze.ho.7. &.ſ. Rom.5. Amb.de viduis. Philo ꝙ deteri poti ori inſidietur. Ber.in ſententijs. Hila.ſ.ps.140. Amb.exh.Cr. ad vir. Gre.16.mor.12. Chry.adue. Iud.h.5 Gre.3.paſto.adm.25

Oleum vt eſt lucidum & deſeruit ad illuminandum,ſacram ſcripturam ſignificare poteſt,& lucem ſcientiæ:& eloquentiam.Exo.25.a.27.d.35.a. Leui.7.a.9.a.ps.22.88. Et oleum de ſaxo eſt doctrina vehemens,quę habetur de Deo.deut.32.b. Et oleum ſanctæ vnctionis dicitur ſacra ſcriptura.Exo.40.b.Eze.16.b.Et oleum effuſum eſt doctrina Chriſti.cant.1. a.vt lumen ex oleo luminis habet cauſam,ita & lumen ſpiritualis gloriæ doctrina atq; operatio præſtant. Et oleum quod non debet deficere de capite,eſt ſapientia, quæ debet eſſe in mente. Eccl'tę.9.b. Petra quoq; fundit riuos olei,quibus mens interius impinguatur.Iob.29.a. Oleum etiam in vaſe eſt gratia euangelicæ prædicationis intra literam legis.4.reg.4.a.Oleum quoq; ſunt præcepta apertiora vitæ noſtræ blandientia.Hoſe.2.b.

Fomenta curandorū peccatorum. — Orig.ſ.Leui.ho.4.13 &.ſ.Mat.ho.35.

Vt autem oleum blandum & ſuaue elicitur de amaritudine oleæ, & offertur in tabernaculo,ſig-

Hila.ſ.Mat.cão.5.27 Hie.de manſioni.

lo,ſignificare poteſt fomenta curandis peccatis adhibita: quæ aliquando fiunt cum reprehenſionis amaritudine.gen.27.d.35.b.Exo.29.a.Iſa.1.b.Mat.25.a.Luc. 10.f.16.b.

Aug.epiſt.120. &.ſ. ps.49. Hie.ſ.Mat.25. — Intentio recta.

Oleum bonarum virginum, rectam intentionem, qua ſoli Deo placere cupiunt,ſignificare poteſt.Matth.25.a.vel oleum habent ſecum,quum dicunt: Gloria noſtra hęc eſt,teſtimonium conſcientiæ noſtræ:vt oleum ſit nitor glorię:quę tunc eſt in vaſis,cum eſt in corde.

Hie.ſ.Eze.45. — Intellectus. Lumen veritatis.

Oleum in lecytho ſignificare poteſt aliquando intellectum rationalem : per quem creatura intelligit creatorem.3.reg.17.b.Oleum autem in menſura hin per ſingula ephi ſimilę in ſacrificium deſignat lumen veritatis in mente,& exhilarationem offerentis.Eze.45.g.46.a.

Hie.ſ.Eze.45. — Communicatio bonorum.

Olei primitiæ ſunt,quum quis ſicut oliua fructifera communicat alijs bona ſua,ſiue ſpiritualia,ſiue temporalia.Eze.45.d.

Hie.ſ.Iſa.5 Ori.ſ.Ioſu.ho.17. — Vbertas. Temporalia bona.

Oleum quum ſit pingue,quandoq; pinguedinem & vbertatem ſignificat.Iſa.5.a.Et etiam diuitias & temporalia bona oleum apponere lucernæ,eſt tēporalia doctoribus miniſtrare.deut. 8.b.11.b.4.reg.18.g.

Hie.ſ.Hoſe.12 — Peruertere dona di.

Oleum Dei ponit in menſa idolorum,qui dona Dei vertit in cultum idolorum & errorum. Ezechiel.23.f. Hoſe.2. b. Et oleum fert in Aegyptum, qui ſacram doctrinam & myſteria vult miſcere profanæ ſapientiæ, quæ vana ſapientia eſt oleum peccatoris.Hoc oleum ferunt hæretici in Aegyptum.Hoſe.12.a.

Purgās de' errores.

Quaſi oleum adducit Deus flumina Aegypti,quū purgat errores à ſana doctrina.Eze.32.c.

Arn.ſ.ps.140. Hier ſ. Eze.16.27.& ſ.Agg.1. &.ſ.ps.140 Au.epi.120.& 3.cōt. liteas petilia 33. — Adulatio.

Oleum peccatoris dicitur adulatio, qua fouentur peccatorum vitia: & omnia dulcia & grata,quę pollicentur hæretici: & præcipuè promiſsio cœleſtium,qua vngunt diſcipulos,eoſq; in erroribus detinent.ps.140.Matth.25.a.Eze.27.d.Hoſe.2.b.12.a.Agge.1.c.

Gre.ſ.1.reg.8 Phi.q̄ De' ſit imm. Ori.ſ.Mat.ho.27 Aug ſ.Ioan. trac.33 — Proficientes. Lumen cognitionis. Chriſtus. Eccleſia.

Olіueta aliquando ſignificant proficientes in operibus miſericordiæ. Exod.23.b.1.reg.8.c. aliquando ſignificat lumen cognitionis.deut.6.b. Et mons olіueti aliquando ſignificat Chriſtum:aliquando eccleſiam.Mat.21.a.Mar.12.a.13.a.Luc.19.c.21.g.Ioan.8.a.acto.1.b. In monte Oliueti eſt Chriſtus,vt nos Chriſtos,hoc eſt,vnctos diuina gratia faciat.

Gre.ſ.1.reg.8. Ori.ſ.cant.ho.4 — Opera hypocritarū

Olіueta in malum ſunt falſa opera miſericordiæ: quæ boni ſimilitudinem gerunt.1.reg.8.c. Et olіueta Philiſtijm,deſignant generationem in erroribus hæreticorum.Iudi.15.b.

## *Olla, Lebes, Scytropodes.*

OLla,eſt genus vaſis deſeruiens ad coquendas carnes,& alia.Lebes autem eſt olla ærea,quę Græcè ſcytropodes dicitur.

Gre.ſ.1.reg.2. Glo.int.ſ. Exo.27. — Mentes fidelium.

Lebes in quo carnes coquuntur, *mentes fidelium* ſignificare poteſt.1.reg.2.c. Et lebetes ad ſuſcipiendos cineres, ſunt fideles paſsionem Chriſti & mortem ſanctorum meditantes.Exod. 27.a.38.a.

Iſych.ſ.Leui.11. — Doctores.

Scytropodes dicuntur doctores in quibus cibi ſacræ doctrinæ coquuntur, operationis ſpiritus igne ſuppoſito.Leui.11.f.

Hila. Baſi.& Arno. ſ.ps.59. Hie.ſ.ps.103. Aug.ſ.ps.59. Euch. form. ſpūal.8 — Vitioſi conuerſi. Ruth Moabitis. Virgo Maria.

Olla ſpei dicitur Moab, quum vitioſi apti fiunt ad coquendā carnem Chriſti in corde ſuo, idq; per tribulationes: quia tribulatio patientiam operatur. Et etiam eſt olla ſpei Moab, quia dum coquit eos quos tentat,eſt occaſio vt purgentur & ſalui fiant.Deſignat etiam libidinem ſuccendendam & purgandam.ps.59.107. Olla etiam ſpei dicitur Moab : quia inde erat Ruth Moabitis,vnde Chriſtus natus eſt,qua ratione olla ſpei dicetur eius proſapia.Beatiſsima etiam virgo Maria olla ſpei dici poteſt,quę Chriſtum geſtauit in vtero.

Hie.ſ.Zac.14.Rup.ſ Zach.14. — Carnales.

Lebetes qui fiunt phialæ,ſunt carnales,qui conuerſi fiunt bonus odor Deo.Zach.14.d.

Hie.de manſion. Gre.20.mor.16. Cyri.3.ſ.Ioan.34. — Sapientia ſecularis. Voluptates carnales

Ollæ carnium Aegyptiorum ſapientiam ſecularē,& poëtarum carmina ſignificare poſſunt. Exo.16.a.deſignāt etiam multimodas carnalium voluptatum refectiones. Item carnalia opera tribulationum laboribus quaſi ignibus excoquenda.Mich.3.a.

Ori.ſ.ps.38.ho.2. Hiero.ſ.Iere. &.ſ.Amos.4. Hila.ſ.ps 59 Gre.33.mor.4. Rup.ſ.Iere.5 — Rex Babylonis. Purgatorium Infernus Vindicta Dei. Punitio hæreticorū Mors

Olla ſuccenſa à facie aquilonis.Ier.1.c.ſignificat regem Babylonis,qui venit contra Hieruſalem . Poteſt etiam deſignare pœnam purgatorij vel inferni . Et etiam grauiorem vindictam Dei igne purgantem peccata.Et ollæ feruentes deſignant punitionem hæreticorum.Amos.4.a.Olla etiam ſuccenditur,quum mens humana maligni hoſtis ſuaſionibus inſtigatur.Olla vero feruet, cum iam etiam per conſenſum in deſiderijs prauæ perſuaſionis accenditur. Iob.1.b. Lebes etiam in quo carnes coquuntur,mortem aut infernum,aut purgatorium ſignificare poteſt.Ezechie.11.b.

Gre.ſ.Eze.ho.2 — Perſecutio Iudæorum in Chriſtum.

Olla etiam ſuccenſa deſignare poteſt feruorem perſecutionis Iudæorum, in Chriſtū & eius membra.Iere.1.c.

Hie.ſ.Eze.11.24. — Hieruſalem. Eccleſia. Mundus.

Lebes dicitur Hieruſalem,continens interfectos à ſuis ciuibus. Eze.11.b.vel dicitur eccleſia continens ſcandalizatos. Hieruſalem etiam dicitur olla, quæ cum ſua rubigine conſumitur:& ſignificat mundum in iudicio conſumendum.Eze.24.a.

Glo.ord.ſ.Nahū.2. — Menſ peccatorum

Olla denigrata deſignare poteſt obſcuritatē vultus,ſeu mētis peccatorū.Ioel.2.b.Nahū.2.c.

Rup.5.ſ.reg.27 — Sacra ſcriptura.

Olla viri Dei in qua erat mors,eſt ſacra ſcriptura,cui hæretici miſcent errores.4.reg.4.g.

## *Olus.*

Olus



OLus dicitur herba ſatiua, quę in vſu cibario eſt.

Simpliciores ſenſus. Prophetæ. Dogmata philoſophorum. Carnales intelligentiæ. — Hila.ſ.Mat.cāo.14 Aug.1.q.in euan.11 Ori.ſ.ps.36.ho.2.

Olera ſolent eſſe cibus infirmorum: & ſignificare poſſunt ſimpliciores ſenſus ſcripturæ. Gen.9.a.Roman.14.a. Olera quoq; dici poſſunt prophetæ, qui dati ſunt populo Iſrael tanq̄; ægroto. Olera etiam quibus maius eſt granum ſinapis, dici poſſunt dogmata philoſophorum, quibus longè maior eſt fides. Significare etiam poſſunt carnalem legis intelligentiam, quæ eſt apud Iudæos.Mat.13.d.Mar.4.d.3.reg.21.a.

Coniugia. — Amb.exhor. ad virg.

Olera etiam ſignificare poſſunt coniugia, in quibus frequens eſt zelus,& infimum gradum in eccleſia tenent coniugati:nempe triceſimum.3.reg.21.a.

Vilitas human. proſperitatis. — Glo.ord.ſ.ps 36.

Olera herbarum ponuntur ad comparationem leuitatis, aut vilitatis proſperitatis humanæ, quæ cito deficit.ps.36.

Mali. Voluptates carnis. — Hie.ſ.Iſa.65. Aug.ſ.ps.1.

Olera vt parum ſurgunt à terra & cito areſcunt,ſignificare poſſunt malos: & etiam voluptates carnis:vnde Achab ex vinea Naboth voluit facere hortum olerum.3.reg.21.a.ps.36.

## *Omen.*

OMen eſt futuræ rei prenunciatio ori hominis incidens, diuino tamen furore: ſic acceperūt ſerui Benadab regis Syrię pro Omine verbum regis Iſrael, quo dixit: Si adhuc viuit frater meus eſt.3.reg.20.f.

## *Omnis, Vniuerſus.*

Hie.epiſt. Beatitud.

OMnis dictio vniuerſalitatis,non habet vnde recipiat allegoriam:Sed id obſeruandum admonet Hieronymus in ſacra ſcriptura, omnia non ſemper ad totum eſſe referenda:ſed ad partem maximam:vt ſit diſtributio,quam dialectici appellant accommodam.

Hie.epiſt. Beatitud.

Omnia patris erant filij maioris,hoc eſt,populi Iudęorum:quia lex & prophetæ,& eloquia diuina apud illos erant.Luc.13.g.

Aug.ſ.Ioan.trac.51.

Omnia trahit ad ſe Chriſtus, hoc eſt, omnes prædeſtinatos: vel ex ſingulis generibus aliquos.Ioan.12.e.

Homo. — Gre.6.mor.7.

Vniuerſitatis nomine homo intelligi ſolet,qui communicationem habet cum omni creatura.Mar.16.d.Prędicate euangelium omni creaturæ.Iob.5.b.Aquis vniuerſa irrigat, hoc eſt,ex omni hominum ſtatu aliquos.

## *Omittere, uide Derelinquere, aut Præterire.*

## *Onager.*

ONager eſt aſinus ſylueſtris.

Chriſtus. — Gre.30.mor.29.

Onager dimiſſus liber dici poteſt Chr̄s factus homo,ſolus liber à lege peccati.Iob.39.a.

Solitarius. — Aug ſ.ps.103. Gre.30.mor.13. Euch. form. ſpūal.5

Onager etiam liber deſignat eos,qui remoti à turbis ſecularibus, & ſoluti ab vxoribus conuerſantur: qui vacant potui ſacræ doctrinę. De quibus.ps.103.Expectabunt onagri in ſiti ſua. Qui onager aptè etiam liber dicitur: quia magna eſt ſecularium negotiorum ſeruitus, quibus mens vehementer atteritur:quāuis in eis ſponte deſudet. Cuius ſeruitutis cōditione carere,eſt in mundo iam nil concupiſcere.

Populus Iudaicus. — Hie.ſ.Iob.39. Gre.29.mor.18. Euch form. ſpūal.5

Onager preterea dimiſſus liber, dici poteſt populus Iudaicus relictus à Deo ſine adſtrictione preceptorum legalium.Iob.39.a.Ier.34.a.Ipſe eſt onager ſolitarius,qui vinculis domini noluit alligari.Hoſe.8.c.

Ingenioſus. — Rup.ſ.Hoſe.8. Hie.ſ.Iere.14.

Onager etiam dici poteſt is,qui habet ingenium ad percipiendam doctrinam:licet eam percipere non curet.Ier.14.a.

Gentiles. Seculares. — Hie.ſ.Iſa.32. Gre.7.mor.3.6.

Onagri dicuntur homines feri, & à cultu veri Dei alieni : quales erant gentiles : quos ſicut natura extra diſciplinæ ſtabula ædidit:ita vagi in ſuarum voluptatū campo permanſerunt.Iob. 6.a.11.c.Iſa.32.c.Iere.2.e. Deſignantur etiam ſeculares, qui in cāpo fidei conſtituti nullius officij loris ligantur.

Hæreticus. — Hie.ſ.Hoſe.8. Gre.16.mor.23.

Onager ſolitarius dicitur hæreticus, qui ſe à conſitis eccleſiæ locis ſeparat. Hic enim dum terram cordis ſui diſciplinæ virtute non excolit: ibi habitat,vbi fructus non eſt.Hoſe.8.c.Iob. 24.a.Ieremiæ.2.e.

## *Onam.*

Principes inutiles. Philauti. — Philo. q̄ De' ſit imm. Beda.ſ.gene.38.

ONam.i.mœror eorum,aut fortitudo,ſiue iniquitas eorum filius Iudæ: qui coniunctus Thamar,vt ſuſcitaret ſemen fratris,ſemen fundebat in terram,ne filij naſcerentur:deſignat principes inutiles: & inanem opinionem eorum,qui ſuam in omnibus quærunt vtilitatem:vnde ne prodeſſet alijs,ſemen fundebat in terram.gen.38.a.

## *Onerare, Onus, Onuſtus, Sarcina.*

ONerare eſt onus imponere . Onus autem eſt pondus, & aliquando ſumitur pro moleſtia: quandoq; vero pro munere,prouincia,ſiue partibus & officio.Onuſtus autem eſt,cui impoſitum eſt onus.

Onus

Hila.ſ. Mat. cãno.11. — Iugum Chriſti.

Onus leue eſt iugum Chriſti, & lex ſpiritualis. Mat.11.d.Et onerare iumenta eſt ſimplicibus iugum Chriſti imponere.gen.44.c.45.c.

Incarnatio.

Onus terræ duorum burdonum, incarnationis Chriſti myſterium deſignare poteſt: quod gẽtilis & Hebræus ob ſpem æternæ retributionis portare non renuit.4.reg.5.e.

Grauitas diuinæ punitionis.

Onus contra Babylonem aut alium locum, diuinæ punitionis grauitatem ſignificat.Iſa.13.a.14.g.30.b.Onus domini, ſeptuaginta transferunt, aſſumptio domini. Dicebat autem populus ꝓphetis irridendo. Onus domini. Et dicit dominus, populum ipſum eſſe onus domini.Ieremi.23.f.Nahum.1.a.Zach.12.a.

Geor.vene. canti.1. ton.7.cap.34.

Onus Aegypti, hoc eſt, diaboli eſt ꝙ ſimulacra eius commouebuntur, & tabeſcent, in aduẽtu videlicet illius, qui dixit: Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Onus Babylonis, hoc eſt, carnis, quę mentem confundit eſt, ꝙ omnis manus, & cor, & corpus corruptibile diſſoluetur: & erit homo in melius tranſmutatus, precioſior auro obrizo. Onus Damaſci.i.huius mundi eſt, quòd deſinet eſſe ciuitas, & erit ſicut aceruus lapidum. Nam ſublatis hoſpitibus, deſtruentur omnia ædificia huius mundanæ ciuitatis.

Opera.

Sarcina quam vnuſquiſq; portabit ſunt opera ſiue bona, ſiue mala.Gala.6.b.

Augu.83.q 71. & de verb apoſto.21.22. Ambr.3. exac.12.& ſ.ps.118.ſer.15. — Infirmitates. Aduerſitates. Cupiditates terrenæ. Infirmitas carnis. Moleſtiæ.

Onera proximi portanda ſunt infirmitates corporales & ſpirituales: & etiam aduerſitates. Gala.6.a.ps.8.Hoſe.8.c.Onus etiam dicuntur terrenæ cupiditates: & infirmitas carnis, & moleſtiæ: & onerati ſunt, qui ipſis cupiditatibus, & carnis infirmitate premuntur, quaſi hæreditate alieni peccati.Mat.11.d.Exo.1.b.2.reg.25.g.2.Para.10.a.2.Cor.11.b.1.Theſ.2.a.

Ori.ſ. Mat.ho.24 — Iugum legis.

Onera grauia iugum legis ſignificant. Matt.23.a.Et onerantes fratres Ioſeph rurſum aſinos, deſignant Iudæos ſeruare volentes legem cum euangelio.gen.44.c.

Orig ſ.nu. ho.33.& ſ ps.77.ho.1. Baſil.regul. breuior. 178.&.ſ ps.37 Hie.ſ.Iſ.14.et.ſ.pſ.80 Cyril.4.ſ.Ioan 51. — Peccata.

Onera etiam grauia ſunt peccata.Exod.1.b.ps.37.Iſa.9.a. Gala.6.a.Peccata enim generoſitatem animi grauant. Sic onera Aſſyrij ſunt peccata, quibus nos premit diabolus. Iſaiæ.14.f.58.b.Et onera Aegypti erant in luto & latere: à quibus diuertit dorſum, qui conuertitur.pſalm.80.Hæc ſunt onera non portanda ſabbato.Ieremiæ.17.c. Onerati autem dicuntur, qui peccatis grauantur.

Hie..Iſa.46.58. — Hæreſes. Idola. Obligationes fœneratorum.

Onus dirumpendum ſunt dogmata hæreticorum: & etiam obligationes fœneratorum. Et onera grauia erant Idola, q̃ gentes deprimebant: & nũc ſunt errores hæreticorũ.Iſa.46.a.58.b.

Munus gubernandi.

Onus dictum eſt munus gubernandi & iudicandi populum: propter laborem: quod nunc ꝓ honore habetur.Exo..5.a.18.d.nu.4.b.

Hie.ſ.Hoſe.8. Gre.23.mor.1. — Imperiũ hęreticorũ. Hæretici.

Onus eſt imperium hæreſiarchæ.Hoſe.8.c.Et oneroſi conſolatores ſunt hæretici, & qui in errorem aut peccatum alios blandis verbis pertrahere conantur.

Hie.ſ.Amos.2. — Diuina vindicta.

Onuſtum fœno plauſtrum, grauitatem diuinæ vindictæ ſignificat, propter peccata igne cõburenda.Amos.2.d.

Oneris, lapis, vide lapis.

## Oneroſus, uide Moleſtus.

## Onias.

¶Onias.i.fortitudo domini, aut nauis: fuit pontifex Iudæorum.2.Mach.3.f.4.e.

## Onocentaurus.

Gre.7.mor.15. — Dæmones. Libidinoſi.

ONocentaurus dictus ab aſino & tauro eſt animal monſtroſum, quod à parte ſuperiori hominis ſpeciem habet, à parte vero inferiori aſini. Ponitur.Iſa.34.a.c. pro quibuſdam dæmonum phantaſmatibus: Significat dæmones: & eos, qui ex parte aliquid humanũ ſapiunt: & rurſum voluptatibus & cœno turpitudinis abducuntur in vitia. Qui ſubiecti luxuriæ vitijs inde ceruicem erigunt, vnde humiliari debuerant. Qui carnis ſuæ voluptatibus ſeruientes, expulſa longe verecundia, non ſolum amittere rectitudinem nõ dolent: ſed adhuc etiam de opere confuſionis gaudent.

## Onocrotalus.

Plini.10.nat. hiſt.47 Hie.ſ.Iſa.34. &.ſ.ps 101.

ONocrotalus eſt auis cygno ſimilis, dicta ꝙ collum in aquam mergens ſpiranſq;, veluti ruditum aſini ædat. Alij aiunt eſſe Pellicanum. Hebraice dicitur Ianſuph, quam noctuam aliqui volunt eſſe.

Auarus.

Onocrotalus, longum habet roſtrum & collum: & dicitur ſemper famelicus eſſe: ideo deſignare poteſt auarum, qui ſemper eget: vnde computatur inter immundas aues.Leuitic.11.c.deuterono.14.d.

Hie.ſ.Iſa.34. — Idololatria.

Onocrotalus vt habet ruditum aſininum, idololatriã ſignificare poteſt, & ipſos idololatras: qui in ſuis ſacrilegis ſacrificijs rudebant.Iſa.34.c.Sopho.2.d.

## Onycha.

Ori.ſ.Leui.ho.9. Geor vene. canti.2 ton.3.cap.20. — Scutum fidei. Elementum terræ.

ONycha dicitur oſtreola parua, magnitudine humani vnguis, & redolens: Hebraicè ſcribitur Sacheleth: quod aliqui Ambracam dicunt, deſignare poteſt ſcutum fidei: & etiam elementũ



mentum terræ.Exod.30.d.

Philo. quis rerũ.diuin.hæres.

## Onyx.

Plinius.37. natu.hiſto.5.

ONyx eſt gemma humani vnguis candorem referens, interuenientibus venis quibuſdam ſardæ & iaſpidis colorem imitantibus. Naſcitur hic lapis in flumine Phiſon.gen.2.c.vbi ſeptuaginta tranſtulerunt, lapis praſinus, qui eſt diuerſus ab Onychino.

Cõuerſatio cœleſtis — Geor.venet.canti.1. ton.7.cap.22.&cãt.2.ton.3.cap.6.

Onychinus lapis pręſtigioſus dicitur, intus circa centrum coloris terrei: in circũferentia vero cœleſtis: quæ duo biuium denotant mortalium gradientium, aut habitantiũ ſuper terram: ſunt enim quidam terrena ſapientes: alij vero cœleſtia. Vel lapides onychini ſunt, qui & ſi terrei ſunt in centrali natura, mente tamen & affectu cœlum contemplantur: & in cœlum tendũt: & duo lapides onychini in ſuperhumerali pontificis, deſignant, vt terrenis iam concluſis in cẽtro, ſacerdos vbiq; cœleſtis appareat.

Variæ virtutes. — Glo.ordi.ſ.gen.2.& ſ.Eze.28.

Onyx lapis, qui naſcitur in Phiſon, hoc eſt, in prudentia, ſignificat ſpem, miracula, & martyrium. Vel onyx niger ſignificat humilitatem, candidus puritatem, rubeus paſsionem.gene.2.c.Exod.25.a.35.a.Ezec.28.c.

Fides & vita patriarcharum. Sol & luna. — Glo.ord.ſ.Exo.28. Geor.venet.canti.2 tono.3.cap.5.

Onychini lapides duo in ſuperhumerali pontificis, deſignare poſſunt fidem & vitam patriarcharum: quæ debet pontifex imitari. Exo.28.b.39.b.deſignant etiam duo luminaria magna in cœlo.

Abſtinentia. Charitas. Lux ſcientiæ. — Glo.ord.ſ. Exo.28.

Onyx in quarto ordine rationalis, abſtinentiam ſignificat: & vt habet rubri coloris circulos, albis cingentibus zonis, charitatis ardorem, vel ſcientiæ lucem ſignificat, comitante zona caſtitatis.Exo.28.c.39.c.

Elementum ignis. — Hila.ſ.ps.140.

Poteſt etiam onyx elementum ignis ſignificare, propter ruborem.Exo.28.c.39.c.

Vnꝰ ordo angelorũ

Onyx in ornatu regis Tyri, vnum ordinem angelorum ſignificare poteſt.Eze.28.c.

## Ooliab.

Paulus apoſtolus. Deus pater. — Glo.ordi.ſ.Exo.21

OOliab.i.tabernaculum, vel tentorium patris, aut ſplendor patris: vel protectio mea pater: filius Achiſmach adiutor Beſeleel in conſtructione tabernaculi fœderis. Typus eſt apoſtoli Pauli, qui fuit adiutor Chriſti & apoſtolorum in conſtituenda eccleſia.Exo.21.a.35.d.Poteſt etiam typum gerere perſonæ Dei patris.

## Ooliba.

Eccleſia. — Hie.ſ.Eze.23.

OOliba.i.tabernaculum meum in ea, vel ſplendor meus in ea. Sumitur pro Hieruſalem: & deſignat eccleſiam.Ezechie.23.a.

## Oolla.

Hæretici. — Hie.ſ.Eze.23.

OOlla.i.tabernaculum, ſiue ſplendor eius: ſumitur pro Samaria vel decem tribubus Iſrael, in quibus fuit tabernaculum idolorum. Deſignant autem hæreticos.Eze.23.a.

## Opacus, uide Vmbra.

## Operari, Operarius, Opus, Opera.

OPerari eſt in opere aliquo faciundo laborare: Opus autem eſt, quod operando efficitur. Opera vero eſt ipſa actio & labor ſeu operatio, & ea peculiariter, quæ pro mercede aſſumitur. Operarius autem eſt, qui laborat, & laborem operando fert. Cum autem operari ſit generale nomen ad omnes actiones, interdum eſt concupiſcere. Sapien.8.a. Si autem ſenſus operatur. Item cauſare.Prouerbio.26.d. Os lubricum operatur ruinas. Laborare.gen.2.a. Qui operaretur terram. Peccare. Pſalm.5.d.O diſti omnes qui operantur iniquitatem. Regere.Iob.3.d. Hæc omnia operatur Deus tribus vicibus: Iuſte viuere. Pſalm.14.a. Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam. Committere. Iudi.15.a. Samſon hoc operatus eſt. Opus vero interdum eſt ars.gene.4.d.In cuncta opera æris & ferri. Caſtigatio.Iſa.5.e.Et cito veniat opus eius. Merces.Gene.29.f.Hanc quoq; tibi dabo pro opere. Negotium.gene.39.d.Omnia opera eius dirigebat.

Glo.ord.ſ.Exo.15

Operatur dominus firmiſsimum habitaculum, hoc eſt, cœlum empyreum: vel corpus Chriſti.Exod.15.c.

Incarnatio. Redemptio. — Arno.ſ.ps.18. Ori.ſ. Iud..ho.1. Aug.ſ.Ioan.trac.17

Opera manuum Dei ſunt opera incarnationis & redemptionis: quæ ſunt magna opera domini.ps.18.45.91.106.137.138.Dicitur etiam opus incarnationis opus excelſi. Eccl'ici.43.a.Et dicitur Deus operatus eſſe in nobis ſalutem per Chriſtum. Quæ opera Dei ſunt laudanda.ps.67.73.89.144.Iſa.5.c.Et opus iuſtitiæ eſt pax: quia per Chriſti paſsionem facta eſt pax. Iſa.32.d.Opus autem Dei quod eſt redẽptio, dicitur eſſe corã ipſo.Iſa.40.c.43.b.Haba.5.a.Ioã.5.c.

Apoſtoli. Credentes. Genus humanum. — Hie.ſ.Iſa.29 Gre.12.mor.10. Amb.ſ.Rom.14.

Opera etiam manuum Dei ſunt apoſtoli, & credentes per Chriſtum & ſpiritum ſanctum. Et etiam ipſum genus humanum.ps.18.101. Iob.14.c. Iſa.19.d.29.g.60.d.64.c. Opus autem Dei peculiariter dicitur homo, tam in creatione, q̃; in regeneratione.Rom.14.d.

ſacra ſcriptura. — Aug.de.eſſent.diui. &.ſ.ps.8 Hie.ſ.Iſ.28 &.ſ.ps.8

Opera digitorũ Dei ſanctam ſcripturam deſignãt: quę per prophetas nobis eſt tradita.ps.8. Et ipſe Deus dicitur operator piſcinæ veteris, hoc eſt, autor veteris teſtamenti.Iſa.22.c. Opera etiam

Cyril. ſ. theſau. 4. Baſi. ſ. p̃s. 32.

etiam domini ſunt eius mandata, quę in ſcriptura tradidit. Iere. 48. b. Maledictus qui facit opus Dei fraudulenter. Hæc autem opera Dei dicuntur in fide: quia ducunt nos in ipſius notitiam. p̃s. 32. Opere domini factæ ſunt tabulæ: quia lex eſt opus eius. Exo. 32. d.

Hie. ſ. Iſa. 28. — *Vindicta Dei.*

Opus quoq; Dei dicitur vindicta. Iſa. 5. e. Et dicitur opus alienum ab eo: quia eius opus proprium eſt miſereri. Iſa. 28. f. dicitur etiam opus terribile. Exo. 34. b. Operatur autem dñs repente, hoc eſt, anteq̃; opus eius pręcognoſcatur. Et operatur, & non eſt qui auertat. Iſa. 43. b. 48. a.

*Iudicia Dei.*

Opus domini, quod ignoratur, ſunt eius iudicia, quę dicuntur abyſſus multa. Iob. 36. c.

Gre. 17 mor. 2. Hie. ſ. Iſa. 26.

Operatus eſt Deus omnia opera noſtra in nobis: vel quia impleuit omnia per ꝓphetas promiſſa: vel quia ipſe eſt bonorum operum noſtrorum præcipuus autor. Iſa. 26. b.

Ori. ſ. Mat. ho. 14

Opus dicitur dominus habere aſinā & pullo: quia ad hoc opus habet Deus creaturis, vt in eis oſtendat miſericordiam ſuam. Matth. 21. a.

Opus à quo dicitur Deus ceſſaſſe, eſt creatio nouarũ ſpecierũ creaturarũ. gen. 2. a. Exo3. 1. c.

Au. 2. degẽ cõ. ma. 5 — *Curare corpus.*

Operari terram cõuenit homini poſt peccatum. gen. 3. d. Operatores autem terrę dicuntur, qui corpus curant.

Amb. de Noe. 29. Hier. ad Dardanum & ſ. Eze. 48. — *Inſtruere eccleſiam*

Operatur terram, qui inſtruit eccleſiam. Et operarij ciuitatis ſunt, qui operantur in eccleſia. Eze. 48. c. Et homo qui operatur paradiſum eſt Chriſtus ornans eccleſiam. gen. 2. c.

Hie. ſ. Iſa. 23. Philo. 1. allego. — *Bene operari.*

Operatur etiam terram qui animam & corpus virtutibus exercet: & qui exercet ideam ſenſus: demum qui laborat in corpore, vt poſſit ad quietem vitæ æternæ peruenire. Iſai. 23. b. 30. e. Pro. 12. b. Hic operans eſt, cui dulcis eſt ſomnus. Eccl'tę. 5. c.

Aug. 12. cont. fauſ. 11 — *Iudęi fruſt. ſeruã. le. Occidentes Chr̃m.*

Operantur terram, quæ non det fructum, Iudæi ſeruantes legem, q̃ non eos iuſtificabit. gen. 3. d. 4. b. vel ſunt ijdem occidentes Chr̃m, qui non in illis fructificauit, ſed in gentibus.

Beda. ſ. gen. 2.

Non erat homo, qui operaretur terram: quia nemo operatus eſt in beata virgine Maria: ſed ſolum ſpiritusſanctus. gen. 2. c.

Baſi. ſ. p̃s. 14. Amb. de paradi. 4 Philo. 1. allego. Ori. ſ. Mat. ho. 16. 18 Arno. ſ. p̃s. 103. Aug. ſ. p̃s. 103. Hych. ſ. Leui. 23. — *Exercere virtutum opera.*

Operari in genere eſt exercere virtutes: & opera dicuntur ipſę virtutes, & etiam pœnitẽtia. Exo. 21. b. Leui. 11. Et hoc dicitur opus, quod facere debent filij Iſrael. Exod. 18. c. Et opus primitiuorum. Exo. 23. b. Et opus tabernaculi, quia hæc opera ſunt ad ædificationem eccleſiæ. Exo. 35. c. 36. a. 39. f. Et opus polymitarium, eſt varietas virtutum. Exo. 28. b. 35. d, 36. b. 39. a. Operari autem iuſtitiam, ad opera exteriora refertur. p̃s. 14. Operari quoq; paradiſum, eſt noua opera virtutum producere. gene. 2. c. Et opus hominis eſt obſeruatio pręceptorum. p̃s. 103. Et operari propriam ſalutem. Philip. 2. b. Operari autem ſex diebus eſt tempore huius vitæ virtutum opera exercere: quæ ſunt opera facienda ante ſabbatum, hoc eſt, ante finem huius vitæ. Exo. 16. e. 20. b. 23. b. 31. d. 34. c. 35. a. Leui. 23. a.

Ori. ſ. Mat. ho. 33. Arno. ſ. p̃s 107. Hych. ſ. Leui. 19. — *Doctores prædicantes ſacram ſcripturã*

Operantur fabré doctores recté explicantes ſacram ſcripturam. Et eorum opus dicitur quãdoq; *opus vnguentarij: & opus pigmentarij:* & opus ſculptoris: & opus carpentarium: & opus plumarium: & opus textile: & opus varium. Exo. 26. a. 28. f. 30. c. 35. d. 37. d. Et operarij ſunt prędicatores. Matt. 9. d. 10. b. 20. a. Luc. 10. a. Et operantes qui quinq; talenta, vel duo acceperaut, ſunt prædicantes. Mat. 15. b. Et operationem facientes in aquis multis, ſunt verbo & exẽplo docentes populos. p̃s. 106. Opus etiam mercenarij eſt verbum prędicationis. Luc. 19. c. Ad hęc referri poteſt opus ſex calamorum candelabris æquum. Exo. 37. c.

Ori. ſ. nu. ho. 5

Opera operum dicuntur, quæ ſunt viſibilia: ſed habent myſticam intelligentiam. num. 4. d. Iuxta ſeptuaginta. Ad hæc referri poteſt opus lapidis Saphyrini. Exo. 24. c.

Opus dicitur eſſe in veritate, quando non eſt in vmbra legis. Iſa. 61. c.

Hie. ſ. Iſa. 61. Hie. ſ. Iſa. 65. — *Credentes per apoſtolos.*

Opera manuum populi Dei, dici poſſunt credentes per prædicationem apoſtolorũ, & prædicatorum. Iſaiæ. 65. d.

Operatur cibum, q̃ permanet in vitam æternam, vel opus Dei, qui credit in Chr̃m. Ioan. 6. c.

Aug. ſ. Ioan. trac. 25 Gre. 8. mor. 7. — *Labores huius Vitæ*

Opus mercenarij, cuius finem expectat. Iob. 7. a. ſunt labores, qui in hac vita ſuſtinentur pro pręmio vitæ æternæ: quod cum conſiderant, dicunt. Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram vitam, quæ reuelabitur in nobis.

Gre. 8. mor. 34. — *Bonum initium conuerſationis.*

Operari in primogenito bouis. deut. 15. d. eſt bona conuerſationis primordia in exercitio publicæ actionis oſtendere.

Beda. ſ. pro. 31. — *Opera miſericordiæ*

Operatur mulier fortis conſilio manuum ſuarum, quum eccleſia per miniſtros exercet opera miſericordiæ. Pro. 31. b.

Ricar. de. ſ. victo. de ſomnio. Nbucho. 43 — *Opera naturalis neceſitatis.*

Opera prouinciæ Babyloniæ, ſunt opera naturalis neceſſitatis, quæ nunc erubeſcimus: ſupra quæ conſtituuntur Sidrac, Miſac, & Abdenago. i. circunſpectio, diſcretio, & deliberatio. Danie. 2. g.

*Cõcordia operũ & cogitationũ & noui ac veteris teſtamẽti*

Opus vnum vtriuſq; cherubĩm, deſignat in illa cœleſti patria, non eſſe diſparilitatem operũ & cogitationum. 3. reg. 6. c. Deſignat etiã concordiam veteris & noui teſtamenti in omnibus myſterijs, & hominum ſalute tractanda.

Baſi. ſ. p̃s. 32. Hiero. ſ. p̃s. 16. & ad principiã. — *Opera mentis. Vanitates. Diuerſa negotia. Laudes Dei.*

Opera hoĩm, quę intelligit Deus, ſunt opera mentis: q̃ etiam dicenda ſuut regi, hoceſt, manifeſtanda ſeu cõfitenda Deo. Item vanitates, quas hoĩes amant, & diuerſa negotia. p̃s. 16. 32. 44. Opera quoq; dicenda regi ſeu manifeſtanda, ſunt laudes Deo dicendæ & cantandę. p̃s. 44.

Opus



Tentationes — Beda. ſ. Exo. 6.

Opus duriſſimum filiorum Iſrael in Aegypto, ſunt tentationes in hoc mundo fideles infeſtantes. Exo. 6. a.

Amb. ſ. Rom. 7.

Operantur paſſiones peccatorũ in mẽbris: quia per mẽbra exequimur p̃ctã. Roma. 7. b.

Peccata — Hier. ſ. Iere. 17. & ſ. Iſa. 15. 29. Aug. de ſpũ & lit. 15 Ori. ſ. Mat. ho 8. et ſ. Ro. 13. & ſ. Ioſ. h. 8. Iſy. ſ. Leui. 23. Cyril. de ado. in ſ.

Opus non faciendum in ſabbato, eſt opus ſeruile deſignans peculiariter peccatum, quod eſt maximé ſeruile: quia qui facit peccatũ ſeruus eſt peccati. Exo. 12. c. 31. d. Iere. 17. d. Et opera filiorum Iſrael dura, quæ facit operari Pharao, hoc eſt, diabolus, ſunt peccata, quę etiam dicuntur opera terræ: & opera inutilia. Exo. 1. c. 2. d. 3. b. 5. b. 6. b. p̃s. 105. Iſa. 15. c. 59. b. Et opera Tyri ſunt peccata & opera mortua, & opera carnis. Gala. 5. c. Dicuntur autem opera tenebrarum: quia operantes ea abſcondi ſe putant à Deo, & dicunt: Quis videt nos? Et quia tenebris deputantur exterioribus. Iſa. 29. c. p̃s. 63. Rom. 13. d. Ephe. 2. a. Et operantes iniquitatem dicuntur cogitationes peſſimæ, & cupiditates prauæ, & dæmones. p̃s. 100. Et operantes potentes ſeculi iniquitatem, ſunt Iudęi & hæretici, qui & operarij mali dicuntur. Iſa. 31. a. Iob. 31. b. 36. c. Leui. 23. a. Philip. 3. a.

Opera prælatorum — Gre. ſ. 1. reg 8.

Opus regis in malum ſignificat opera mala p̃lati: in bonum vero obſequium Dei. 1. reg. 8. c.

Cultus idolorum. Hæreſes — Hie. ſ. Iſa. 2. 19. & ſ. Iere. 9 & ſ. Eze. 6. Amb. ſ. 1. cor. 3. Gre. 16. mor. 23

Opera manuum aliquorum ſunt hæreſes ab eis fabpicatæ: & dicuntur operari Deum ſuum. Iſa. 2. c. 44. c. 54. d. Et opera Deorum ſunt cultus idolorum, & hæreſes. Exo. 23. c. Hoſe. 6. d. 7. a Et opus manuum artificis riſu dignum ſunt hæreſes. Iere. 9. a. 10. c. Et opera montium ſunt doctrinæ hæreſiarcharum. Eze. 6. b. Hoſe. 14. c. Et opus quod ardebit, eſt peruerſa doctrina. 1. cor. 3. c. Gala. 6. a. Opus etiam hæreticorum & non Dei, eſt dum non recta dogmata, ſed propria deſideria ſequuntur: quæ & opera onagrorum dicuntur. Iob. 24. a. b. Et opera Aegypti ſunt errores, quibus populus decipitur ab hęreticis. Et non erit opus Aegypto quod faciat, cum decepti ab hæreticis reuertentur ad eccleſiam relictis erroribus. Iſa. 19. c. Operantur autem linum hęretici, cum texunt dialecticas rationes ad capiendos ſimplices. Iſa. 19. b. Et operatur faber lima, cum hęretici vtuntur arte dialectica. Iſa. 44. b. Et operatus eſt mendacium ſtilus mendax ſcribarum & phariſęorum, & hęreticorum: quia docuerunt errores. Iere. 8. d.

Peccatores

Opus manuum figuli dicuntur peccatores, quaſi ficti à diabolo. thre. 4. a.

Opus non fit de ligno vitis: quia non facientes fructum, & à vita pręciſi, ad nihilum valent vltra, niſi ad ignem inferni. Eze. 13. a.

Apoſtoli & prædicatorçs — Hie. ſ. Mat. 9. Ber. ſ. cant. ſer. 58.

Operarij pauci ſunt apoſtoli & p̄dicatores: qui mittuntur ad meſſem, ad conuertendos videlicet populos. Mat. 9. d.

Cogitationes & affectus — Ricar. de. ſ. victo. de ſtatu. inter. hoĩs. 35.

Operarij vineę dici poſſunt cogitationes & affectiones, quę in conſcientiæ emundatione deſudare debent. Mat. 20. a.

## *Operire, Cooperire, Tegere, Contegere, Obtegere, Operimentum, Tegmen.*

Ricar. de. ſ. vict. 4. de arca myſti. 9.

OPerire & tegere eſt velut claudere, & à conſpectu hominum amouere, & abſcõdere. Quãdo autem aliquid tegimus, duobus id modis facere ſolemus. Nam modo in abſconſionem, modo in protectionem. Et ſępe cum aliquod nobis vmbraculum contra ſolem ſuperponimus eius nobis, tam calorem, quam claritatem temperamus.

Protegens Deus — Ori. ſ. nu. ho. 9. Baſi. ſ. p̃s. 28. ho. 1.

Operiens nubes tabernaculum, eſt diuina ꝓtectio muniens eccleſiam: vel gratia Chriſti. Vel etirm caro Chriſti. Et operire oraculum eſt ꝓtegere ſanctos. Exo. 19. c. 24. d. 40. d. Leuiti. 16. a. Num. 16. g. Et operiunt arbuſta cedros Dei, quum Chriſtus protegit eos, qui prius erant infrugiferi. p̃s. 76. Et tegmen alarum Dei deſignat ꝓtectionem, qua Chriſtus ſeruauit nos in cruce. p̃s. 35.

Parcens. — Hie. ſ. Eze. 16. & ſ. p̃s. 31. 84. Aug. ſ. p̃s. 31. 84. Amb. apo. Dauid 13 Gre. 31. mo. 1. & ſ. p̃s 31. Aug. ſ. p̃s. 79. 146.

Operit Deus ignominiam Hieruſalem, quum parcendo tegit peccata: quam ignominiam etiam veſtes gratiæ & virtutum cooperire dicuntur. Eze. 16. a. Hoſe. 2. b. p̃s. 84. Tegitur autem peccatum per charitatem, quę operit multitudinem peccatorum. p̃s. 31. Tecta autem ſunt, quia abolita: nec iam ea punit Deus: quæ etiam abdicamus, cum bonę actionis opus ſuperducimus.

Operit Deus cœlum nubibus, quum ſacram ſcripturam tegit inuolucris figurarum. pſa. 146 Et operit montes vmbra vineę, cum myſteria veteris legis teguntur in verbis prophetarum & apoſtolorum. p̃s. 79.

Conuerſio infideliũ — Hiero. ſ. Iſa. 60. & ſ. Iob. 28. Gre. 27. mor. 8. & ſ. p̃s. 101.

Operit eccleſiam inundatio camœlorum, cum diuites gentium ad fidem conuerſi defendunt eccleſiam. Iſa. 60. a. Et operit Deus cardines maris, quum extremos quoſq; ad fidem vocat. Iob. 36. d. Operiri quoq; dicitur Deus impetu aquarum, quum multi populi veniunt ad fidem. Iob. 28. b. Et opertorium Dei dicuntur ſancti: vt enim homo veſte circundatur, ita Deus ſanctis, quibus nil habet vicinius. p̃s. 101.

Miſericordia Dei. — Glo ord. ſ. Exo. 25.

Operiens propiciatorium arcam. Exo. 25. c. deſignat miſericordiam domini, quæ eſt ſuper omnia opera eius. Idem deſignat operiens ros ſuperficiem terræ. Exo. 16. c.

Ricar. de. ſ. victo. 4. de arca myſti. 9.

Operit etiam ꝓpiciatoriũ arcam, & Cherubim operiũt ipſum ꝓpiciatorium: quia ſicut ex cõtemplatione ſpiritalis creaturæ eiuſq; eminentię obducitur amor & approbatio mundi: ſic

ex contemplatione creatricis eſſentiæ, eiuſq; ſupereminentię temperatur apud vnumquẽq; amor & approbatio ſui.

Hie.ſ.Eze.32. — Tegi peccata.
Tegit Deus ſolem nube, cum ſolem iniquitatis per Chriſtum & apoſtolos obſcurat. Tegit etiam nube, cum ſeruat à tentatione.Eze.32.b.Exo.24.d.

Greg.prolo.ſ.1.reg. &.ſ.Eze.ho.6.17. Aug.ſ.ps.103. Arno.ſ.ps.103. — Dona ſublimia Dei
Tegit Deus aquis ſuperiora, quum dat angelis ſuperiorum intelligentiam: quę hoĩes non aſſequuntur: vel quum charitatem implet eminẽtioribus donis ſpiritusſancti, q̃; ſint ea, quæ ſine charitate inueniri etiam in malis poſſunt. Vel cum in cœlo recipit baptizatos.ps.103.

Arn. & Hil.ſ.ps.146 Hie.ſ.Iſa.29.&.ſ.Habac.3. — Protectio eccleſiæ. Occultatio myſteriorum.
Operit Deus cœlum nubibus, quum protegit eccleſiam apoſtolis & doctoribus: vel quum inſtruxit prophetas doctrina & ſenſibus obſcuris.ps.146.Eze.32.b.Haba.3.a.Quod autem aliquid operit, maius eſt illo quod operitur: dicitur etiam Deus operuiſſe Iudæis pphetas & principes, cum poſuit velamen in corde eorum.Iſa.29.d.

Hych.ſ.Leui.16. — Temperatio curioſitatis.
Operit nebula oraculũ, quum non permittit Deus de paſsionibus carnis dominicę, ea quęrere, quę ſupra virtutem quęrentis ſunt. Leui.16.b.

Ori.ſ.Mat.ho.34. Hie.ſ.Iſa.58. — Docere.
Operiunt Chriſtum, qui docent ſapientiam & virtutes.Mat.25.d.Operit etiam nudum, qui liberat aliquem ab infidelitate, cæteriſq; peccatis.Iſa.58.c.

Opertus dicitur Chriſtus zelo quaſi pallio.Iſa.59.d.

Arno.ſ.ps.68. Aug.ſ.ps.68.
Operuit confuſio faciem Chriſti in paſsione. Et dicitur ipſe operuiſſe in ieiunio animã ſuã: quia non inueniebat aliquos, quorum fide paſceretur.ps.68.

Gre.13.mor.10. Hy.ſ.Leui.17. — Cõfeſsio redẽptiõis. Confeſsio peccati.
Non operit terra ſanguinem Iob.hoc eſt, ſanguinẽ Chriſti, quia vnuſquiſq; peccator redẽptionis ſuę pretium ſumens, confitet̃ ac laudat, & quibus poteſt, proximis patefacit. Sancta quoq; eccleſia redemptionis ſuę myſterium, in cunctis iam partibus prędicauit.Iob.16.d.Non operit etiam terra ſanguinem, quũ non abſconditur peccatum. E diuerſo etiam operire ſanguinẽ terra eſt tegere peccatum per pœnitentiam: vel per veniam & compaſsionem.Leui.17.d.

Gre.ſ.Eze.ho.4.
Tegunt alæ duæ corpora animalium, quia timor & pœnitentia operiunt peccata.Eze.1.c.

Ori.ſ.nu.ho.4. Hie.ſ.Eze.1. Cyril.3.ſ.Ioã.34 Gre.17.mor.13. — Celare myſteria.
Operientes ſacerdotes arcam & cætera, quę portare debent filij Caath, ſunt prædicãtes myſteria, ſed non reuelantes, quę nocere poſſunt.nu. 4.a. Et operiens Moſes faciem, eſt abſcondens myſteria indignis.Exo.34. Et operire ciſternam eſt abſcondere profunda myſteria ſimplicibus.Exo.21.d.Opertum etiam dicitur euangelium mundanis.2. cor.4.a. Operiens autem lepra omnem carnem, receſſum à litera legis indicat.Leui.13.b. Tegunt pennæ animalium corpora, vt deſignent imperfectam huius vitæ cognitionem: vel hiſtoriam ſcripturæ; quæ operit ſpiritualem ſenſum.Ezec.1.c.Operuit autem coturnix caſtra Iſrael. Exo.16.c.quia legalis diſciplina figuris atq; vmbris Iudæorum populum contegit. Latet enim velum in corde ipſorum, & cæcitas ex parte.2. cor.3.d.Operire ciſternam eſt non reuelare rudibus ſubtilia myſteria ſacræ ſcripturæ.Exod.21.d.

Gre.ſ.Ezec.ho.6 — Protegi à culpis imminentibus.
Tegentes Cherubim vtrumq; latus propiciatorij, & oraculum.Exo.25.b.37.b. Sunt quãdo nos, qui omnipotentis *Dei oraculum ſumus*, à culpis imminentibus, ſcripturæ ſacræ ædificatione *protegimur.*

Glo.ord.ſ.Iſa.22. — Templum. Doctrina.
Operimentum Iudæ, quod reuelatur, erat templum, vel eſt doctrina fidei muniens eccleſiam aduerſus hæreticos.Iſa.22.b.

Glo.ord.ſ.Exo.26. Hie.ſ.Hoſe.10. — Induſtria pdicatorũ. Exẽpla & protectio ſanctorum.
Operientia ſaga tectũ tabernaculi, deſignant induſtriam prædicatorũ in docẽdo.Exo.26.b. Operimẽtum autem de pellibus arietum hyacinthinis deſignat exemplũ patientię doctorũ. Exo.26.c.39.f.Operiunt autem montes, hoc eſt, ſancti quos protegunt.Hoſe.10.c.ps.31.

Ori.ſ.Iſa.ho.3.
Operiri ſeptem mulieres veſtimentis ſuis, eſt dona ſpiritusſancti ſecum habere ſuum ornatum.Iſa.4.a.

Glo ord.ſ.gen.9. Amb.de Noe.3. — Veneratio paſsionis Chriſti.
Operuerunt Sem & Iaphet verenda patris, quando fideles venerantur paſsionẽ Chriſti: quã dicuntur non intueri: quia neci eius non conſenſerunt.gene.9.d.Operire etiam verẽda patris, eſt tegere vitia prelatorum, ne infamentur. vel eſt bonis operibus male geſta tegere.

Hie. ad nepotian.& ſ.Aggeum.1. Rup.Agge.1.
Operiri veſtibus Dauid, nec calefieri, eſt ſenem virtutes operatiuas, iam flaccidas, nec calefacere valentes ad operandũ habere.3.reg.1.a.Operiuntur aũt & non calefiũt, qui ſine charitatis ardore operantur.Agge.1.b.vel Iudæi adornati exteriori cultu ſine fide & dilectione Chriſti.

Hiero.ſ.Iſai.11.&.ſ.Haba.2. — Doctrina Dei in eccleſia.
Operientes aquæ maris terram, deſignant multitudinem ſcientiæ Dei & profundorum ſenſuum abundantem in eccleſia.Iſa.11.b.Et operientes aquę mare, ſunt doctrinæ ſacræ amaritudinem terrenam tollentes à cordibus.Haba.2.c.

Gre.30.mor.1.&.6. Regiſtri.epiſt.1. — Cogitatiões illicitæ
Operiri dicitur Deus impetu aquarum in voce ſua, quando tentatione vitiorũ ipſe de Deo noſter intellectus opprimitur. Tot enim ſuper illum aquas admittimus, quot poſt inſpirationẽ eius gratiæ, cogitationes illicitas in corde verſamus.Iob.38.d.Operiebatur quoq; Deus impetu aquarum, quando populi opprimebant Chriſtum. Operiunt flumina eos, quos actiones huius ſeculi *mentis* perturbatione confundunt.Iſa.43.a.Obtexit quoq; Deus caligine filiam Siõ, quũ anima propter cæcitatem cordis & prauæ actionis nequitiam, de virtutum culmine in terrenorum deſideriorum fęditatem eſt prolapſa.thre.2.a.

Hie.& Aug.ſ.ps.77 — Delere peccata. Vinci dæmones.
Operit mare inimicos, quum in baptiſmo delent̃ pctã: & quia cũ fideles baptizant̃, diabolus & eius



exercitus merguntur.ps.77.Operientes etiam aquę currus Aegyptiorum, deſignant opprimentem vindictam Dei, vel in hoc mundo, vel in inferno.Exod.14.g.15.b.Iſa.33.a.Eze.26.d.

Vindicta Dei. — Hier.ſ.Eze.26.&.ſ.Iſa.14.
Operimentum autem damnatorum dicuntur vermes.Iſa.14.c.quia circundantur pœna, quę tãdiu durabit, q̃; diu peccata: ſicut vermes in cadauere durant, q̃; diu eſt materia, qua paſcantur. Dicuntur etiam operiri confuſione.Abdi.d.

Cognitio ſui. — Gre.5.mor.26.
Operuit Elias vultum ſuum poſt auræ tenuis ſibilum.3.reg.19.c. quia in ipſa ſubtiliſsima cõtemplatione veritatis, quanta ignorantia homo contegatur, agnoſcitur. Vultui autem pallium ſuperducere eſt, ne altiora mens quęrere audeat, hanc ex cõſideratione propriæ infirmitatis velare: vt nequaq̃; intelligentium oculos vltra ſe prędipitanter aperiat, ſed ad hoc quod apprehendere non valet, reuerenter claudat.

Latentes virtutes. — Greg.27.mor.28.
Teguntur oſſa, cum virtutes latẽt, nec adhuc patet quantũ poſsimus in tẽtationibꝰ.Iob.33.c.

Mortalitas. — Aug.ſ.ps.43. Grego.4 mor.20.
Operit nos vmbra mortis, quum induti ſumus mortalitate.ps.43. Quos enim conſtat ſola carne mori, nequaq̃; ſe vera morte, ſed vmbra mortis dicunt̃ operiri.

Gre.15.mor.26
Operiunt vermes diuitem & pauperem: quia ſiue diuitis, ſiue pauperis animum curæ carnales premunt.Iob.21.d.

Hie.ſ.Iſa.28.
Non poteſt pallium breue vtrũq; operire.Iſa.28.e. quia in anima nõ poſſunt ſimul Chriſtus & Belial habitare.

Ignorantia. — Hie.ſ.Iere 14.
Operiunt capita ſua, qui propter ignorantiam non poſſunt dicere. Nos autem reuelata facie gloriam domini ſpeculantes.Iere.14.a.

Cognitio ſui.
Operire caput non debet vir in eccleſia in publico.1. cor.11.b.Sed ſi miniſtrat interioribus templi, debet caput operire.Eze.4.e.vt videlicet dicat illud prophetæ.ps.142. Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.

Detectio peccatorũ in iudicio. — Hie.ſ.Iſa.26.29.
Non operit terra vltra interſectos, quum in iudicio manifeſtantur omnia homicidia & ſcandala.Iſa.26.d.Sic non operiuntur operibus ſuis peccatores, qui nudi apparebunt in iudicio.Iſa.59.a.

Pudor vitæ veteris. — Philo.de ſomnijs. Gre.1. mor.14.&.35 mora.17. Hie.ſ.Iere.3.
Operiens ſe Rebecca pallio, deſignat pudorem habendum vitæ veteris.gen.24.g. Idem deſignat operta Thamar.gene.38.c. Operiri quoq; veſtimento eſt verbo Dei vitæ turpitudinem obtegere.Exod.22.d.Et operit peccatorem ignominia ſua, quum pœnitens peccati erubeſcit. Ieremię.3.g. Et operit carnem turpitudinis ſuæ, qui carnalium vitiorum erubeſcentiam habet. Exod.28.g.Operiens ſe Rebecca cognito Iſaac deſignat eccleſiam, quæ quotidie per prophetarum & apoſtolorum dicta, quid de redemptore ſuo credere debeat intelligit: & quanto ſubtilius ſaluatoris ſui myſteria penetrat, tanto altius de ante acta vita confunditur: & quod peruerſẽ egerit erubeſcit.

Pœnitentia. Mortificatio. — Hie.ſ.iſa.50. Ori.ſ.Iudi.ho.5.
Operiri cinere eſt pœnitentiam agere.Iob.16.c.Idem eſt operiri ſaccis.Ion.3.c. Et operimẽtum cœlorũ dr̃ eſſe ſaccus: quia etiã ſancti in hac vita egent laboribus pœnitentiæ. Iſai.50.b. Opertus autem Siſara pallio & pellibus, mortificationem membrorum deſignat.Iudi.4.c.

Doctorum eminentia. — Glo.ordi.ſ.Exo.25.
Operire vectes arcæ auro, eſt doctores eccleſiæ puros & fortes eſſe, ac ſciẽtia fulgentes.Idẽ dicitur de vectibus tabularum.Exo.25.25.b.36,d.37.a.

Perſeuerantia. — Glo.int.ſ.Exo.27.
Operire altare holocauſti ære, eſt orationibus addere perſeuerantiam.Exo.27.a.38.a.

Colaphizatio Chr̃i — Hila.ſ.ps.64. Rup.ſ.Ionam.2.
Contexerunt tenebræ Chriſtum quia tenebræ eum non comprehenderunt. ps.54. Cooperuit etiam pelagus caput Ionæ.i.Chriſti, quando expuerunt in faciem eius, & eum velarunt, & colaphizarunt.Ionæ.2.c.

Operire corpus. — Arno.ſ.ps.103.
Operire terram eſt operire corpus: vt Adam operuit folijs ficus.ps.103.

Phil.2.allego.
Operire egeſta eſt cum moderamine, naturalibus neceſsitatibus operam dare.deut.23.c.

Fallaciæ hæreticorũ — Hie.ſ.Eze.16.20. Ori.ſ.Eze.ho 7. Gre.16.mora.28.
Operientes ranæ terram Aegypti, deſignant hæreticorum & philoſophorum loquacitatem mundum operientem.Exo.8.b.Idem dici poteſt de locuſtis.Exo.10.d.Et operit puluis equorum terram, quum cauillationes hæreticorum, & dæmonum tentationes mẽtem confundunt. Eze.26.b.Operit etiam idola veſtimentis multicoloribus, q virtutibus hæreticã prauitatẽ circũdat: vt earum occaſione ſimpliciores quoſq; decipiat: vt videntes mella virtutũ, vitiorũ venena non caueant.Eze.16.b.Et operit nubes Taphnes, quũ erroris cęcitas ori diaboli cedit.Eze.30.c.Et operit Gog terram quaſi nubes, quum hæreticus, aut diabolus ſimplices errorum tenebris confundit.Eze.38.c.Et operit vultũ ſuum adulter, hoc eſt, hæreticus: quia ad hoc peruerſitate dogmatis, vel operis tendit, vt ab omnipotẽte Deo in iudicio recognoſci non poſsit, vt ipſe putat.Iob.24.c.Haba.2.d. Operit etiam hæreticos labor labiorum ipſorũ, quum fallacibus verbis ſuos nituntur errores palliare.ps.139.Operimentum quoq; nauis Tyri dicitur de purpura Eliſa, deſignans doctrinam fallacem hæreticorum.Eze.27.b.

Operitur cœlum tenebris, cum dæmones peccatis ſuis obſcurantur. Eze.32.b.

Operit formido aliquem, quum quis multum formidat. Eze.7.e.

Confuſio prophetarum falſorum. Hypocriſis. — Hie.ſ.Mat 7. Rup.ſ.Zach.13.
Operiunt pſeudoprophetæ vultum ſuum, cum confunduntur, & ridentur ſuper ſomnijs ſuis.Mich.3.c. Operiuntur etiam mali confuſione, quum propter peccata puniuntur, vel hic, vel in futuro. Michęæ. 7.b. Operientes ſe pallio ſaccino fuerunt principes Iudæorum

p 2 fingentes

magnam neceſsitatem occidendi Chriſtum.Zach.13.b.

Glo.ord.ſ.Leui.3. — Deſiderium. Ira.
Operiens adeps inteſtina vel vitalia,deſignat deſideriũ, aut iram:quorum initium eſt in corde.Exo.29.b.Leui.3.b.4.b.7.c.8.c.

Hila.&Aug.ſ.p̃s.139
Operit Iudæos labor labiorum ipſorum, quum ſimul cum corpore in infernum detruduntur.p̃s.139.vel dicitur de hæreticis,qui mendacijs ſe defendere nituntur.

Hie.ſ.Eze.37. Cyril.4.ſ.Ioan.5. Ruper.ſ.Hoſe.2. — Rapina prælatorum. Defectus veteris ſacerdotij.
Operiuntur lanis ouium paſtores, quum prçlati ex ſubditis commodum ſuum venantur: & optima queq; ſuorum ſubiectorum,ſibi in proprium vſum vendicant.Eze.33.a.Operiebant lana & linum ignominiam meretricis: quia ſacerdotium vetus non tollebat peccata,ſicut delentur ſanguine Chriſti.Hoſe.2.b.

Amb.de interpel.5. Grego.16.mor.20.&.9.mora.21. — Opprimi peccatis.
Operiri iniquitate eſt malis operibus abundare.Pſalm.72.Ita dicitur operire caligo faciem, quando peccatum opprimit mentem. Iob. 23. d. operit etiam impius vultum iudicum terræ, quum diabolus corda perſequentium Chriſtum,ne autorem ſuum cognoſcerent,malitiæ nubilo velare curauit.Iob.9.c.

Gre.12.mor.22. — Cæcatio ex terrenis
Operit craſsitudo faciem impij: quia deſiderata rerum terrenarum abundantia oculos mentis premit:& hoc quod in eis eſſe honorabile debuit,ante Dei oculos fædat: quia curis multiplicibus aggrauat.Iob.15.d.

Gre.9.mor.45.&.17 mora.11. — Inferi.
Operta caligine mortis terra eſt infernus.Iob.10.d. Operimentum autem nullum dicitur eſſe in inferno:quia omnia quę in ipſo ſunt,nuda ſunt oculis Dei.Iob.26.b.

Iſy.ſ.Leui.13.
Contegi pręcipitur os leproſi veſte,ne error aut peccatum prauo ſermone alios inficiat. Leui.13.f.Tegitur etiam,ne dicatur ei:Quare tu enarras iuſtitias meas.p̃s.49.

Hie ſ.Haba.2.
Operit iniquitas Libani hęreticum,quando eius oratio fit illi in peccatum.Haba.2.d.

Hie.ſ.Mala.2. — Sacrificiũ de rapina. Dolor de amiſsione temporalium.
Operiunt altare lachrymis.Mala.2.d.qui aliena diripiunt: & iniuſte diuitias congregantes, audent offerre munera Deo:quæ dicit ſe nequaq̃, poſſe ſuſcipere,lachrymis corũ, qui iam vaſtati ſunt,& fletu ac gemitibus prohibitum. Vel qui propter rei familiaris amiſsionem,& interitum liberorum,& naufragium,& cætera,quę ad damnum pertinent rerum ſecularium,vertũtur in fletus,: & totos ſe tradunt planctui & gemitibus: nec animi robore & ſpe in Deum, & pręmij futurorum,cuncta contemnunt:Ij etiam ſi dirigant ad Deum orationem,non ſuſcipitur ab eo:quia indecoris,& incongruis viro planctibus deturpantur.

Hie.ſ.Mala.2. — Peccare per corpus
Operit veſtimentum iniquitas,hoc eſt,corpus,quo anima peccantis veſtitur,quando per ipſum peccatur.Mala.2.d.

Operimentum luciferi in cœlo fuit omnis lapis precioſus. Eze.28.c. quia ipſe fuit inter ordines angelorum.

Vnitas eccleſiæ.
Operimentum vnum tabernaculi vnitatẽ eccleſiæ & fidei deſignare poteſt.Exo.35.c.40.b.

Gre.76.mor.23. — Iuſtitia.
Operimentum nudorum protegens à frigore culpæ, eſt iuſtitia.Iob.24.b.31.b.

Gre.23.mor.9. — Cenſura diſciplinæ.
Operculum ſeu ligatura vaſis,eſt cẽſura diſciplinę,qua quiſquis non premitur, quaſi vas immundum,pollutumq; reprobatur.nu.19.b.

Aug.ſ.p̃s.101.
Sicut opertoriũ dicuntur cœli,vt deſignent corpora noſtra,quæ ſunt opertoria aĩæ.p̃s.101.

*Opes,uide Diues.* *Ophaz,uide Obrizum.*

## *Ophiomachus.*

Phil. de mũdi opiſi. Iſy.ſ.Leui.11. — Temperantia. Fortes contra diabolum.
OPhiomachus eſt reptilis genus: ſubnixum longis cruribus, quibus à terra pro ingenio ſuo proſilit,& in ſublime fertur quemadmodũ cætera locuſtarum genera:habet nomen quòd pugnet cum ſerpente.Eſt temperantiæ ſymbolum, quæ voluptati aduerſatur. Significat etiam fortes contra diabolum,vnde inter animalia munda computatur.Leui.11.c.

## *Ophir.*

OPhir.i.cinis,aut incineratio,vel fructificatio:Filius Iectan.gen.10.d.Ab eo dicta eſt Ophir regio,ſeu inſula vnde afferebatur aurum Salomoni.3.reg.9.d.

## *Ophni.*

Glo.ord.ſ.1.reg.1. — Sacerdotes & ſcribę
OPhni.i.pignus,vel pugillus,aut cooperiens:filius Eli ſacerdotis,qui mortuus eſt capta arca domini.1.reg.1.a.4.c.vel iuxta Hieronymum interpretatur diſcalceatus: & deſignat ſacerdotes,& ſcribas,& phariſæos,qui diſcalceati ſunt,quia noluerunt ſuſcitare ſemen Chriſti.

*Opilio,uide Paſtor.* *Opinio,uide Fama.*

*Opis, Opitulari,uide Adiuuare.*

## *Oportere.*

¶Oportere idem eſt quod expedire:vel vtile,aut neceſſe eſſe.Non habet allegoriam.

*Oppandere,uide Extendere.* *Oppidũ,uide Ciuitas.*

*Oppilare,uide Obſtruere.*

Opponere.



## *Opponere.*

OPponere eſt contra,ſeu ex aduerſo ponere.

Non audiens Deus — Glo.or.ſ.thre.3.
Opponit Deus nubem ne tranſeant orationes,quum non audit ingratas preces: & quũ mentem in cæcitate relinquit.thre.3.e.

Feruenter orare — Hie.ſ.Eze.13.
Opponunt ſe murum pro domo Iſrael,qui feruentibus orationibus,diuinam placare ſtudẽt iram.Eze.13.a.22.g.

## *Opportunus.*

OPportunum dicitur,quod nobis cõmode,& pro deſiderio,ſuoq; tempore obtingit.

Tẽpus pœnitentiæ. — Arno.& Hie.ſ.p̃s.71 Aug.ſ.ps.144.
Opportunum tempus eſt tempus,quod nobis in hac vita datur ad emendationem, & ad bene operandum:& quo Deus cognoſcit aliquid nobis expedire.p̃s.71.144.

Glo.or.ſ.Mat.26
Opportunitas tradendi Chriſtum ſine turbis,quam quæſiuit Iudas,deſignat hæreticos,qui prius aggrediuntur & ſubuertunt eos,quos paucos & ſine defenſione inuenerint.Matth.26.b. Luc.22.a.

## *Opprimere.*

OPprimere eſt enecare,ſiue perturbare,& etiam violare

Gre.9.mor.34
Opprimere dicitur Deus Iob:quia ſentiebat Iob grauem dolorem, quem ſciebat non iniuſtum eſſe:& eo magis dolebat,quo cauſas iuſtitiæ ignorabat.Iob.10.a.

Diabolus ſubijciẽs animam. Inanis gloria corrũpens verecundiam. — Beda.ſ.gen.34. Ricar.de.ſ.victo.de 12.patriar.51. Glo.inte.ſ.thre 1.
Opprimens Sichen Dinam,deſignat diabolum vi tentationis animam ſibi ſubijcientem. gen.34.a.Vel deſignat amorem inanis gloriæ corrumpentem verecundiam ad exteriora prodeũtem. Oppreſſa autem amaritudine eſt anima,ſpiritusſancti ſuauitate priuata,& vitiorum amaritudine repleta.thre.1.b.

Obiurgatio dura — Glo.inte.ſ.Exo.19
Opprimi lapidibus,eſt duris eccleſiæ ſermonibus & increpationibus obiurgari. Exodi. 19.b.21.d.

Dolor eccleſiæ de augmẽto malorum — Gre.13.mor.4.
Opprimit dolor Iob,hoc eſt,eccleſiam,quando in malitia ſua creſcere peruerſos intuetur, & dum praui creſcunt, etiam infirmi, qui in ea ſunt, ad ſequenda ſtudia prauitatis iritantur. Iob.16.a.

Cogens ſynagoga ſeruare legem — Hie.epi.multum in vtranque.
Opprimens meretrix filium ſuum,deſignat ſynagogam cogentem filios Iſrael ſeruare legẽ cum euangelio.3.reg.3.c.

Nimium exigens p̃ doctrina. Onerans traditioni — Glo.or.ſ.Exo.22.
Opprimit vſuris proximum pauperem,qui nimium exigit pro doctrina: & qui vult ſuperfluis præceptis & traditionibus onerare infirmos.Exo.22.d.

Defectus verbi Dei
Opprimens fames terram,deſignat magnum defectum verbi Dei: Opprimebat autem Aegyptios & non filios Iſrael.gen.47.c.

Perſequentes Chriſtianos — Gre.16.mor.4. Cyril.de ado.in.ſſ.
Opprimentes filios Iſrael ſunt perſequentes Chriſtianos,& bonos ac ſpirituales ſenſus. Opprimebantur autem magis,quando volebant vacare Deo:Sed creſcebant filij Iſrael per oppreſſionem,deſignantes eos,qui per tentationes proficiunt.Exod.1.b.3.b. Opprimebat vero illos operibus Pharao,deſignans diabolum opprimentem mẽtes,ne de Deo cogitare poſsint. Exo. 5.b.Opprimuntur autem impetu aquarum inundantium ij,quos vis tribulationis maximè grauat.Iob.22.b.

Infidelitas apoſtolorum in paſsione. — Gre.2.mor.28
Oppreſsit domus Iob cadens filios eius,quum apoſtoli tempore paſsionis inciderunt in infidelitatem.Iob.1.c.

Gre.14.mor.13
Opprimentes Iob amici eius,deſignant tales eſſe aduerſarios eccleſiæ, qui à perpetrandis malis nec timore domini,nec hominum pudore refręnantur.Iob.19.a.

Decipientes hæretici ſimplices. Infideles — Hie.ſ.Iſa.10. Gre.11.mo.10.&.16 mor.22.&.20.m.22.
Opprimunt pauperem in iudicio hæretici,quum ſimplices falſis rationibus in errorem pertrahunt.Iſa.10.a.Qui etiam dicuntur opprimere manſuetos terræ:quia ſimplices incautos decipiunt.Iob.24.a.Opprimunt quoq; aduerſarij pedes Iob ſemitis ſuis quaſi fluctibus,quum extrema membra eccleſiæ hæretici quaſi quadam tempeſtate perſecutionibus & promiſsionibus,minis & cruciatibus à recto itinere in errorem perducunt.Iob.30. b. Dicuntur etiam opprimere amicum ſuum fruſtra.Iere.2.d.Et etiam aduenam.Eze.22.g.Oppreſsi quoq; erant gẽtiles,qui perfidiæ culpa tenebantur.Iob.12.d.

Peruertẽtes ſenſum ſcripturæ — Gre.16.mo.23.
Opprimunt vi dominum vineæ hęretici:hoc eſt,conditorem ſacrę ſcripturæ:cum eius ſenſum in verbis ſacri eloquij inflectere violenter conantur. Iob.24.b.

Gre.18.mor.11.
Opprimit tempeſtas nocte virum prauum, quando repentino & occulto exitu ab hac vita in iudicij turbinem trahitur.Iob.27.d.

## *Opprobrium, Exprobrare, Improperare, Improperium.*

OPprobrium eſt infamia & dedecus,& quaſi obiectum probrum:quod & improperiũ dicit̃. Opprobriũ aũt aliquando eſt cõtẽptus.gen.30.c. Abſtulit Deus opprobriũ meũ. Cõfuſio. p̃s.56. Dedit in opprobriũ conculcantes.Miſeria.1.reg.17.f. Auferã op̃pbriũ populi. Peccatũ.

P 3 Iob.

Iob.19.a.Arguitis me opprobrijs meis.Pœna.Iere.23.g.Dabo vos in opprobrium ſempiternũ. Vindicta.Hoſe.12.d.Opprobrium ſuum reſtituet ei dominus. Exprobrare vero eſt quandoq; commemorando beneficium præſtitum improperare. Quandoq; vero eſt culpam obijcere,nõ tam verbis,q̃; re & aliquo facto.Opprobrium autem non inuenitur in bonum iuxta Baſilium.

Baſi.ſ.ps.14.

Ori.ſ. Ioſu.ho.5.& ſ.Roma.5. Cyril.4.ſ.Ioan.51. Rup.2.ſ.Ioan. — Peccata.

Opprobrium Aegypti quod abſtulit Deus à filijs Iſrael, illecebras ſignificat carnalium vitiorum,& idololatriam,& auguria,& generaliter omnia peccata. Ioſue.5.c.Iſa.25.c.30.a.Opprobrium Iſrael erat peccatum:quod oſtendebat lex,ſed non auferebat:quod exprobrabat Goliath.i.diabolus,agminibus Iſrael:quod opprobriũ abſtulit verus Dauid.i.Chrs.1.reg.17.b.

Gre.ſ.1.reg.11. — Erubeſcẽtia d gula.

Opprobrium in vniuerſo Iſrael, quod volebat ponere Naas, erit erubeſcentia de gula coram ſanctis in iudicio:vel in hac vita eſt erubeſcentia, quam ſancti habent de lapſis in gulam. 1.regum.11.a.

Ori.ſ.Iſa.ho.3. Hie.ſ.Iſa.4. — Similitudo donorũ ſpirituſſancti. Opprobriũ peccati. Amb.ſ.ps.118.ſer.3.

Opprobrium ſeptem mulierum,quod auferri petebant.Iſa.4.a. Eſt apparentia & ſimilitudo donorum ſpirituſſancti,quum tamen ſint falſa:vt falſa ſapientia &c. Deſignat etiam contemptum donorum ſpirituſſancti auferendum per Chriſtum: quia homines non viuebant, ſecundũ q̃ ipſa dona poſcebant. Significat preterea opprobrium peccati per opprobrium crucis auferendum.Pſalm.118.

Hila.ſ.ps.68. Glo.ord.ſ.ps.68. — Paſsio Chriſti.

Opprobrium quod ſuſtinuit Chriſtus,fuit in paſsione,qnando illi exprobrabant Iudæi: & quia multa & grauia in eum dicebant,& perpetrabant,dicuntur oppobria ſuper eum cecidiſſe. Exprobrabant autem Deo in Chriſto,tam Iudæi, q̃; dæmones & hæretici.Et ieiunium dicitur factum Chriſto in opprobrium:quia bonis eius operibus exprobrabant. Pſalm.68.Roma.15.a.Iob.16.b.Iſa.37.d.

Arno.ſ.ps.78. — Illudi à dęmonibus.

Opprobrium fit vicinis,qui illuditur à dæmonibus:qui etiam dicitur fieri opprobrium abũdantibus.ps.78.122.Iſa.47.a.

Hiero.ſ.Iſa.65.&.ſ.Iere.20. — Cõtempt' verbi di.

In opprobrium fit verbum Dei malis,quando ab eis contemnitur.Iere.6.c.20.c.Et hæretici dicuntur exprobrare Deo,quum eius ſcripturas & pręcepta contemnunt.Iſa.65.b.

Hila.ſ.ps.88. Hier.ſ. Iere.31. &.ſ. Iſa.54. — Peccata omnium gẽtium. Idololatria.

Opprobrium multarum gentium ſunt peccata omnium gentium.ps.88.Et opprobrium adoleſcentiæ ſunt peccata adoleſcentiæ.Iere.31.c. Opprobriũ autem viduitatis eccleſiæ ex gẽtibus erat cultus idolorum,quando reliquit Deum ab initio, & derelicta fuit à Deo.Iſa.54.b.

Hier.ſ. Eze.16,&.ſ. Sopho.2. Gre.14.mor.16. Baſi.ſ.ps.14. — Contẽptus eccleſiæ

Opprobria gentium ſunt etiam,quibus exprobrant populo Dei.Eze.34.g.35.c. Et Hieruſalem eſt in opprobrium filiabus Syriæ & Paleſtinæ, quum peccantibus aliquibus in eccleſia,ipſa contemnitur ab Ethnicis.Eze.16.g.Et arguentes amici Iob ipſum opprobrijs eius,ſunt hęretici iudicantes eccleſiam ob culpas affligi,eãq; ſpernentes.Iob.19.a.Sic ſunt opprobria Moab. Sopho.2.b.3.d.Laudatur autem, qui opprobrium non accipit aduerſus proximos ſuos.ps.14.

Ori.ſ.ps.38.ho.2. Amb.ſ.ps.118. ſer.3. — Confuſio ĩ iudicio.

Opprobrium inſipienti dabitur is,cui diabolus in iudicio exprobrabit peccata.pſalm.38.Et opprobrium quod petit Dauid auferri à ſe,eſt quo Deus exprobrabit in iudicio.ps.118.

Aug.ſ.ps.56. — Confuſio Iudæorũ.

In opprobrium dantur conculcantes Chriſtum, hoc eſt,Iudæi:quia deſpectui habentur: & per libros quos portant,vt noſtri famuli confunduntur.ps.56.

Gre.ſ.1.reg.1. — Cæcitas Iudæorũ. Contemptus vitæ contemplatiuæ.

Exprobrans Phenenna ſterilitatem Annæ,deſignat Iudæam de ſua cæcitate gloriantẽ.1.reg.1.a.Vel eſt vita actiua,quę ob nimiam actionem,non recognoſcit fructum contemplatiuæ.

Aug.17.ciui. Dei.12

Exprobrauerunt inimici commutationem Chriſti, cum gentes eius paſsionem exprobrabant. Vel cum exprobrabant Iudæis: quod Chriſtus q̃ eorũ eſſe debebat, factus eſt gentium. Pſalm.88.

## *Oppugnare, uide Impugnare. Optare, uide Appetere.*

## *Optimates, Primates, Proceres.*

OPtimates dicuntur,qui primum in ciuitate locum tenent: Vel quòd opulentiores ſunt, & in maiori cenſu:Vel q̃ in primis opem ferre poſſunt oppreſsis:Qui etiam primates dicuntur,& proceres.

Hie.ſ.Mich 5. — Apoſtoli & doctores.

Primates octo ſunt apoſtoli & doctores noui teſtamẽti, quod per octonarium ſignificatur. Mich.5.b.

Hie.ſ.Iere.5. — Principes iudæorũ. Prælati. Diuites.

Optimates Iudæorum erant principes eorum:ſicut & optimates eccleſiæ,nunc ſunt pręlati, qui etiam optimates gregis dicuntur: quæ itidem de diuitibus intelligi poſſunt. Iere.5.b.25.g. Iob.12.c.Nahum.3.c.

Ricar.de.ſ.victo de ſecu.conſcien.49. — Intentiones mẽtis.

Optimates Nabuchodonoſor ipſum quærentes,ſunt mentis intentiones inueſtigantes quomodo amiſſus vigor poſsit reſtitui.Dani.4.

Hie.ſ.Amos.5.

Optimates Samariæ ſunt principes hæreticorum.Amos.5.g.

## *Optimus, uide Bonus.*

## *Or.*

Ori.ſ.nu.ho.27. Hie.de Manſion. — Statum perfectiõis.

OR ſiue Hor.i. mons, aut montanus, ſeu concipiens, aut demonſtrans,ſiue os tendens: eſt triceſima quarta manſio filiorum Iſrael in deſerto, deſignans ſtatum perfectionis: quo peruenitur



peruenitur e Cades. Ibi moritur Aaron, mons in monte, hoc eſt, perfectus in ſublimitate perfectionis,ſed quæ ſit citra Iordanem:vt mons ille erat citra Iordanem,in finibus Idumęæ, prope ciuitatem Petram.Ibi etiam fuerunt pugnæ,& vicit Iſrael:quia perfectis quandiu in hac vita ſunt,non deſunt pugnæ:verùm ipſi victores euadunt.nu.20.d.33.e.

## *Ora.*

ORa dicitur vniuſcuiuſq; rei extremitas.

Inferiores in eccleſia. Perfecta opera pontificis. Perfecti. Duo populi. — Hie.ſ.ps.132. Aug.2.cont. lit.petilian.104.&.ſ.ps.132. Glo.or.ſ.Exo.28. Rup.4.ſ. Exo.32.

Ora veſtimenti Aaron dici poſſunt inferiores in eccleſia: ad quos etiam peruenit vnguenrum capitis.ps.132.Vel intelligitur ora capitij pontificis textilis, quæ videlicet in capite veſtimenti eſt,qua veſtientis caput ingreditur:& deſignat opera pontificis perfecta initia habere debere.Deſignat etiam fideles perfectos in eccleſia.In ora namq; perfectio eſt.Exo.28.e.39.d.Et duæ oræ ſuperhumeralis cum lapidibus onychinis ſunt duo populi,quorum peccata Chriſtus portauit.Exo.28.d.

Operatio cum recta intentione — Glo.inte.ſ.Exo.28.

Oræ duæ ſuperhumeralis iuctæ,operationem intentioni copulatã ſignificare poſſunt. Exo.28.b.39.a.Ad idem referri poſſunt oræ rationalis iunctæ ſuperhumerali.Exo.28.d.

Voluntates prædicatorum

Oræ ſagorum & cortinarum tabernaculi,voluntates prædicatorum deſignare poſſunt,quę charitate velut anſulis copulantur.Exo.26.b.76.b.

Fama prælati — Glo.or.ſ.1. reg.14.

Ora chlamydis Saulis,quam pręcidit Dauid,deſignare poteſt famam prælati, etiam mali, cui derogat ſubditus.1.reg.24.a.

## *Orare, Oratio, Deprecari, Precari,*

## *Preces, Rogare, Obſecrare.*

ORare eſt precando petere.Oratio vero eſt ipſa precatio: & aliquando eloquutio, à qua dicuntur oratores.Deprecamur autem præcipue Deum: quia ab ipſo nobis omnia bona proueniunt.Iob.5.b.9.b.

Oratio Chriſti — Glo.or.ſ.gen.20 Iſy.ſ.Leui.9.16 Gre.ſ.1.reg.1. Ori.ſ Mat.cap.14. Amb.ſ.Luc.6. Gre.6.mo.25.

Oratio Abrahæ pro Abimelech,typus fuit orationis Chriſti pro gentium cõuerſione.gen.20.d.Deprecans etiam Aaron ſuper cornua altaris,eſt Chriſtus orans pro nobis in cruce: vbi pro tranſgreſſoribus oraſſe dicitur.Et orauit pro ſe & pro nobis quia peccata noſtra portauit in ſe.Orauit etiam pro ſe & domo ſua,hoc eſt,pro carne ſua, & pro Iudæis. Luc.4.f.5.c.6.a.9.b.12.c.14.c.15.c.16.b.Iſa.53.d.Oratio quoq; Dauid in ſpelunca deſignauit orationem Chri in corpore.ps.141.in titu.Precans etiam Elcana vt impleat dominus verbum ſuum, deſignat Chriſtum aduocatum noſtrum, cuius obtentu ſalus noſtra perficitur, exhibente illo patri ſuã humanitatem pro nobis.1.reg.1.d.Orauit quoq; Chriſtus dimiſsis turbis, tum pro ipſis ne caderent in peccatum:tum pro diſcipulis in mari iactatis, ne tentationum impetu vincerentur. Matt.14.c. Orauit etiam ante diſcipulorũ electionẽ,vt nos doceret,qua ratione oporteat nos ad eligẽdos p̃latos accedere.Luc.6.b.Orat aũt Chrs nocte in mõte,& per diẽ miraculis in vrbibus opatur:vt perfectis p̃dicatoribus innuat, quatenus nec actiuã vitã amore ſpeculationis funditus deſerant,nec contẽplationis gaudia penitus operationis nimietate contemnant.

Prædicans Chriſtus in carne. — Gre.14.mor.22. Hie.epiſ.beatitudi.

Deprecans Iob ſeruum ſuum ore proprio.Iob.19.c.deſignat filium Dei,qui in carne monſtratus,dum mandata vitæ humiliter dixit,quaſi ſuperbientem ſeruum,vt viueret rogauit.Dicitur etiam oraſſe filios vteri ſui,quia eos quos potenter per diuinitatem condidit, incarnatus veniens humiliter rogauit.Rogauit etiam pater filium ſeniorem,quando per benignitatẽ ſuam fecit fidem prędicari Iudæis.Luc.15.g.

Orans eccleſia pro gentiũ cõuerſione. — Gre.ſ.1.reg.1. Gre.35.mor.57

Orans Anna vt haberet filium,deſignat eccleſiam orantem pro gentium cõuerſione. 1.reg.1.b.Orat autem vt pariat:quia eccleſia cognoſcit ſe non ſua virtute animas cõuertere,ſed Dei auxilio.Ipſe quoq; Deus effundit ſuper domum Dauid:& ſuper habitatores Hieruſalẽ ſpũm gratiæ & precum.Zach.12.c.Orans autem Iob pro amicis deſignat eccleſiam orantem pro hæreticis:quia hæretici per ſe oblato ſacrificio,iram domini placare non poſſunt, niſi ad catholicam eccleſiam conuertantur.Iob.42.b.Rogantes etiam apoſtoli pro Chananęa,ſunt interuenientes ad conuerſionem gentium.Mat.15.c.

Orans eccleſia pro hæreticis

Dans Deus ſpiritũ orandi — Glo.or.ſ.pſ.134.

Deprecari dicitur dominus,aut conſolari in ſeruis ſuis,hoc eſt,in Chriſtianis: quia dat eis ſpiritum deprecandi.ps.134.

Oratio ante prædicationem — Glo.inte.ſ.gen.24

Oratio ſerui Abrahæ ante ingreſſum ciuitatis,deſignat orandum eſſe prædicatori, antequã prædicationem aggrediatur.gen.24.b.

Oratio prælati — Ori ſ.Leui.ho.6

Oratio Iſaac pro fœcunditate Rebeccę deſignat orationem prælati pro ſubditis: vbi etiam indicatur,prædeſtinationem orationibus impleri quantum ad effectum. gen.25.c. Oratio etiã Moſis eſt interceſsio prælati:quo orante vincit populus.Exo.17.c.32.c. Idem eſt de oratione Aaron,& aliorum ſacerdotum.Leui.5.b.9.b.12.d.14.f.16.b.

Conſulere dominũ ante operationem — Gre.ſ 1.reg.8.

Orãs Samuel dñm audita petitiõe populi,anteq̃; cõcederet quod petebãt,deſignat p̃latũ nõ facile debere petitionibus,q̃ nõ vident iuſtę,aſſentiri:niſi prius cõſulto domino. 1.reg.8.b.

Oratio pro conuerſione Iudæorum — Ori.ſ.nu.ho.7.

Orans Moſes pro Maria leproſa, deſignat orationem pro populo Iſrael, vt conuertantur

Gre.ſ.1.reg.2. — Abſolutio pœnitentis

tantur ad fidem.num.12.d.Orare autem pro remanentibus de domo Eli,eſt orare pro cõuerſione Iudæorum in fine mundi.1.reg.2.g.Vel eſt abſolutio pœnitentibus exhibita.

Baſi.ſ.ps.44. Hiero.ſ.Iſa.11.& ad Principiam. Aug.ſ.ps.44 — Venire ad fidem. Adorare Chriſtum. Venerari eccleſiam. Dare eleemoſynas.

Deprecantur Chriſtum ſublimes,hoc eſt,diuites plebis.Iſa.45.c.Et gentes deprecãtur Chriſtum,cum veniunt ad fidem.Iſa.11.c.Deprecari quoq; vultum eccleſiæ eſt adorare Chriſtum, vel eccleſiam venerari,vt in ipſa ſaluentur.ps.44.Iob.11.d. Vel deprecantur vultum eccleſiæ diuites plebis,cum faciunt eleemoſynas coram eccleſia:ſed non ad propriam gloriam. Nam eius gloria eſt abintus.

Glo.ord.ſ.ps.140.

Oratio iuſti eſt in beneplacitis peccatorum,quia tandiu orat pro eis, quandiu ipſi peccare non ceſſant.ps.140.

Amb.ſ.Ephe.6. Arno.ſ.ps.5.

Orare in ſpũ eſt munda conſcientia,& fide integra preces ad Deum dirigere.Ephe.6.c.Orat autem mane,qui orat in luce gratiæ,aut etiam in reſurrectione.ps.5.

Confeſsio diuinitatis Chriſti

Preces quas facit ſacerdos ſuper capro emiſſario.Leui.16.b.confeſsionẽ diuinitatis in Chro deſignare poſſunt,per quam fit peccatorum remiſsio.

Hila.ſ.ps.118. Hila.ſ.ps.121. Ori.ſ.1.reg. ho.1. Aug.epiſ.121.

Deprecatur faciem Dei,qui orat vt videat faciem Dei.ps.118.

Rogare quæ ad pacem ſunt Hieruſalem.ps.121.Sumitur iuxta Hilarium pro interrogare.

Orare ſine intermiſsione.1.Theſſa.5.c.eſt habere ſemper opera accepta Deo:Eſt etiam beatam vitam ſine intermiſsione deſiderare.

Hie.ſ.Iſa.56. — Eccleſia

Orationis domus eſt domus Chriſti,hoc eſt,eccleſia. Iſa.56.c.

Hie.ſ.Iſa.38.

Orauit Ezechias dominum in infirmitate.Iſa.38.a.Non tam petens longam vitam, quàm quia nondum habebat filium,vt ex ex eius genere naſci poſſet Chriſtus.

Aug.epiſ.59.

Obſecrationes in ſacrificio altaris dicuntur,quæ fiunt ante canonem:Orationes vero, quæ fiunt in conſecratione vſq; ad pacem. 1.Timoth.2.a.

Amb.ſ.pſ.118.ſe.22. Gre.33.mor.18

Oratio dicitur fieri alicui in peccatum,quando iniqua petit.ps.108.

Preces quas dicitur multiplicare Leuiathan ad Deum.Iob.40.d. erant cum dęmones orabant Chriſtum,ne mitteret eos in abyſſum:aut cum membra eius in iudicio dicent: Domine domine aperi nobis.

Hie.ſ.Iſa.58.

Rogant Deum iudicia iuſtitiæ,qui iuſtitiam ſuam allegant coram Deo, quaſi merito pręmiandi,& immerito puniendi.Iſa.58.a.

Hie.ſ.Iſa.57

Non rogat Deum diues:quia obliuiſcitur eius,quaſi nõ eo indigeat.Iſa.57.b.pro.30.b.31.a.

## *Oraculum.*

ORaculum dici ſolet Dei,ſeu Deorũ reſponſum.Sed in ſacris literis ſumit̃ pro ea tẽpli parte in qua erat arca fœderis.Et propiciatoriũ quod erat ſuper arcam,oraculum dicębatur.

Iſy.ſ.Leui.16. Rup.3.ſ.reg.11. — Humanitas Chriſti. Diuinitas

Oraculum dicitur humanitas Chriſti,in qua peculiariter Deus habitat, & per quam dedit reſponſa,in qua etiam ipſe Chriſtus orauit.Exo.25.b.37.a.40.c.Leuit.16.a. 1.reg. 21.a. 3.regũ. 6.c.8.a.2.par.3 d.5.b.Eze.21.e.Diuinitas etiam Chriſti oraculum dicitur,cuius omnes dimenſiones erant æquales.

Glo.ordi.ſ. Exo.25 — Sancti. Cœleſtis patria.

Oraculum etiam deſignat ſanctos,in quibus habitat Deus,& per quos dat reſponſa.

Significat præterea cœleſtẽ patriã,in qua Deus habitat,& aperta dat beatis oĩbus reſponſa.

## *Orbare, Orbus.*

ORbus propriè dicitur oculorum luce priuatus:de quo vide cęcus:Per tranſlationem autẽ orbi dicuntur,qui aliqua re chara priuati ſunt.Vnde eſt orbare,quod eſt idem quod priuare.Sic timebat Rebecca vtroq; orbari filio.gen.27.g.45.c.Ruth.1.b.

## *Orbis, uide Mundus.*

## *Ordinare, Ordo, Præordinare, Diſponere.*

ORdinare eſt vnamquanq; rem in ſuo loco diſponere : Ordo autem eſt digeſtio, & in ſuo loco rei cuiuſq; collocatio.

Gre.29.mor.32 Hie.ſ.Iob.38. — Prædeſtinatio. Diuerſi gradus in eccleſia.

Ordo cœli rationem diuinę prędeſtinationis indicat:quæ ſoli Deo eſt nota. Iob.38.d. Põt etiam diuerſos gradus in eccleſia deſignare.Hac ordinatione Dei perſeuerat dies.ps.118. Ad hæc etiam pertinet ordo natiuitatis filiorum Iſrael.Exo.28.b.39.b.

Glo.ordi.ſ.gen.45 — Impletio ſcripturarum

Ordo rei,quem referebant fratres Ioſeph patri ſuo, ſcripturarum impletionem in Chriſto factam deſignat.gen.45.g.

Hie. ad Euagrium

Ordo Melchiſedec fuit,ꝙ ſolus & rex fuerit & ſacerdos,& ante circunciſionem functus ſacerdotio:vt non gentes ex Iudæis,ſed Iudæi à gentibus ſacerdotium acceperint : neq; vnctus fuit oleo ſacerdotali:vt Moſi præcepta conſtituũt:ſed oleo exultationis & fidei puritate:neq; carnis & ſanguinis victimas immolauerit:ſed pane & vino ſimplici,puroq; ſacrificio, Chriſti dedicauerit ſacramentum.ps.109.

Hie.& Aug.ſ. pſ.88 — Dans Deus vim docendi.

Diſpoſuit Deus teſtamẽtum electis ſuis,quãdo doctores eccleſiarũ dedit, vt acquiſitos per gratiã



Promittens teſtamẽtum nouum. Ordinate docere. Cogitantes promiſſa Dei. Diſtincte docere. Diſcernere cogitationes — Arn.& Hie.ſ.ps.49 Aug.ſ.ps.49 Glo.or.ſ.Leui.1. Rup.1.ſ.Leui.5

gratiam populos doceant,vel informent.ps.88.Vel dicitur,quia promiſit teſtamẽtum nouum. Ordinantes autem teſtamentum Dei ſunt apoſtoli & doctores legem Chriſti ordinatè docentes.ps.49.Vel ordinant teſtamentum Dei ſuper ſacrificia: qui cogitant de promiſsis eius ſuper illa quę operantur.Ordinare quoq; panes propoſitionis,eſt ordinare prędicationem ſacrę doctrinæ.Exo.40.c.Et ordinare membra hoſtiæ ſuper ſtruem lignorũ, eſt diſtinctè docere,quæ docenda ſunt. Vel eſt diſtinguere cogitationes.Leuit.1.b. Vel ea quę fuerant arma iniquitatis exhibita peccato,arma effecta iuſtitiæ rationabiliter componere.

Gradus eccleſiæ triũphantis & militãtis — Ori.ſ.nu.ho.4 & ſ. cant.ho 2. Gre.ſ.cant.6. Hie.ſ.Iſa.5.28.54.

Ordo caſtrorum in circuitu tabernaculi,tam Leuitarum,quã filiorũ Iſrael gradus cœleſtiũ, & etiam eccleſiæ militantis deſignare poſſunt.nu.2.b.Et ordinata acies caſtrorum eſt eccleſia quando fideles ſunt in pace.canti.6.a.Et ordines domus Salomonis ſunt ordines miniſtrorũ eccleſiæ.3.reg.10.a.In ea paſcuntur agni per ordinem.Iſa.5.d.Iere.30.d. Et per ordinem ſternit Deus lapides eccleſiæ.Iſa.54.c.Et ordo in quem ponitur triticum,eſt vel ordo Iudæorum per legem:vel ordo procerum eccleſiæ.Iſa.28.g.

Reddere cuiq; quod ſuum eſt — Ori.ſ.cant.ho.3. Ber.ſ.cant.ſer.49.50

Ordo charitatis quem petit ſponſa,eſt vt cuiq; detur quod ſuum eſt.canti.2.a. Vel ordinat ſponſus charitatem in ſponſa,quum zelo charitatis addit diſcretionem.Eſt autem ordo in affectu,& ordo in effectu:Ordo in affectu eſt,vt Deus diligatur ſuper omnia:deinde cętera per ordinem:In effectu vero eſt,vt prius ſuccurratur magis indigenti: Ordines duo retiaculorum in columnis deſignant charitatem Dei & proximi.3.reg.7.c.

Virtutes theologicæ. Operatio ſyncera

Ordines tres lapidum politorum in atrio templi,tres virtutes theologicas cum diſcendi ſolertia deſignant:nempe vt quiſq; quomodo credere,quid ſperare,quid diligere debeat dignoſcat:Ordo vero vnus lignorum cedri,eſt bona operatio ſine corruptione ſimulationis exhibita.3.reg.6.d.

Virtutes cardinales. Anni tempora. Elementa — Glo.or.ſ.Exo.28. Philo.de vit. Mo.3. Geor.vene.canti.1.ton.3.cap.5.

Ordines gemmarum quatuor in rationali, deſignant quatuor virtutes cum fide trinitatis: Ordo primus eſt prudentia,conſtans memoria,intelligentia,& prouidentia.Secundus iuſtitia, conſtans diſtributiua,cõmutatiua,& epiecheia.Tertius fortitudo conſtans animoſitate,conſtantia & victoria.Quartus temperantia,conſtans caſtitate,abſtinentia,& ſobrietate.Exo.28 c.39.b.Deſignant etiam quatuor ordines gemmarum,quatuor anni tempora,ternis menſibus conſtantia.Vel deſignant quatuor elementorum naturas, cum in ſingulis elementis ternę reperiantur proprietates.

Tranquillitas mẽtis — Grę.9.mor.48

Ordo qui non dicitur eſſe in inferno,eſt tranquillitas mentis,quæ non eſt in mente damnatorum,vbi eſt confuſio:quia ipſa ſupplicia quæ ordinata per Dei iuſtitiam veniunt, ordinata in corde morientium non ſunt.Iob.10.d.

Proficere. Recte operari. Detegere inſidias vitiorum — Hie.ſ.ps.83. Aug.ſ.ps.111. Gre.ſ.Eze.ho.12.

Diſponit aſcenſiones in corde ſuo,qui proficit de virtute in virtutem.ps.83.

Diſponit ſermones ſuos in iudicio,qui opera facit,q̃ ſecurũ ipſum reddãt in iudicio. ps.111.

Ordinatur erga peccatorem obſidio,cum per ſanctæ admonitionis verba ſingulis quibuſq; virtutibus,quæ vel quibus modis vitia inſidientur oſtenditur.Eze.4.a.

Partes inuidentiæ — Hie.ſ.Dani.3. Ricar.de.ſ.victo.de vitio mutabi.9

Ordines tres dentium beſtiæ,quam vidit Daniel,tria regna deſignabant ſub Perſis, nempe Babylonicum,Medicum,& Perſicum.Dani.7.b.Vel deſignant obloquutionem contra aperta mala,derogationem contra indifferentia bona, detractionem contra aperta bona:quę ſunt partes inuidentiæ.

## *Ordiri.*

ORdiri dicuntur textores telam,cum ſubtegmen præparant texendæ telæ:vnde quod ordimur,nondum perfectum eſt,ſed inchoatum,& velut præparatum ad vlteriora.

Condemnatio generis humani — Glo.inte.ſ.Iſa.25

Orditus dicitur eſſe dñs telam ſuper oẽs nationes,quando in Adã oẽs hõies morte dãnauit. Iſa.25.c.Poteſt etiam intelligi de diabolo:qui introduxit peccatum & mortem in omnes.

Conatus contra legem Dei — Hie.ſ.Iſa.30 Ricar.de.ſ.victo.& extermi.mali.29

Ordiuntur telam ſine ſpũ Dei,qui aliquid aggrediuntur contra legem Dei.Iſa.30.a.

Ordiri dicitur,qui adhuc eſt in præparatione ad operandum,& nondum texit opera.Iſa.38 c.Dum adhuc ordirer ſuccidit me.

## *Oreb.*

OReb.i.coruus,vel ſuauis,aut fideiuſſor,vel commiſcens,ſeu veſpertinus:Princeps Madianitarũ occiſus à tribu Ephraim.Iudi.7.a.8.a.ps.82.Iſa.10.f.Vel interpretatur foramen,deſignans foramen per quod ingreditur coluber in animam. — Hie.ſ.ps.82

Chriſtus. Altitudo contẽplationis — Lyra.ſ.Exo.3

Horeb autem.i.deſertum,vel ſolitudo,ſiue deſtructio,aut ſiccitas,vel gladius,eſt mõs in regione Madian,qui & Sinai,vbi data eſt lex Moſi.Exo.3.a.33.b.deut.9.b.Poteſt autem deſignare Chriſtum:qui ſublimis eſt & legiſlator.Et præterea altitudinem contemplationis.

Siccatio carnalis vanitatis — Amb.de fug.ſecu.6

Vt autem Horeb interpretatur ſiccitas,deſignat exiccationem carnalis vanitatis: Vnde ad hunc montem confugit Elias,fugiens vanitatem regiæ curiæ.3.reg.19.b.

## *Organum.*

Organum

[Diuerſi grad⁹ gl'iæ]

ORganum idem eſt, quod Latinè inſtrumentum. Per excellentiam tamen organa dicuntur muſicorum inſtrumenta, & ea peculiariter, quæ fiſtulis conſtant, & flatu follium pulſantur.

[Aug.ſ.ps.150] Organum diuerſas habens voces concordantes, diuerſos gradus ſanctorũ cum vnitate charitatis in gloria cœleſti deſignant.ps.150. Differt enim ſtella à ſtella in claritate.

[Gre.20.mor.31.] Organum Iob deſignat prædicatores eccleſiæ, ipſam ſua doctrina lætificantes, vt organorũ fiſtulæ.Iob.30.a.

[Dona ſpũſſancti] Organa diuerſa, varia dona ſpiritusſancti in eccleſiæ ſignificare poſſunt.2.reg.6.c.

[Ori.ſ.Iere.ho.2. Arn.& Aug.ſ.ps.136] [Laudes Dei. Doctrina ſacra] Organa ſuſpenſa ſuper flumina Babylonis, deſignant cantica laudis Dei: quæ ceſſant & ſuſpenduntur in confuſione peccatorum huius mundi. Vel doctrinam ſacrę ſcripturę: quę quum inutiliter & fruſtra prædicetur ijs, qui voluptatibus huius ſeculi paſcuntur, rectè organa ſuſpẽdi dicuntur.ps.136.

[Cle.Ale.2.pæda.4.] [Corpus humanum. Lingua] Organum quandoq; ſignificat corpus noſtrum: cuius chordæ ſunt nerui, per quos numeroſè, & concinnè intenditur, & ſpiritu pulſatum voces ædit humanas. Et ipſa lingua organũ eſt, aut plectrum, quo organum pulſatur.ps.136.2.reg.6.c.1.paral.15.b.23.a.2. paralip.5.d.7.a.29.f.30.d.34.c.

[Lyra.ſ.gen.4.] [Voluptates aurium] Organa aliquando ſignificant voluptates, quæ auribus percipiuntur.gen.4.c.Iob.21.b.

## *Orion.*

ORion dictus quaſi Vrion: erat filius Enopionis: qui putatus eſt natus eſſe ex vrina trium Deorum, Iouis, Neptuni & Mercurij: qui in ſignum cœleſte tranſlatus eſt ante tauri veſtigia. Hic ſi fulget ſerenitatem: ſi obſcurus eſt, tempeſtatem denotat.

[Gre.9.mor.7. Euch.for.ſpũal.3.] [Martyres] Oriones hyemis initio oriri dicuntur, & ſuo ortu tempeſtates excitare, & maria terraſque perturbare. Deſignant martyres: qui dum ſanctam eccleſiam ad ſtatum prædicationis erigunt pondus perſequentium, moleſtiaſq; paſſuri, ad cœli faciem, quaſi in hyeme venerunt. His etenim natis, mare terraq; turbata eſt: quia dum gentilitas mores ſuos deſtrui, apparente eorum fortitudine doluit, in eorum necem non ſolum iracundos ac turbidos, ſed etiam placidos erexit.Iob.9.b.

[Hie.ſ.Amos.5. Rup.ſ.Amos.5.] [Moſes] Orion pro ſtellis generaliter poni videtur. Amos.5.b. Facientem arcturum & orionem, & conuertentem in mane tenebras, & diem in noctem mutantem. Vel deſignat Moſen: in cuius ortu motæ ſunt tempeſtates in Aegypto.

## *Oriri, Oriens, Orientalis.*

ORiri idem eſt quod naſci. Oriens autem aliquando eſt ſurgens: vt ſol oriens: Sumitur autẽ oriens pro ea mundi parte, in qua ſol oritur, ſicut & ortus. Orientalis autem eſt ad orientem pertinens.

[Ori.ſ.Leui.ho.9.& ſ.Iob.lib.1.&.ſ.Iſa.ho.6. Gre.16.mor.15. Lyr.ſ.Leui.16.] [Deus pater] Oriens aliquando dicitur Deus pater, vnde Chriſtus natus eſt: aut ſimpliciter ipſe Deus: & proficiſci ab oriente eſt diſcedere à Deo.gen.11.a.ps.67. Ad orientem autem ire eſt mentem in conſideratione diuinæ maieſtatis attollere: Sed dicitur Deus non apparere: quia qualis in natura ſua eſt, à cogitatione mortali videri non præualet.Iob.23.b.Leui.16.b.

[Ori.ſ.nu.ho.18.&.ſ.Iudi.ho.1.8. Amb.2.de Abra.3.& de inſti.virgi.8. Hila.ſ.Mat.cano.1. Hie.ſ.Ecclæ.1. Clima.gradu.25.] [Chriſtus] Oriens dicitur Chriſtus: de quo dicitur: Ecce vir oriens nomen eius.Zacha.3.c.6.c. Et filij orientis, ſeu nationes orientales ſunt baptizati Chriſtum induentes.gen.12.b. Iudi.6.a. ps.67. Eze.44.a.Ion.4.b. Et oritur ſol iuſtitię timentibus Deum, quando Chriſtus venit ad mentẽ cum gratiæ donis.Mala.4.a.gen.32.g.Eccl'tæ.1.a. Et orta lux eſt Chriſtus prædicans.Iſa.9.a. Matth.2.a.4.b.Luc.1.g. Et oriri ſtellam ex Iacob, eſt Chriſtum manifeſtari mundo, & gentibus.num.24.c.Iob.30.b.38.b.

[Gre.20.mor.22. Aug.ſ.ps.84. Lyra.ſ.Iſa.43. Arno.ſ.ps.103. Gre.27.mor.19. Aug.q.in deute.56. &.ſ.ps.103.] [Natiuitas Chriſti. Cõfeſsio peccatorũ. Incarnatio. Renouatio generis humani. Reſurrectio Chri.] Orta eſt veritas de terra.ps.84. quando Chriſtus natus eſt de virgine Maria. Quod etiam dici poteſt quando peccator confitetur peccata ſua. Oriri etiam dicuntur noua.Iſa.43.c. quũ filius Dei incarnatus eſt, & facta eſt renouatio generis humani in nouo teſtamento. Et ortus ſolis natiuitatem & reſurrectionem Chriſti indicat.ps.103.Ionæ.4.c. Ortus autẽ dicitur Chriſtus ex Seir.deute.33.a. tum quia natus eſt ex peccatoribus: tum quia ab eccleſia ex gentibus manifeſtabitur Iudæis.

[Arno.ſ.ps.103. Ricar.de.ſ.victo.de ſtatu interio.homi.27.&.3 de ar.my.6 Ori.ſ.Mat.ho.31.] [Manifeſtatio veritatis. Cognitio veritatis & peccati] Ortus ſolis aliquãdo eſt manifeſtatio veritatis: & etiam ortum mane.gen.32.g.44.a.ps.103. Iſa.41.g.Nahum.3.d.Matth.5.g. Oritur autem ſol & occidit: & ad locum ſuum reuertitur.Eccl'tæ.1.a. Quia veritatis intelligentia, modo datur, modo ſubtrahitur: & poſt ſubtractionem iterum eadem gratia, quæ prius, recuperatur. Oriens etiam ſeu ortus ſolis eſt cognitio veritatis: & etiam cognitio peccati.Exo.22.a.

[Gre.1.mor.19. Hie.ſ.Eze.25.] [Fides. Baptiſmus. Renati in fide] Oriens præterea ſignificat lucem fidei.gen.28.c.Exo.27.c.38.b. Eadem ratione ſignificabit regenerationem baptiſmi, in quo habetur initium fidei.geneſ.12.b.13.c. Et orientales filij ſunt, qui de vero lumine ſunt profecti: & qui in fide Deo naſcuntur.Iob.1.a.Eze.25.a.

[Hie.ſ.Amos.8.&.ſ.Eze.11. Aug.ſ.ps.102.] [Lux gratiæ] Oriens etiam ſtatum gratiæ ſignificare poteſt.Amos.8.d.Zach.6.e.14.a. Et orientalis porta in eccleſia eſt lux gratiæ, quæ eſt in Chriſto, qui eſt oriens.Eze.11.a.41.c.47.a.Iere.31.g. Oriẽs quoq; dicitur ipſa ſuſceptio lucis gratiæ: Occidens vero deſertio peccati: cum enim oritur gratia, occidunt peccata. Ideo dicitur.ps.102. quantum diſtat ortus ab occidente, longe fecit à nobis iniquitates noſtras.



[Recta ratio. Prudentia] [Philo.de plan.Noe] Oriens rectam rationem ſignificare poteſt: quam etiam deſignat orientalis plaga. Et proficiſcuntur ab oriente peccantes: quia à recta ratione digrediuntur.gen.11.a.25.a. Leui.16.c. Et inter virtutes oriens dicitur prudentia, in qua eſt lux rectæ rationis.

[Reuertio ad ſenſus.] [Philo.de ſomnijs] Ortus ſolis quandoq; ſignificare poteſt reuerſionem ad ſenſus: vt quum ortus eſt ſol Iacob poſt luctam cum angelo: quia reuerſus eſt à contemplatione ad ſenſus.gen.32.g.

[Prim⁹ ſtat⁹ hominis. Natiuitas. Bene operantes] Orientalis terra dici poteſt primus ſtatus hominis: Vel etiam ipſa natiuitas. Item qui vitiorũ tenebras relinquentes, in operibus lucis verſari curant.gen.29.a.Leui.1.d.

[Initium ſcripturæ] [Ori.ſ.Mat.ho.30] Oriens aliquando initium ſcripturæ ſacræ ſignificare poteſt: quæ dicitur fulgur parens in oriente.Mat.24.c.

[Initiũ eccleſiæ poſt aſcenſionẽ. Tẽpus reſurrectiõis] [Hie.ſ.Iſa.60. Gre.4.mo.15.16.26] Ortus eccleſiæ eſt eius initium poſt aſcenſionem Chriſti: vel in iudicio quando præparabit ad fœlicitatem.Iſa.60.a. Et ortus ſurgentis aurorę eſt illa noua natiuitas reſurrectionis, qua ſancta eccleſia etiam carne ſuſcitata, oritur ad contemplandum lumen æternitatis.Iob.3.b.

[Angeli] Orientales dici poſſunt angeli: qui orienti luci ſemper inhærent. Iob.1.a.

[Omnis locus] [Glo.ordi.ſ.Mala.1. Aug.1.q.in euan.38.] Ab ortu ſolis vſq; ad occaſum, omnem locum ſignificare ſolet.ps.112.Mala.1.c. Et ab oriente vſq; in occidentem paret fulgur, quum ſplendor eccleſię per totum orbem diffunditur. Matth.24.c.

[Gentilitas. Iudæa] [Hie.ſ.Iſa.41.59.&.ſ.Zach.8. Gre.ſ.Eze.ho.18] Oriens vt eſt extrema pars orbis, gentilitatem ſignificat: in qua quaſi mortuus iacebat Chr̃s, antequam illi crederent.Iſa.41.a.43.a.45.a.46.d.59.d. Poteſt etiam oriens, ſeu terra orientis dici Iudea, vnde ortus eſt ſol iuſtitiæ: & in qua prius fuit lux fidei.Eze.40.c.Zach.8.b.

[Sublimitas rerum] [Iſy.ſ.Leui.1.] Oriens aliquando ſublimitatem rerum ſignificare poteſt: qualis erat orientalis plaga altaris, in qua cineres effundebantur.Leui.1.d.

[Altitudo ſuperbiæ. Diabolus] [Ori.ſ.nu.ho.15. Philo.de cõfu.ling.] Orientis montes altitudinem ſuperbiæ ſignificant, & ipſum orientem vitiorum diabolum transfigurantem ſe in angelum lucis.num.23.a. Ab hoc oriente veniunt, qui ędificant turrim confuſionis.gen.11.a.

[Terrena proſperitas] [Gre.ſ.1.reg.13.] Oriens aliquando ſignificat lucem falſam terrenæ proſperitatis: vt ad orientem Bethauen. 1.reg.13.b. De qua luce dicitur.Iob.38.b. Auferetur ab impijs lux ſua.

[Abundantia virtutũ naſcente Chriſto] [Ori.ſ.Iudi.ho.6.] Oritur diebus Chriſti iuſtitia & abundantia pacis, hoc eſt, in mentibus gratia eius illuſtratis, plenitudo virtutum.ps.71.118.Mala.4.a. Oritur autem iuſtitia naſcente Chriſto: quia ipſe redditurus eſt vnicuiq; ſecundum opera eius.Iſa.45.b. Tunc quoq; gloria domini dicitur orta eſſe ſuper Hieruſalem.Iſa.60.a.

[Oriri virtutes ĩ cordibus gentilium] [Hie.ſ.Iſa.35.58.] Oritur viror calami & iunci in cubilibus, in quibus habitabant dracones, quum in cordibus gentilium oriuntur virtutes, & iucunda tranquillitas.Iſa.35.c. Et oritur ſanitas animæ oriẽte luce matutina, hoc eſt, cum Chriſtus in animam aduenit: & oritur in tenebris lux, quũ quis à peccatis liberatur.Iſa.58.c.

[Reſiſtens iuſtus tentationibus] [Gre.10.mor.26] Oriri dicitur iuſtus vt lucifer, quum ſe conſumptum putauerit.Iob.11.d. quia mox vt teneſcere tentationum caligine cęperit, ad lucem gratiæ reformatur: & ſeipſo monſtrat diem iuſtitiæ, qui caſurus paulo ante timuit noctem culpę.

[Doctrina legis ex Iudæa. Chriſt⁹ ex iudæis] [Gre.18.mor.19. Hie.ſ.Iob.28.] Oriebatur prius panis de terra, quæ poſtmodum igne ſubuerſa eſt.Iob.28.a. Nempe quando legis doctrina proferebatur de Iudęa antequam periret. Idem dici poteſt, quia Chr̃s ort⁹ eſt à Iudęis poſtmodum ſubuerſis.

[Dolor pro male expectato præmio. Murmuratio iuſta ſubditorũ in prælatos] [Gre.22.mor.24.] Oritur pro frumento tribulus, & pro hordeo ſpina.Iob.31.d. Quando in vltima retributione, vbi remuneratio laboris quęritur, punctio doloris inuenitur. Oritur etiam pręlato pro frumento tribulus, dum iniuſta contra ſubditos exercens, nullo bonos blandimento refouet, & bene operantes ex inuida affligit: etiam ſi quædam bona aliquando faciat, ac ſi frumentum ferat: Sed ſubiecti pro eo ꝙ in maxinis grauantur, gaudere in eius bonis minimis nequeunt, vnde fit vt ad ipſa etiam pauca bona, quæ fieri inter multa mala conſiderant, non laudes, ſed gemitus reddant: atq; infirmantes murmurent, dum perpendunt puri operis non eſſe, quod vident. Pro hordeo quoq; oritur ſpina: quia quum neglexit exhibere quod foueret, iuſtè in querelam proſiliens lingua ſubditorum ipſum pungit.

[Errores in Iudæis. Maiores defendẽtes vitia minorum] [Gre.33.mor.6.] Oriri ſpinas in domibus Hieruſalem, eſt naſci errores in mentibus Iudæorum.Iſa.34.c. Oritur etiam paliurus in munitionibus eius, aut Babylonis, quum ſurgunt maiores ad defendenda vitia minorum.

[Dona luciferi] [Hie.ſ.Iſa.14] Oriebatur manè lucifer.Iſaię.14.c. quia diabolus initio creationis ſuę donis naturalibus & & gratuitis ſplendebat.

[Peccare.] [Beda.ſ.gen.2.] Oriri in terra eſt terrenis cupiditatibus ſe ſubdere: vel animam peccare.gen.2.a.Exo.10.b.

[Glo.or.ſ.Eze.39] Ad orientem maris ſe putant hæretici habere ſepulcrum, cum ſint in occidente. Vel certè ipſi dicunt ſe eſſe in oriente, vt decipiant prętereuntes.Eze.39.c.

[Mare mortuum] [Hie.ſ.Ioel.2.] Orientale mare dici ſolet mare mortuum: vbi erant ciuitates Sodomorum, quia eſt ad oriẽtem

tem Iudeæ.Ioel.2.c.

*Gre.8.mor.33.*

Ortus ſcirpi initium operum hypocritæ ſignificat:& germen egreditur in eius ortu: quia in operis initio mercedem adulationis accipit.Iob.8.c.

Ortus clamor in Aegypto.Exo.12. d.vide clamare.

## Oryx.

*Plini.8.nat.hiſto.53*

ORyx Hebraicè dicitur תאו tho,eſt quadrupes,vnum cornu habens biſulcum:Eius præter cæteros miram aiunt eſſe naturam.Pilos enim ei in caput obuerti, non deſcendere in caudã,vt cæteris animãtibus.Ab aliquibus dicitur eſſe bos ſylueſtris.Eſt animal mũdũ.deut.14.a.

*Hie.ſ.Iſa.51.* — *Non valentes euadere malum*

Oryx illaqueatus deſignat eos,qui malum euadere non poſſunt.Iſaiç.51.g. Vbi ſeptuaginta tranſtulerunt:Beta.

## Ornan.

*Hie.epiſ. Paulæ, & Euſtochio. Aug.ſer.198.* — *Gentilis populus*

ORnan.i.exultans,ſiue arca eorum,aut lux filij,vel lux ſiue maledictio permanens vel æterna,vel illuminatus:fuit vir Iebuſęus,in cuius area templum Hieruſalem eſt ædificatum.1. par.21.c.Typus eſt gentilis populi fidem eccleſiæ ſuſcipientis.

## Ornare, Ornamentum, Colere, Cultus, Ornatus.

ORnare eſt pulchrum facere.Ornamentum autem eſt ornatus,ſeu apparatus, & cultus ad decorem faciens.

*Gre.ſ.1.reg.16.et.17 mor.16.* — *Virtutes p̄dicatorũ*

Ornauit ſpiritus domini cœlos.Iob.26.d.quando impleuit virtutibus apoſtolos & prædicatores:vnde qui prius erant timiditate fœdi,adueniente ſpiritu ſancto,facti ſunt fortes.

*Hie.ſ.Iſa.49.* — *Fideles*

Ornamentum eccleſiæ dicuntur fideles diuerſis gratiæ donis fulgentes.Iſa.49.c.60.c.

*Glo.or.ſ. Iere.2. Hie.ſ.Iſa.3.& ſ.eze. 16.&.ſ.Iere.4. Ori.ſ.Eze.ho.6.* — *Scientia & virtutes.*

Ornamentum pectoris,ſcientiam & virtutes deſignat.Iere.2.f.Ornamentum itidem calceamentorum eſt decor virtutum.Iſa.3.d.Et ornata Hieruſalem auro & argento eſt anima diuinis ſenſibus,ſacriſq; ſermonibus & virtutibus decorata.Vel quæ ſenſum diuinum habet,& eloquium ad proferendum,quod mente concepit.Eze.16.b.Et dicitur ornari mundo muliebri Eze.23.f.Et ornata muneribus ſponſa eſt anima virtutibus decorata: & quæ meditatur ſenſus & intelligentiam ſpiritualem.Iere. 4.g.Hoſe. 2.c.

*Amb.de digni.ſace.* — *Eminentia virtutũ pontificis.*

Ornatus debet eſſe pontifex ornamento peculiari virtutum:quæ in ephod,aut ſuperhumerali,& alijs veſtibus deſignantur:quibus debet plebi ſupereminere.Exod.25.a.35.a.39.a. Sic ait apoſtolus:epiſcopum debere eſſe ornatum.1.Timo.3.a.

*Gratia Dei*

Ornamenta Rebeccæ,quæ non de domo patris ſui,ſed de domo Abrahæ accepit, deſignãt vt placeamus Chriſto ſponſo,exuendum eſſe veterem hominem,& induendum nouũ per gratiam Dei.gen.24.f.

Compoſitio autem & ornatus fœminarum in bonum & in malum ſumi poteſt, ſecundum exigentiam circunſtantiarum.Eſther.2.c.Iudith.10.b.p̄s.143.Iere.4.g.

*Beda.ſ.pro.15.* — *Interpretatio ſcripturæ*

Ornat ſcientiam lingua ſapientum,quum doctores catholici latius exponunt,quæ ſcriptura canonica aut obſcura poſuit,aut hiſtorica tantum narratione ſcripta reliquit.pro.15.a.

*Aug.epiſ.120. ca.34 Gre.ho.12.* — *Diſponi ad verbum Dei & ad iudicium*

Ornare lampades eſt diſponere ſenſus omnes ad recipiendum verbum Dei, per bonũ vſum ſenſuum:vel pręparare ſe ad reddendam rationem iudici venturo: & ſecum opera numerare, pro quibus æternam accipere beatitudinem expectant.Mat.25.a.

*Iudæa*

Ornata domus erat Iudæa decorata præconijs prophetarum.Mat.12.d.Luc.10.c.

*Hila.ſ.Mat. can.12. Hie.ſ.Iere.31.* — *Mortificatio carnis*

Ornari dicitur tympanis,qui carnem habet mortificatam.Iere.31.a.

*Hie.ſ. Eze.7.* — *Abuti donis Dei & ſacra ſcriptura addefenſionẽ errorum*

Ornat ſe vnguento regio,qui donis à Deo datis abutitur ad idolorum cultum, & ad errorum defenſionem.Iſa.57.b.Ornamentum quoq; monilium ſuorum ex auro & argento ponũt in ſuperbiam,qui ſacra ſcriptura,ſuperbe vtuntur ad defendendos errores. Eze.7.f.

*Amb.de Cain.4. Bed.ſ.pro.7. Hie.ſ ps.143.* — *Blãditiæ voluptatis Eloquẽtia hæreticorum*

Ornatus meretricius deſignat blanditias voluptatis:& etiam eloquentiam immundam hæreticorum.pro.7.b.Et circumornatæ filiæ hæreticorum,vt ſimilitudo templi,ſunt verba compoſita eorum ſpeciem veritatis habentiã,ſed veritate vacua.p̄s.143.

*Beda.ſ.pro.26.* — *Error in corde impuro.*

Ornat vas fictile argento ſordido, qui ſcientiam corruptam addit cordi peſsimo. prouerbio.26.d.

*Gloria mundana Concupiſcentia oculorum.*

Ornatus Tyri gloriam mundanam & pompã ſeculi,& oĩa quæ ad concupiſcentiã oculorũ ſpectant,deſignare p̃ot.Eze.27.b.Hic eſt ornatus deponendus agentibus pœnitentiã.Eze.33.b.

## Oronaim.

*Hie.ſ.Iſa.15.* — *Mœror pœnitẽtiæ*

ORonaim.i.foramen mœroris:eſt locus in prouincia Moab:Poteſt deſignare mœrorẽ pœnitentiæ.Iſa.15.b.

## Orpha.

*Apoſtatæ Infideles*

ORpha.i.ceruix,vel ceruicoſa,ſiue ſuſcitatio oris,vel denudatio oris:nurus Noemi. Ruth. 1.a.Hæc non eſt ſecuta ſocrum ſuam ſicut Ruth:vnde poteſt ſignificare apoſtatas: vel nõ credentes ex gentibus.

Orphanus



## Orphanus,uide Pupillus.

## Ortygometra,uide Coturnix.

## Os, Oris.

OS propriè eſt concauum illud,intra quod lingua & dentes concluduntur: cuius oſtia ſunt labia.Interdum autem os ſumitur pro facie.Item pro lingua. geneſ.25.c. Quòd os meum loquatur ad vos.Os,maledictum.Iob.16.b.Aperuerunt ſuper me ora ſua.Mandatum.Iob.22. c.Suſcipe ex ore illius legem.Teſtimonium.pro.19.c.Os impiorum demonſtrat iniquitatem. Vaticinium.2.par.18.e.In ore omnium prophetarum eius.Victus. Eccl'tæ. 6.c. Omnis labor hominis in ore eius.Et os gladij eſt acies.Et os putei,& os ſacci eſt ipſe introitus.

*Vis generatiua & ſpiratiua Dei. Virtus illuminatiua. Inſpiratiões diuinæ* — *Ori.ſ.cant.ho.1. Baſi.ſ.ps.32. Caſsia.lib.8. cap.4.*

Os metaphoricè tribuitur Deo:& aliquando vis generatiua & ſpiratiua os Dei dicitur.Et os ſponſę eſt virtus Dei,quæ illuminat mentem.Et collocutiones Dei,quæ in arcanos animæ ſenſus ſolent clementer infundi:Vel quòd in patribus noſtris,atq; prophetis idem loquutus eſt p̄s.32.137.canti.1.a.Eccl'i.24.a.Iſa.45.d.thre.1.f.3.d.Et ex ore domini prodire dicuntur, quæ certiſsima ſunt.deut.8.a.Iſa.48.a.55.d.

*Chriſtus. Os Chriſti. Humanitas Chriſti. Inſpiratio Chriſti* — *Amb.ſ.ps.118. Aug.de eſſent. diui. Gre.4.mor.4.&.14. mor.22.&.ſ. cant.1. Euch.for. ſpũal.1. Beda.ſ.pro.2.*

Os etiam Dei dicitur ipſe Chriſtus:& lex oris Dei eſt lex Chriſti.deut.1.a.p̄s.118. Pro.2.a. Iſa.30.a.4.b.62.a.Et os Ioſeph eſt os Chriſti.gen.41.e.45.c.Et os Iob apertum eſt os Chriſti. Iob.3.e.37.a.Et ore proprio deprecans Iob ſeruum ſuum,eſt Chriſtus factus homo, vt ſic doceret Iudæos.Iob.19.c.Qua ratione dicitur ſponſus oſculari ſponſam oſculo oris ſui.canti.1.a Vbi etiam os ſponſi eſt inſpiratio Chriſti.

*Sermo Dei. Præcepta Dei. Prophetæ. Lex Dei. Doctrina.* — *Hie.ſ.Iſa.54. Aug.de eſſen. diui. Gre.ſ.1.reg.12. Euch.for. ſpũal.1. Amb.ſ.ps.118.&.2.de Abra.10. Rup.4.ſ.Mat.*

Os præterea Dei,ſermo Dei & eius præcepta:& peculiariter præceptum charitatis.1.reg.12 c.Iſa.30.a.40.b.58.d.62.a.Os quoq; Dei dicuntur prophetæ,per quos Deus voluntatem ſuã nobis manifeſtat:& etiam ipſa lex.p̄s.118.prouerbi.2.a. Et in ore Moyſi dicitur eſſe dominus, quando legis aperit myſteria.Exod.4.c.Et os apertum dat Deus prophetis, quum implentur prophetiæ.Ezech.29.d.Demum os Dei dici poteſt eius doctrina.deuterono.32.a. Hoc os aperuit Chriſtus.Mat.5.a.

*Præſentia. Incarnatio* — *Tert.adu.Marci.4.*

Ore ad os dicit præſentiam:vt ore ad os loquebatur Deus ad Moſen.nu.12.b.Et deſignauit Chriſtum in aſſumpta humanitate manifeſtatum.

*Amb.ſ.ps.118.ſer.2.*

De ore ſuo euomit Deus tepidos:qui omnes fideles dicitur habere in ore. apoc.3.c.

*Voluntas. Mens. Cogitatio* — *Baſi ſ p̄s.33. Aug.de mẽda.ad cõſenti.16.&.ſ.ps.125. Gre.ſ.1.reg. 2. &.8. mo.30.&.15. mor.5.*

Os interdum dicitur voluntas,aut mens,& cogitatio:vbi eſt laus Dei, quæ dicitur ſemper eſſe in ore.p̄s.33.80.118.137.Iob.20.b.Et hoc eſt os cordis. De quo dicitur Matth. 15. b. Quæ exeunt de ore coinquinant hominem.Et huic eſt ponenda cuſtodia.p̄s.38.140. Ipſumq; eſt aperiendum ad ſuſcipienda & deuoranda diuina verba.Eze.2.d.3.a. Os etiam Annæ rationem mentis deſignare poteſt:cuius loqui eſt deliberare.1.reg.2.a.Et os repletur gaudio, quum ex mentis affectu laudat Deum.p̄s.125.Iob.8.d.

*Roſtrum* — *Baſi.de abdica.rerũ Amb.de Noe.19.*

Os in auibus aliquando dicitur roſtrum:& in ore columbæ eſt ramus oliuæ, quum in ore religioſi eſt laus diuinæ miſericordiæ:& cum fit prædicatio ſplendoris ſapientiæ:& quum dat oſculũ pacis.gen.8.b.

*Interpres* — *Ori.ſ.Exo ho.3. Beda.ſ.Exo.4.*

Os aliquando eſt interpres:vt os Moſis eſt Aarõ:hoc eſt,ſacerdotium interpres legis.Exo. 4.c.Et os Moſis vel alterius dicitur aperire Deus,quum dat benè loquendi gratiam. Et ipſe Deus dicitur feciſſe os hominis,& exiſtere in ore ad loquendum bonum. Exo.4.c.

*Spirituales* — *Au.ſ.pſ.43.& ſ.apoca.ho.8.*

Os dicuntur aliquando ſp̃uales:quibus dulcis eſt liber diuinæ legis.Eze.3.a.apoc.10.d.

*Confeſsio fidei* — *Baſi.ſ.p̄s.48. Amb.ſ.Luc.5. Ricar.de.ſ.victo.de ſomni.Nabucho.38*

Os aliquando ſignificat confeſsionem fidei:vt quum os loquitur ſapientiam. p̄s. 48. Et os lateris eſt confeſsio fidei:& eſt vnius cubiti,propter vnitatem fidei.3.regũ.7.e. Et in ore piſcis eſt drachma, quum quis confitetur fidem Chriſti. Matth.17.d. Os autem habent & non loquuntur,qui nouerunt virtutem confeſsionis,& quomodo confiteri debeant,nec tamen confitentur.p̄s.113.134.

*Prædicator. Prædicatio.* — *Amb.de Ioſeph. 11. Ori.ſ 1.reg.ho.1. Gre.ſ.1.reg. 12.&.ſ. canti.2. Amb ſ.2.cor.6*

Os ſacculi prædicatorem ſignificare poteſt:& os ſacculi Beniamin,eſt os Pauli. gen. 42.c. 44.a.Os autem Annæ eſt prædicatio eccleſię,& os eius dilatatur,quando abundat doctrina, quæ per orbem diffunditur.1.reg.1.b.2.a.Iere.1.b.In ore hominis dicitur eſſe labor eius,quando prædicator prædicat.Eccl'tæ.6.c.Os etiam ſponſæ eſt prædicatio eccleſiæ. cantic.7.c. Os patere dicitur illius,qui pura conſcientia legem Dei docet.2.Cor.6.c.In horum ore eſt lex domini.Exo.13.b.

*Litera legis*

Os putei clauſum literam legis obſcuram ſignificare poteſt.gen.29.a.

*Verba. Oratio* — *Philo de charitate. Cle. Alc.adho.ad gẽ*

Os aliquando dicũtur verba,q̃ ore proferuntur.Et in ore dicitur eſſe verbum, quum eſt in noſtro ſermone.pro.19.b.Et oratio dicitur os eccleſiæ,vnde egreditur ignis.apoc.11.b.

*Os Iudę & Iudæorũ* — *Aug.ſ.apoc.ho.8. Arno ſ. p̄s.21. Ori.ſ.Rom.3. Hila.ſ.p̄s.143.*

Os aperuerunt Iudæi contra Chriſtum in paſsione:quorum os plenum erat maledictione. p̄s.9.21.Roma.8. Et eorum os loquutum eſt vanitatem.p̄s.143. Os peccatoris & doloſi eſt os Iudæ traditoris & Iudęorum.p̄s.108.

*Antichriſtus*

Os loquens ingentia erit Antichriſtus,qui erit os diaboli.Dani.7.c.Et omnes impij & blaſ-

phemi

phemi os diaboli dicuntur.apoc.13.a.Et os equorum.apoc.9.d.

Gre.ſ.1.reg.14. — Guſtus laudis
In ore mel,guſtum laudis deſignare poteſt.1.reg.14.d.

Hie.ſ.Zach.5. — Manifeſtatio iniquitatis
Os amphoræ,manifeſtationem iniquitatis ſignificare poteſt.Zach.5.d.

Ori.ſ.Leui.ho.8. Baſi.ſ.pſ.37 Arno.ſ.ps.143. Hie.ſ.Eze.39. Iſy.ſ.Leui.13. Beda ſ.pro.15. — Os hæreticorum & malorum
Os conte ctum veſte eſt os hæreticorum & malorum,quibus prohibenda eſt prædicatio: ne inficiant auditores.Leui.13.f.Os enim hæreticorum loquitur vanitatem & mendacium. ps. 37.143.Et os hominis dicitur duricies hæreticæ prauitatis.Eze.39.d.Os fatuorum,quod ebullit ſtultitiam,eſt os hæreticorum.pro.15.a.In ore autem conterit Deus dentes hæreticorũ aut malorum,quum proprijs verbis hæretici aut mali confunduntur.ps.57.

Aug.epiſ.120. Gre.33.mor.28.35. Hie.ſ.Iob.41. — Poteſtas malorum. Suggeſtiões diaboli Verba blaſphemiæ Prædicatores hæreticorum
Os leonis eſt poteſtas malorum.ps.21.2.Timoth.4.d.De ore paſtorum liberat Deus oues, hoc eſt,de poteſtate malorum prælatorum.Eze.34.c.Et os Leuiathan ſunt ſuggeſtiones diaboli,& tentationes,& verba blaſphemiæ.Iob.41.a.Os etiam Leuiathan ſunt prędicatores diaboli & Antichriſti.

Hila.ſ.ps.68. Hie.ſ.Iſa.5. Gre.26.mora.30.& 33.mor.7. — Infernus Os inferni Tentatio
Os putei infernum ſignificare poteſt.ps.68.Os autem ipſius inferni eſt deſiderium multos recipiendi:quod eſt in dæmonibus.Iſaiæ.5.d.Os etiam iniquitatis eſt infernus. Iob.5.c. Et os anguſtum eſt os inferni,& etiam tentatio.Iob. 36.b. Et os Behemoth eſt os inferni. Iſaiæ. 40.c.41.a.

Philo.q deteri potiori inſidietur. — Senſus
Os terrę dicuntur ſenſus:per quos ſenſibilia intrant in animam.gen.4.b.

Baſi.ſ.ps 61. Ori.ſ.Iere.ho.8. — Hæreſis
Os aliquando dicitur hæreſis.Iob.15.a.Docuit iniquitas os tuum. Ore autem benedicere, eſt vitia virtutum nomine palliare:aut prætextu boni ad malum inducere. pſalm.61. Et prope dicitur dominus ori impiorum,quum hæretici proferunt bona verba de Deo, quibus decipiũt ſimplices.

Beda.ſ.pro.30
Os vulue dicitur meretrix;quæ non ſatiatur.pro.30.c.

## Oſcitari.

OScitari eſt os aperire,quaſi quodam impetu naturæ.

Ber.ſ.cant.ſer.16. Gre.9.mor.33. — Suſcipiens dona.ſſ. Subiectio ſenſuũ geminæ charitati. Septem experiméta ſalutis
Oſcicans puer ſepties eſt ſuſcipiens dona ſpiritusſancti,quibus à morte peccati ſuſcitat. 4.reg.4.d.Vel oſcitat ſepties,quum peccator ſenſualitatis quinariũ charitatis binario ſubijcit. Vel ſunt ſeptem experimenta,ſine quibus vera & certa ſalus rediuiui ſpiritus minime conſtat: quatuor ad ſenſum compunctionis,tria ad confeſsionis ſolum pertinent; quatuor ſunt geminus pudor,& geminus timor.Cogita Deum factorem tuum,& benefactorem, & patrem, & dominum:Pudor erit quòd offenderis benefactorem & patrem: timor quòd factorem & dominum.Confeſsio autem erigit,vt de corde humili,ſimplici,fideliq; proceſſerit.Porro Gregorius ita legit,vt non puer,ſed Eliſæus ſepties oſcitaſſe,ſeu aſpiraſſe dicatur:quod etiam refert ad dona ſpiritusſancti.

## Oſculari, Oſculum.

OSculari eſt oſculum alicui offerre:quod fit,cum os ori alterius applicatur.Eſt autem oſculum ſignum amoris & beneuolentiæ:poteſtq; benè & male fieri.

Ori.ſ cant.ho.1. Ber.ſ cant.ſer.2. Hie.ſ Iſa 63.& epiſ. beatitudinis. Gre.14.mor.22. Glo.or.ſ.3. reg. 19. — Incarnatio verbi. Chriſtus Recõciliatio mũdi.
Oſculum ſponſi quod petebat ſponſa,eſt incarnatio verbi Dei. Et ipſe Chriſtus mediator Dei & hominum,Deus & homo,oſculum dici poteſt.canti.1.a.8.a.Et oſcula deſignant recõciliationem mundi cum Deo.gen.27.d.29.c.33.a.48.b.Et oſculum quod dedit pater filio prodigo.Luc.15.e.Et oſculum Eliſæi ad patrem ſuum,eſt reconciliatio generis humani cum patre facta per filium.3.reg.19.d.Ille etiam oſculatur patrem & matrem,qui quoſcunq; poteſt, ſiue de Iudæis,ſiue de gentibus ſermone corrigere conatur.

Amb.de Iſaac.3 &.ſ ps.118.ſer.1. Gre.ſ.cant.1. Ber.ſer.paruo.54.& ſ.cant.ſer.8. — Illuſtratio mentis Amor inſpirationis. Spiritusſanctus
Eſt etiam oſculum ſponſi illuſtratio mentis, quæ ſine extraneo doctore fit in anima, vel in eccleſia.Et toties dantur animæ à verbo Dei oſcula,quoties aliquis de nouo intelligit myſteria.Eſt item oſculum ſponſi dulcis amor inſpirationis.Et oſculatur ſponſus, quum dulcedine ſuæ inſpirationis mentem tangit.Ipſe quoq; ſpiritusſanctus,cuius virtus eſt vnitiua,oſculum dici poteſt.Et duo quidem labia ſponſi ſunt Dei virtus,& Dei ſapientia.Labia vero ſponſę ſunt ratio percipiens ſapientiam,& voluntas percipiens virtutem.

Glo.or.ſ.Exo.4. — Sacerdotium excipiens legem
Oſculans Aaron Moſen. Exo.4.d.deſignat ſacerdotium excipiens legem: idq; in monte, hoc eſt,in eminentia ſpiritalis intelligentiæ:cum talibus enim lex pacem habet.

Hie.ſ.ps.84. Aug.ſ ps.84. — Venientes Iudęi & gentiles ad fidem
Oſculantur ſe iuſtitia & pax. pſalm. 84. cùm Iudæi & gentiles ad eandem Chriſti fidem veniunt: vt iuſtitia referatur ad Iudæos,pax vero ad gentiles.Vel ideo ſe oſculantur:quia nemo poteſt habere iuſtitiam,niſi habeat pacem,neq; pacem,niſi habeat iuſtitiam.

Gre.ſ.1.reg.10. — Mediatores ſacerdotes
Oſculans Samuel Saulem,quando vnxit eum in regem.1.regum. 10.a.deſignauit eos qui ſacerdotes ordinantur,debere ponere pacem inter Deum & homines. Dat autem oſculum & non recipit,malus bona prędicans.

Amb.ſ.Luc.7. Gre.ho.33. Ber.ſer.par.52. &.ſ. canti.ſer.3. — Amor virtutum Amplecti myſteriũ incarnationis Pœnitẽtũ oſculum
Non ceſſans oſculari mulier pedes Chriſti.Luc.7.f.deſignat neſcientem loqui, niſi ſapiẽtiã, iuſtitiam,caſtitatem,eaq; diligentem.Oſculatur etiam pedes Chriſti, qui ſtudioſe diligit eos, quibus eleemoſynã largit.Et qui myſteriũ incarnatiõis ex toto corde diligit. Oſculũ pedũ eſt pœnitẽ-



Operantium Contemplantium
pœnitentium amplectentium miſericordiam & veritatem Dei.Oſculum manuum eſt operantium,& bona opera Deo offerentium.Oſculum oris eſt contemplantium,& eorum, qui cœleſtium amore flagrant.

Coniunctio meditatiõis & cõtẽplatiõis — Ricar.de.ſ.victo.de 12.patriar.87.
Oſcula Ioſeph & Beniamin, deſignant coniunctionem meditationis ſeu prudentiæ cum contemplatione.gen.45.d.

Vnio Iudæorum & gentilium — Lyra.ſ.Exo.18.
Oſculans Moſes Ietro cognatum ſuum.Exo.18.b.deſignauit vnionem Iudæorum & gentilium in fide.Et etiã prælatũ religionis,benignè amplectentẽ ſeculares aduenientes.

Inanis gloria — Gre.22.mor.10. Ber.ſ.canti.ſer.4.
Oſculatur manum ſuam ore ſuo,qui gloriatur,& laudat quod facit:& teſtimonio propriæ loquutionis ſibi virtutem tribuit operis:quod dicitur iniquitas maxima, & negatio contra Deum.Iob.31.c.

Mundus amplectãs fugientes Simulator virtutis — Philo.quis rerum diui.hæres.
Oſcula Laban ad filios ſuos à ſe recedentes deſignant mundum cupientẽ amplecti eos, qui à ſe fugiunt.Vel virtutis oſorem,qui ne oſculari quidẽ poteſt attributas meditatori Iacob potentias:ſed vt aſſuetus ſimulationi,fictiſq; moribus,tanquam ęgrè ferens,cum re vera non doleat,ait, non iudicaſti me dignum,vt oſcularer pueros meos & filias.

Oſculans Ioſeph patrem ſuum defunctum.geneſ.50.a. deſignauit ſepeliendam ſynagogam cum honore.

Blandiens hæretic⁹. — Beda.ſ.pro.7.
Oſculans meretrix iuuenem.pro.7.b.eſt hæreticus blandiens ſimplicibus, vt eos in errorẽ pertrahat.

Honorantes labijs Deum Proditio veritatis. Blãdimẽta diaboli. Adulationes. — Tertu.adue. Mar.4. Cle.Ale 2.pæda.8. Ori.ſ.Mat.ho.35. Beda.ſ.pro.27.
Oſculum Iudæ quo traditus eſt Chriſtus,deſignat Iudæos & hypocritas labijs Deum honorantes,corde vero negantes.Mat.26.e.Marc.14.c.Luc.22.e.Iſa.29.d.Deſignat etiam proditionem veritatis.Et oſcula fraudulenta odientis ſunt blandimenta diaboli, & adulationes: pro.27.a.

## Os, Oſsis.

OS in animalibus eas partes ſolidas corporis ſignificat,quæ corpus ipſum, ne defluat ſuſtẽtant:neruiſq; inuicem alligantur:& carne ac cute teguntur:intra quæ medulla continetur. Interdum autem ſumitur os pro cognatione,quum dicitur os,& caro.Iudi.9.a.Os veſtrum, & caro veſtra ſum.

Diuinitas Chriſti Oſſa Chriſti — Rup.2.ſ.Exo.22.
Os agni quod non comminuitur,diuinitatem Chriſti ſignificare poteſt: quam non attigerunt perſecutores:Significat etiam oſſa ipſius Chriſti, quæ non ſunt fracta à crucifixoribus. Exo.12.g.

Apoſtoli Doctiores & fortiores — Geor. vene.canti.2. ton.3 cap.13. Au.epiſ.120. &.ſ.ps. 34.41. Hie.ſ.ps.21.140
Oſſa etiam agni non comminuta,fuerunt apoſtoli non comminuti,ſed fortes in fide. Fuerunt tamen oſſa Chriſti diſperſa,quando apoſtoli diſperſi ſunt in paſsione.Ipſi quoq; ſunt oſſa eccleſiæ.ps.21.Iob.30.c.Oſſa etiam eccleſiæ diſsipata ſecus infernum ſunt, qui videntur doctiores & fortiores in eccleſia:qui ſæpe decipiuntur ab hæreticis.ps.140.34.41.101.

Eccleſia. Populus eccleſiæ Chriſtus. — Gre.ſ.pſ.101.&.20. mor.24.30. Hila ſ.ps.138.
Os ex oſsibus Adæ eccleſiam ſignificat,quæ eſt velut os Chriſti:& facta ex oſſe vel fortitudine Chriſti.gen.2.d.Et oſſa aliquando deſignant ipſum populũ eccleſiæ.ps. 50.138. Os quoq; ipſius eccleſiæ dicitur Chriſtus,qui dat illi fortitudinem.Iob.19.c.

Fideles Infideles cõuerſi Proximi — Am.apol.Dauid.13. Ori.ſ.Leui.ho.7. Hila.ſ.ps.140. Baſi.ſ.ps.33.
Oſſa diſperſa in campo ſunt fideles diſperſi in mundo:qui congregabuntur ad vnum Chriſti corpus in die iudicij.Vel ſunt infideles ad fidem conuerſi.Eze.37.a.ps.6.33.34.140. Proximi etiam ſunt oſſa,quæ debemus congregare,ne diſsipentur ſecus infernum.

Spes æternitatis — Hie.ſ.Eze.37. Hila.ſ.ps.52.
Oſſa ſpem æternitatis quandoq; ſignificare poſſunt:quæ ideo oſsibus comparatur, quia facit nos grandia ſperare.ps.33.52.Eze.37.a.

Fortitudo Virtutes Opera fortia. — Aug.2.de gen. con. Mani.13.&.ſ.ps.6.33 138. Hie.ſ.Iſa.58. Gre 9.mor.38.&.23 mor.24 28.&.32.mo. 23.&.ſ.pſ.101.
Oſſa interdum pro fortitudine ſumuntur:etiam pro omnibus virtutibus.Et oſſa Ioſeph,quę noluit manere in Aegypto, deſignant virtutes animi:quas noluit in corpore corruptibili remanere.gen.2.d.50.d.Exo.13.d.deut.4.b.Iob.10.c.33.c.pro.3.a.12.a.14.d.15.d.Iere. 23.b. thre. 4.b.Mich.3.a.Et oſſa humiliata ſunt virtutes,aut motus animi.ps.6.31.33.34.37.50.101.138.140 Et oſſa contrita ſunt virtutes diſsipatæ:quæ etiam ſunt oſſa,quæ ſicut herba germinabunt Iſa. 38.c.58.c.66.d.Oſſa etiam dicuntur ipſa opera,vel acta fortia,quæ ex virtutibus producuntur Iob.4.c.7.c.ps.33.34.pro.14.d.

Vires mentis. Ratio — Gre 9.mo.38 &.28. mo.16.&.ſ.ps.101. Aug.ſ.ps.31.
Oſſa in quę mittit Deus ignem,ſunt vires mentis.thre.1.c.Iob.10.b.31.c.33.c.ps.31. Item ratio & intelligentia:quæ aruerunt,dum factorum & virtutum pinguedinem non habent.ps.101 Conteruntur hæc oſſa per legem peccati membris ſuperinductam.thre.3.b.

Intentio — Rup.ſ.Iere. 60. Ber.ſer.de cute carne.&c.
Oſſa interdum intentionem ſignificant:quæ totum corpus cogitationum & affectionum ſuſtentat.Et in his conſiſtit vita ſpiritualis.Et quandiu hęc manet firma,nec oſſa comminuuntur non eſt quis pręciſus à corpore Chriſti:cui licet per virgarum liuorem fuerit decolorata cutis, & caro clauis,& lancea perforata:tamen os non eſt comminutum ex eo.Exo.12.g.De his. ps. 101.138.Iob.19.c.

Corpora martyrũ. Corpora glorioſa. — Aug.ſ.ps.140. Glo.or.ſ.Iſa.66.
Oſſa diſsipata ſecus infernũ,dici poſſunt corpora martyrũ à perſecutoribus morti tradita, quæ tamẽ ſicut craſsitudo terræ eruperũt per miracula,& erumpent in reſurrectione. ps. 140. Et oſſa germinantia vt herba deſignant corpus glorioſum in reſurrectione.Iſa.66.d.

Oſſa

[Gre.8.mor.18. — Fortitudo carnis]
Oſſa quæ moriuntur in iuſtis, deſignant fortitudinem carnis: quæ oſſa tunc in eis moriunt, quum anima eligit ſuſpendium. Iob.7.c.

[Hie.ſ.Amos.2. — Hiſtoria legis]
Oſſa regis Idumeæ ſignificare poſſunt hiſtorias carnalis legis. Amos.2.a.

[Ori.ſ.Mat.ho.25. Hie.ſ.Eze.24. Ricar de.ſ.victo.de ſtatu.interi. hõis.7. — Opra fortia ſine bona intentione. Hypocritæ]
Oſſa mortuorum dicuntur opera, quæ videntur iuſta, & non ſunt: & oſſa arida ſunt fortia opera ſine intentione bona. Vel ſunt, qui fortiores videntur in eccleſia: qui tamen comburentur in iudicio. Eze.24.c. Mat.25.c.

[Hie.ſ.Ezech.6.&.ſ. Amos.6. Gre.15.mora.4.5.& 32.mor.16.20. Hie.ſ.Iob.40. Ench.for. ſpũal.7. Rup.ſ.Amos.2. — Fortes ex Iudæis. Superbi. Superbia. Durities Iudęorum. Prauæ cõſuetudiẽs. Obſtinatio. Opera fortia hypocritarum. Fortiores in vitiis. Conſilia Antichriſti vel diaboli]
Oſſa montium ſunt fortiſsimi quiq; Iudæorum, aut etiam ſuperborum in eccleſia: & etiam ipſa ſuperbia. Item oſſa hæreticorum, quæ efferuntur de domo. Ezech.6.a. Amos.6.c. Et oſſa Iudæorum contrita, deſignant duritiem eorum comminutam. thre.3.a. Et oſſa malorum, quæ implentur vitijs adolnſcentiæ, ſunt durę & prauæ conſuetudines, à vitio peſsimę inchoationis ſumptæ. Et obſtinatio, & opera, quæ videntur in hypocritis fortia. Iob.4.b.10.b.21.d. Et oſſa Behemoth ſunt fortiores in vitijs: qui alios etiam in eiſdem vitijs retinent: vnde & quaſi fiſtulæ æris dicuntur: quia ſonum bene loquendi habent, ſed ſenſum bene viuendi non habent. Iob.40.b. Vel ſunt fraudulenta conſilia quibus ſe tota Antichriſti vel diaboli malitia erigit. Oſſa regis Idumęæ, ſunt fornicantes per ſpiritum ſuperbiæ. Amos.2.a.

[Gre.15.mor.25 — Dignitates]
Oſſa etiam prauorum ſunt dignitates & honores: quæ irrigantur medullis, quum abundant diuitijs. Iob.21.c.

[Lyra.ſ.Eze.32.]
In oſsibus ſunt iniquitates, quando ſunt graues & nimium adhærentes, etiam vſq; ad pœnã inferni latentem. Eze.32.f.

[Lyra.ſ.Baruc.6. — Nuclei]
Oſſa oliuarum dicuntur nuclei ipſarum: ea ſuccendebant mulieres idolis. Baruc.6.d.

## Oſee.

[Hie.ſ.Hoſe.1. Aug.22.cõ.fauſ.89. — Chriſtus]
OSee, ſeu Hoſea. i. ſaluator: filius Beeri. i. putei mei: vnus é duodecim prophetis: qui in figuram ex præcepto Dei duxit vxorem fornicariam. Hoſe.1.a. Typus eſt Chriſti, qui duxit vxorem fornicariam, hoc eſt, adiunxit ſibi eccleſiam ex gentibus: vel etiam ſynagogam.

## Oſtendere, uide Iudicare.

## Oſtentare.

OStentare eſt ſæpe oſtendere: & ſumitur pro eo quod eſt cum iactantia, & gloriandi cauſa oſtendere. Baru.6.c. Eſther.14.c.

## Oſtentum, uide Admirari. Oſtium, uide Ianua.

## Othoniel.

[Ori.ſ.Ioſu.ho.20 — Suſcipiẽtes legẽ Dei]
OThoniel. i. reſponſio Dei: dux Iſrael, qui accepit Axam filiam Caleb vxorem. Ioſu.15.c. Iudi.1.b. Typus eſt ſuſcipientium legem Dei. Et prius quidem dicitur Cenez. i. contemptus literarum in gentilitate. Sed quum fit frater Caleb, hoc eſt, legis veteris ſpiritualiter intellectæ, & filius Iephone, hoc eſt, conuerſionis: datur ei vxor filia Caleb, hoc eſt, ſcientia Dei. Et dicitur cepiſſe ciuitatem literarum: quia cui reuelat Deus myſteria, comprehendit ſub legis litera myſticos ſenſus.

[Ori.ſ.Iudi.ho.3. — Angelus cuſtos iudices eccleſiæ]
Othoniel aliter interpretatur tempus mihi Deus: & vt fuit iudex Iſrael, & liberauit populũ, figura eſt angelorum protectorum: & etiam iudicum eccleſię: ſuper quos ſi fiat ſpiritus domini, liberant populum à diabolo. Iudi.3.b.

[Rup.ſ.Iudi.2. — Chriſtus]
Vel interpretatur tempus Dei: & deſignat Chriſtum, qui tempore ſtatuto à Deo viſitauit plebem ſuam: cuius euangelium reſponſio Dei eſt. Cepit Dabir. i. loquacem ſynagogam ſcribarum & phariſæorum. Duxit Axam, eccleſiam ex gentibus. Iudi.1.3.b.

## Ouis.

OVis eſt pecus lanigera admodum manſueta, lana & pelle veſtiens homines, carne vero paſcens. Erat eius magnus vſus in ſacrificijs, & etiam agnorum ab ea genitorum.

[Baſi.ſ.p̃s.28.ho.1. Geor.vene.canti.2. ton.3.cap.19. — Chriſtus.]
Ouis paſsim Chriſti gerit typum: qui pro nobis oblatus eſt: & ad omnes iniurias ſicut ouis obmutuit. Et vt ouis facile tradit quę habet: ita Chriſtus ſpõte ſeipſum pro nobis obtulit. Exo.34.c. Leui.3.b.4.e.p̃s.79. Iſa.53.c. Offerebatur autem ouis & agnus pro purificatione partus, & pace conducenda hominis cum Deo: Sic Chriſtus pacifiacuit omnia per ſanguinem ſuum: nec vlli vnquam nocet, ſed ſemper eſt beneficus.

[Ori.ſ.Leui.ho.3.7. &.ſ.Mat.ho.34.& ĩ diuer.ho.9. Cypria.epiſ.1. Arno.ſ.p̃s.8.94. Hila.ſ.p̃s.64. Hie.ſ.Iſa.11. Cyril 7.ſ.Ioan.1.& epiſt.39. Gre.ſ.1.reg.14.&.35 mor.17. — Simplices. Manſueti. Innocentes. Iuſti. Subditi. Venientes ad fidem]
Oues quia innoxiæ ſunt & rudes, & earum cibus eſt mundus, ſuntq; lanigerę, ac maximè vtiles hominibus, ſignificare ſolent ſimplices, manſuetos, innocentes, ac iuſtos, qui alijs proſunt ideo ſtatuentur à dextris. Subiecti quoq;, & omnes qui ſaluantur propter manſuetudinem oues dicuntur. geneſ.4.a.12.d.20.c.29.b.30.c.31.c.32.b.34.d.37.c.38.c.46.d.47.a. Exo.2.c.3.a.10.f.12.f.13.b.34.c. Leui.1.a.3.b.4.g.7.c.1.reg.16.b.p̃s.8.64.73.76.94. Iob.1.a.42.d. Iere.11.d. Mat.10.a.25.c. Iſa.11.b. Eze.34.a. Eccl'tæ.2.b. Ouis etiam ſunt venientes ad fidem. Oues autem tollit, qui innocentiæ ſuæ cauſas multiplices ad elationem retulit. 1.regum.14.c. Et oues

varię



[Iſyc.ſ.Leui.1.12. Beda.ſ.gene.29.30. Geor venet. cant.1. ton.7 cap.30 Philo de ſomnijs. Ori.ſ.Matt.cap.15.]
multiplices ad elationem retulit. 1.Reg.14.c. Et oues variæ ſunt animæ literis varijſq; ſigillis ac virtutibus picturatæ. Et oues primi temporis erant variæ: ſerotinæ vero albæ. Gen.30.e. Oues quoque dicuntur animæ perſpicaciores. Matth.15.c.

[Diuerſi gradus in eccleſia. — Chryſ.ſ.p̃s.93.]
Oues varię diuerſos ſtatus in eccleſia ſignificare poſſunt. Gene.30.e.

[Martyres. Diſcipuli Chriſti. — Lyra.ſ.p̃s.43. Hiero.ſ.Zach.13.]
Oues dicuntur martyres. pſal.43. Dediſti nos tanquàm oues eſcarum. Rom.8.g. Multi enim Chriſtiani fuerunt occiſi: multi capti, & in ſeruitutem venditi, &c. Et oues diſperſę fuerunt diſcipuli Chriſti in paſsione. Zach.13.d. Matth.26.a.

[Opera ſimplicia. — Chryſ.ſ.p̃s.93.]
Oues pręterea dici poſſunt ſimplicia opera: & oues variæ & vnicolores, diuerſa opera ſignificant. Gen.30.e. Exo.20.d. Leui.1.a.

[Imperiti. Iuuenes dociles. — Philo. de ſomnijs.]
Oues etiam ſignificant imperitos & ignaros: & animas iuuenum, quæ paratæ ſunt ad ſuſcipiendum verbum. Exo.34.c.

[Euangelia. Tempora anni. Elemẽta. Humores — Glo.ord.ſ.Exo.22.]
Oues quatuor reddendæ pro vna ſignificare poſſunt quatuor euangelia: ſecundum quæ eſt agenda pœnitentia. Exo.22.a. Poſſunt etiam ſignificare quatuor anni tempora: & quatuor elementa: & quatuor humores humani corporis.

[Profect⁹. Perfectio. Fœcũditas operum. Mundicia vitę. — Philo. d̃ ſacrifi Abel & Cain. Ori.ſ.Leuia ho.8. Amb.2.d̃ Caĩ.]
Ouis in quam permutatĩ primogenitũ aſini, profectũ ſignificare poteſt. Exod.34.c. Et ouis annicula perfectionẽ, & intelligentiã: & etiã operũ fœcunditatẽ: & mundiciã vitę. Leui.14.b.

[Cogitatiões ſanctę — Gre.27.mor.15. Gre.ſ.1.Reg.16.&.4. mor.28. Beda.ſ.Exod.2.]
Oues quas paſcebat Dauid, cogitationes ſanctas, ſed ſimplices ſignificare poſſunt. 1.Reg.16.b. Has oues paſcebat Moſes. Exo.2.c.3.a. Illas item Iob poſsidebat. Iob.1.a.

[Peccatores. Genus humanum. Gentiles. — Hila.ſ.Mat.cano.10. Ori.ſ.Mat.cap.15. Hiero.ſ.Matt.18. Aug.ſ.Ioan.trac.47. Ori.ſ.Matt.ho.14.]
Oues perditæ ſignificant peccatores, propter quos venit Chriſtus: qui peculiariter veniſſe dicitur ad oues quę perierunt domus Iſrael. Vel deſignãt genus humanum, quod perijt in Adam. Matt.9.d.10.a.18.b.15.c. pſal.118. Iſa.53.b. Oues autẽ aliæ erant gentiles. Ioan.10.c. Oues quoque dicuntur homines comparati Chriſto.

[Eruditores. — Arn.ſ.p̃s.113. Amb.ſ.Luc.14.]
Oues cum ſint matres agnorum, deſignare poſſunt eruditiores in ſacra ſcriptura: qui alios inſtruere poſſunt: & ipſi obtemperant Chriſto. pſal.113. Ioan.21.e.

[Angeli. Genus humanum. Iuſti. Superbi. — Hila.ſ.Mat.cano.18 Amb.ſ.Luc.15.& apolo.Dauid.5. Hiero ſ.Matt.18. Au.ſ.p̃s.8.& ſer.197. & de verb.apoſtoli ſe.9. Greg.ho.34.]
Oues nonaginta nouẽ angelos ſignificãt: ouis vero vna, quæ perierat, genus humanũ. Matt.18.b. Poſſunt etiã oues nonaginta nouẽ iuſtos deſignare. Et é diuerſò ſignificant ſuperbos, qui relinquuntur in montibus, hoc eſt, in ſuo tumore. Oues etiam multæ viri diuitis, angelos ſignificare poſſunt. 2.Reg.12.a. Et oues quas reliquit Dauid, vt pugnaret cum Goliath, ſunt angeli relicti à Chriſto. 1.Reg.17.c. Oues etiam ſubiectæ Chriſto ſunt angeli. pſal.8.

[Innocentia quorumdam Iudæorum. Iudæi. — Gre.1.mora.13.&.25 mor.26. Aug.ſ.p̃s.73.]
Oues ſeptem milia quas habebat Iob, perfectam innocentiam quorumdam Iudæorũ ſignificant: qui ad gratiæ perceptionem ex legis paſcuis venerunt. Iob.1.a.c. Generaliter autem oues paſcuæ Dei dicebantur Iudæi in lege nutriti. pſal.73.

[Perfecta obediẽtia. — Gre.35.mor.12.]
Ouis quam dedit vnuſquiſq; amicorum & vicinorum Iob, cum inaure aurea, perfectã obedientiam ſignificat. Iob.42.c.

[Magiſtri hęreticorũ — Hiero.ſ.p̃s.143.]
Oues hęreticorũ fœtoſę ſunt magiſtri hęreticorũ, qui multos pariũt in ſuis erroribus. pſ.143.

[Mali. — Aug.ſ.p̃s.48.]
Sicut oues in inferno dicuntur mali, quorũ paſtor eos depaſcẽs eſt mors ſeu diabolus. pſ.48.

[Vxor.]
Ouis in ęnigmate dicta eſt vxor, quando diues tulit ouem pauperis, hoc eſt, Dauid vxorem Vriæ. 2.Reg.12.a.

[Stultitia. Motus irrationales. Senſus & appetitus. — Philo de ſacrif. Abel. Ori.ſ.Leui.ho.2.& Num.ho.27. Cyril de adora. in ſpiritu ſancto.]
Oues quandoq; ſtultitiam ſignificant, & irrationales impetus, vires inquam rationis & expertes ſenſus & appetitus. Filij Laban has vires iter dierũ trium ſuccedendo curant: quæ figura eſt virtutis per omnem vitam derelictæ. Tempus enim diuiſum eſt in pręſens pręteritum & futurum. Alio modo dicuntur irrationalia, quæ omni prorſus ratione carent, vt pecora, quę exercitator ſua cura dignabitur. Gen.30.f.

[Simulatio innocẽtię. Cogitationes leuiores libidinis. — Gre.ſ.1.Reg.15.]
Oues Amalec occidendæ, deſignant ſimulationem innocentię. Nam quidam dum & ipſam formã humani corporis, & proprietates ſexus vtriuſq;, dum inſitam membris libidinem conſiderant, quaſi naturali bono, ſe hoc licenter poſſe vti putant. Poſſunt etiam deſignare leuiores libidinis cogitationes. 1.Reg.15.a.

## Ouile, Caula.

OVile eſt locus, in quo oues morari ſolent, ſeu in quẽ ſe recipiunt: quod & caula dicitur.

[Eccleſia. — Hiero.ſ.Mich.2.&.ſ. Iſa.65. Aug.ſ.Ioan.trac.44 47.]
Ouile eccleſiam ſignificare ſolet. Mich.2.d. Et caulæ gregum ſunt eccleſiæ ex gentibus. Gen.29.b. Iſa.65.b. Ioan.10.a. Eſt autem factum vnum ouile ex Iudæis & gentibus. Caulę quoq; filiorum orientis ſunt eccleſiæ fidelium, qui ſunt orientales. Eze.25.a.

## Ouum.

[Cyril.7.ſ.Ioan.6.]
OVum eſt vbi ſemẽ aliquorũ animaliũ, pręcipuè auiũ cõtinet: vnde animal fouẽdo ꝓducat.

[Teneri in fide. Simplices — Gre.31.mo.7. Hier.ſ.Iob.39.&.ſ. Iſa.10.]
Oua tenerã adhuc prolẽ exprimũt: quę diu fouẽda eſt, vt ad viuum volatile perducatur. Oua quippe inſenſibilia in ſemetipſis ſunt: ſed tamen calefacta, in viua volatilia cõuertuntur. Ita nimirum paruuli auditores ac filij, certum eſt ꝙ frigidi inſenſibileſq; remaneant, niſi doctoris ſui ſolicita exhortatione calefiant. Sed oua ſtruthionis derelinquuntur, quum diſcipulis ſuis hypocritę nullum cœleſtis vitæ exemplum præbent. Iob.39.b. Sic oua derelicta ſunt ſimplices eccleſiæ ſine defenſione manentes. Iſa.10.d.

Gre.31.mor.16. Apoſtoli.
Oua etiã ſtruthionis fuerũt apoſtoli ex Iudęis orti: à qbus tamẽ derelicti & cõtẽpti fuerũt.

Aug.epiſt.121. & de verb. do. ſer.29. Spes.
Ouum vt eſt animal in ſpe, ipſam ſpem exprimere poteſt: & vt non videtur quod eſt in ouo, ita ſpes eſt de his, quæ non videtur: cui opponitur ſcorpio, qui cauda mordet: quia deficiunt à ſpe, qui retro reſpiciunt. Luc.11.b.

Euch.form.ſpũal.8. Ruper.7.ſ.Matt. Virgo Maria.
Ouum petendum à patre, dici poteſt beata virgo Maria, intra cuius vterum formata eſt auis Chriſtus, fouente ſpiritu ſancto. Luc.11.b.

Hiero.ſ.Iſa.59. Gre.15.mor.7.8. Euch.form.ſpũal.8. Doctrina pueſa.
Oua aſpidum doctrinam peruerſam Iudæorum & hæreticorum deſignant. Iſa.59.a. Poſſunt etiam deſignare malignorum ſpirituum conſilia in corde latentia.

## Oza.

Gre.5.mor.10. Ruper.2.i.Reg.8. Infirmi reprehẽdentes fortiores. Iudæi.
OZa, id eſt, fortitudo, aut capra: fuit Leuites, qui cum tetigiſſet arcam domini, vt eam lapſantem ſuſtentaret, mortuus eſt. 2.Reg.6.b.1.Par.13.c. deſignat eos, qui cum ſint infirmi, fortium facta corripiunt, vnde ipſa viuentium ſorte reprobantur: vnde interpretatur robuſtus domini, quia prẽſumptores quiq;, niſi audaci mente robuſtos ſe in dño crederẽt, nequaq̃ meliorũ dicta vel facta, velut infirma iudicarẽt. Vel deſignat Iudęos volẽtes ſeruari legẽ veterẽ cũ noua.

## Ozias.

OZias, id eſt fortitudo domini, ſiue hircus domini: rex Iuda: qui cum tẽtaſſet in templo offerre incenſum domino, factus eſt leproſus. 4.Reg.15.a.2.Par.26.a. Eius tẽpore fuit grauis terremotus, Zach.14.a.

Hiero.ſ.Iſa.1.
Ozię tẽpore vidit Iſaias viſiones: quia eorũ eſt eas videre, qui ſunt in fortitudine dñi. Iſa.1.a.

Ori.ſ.Iſa.ho.1.5. Hier.epiſ. Et factũ eſt. Gre.ſ.Eze.ho.14. Glo.or.ſ.4.Reg.15. Ruper.ſ.Amos.2. Diabolus. Iudæi.
Vt autem eo mortuo vidit Iſaias dominũ, typus eſt principis huius mundi, aut principis peccati: qui ſi moriatur in nobis, poterimus videre dominum: ſi autem in nobis viuat nõ poſſumus videre. Iſa.6.a. Secundum etiam quòd ſibi arrogauit officium ſacerdotum, diabolum ſiginificat, qui cum altiora ſe quæſiſſet, factus eſt leproſus: & conſtituit nos leproſos, ſi regnat in nobis. Deſignat etiam Iudæos, qui occidẽtes Chriſtum voluerunt ſibi vſurpare hæreditatem eius: vnde facti ſunt leproſi. 2.Par.26.c.

## Oziel.

Glo.ord.ſ.Leui.10. Euangelium.
OZiel, id eſt fortitudo Dei, ſiue hircus Dei: filius Caath, patruus Aaron: typum gerit euangelij: ideo eſt pater Miſael & Eliſaphan, qui deſignant ſanctos ex euangelio natos: eſtque cognatus Aaron. quia euangelium cognationem habet cum lege. Leui.10.a.

# Pædagogus.

Hiero.ſ.Gala.3.
PAEdagog' dicitur pueri inſtitutor, hoc eſt, cui docẽdorũ puerorum cura mandata eſt. Coercet metu pœnę: inſtituit diſciplinis: nõ eſt pater, nec hereditatẽ pędagogi is, qui eruditur, expectat: ſed alienũ cuſtodit filiũ pędagogus, ab eo poſt quã ad legitimũ ille capiendę hęreditatis tẽpus aduenerit receſſurum.

Clem.Alex.1.pæda.2.7.11. Chriſtus.
Pędagogus & inſtitutor noſter præcipue Chriſtus eſt, ornatus ſcientia, beneuolentia & dicendi libertate: licet alioqui vere magiſter & pater ſit.

Clem.Alex 1.pæda.11. Amb.epiſt.73. Lex.
Pędagogus dicitur lex vetus: qui velut pædagogia eſt puerorum inſolentium, qui habenis nõ facile retinẽtur: quales erant Iudæi: & ducit eos, quos ſub ſua cura habet, ad verum magiſtrum & patrem Chriſtum. Gala.3.d.

Glo.ord.ſ.Cor.1. Inſtitutores recenſium in fide.
Pędagogi etiam dicebantur qui primum credentes inſtituebant: & qui minora docebãt nõ affectu paterno. 1.Cor.4.c

## Pagina, Pagella.

Lyra.ſ.Iere.36. Pars legis diuinæ.
PAgina dicitur vtraq; pars folij in volumine: cuius diminutiuum eſt pagella: & tres pagellę voluminis Ieremiæ partem legis diuinæ ſignificare poſſunt. Iere.36.a.

## Palam, uide Manifeſtare.

## Palatha.

PAlatha idem eſt quod maſſa, & proprie ficorum & caricarum. 2.Reg.16.a.1.Par.12.g.

## Palatium, Aula, Baſilica.

PAlatiũ dr̃ domus imperatoria, ſeu regia, ſuperba & ampla, fortis & ſublimis. 3.Reg.16.21.a.

Ricar.de.ſ.victo.de ſecurita.cõſcien.1. Securitas cõſciẽtiæ.
Si domus ſit conſcientia, palatium dici poterit ſecuritas conſcientiæ. Dan.4.a. Ego Nabuchodonoſor quietus eram in domo mea: & florens in palatio meo.





Operatio vitę præſentis. Vita carnalis. Glo.inter.ſ.Eſter.5. Glo.ord.ſ.2.Par.4.
Baſilicã ſignificare poteſt operationẽ pręſentis vitę: & etiam mores vitamq; carnalium: qui multi ſunt in eccleſia viam latam ſequentes. 2.Par.4.c.6.b. Eſter.5.a.

Humilitas ficta. Ricar.de.ſ.victo. de ſecu.conſcient.39.
Aula Babylonis humilitatẽ fictã deſignare poteſt: ſicut aula Hieruſalẽ humilitatẽ verã: vnde in aula Babylonica deãbulat, quẽ deficta humilitate ſua cõſciẽtia accuſando fatigat. Dan.4.f.

## Palatum.

PAlatũ eſt pars ſuperior, & veluti Camera oris: quod labijs dẽtibuſq; quaſi palis munitũ eſt.

Defectus correctionis. Hiero.ſ.Ezec.3.
Palato adhęret lingua prophetę quum non reprehendit peccantes. Ezec.3.g.

Defectus cõfeſsiõ.s Glo.ord.ſ.Thre.4.
Palato quoq; adhęrere dicitur lingua lactentis. Thre.4.b. quia deficiẽte lacte doctrinę, paruuli deficiunt à confeſsione fidei, & laudem Dei, & peccatorum.

## Palea, Culmus, Stipula.

Gratia. Charitas.
PAleæ ſunt ſtipulę frumenti, in quarũ cacumine grana in ſpica continentur. Culmus autẽ dicitur ipſe frumenti, calamus à radice vſq; ad ſpicã. Stipula aũt etſi dicitur ipſe calam', tamẽ eæ ſolent dici ſtipulę, quę remanent in campo demeſſo frumento: paleæ autẽ ſunt, quę ſeparantur à grano in area: & pręſtant leue pabulum iumentis. Culmus ſpicarum plenarum, quas vidit Pharao, gratiam & veritatem ſignificare poteſt: & etiam ſtipula. Gen.41.a.c.

Multæ doctrinę ſpiritus ſancti. Beda ſ.gen.24.
Paleæ multę in domo Batuelis multas ſpecies doctrinæ ſpiritus ſancti, quæ pœnitentibus dantur, deſignare poſſunt. Gen.24.c.

Fides gentilitatis. Hiero.ſ.ps.96.
Stipula lini, in qua abſcondit Raab exploratores, deſignare poteſt fortitudinem fidei gentilitatis in ſuſcipiendis Chriſti prædicatoribus. Ioſu.2.b.

Litera legis. Hiero.ſ.Iſa.11. Ruper.1.ſ.Iſa.11.& ſ.Hoſe.8.
Paleę literã ſacrę ſcripturę cõtinentẽ in ſe grana intelligentię ſpiritualis quandoq; ſignificãt. Iſa.11.b.30.e.65.d. Eadẽ eſt culmus ſtans ſine germine ipſis Iudęis: quia nõ percipiunt fructum ſpiritualem. Hoſe.8.b.

Homo. Leues homines. Aridi ad fidem. Gre.11.mor.24. Ber.ſer.d' legno.&c.
Stipula ſicca appellatur homo, qui infirmus apparuit in tentatione: & per carnem terrę proximus fuit, etiam quum ſtare videbatur: & velut leuis ſtipula paruo tentationis vento cecidit. Iob.13.d. Iſa.40.f. Stipula quoq; ſunt, qui leuitatis motibus ex ſufflati, nunquam in eodem ſtatu permanent: & qui aridi ſunt ad fidem & inanes.

Diabolus cõtemnẽs p̃dicationem & vindictam Dei. Gre.34.mor.5.6.
Quaſi paleas reputat leuiathã ferrum, cum pręedicationem ſanctorũ iudicat inania verba. Sic etiam in ſtipulã vertũtur ei lapides fundę, cũ pro nihilo ducit fortes eccleſię. Et etiam quaſi ſtipulam reputat malleum: quia ſupernæ animaduerſionis ictus formidare contemnit. Iob.41.c.

Iudæi. Hiero.ſ.27.
Stipula in agro dñr Iudęi in lege, ſine tritico bonorũ operũ exiſtẽtes. Iſa.27.b. Iuxta.lxx.

Inanitas inutilium hominũ. Impietas. Synagoga peccãtiũ. Vanitas vanitatum ſuperbi. Leuiora peccata. Hila.ſ.Mat.tom.2. Amb.2.p interpel.5. Gre.15.mo.22. Euch.form ſpũal.4. Ricar.de.ſ.victo.de ſomnio Nacho. 29.
Paleę quoq; deſignãt inutiliũ hominũ inanitatem: & etiam impietatem. Matth.3.c. Iob.21.c.41.c. Et ſtipula collecta eſt ſynagoga peccantiũ. Iere.23.f. Quid paleis ad triticum. Palea etiam eſt vanitas vanitatum, & palea cum ariſta eſt vanitas & afflictio ſpiritus: Palea etiam eſt inanis gloria: quam quærunt multi: quibus aliàs non datur. Exo.5.b. Item peccata leuiora, in quibus non diu immoratur ignis. Stipulam autem pariunt, qui digna igne faciunt. Iſa.5.g.33.b.

Temporalis victus. Ori.ſ.Leui.ho.14. Aug. enchir.ad Laurent.68. Ori.ſ.Exo.ho.3.
Paleæ inannes, quæ tempeſtate iactantur, ſtipendia temporalia prædicatorum, à ſecularibus collata ſignificare poſſunt: quæ quantumuis abundent, leuia reputanda ſunt. Gen.24.c. Et generaliter paleæ ſunt temporalis victus: qui aliquando negatur fidelibus: quia viuunt in tribulationibus in hac vita. Ideo Pharao nolebat dare paleas filijs Iſrael in Aegypto. Exo.5.b.

Mali. Diabolus. Vtiles alijs ſine charitate. Ori.ſ.Luc.ho.26. Hier.ſ.Nahum.1. Gre.8.mor.19. Beda ſ.Exo.5. Baſi.regu.breui.257. Gre.15 mor.22.
Paleæ ſunt mali, qui in iudicio ſeparabuntur à tritico. Matth.3.c. Luc.3.d. Exod.5.b.15.a. Iſa.41.a.47.d. Iere.13.d. Ioel.2,b. Naum.1.c. Ipſe quoq; diabolus paleæ nomine deſignatur in eiſdem fere locis. Culmus autem ſtans & non habens germen, eſt quũ vita meritis virtutum caret. Hoſe.8.b. Illi quoq; ſunt paleæ, qui alijs vtiles ſunt, vt paleæ tritico: ſed non ex charitate. Iſa.25.d. Iob.21.c

Errores hęreticorũ. Hęretici. Hier.ſ.Iere.23.&.ſ. Abdiam. Amb.ſ.1.Cor.3.
Paleæ dicuntur errores hęreticorum: & corrupta doctrina: & ipſi hæretici. Iere.23.f. pſal.82. 1.Cor,3.c. Et ſtipula domus Eſau dicuntur hæretici, qui conuertuntur, erroribus igne purgatis. Abdiæ.

Certitudo. Hiero.ſ.Eze.13.
Paleæ præbentes fortitudinem luto, certitudinem in veritate fundatam ſignificant: ſine his linebant parietem pſeudo prophetæ, & hæretici. Eze.13.b. Naum.1.c.

## Paleſtina, Paleſtinus, Philiſtim.

PAleſtina, id eſt, conſperſa nempe cinere vel puluere, ſiue ruina appoſita, vel ruina duplex, ruinæ potus, vel cecidit libens, vel potione cadens: prouincia Iudęæ proxima, cuius etiam Iudæa dicebatur eſſe pars. Erant autem paleſtini hoſtes Iudæorum: & à ſeptuaginta interpretibus dicuntur alienigenæ. In noſtra vero tranſlatione dicuntur Philiſtim, aut Philiſtijm: interpretantur etiam Philiſtijm obuoluti, aut inuoluentes.

Fideles. Doctores ſacri. Hiero.ſ.Amos.9.& ſ.Zach.9. Greg.ſ.1.Reg.4.
Paleſtini facti de capadocibus, ſunt fideles ex gentibus cadentes à ſuperbia, & bibentes poculum Chriſti. Amos.9.c. Zach.9.b. Doctores quoq; ſacri ſpiritu ſancto repleti per philiſtæos deſignantur, qui tulerunt arcam Dei. 1.Reg.4.a.5.a.

*Glo int. ſ. Gen. 21.* — *Mundus.*

Paleſtina vbi fuit colonus Abrahã, figura eſt huius mundi, in quo boni peregrinantur. Gen. 21. d. Et vt philiſtijm erant hoſtes Iudęorũ, ſed nõ in cõtinua pugna, deſignant hunc mundũ: cũ quo ludimus cõtinuis reuolutionibus, nũc ab ipſo expediti, nunc in eo iterũ obuoluti. Cũ phili ſtijm, hoc eſt, cum mundo nunc pugnandũ eſt, nunc vero cõuerſandum: vt ſuos dilectores ab ipſo trahentes deducamus in ſeruitutem Dei: ſicut Chriſtus nos docuit, qui cum publicanis & peccatoribus manducabat, & conuerſabatur, vt eos ad pœnitentiam reuocaret.

*Geor vene. can. 1. tou. 7. cap. 36.*

*Hier. ad principiã. & ſ. Iſa. 11. & ſ. Eze. 16.* — *Gentiles infideles. Gentiles fideles.*

Paleſtina etiam ſignificat gentiles, qui iudicarunt Dauid ſtultum, hoc eſt, Chriſtum & eius prędicationẽ. Et paleſtini aliquãdo ſunt gẽtiles ad fidẽ veniẽtes 1. Reg. 21. d. Iſa. 11. d. Eze. 16. g.

*Ori. ſ. Gen. ho. 13. Beda. ſ. Gen. 16. Hiero. ſ. ps. 82. Rup. ſ. Iudi. 17. & ſ. Ioel. 3. & ſ. Soph. 4.* — *Iudæi.*

Paleſtini obruentes puteos terra, ſunt Iudęi dantes ſenſus carnales & terrenos legi: & peculiariter ſcribę & pharisęi. Gen. 26. c. Et ſunt potione cadentes: qui inebriati ſunt de calice dæmoniorũ. pſal. 82. Philiſtijm aduerſarij Samſon. Iudi. 15. a. 16. a. Item qui tulerunt arcã, & poſuerunt in tẽplo Dagon: quia veritatem incarnationis poſuerunt in mendacio. 1. Reg. 5. a. Ioel. 3. b. Amos. 1. c. Sopho. 2. b.

*Ori ſ. gen ho. 13. & ſ. Exo. ho. 6. Hier. ſ. Eze. 16. Gre ſ. 1. Reg. 4. Rup. 7. ſ. gen. 10.* — *Dæmones. Hæretici.*

Paleſtini quoq; obruẽtes puteos, ſunt dæmones mentes fideliũ tentationibus opprimentes, & ſpiritualẽ doctrinam quantũ poſſunt occultantes. Gen. 26. d. In horũ manus traditur Iſrael. Iudic. 10. b. 15. b. 16. a. Ipſi ceciderunt poculo ſiue fractura: & biberunt de calice Babylonis, & corruerunt. Eze. 16. c. 25. d. Velut poculo cecidit ille, qui in veritate nõ ſtetit. Ioan. 8. f. Paleſtini etiam obruentes puteos ſunt hæretici obſcurantes veritatem ſcripturarum.

*Gre. ſ. 1. Reg 14. Hiero. ſ. Iſa. 14. & ſ. Ioel. 3. & ſ. Abdi. Rup. 8. ſ. Ioan.* — *Mali. Anima peccatrix. Hæretici. Philoſophi. perſecutores fideliũ. Contentioſi.*

Philiſtijm quoq;, hoc eſt, potione cadẽtes, ſunt mali ebrij in peccato, & cœleſtium obliti: & philiſtęa eſt anima peccatrix. Item hęretici errorum poculo cadentes: & etiam philoſophi ſuperbi: & pręterea perſecutores fidelium. Exo. 15. b. 23. d. 1. Reg. 14. g. Iſa. 14. g. Ioel. 3. a. Amos. 1. c. Abdiæ. g. Item contentioſi in eccleſia. 2. Reg. 5. d.

*Glo. ord. ſ. Exo. 13.* — *Tentationes.*

Philiſtim, vicini Iudęis, per quorum terram dominus noluit ducere filios Iſrael exeuntes de Aegypto. Exo. 13. d. deſignant tentationes propinquas: quas non vult Deus offerri fidelibus in principio conuerſionis, ne deficiant.

## *Paliurus.*

*Hiero ſ. Mich. 7.* — *Vitia iudæorum. Iudæi.*

PAliurus eſt herba ſpinoſa & aſpera: & deſignat vitia in Iudęa quę nata ſunt in eis legem habentibus, vt Paliurus in agris cultis. Iſa. 34. c. Et optimi inter eos dicebantur quaſi Paliurus pungens & retinens, vulnerans appropinquantẽ ſibi, & adunco dente cõprehẽdens. Mich. 7. a.

*Gre. 33. mor. 5.* — *Defenſores vitiorũ*

Paliurus in munitionibus Babylonis deſignat defenſores vitiorum. Iſa. 34. c.

## *Pallere, Pallidus, Pallor.*

PAllor proprie dicitur color ille in homine, quum deſtituta ſanguine cutis liueſcit: vt in ſubito metu. *Pallere* autem eſt pallidum eſſe, ſeu pallore affectum eſſe. In cæteris quoq; co-*lor ſimilis pallor dicitur.*

*Ori. ſ. can. ho. 4. Hil & Aug. ſ. pſ. 67. Gre. ſ. Eze. ho. 15.* — *Fides. Donũ euangelicũ. Feruor charitatis. Pallor mortis Chr̃i.*

*Pallor auri dici poteſt* fides virtutibus florens: vel eſt donum muneris euangelici in prędicatoribus fulgens vel flos honoris perpetui; & fulgor ſapientię in fœlicitate: vel feruor charitatis: vel etiam pallor corporis Chriſti in morte. pſal. 67. *Ber. ſ. can. ſer. 61. & de diligend. Deo.*

*Iſyc. ſ. Leui. 14.* — *Inanis gloria doctorum.*

Pallor parietum leproſæ domus inanem gloriam doctorum ſignificare poteſt: per quam in errorem veniunt. Leui. 14. e.

## *Pallium, Chlamys.*

PAllium eſt veſtis extrema circũtegens corpus ſupra tunicã, & tam viris quã mulierib9 cõueniẽs. Dicitur etiã Chlamys: quę tamen ꝓpriẽ veſtis eſt militaris, pallio breuior ac ſtrictior.

*Chr. ſ. ps. 93. Tert aduer. Marciõ. Gre. 2. mo. 31. Beda. ſ. gen. 39. Ruper. 5. ſ. Reg. 17.* — *Caro Chriſti. Litera legis. Tẽporalia bona.*

Pallium Ioſeph relictũ in manu fœminæ, deſignare poteſt humanitatẽ Chriſti, ſeu eius carnẽ in manibus peccatorũ relictã. Gen. 39. c. 49. b. Deſignat etiã literam legis, quã reliquit Chriſtus in oculis ſynagogę. Item ſecularem habitũ, & temporralia bona, quæ relinquuntur ab his, qui mundum fugiunt. Pallium Elię, quo diuiſit aquas Iordanis, Corpus Chriſti, quo percuſſo fluxerunt aquæ baptiſmi. 4. Reg. 2. b.

*Ori. ſ. gen. ho. 17. Amb. de bẽn. pr̃ia. 4. Aug. de eſſen. diui.* — *Apoſtoli. Eccleſia.*

Pallium Chriſti dici poſſunt apoſtoli illi adhęrentes, & participes ſecretorum eius, vel eſt eccleſia: vel gentes ex quibus conſtat eccleſia. Gen. 49. b. *Euch. form ſp̃ũa. 1.*

*Aug. 16. ciui dei 2. Beda. ſ. gen. 9.* — *Honor paſsionis Chriſti. Splẽdor ſolis & lunę. Cognitio proprię infirmitatis. Verbum Dei.*

Pallium quo ſe operuerunt Sem & Iaphet, ne viderẽt patris verẽda. Gen. 9. d. typus eſt honoris Chriſto exhibiti à Chriſtianis paſsiõis eius opprobrium venerãtibus. Deſignat etiã ſplendorẽ ſolis & lunę tempore paſsionis Chriſti iuxta crucẽ deficientem, & quaſi oculos omnium tegentem. Item cognitionem proprię infirmitatis, & vnde ſint nati. Poteſt etiam verbum Dei ſignificare: per quod confundimur, & erubeſcimus peccata noſtra.

*Amb. de Tobia. 20.* — *Charitas.*

Pallium zeli quo opertus eſt Chriſtus, charitatem deſignat. Iſa. 59. d. Et pallium vnũ ex omnibus ſagis tabernaculi vnitatem charitatis ſignificat. Exo. 36. b.

*Hier. ſ. Mich. 2.* — *Auxilium Dei.*

Pallium dicitur auxilium Dei. Mich. 2. c. de ſuper tunicam pallium ſubſtuliſtis.

— *Virtus verbi.*

Pallium Eliæ ab Eliſæo collectum. 4. Reg. 2. c. deſignat virtutem verbi, quã Chriſtus ad glorificandam ſuam carnem mundo reliquit.

*Amb. de Iſaac. 6.* — *Pudor vitę veteris.*

Pallium Rebeccæ, quo ſe operuit *viſo Iſaac*, pudorem vitæ veteris: ſignificare poteſt: & etiã

operimenta



operimenta conſcientiæ. Gen. 24. g. Cant. 5. c. — *Gre. 1. mo. 14.*

*Familiares vel conuerſatio doctoris. Regnum Iſrael.* — *Gre. ſ. 1. Reg. 15. Ruper. ſ. Mich. 2.*

Pallium Samuelis, cuius ſummitatem apprehendit Saul, & ſciſſa eſt. 1. Reg. 15. f. deſignare poteſt familiares doctoris: vel ipſius couerſationem. Vel deſignauit regnum Iſrael ab ipſo Saule præcidendum, vt expreſsit Samuel. Chlamis etiam Saulis: cuius oram præcidit Dauid, regnum Iudæorum ab eis præcidendum deſignauit. 1. Reg. 24. a. Pallium ſuper tunicã erat regnũ Iſrael ſuꝑ regnũ Iuda in Dauid, & ſuſtulerunt pallium, quando receſſerunt à domo Dauid. Mich. 2. c.

*Prudentia. Philoſophia. Vetus homo. Myſteria.* — *Amb. de virgi. 3. Greg. 26. mo. 1. & ſ. cant. 5. Ruper. ſ. cant. 5.*

Pallium ſponſæ ſignificare poteſt prudentiam, & philoſophiam, & actus corporales, vel veterem hominem: & pompæ ſecularis reſiduum: aut impedimẽta ne noſmetipſos cognoſcamus. Cant. 5. c. In beata virgine pallium erat ſecretum, quo tegebat myſteria incarnationis: quod tulerunt cuſtodes, quando ea detexit apoſtolis.

Pallium laudis datur beatis in gloria: qui ſemper verſantur in laudibus Dei. Iſa. 61. a.

*Ornamẽta opum. Iugum vitæ.* — *Hier. ſ. Iſa. 3. Beda. ſ. Exo. 12.*

Pallium quo pectus & humeri proteguntur, ornamenta operum ſignificare poteſt. Iſa. 3. d. Et pallia in quibus ligabatur farina ab exeuntibus de Aegypto. Exo. 12. c. deſignant iugum vitę: vt ſi quis vult venire poſt me, &c. Vita enim eſt mandatorum impletio.

*Laudis ornatus.* — *Euch. form. ſp̃ual. 8.*

Chlamys dici poteſt laudis ornatus. pro. 31. b. Chlamydes fecit viro ſuo, id eſt, veſtimentum, quod de duobus coloribus tanquam de duobus teſtamentis confectum ſit.

*Mortificatio mẽbrorum.* — *Ori. ſ. Iudi. ho. 5.*

Palliũ ſeu pelles, q̃bus opert9 fuit Siſara, mẽbrorũ mortificationẽ deſignare poſsũt. Iud. 4. c.

*Anima.* — *Hier. ſ. Iſa. 28.*

Pallium breue, quod non poteſt ſimul operire Chriſtum & diabolum. Iſa. 28. e. Eſt anima nõ valens ſimul bibere calicem domini, & calicem dæmoniorum. 1. Cor. 10. e.

*Peccatum. Sanguis martyrum.* — *Ori. ſ. Mat. ho. 35. Hil. ſ. Mat. can. 33. Hie. ſ. Matt. 23.*

Pallium aliquando dicitur peccatum. Ezec. 5. a. Ligabis eos in ſummitate pallij tui. Matth. 5. f. Dimitte ei & pallium. Chlamys etiam, qua indutus eſt Chriſtus tempore paſsionis, deſignat peccata noſtra, pro quibus ipſe pene tormentis obrutus eſt: & ſanguinem huius mundi: vel opera gentiũ cruenta, quæ ipſe ſuſtentauit. Matt. 27. e. Poteſt etiam ſanguinem martyrũ deſignare.

## *Palma, Palmus.*

*Modica pars diuinæ virtutis.*

PAlma, dicitur planum illud & ex parte concauum manus, quod in digitos deſinit. Palmus autem eſt menſuræ genus à manu & digitis extenſis ſumptum.

*Pręmiũ vltra condignum.* — *Baſi. de ſp. ſ. cap. 6.*

Palmus quo Deus dicitur ponderaſſe cœlos. Iſa. 40. c. modicam diuinæ virtutis partem inſinuare videtur: & etiam præmium ſanctorum vltra condignum illis collatum.

*Quies vitæ cõtemplatiuæ imperfecta.* — *Gre. ſ. Eze. ho. 14.*

Palmus additus ſex cubitis, quum non plene attingat ſeptenarium, deſignat vitæ contemplatiuę quietem, ſed imperfectam, qualis in hac vita habetur: vbi videmus per ſpeculum in ęnigmate. Ezech. 40. a.

*Magna & parua opera prædicare.* — *Gre. ſ. Eze. ho. 21.*

Palmus labij menſarum templi. Ezech. 40. f. deſignat opera prædicanda à doctoribus: & quia in palmo digitus magnus & paruus extenduntur deſignatur ita prædicanda & facienda eſſe magna opera, ne minima negligantur: aut ẽ diuerſo, ne ſint vt phariſæi decimantes mentham & anethum, &c.

*Manifeſtatio operũ Deo. Intentio in bonum.* — *Hier. ſ. Eze. 40.*

Palmi menſura in rationali deſignare poteſt manifeſtationem operum noſtrorum *ipſi Deo* factam: vel etiam infatigabilem mentis intentionẽ in bonũ habendã. Exo. 28. c. 39. b. Eze. 40. b.

*Glo. ord. ſ. 1. Reg.*

Palmæ manuum Dagon abſciſſæ opera idololatriæ abiecta ſignificant. 1. Reg. 5. a.

Palmas extendere ad Deum. Exo. 9. g. Vide expandere, vt manus.

## *Palma, Arbor, Spathula.*

*Philo de vita Moſ. Amb. 3. Exaẽ.*

PAlma, arbor aſpectu pulcherrima, fructum ferens optimum & vitalem: vim habet nõ in radicibus defoſſam, vt cæterę: ſed in ſummo quaſi cor ſitam in ramorum medio, à quibus circumquaq; ſtipatur, ceu princeps à ſuis ſatellitibus. Eſt in ea mas & fœmina: & fœmina inclinatur ad marem, non fructificat ſine coitu, ſed grauidãtur eius rami gemmis maſculis quaſi ſemine: & in ſuperiori parte habet quaſi cerebrum: quo deſtructo moritur arbor. Solet palma reſiſtere ponderi: qua ratione ſolet eſſe inſigne victoriæ.

*Victoria Chriſti. Gloria. Pręmia ſanctorum.* — *Amb. ſ. Luc. 19. Aug. ſ. Ioan. trac. 51. Geor. vene. cã. 1. tõ. 7. cap. 27.*

Palma typus eſſe ſolet triumphi & victoriæ Chriſti: vnde receptus eſt in Hieruſalem cum ramis palmarum. Ioan. 12. b. Et generaliter eſt typus gloriæ: ſicuti à ſede gloriæ vim ſuam habet. Et palmæ in templo præmia ſanctorum deſignant. 3. Reg. 6. b.

*Crux Chriſti.* — *Hie. ſ. Iob. 29. Gre. ſ. can. 7.*

Palma etiam crucem Chriſti, in qua diabolus eſt victus, & mundus redemptus deſignare poteſt. Iob. 29. c. Cant. 7. c.

*Eccleſia.* — *Gre. 19. mor. 24.*

Palma quandoq; ſignificat ſanctam eccleſiam. Iob. 29. c. Vt enim palma tarde proficit, ſed diu in viriditate ſubſiſtit: ita ſancta eccleſia ad fidei ſtatum venit cum multis difficultatibus: & pro plurimorum collectione in eiuſdem fidei gloria diutius ſtare concupiſcit.

*Diſcipuli Chriſti perfecti.* — *Amb. ſe. 24. Philo. de pfug. Bed. ſ. Exo. 15. Gre. nyſſ. de vit. Moſ.*

Palmæ ſeptuaginta diſcipulos Chriſti ſignificant, in eodem numero exiſtentes: & etiam habentes virtutem perfectam. Exo. 15. d.

*Seruãs innocẽtiam. Iuſtitia. Iuſtus.* — *Amb. 3. Exae. 7. & de Iſaac. 8. Hych. ſ. Leui. 23. Gre. 19. mor. 25. Euch form. ſpual. 4.*

Palma nunquam mutat folia: qua ratione deſignat ſeruantem ſemper innocentiam & charitatem. Cant. 7. c. Solet etam palma iuſtitiã ſignificare & ipſum iuſtũ, qui vt palma florere dicitur. pſal. 91. Leu. 23. g. Iudi. 4. a. Ioel. 1. c. Iuſtorum autem vita palmæ comparatur. Iob. 29. c. quia palma inferius tactu aſpera eſt, & quaſi aridis corticibus obuoluta: ſuperne vero & viſu & fru-

 ctibus

ctibus pulchra: inferius corticũ ſiccarum inuolutionibus anguſtatur: ſed ſuperius amplitudine pulchræ viriditatis expanditur. Sic electorũ vita inferius deſpecta eſt, ſuperius pulchra. In imo quaſi multis corticibus obuoluitur, dũ innumeris tribulationibus anguſtatur: in ſummo vero quaſi pulchrę viriditatis folijs amplitudine retributionis expãditur. Cũ autẽ omnis arbor iuxta terrã craſsior & robuſtior ſit, ſuperne aũt anguſtior: palma tamẽ gracilior eſt in imis, & iuxta ramos ac fructus ampliore robore exurgit. Ita cũ terreni latiores & roſtuſtiores ſint circa terrena: iuſti tamen circa terrenorum ſtudia infirmi ſunt: circa cœleſtia vero robuſtiores & alacriores ſemper exurgunt. Eoſdem deſignabunt comæ ſponſi, quæ dicuntur ſicut elatæ palmarum. Cant. 5. c.

Philo. de vita Moſis. Gre. 1. Cant. 7. — Mens ſancta.
Palma itidem mentẽ deſignat, quæ ſanctitatẽ deguſtauit, & in ſublimibus verſatur, terrenis deſpectis. Vt enim palma inferne anguſtior eſt, ſuperne latior: ita ſancta anima à minimis incipit, paulatim creſcens, quouſq; ad charitatis latitudinem perueniat. Cant. 7. c.

Ori. ſ. Exo. ho. 9. Hier. 1. Eze. ho. 40. & 1. Zach. 14. Gre. ſ. Eze. ho. 17. 19. Euch. form. ſpũal. 4. Ruper. 4. ſ. Apo. — Fortitudo. Victoria ſanctorũ.
Palma ſæpe pro fortiudine ſumitur quia reſiſtit ponderi: & inſigne victoriæ mundi: cum nec proſperis cedit, nec aduerſis. Et peculiariter deſignat victoriam ſanctorum poſt hanc vitam, quando iam ceſſauit pugna: nam in hac vita eſt pictura palmarum, qualis erat in templo: & eſt cælatura palmarũ in robuſtioribus: & eſt hinc & inde, hoc eſt in proſperis & aduerſis. Apo. 7. c.

Iſyc. ſ. Leui. 23. — Opera iuſtitiæ.
Spathula dicitur ramus, vel folium palmæ. Leui. 23. g. deſignare autem poteſt opera iuſtitiæ.

Geor. venet. Cant. 1. ton. 6. cap. 27. — Animal.
Palma ſatis expreſſum animalis ſimulacrum tenet in coitu & cerebro, & etiam in eo ꝙ comã in cacumine habeat circumextenſam, & ramos in digitorũ modum protenſos, & fructus quaſi in digitorum figuram formatos: vnde & dactili, hoc eſt, digiti vocantur. Pulpa quoq; ipſorum fructuum caro nuncupatur, valde quidem medicinalis, & ſummæ nutritionis, aut ex vi quadã quaſi animali, aut ex natura phæbea: & tanti nutrimenti eſt, vt anachoretæ quidam illo tantum modo cibo contenti fuerint: ſicut in hodiernum diem multi in Aphrica alios cibos non habẽt in vſu. Eſtq; multigenus fructus, & varius ſuper omnes alios.

## Palmes.

PAlmes eſt proprie arboris ſurculus, hoc eſt, lignũ illud, quod quotannis ex ipſa ſtirpe emergit, & gemmas producit. Sunt autem palmites peculiariter in vitibus.

Glo. ord. ſ. Nu. 13.
Palmes cum vua quam tulerunt exploratores. Num. 13. e. typus eſt crucis Chriſti: in qua ipſe pependit tanquam vua in palmite.

Aug. ſ. Ioan. trac. 80. Cyril. 10. ſ. Ioan. 14. Geor. venet. Cant. 1. ton. 1. cap. 18. — Fideles. Apoſtoli.
Palmites vitis peculiariter dicuntur fideles in Chriſto manentes: præcipue autem apoſtoli: quos extendit vſq; ad mare: hoc eſt, vſque ad aquas cœleſtes. pſal. 79. Ioan. 15. a.

Chryſ. ſ. Gen. ho. 67. — Teneritudo præceptorum Dei.
Palmes ad quem ligatur aſina, licet teneritudinem habeat, deſignare poteſt teneritudinem præceptorum Dei, quibus fideles alligantur. Gen. 49. b.

Hier. ſ. Eze. 17. Euch. form. ſpũal. 4. — Infirmum regnum iudæorum. Potentes Iudæorũ.
Palmites vineæ, Iudęorum infirmum incrementum regni Iudæorum ſub rege Sedechia ſignificabant. Eze. 17. b. ſignificant etiam potentes Iudęæ. Eze. 19. c.

## Palmyra.

PAlmyra hebraicẽ dicitur Tahdmor, interpretatur autẽ confeſsio, vel laus amaritudinis, aut confeſsionis vel laudis myrrha: eſt ciuitas quam ædificauit Salomon in deſerto: quæ abeſt ab Euphrate iter vnius diei: abundat fontibus, licet ad eius meridiem ſit aridiſsima ſolitudo dicta Palmyrena: quæ pertingit vſq; ad petram & Arabiam fœlicem. 3. Reg. 9. c.

## Palpare.

PAlpare eſt leuiter, blande, & quaſi tentando tangere.

Hiero. ſ. Iſa. 32. 59. Gre. 6. mora. 14. 15. 16 & 11. mora. 13. — Cæcitas iudæorum. Cæcitas malorum.
Palpans Iſaac Iacob. Gen. 27. d. deſignat defectum Iudærum in cognitione prophetiarum de Chriſto. Quia ex parte cognoſcebãt: ſed per tactum & experientiam ignorabant. Palpatio etiam dicitur eſſe apud Iudæos: qui veritatis lumen amiſerunt. Iſa. 32. e. Et palpant ſicut cęci parietem, quando legis literam tractant, quam non intelligunt. Iſa. 59. b. Et palpauerunt Iudæi in meridie quaſi in nocte, quum videntes aperta Chriſti miracula adhuc dicebant. Quouſq; animam noſtram tollis? Si tu es Chriſtus, dic nobis palam. Quorum cæcitas ad crudelitatem: crudelitas eiam vſq; ad aperta opera perſecutionis exarſit. Iob. 5. c. 12. d. 14. d. Mali quoq; quærentes in viris iuſtis opera praua quæ reprehendant, cum in eis nõ niſi bona luceant, quaſi cæci in meridie palpant.

Ricar. de. ſ. victo. de ſomnio Nabuch. 38. — Probare opera.
Palpare manibus eſt operum fructus experiendo probare. Vnde malis dicitur illud. pſal. 113. Manus habent & non palpabunt.

Palpabiles tenebræ Aegypti dicuntur hyperbolicẽ, vt oſtendatur non potuiſſe Aegyptios de loco moueri, niſi cæcorum more palpando. Exo. 10. f.

## Palpebræ.

PAlpebræ dicuntur pili genarum extremitatem ambientes.

Aug. de eſſen. diui. — Iudicia Dei. Locutio Dei.
Palpebræ Dei dicũtur occulta eius & inſcrutabilia iudicia: & etiã ſpiritalis eius locutio. Vnde



&. ſ. pſ. 10. Hiero. ſ. pſ. 10. Gre. 28. mor. 8. & ſ. Ezec. ho. 17. Euch. form. ſpũal. 1. Glo. ord. ſ. pſ. 10. — Mors & reſurrectio Chriſti. Sacra ſcriptura.
Vnde palpebrę eius dicuntur interrogare filios hominum: quia per ſua iudicia cognoſci facit, quid habeat vnuſquiſque. pſal. 10. Secundum etiam quòd quædam nobis aperit, quædam vero tegit, palpebræ dicuntur. Palpebræ etiam Dei ſunt mors & reſurrectio Chriſti: vbi probauit filios hominum, diſcipulos ſuos, & territos in ſua paſsione, & lætificatos in reſurrectione. Palpebræ autem Dei aperiendo nos interrogant, ſi intelligendo non extollimur: claudendo nos interrogant, ſi non deſpicimus, quæ intelligere non valemus. Qua ratione palpebræ Dei ſacram ſcripturam ſignificare poſſunt.

Hila. ſ. pſ. 131.
Palpebræ Dauid palpebras Chriſti ſignificant. pſal. 131.

Diony. cęl. Hier.
Palpebræ in angelis dicunt ſtatum illum, quo diuinæ ſpeculationis ſenſus, atq; intelligẽtias cautiſsime ſeruant.

Prælati. — Gre. 13. mo. 10.
Palpebræ Iob dicuntur in eccleſia, qui ad prouidenda pedum itinera vigilant: nempe prelati inferiorum curam habentes. 16. c.

Prædicatores Antichriſti. — Gre. 33. mor. 35.
Palpebrę diluculi. Iob. 41. b. dicuntur extremæ noctis horæ: in quibus quaſi nox oculos aperit, dum venturæ lucis iam initia oſtendit. Deſignant prudentes ſeculi malitiæ Antichriſti peruerſis conſilijs inhærentes: qui quaſi palpebræ ſunt diluculi, quum fidem quam in Chriſto inueniunt, quaſi erroris noctem aſſerunt: & venerationem Antichriſti verum eſſe mane pollicentur. Spondent enim ſe tenebras repellere, & veritatis lucem ſignis clareſcentibus nunciare: quia nec perſuadere quæ volunt, poſſunt, niſi exhibere ſe meliora fateantur.

Conſilia. — Gre. 3. paſt. adm. 16. Beda. ſ. Pro. 4.
Palpebræ interdum dicuntur conſilia: & palpebræ pręcedunt greſſus, quum operationẽ noſtram recta conſilia præueniunt. Prouer. 4. d.

Cõcupiſcẽtia oculorum. — Lyra. ſ. Eccli. 26.
Palpebræ poſſunt etiam concupiſcẽtiã oculorum deſignare. Eccl'i. 26. b. Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius cognoſcetur.

## Palpitare.

PAlpitare eſt leuiter ac frequenter in eodem loco moueri: qualis eſt palpitatio cordis. Sic palpitabat Abſalom pendens in arbore. 2. Reg. 18. b.

Obſtinatio diaboli. — Glo. ord. ſ. Iob. 26.
Palpitatio piſcis à tobia capti, deſignat obſtinationem diaboli in tentando, etiam poſtquàm victus eſt à Chriſto. Tob. 6. a.

## Palus, paxillus, uide Baculus.

## Palus, uide Lacus. Pandere, uide Aperire.

## Pangere, uide Fœdus.

## Panis, Torta Panis.

PAnis eſt pręcipuum hominis alimentũ. qui fit ex farina frumenti, aut alterius ſeminis, aqua ſubacta, & in clybano cocta.

Natura diuina. Gloria. Eternitas Chriſti. — Ori. ſ. Iſa. ho. 5. Gre. ſ. 1 Reg. 2.
Panis ſeptem mulierum, naturam diuinã ſignificare poteſt: & etiam gloriã. Iſa. 4. a. His panibus pollicẽt Deus ſaturare pauperes. pſ. 131. Panis etiam buccella eſt æternitas Chri. 1. Reg. 2. g.

Chriſtus. Euchariſtia. Caro Chriſti. — Ori. ſ. pſ. 26. ho. 4. Arno. ſ. pſ. 104. Amb. de bene. pſia. Tert. aduer Iudæos. Hier. ſ. Iere. 11. & ſ. Eze. 18. & adu. Iouin. Au. 2. ſer. do. in mõt. & ſ. Ioan. trac. 5. 23. Gre. ſ. 1. Reg. 2. & 23. mo. 25. Iſy. ſ. Leu. 23. Cle. Alex. 1. pœda. Geor. vene. cant. 2. tono. 3. cap. 20. Cyril. 4. ſ. Ioan. 28. Beda. ſ. Pro. 31.
Panis ſæpe ſignificat Chriſtũ, & euchariſtię ſacramẽtum. Gen. 3. d. 28. d. 49. c. Exo. 2. d. 16. d. Leu. 23. b. Dicitur Chrs panis in ſpica, ꝓ ſtatu legis naturę in fide patrũ: & panis in ſimila, in doctrina legis & prophetarũ: & panis formatus ſumpta carne: & coctus in clybano, hoc eſt, in virginis vtero igne ſpũſancti: & panis in ſartagine per labores, & panis in craticula in cruce poſit? pſal. 36. 77. 103. 104. Ioan. 6. d. 21. c. Hic eſt panis dandus eſurienti, non ſaturo. Eze. 4. d. 18. b. Et caro Chriſti panis dicitur. Pro. 5. c. 9. a. Iere. 11. d. Et Euchariſtia dicitur panis quotidianꝰ. Mat. 6. b. Et panis deſiderabilis. Dani. 10. a. Eandem ſignificant panes azymi conſperſi oleo. Leui. 7. a. 8. c. Et panis torta eſt caro Chriſti paſſa. Exo. 29. d. 1. Reg. 2. g. Iob. 28. b. Eccl'tæ. 9. c. Mala. 1. b. Panis in vinũ tẽperatũ minutatim cõiectus vinũ arripit: quod eſt autẽ aqueum relinquit. Ita etiã caro dñi, quæ eſt panis cœlorũ, ebibit ſanguinẽ, eos q̃ ex hoĩbus ſunt cœleſtes, ad incorruptionẽ enutriẽs: ſolas aũt illas carnales cupidirates ad corruptionẽ relinquẽs. Panes quoq; ꝓpoſitionis carnẽ Chri ſignificãt. Exo. 25. c. Hunc panẽ nõ comedit ocioſa mulier fortis. Pro. 31. d.

Doctrina Chriſti. Sacra ſcriptura. — Ori. ſ. Leui. ho. 13. 16. & ſ. pſ. 36. ho. 4. & ſ. Exo. ho. 9. & ſ. Iere. ho. 8. & ſ. mat. cap. 19. Arn. ſ. pſ. 40. Philo. 2 allego. Hie. ſ. Iſa. 3. 21. & ſ. Eze. 16. 44. Aug. 17. ciui. dei. 4. & 2. ſer. do. in mont. Iſ. ſ. leu. 7. 8. 23. 24. 26. Gre. ſ. 1. reg. 9. 16. & 15. mo. 6. & 16. mo. 3. & 23. mor. 25. Amb. ſ. pſ. 118. ſer. 13. Beda. ſ. Pro. 31.
Panis dicitur doctrina Chriſti, & ſacra ſcriptura: quæ aliquãdo dicitur panis de cœlo. Gen. 3. d. 14. d. Exo. 16. a. 23. b. Leui. 26. a. 1. Reg. 9. b. pſal. 36. 40. 77. 101. Pro. 30. b. 31. d. Iſa. 3. b. 21. d. 55. c. Iere. 5. d. 11. d. Thre. 4. a. Eze. 14. d. Et panes cocti in clybano, deſignant doctrinã euangelicã. Leui. 2. b. quę etiã dr̃ panis artus. Iſa. 30. e. 51. e. 58. b. Amos. 4. b. Et panes ex ſimila, ſecretiorem doctrinã ſignificant. Panes vero ex farina, cõmunem doctrinam. Et panis quotidianus dicitur doctrina ad ſalutem neceſſaria. Matth. 6. b. Panes autem Dei ponit coram idolis, qui per ſcripturam ſacram defendit errores. Eze. 16. c. Et panis, quem comedit princeps coram domino, eſt doctrina, quam docet Chriſtus. Eze. 44. a. Et panes azymi ſunt doctrina euangelica & apoſtolica. Leui. 7. a. 8. e. Panes quoque propoſitionis, deſignant doctrinam apoſtolorum, & quia erant ex ſimilia, ſimpliciorem doctrinam. Exod. 25. c. 35. b. 40. c. Leui. 24. a. 26. a. Et panis filiorũ eſt ſublimior doctrina. Mat. 7. b. 15. c. Eze. 14. d. Panis quoq; dr̃ doctrina ſolidior,

*Hie.ſ.Mala.1.&.ſ. Iſa.30.* — *Doctrina euãgelica. Doctrina legis.*

quę eſt cibus fortium.Iſa.3.a.21.d.33.c.55.a.pſal.103.131.Canti.5.a.Iob.20.b.22.b.27.c.28.b.42.c. Et panes primitiarum duo ſunt doctrina legis & euangelica. Leui.23.c. 1.Reg.2.g. Panem pollutum offerunt,qui ſacram doctrinam propter humanam gloriam , vel lucra ſeculi populis diuidunt:& diuitibus blandiuntur,& honorant peccatores.Mala.1.b.Eccl'tæ.10.d.11.a. Panes triticei euangelicam doctrinam ſignificant.Panes vero hordeacei doctrinam legis. Matt.15.d.

*Amb.ſ.Lu.11. Aug.ſ.Rom. inchoata,& de verb.dñi ſer.29. Ber.ſer.paruo.17.& ſ.cant.ſer.1. Rup.6.ſ.Ioan.Gre.Nyſſe.de orone.* — *Tres ſenſus ſcripturæ. Fides & myſterium trinitatis tres partes pœnitentiæ. Tres virtutes tres libri Salomonis. Panis quotidianus.*

Panes tres,tres ſenſus ſacræ ſcripturæ ſignificare poſſunt: & etiam myſterium & fidem trinitatis: & tres partes pœnitentiæ.Luc.11.a.Item tres virtutes,quibus reficitur homo Dei, & roboratur:nempe caſtitatem,humilitatem,& charitatem. Item tres libros Salomonis,triplicem continentes doctrinam,moralem,phyſicam,& inſpectiuam. Poteſt etiam deſignari panis quotidianus triplex,nempe euchariſtia,doctrina & panis materialis:quos panes miniſtrauit Chriſtus turbis.Ioan.6.b.

*Philo.đ ſacrif. Abel & Cain. Amb.1.de Abrahã.3 Ber.ſer paruo.64. Gre.ſ.1.Reg. Ori.ſ.Eze.ho.7.& ſ.Matt ho 5.* — *Myſteria Chriſti. Rudior doctrina. Myſtici ſenſus.*

Panis ſubcinericius myſteria Chriſti ſignificare poteſt: & reconditos ſcripturarum ſenſus. Gen.18.a.Exod.12.f. Panis quoq; ſubcinericius eſt prima doctrina tradita gentibus:vel hiſtoria legis,quæ ſpiritualem intelligentiam in lege opertã continet.3.Reg.17.b. Et paſtum diuini dogmatis extrinſecus rudem,ſed medullitus mire confortantem,& ſuauem.3.Reg.19.a. Panes quoq; abſolute ſunt myſtici ſenſus ſacræ ſcripturæ.1.Reg.2.g.Ezech.16.c.Matth.26.d.

*Prædicatio euãglica*

Panis fermentatus prædicationem euangelicam ſignificare poteſt:quando ex teſtamento veteri tanquàm fermentum inſerta ſunt teſtimonia.

*Hie.ſ.Eze.4.& epiſto.beatitudinis. Ori.ſ.Leui.ho.5. Greg.18.mor.20.* — *Lex vetus.*

Panes ſubcinericios comedunt Iudæi miſtos frumento,hordeo,faba,lente, milio & auena. Eze.4.c.quorum alter hominum,alter iumentorum cibus eſt:in eo enim quòd videtur in vnũ Deum credere,habent aliquid frumenti:quòd autem filium negant , hordeo iumentorum paſcuntur & fabis,quibus comedentium venter inflatur:& mens opprimi dicitur,&c. Et dicuntur comedere panem pollutum. Lex autem quam Iudæi legunt,& non intelligunt, ſubcinericius panis eſt , & opertus humano ſtercore. Quamobrem & Paulus apoſtolus lucra legis & priſtinarum ceremoniarum obſeruantiam,dicit ſe ſicut ſtercora habuiſſe, vt Chriſtum lucrifaceret.Panes quoq; quibus abundabant mercenarij,ſunt doctrina legis, quæ erat apud Iudæos. Iſa.55.a. Luc.15.c. Et panem non portare in via , eſt non docere vetuſtatem literæ. Mar. 8.b. Iob.28.a.

*Augu.epiſ.121.& de verb.dñi ſer.29. Beda.ſ.pro.12. Gre.ſ.1.Reg.2.& 23 mor.25.* — *Charitas. Virtutes.*

Panis cum ſit pręcipuus inter cibos,charitatem,quæ ſuprema eſt virtutũ , ſignificare poteſt. Luc.11.b. Hi panes dantur operantibus in ciuitate eccleſiæ. Eze.48.c. Et indigens pane eſt, qui non habet charitatem.Pro.12.b. Panes quoq; dicũtur ſpiritualia virtutum munera.1. Reg. 2.g.Iſa.33.c.Pſal.131.

*Geor.vene canti.2. tomo.3.cap.20.* — *Eccleſia.*

Panis vt ex multis granis conficitur,eccleſiam , quæ eſt corpus Chriſti myſticum ex diuerſis fidelibus compactum per charitatem & amorem , & ipſi Deo offerendum in hoſtiam ſanctam,ipſique placentem,deſignat : vt iam deinde transformemur in Chriſtum,& dicamus:viuo ego,iam non ego,viuit vero in me Chriſtus. Panis etiam ſubcinericius eſt multitudo fidelium,decocta igne ſpirituſſancti per pœnirentiam.Gen.18.a.Exo.12.f.

*Beda.ſ.Gen.18. Gre.ſ.1.Reg 10. Hiero.epiſt.beatus Pamphilus. Aug ſ.pſ.126. Ricar.de.ſ. victo.2.de arca myſtic.17. Glo.inter.ſ.Deu.16* — *Pœnitentia. Labores huius vitę.*

Panis ſubcinericius dici poteſt pœnitentia gentium,aut ſatisfactio pœnitentium: qui ſpirituſſancti igne decocti fiunt eſca beneplacita Deo.Gen.18.a.3.Reg.19.a.Torta etiam panis deſignare poteſt afflictionem carnis voluntariè aſſumptam , propter præteritas delectationes : & tres tortæ, tres partes pœnitentiæ.1.Reg.10.a. Panis etiam lachrymarum,& panis doloris pœnitentiam ſignificare ſolent.pſal.79.126. Significant etiam labores huius ærumnoſę vitæ.Et panes duo dati Sauli,deſignant prælatum flere debere pro ſuis & ſubditorum peccatis.1.Reg.10.a. Hos panes comedit homo exterior cum interiore.pſal.40. Panis afflictionis eſt triſtitia in hac lachrymarum valle.Deut.16.a.Comedes afflictionis panem.

*Ricar.de.ſ.victo.de 12.pſtar.35.* — *Perfecta opa patientiæ.*

Panis Aſer pinguis deſignat perfecta opera patientiæ:qualia ſunt martyrum.Gen.40.c.

*Amb.ſ.Luc.6. Iſy.ſ.Leui.2. Cyril.4.ſ.Ioan.12.* — *Apoſtoli. Doctores.*

Panes propoſitionis duodecim ſignificant apoſtolos,& doctores.Exo.25.c.35.b.49.a.Leui.2.b:24.a. Et cum dati ſunt Dauid,ſignificant omnes futuros eſſe ſacerdotes in regno Chriſti.1.Reg.21.a.Matth.12.a.Mar.2.d.Luc.6.a.Superponitur autem his panibus thus,quia bonus odor ſunt Deo:& ſal,quia ipſi ſunt ſal terræ. Mutantur autem per ſingula ſabbata:quia decedentibus apoſtolis & doctoribus,& ad cœleſtis ſabbati requiẽ tranſeuntibus,alij in eorum locum ſuccedunt.

*Fides apoſtolorum*

Panes,quos obtulit Iacob patri ſuo , fidem apoſtolorum deſignare poſſunt : & eorum , qui crediderunt ex Iudæis in pentecoſte.Gen.27.c.

*Glo.ord.ſ.2.Reg.9* — *Gloria cœleſtis.*

Panis quandoq; dicitur gloria cœleſtis:in cuius typum dicitur.2.Reg.9.d. Comedet ſemper panem ſuper menſam meam.Iſa.65.d.Luc.14.c.

*Cly.gradu.15.* — *Conuerſatio pura.*

Panes azymi puram conuerſationem ſignificare poſſunt.Exod.12.b.13.a.29.f. Et comedunt panes azymos,qui non inflatè,nec ſuperbè ſapiunt,nec ſe bonos aut iuſtos reputant. Panes etiã azymos offert,qui pro proximo animam ponit.Leui.2.b.

*Ori.ſ.Leui ho.5.* — *Cõuerſatio impura. Sciẽtię ſeculares.*

Panes fermentati ſignificare poſſunt conuerſationem impuram: & etiam ſcientias ſeculares puram veritatem non habentes.Leui.2.b. vnde panis fermentatus nõ offertur pro primitijs: qui poteſt



*Fortes in fide.*

poteſt ſignificare fortes in fide.Leui.2.c.

*Intentio.* — *Gre.32.mor.8.*

Panis ſubcinericius ex ea parte eſt mundior , quam inferius occultat: atq; ex ea ſordidior, qua de ſuper cinerem portat. Quiſquis ergo intentionem,qua Deum debuiſſet quærere,negligit,quaſi more ſubcinericij panis mundiorem partem inferius premit:& cum curas ſeculi libẽter tolerat,quaſi congeſtum cinerem ſuperius portat. Sic factus eſt Ephraim ſubcinericius panis,qui non reuerſatur.Hoſe.7.c. Reuerſaretur autem,ſi deſideriorum carnalium cinerem repelleret : & intentionem bonam, quam in ſe dudum deſpiciendo oppreſſerat , ſuperius oſtentaret.

*Sacerdotiũ Iudęorũ* — *Beda.ſ.Gen.21.*

Panes quos dedit Abraham Agar,ſacerdotium Iudæorum ſignificant : qui habebant panes propoſitionis, qui veterauerunt.Gen.21.b.

*Vnitas.*

Panis ſecundum quòd ex multis conficitur granis, vnitatẽ ſignificare poteſt.Gen.31.g.39.b.

*Victus diurnus. Corporalia ſubſidia Stipẽdia vitę pſẽtis.* — *Ori.ſ.Matt.cap.16. Hiero.ſ.Eze.4. Aug.2.ſer.dñi I mõt Greg.23.mor.26.&.12.mor.20. Beda.ſ.pro.31.*

Panis etiam ſignificat ipſum victum : vt panis quotidianus eſt victus diurnus.Matth.6.b.16.a.pſal.103.Eze.4.d. Et panis appoſitus ſeruo Abrahæ,ſunt corporalia ſubſidia prędicatoribus exhibita.Gen.24. d.28.d.Thre.5.b.Iob.15.c.Ioan.6.b.Hunc panem non comedit Moſes quadraginta diebus. Exod. 34.d. Poteſt generaliter panis ſtipendia vitæ præſentis ſignificare. Prouerb..1.d.

*Cõſolatio turpis vitæ. Delectatio gulæ. Voluptates.* — *Hiero.ſ Iſa.30. Greg.15.mor.5.& 23.mor.26.27.*

Panis conſolationem aliquando deſignat turpis vitæ : quæ dicitur panis arctus.Iſa.30.c. Itẽ delectationem gulæ:& generaliter voluptates.Gen.3.c.Exod.16.a. 1.Reg.2.g.10.a. Thre.5. b. Iob.20.b.33.c.Et hic eſt panis,quem quærit populus.Thre.1.d.

*Temperantia. Duodecim menſes.* — *Philo.de victimis. Hier.de veſt.ſacerdo.*

Panes propoſitionis temperantiam commendant:quando ſine vllis cupedijs ſimpliciter proponuntur. Significant etiam duodecim menſes,quibus beneficia Dei recipimus : & ſunt ſeni, propter æquinoctia,quæ ſex menſibus diſtant.Exo.25.c.

*Bona opera.* — *Aug.2.ſer.dñi in monte.*

Panis noſter,quem comedit inimicus, deſignat bona opera : quæ peccantibus nobis aufert diabolus.Iere.5.d.Et panis quotidianus eſt obſeruatio pręceptorum.Matt.6.b. Et panes,quibus paſcebatur Elias à coruis,ſunt opera pietatis proximis exhibita.3.Reg.17.e.

*Expiẽtia naturaliũ.*

Panes dici poſſunt experientia naturalium:de quibus dicitur.Iſa.44.c.Calefactus eſt, & coxit panes.

*Verba ſenſibilia ſcripturarum Quinq; libri Moſis. Temporalia.* — *Ori.ſ.Matt. cap.14. Hil.ſ.Matt.cano.14 Aug.83.q.61.&.ſ.Ioan.tract.24. Cyril.3.ſ.Ioan.17.*

Panes quinq; multiplicati,ſenſibilia ſcripturarum verba quinq; ſenſibus reſpondentia ſignificare poſſunt:qui multiplicati ſunt in doctrinam euangelicam.Matth.14.b.Ioan.6.b.Vel ſunt quinq; libri Moyſi:qui erant hordeacei propter aſperitatem literæ legis: vel propter literalem & hiſtoricum cibum,atq; ideo duriorem. Non fecit autem Chriſtus nouos panes, ſed hordeaceos multiplicauit:quia myſteria monſtrauit in litera legis. Poſſunt etiam deſignare temporalia ad quinq; ſenſus pertinentia.

*Quies ſpũalis.* — *Amb.ſ.Luc.9.*

Panes ſeptem multiplicati,quietem ſpiritualem ſignificare poſſunt.Matth.15.d.

*Sacramẽta hęreticorum. Doctrina hęreticorum. Peccatum. Idololatria. Vita vetus. Sacrificia Iudęorũ.* — *Hie.epiſ.B.Pãphil. Ori.ſ.Matt.ho.3. Arn.ſ.pſ.103.104. Gre.23.mo.26.& 14 mor.27. Aug.ſ.Ioan.trac.97. Beda.ſ.Pro.23. Hier.ſ.Hoſe.9. Rup ſ.Hoſe.9. Ori.ſ.Ioſu.ho.9 Arn ſ.pſ.104. Rup.ſ.Mala.1.*

Panis doloris ſunt ſacramenta hæreticorum : quæ dolorem inferent ſuſcipientibus.pſal.126. Et panes mendacij eſt doctrina erronea hæreticorum:quæ loco paſtus infert mortem. Vt autẽ panis vitæ eſt Chriſtus,& eius doctrina:ita panis mortis & impietatis eſt peccatum,& doctrina peruerſa. Hic eſt panis abſconditus , quem hæretici ſuauiorem aſſerunt. Pro.4.c.9.a.d.23.a. Iob.2.b.24.a.27.c.Eccl'tæ.10.d. Et panis fornicariæ,qui eſt panis luctus, & doctrina hæreticorum,& verba mortifera. Et panis lugentium,qui pro mortuo offerebatur,ſunt ſacrificia hæreticorum:quia omnia quæ faciunt,conuertentur eis in luctum.Hoſe.2.b.9.a.Et panes veteres Gabaonitarum ſignificant idololatriam:vel vitam veterem. Ioſu.9.a.pſal.104. Panis pollutus ſunt ſacrificia Iudęorum poſt paſſionem Chriſti.Mala.1.b.

*Puluis.* — *Hie.ſ.Iſa.65.*

Panis ſerpentis dici poteſt puluis : ad quem comedendum condemnatus eſt. Iſa. 65. d. Geneſ. 3. c.

*Iudæi Proceres eccleſiæ.* — *Hiero.ſ.Iſa.28.*

Panis, hoc eſt, triticum dicuntur Iudæi,aut proceres eccleſiæ. Iſa. 28.g. panis autem comminuetur.

*Voluptates ex laudibus.* — *Gre.ſ.1.Reg.14.& 15.mo.5.*

Panis fauorem inanis gloriæ quandoque ſignificare poteſt.1.Reg.14.d.Et panis in vtero hypocritæ eſt ſatietas temporalis delectationis in mente ex laude adulantium.Iob.2.b.

*Rapina.* — *Lyra.ſ.Pro.4.*

Panis impietatis eſt rapina : & omne iniquè acquiſitum. Prouerb.4.c. Comedunt panem impietatis.

## *Panificus, uide Piſtor.*

*Panificus, uide Piſtor.*

## *Pannus.*

PAnnus eſt , ex quo fiunt veſtimenta : & ponitur ſæpe pro panno craſſo & vili , attrito & lacerato.

*Diuina ptectio chri* — *Hier.ſ.Eze.16. Glo.ord.ſ.Eze.16.*

Panni,quibus aliquis inuoluitur, diuinam protectionem ſignificare poſſunt:& Chriſtum Ieſum,quem debemus indui.Ezec.16.a.

*Teſtimonia ſcripturæ.* — *Caſsia.lib.10.cap.21*

Panni etiam dicuntur teſtimonia de ſolida euangelicæ lectionis plenitudine abſciſſa:quæ ad hoc à malis aſſumuntur,vt contegant potius ignominiam ocioſitatis ac verecundiæ , vel alterius vitij,quàm vt calefaciant & exornent.

Panni pręterea,

*Humilitas. Cognitio ſui*

Panni præterea,quibus aliquis inuoluitur,humilitatem & cognitionem propriè imbecillitatis ſignificare poſſunt.Eze.17.a.Luc.2.b.

*Amb. ſ. Luc 5. Hiero.ſ. Matth.9. — Opera bona. Doctrina noui teſtamenti.*

Pannus nouus non aſſuendus veſtimento veteri,opera noui hominis ſignificat, & doctrinã noui teſtamenti.Mat.9.b.Mar.2.d.Luc.5.g.

*Ambr.2.de ſpiritu ſancto.11. Gre.25.mo.8. — Mali ad fidẽ vocati. Exempla patrum.*

Panni,quibus extractus eſt Ieremias de lacu.Iere.38.d. deſignant malos ad fidem vocatos. Vel quia ne ligatus funibus dum trahitur,incidatur,ſimul etiã panni veteres deponuntur: quia ne diuina præcepta nos terreant, antiquorum patrum nos exempla confortant: & ex eorum comparatione facere nos poſſe præſumimus, quod ex noſtra imbecillitate formidamus.

*Auxilium humanũ.*

Panni,quibus ligatur brachium fractum.Eze.30.f.fauorem vel auxilium humanum indicare videntur.

*Gre.28.mo.15.17.19 — Ignorantia ſuperni iudicij. Præcepta iudæis tradita. Infirma cognitio.*

Panni infantiæ ignorantiam ſuperni iudicij in perſecutoribus eccleſiæ deſignare poſſunt. Iob.38.a. Pannis enim infantiæ pedes ac brachia conſtringuntur, ne huc atq; illuc diſſoluta libertate iactentur. Et quia perſecutores ſanctæ eccleſiæ velut mare inſtabilitate cordis inquieti:atq; huic ſeculo dediti,puerilia ſapiunt,obſcuritate atq; caligine & ignorantia ſuperni iudicij conſtringuntur:ne tantum perſequi valeant,quantum volunt:ideo pannis infantiæ dicuntur obuoluti.Deſignant etiam rudia præcepta Iſraelico populo velut infanti tradita. Item infirmã cognitionem ſenſibus alligatam.

*Hier.ſ.Iſa.64.*

Pannus meſtruatæ ſumitur in comparationem rerum contemptibilium & turpium. Iſa.64. Eſter.14.d.

## *Panthera,uide Pardus. Papilio,uide Tentorium.*

## *Papyrus, Papyrio.*

PApyrus eſt arbuſcula præcipuè in Aegypti paluſtribus naſcens: ex qua parabantur chartæ pertenues:à quibus papyrus,in quo ſcribimus,nomen accepit.Papyrio vero eſt locus, vbi multæ erant ex illis arbuſculis.

*Hier.ſ.Iſa.18. Gre.13.mor.7. — Sciencia ſecularis.*

Papyrus Aegypti verba philoſophorum veritate vacua ſignificare poteſt:vel ſcientiam ſecularem.Iſa.18.b.Iuxta ſeptuaginta.

*Ori.ſ.Exo.ho.2. — Corda iudęorum.*

Papyrio in quo erat fiſcella,in qua poſitus erat Moſes ad ripam fluminis, corda Iudæorum ſordentia ſignificare poteſt.Exo.2.a.

## *Papula.*

*Iſy.ſ.Leui.22. — Detractor.*

PApula eſt puſtula,ſeu tuberculum:quod ieiunæ ſaliuæ defricatione curatur. Leui.14.g.22. c.deſignare poteſt detractorem.

## *Par*

PAr numerum duorum ſignificat.Et paria dicuntur æqualia.Numerus autem par eſt,qui in duo æqualia diuiditur. Vide appendicem numerorum.Par boum,vide Bos.

## *Parabola.*

PArabola dicitur ſimilitudo,ſeu rerum diſsimilium comparatio.

*Aug.ſ.pſ.48. — Cognitio huic tẽpori congrua.*

Parabola deſignat cognitionem huius temporis:quia videmus nũc per ſpeculũ in ænigmate. Ideo Chriſtus dicitur inclinaſſe aurem in parabolam:quia tradidit doctrinam huic tempori congruentem.pſal.48.77.

*Gre.18.mor.1. Hiero.ſ.pſ.77. — Myſtica verba Iob. Chriſtus.*

Parabola,quã dicitur aſſumpſiſſe Iob,deſignat eius dicta myſticè fuiſſe prolata,& in eccleſiæ typum eſſe intelligenda.Iob.27.a.Ipſe quoq; typum gerit Chriſti, qui in parabolis aperuit os ſuum.pſal.77.Matt.13.a.Mar.4.a.Luc8.a.

*Aug ſ.pſ.68.*

In parabolam factus dicitur Chriſtus, quum ei maledicebant Iudæi,& per quandam comparationem dicebant:Sic ille pereat quomodo iſte.pſal.68.

*Hiero.ſ.Iſa.14. — Planctus in malos.*

Parabola, contra regem Babylonis aſſumpta. Iſa.14.a. ſignificat planctum ſuper perditione malorum.

## *Paracletus.*

*Spiritus ſanctus. Chriſtus.*

PAracletus græcè idem eſt,quod aduocatus,patronus,conſolator,adhortator, & deprecator.Sumitur autem pro ſpiritu ſancto,& aliquando pro ipſo Chriſto,qui eſt aduocatus noſter,& conſolator:ideo ſpiritus ſanctus dicitur alius paracletus.Ioan.14.b.15.d.16.b.

## *Paradiſus,uide Hortus.*

## *Paralyſis, Paralyticus.*

PAralyſis eſt neruorum diſſolutio:quę aliter ſanari non poteſt,niſi nerui illi diſſoluti,& iuſto laxiores reſtringantur,& roborentur.Paralyticus autem eſt neruis diſſolutus.

*Hie.ſ.Mar.2. — Torpor pigritiæ.*

Paralyſis typus eſt torporis,quo piger iacet in mollicie carnis;habens deſiderium ſalutis:ſed torporis ignauia,& duplis cogitationibus,ac ſi eneruatus membris offendit.Mar.2.a.

Paralyticus



*Ineptus ad bene operandum. — Ori.ſ.Matt.ho.4. Hila.ſ.Matt.cano.7.*

Paralyticus membrorum diſſolutionem patiens,ſignificare poteſt eos, qui omnes potentias ineptas habent propter peccata,ad bene operandum.Et qui ſoluti ſunt animo, ipſum velut iacentem habentes.Matth.8.a.9.aMar.2.a.Luc.4.a.Ioan.5.d.

*Populus iudaicus. Gentiles. — Cyril.2.ſ.Ioan.123. Rup.5.ſ.Ioan. Hila.ſ.Matt.cano.8*

Paralyticus triginta octo annos iacens in porticu probaticæ piſcinę.Ioan.5.a.populum Iudaicum deſignat torpentem in bene operando.Vel è diuerſo gentiles, qui iam erant inter Iudęos,nec tamen curabantur.Alius etiam paralyticus.Matth.9.a.ſignificat gentiles fide & operibus diſſolutos & torpentes.

## *Parapſis.uide Catinus.*

## *Parare, Præparare, Præſto, Promptus.*

PArare interdum eſt acquirere.Pro.6.a. Formica parat ſibi in æſtate cibũ.Diſponere.Exo. Parabis acetabula,ac phialas. Ordinare.Gen.27.b. Parauit illa cibos,ſicut velle nouerat. Ornare,ſeu adornare,& inſtituere.Exo.26.c.In ſagis,quæ parantur tecto.Præparare.Exo.16 a.Nec qui minus parauerat,reperit. Paratus autem aliquando eſt firmatus.pſal.56.117. Paratũ cor meum Deus.Præparare autem eſt ante parare.

*Incarnatio. — Hier.ſ.Iſa.52.&.ſ.Ioan.4.&.ſ.Sopho.1.&.ſ.Hoſe.9. Aug.ſ.pſ.88.*

Parauit Deus brachium ſuum,quando miſit filium ſuum.Iſa.52.c. Sic præparauit ſemen Dauid vſq; in æternum,pſal.88.Et parauit vermem,cum filium ſuum incarnari fecit.Ioan.4.c. Et præparauit hoſtiam tradens filium ſuum.Sopho.1.b. Præparauit autem Deus egreſſum Chriſti quaſi diluculum.Hoſe.6.a.quia Chriſtus attulit lucem mundo, quando proceſsit tanquam ſponſus de thalamo ſuo.

*Inſtitutio baptiſmi. — Arn.& Hil.ſ.pſ.146 Aug.ſ.pſ.67.146.*

Parat Deus pluuiam terræ, cum baptiſmum & dona ſpiritusſancti hominibus largienda inſtituit:aut etiam doctrinam.pſal.146.Hæc dicitur Deus parare in dulcedine pauperi. pſal.67.

*Honor Chriſti. Fœlicitas. — Arno.ſ.pſ.92.*

Parauit Deus lucernã Chriſto,cum effecit vt in nomine Ieſu omne genu flecteretur. pſ.131. Et parauit ſedem Chriſto,faciens eum ad dexteram ſuam ſedere.pſal.92.Parat etiam Deus locum omnibus prædeſtinatis in fœlicitate.Exo.23.c.

*Myſteria. Euchariſtia. — Ori.ſ.Matt.ho.20. Hila.ſ.pſ.64. Amb.de Elia.10.*

Parat Deus prandium,cum diſponit myſteriorum eſcas:& euchariſtiam. Hæc autem parat ieiunantibus,præcipue à vitijs.Matth.22.a.pſal.22.64.

*Chriſtus deſcẽdens in infernum. Angeli ſeparantes malos à bonis. Vulgus iudęorum. — Ori.ſ.Leui.ho.9. Iſy.ſ.Leui.16. Ruper.11.ſ.Matt.*

Paratus homo ad portandum hircum in deſertum,deſignare poteſt Chriſtum,qui deſcendit in infernum:& per propriam virtutem aſcendit ad patrem ſeipſum offerens. Leui.16.d. Poteſt etiam deſignare angelos,qui ſeparabunt malos à bonis. Item vulgus Iudæorum, qui perſuaſi à principibus petierunt dimitti Barabbam.

*Diſponere cor. — Ori.ſ.Luc.ho.21. Hila.ſ.pſ.67. Hiero.ſ.Iſa.40. Aug.ſ.pſ.65.*

Parare viam domino eſt diſponere cor,vt intret Chriſtus: quod fiet, compreſsis tumoribus vitiorum & infidelitatis:& eleuata humilitate terrenæ labis:& libidinis voraginibus obſtruſis. Luc.3.a.Iſa.40.a.Eſt etiam diſponere gentilitatem & infideles ad fidem ſuſcipiendam.Pręparatio autem domus eſt diſpoſitio ad audiendum verbum Dei.Gen.24.d. Præparant etiam corda,qui abiectis vitijs & prauis cogitationibus mentem ſanctis meditationibus & virtutibus exornant.1.Reg.5.a. Paratum etiam dicitur cor Chriſti & fidelium ad lætanter obediendum. pſ. 56.Datur etiam paratus ad cuſtodienda mandata Dei. pſal.118.

*Prædicatio. — Ori.ſ.Cant.ho.3. Hier.ſ.pſ.28. Arn.ſ.pſ.64. Aug.ſ.Apo.ho.6.*

Præparat vox domini ceruos,quum Ioannes dicit:Parate viam domini.pſal.28. Præparauit quoq; Deus ceruos, quando miſit apoſtolos & prædicatores ad prædicandum. Pręparauit itẽ Deus montes in virtute,cum miſit apoſtolos ad prædicandum cum virtute miraculorum.pſal. 64.Et præparantes ſe angeli,vt canerent tubis, ſunt apoſtoli & prædicatores parati ad prædicandum. Apo.8.b.Hæc eſt præparatio euangelij pacis.Ephe.6.c.

*Suſcipere correctionẽ & prędicationẽs — Hie.ſ.Ezec.7.&.ſ.Mala.3.&.ſ.Amos.4*

Præparatur in occurſum Dei,qui libenter recipit correctionem.Amos.4.d.Præparari autẽ ad ſonum tubæ,eſt per prædicationem auditam aduerſus diabolum ſe armare.Ezec.7.d.Mala. 3.a.Matth.11.b.Dicitur etiam Deus præparaſſe opera bona.Ephe.2.b.

*Magnificãs Deus eccleſiam. — Hie.ſ.pſ.23. Aug.ſ.pſ.23.*

Præparauit Deus terram ſuper flumina, quado conſtituit eccleſiam ſuperiorem potentibus ſeculi,& cupiditatibus:& generaliter malis,qui fluunt in hoc ſeculo.pſal.23.

*Cõtinẽs de⁹ prædicatores. Cõuerſio in fideliũ — Gre.27.mo.10. Hier.ſ.Iob.38.*

Præparauit Deus theſauros niuis & grandinis in die belli. Iob.38.c. quia prædicatores diu intra ſuæ pręſcientiæ ſinum tegit: & cum repente eos eduxerit, reſiſtentia aduerſariorum pectora illorum verbis ac redargutionibus, quaſi quibuſdam grandinibus percutit. Præparauit etiam niuis theſauros ad tẽpus hoſtis, quum tempore paſsionis Chriſti conuertit infideles.

*Mittẽs deus prędicatore gentilibus,iudęis & peccatoribus. — Gre.30.mo.12.13.14.15.& ho.38. Hie.ſ.Iob.38.*

Præparauit Deus coruo eſcam, quum gentilibus miſit prædicatores, qui eos inſtituerent: vel quum Iudæis prædicari per apoſtolos fecit.Iob.38.d.vel etiam quia alijs peccatoribus prędicatorem iuxta eorum exigentiam diſpoſuit.Vel certe cum pulli vt ſatientur clamant, coruo eſca præparatur:quia dum verbum Dei boni auditores eſuriunt:pro reficiendis eis,maiora doctoribus intelligentiæ dona tribuuntur.Ad hæc pertinet præparatio conuiuij nuptiarum.Mat. 22.a.Sic parat Deus cibum fidelibus.pſalm.64.Parauit quoq; Deus in dulcedine pauperi,cum poſt reſurrectionem conſolatus eſt apoſtolos,eoſq; miſit ad prædicandum.pſal.67.

*Conſolãs apoſtolos.*

*Miã ĩ primo aduẽtu. — Hiero.ſ.Iſa.16.*

Pręparari dicitur ſolium Chriſti in miſericordia.Iſa.16.b.quia primus eius aduentus præcedens iudiciũ

dens iudicium eſt miſericordiæ

*Arno.ſ.pſ.32. Hiero.ſ.Mich.4.* — *Humanitas Chri.*

Præparatū habitaculum Dei eſt humanitas Chriſti.Iſa.16.b.pſal.32. Et præparatus mons domus domini,eſt Chriſtus prophetatus.Iſa.2.a.Mich.4.a.

*Aug ſ.pſ.32.* — *Apoſtoli.*

Apoſtoli etiam & ſancti ſunt præparatum habitaculum Dei.pſal.32.

*Hiero.ſ.Iſa.16. Aug.ſ.Ioan.trac.68. Glo.ord.ſ.Ioan.18.* — *Cœlum.*

Præparatum etiam habitaculum Dei eſt cœlum.pſal.32.Ibi præparauit Deus quæ oculus nō vidit,nec auris audiuit,&c.Iſa.64.b. Parat etiam Deus nobis locum,quando nos diſponit per fidem,vt recipiamur in cœlo.Ioan.14.a.Non enim locus ipſe tunc paradus erat,qui ab æterno paratus eſt:ſed introducendi erant parandi per gratiam,& dona ſpiritusſancti.

*Hiero.ſ.Ionam.4.* — *Collatio legis.*

Præparauit Deus hęderam Ionæ prophetæ,quando dedit legem populo Iſrael.Ioan.4.c.

*Hiero ſ Ionam.2. Ruper.ſ.Ionam.2.* — *Tradens pr̄ filium.*

Præparauit Deus piſcem grandem,qui deuoraret Ionam: quia ipſe tradidit filium ſuum pro nobis in mortem.Ioan.2.a.Vel præparauit illi ſepulturam,tum dando legem , vt crucifixorum corpora eadem die ſepelirentur:tum inſpirando Ioſeph,vt ipſum ſepeliret.

*Hiero.ſ.Iere.10.* — *Creatio per filium.*

Præparauit Deus orbem in ſapiencia:quia per filium creauit & diſpoſuit mundū. Iere.10.b.

*Hier.& Aug.ſ.pſ.88* — *Impletio ꝓmiſsiōis*

Præparari dicitur veritas Dei in cœlis,quando Chriſtus ſuſceptus eſt ab apoſtolis : quando in eis impleta eſt promiſsio facta patribus.pſal.88.

*Hiero ſ pſ.131.* — *Miſsio ioā. baptiſtę.*

Præparaſſe dicitur Deus lucernam Chriſto,quando præmiſit Ioannem Baptiſtam. pſal.131.

*Hiero.ſ.pſ.20.* — *Cōuerſio iudęorū in fine mundi. Occiſio ꝓphetarū & Chriſti.*

Præparabit Deus vultum Iudæorum in reliquijs ſuis. pſal.20. quum eos conuerti faciet per Eliam & Enoch ante finem mundi. Præparauit quoque in reliquijs , quum eis mittebat prophetas,quos ipſi occiderunt:& poſtmodum eorum reliquiæ crucifixerunt ipſum Chriſtum.

*Prompte honorare Chriſtum.*

Parantes munera fratres Ioſeph,deſignant promptitudinem habendam ad exhibendum honorem Chriſto.Gen.43.c.

*Beda ſ Pro.24. Ori.ſ.Mat.ho.35.* — *Emūdare à vitijs.*

Præparat foris opus ſuum , qui ſe curat à vitijs emundare: vt poſsit bonis operibus vacare. Prouerb.24.d Parant etiam Paſcha Chriſto qui mundant animas ſuas.Matth.29.b.

*Ori ſ.Matt ho.32. & ſ.Ioſu.ho 1. Aug.83.q.39. & ſer.106.* — *Bene operari in hac vita. Fides trinitatis.*

Parāt die ſexta manna , quod inferant in ſabbatum , qui in hac vita bene operantur : quod illis ſufficiat ad futuram. Exod.16. Et præparare cibaria ad tranſitum Iordanis , eſt bene operari ante tranſitum huius vitæ. Ioſu.1.c. Eſt etiam habere fidem trinitatis. Paratę quoque virgines , ſunt habentes neceſſaria ad ſalutem : vel habentes bonum teſtimonium conſcientiæ.Matth.25.a.

*Glo.inter.ſ.Exo.19* — *Diſponi ad l'gē gr̄ę*

Parari in diem tertium , eſt diſponi per legem naturalem ad ſuſceptionem legis gratiæ. Exod.19.b.

*Baſi.& Aug.ſ.pſ.7.* — *Prōpta punitio Dei. Inſtruēs Deus prędicatores. Permittēs hęreticos*

Parare dicitur Deus arcum & vaſa mortis.pſal.7.quia promptam habet punitionem aduerſus malos. Parat etiam vaſa mortis in arcu,hoc eſt, in ſacra ſcriptura, quum inſtruit in ea prædicatores,qui interficiant impios vt iuſtificentur. Vel cum in ea permittit prodire hæreticos in multorum perniciem.

*Glo.inte.ſ.Nahū.2. Ruper.ſ.Nahum.2.* — *Dies iudicij. ꝑdicatio euangelij.*

Præparationis dies.Nahum.2.a.dici poteſt dies iudicij quando & bonis præparabitur gloria,& malis pœna. Quod ad literam dicebatur de præparatione hoſtium contra Iſrael.Præparari autem vmbraculum,eſt parari tentoria ad longam obſidionem.Præparatio autem ipſa dici poteſt euangelij prædicatio,qua præparamur ad diem iudicij. Vel dies præparationis eſt totum hoc tempus vſq; ad conſummationem ſeculi.

*Glo.ord.ſ.Exo.25.* — *Diſponere ꝑdicationem.*

Parare acetabula & cætera vaſa tabernaculi,eſt varié diſponere prædicationem ſecundum exigentiam auditorum.Exo.25.e.

*Glo.ord ſ.Exo.28.* — *Caſtitas ſacerdotū.*

Parare filijs Aaron tunicas lineas,eſt ornari ſacerdotes caſtitate.Exo.28.g.

*Lyra.ſ.Exo.34.* — *Diſpoſitus ad bene operandum.*

Paratus Moſes mane ad aſcendendum in montem.Exo.34.a.deſignat diſpoſitum ad incipiēdum bonum opus:quod fit mane,quia talis hora aptior eſt ad diuina.

*Glo.ord ſ.pſ.37. Glo.inter ſ.Leui.7.* — *Pœnitentia.*

Paratus ad flagella dicitur , qui libenter recipit pœnam peccati , ſeu pœnitentiam. pſal.37. Præparari in ſartagine,eſt per crucem Chriſti & pœnitentiam diſponi, vt ſit acceptum ſacrificium Deo.Leui.7.a.

*Glo.ord.ſ.Exo 35.*

Pręparare vnguentum,eſt efficere,vt ſimus bonus odor Deo.Exo.35.d.

*Glo.ord.ſ.Exo.25.* — *Diſponere euāgelia*

Præparare quatuor circulos aureos ad menſam portandam, eſt diſponere quatuor euangelia ad tradendam ſacram doctrinam.Exo.25.c.

*Hier.ſ.Iſa.14.* — *Delere malas cogitationes.*

Præparare filios occiſioni,eſt delere prauas cogitationes.Iſa.14.e.

*Chryſo.ſ.pſ.22. Aug.ſ.Ioā.trac.47.* — *Parari ad martyriū.*

Pręparat talia, qualia accepit in menſa potentis.qui parat corpus ſuum ad martyrium: ſicut videt Chriſtum pro ſe paſſum.Pro.23.a.

Parauit Dauid locum templo ædificando,quando prophetauit ædificationem eccleſiæ gētium.2.Par.3.a.

*Gre.10.mor.29.30.* — *Chriſtus. Iuſtus.*

Parata lampas ad tempus ſtatutum.Iob.12.a.eſt ipſe Chriſtus , qui à Iudęis deſpicitur:ſed ipſe venit iudicaturus viuos & mortuos. Vel eſt iuſtus,qui nunc deſpicitur:ſed ad magnam poteſtatem in die iudicij aduerſus malos eſt prædeſtinatus.

*Gre.4.mo.12.* — *Angeli.*

Parati ſuſcitare Leuiathan,ſunt electi ſpiritus:qui vt ſuperbum apoſtatam comprimunt,qui humiles eum ſequi noluerunt:ita ipſis adminiſtrantibus diſponitur , vt ad intentionem aperti certaminis deſtruendus funditus,quandoq; reuocetur.Iob.3.b.

Parantes



*Autoritas eccleſiæ.* — *Gre.19.mor.15. Aug.ſ.pſ.92. Ber.ſer.3. d aduentu*

*Parantes cathedram Iob in platea deſignant ipſi eccleſiæ parari cathedram* : quæ in magnæ autoritatis latitudine ſui magiſterij exhibet libertatē: quæ enim recta quæ ſentit & publica voce prædicat , quaſi in platea ſuper cathedram ſedit : cum nullum de ſua prædicatione metuit nullius preſſa terroribus ſe ſub ſilentio abſcondit. Iob.29.b. Parata quoq; ſedes Dei ſunt mentes fidelium: pręparatur autem hęc ſedes iuſtitia & iudicio.pſal.92.

*Inanis gloria.* — *Cyril.4.ſ.Ioan.35.*

Paratum dicitur eſſe ſemper tempus fratrum Ieſu.Ioan.7.a. quia gloriam mūdanam quærebant,cuius tempus eſt in hoc mundo.

*Diabolus. Sacerdotes iudęorū. Heretici.* — *Arn.& Hier.pſ.16. Ruper.ſ.Apo.*

Paratus leo ad prædam eſt diabolus ſemper quærens quem deuoret.pſal.16.Deſignat etiam ſacerdotes Iudæorum aduerſus Chriſtum.Itē hęreticos. Sic erant parati quatuor angeli ad nocendum hominibus.Apo.9.c.

*Potentia luciferi.* — *Hiero.ſ.Eze.28.*

Præparata foramina regis Tyri.Eze.28.d.Erant potentiæ luciferi in principio ſuæ creationis paratę ad ſuſcipienda diuina ſacramenta.

*Parati hæretici ad ꝑdendas animas.* — *Gre.16.mor.23. Hiero.ſ.Haba.2. Gre.18.mor.8. Aug.ſ.pſ.10. Beda.ſ.Pro.7. Gre.12.mor.21.*

Præparant panem liberis hęretici: qui verba iuſtorum deprauantes , diſcipulos in erroribus inſtruunt.Iob.24.a.Et præparant vrbem in iniquitate cum loquuntur aduerſus Deum iniquitatem,peruertentes ſimplices.Haba.2.c. Præparat etiam hęreticus ſicut lutum veſtimenta:quia fluxé,& iniquinabiliter ea, quibus ſe tueri vult ſcripturę ſacræ contexit teſtimonia.27.c. Parāt etiam hęretici ſagittas in pharetra, hoc eſt, autoritates ſcripturę ad decipiendum.pſal.10. Hæreticus quoq; eſt meretrix pręparata ad capiendas animas.Pro.7. Et rex qui pręparatur ad pręlium. Ioſu.15.c. Et præparans ſe Gog ad pugnandum , hæretici videlicet aduerſus fideles. Ezech.38.b.

*Fraudes hypocritæ.* — *Gre.12.mor.28.*

Pręparat dolos vterus hypocritę:quia tanto ſemper maiorem malitiam contra proximos in mente concipit,quanto ſolus præ omnibus videri innocentior quęrit.Iob.15.d.

*Infernus.* — *Hiero.Iſa.30.*

Præparata Thophet dicitur gehenna,quę parata eſt malis.Iſa.30.f. Ad idem refertur pręparata dies tenebrarum.Iob.15.c.

## *Paraſceue.*

*Pœnitentia. Vita præſens.* — *Hiero.ſ.Mar.1. Gre.Nyſſe. de vita Moys.*

PAraſceue idem eſt quod pręparatio : dicebatur autem ſic apud Iudæos dies ante ſabbatum : quia præparabant omnia, quæ ad Sabbatum erant neceſſaria.Matth.27.g.Mar.15. g. Luc.23.g.Ioan.19.c.g.deſignat autem pœnitentiam,qua præparamur ad requiem æternæ gloriæ:ideo & prędicatio Ioannis & Chriſti à pœnitentia cœpit. Item vitam pręſentem,qua pręparare debemus manna ad ſabbatum futurę.Exo.16.e.

## *Parcere, Ignoſcere, Indulgere, Remittere.*

PArcere eſt proprié abſtinere, quaſi non tangere. *Accipitur etiam pro ignoſcere*, quod eſt veniam , vel impunitatem dare : quod & remittere,& condonare dicitur. Remittere autem interdum eſt reducere.1.Reg.6.a. Quomodo remittamus eum.Et relaxare.Exo.17.c.Sin autem paululum remittamus.

*Mīa dei maxima.* — *Gre.9.mo.33. Hiero.ſ.Eze.36.*

Ad ignoſcendum dicitur multus dn̄s. Iſa.55.b. Quia miſerationes eius ſuper omnia opera eius.Et dicitur dominus peccatori ad horam parcere: quia reatū culpæ conceſsis protinus fletibus diluit.Iob.7.c.10.c. Parcit etiam nomini ſuo quum peccantem populum liberat : ne nomen ſuum blaphemetur.Eze.36.c.

*Paſsio Chriſti ſpontanea.* — *Ori.ſ.gen.ho.9. Amb.apolo.Dauid.*

Non parcens Abraham filio ſuo Iſaac. Gen.22.c. deſignauit firmam promiſsionem ſalutis per Chriſti paſsionem futuræ. Et non parcens diues oui pauperis indicauit Chriſtum offerentem carnem ſuam pro nobis.2.Reg.12.a.

*Glo.ord.ſ.Iſa.61.*

Indulgentiam prędicauit Chriſtus captiuis,quando dixit.Pœnitentiam agite.Iſa.61.a.63.b.

*Vindicta Dei.* — *Gre.9.mo.27. Glo.ord.ſ.Thre.2.*

Non parcit Deus delinquenti. Iob.9.d. quia delictum ſine vltione non deſerit. Aut enim ipſe hoc homo in ſe pœnitens punit:aut hoc Deus cum homine vindicans percutit. Neq; parcit Deus Leuiathan,hoc eſt diabolo,aut eius corpori. Iob.1.a. Non pepercit etiam ſpecioſis Iacob,cum in totum deſtruxit Hieruſalem:& cum animę peccantis decorem abſtulit.Thre.2.a.Zach.11.b.Non parcit loco,cum non eum ſeruat, ſed perdit.Gen.18.c.Non parces loco illi.

*Hieri ſ.Eze.16.*

Non pepercit oculus Hieruſalem,hoc eſt,animę in peccato iacenti: quia præter Deum nemo poteſt offendenti Deum ſubuenire.Eze.16.a.

Non parcit in dilatandis tentorijs,qui prędicat & dilatat fidem quantum poteſt.Iſa.54.a.

*Confiteri peccatum Fręnare linguam.* — *Gre.8.mor.15.*

Parcere interdum eſt prohibere:& non parcit ori ſuo, qui confiteri malum quod fecit non erubeſcit.Iob.7.b.pſal.77.Pro.18.d.28.d. Parcit etiam linguæ à detractione , qui eam refrænat.Sap.1.c.

*Cōſentire diabolo. Retinere laſciuiam. Nō cōfiteri oīa pc̄tā* — *Ori.ſ.Nu.ho.19. Gre.ſ.1.Reg.15.*

Parcere regi Amalecitę eſt conſentire diabolo: vel retinere aliquid laſciuiæ in cogitatione, aut in ore, aut in carne. Eſt etiam non confiteri omnia peccata: ſed aliquod graue peccatum abſcondere. Parcere autem optimis gregibus, & arietibus & veſtibus Amalec, eſt immundas cogitationes retinere,& per affectum immunda diligere.1.Reg.15.a.

Parcit

Greg.15.mo.5.

Parcit quis in ſe malo, aut peccato, qui illud in ſemetipſo pœnitendo non perſequitur ac punit. Iob. 20.b.

Non pœnitere.

Hiero.ſ.Iſa.9.13.

Non parcens vir fratri ſuo, eſt hæreticus decipiens fratres, ſeu proximos. Iſa.9.d. Zach.11.a. E diuerſò non parcens filijs eſt non, dimittens ſubditos in erroribus. Iſa.13.d.

Decipiens fratres. Liberans ab erroribus.

## Parcus.

PArcus dicitur qui frugi eſt, & ſumptibus parcit: Non inuenitur in allegorijs: niſi quòd parcè dicitur ſeminare, qui non eſt largus in dandis eleemoſynis. 2.Cor.9.b. Eccli.11.b.31.c.

## Pardus, Panthera.

Ariſ.9.hiſto.aial.6. &.4.pble.ſec.13.

PArdus animal ferum, maculis diſtinctum: cuius fœmina pardalis & panthera dicitur. Panthera autem ſola omnium animalium ſuauiter olere fertur. Idq; non niſi beſtijs, vnde abſcō dens ſe venatur beluas, quæ eius odore delectantur.

Dony.cœl.hiera. 2.

Pardus aliquando dicitur Deus, & etiam panthera, ſecundum quòd punit peccatores: quibus crudelis videtur. Hoſe.13.d.

Deus.

Ambr.de virgi.3.& 6.Exae.3. Hie.ſ.Iſa.11.&.ſ.Ieae.13. Chryſ.ſ.gen.ho.12. Cyril.dialo.2

Pardus dicitur diabolus propter crudelitatem. Canti.4.c. Iere.5.b. vt autem eſt maculoſus, ſignificat hereticos maculis errorum reſperſos: & etiam Iudæos: & peccatores: peculiariter autem raptores. Et præterea inordinatos affectus: qui crudeles ſunt aduerſus animam. Iſa.11.b. Iere.5.b.13.d. Hoſe.13.b. Haba.1.b.

Diabolus. Hæretici. Iudæi. Peccatores. Raptores. Affectus inordinati.

Gre.ſ.cant.4. Ricar.de.ſ.victo.de vitio mutabili.11.

Pardi ſunt etiam hypocritæ: quia vitijs virtutes admiſcent. Canti.4.c. vel ipſa fraudulentia hypocritarum: qui aliud opere prætendunt, aliud vero eſt, qnod peruerſè diligunt. Dani.7.b.

Hypocritæ.

Hie.ſ.Iere.5.&.ſ.Dani.7. Rup.ſ.Hoſe.13.&.ſ.Haba.1.

Pardus dicitur rex Alexander, vel eius regnum velox & tyrannicum, varios habens populos Iere. 5. d. Dani.7.b. Hoſe.13.b. Haba.1.c. Apoc.13.a.

Alexander magnus. Regnū græcorum.

Aug.5.Apo.ho.10.

Pardo ſimilis beſtia erit Antichriſtus: quia cum Antichriſto varia populorum multitudo, & moribus diuerſa congregabitur. Apo.13.a.

Antichriſtus.

## Parere, uide Obedire.

## Parere, Partus, Parturire, Puerpera.

PArtus fœminarum eſt cum edunt fœtum: & dicuntur tunc parere, & emiti. Parturiunt autē, quum in pariendo laborant. Parere autem interdum, acquirere. Iſa.26.c. Peperimus ſpiritum ſalutis. Generare. Iſa. 66.c. Ipſe non pariam dicit dominus. Manifeſtare. pſal.7. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Parturire autem, cogitare. pſal.7. Ecce parturit iniuſtitiā. Formare. Gala.4.c. Filioli, quos iterum parturio.

Glo.ord.ſ.Iſa.66.

Parere dicitur Deus, filium quidem æterna generatione. Parit etiam filios adoptiuos, hoc eſt, fideles in eccleſia: & parere facit ipſam eccleſiam. Iſa.66.c.

Generās deus filiū.

Hiero.ſ.Iſa.42. Gre.9.mo.17.

Sicut pariens ſeu parturiens loquitur Deus. Iſa.42.c. quando opere iram & vindictam manifeſtat. Quia vt parturiens cum dolore eijcit, quod diu in abditis cum pondere portauit: ita dominus poſt longum ſilentium, quod apud ſe nunc tacitus tolerat, in vltione iudicij quaſi cū dolore manifeſtat.

Vindicta Dei.

Hiero.ſ.Iſa.8.&.ſ.Mich.5. Glo.ord.ſ.Exo.2.1 Ruper.2.ſ.Iſa.31.

Pariens propheti ſſa deſignat ſpiritum ſanctum, cuius obumbratione natus eſt Chriſtus. Iſa. 8. a. 45. b. Vel deſignat beatam virginem ex qua natus eſt Chriſtus. Eandem deſignat vxor Amram, quæ peperit Moſen, hoc eſt, Chriſtum. Exod.2.a. Et parturiens quæ peperit, eſt beata virgo: vel eccleſia ex gentibus. Mich.5.a. Apo.12.a. Beata virgo peperit antequam parturiret, quia prius peperit in corde, quàm in vtero concepit.

Spiritus ſanctus. Virgo Maria. Eccleſia ex gētibus.

Glo.ord.ſ.gen.38. Ori.ſ.1.Reg.ho.1. Greg.ſ.2.Reg.1.2.

Partus Thamar. Gen. 38. g. Generationem vtriuſque populi in eccleſia deſignat. Et pariens Anna filium eſt eccleſia producens robuſtum in fide: vel manifeſtans deuotionem ad gloriam Dei. Peperit etiam tres filios & duas filias, hoc eſt, fortes & infirmos. Et pariens plurimos ſterilis eſt eccleſia ex gentibus: vel Hieruſalem cœleſtis. 1.Reg.1.c.2.a. Peperit Sion antequàm parturiret, quum inuitis Iudæis prodierunt apoſtoli, & alij, qui poſt pentecoſten quaſi ſubito crediderunt. Vel eccleſia prius ſterilis in gentibus, breui plurimos habuit credentes. Peperit autem maſculum, hoc eſt, Chriſtum, vel perfectos. Iſa.66.c. Non pariens etiā Sion eſt eccleſia, quæ fuit ſterilis apud Iudæos. Iſa.49.f. Et quæ peperit ſeptem, vel plurimos, infirmata eſt: quum ſynagoga à partu bonorum filiorum ceſſauit. 1.Reg.2.a. Iere.15.b. Partus etiam Saræ deſignat multiplicationem fidelium in eccleſia: peperit autem Iſaac, hoc eſt, lætitiā ex multiplicatione fidelium. Peperit autem anno altero, nempe tempore gratiæ. Gen.17.c.21.a. Iſa.51.a.54.a. Pro.30.c.

Generatio vtriuſq; populi in eccleſia. Eccleſia pducēs robuſtos in fide, & generans fortes & infirmos. Generās Chriſtum vel perfectos.

Hier.ſ.Iſa.66.&.ſ.Iere.15. Ori.ſ.1.Reg.ho.1. Gre ſ.1.Reg.2. Amb.2.de Abra.11. Hier.ſ.Iſa.51.

Glo.ord.ſ.Eze.2.& ſ.gen.38.

Partus vxoris Amram parientis Moſen. Exo.2.a. deſignat productionem legis ex patriarchis. Partus autem vxoris Iudæ deſignat productionem regni Iudæorum. Gen.38.a.

Productio legis. Productio regni iudæorum.

Hiero.epiſt. Multū in vtramq;.

Pariens vna meretrix apud aliam, eſt gentilitas apud ſynagogam: cuius fidem amplexata eſt. 3.Reg.3.c.

Gētilitas amplectēs fidem.

Pariens



Pariēs verbū Dei.

Pariens Gomer filium Iezrael ex Hoſea propheta eſt pariens verbum Dei per coniunctionem ad Chriſtum. Hoſe.1.b.

Hiero.ſ.Hoſe.1.

Plebs iudaica generans duros.

Pariens nurus Eli. 1.Reg.4.b. deſignat plebem Iudaicam: quæ ea, quæ concepit hæreſis & perfidiæ ſemina, loquēdo effundere non deſiſtit. Peperit autem filium, hoc eſt, erudiuit durum in nequitia & inſuperabilem populum.

Gre.ſ.1.Reg.4.

Operari.

Parere filios generaliter eſt operari: & parere filios in dolore: eſt difficulter benè operari per ſenſus. Gen.3.c. Et pariens Sara filium ſine obſtetrice deſignat perfectionem operum ſapientiæ, quæ fiunt docente ſolo Deo. Gen. 21. a. 25. c. Et tempus partus eſt productio operis. Parientes autem priuſquàm veniant obſtetrices, ſunt operantes & credentes ſine auxilio artium & diſciplinarum. Exod. 1. d. 2. a. d. Et parere ſpiritum ſalutis eſt bene operari. Iſa. 26. d. Parere autem filios & filias eſt fortes & teneros fructus edere. Exod. 21. a. Parere enim maſculum eſt producere perfecta opera: parere fœminam, imperfecta. Pariunt autem viri bona opera ſimul cum conceptu. Parientes vxor & ancillæ Abmelech, ſunt philoſophi bene operantes in fide, quam ſuſceperunt. Gen. 20. d. Pariens ſterilis ſeptem, eſt anima producens perfecta opera, quæ antea non proferebat. 1.Reg.2.a. Pariunt quoque flores fructus, quum teneri & imperfecti benè operando proficiunt. Canti.7. d. Et pariunt filios & filias in Babylone, qui bene operantur in hoc mundo. Iere.29.b. Non parit autem, qui non bene operatur. Iob. 24. d. Pariens autem cerua in agro, eſt incipiens bene operari in eccleſia; relinquit autem fœtum, quia non erat herba: quando propter defectum doctrinæ à bene operando deſiſtit. Iere.14.a. Pariunt etiam ceruæ, quum apoſtoli & doctores prædicando producunt filios: & parturiunt, quum per labores inſtituunt. Idem ſignificat partus ibicum: quo etiam deſignari poſſunt opera minorum. Iob.39.a. Gala.4.c.

Philo.2.allego.& de migra.Abra.& de profugis. Ori.ſ.gene.ho 6.& ſ.Exo.ho.19. Amb.d fuga.ſecu.& Hiero.ſ.Iſa.26. Aug.2.de gen.contra Manich.19. Beda.ſ.gen.3. Gre.nyſ.d vit.Moſ. Philo.q Deus ſit immuta. Hiero.ſ.Iere.29. Gre.ſ.Cant.2.&.17 mor.1. Hiero.ſ.Iere.14. Ori.ſ.cant.ho.3. Gre.30.mor.16.17.18.19.20.

Pœnitens.

Paturiens dici poteſt anima pœnitens. Haba.3.b.

Conuerſio Pauli.

Parturitio Rachelis, deſignat productionem Pauli à ſynagoga ad fidem: quæ fuit difficilis, & per mortem ipſius ſynagogæ. Gen.35.c.

Glo.ord.ſ.gen.35.

Bona opera carnis. Seruitus iudæorum

Partus deſignat bona opera carnis: & etiam partus ancillarum. Gen.16.c.30.a. Deſignant etiam ortum Iudæorum in ſeruitute.

Amb.2.de Abra.1.

Male operari.

Parientes filiæ Lot deſignant producentes mala opera. Gen.19.g. Pariunt quoq; ſtipulam, qui opera faciunt igne digna. Iſa.33.b. Et pariens maſculum, eſt producens opus minus malum: fœminam vero magis malum. Leui.12.a. Parere iniquitatem eſt opere peccatum implere. Sic pepererunt Iudæi clamantes: Crucifige, crucifige. Et pariunt iniquitatem hæretici docentes errores. pſalm.7. Iſa.59.a. Iaco.1.b. Et parturit peccator iniuſtitiam, quum praui motus excitantur in eo: & quia in dolore eſt omnis iniquus. Iob.15.d. Iſa.13.b.21.a. Mulieribus ante partum dolor eſt ingens, grauiſque nixus diſſecantes eas doloribus: poſt partum vero relaxatio, dolore ſimul cum infante egrediente. Verum hic non item: ſed dum parturimus, concipimuſq; corruptos affectus, delectamur, gaudemuſq;: cæterum vbi fuerimus enixi malum illum puerum peccatū, tunc conſpecta fæditate partus, diſcruciamur grauius, quàm mulieres parturientes.

Heretici docentes errores.

Ori.ſ.Leui.ho.8. Baſi.& Arno.ſ.pſ.7 Hier.ſ.Iſa.13.59. Gre.12.mor.28. Chryſ.de diuite & Lazaro.ho.4.

Ordinatio ſenſuum ad diuina.

Parit ancilla ſuper genua dominæ, hoc eſt, Bala ſuper genua Rachelis, quando cognitio ſenſibilium ordinatur ad Dei cognitionem, & contemplationem, & ad eius laudem. Gen.30.a.

Geor.vene.canti.2.ton.7.cap.6.

Pariendi tempus fuit in lege veteri cum Moſe. Eccl'tæ.3.a.

Hie.1.aduer.Iouini.

Senſus carnalis legis

Pariens Iſraelitis ex Aegyptio deſignat ſenſum carnalem datum literæ legis Leui.4.b.

Ori.ſ.Leui.ho.14.

Inſtitutio praua hæreticorum.

Partus Ephraim, hoc eſt, hæreticorum eſt praua inſtitutio diſcipulorum in erroribus. Hoſe.9.c.

Hiero.ſ.Hoſe.9.

Diabolꝰ venās aīas.

Quę non peperit dicitur congregaſſe perdix, hoc eſt, diabolus, qui animas venatur, quas non creauit. Iere.17.b.

Ori.ſ.Exo.ho.1.& ſ.Iere ho.4.

Parturire dicitur creatura. Rom. 8. d. quia cum dolore producit res corruptibiles.

Ambr.ſ.Rom.8.

Parturientis dolores ſunt, qui non poſſunt euitari: ſic parturiens eſt, qui eſt in tribulatione, cuius euaſionem ignorat. pſal.47. Iere.4.g. Eze.50.d. Hoſe.13.d. Mich.4.c.

## Paries, Maceries.

PAries eſt propriè domorum, vbi parietibus tectum ſuperponitur. Murus autem, tam de publicis, quàm priuatis parietibus dicitur, qui extrinſecus ſunt. Maceria vero eſt congeries lapidum in vnum conpactorum ſine cæmento, aut alio genere ferruminis, quo vineæ claudi ſolent. Sed vt nunc ſufficit confunduntur hæc vocabula.

Humanitas Chriſti.

Paries interdum eſt humanitas Chriſti: vt cum ſponſus ſtat poſt parietem. Cantic. 2. c. deſignatur latens diuinitas in humanitate. Ezechias conuerſus eſt ad parietem, hoc eſt, ad contemplationem humanitatis à verbo aſſumendæ. 4.Regum.20.a. Et paries altaris holocauſti eſt corpus Chriſti. Leuit.5.b. Et paries quem impellit ſpiritus robuſtorum eſt

Corpus Chriſti.

Aug.2.de viſita.infirmorum.2. Gre.ſ.cant.2. Ber.ſ.cant.ſer.56. Hyc.ſ.Leui.5.

Chriſtus

[Isyc.ſ.Leui.5. Glo.ord.ſ.Iſa.25. Ruper.ſ.cant.2.] [Chriſtus vel ei' mẽbra.]

Chriſtus aut eius mẽbra,quę perſequuntur dæmones & ſuperbi.Iſa.25.b.Idẽ eſt maceria, quãdiu videlicet erat mortalis:ſuſcitatus vero eſt petra ſolidiſsima. Cant.2.d.

[Ber.ſ.cant.ſer. 62. Hiero.ſ.Eze.8.&.ſ. Iſa.38. Gre.26.mor.4.] [Angeli. Sancti veteris teſtamenti. Fideles in eccleſia. Cor humanum.]

Maceria dici poteſt multitudo angelorum,& etiam omnium electorum.Ipſi enim ſunt maceria vineæ.pſal.79.Canti.2.d.Et parietes templi lapidei ſunt ſancti veteris teſtamenti, quibus ſuperinducũtur tabulę cedrinę,id eſt,ſancti noui teſtamẽti.3.Reg.6.c. Parietes quoq; templi ſunt populi fideles,ex quibus ſancta vniuerſalis eccleſia cõſiſtit:vbi altitudo ſucceſsionẽ fidelium,& charitatẽ,qua ſe inuicẽ portant,deſignat.Eze.41.a.c. Et paries templi in quo depicta erat ſimilitudo reptilium & animalium, eſt cor humanum,vbi ſunt expreſſa vitia. Eze.8.c. Et paries,ad quem conuertit Ezechias faciem ſuam,eſt cor.Iſa.38.a.

[Hiero.ſ.Eze.13.] [Cõminatio diuina. Vana defenſio.]

Paries quẽ ædificabat Deus in populo ſuo,erãt cõminationes, quibus premebatur populus, ne peccaret. Vel ſi populus ędificabat,erat vana defenſio,quam ſibi ipſi pollicebatur.Eze.13.d.

[Gre 20.mo.23. Beda.ſ.pro.24.] [Diſciplina.]

Maceria agri aut vineæ dici poteſt munitio diſciplinæ:& deſtructa maceria eſt diſſoluta diſciplina.Prouerb.24.d.

[Gloſ.ord.ſ.Eze.22.] [Orationes iuſtorũ.]

Maceria interpoſita iræ Dei ſunt orationes iuſtorum, propter quas Deus ſe retinet à puniendo.Eze.22.g.

[Iſyc.ſ.Leui.14.] [Diuerſi gradus in eccleſia. Doctores.]

Parietes domus. Leuit.14.e.ſignificare poſſunt ordines in eccleſia: & doctores protegentes infirmos:qui leproſi ſunt,quãdo habent errorem.

[Ori.ſ.cant.ho.3. Amb.ſ.pſ.118.ſer. 6. Hiero.ſ.Iſa.59. Chryſo.ſ.Mat.ho.3 Amb.ſ.Luc.3. Hiero.ſ.Iſa.5. Ruper.ſ.Amos.5.] [Vetus teſtamentũ. Senſus literalis. Muri Hieruſalem.]

Deſignant etiam firmitatem dogmatum eccleſiæ:& vetus teſtamentum. Et ſponſus dicitur ſtare poſt parietem,quum aliqua myſteria veteris legis ex parte reuelat:ſed non omnino. Can. 2.c. Et paries quem palpant Iudæi,eſt litera legis non intellecta.Iſa.59.c. Et maceria rupta per Zaram,eſt lex rupta,vt nouus populus prodiret in lege noua. Gen.38.g. Et maceria vineæ eſt ſenſus literalis ſacræ ſcripturæ:vel ipſa lex, quæ non potuit retinere Chriſtum ſalientem ſuper montes,quin tranſiret ad gentes.pſal.79.Significat etiam muros Hieruſalem.Iſa.5.b. Iudæi innituntur ſuper hunc literę parietem:& mordet eos coluber.Amos.5.f.

[Glo.ord ſ.Exo.30.] [Dilatatio dilectionis.]

Parietes altaris deaurati deſignãt dilatationem dilectionis per bona opera exterius. Exod. 30.a.37.d.Leui.5.b.

[Amb.ſ.Luc.3.&.ſ. Ephe.3.] [Separatio iudęorũ à Chriſtianis. Inimicitię iudæ. & gentilium.]

Maceria diuiſa in partu Thamar. Gen.38.g. deſignat diuiſionem, qua Iudæi ſe ſeparant à Chriſtianis. Paries etiam medius diuidens populos, erant inimicitiæ Iudæorum & gentilium: & diuerſus cultus.Ephe.2.c.

[Baſi.ſ.pſ.61.] [Homo fragilis.]

Paries inclinatus,& maceria depulſa eſt homo fragilis ex luto cõpoſitus,& pronus ad malũ, qui in tentatione ſuccubuit.pſal.61.

[Glo.ord.ſ. Hoſe.2.] [impedimẽta peccãdi]

Maceria qua ſepit Deus vias fornicariæ,ſunt impedimenta, quæ Deus ponit animæ peccatrici,ne ſuas expleat cupiditates. Hoſe.2.b.

[Amb.ſ.Luc.3. Hiero.ſ.Iſa.23. Au.1.ſer.do.in mõt. Amb.ſ.Luc.3.] [Cogẽs ſeruare literam legis. Hypocriſis. Defenſiones hæreticorum. Peccatum.]

Paries dealbatus eſt,qui literam legis ſeruare cogit:& etiam hypocriſis ſacerdotum:& ſuperbia defenſióeſq; hæreticorum.Acto.23.a.Iſa.23.c.Rom.10.a.Et maceria cadens ſunt munimẽta & defenſiones hæreticorum.Eze.38.g.

Paries interdum ſumitur pro peccato:quod eſt paries medius ſeparãs nos à Deo. Ephe.2. c. Eze.8.c. Fode parietem.

## *Parricida.*

PArricidæ dicuntur parentum interfectores.1.Timo.1.b.

## *Pars, Particula, Portio.*

PArs à pari videtur dici:quòd partes ſimul iunctę pares,hoc eſt,æquales ſint toti.Partes autem dicuntur ex quibus totum conſtituitur.

[Gloſ.ord.ſ. Leui.5.] [Caro Chriſti. Myſteria reſeruata ſacerdoti.]

Pars decima ephi.Exo.29.g.Leui.5.c.6.c.14.c. carnem chriſti deſignare poteſt: quæ coniuncta eſt ephi,hoc eſt,diuinitati,quæ eſt tres perſonæ:quia ephi tres modios continet. Ad idẽ refertur pars decima ſimilæ. Et pars reliqua ſimilę reſeruata ſacerdoti ſunt myſteria ſibi remanentia:vel gratia ſibi neceſſaria.Leui.5.c.

[Hie.ſ.Iere.10 ſ.pſ.15 Glo.ord.ſ.Iere.12. Aug.ſ.pſ.118.] [Sors. Deus. Synagoga & eccleſia.]

Pars interdum eſt ſors. Num.12.c. Nec habebitis partem inter eos: Deus enim eſt pars vel ſors ſacerdotum. Et pars Iacob dicitur Deus, qui eſt ſors fidelium. Iere. 10. c. Et pars hæreditatis Chriſti dicitur Deus, pro parte hominis aſſumpti :quia ille accepit de noſtro humanitatem, & nos de ſuo immortalitatem. pſal. 15. 72. E diuersò pars & portio Dei eſt ſynagoga & eccleſia propter electionem. Iere. 12. c. Pars etiam ſeu portio bonorum eſt cuſtodire legem Dei: quia ita erit eorum portio dominus, quum legem eius cuſtodierint. Pſalm. 118.

[Gre.ſ.1.Reg.2. Aug.17.ciui.Dei. Gre.ſ.1.Reg.] [Participatio glorię, fidei,& euchariſtiæ. Gradus gloriæ. Præparationes bonorum operum.]

Pars ſanctorum eſt in fœlicitate. Iſa. 61. c. Et pars ſacerdotalis, hoc eſt, participatio, ad quam petunt admitti filij Aaron.1.Reg.2.g. eſt beatitudo: vel fides ſimplicium in eccleſia vel participatio euchariſtiæ. Et partes datæ ab Elcana Phenennæ & filijs ac filiabus eius. 1. Reg.1. a. deſignant diuerſos gradus gloriæ in terra viuentium: vel varias præparationes ſanctorum operum. pſal. 141.





[Gentes Bona opera.] [Amb de bñe patriarcharum. Hila.ſ.Mat.cão.2. Ori.ſ.Mat.cap.15.]

Pars data Ioſeph à patre ſuo, deſignat gentes datas Chriſto in hæreditatem. Geneſ.48.d. pſ. 2.vel deſignat bonorum operum hæreditatem. Coloſſen.1.b.Et partes Galilææ:& Tyri & Sidonis gentilitatem ſignificant: dicitur autem Chriſtus in partes ſeceſsiſſe: quia non in totam. Matthæ.2.d.15.b.

[Exemplũ ꝓdi.pfec.] [Gre.ſ.1 reg.14.]

Pars extrema Gabaa ſignificat perfectum exemplum operum prædicatoris.1.reg.14.a.

[Vetus & nouum teſtamentum. Senſus ſpirituales.] [Hier.ſ.Eccl'tæ.&. Eze.41.&.ſ.Dan.1. Glo.ordi.ſ.Leui.2.]

Partes ſeptem ſunt doctrina veteris teſtementi: partes vero octo doctrina noui teſtamenti. Eccl'tæ.11.a. Partes autem tres in quibus erant feneſtræ templi deſignant ſapientiam ſcriptam tripliciter. Ezechielis.41.c. Et pars vaſorum templi,eſt pars veritatum ſacræ ſcripturæ. Danie.1.a. Partem autem farris fracti adolere, eſt ſenſus ſpirituales à palea ſeparatos domino offerre.Leuitic.2.d.

[Homo ĩterior & exterior.] [Glo.ordi.ſ.Exo.32.]

Pars vtraq; tabularum ſcriptarum digito Dei. Exod.32.d.deſignare poſſunt primum hoĩem interiorem & exteriorem formatum à Deo:qui tamen confractus eſt.

[Gentiles. Iudæi. Chriſtiani.] [Hie.ſ.Zach.13.14]

Partes duæ,quæ deficiunt,ſunt gentiles & Iudæi: pars tertia chriſtiani: qui purgantur igne. Zach.13.d.Et pars montis Olíueti,quę eſt ad Orientẽ, ſunt fideles coniuncti luci veritatis:pars vero ad occidentem,ſunt Iudęi in infidelitatem lapſi.Zach.14.a.

[Imperfecta cognitio] [Gre.17.mor.19.]

Ex parte,dicit imperfectionem.1.Cor.13.c.Ex parte cognoſcimus. Ex parte ſunt,quę nunc dicũtur viarum domini.Iob.26.d.Quia quicquid altum, quicquid terribile in hac vita poſiti, de eius conſideratione cognoſcimus, ex parte ſunt ad ea, quæ cognoſcenda reſtant,& veluti parua ſtilla.Ex parte quoq; ſunt,quę ad primum domini aduentum pertinent.

[Bono fama.] [Glo.ordi.ſ.gen 30.]

Pars ſeu portio de mandragoris,quam petebat Rachel à Lia, eſt bona opinio & autoritas,q̃ venit ad contemplatiuos,per actiuos.Gen.14.d.30.b.

[Excellentia donorum Pauli.] [Glo.ord.ſ.gen.43.]

Pars maior data Beniamin à Ioſeph.gen.43.g. Eſt maior portio donorũ & gloriæ data Paulo:qui plus omnibus laborauit:vel quia vbi humilitas,ibi ſapientia.

[Quatuor mũdi partes.] [Gre.ſ.Eze.ho.3.]

Partes quatuor animalium.Eze.1.b.deſignare poſſunt quatuor mundi partes,in quas dilatatur euangelium. Vel ſunt quatuor virtutes.

[Bona cõuerſatio huius vitæ.] [Glo.int.ſ.gen.47.]

Partes quatuor reſiduæ Aegyptijs,data quinta regi.gen.47.f.deſignant nos quatuor retinere,quando in hac vita ſecũdum cuiuſq; facultatem laudabiliter cõuerſamur. Ad hæc referri poteſt pars quarta hin ſimilæ.Exo.29.g.

[Status epiſcoporum & ſacerdotum.] [Gre.ſ.1.reg.9.]

Pars quarta ſtateris argenti ſic ſe habet: vt prima ſit in prędicatione prophetarum:ſecũda apoſtolorum:tertia martyrum:quarta epiſcoporum & ſacerdotum.1.reg.9.b.

[Terrena.] [Glo.ord.ſ.gen.41.]

Pars quinta quam dabant Aegyptij regi.gen.41.d.47.f. ſignificare poteſt terrena, quæ debentur cæſari, hoc eſt, mundo. Deſignatur etiam filios tenebrarum quinq; ſenſibus deditos, cœleſtia non curare.

[Senſus quilibet. Mens. Sapientia. Doctrina exhortationis. Intelligẽtia ſecret.] [Ori.ſ.Leui.ho.3.5. Iſy.ſ.Leui.27.]

Pars quinta tradita ſacerdoti quemlibet ſenſum ſignificare poteſt,interiorem ſeu exteriorẽ. Leui.5.b.6.a.Et pars quinta pretij animalis immundi voto oblati,eſt mens,vel ſapientia addita ſenſibus,vel doctrina exhortationis.Leui.27.b.Et pars ſacerdotum eſt intelligentia ſecretorum.Exod.29.c.

[Sanguis martyrum.] [Lyra.ſ.exo.24]

Pars dimidia ſanguinis,quam tulit Moſes de holocauſto:& pars reſidua, quã fudit ſuper altare.Exod.24.b.deſignat ſanguinem martyrum effuſum ad honorem Chriſti, qui eſt altare noſtrum:& ad iuſtificationem populi chriſtiani.

[Glo.ord.ſ.Leui.8.]

Pars ſeu portio Moſis erat pectuſculum.Leui.8.f. quia ipſe tunc erat ſacerdos conſecrans alios ſacerdotes,& accipiens ab eis ſacrificium.

[Tempus veteris & nouæ legis.] [Glo.ordi.ſ.Exo.25.]

Pars pro latere. Pars vtraq; oraculi ſignificat tempus veteris & nouæ legis.Exod.25.b.36.c. Ad idem referri poteſt pars vtraq; candelabri.Exo.37.c.

[Conſummatio operum.] [Glo.int.ſ.Exo.28.]

Pars extrema veſtium ſacerdotis.Exo.28.f.39.d.Conſummationem & perfectionem operũ deſignat,quæ debet eſſe in ſacerdote.

[Adiutores prædicatorum pauci.] [Gre.ſ.1.reg.10.]

Pars exercitus manens cum Saule, deſignat paucos eſſe adiutores prædicatorum.1.reg.10.d.

[Peccãtes in eccleſia. Saluandi.] [Aug.ſ.Apoc.6. Rup.7.ſ.Apoc. Ori.ſ.Ioſue.ho.4. Rup.5.ſ.Apo.]

Pars tertia ſolis & lunæ & ſtellarum,& reliquorum percuſſa.Apo.8.b.c.d.12.a.deſignat eos qui peccant in eccleſia: & peccantes ex Iudæis. Et pars aquarum Iordanis defluens in mare mortuum,deſignat eos,qui poſt baptiſmum redeunt ad peccata,in infernumq; decidunt. Pars vero quę retinetur & manet dulcis,ſignificat ſaluandos.Ioſue.3.d. Pars etiam tertia terræ & arborum,quę cõbuſta eſt, deſignat Sodomitas ſubuerſos: qui nec computantur inter iuſtos,nec inter pœnitentes.Ita de tertia parte maris nauium,fluminum,ſolis, lunæ, ſtellarum &c.quæ ad diuerſos referuntur.

[Maior Iudæorum.]

Pars magna domus Eli maiorem partem populi Iudæorum ſignificat.1.reg.2.g.

Pars tabernaculi reſpiciens mare ad literam eſt pars occidentalis. Exod.36.c.

[Afflictiones eccleſiæ in hac vita.] [Gre.ſ.1.reg.1.]

Pars data Annæ deſignat afflictiones eccleſię in hac vita & fletum ex deſiderio & dilatione futuræ.1.Regum.1.a. vnde dicitur.Ioann.16.c. Plorabitis & flebitis vos. Actor.9.c.oſtendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Coloſſen.1.d. Impleo quæ deſunt paſsionum Chriſti in corpore meo. Gala.6.c. Abſit mihi gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti.

Gre.ſ.1.reg.9. — Infimi in eccleſia.

Pars pro extremo.Ioſu.8.e.cum ergo ex vtraq; parte aduerſarij cæderentur.Pars autem extrema ciuitatis ſignificat eos,qui vltimum locum tenent in eccleſia.1.reg.9.d.

Glo.ord.ſ.Iob.22. — Opinio.

Pars interdum eſt opinio.Iob.32.d.Reſpondebo ego partem meam.Hanc partem ſuam omnis arrogans æſtimat,ſi ſcientiam non tam habeat q̃; oſtendat: quia nimirum omnes elati ſciētiam habere non appetunt,ſed oſtendere.

Ori.ſ.cant.ho.4. Ang.ſ.ps 62. — Pertinētes ad ſortē dæmonum. Iudæi.

Partes vulpium.ps.62.dicuntur qui ad ſortem dæmonum pertinēt:& qui prius poſſidebantur à dæmonibus, & poſtmodum rapiuntur à verbo Dei. Item Iudæi, qui negato vero rege dixerunt.Non habemus regem,niſi Cæſarem.

Hie.ſ. Iſa.57.&.ſ.ps 10.&.ſ.Iere.13. Rica.de.ſ.vict. de ſecuri.conſcient.27. — Sors diaboli in malos. Vindicta Dei.

Pars idololatrātiū eſt in partibus torrentis, quum efficiuntur de ſorte diaboli decipientis. Iſa.57.b.Et pars calicis malorum dicitur diuina vindicta:quia vnuſquiſq; recipiet ſecundum opera ſua.ps.10.Iob.20.d.24.c.Iere.13.d.Pars etiam prauorum eſt cum feris in herba terræ,cum propter auaritiam & ambitionem,ad rapinam & fraudem, & ad omnem crudelitatem effrenātur.Danie.4.c.

Gre.ſ.1.reg.5 — Pars pna ad pctūm. Ratio.

Pars ſecretior natium dèſignat partem pronam ad peccatum.1.reg.5.b.

Pars interdum idem eſt quod ratio.2.Reg.20.a.Non eſt nobis pars in Dauid.

Partes tres populi,vide abſcindere.

Pars media iugeri,vide Iugerum.

## *Participare, Particeps.*

PArticipare eſt partem tribuere,ſeu capere:ſiue participem facere, aut fieri. Particeps autem eſt,qui partem capit.

Aug.ſ.ps.44. Iſych.ſ.Leui.6. — Chriſtiani.

Participes Chriſti ſunt chriſtiani:& qui poſſunt dicere: Particeps ego ſum omnium timentium te.ps.44.118.Participes autem Chriſti, aut propter carnem,aut propter ſpiritus communionem ſancti ſunt.Hebrę.3.a.

Aug.ſ.ps.121. — Vnio ciuitatis eccleſiæ.

Participatio ciuitatis Dei dicitur eſſe in idipſum: quia ciues eius debent eſſe cor vnum & anima vna:& quia in illa cœleſti ciuitate non erit mutatio,ſed idipſum.ps.121.

Hie.ſ.Hoſe.4. — Conſentientes hæreticis.

Participes idolorum ſunt conſentientes hæreticis.Iſa.44.b.Hoſe.4.b. Dicuntur etiam participes ſacerdotum interficientium.Hoſe.6.d.

## *Partiri, uide Abſcindere.*

## *Paruus, Paruulus, Puſillus, Exiguus, Minimus, Minor, Modicus.*

PAruus eſt ſecundum quantitatem, qui modicam habet quantitatem. Paruulus autem dici ſolet puer minor ætate.Paruuli quoq; dicuntur poſteri.ps.16. Diuiſerunt reliquias ſuas paruulis ſuis.Minimus autem datur ætate,dignitate,facilitate,reputatione,quantitate,tempore.

Gre.ſ.1.reg.16. Hie.ſ.iſa.9 — Chriſtus.

Paruulus Dauid ſignificat Chriſtum humilem.1.Reg.16.b. De ipſo dicitur.Iſaiæ.9.b. Paruulus natus eſt nobis. Ad hoc videtur referri,ꝙ dicitur paruulus Bethlehem,vbi natus eſt Chriſtus.Michæ.5.a.

Glo.ord.ſ.iſa.50 — Virtus redemptionis Chriſti.

Non eſt facta paruula manus domini ad redimendum. Iſa.30.a.quia maior apparuit in lege noua,vnde & ipſe Chriſtus dicebat Mat 26.e.An putas quia non poſſum rogare patrem,vt exhibeat mihi pluſq̃; duodecim legiones angelorum.

Gre.ſ.1.reg.2. — Indumenta iuſtitiæ Chriſti.

Parua tunica Samuelis.1.reg.2.d.Deſignat indumenta iuſtitiæ, quæ ſecundum incrementa apparebant in Chriſto,& quæ communicabantur ad capacitatem paruulorum.

Gre.19 mor.10. Rup.ſ.cant.7 — Homo. Eccleſia.

Parua ciuitas dici poteſt homo,vel eccleſia. Eccl'tę.9.d. & paruula ſoror erat eccleſia in principio,quando nondum poterat prædicare,& filios parere.canti.8.c.

Baſil.ho.in princip. prouer.&.ſ.ps.114 Hie.ſ.iſa.16.60.&.ſ.iere.9.&.ſ Eze.9 Arn.ſ.ps.63. Gre.4.mor.43 Beda.ſ.pro.1.9 Orig.ſ.ioſu.ho.9.&ſ.ps.36.ho.&.ſ.Mat.cap.14.&.ho.5.&.ſ.Leui.ho.12 Amb.ſ.Luc.10.& de ioſeph 10 Hilari.ſ.ps.63.&.ſ.Mat cāō 18. Rup.ſ.Mich.2 — Humiles. Simplices. Innocentes. Imperfecti. Carentes affectibus Nuper baptizati. Paulus. Ignorantes.

Paruuli & pueri, humiles & ſimplices & innocentes ſignificare ſolent: & imperfectos: & qui nondum habent exercitatos ſenſus ad diſcretionem boni & mali. Geneſ.33.b.1.Regum.5.c.Prouer.1.a.9.a.Iſa.60.d.Iere.9.f.Thre.2.d.4.a.Eze.9.c.Mat.11.d.Pſalm.63.114.118.Et paruus & modicus populus Moab eſt humilis. Iſa.16.d. Paruuli etiam ſunt,qui carent concupiſcentijs, cæteriſq; affectibus, & ambitione.1. Theſſal.2.b.Iidem dicuntur paruulum vas.Iſaiæ.22.g.Iob.3.d.Pauuli etiam dicuntur nuper baptizati, ac recentes in fide. Geneſ.33.b.Ioſue.8.g.Exod.10.f.Iob.8.b.Nahum.3.b.Matthæ.14.c.Luc.10.d.1.Corint.13.c.Epheſ.4.c. Et paruulus Beniamin erat Paulus nouus in fide. Geneſ. 44. c. 45. c. 50. b. Puſilli etiam ſunt nuper conuerſi: qui ſolum hoc habent puerorum, quòd venerunt ad perfectam ætatem in Chriſto, & non ad mortificationem paſſionum: ideo poſſunt ſcandalizari. Magnus enim non ſcandalizatur. Matthæ. 18. a. Paruuli quoq; ſunt ignorantes, qui facile decipiuntur. Michæ.2.c.

Paruuli



Apoſtoli Chriſti. — Hie.ſ.Zach.13. Hila.ſ.Mat.cāō.18.

Paruuli erant diſcipuli Chriſti, maxime tempore paſſionis:vel quia infirmi in fide,vel quia humiles.Zach.13.d.Ipſi quoq; ſunt puſilli.Matth.18.a.

Gentiles. Philoſophi. — Amb.ſ.Luc.19. Tert.adu.Mar.4. Cle.Ale.1.ſtroma.

Puſillus Zachæus gentiles deſignat,nulla nobilitatis ingenuitate, nec meritis ſublimes.Luc. 19.a.Philoſophi quoq; ſunt paruuli,niſi à Chriſto viri fiant.Hebrę.5.d.

Infirmi. Puſillanimes. Inuidi. — Aug 83.q 61. Cyril. de adorati.in ſpiritu ſancto. Gre.5.mor.33.34. Caſsia. lib.5.cap.22.

Paruuli non numerati ſunt infirmi: & qui facile in errores labuntur. Exod.12.f. ipſi tamen eunt in deſertum ad ſacrificandum. Exod.10.c. Item puſillanimes. Iob.5.a. Paruulum occidit inuidia.Quia inuidere non poſſumus,niſi eis,quos nobis meliores putamus. Paruul' ergo eſt, qui liuore occiditur:quia ipſe ſibi teſtimonium perhibet,quòd eo minor ſit,cuius inuidia torquetur.Vel paruulum occidit inuidia: quia huius peſtis languore non moritur, niſi qui adhuc in deſiderijs infirmatur.

Populus Iudaicus. Minores in lege. — Arno.ſ.ps.16.103. Hiero.ſ. Iſa.33.&.ſ.Abdi. Rup.ſ.c Abdi. Beda.ſ.pro.1.

Paruulus dicitur Iudaicus populus exiſtens ſub lege tanq̃; ſub pædagogo. Exod.2.a.ps.16.pro.1.c.Iſaię.33.c.Et paruulus Iacob eſt idem populus.Amos.7.a.Et paruulus Edom.Abdi.a. Puſilla quoq; animalia in mari erant minores in lege.ps.103.

Humiles prius prælati poſtea elati. — Gre.ſ.1.reg.15.

Paruulus Saul in oculis ſuis, cum factus eſt rex,poſtmodum verò elatus, deſignat prelatos ante dignitatem humiles & videntes: qui poſtea fiunt ſuperbi & cæci. 1. Regum.15. c. Paruulus autem in oculis ſuis eſt, qui in eo ꝙ ſemetipſum conſiderat, imparem ſe alienis meritis penſat.

Caro. — Hie.ſ.Abdi.

Paruulus Edom ſignificat carnem,quæ parua eſt,dum non nititur ad maiora.Abdi.a.

Lex naturalis. — Glo.int.ſ.gen.30.

Modicum quod habebat Laban ante aduentum Iacob,erat lex naturalis,quā habebant gentiles ante legem ſcriptam,& gratiæ.gen.30.d.

Orig.ſ.Mat.cap.14.& ſ ps.36.ho.3. Hila.ſ.Mat.cano.14

Modica fides dicitur Petri,quia cùm ea peruenit ad negationem Chriſti.Matt.14.d.Sed modicum iuſto dicitur melius q̃; diuitiæ peccatorum:quia ſimplex iuſti fides melior eſt omni eruditione infidelium.ps.36.

Parua cognitio Dei — Gre.17.mor.19.

Parua ſtilla ſermonum Dei eſt,quam in hac vita accipimus:quicquid altum in hac vita poſiti,de eius conſideratione percipimus, ex immenſitate cœleſtium ſecretorum, velut tenuis ad nos gutta ſuperni liquoris emanat.Iob.26.d.

Diſcipulus imperfectus. — Lyra.ſ.gen.42.

Minimus fratrum Ioſeph remanens cum patre, nec vadens in Aegyptū.gen.42.c.43.g.44.c.eſt diſcipulus adhuc imperfectus nondum valens per ſe operari.

Hie.ſ.Iſa.54.

Modicum tempus dicitur,quo reliquit Deus gentilitatē.Iſa.54.c.comparatū videlicet æternitati:vel dicitur modicum,ſecundum ꝙ amplius relinqui merebatur.

Gre.17.mor.4.

Ad modicum eleuantur ſuperbi:quia quantumuis in hac vita proſperentur, quum repentinus eam finis intercipit,breuem proculdubio fuiſſe redarguit.Iob.24.d.

Recentes in erroribus. Hæretici Initia errorum — Hie.ſ.Iſa.13.&.ſ.Hoſe.14.&.ſ.Abdi. Greg.ſ.canti.2. Ori.ſ.cant.ho.4. Hie.ſ.Eze.16.

Paruuli captiui ſunt recentes in erroribus:qui etiam ſunt paruuli elidendi.gene.34.d.Hoſe. 14.a.Abdi.a. Et paruulæ vulpes ſunt hæretici verba humilia aſſumentes, vt decipiant.vel ſunt ipſa initia errorum.cant.2.d.Non parua fornicatio dicitur eſſe immolantis filios:quia peſſima eſt hæreticorum doctrina.Eze.16.c.

Tentatione Initia peccatorum. Concupiſcentiæ minores. Peccata ex ignorantia. Vitia fucata. — Ori.ſ.nu.ho.22.&.ſ Ioſ.h.14.&.ſ.cā h.4 Arn.& Hila.ſ.ps 136 Hie epiſt. Audi filia &.ſ.Hoſe.14. Gre.ſ.1 reg.15. Aug.ſ.ps.136. Fulgen.epiſt.4. Ber.ſ.cant.ſer.65.

Paruuli dicuntur tentationes vel ſuggeſtiones:quæ nos vel retrahunt à bono,vel incitant ad malum.Tales erant pueri vel minimi Sodomorum. Gene.19.b.Paruuli quoq; Babylonis ſunt initia peccatorum,& paruus motus:minora peccata:concupiſcentiæ minores: & cogitationes malæ,quæ ſunt elidendæ ad petram Chriſtum.ps.136. Hoſe.14.a. Et paruuli Hieruſalem ſunt cogitatus & deſideria.Threno.1.b.Paruuli autem Amalec occidendi, ſunt incipientes motus carnis:qui tenui cogitatione nutriuntur, donec roborentur. Vel ſignificant peccata ex ignorantia.1.Regum.15.a.Pauruulæ quoq; vulpes ſunt prauę cogitationes:vel vitia ſub ſpecie virtutis latentia.Canti.2.d.

Antichriſtus — Hie.ſ.Dani 7.

Paruum cornu beſtiæ,quam vidit Daniel,ſignificat Antichriſtum.Dani.7.c.

Hie.ſ.iſa.28.

Modicum ibi, modicum ibi dicebant mali contemnentes minas domini: ideo eiſdem verbis dominus eis minatur.Iſa.28.c.vel iuxta ſeptuaginta dicit dominus,tribulationes bonorum non eſſe duraturas.

Lyra ſ.iſa.40.

Exiguus puluis,cui comparantur inſulę. Iſai.40.d. ponitur quaſi pro nihilo ad hyperbolē, ſed veram in conſpectu Dei.

Glo.ordi.ſ.Agge.1.

Parum inferre dicuntur. Agge.1.b.qui modicum fructum percipiunt ex operibus.

Facile mandatum.

Minimum mandatum dicitur,quod facile impleri poteſt.Matth.5.e. Qui ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis.

Minor numerus,vt ſuficere poſsit ad veſcendum agnum. Exo.12.a.

## *Parui pendere, uide Contemnere.*

## *Paſcha, Phaſe.*

PAſcha ſiue phaſe interpretatur tranſitus,ſiue claudicatio:erat feſtum Iudæorum præcipuū in memoriam egreſsionis de Aegypto, & tranſitus maris rubri. Sumitur autem aliquando Paſcha pro agno,qui tunc immolabatur.1.Eſdr.6.d.Ad immolandum paſcha.

r 2 Paſcha

Iſyc.ſ.Leui.23. — Paſsio Chriſti.

Paſcha typus erat paſsionis Chriſti,per quam tranſiuit de hoc mundo ad patrem. Et ipſe dicitur paſcha noſtrum,quia immolatus eſt pro nobis. Immolatio autem ipſa prius fuit q̃; tranſitus:ſicut immolatio agni.Leui.23.a.Iere.31.b.Mat.26.a.Mar.14.a.Luc.22.a. Ioan.2.c.6.a.13.a. 18.c.19.c.1.corin.5.c.

Beda.ſ.Exo.12.

Paſcha in Aegypto celebratum eſt paſcha veteris teſtamenti. Paſcha in deſerto poſt tranſitum maris eſt noui teſtamenti.Paſcha vero in terra promiſsionis erit in iudicio,& fœlicitate.

Ori.ſ.Exo. ho.7.& ſ.Matt.ho.35. Beda.ſ.Exo.16 — Paſcha noui teſtamenti.

Paſcha ſecundi menſis deſignauit paſcha noui teſtamenti : & tunc datum eſt manna , quod gratiam noui teſtamenti pręſignabat.nume.9.a.1. Eſdr.6.d.Dixit autem Chriſtus.Matthæ.26. a . Poſt biduum paſcha fiet : vt per hoc quod dixit , fiet , denotare, nouum paſcha : per hoc quod dixit , poſt biduum , indicaret tertium diem , ſeu tertium tempus ad legem gratiæ ſpectans.

Ori.ſ.nu.ho.23. Hie.ſ.Eze.45 Phi.de ſacrific. Abel & Cain. Aug.epiſt.119 Amb.1.de Cain.8. Gre.Nyſſe. de vita Moſis. — Tranſitus à vitijs ad virtutes. Paſci verbo Dei. Vita præſens.

Paſchæ ſolemnitas ſpiritualiter celebratur ab his,qui à vitijs ad virtutes tranſeunt:& qui paſcuntur vero agno Chriſto , & verbo Dei:& qui tranſeunt ad Chriſtum & ad cœleſtia. Exod. 12.b.34.c.num.24.a.Ezec.45.g. Celebratur autem paſcha quartadecima luna,quum videlicet eius ab inferioribus ad ſuperiora incipit conuerti : vt denotetur animæ tranſitus à terrenis ad cœleſtia.Dicitur autem paſcha domini : quia tranſeundum ad dominum : deſignat quoq; ipſam præſentem : quæ nil aliud eſt , niſi tranſitus quidam : ideo ad hunc tranſitum accingi debemus.

## Paſcere, Paſtor, Depaſci.

PAſcere eſt comedere:vel cibum alteri prębere.Paſtor autem eſt,qui paſcendi curam habet. Depaſci vero eſt paſcendo abſumere.

Hie.ſ.Eze.34. — Suſtentans Deus & beatificans.

Paſcit Deus Iacob,hoc eſt,Chriſtum,vel eccleſiam.gene. 48.c.ps.79. Et paſcit oues in fœlicitate,ubi paſcua ſunt vberrima,nempe ipſe Deus,cuius gloria omnes ſatiantur.Ezec.34.d.

Hie.ſ.Zach.11. — Nutriens Iudæos

Paſcit Deus pecus occiſionis,quando nutrit Iudæos morti deſticatos.Zach.11.b.

Gre.ſ.1.reg.19. &.ſ. cantic.1. Ori.ſ.cant.ho.1.2. Aug.de vnitat.eccleſiæ.14 &.ſ.ps.77 Ber.ſ.cant.ſer.33. — Docens Chriſtus & beatificans.

Paſcens Ioſeph fratres ſuos, eſt Chriſtus paſcens & inſtruens diſcipulos. gene. 50.d. Paſcens autem idem gregem,eſt Chriſtus paſcens populum ſuum.gene.37.a.Et paſcens Dauid oues eſt Chriſtus paſcens humiles:qui cogitationes ſimplices in contemplatione æternę hæreditatis nutriunt.Paſcit autem Chriſtus hic & in gloria, quod eſt paſcere in meridie.1.reg.16.b.Paſcit autem ſponſus in meridie,quum Chriſtus illuſtrat mentem ſecretis myſterijs: vel in meridie.hoc eſt,in ardore vitiorum:ſed in vmbra,refrigerante ſpirituſſancto. Canticor.1.b.Iſaiæ.40.c.Iob. 29.a.Pſalm.77.Sophoni.3.c.dicitur autem Chriſtus paſcere in fortitudine . Mich.5.b.quia nemo poteſt paſtum eius impedire.vnde per eum grex ingredietur & egredietur,& paſcua inueniet.Ioan.10.b.

Glo ordi.ſ.Mich.7 — Caſtigatio ad emendationem. Inſtructio in ſacra doctrina.

Paſcit Deus populum ſuum in virga,quando caſtigat ad emendationẽ. Mich.7.c. vel paſcit in virga hæreditatis,hoc eſt,in ſacra doctrina & myſterils populum ſuum, nempe contemplatiuos & religioſos.

Glo. ord.ſ. Hoſe.4. Glo.int.ſ.Iere.22. — Relinquens malos deſperatos. Diſpergens Iudęos

Paſcit Deus malos quaſi agnum in latitudine , quum velut deſperatos relinquit in via lata. Hoſe.4.d.dicebatur autem hoc de populo Iſrael diſpergendo in captiuitatem.Et paſcit ventus paſtores Hieruſalem,quando captiui ducuntur in diuerſas orbis partes.Iere.22.f.

Hie.ſ.Iſa.5. — Inſtruens eccleſiam ſimplices.

Paſcens Rachel gregem patris eſt eccleſia ſimplices & fideles inſtruens . Geneſ.29.a. Paſci quoq; agnos iuxta ordinem ſuum , eſt vnumquemq; doceri iu eccleſia pro captu ſuo . Iſaiæ. 5.d.30.e.

Phil de ſacriſi. Abel & de vita Moſis. Cle. Alex.1.ſtroma. Gre. Nyſſe. de vita Moſis. Amb.ſ.Luc.24 Geor. venet.canti.1. tono.7.cap.31. Ricar.de.ſ.victo. de 12.patriar.52. — Prædicator. Ioannes Baptiſta

Paſcens Moſes oues Iethro eſt prædicator,& Ioannes Baptiſta.Exod.3.a.Pauit autem oues Iethro,qui interpretatur ſuperfluus , deſignans reſtringendam loquacitatem ſuperfluam . Pauit etiam in deſerto, vt deſignaret ſeparationem faciendam à vitijs mundi : qui etiam paſcere oues dicitur,hoc eſt,gubernare affectus . Factus eſt autem prius paſtor ouium, vt inſtrueretur quomodo fieret paſtor hominum . Paſcens etiam Iacob greges Laban eſt prædicator adiuuans prælatum docendo.Geneſ.30.d.Et paſcunt alieni pecora filiorum Iſrael, quum venientes ex gentibus docent in eccleſia . Iſaię.61.b.Paſcentes quoq; greges fratres Dinæ, ſunt docentes proximos. Geneſ.34.a. Paſcent terram Aſſur in gladio,hoc eſt, verbo Dei.Michę.5.b. Paſcere autem agnos & oues iubetur Petrus,hoc eſt,fortes & infirmos.Ioann.21.d.Zachar.11. a.Veri paſtores ouium ſunt ſimplices,innoxij,& ſemper bene agentes, manſuetudinem & pietatem ſequentes.Ei vero,qui manſuetiſsimo hominum gregi eſt pręfuturus,eſt pręexercitacio ouium paſcendarum facienda:ſicut ijs,qui ſunt natura bellicoſi,venatura.

Hie.ſ.Eze.34 Glo.int.ſ.Iſa.11. — Frui ſacris ſcripturis

Depaſcebantur arietes & hirci paſcua bona,quum ſacris fruebantur ſcripturis.Eze.34.e. Et paſcuntur ſimul vitulus & vrſus , cum mites & feroces eandem fidei doctrinam ſuſcipiunt . Et etiam lupus cum agno.Iſa.11.b.5.d.

Gre.ſ.cant.2. — Delectatur Chr̃s caſtitate.

Paſcitur ſponſus inter lilia.cant.2.d.6.a.quia animarum caſtitate , & virtutibus cãdidatorũ delectatur



Recipit pœnitẽtes. — Ber.ſ.cant.ſer.71.

delectatur,quum ipſe ſit candor.Item quia recipit peccatores ad pœnitentiam, vt ſint iuſtitia in ipſo.Et cum verbum eius per obedientiam impletur:alioqui remanet vacuum.

Paſci bonis exẽplis. — Gre.ſ.24.mor.10.& ſ.canti 4. Rup.ſ.cant.3.

Paſcuntur hinnuli in lilijs. cant.4.a.b. cum electi conſpecta odorifera & candidã ſanctorũ vita ſatiantur,& munditiam infatigabiliter ſectantur: vel quando virginitas & fæcunditas Mariæ ſolum aliquibus ſanctis erat nota:vt Ioſeph,& Elizabeth.

Adhærentes ſimplices doctoribus. — Gre.2.mor 25.

Paſcuntur aſinæ iuxta boues. Iob.1.c. quum mentes ſimplicium etiam cum alta capere non poſſunt,eò magis vicinæ ſunt,quò & fraterna bona ſua per charitatem credunt: cũq; inuidere alienis ſenſibus neſciunt,quaſi in paſtu ſe minime diuidunt.

Delectare. Fouere. Miniſtrare tẽpalia. — Rup.7.ſ. Apoca.

Paſcere interdum eſt delectare, & fouere:& paſci delectari.gen.29.b.Nam gregem ipſa paſcebat.ps.36.Paſceris in diuitijs eius.Paſcunt mulierem.i.eccleſiam,quum auditores miniſtrant temporalia prędicatoribus.Apo.12.b.

Bene opari p corp᷒. Perceptio præmij. — Ori.ſ.ps.36. Arno 1.ps.36.

Paſci in diuitijs terræ eſt in bonis operibus corporis exerceri : vel fructum bonorum operũ percipere:vt quę ſeminauerit homo, hęc metat.ps.36.Gala.6.b.vel eſt ipſo Deo frui.

Exercere humilia opera. — Aug.ſ.ps.36

Paſcere aſinos patris eſt humilia opera per obedientiã exercere. gen.36.c.Idẽ deſignat paſcens Ioſeph gregem cum filijs ancillarum.gen.37.a.

Regere ſenſus. Curioſitas. — Phi.ď ſacriſi.Abel & de agricultu. Ori.ſ.canti.ho.2. Amb.de Iſaac.4 Geor.ven.cant.1.tono.7.cap.31.

Paſcens Iacob gregem Laban.Gen.30.d.deſignat eum, qui benè regit ſenſus ſuos & appetitus.Paſcere autem hœdos eſt laſciuos ſẽſus ſequi: & oculos & aures curioſitati tradere:vel eos regere.canti.1.c.Paſcit autem hœdos iuxta tabernacula paſtorum ouium, qui iram & excãdeſcentiam,& furentes impetus laſciuię frænat,illos regens ſimplicitate ouina. Vel eſt iuxta hæreticos verſari. Ber.ſ.cant.ſer.35.& de gradi.humilitatis.

Virtutes ĩ humilib᷒ — Gre.ſ.cant.1. Glo.int.ſ.gen.41

Paſci boues in locis paluſtribus , & in ripa fluminis eſt virtutes in humilibus requieſcere. Geneſ.41.a.

Suſceptio fidei & doctrinæ. — Aug.13.confe.26 Amb.ſ.Luc.3.

Paſcunt diſcipuli & auditores ipſos prędicatores,non quia dant temporalia: ſed quia bono animo,qui eſt verè fructus,eos audiunt,& benè operantur. Sic vidua paſcebat Eliam q̃ deſignat gentilitatem recta fide paſcentem Chriſtum, Et corui paſcentes Eliam ſunt gentiles,qui venientes ad fidem facti ſunt cibus prophetarum.3.reg.17.a.b.

Conuerſio gentium — Glo.int.ſ.Mich 5

Paſcere interdum eſt lacerare.Mich.5.b.Paſcet terram Aſſur in gladio.Denotatur autem deſtructio gentilitatis,& conuerſio ad fidem.

Vacans ſordibus — Amb.ſ.Luc.15. Hie.epiſ.beatitudi.

Paſcens porcos filius prodigus deſignat vacantem ſordibus, & miniſtrantem ſenſibus voluptates:Ipſoſq; dæmones ſuis vitijs delectãtem.Luc.15.c.

Fruſtra niti. Peccare. Loqui errores. Superbire. — Ber.ſer. ď affec.ani. Hie.ſ.Hoſe.12. Aug.cont Creſco.9 Rup.ſ.Hoſe.12

Paſcere ventos eſt fruſtra niti.Hoſe.12.a.Paſcit autem ventos , qui peccando fit eſca ſpiritibus malis,illis prębens voluptatem:quibus eſt deriſui.Paſcit autem ventos Ephraim, quum hæretici inania & mendacia loquuntur:& gratum paſtum dæmonibus prębet . Paſcit etiam ventum,qui ſuperbit.

Auarus raptor.

Depaſcens iumentum aliena eſt auarus rapiens bona pauperum.Exo.22.a.

Exercitus cõtra Hieruſalem. — Hie.ſ.Iſa.27.

Paſcitur vitulus,aut grex in vinea Iudææ,hoc eſt,exercitus Romanorum in Hieruſalẽ , quãdo deſtructa eſt.Iſa.27.c.Et paſtores venientes ad filiam Sion, erant Chaldæi contra Hieruſalem.Iere.6.a.

Tractans imperitus myſterij. — Glo.int.ſ.Exo.34.

Paſci boues contra montem,in quem aſcenderat Moſes.Exod.34.a.eſt terrenis implicatos, & ſimplices imperitos velle tractare myſteria legis.

Quærentes temporalia commoda. — Glo.ord.ſ.Eze.34

Paſcunt paſtores ſemetipſos, cum temporalia commoda quęrunt , de profectu ouium non curantes.Eze.34.a.

Peruerſio hæreticorum. — Gre.16.mor.21. Rup.ſ.canti.1.

Paſcunt hæretici greges,quos diripuerunt.Iob.24.a. Quia imperitos quoſq; peruerſis ad ſe perſuaſionibus trahunt: & doctrinis peſtiferis ad interficiendnm nutriunt.Paſcunt autem hæretici & duces Iudæorum hœdos,hoc eſt,exiſtentes in peccato.cant.1.c.

Seruire in peccatum — Gre.17.mor.1. Ber. in apologia.

Paſcere dicitur ſterilem.Iob.24.d. qui carnis curam gerit,eius deſiderijs ſeruiens , totã intentione omniq; ſtudio cogitans , quomodo ſine vllis neceſsitatibus caro moritura ſubſiſtat. Paſcit etiam ſterilem hæreticus docens eos , qui ipſi adhærentes nullum boni operis fructum referunt.

Inducẽs in peccatũ. — Ori.ſ.Iſa.ho.8.

Depaſcitur Zabolus vires gentium,quum ablatis virtutibus in peccata inducit.Iſa.10.d.

Chriſtus. Deus. — Ori.ſ.can ho.2. Baſi.ď ſpũſſancto.8 Hila.ſ.Mat.cano.10 Hie.ſ. Ezec.37.&.ſ. Amos.3.&.ſ.Mat.18 Geor.venet.canti.1.ton.7.cap.31.

Paſtor in primis dicitur Chriſtus,qui paſcit verbo & exemplo,& donis ſpiritualibus: & animam ſuam ponit pro ouibus ſuis:Ideo dicitur paſtor bonus.Ioan.10.c.Iere.31.b.Matthæ.18.c. Et paſtor vnus Dauid eſt Chriſtus:ſub quo oẽs paſtores ſunt vnus,cum eius ſint membra.Eze. 37.g.Eccl'tæ.12.d. Ipſe eruit duo crura de ore leonis . Amos.3. d. Ipſe quoq; Deus aliquando dicitur paſtor.Zacha.10.a.13.d.

Angeli. — Ori.ſ.Luc.ho.12.

Paſtores aliquando dici poſſunt angeli.Luc.2.a.Iſa.13.d.Nec paſtores requieſcent ibi.

Princeps. — Hie.ſ.Iſa.13.

Paſtor ſæpe dicitur princeps,qui curam gerit populi,vt paſtor gregis.Iſaiæ.34.d. Qui dico Cyro,Paſtor meus es.Iere.6.a.10.d.

Prælati. Iuſti. Apoſtoli. — Hier.ſ. Iere.12.&.ſ. iſa.13.&.ſ.Eze.34 Aug.q.in gen.154. Amb.ſer.13.& iſac.4.

Paſtores etiam dicuntur prælati,& iuſti, qui naturaliter pręſunt malis. Luc.2.a. Ierem.2.b. 12.c.Et paſtores Abrahæ & Iſaac ſunt doctores catholici & ſacerdotes . Geneſ.13. a. 26. d. Et paſtores Aran ſunt prophetæ & prædicatores . Geneſ.29.a. 46.d. Et paſtores ad quos remit-

Ori.ſ.cant.ho 2. Beda.ſ.gen 29. Geor.venet.canti.1. ton.7.cap.31. Gre.ho.8. Cyril.7.ſ.Ioan.1

Prophetæ Doctores Sacerdotes Prædicatores

quos remittitur ſponſa. cant.1.c. dici poſſunt doctores varias habentes opiniones.Et paſtores iuxta cor dei ſunt apoſtoli &prędicatores paſcentes in ſcientia & doctrina nouæ legis.Iſai.13.d.Iere.3.c.23.a.Paſtores quoq; Iſrael ſunt epiſcopi & prædicatores.Ezec.34.a.Amos.7.d.Paſtoralia Thecue ſunt paſtores, qui prædicationis tuba vigere debent.Amos.1.a.Zac.10.a.Hos paſtores ouium abominantur Aegyptij,hoc eſt,mundani:Gene.46.d.Ioan.10.a.

Ioannes Baptiſta

Paſtor Odollamites ſignificat Ioannem Baptiſtam pręcurſorem Chriſti.gen.38.a.

Amb.epiſt.39. Hie.ſ.Mich.5.

Præcepta veteris le. Patriarchæ.

Paſtores ſeptem dici poſſunt pręcepta veteris teſtamenti.Mich.7.b.Sunt etiam patriarchæ & prophetæ,propter ſabbatum ſeptenarium.

Hier.ſ.Iſai.63.56.& ſ.Ier.23.&.ſ.amos.1 Aug.epiſt.48. Gre.ſ.canti.1. Gre. Nyſſe. de vita Moſis. Hie.ſ.Eze.34. Beda.ſ.Exo.2. Rup.ſ.Amos.1.

Principes Iſrael. Iudæi Sacerdotes & phariſæi. Philoſophi Hæretici Superbi. Tēporalia ſectātes.

Paſtores gregis.Moſis erant principes Iſrael tempore Moſis.Iſa.93.c. Ier.10.d.22.f. Zach.11.a.Et paſtores Gerare vſurpantes ſibi aquam,ſunt Iudæi volentes legē carnaliter obſeruari.Gene.26.d.Et ſacerdotes ac phariſæi, & item hæretici ſunt paſtores ignorantes intelligentiā.Iſai.56.d.Iere.23.a.Ipſi ſunt paſtores, circa quorum tabernacula dicitur ſponſæ, vt paſcat hœdos ſuos. canti.1.c.Paſtores Madian ſunt philoſophi.& phariſęi,ac magiſtri ſuperbi.Exo.2.c.Et paſtores,quorum ſpecioſa lugent,ſunt hæretici.Amos.1.a.Et paſtores mali ſunt hæretici: & qui temporalia commoda quærunt.Ezechie.34.a.Zacha.10.a.11.a. Paſtores Lot rixantes cum paſtoribus Abrahæ, ſunt ſcribæ & phariſæi contendentes cum apoſtolis.Gene.13.b.Amos.1.a.

Amb.1.de Cain.6.& 2.de Abra.6. Phil.de ſacrifi.Abel & Cain & de agric. & de migra Abra. Amb.ſ.ps.131.

Imperās corpori & ſenſibus. Curā habēs virtutū Vacātes ſenſibilib⁹.

Paſtor ouium dicitur,qui imperat corpori & ſenſibus,ac voluptatibus.gen.4.a.Et paſtores Abraham & Lot ſunt magiſtri ſenſuum,non ſinentes eos vagari:Lot quidem eſt paſtor carnis: Abraham vero mentis.Gene.16.b. Eſt autem diſcrimen inter paſtores & pecuarios: quia paſtores cum ratione paſcunt ſenſus:pecuarij vero nihil illis negant, ſine ratione paſcentes.Vnuſquiſq; autem paſtor eſt gregis virtutum,quas paſcit verbo Dei.Luc.2.a.Paſtores uero Arā dicuntur vacantes ſenſibilibus.Gene.29.a.

Amb.ſ.Luc.3.

Simplex

Paſtor ouium ſimplicem deſignare ſolet:quia curam habet ouium ſimplicium:ſicut erat Abel.Gen.4.a.46.d.47.a.49.c.Luc.2.a.

Gre.ſ.1.reg.1. Rup.ſ.Nahum.3.

Prælati rapaces

Paſtores ſunt lupi veſpere, quum prelati ſunt rapaces obtenebreſcente mundo. Sopho.3.a. Hi ſunt paſtores regis Aſſur,hoc eſt, principes ſub diabolo.Nahum.3.d.

Hie.ſ.Zac.11.

Antichriſtus

Paſtor ſtultus erit Antichriſtus:qui dicitur paſtor & idolum.Zach.11.a.

Aug.ſ.ps.48.

Mors

Paſtor malorum in inferno dicitur mors.ps.48.

Hie.ſ.Zach.11.

Errantes circa trinitatem.

Paſtores tres in menſe vno ſuccisi,ſunt vel qui errant circa aliquam trinitatis perſonam:vel ſunt Moſes,Aaron,& Maria.Zach.11.b.

## Pabulum, Paſcua, Paſtus.

PAſcua ſunt vbi pecudes paſcuntur,& ipſe paſtus. Pabulum autem eſt ipſe cibus herbaceus, fœniceus, ſeu paleaceus. Paſtus vero ipſam cibationem, & etiam pabulum ſignificat.Hæc quantum ad noſtrum propoſitum parum,aut nihil differunt.

Ori.ſ.cant.ho.2. Hier.ſ.Iſai 49. &.ſ. Mich.2. Amb.ſ.ps.118. ſer.14 Gre 30.mor.22. Cyril.7.ſ.ioan.4. Chry.ſ.ioan.ho.58.

Materia cōtēplationis & bonorū operū Sacra ſcriptura. Exempla ſanctorū. Viſio beatifica. Poteſtas & libertas fidelium.

Paſcua,quæ inueniuntur in Chriſto,ſunt intus materia contemplationis: foris vero bonorum operum exercitatio.Paſcua etiam ſunt ſacramenta:& libri ſacræ ſcripturæ, tam veteris,q̄; nouæ:& exempla ſanctorum:demum viſio ipſa beatifica,qua ſancti paſcuntur in gloria.ps.22.94.Iſa.49.c.Iere.23.a.thre.1.b.Hoſe.13.a.Ioan.10.b.Sic paſtus filiorum ceruarum eſt illud viriditatis æternæ pabulum:vbi iam noſtra refectio nullius defectus ariditate marceſcet. Iob.39.a.Paſcua etiam eſt poteſtas atq; libertas fidelium.

Hie.ad furiam.

Prædicatio.

Paſtus etiā eſt ipſa prædicatio,qua auditores paſcuntur.gen.29.b.34.a.3.reg.17.a.Iſa.14.g.

Eccleſia.

Paſcua dicitur aliquando ipſa eccleſia.ps.73.Iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcuæ tuæ.

Gre.30.mor.34.

Conuerſi ad Chr.

Paſcua onagri ſunt,qui cōuertuntur ad Chriſtum:quibus ipſe dicitur tunc paſci, quum eis dat gratiam.Iob.39.a.

Hie.ſ.iere.25. Rup.ſ.Hoſe.13.

Templum iudæorū Temporalia.

Paſcua optimatum gregis, quę vaſtauit dominus erant templum, & oblationes Iudæorum. Iere.25.g.Ioel.1.d.Paſcua etiam Iudæorum erant temporalia bona.Hoſe.13.b.

Glo.int.ſ.int. Leu.3

Extinctio concupiſcentiarum.

Pabulum ignis ex adipe hoſtiarum gratum Deo eſt, cum concupiſcentiæ conſumuntur igne ſpiritusſancti.Leui.3.c.

Glo.ord.ſ.iſa.32.

Myſteria tradi. gēt.

Paſcua gregum,facta eſt Iudæa,cum Iudæorum myſteria venerunt ad gentes.Iſa.33.d.

Lyra.ſ.iſa.34. Gre.7.mor.15.

Iudæa Hypocriſis. Mali.

Paſcua ſtruthionum facta eſt Iudæa, hoc eſt, dæmonum, quum Iudæi remanſerunt in incredulitate.Iſa.34.c. In mente hypocritarum ſunt paſcua ſtruthionum: quia ſtruthio volandi ſpeciem habet,ſed vſum volandi non habet. Ita hypocriſis cunctis intuentibus imaginem de ſe ſanctitatis inſinuat, ſed tenere vitam ſanctitatis ignorat. Demum omnes mali paſcua catulorum leonum dicuntur.Nahum.2.d.

Pabulum dare iumento,eſt carnem reficere.Gene.42.e.

## Paſſer.

PAſſer eſt auis nota, quæ in parietibus domorum nidificare ſolet,& inter homines conuerſari,& ſua garrulitate moleſta eſſe:eſt autem auis inquieta & laſciua.

Ori.ſ.Leui.ho.8

Diuinitas & humanitas in Chriſto.

Corpus & anima.

Hie.ſ.Leui.14. Cyril.epiſt.29 & de incarn.unigenit.17.

Paſſeres duo qui ſumuntur in immolatione & emundatione leproſi, ſignificare poſſunt



ſunt diuinitatem & humanitatem in Chriſto: vel corpus & animam. Paſſer immolatus eſt caro Chriſti,vel corpus mortificatum:paſſer viuus & dimiſſus,diuinitas,vel ſpiritus.Leuiti.14.a. Origenes appellat hos paſſeres gallinas: aitq; in purificatione quæ per eas fit, ſignificari pœnitentiam,quæ illius indiget ope,de cuius latere proceſsit aqua & ſanguis, verum Hebraicé dicuntur Ziporim,quod aues in genere ſignificat.Duę aues indicant pignora, quę obtulit in expiationem noſtram ille ſummus purificator Chriſtus Ieſus, hominem videlicet ſpiritualem & animalem:& hic occiſus fuit,vt noſtram concupiſcentiam expurgaret.In vaſe autem fictili dicitur iugulatus,quia in corpore ipſius de terra fabricato immolatus fuit: & hoc ſuper aqueam virtutem miſericordiæ,cuius ſignum ſimul cum ſanguine, iuſtitiæ videlicet ſigno exiuit de latere ipſius morientis. Auis itaq; occiſa eſt corpus, vel virtus eius animalis in vaſe corporis ſui extincta. Auis autem viua eſt ſpiritus, vel anima eius, & ipſa oblata in expiationem noſtram, iuxta id quod ait.Et animam meam pono pro ouibus meis.Sed tamen cum occidi non poſsit, dimiſſa fuit viua in agrum, aut campum illum ſupremum, vnde omnia trahunt originem:qui eſt pater æternus,cui moriens & ſpiritum dimittens ait: Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.Hanc autem animam,vel ſpiritum dimiſit aſperſum ſanguine auis iugulatæ, & etiā ſanguine eorum pro quibus iugulata erat auis,ſicuti per Iſaiam loquitur dicens:Et aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea.

Homo ſpiritualis & animalis in Chriſto

Geor. venet. cati.2. ton.3.cap 17.

Chriſtus in cœlo. Prædicator. Contemplatiuus.

Aug.ſ.ps.101. Gre ſ.ps.101. Euch.form.ſpūal.5.

Paſſer ſolitarius in tecto. ps.101. eſt Chriſtus in cœlo vel prædicator inter fideles eccleſiæ: qui tamen imperat carni:aut homo,qui in excelſis habitans, & ſolitudinem incolens,pro peccatis ſuis clamare non ceſſat.

Chriſtus. Anima.

Arn.& Aug.ſ.ps.83. Gre.19.mor.24.

Paſſer inueniens ſibi domum eſt Chriſtus.ps.83.vel eſt anima ſperans gloriam cœleſtem,vel habens eam.

Duplices carnis conditiones.

Geor.venet.cant.2. ton.3.cap.17.

Paſſeres duo in emundatione leproſi duas carnis conditiones indicant: nam pars quædam carnis viuit:pars autem alia adeo mortua eſt,vt ſi quis eam pungat,non ſentiat leproſus. Auis igitur quæ viua dimittitur,purificationem,aut ſignum viuacis carnis,& non plene infectæ indicat. Altera vero occidebatur in purificationē & reuiuificationem illius carnis pręmortuæ: fiebatq; ſuper aquas primum & pręcipuum omnium ſordium lauacrum,& viuas,quia mortuæ communiter putridæ ſunt coinquinantes potius q̄; lauantes. Iugulabatur autem in vaſe fictili, & terreo, quod corpus ſignificat, in quo purgari debet per mortificationem ſpiritus ille animalis volatilis inficiens carnem ipſam, quam pręmortuam dicimus. Viua autem auis quæ dimittebatur in agrum,carnem illam validiorem, aut ſpiritus nondum infectos,vel meliorem animam ſignificat.

Tendentes ad cœleſtia.

Arn.& Aug.ſ.ps.103

Paſſeres dici poſſunt qui ad cœleſtia tendunt: & qui pauca habentes tamen reliquerunt omnia.Pſalm.103.

Corpus & anima. Chriſt⁹ & proxim⁹.

Hila.ſ. Mat.cāo. 10.

Paſſeres duo dici poſſunt vnuſcuiuſq; corpus & anima:vel Chriſtus & proximus illi coniūctus.Matth.10.c.

Homo vel anima.

Aug.ſ.ps.123.

Paſſer dici poteſt homo vel anima:& paſſer bonus eſt,cui volandi natura ſuppetit:paſſer vero malus, qui volandi vſum terrenæ vitio labis aboleuit. Pſalm.10.101.123. Sicut paſſer eripitur anima de laqueo venantium,quia ſicut paſſer propinquus laqueo ſi ſentiat ſtrepitum fugit: ita qui propinquus eſt peccato, audito ſtrepitu gehennæ & comminationis diuinæ, euadit peccatum.

Quinq; ſenſus.

Amb.ſ.Luc.12.

Paſſeres quinq;,qui aſſe væneunt,ſunt quinq; ſenſus, qui illecebris voluptatum venundātur ſub peccato.Luc.12.d.

Prudentia.

Hie.ſ.ps.10.

Paſſer aliquando ponitur pro prudentia.ps.10.Tranſmigra in montem ſicut paſſer.

Clamor.& inconſtātia. Intemperantia.

Tert.de cibis Iudai.

Paſſer garrulus & inquietus clamorem & inconſtantiam ſignificare poteſt:laſciuus vero intemperantiam.

## Paſtinare, uide Fodere.

## Paſtophorium.

PAſtophorium eſt paſtophori domicilium: paſtophori autem erant ſacerdotes ſacro ſancti Aegyptiorum,cæteris honoratiores.

Secreta mentis.

Glo.or.ſ.1. Mach.4.

Paſtophoria in templo erant domus, in quibus leuitæ excubabant in atrijs domus domini: & paſtophoria diruta.1.Mach.4.e.g.deſignant ſecreta mentis:quæ diruuntur,quando per deſideria illicita dilaniantur.

## Pater, Parens.

PAter dicitur,qui aliquem genuit,qui & genitor appellatur.Datur autem pater educatione. Iob.29.c.Pater eram pauperū.Pater genere.Gen.25.f.Ad poſſeſsionē patrum tuorum.Imitatione.Eccl'i.41.c.Erubeſcite à patre & matre de fornicatione.Inuentione. Geneſ.4.d. Qui fuit pater habitantium in tentorijs. Patres item, maiores. Geneſ.15.c. Tu autem ibis ad patres

tuos.Præceptor.gen.45.b.Qui fecit me quaſi patrem Pharaonis.Item principium. gen.17.a. Eriſq; pater multarum gentium.

Ori.ſ.gen.ho.17.& ſ.Mat.ho.7. Rup 7.ſ.Mat. — Deus pater.

Pater dicitur Deus æterna generatione producens filiū.Et pater Iudæ eſt Deus pater Chrs. gen.49.d.Et pater Chriſti relictus,vt adhæreret vxori,dicitur pater cœleſtis. gen.2. d.Matth. 19.a.Et pater claritatis ſeu gloriæ dicitur Deus pater.Ephe.1.c.Cui dicitur ab incredulis. Iſa. 45.b.Quid generas?Sciendum autem quia fere vbjcunq; Chriſtus abſq; determinatione poſſeſſiui huius pronominis meus vel mei,dicit pater vel patris,ea quæ loquitur, minora ſunt maieſtate ſuæ diuinitatis:vt illic:Et ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio : quia pater maior me eſt.Vbi autem determinat pater meus vel patris mei,non ſine indicio loquitur diuinę maieſtatis:vt hic:Sed qui facit voluntatem patris mei,qui in cœlis eſt.

Ori.ſ.Leui ho.11 Amb.ſ.Luc.15.& de ſacris.5. Hila.ſ.ps.67. Hie.ſ.Mich.7. Iſy.ſ.Leui.20. Beda.ſ.pro.1. Gre.Nyſ.de orone — Deus pater,creatione & origine & gratia ſeu adoptione

Patris nomen creatione & origine attribuitur Deo,comparatione ad homines, quos ipſe ad imaginem & ſimilitudinem ſuam creauit:licet aliquando dicatur pater etiam omnium creaturarum.Sed peculiariter dicitur pater bonorum, qui ex Deo per gratiam nati ſunt, & facti filij per adoptionem.gen. 49.b.Leui.20.b.pro.1.a.30.c.Iſa.63.d.64.c.Iere.3.b.Mala.1.b.Mat. 6.b.10.c.11.d.23.a.Mar.11.c.Luc.11.a.15.d.Et dicitur pater orphanorum,hoc eſt,deſertorum à mundo,vel à lege.ps.67.Et patri contumeliam facit,qui Deum blaſphemat.Mich.7.b. Paternitas omnis eſt ab ipſo patre cœleſti.Ephe.2.d.3.c.

De⁹ aut Chriſt⁹

Pater Ruben,cuius cubile dicitur aſcendiſſe,eſt Deus aut Chriſtus,cuius corpus Iudęi macularunt.gen.49.a.

Gre.29.mor.20. Hie.ſ.Iob 38. — Dans De⁹ gratiam & doctrinam

Pater pluuię dicitur Deus: quia dat pluuiam voluntariam hęreditati ſuæ,hoc eſt,gratiam & doctrinam eccleſiæ.Iob.38.c.

Ori.ſ.nu.ho.7. — Deus pater ſynagogæ.

Pater Marię ſororis Moſis dicitur Deus pater ſynagogæ. Num.12.d.

Hie.ſ.Iſa.9.22. Gre.ſ.1.reg.10 — Chriſtus

Pater Pharaonis dictus Ioſeph,ſignificat Chriſtum,qui ſibi ſubiecit principatus & poteſtates.gen.45.b.Et pater futuri ſeculi eſt Chriſtus:qui & pater dicitur habitantium in Hieruſalem,hoc eſt,habitantium in eccleſia.Iſa.9.b.22.f.Pater etiam Saulis eſt Chriſtus, qui eſt pater prædicatorum.1.reg.10.a.Et cum dicitur ibidem.c.Quis pater eorum? intelligitur Deus ipſe pater prophetarum:qui per ſpiritum ſanctum ſuum loquitur in illis:De quo Matth. 10.c. Non eſtis vos qui loquimini.Poteſt autem illa interrogatio intelligi,cum carnales deſpiciunt prędicatores propter originem & paupertatem &c.Sciendum tamen,vbi dicitur:Quis pater eorum:in aliquibus libris bibliorum ſcribi:Quis pater eius:In aliquibus vero,Cis pater eius:Gregorius tamen legit,quis pater eorum:quæ lectio conformior eſt Hebraicę lectioni : quæ ſic ſe habet ומי אביהם .Pater etiam ſacerdotis dici poteſt Chriſtus,cui ſacerdotes ſuccedunt. Leuitic.6.d.

Hie ſ.Iſa.22. — Dauid pr Chriſti.

Pater Chriſti dicitur Dauid,ex cuius ſtirpe deſcendit Chriſtus.Iſaiæ.22.g. Et erit in ſolium gloriæ domui patris ſui:& ſuſpendam ſuper eum omnem gloriam domus patris eius.

Hie.ſ.Iſa.58. — Patres fideliū Abraham & Iacob.

Pater multarum gentium dictus eſt Abraham:quia multæ gentes eius fidem imitaturę erāt. gen.17.a.Iacob etiam pater dicitur vniuſcuiuſq; credentis.Iſa.58.d.

Baſi.&Arn.ſ.ps.44. Amb.1.de Abra.9. Hie.ad Principiam. Philo quis rerū diuina.hæres. Hiero.ſ.Iere.7.&.ſ. Hoſe.9 — Patriarchæ. De⁹ & cœleſtia. Elementa. Philoſophi. Sancti. Patriarchæ. Apoſtoli.

Patres antiqui ſunt,qui vitę merito & ordine pręceſſerunt,vt patriarchæ. geneſ.15.c. Patres etiam antiqui dici poſſunt Deus & cœleſtia.Item ſecundum aliquos patres antiqui dicuntur elementa.Patres etiam antiqui ſunt philoſophi patres gentium : quos etiam ſignificant patres Pharaonis.Exo.10.b.Iob.8.b.ps.44.77.

Patres Abraham vel Iacob dici poſſunt ſancti:& pater Iſrael dicitur Abraham, vel antiqui patres in deſerto.gen.47.b.48.c.49.d. Patres etiā Iſrael dicunt patriarchæ,& apoſtoli.Hoſe. 9.c.ps.44.Et patres noſtri,quibus dedit Deus terram,ſunt apoſtoli,quib⁹ dedit eccleſiā. Iere. 7.a.Et patres Iob ſunt apoſtoli patres eccleſiæ.Iob.13.a.

Ori.ſ.Rom.4. Gre.ſ.1.reg.14.&.19 mor.21. Iſy.ſ.Leui.25. — Prælatus Doctor.

Pater honorandus dici poteſt prælatus,& doctor.gen.46.d.Exod. 20.a.21.b. Et pater Ioſeph eſt anteceſſor in dignitate.gen.47.c.Et pater Ionathæ eſt prælatus ſuperior reſpectu inferioris.1.reg.14.a.Pater pauperum dicitur Iob deſignans populum eccleſiæ, ex cuius prædicatione humiles,qui pauperes ſpiritu dicuntur,generantur.Iob.29.c.Patres etiam ſunt doctores,qui nos in fide genuerunt,& inſtruxerunt.Leui.25.g.1.Cor.4.c.

Philo de migr. Abr. & de ſpāli legib⁹. — Intellectus Ratio Sermo.

Pater aliquando dici poteſt intellectus in domo rationis:vel recta ratio ſeu ſermo:quia cōſilia bona,& actiones honeſtas ſolet gignere:prognataſq; educare,decretis ducibus doctrinæ & ſapientię.gen.12.a.

Baſi.ſ.ps.48. Gre.20.mor.7. Hie.ſ.Iere. — Doctores mali Hæretici.

Patres dicuntur doctores mali.ps.48. Et patres hæreticorum ſunt hæreſiarchę. Iob.39.a. Et patres,quorum labores comedit confuſio ſunt hæretici.Iere.3.g.

Glo.inter.ſ.Leui.6. — Antiquū ſacerdotiū

Pater ſacerdotis,cui ſuccedit filius,ſignificare poteſt antiquum ſacerdotium : cui ſucceſſit ſacerdotium nouę legis.Leui.6.d.

Ori.ſ.Mat.ho.4. Hila.ſ.Mat.can.17. — Angelus cuſtos, Lex.

Pater lunatici videtur dici poſſe angelus cuſtos. Matth.17.c.Poteſt etiam pater lunatici dici lex.Et Moſes eſt pater,hoc eſt,lex regens Iudęos.Exo.18.a.

Cle.Ale.4.ſtroma. — Leges ciuiles

Pater relinquendus propter euangelium,deſignat leges ciuiles,quę cedere debēt euangelio.

Pater



Adam Vetus homo Peccatum — Arno.ſ.ps.44 Hila.ſ.Mat.cano.10

Pater etiam obliuiſcendus eſt Adam,ſeu vetus homo,quem exuere debemus.ps.44. Pater etiam animæ dicitur peccatum:quod tradit ipſam animam in mortem.Mat.10.c.

Patres dici poſſunt,qui iam ſufficiunt regere alios.1.Ioan.2.b.

Iudæi. — Ori.prolo.ſ.canti. Hie.ſ.Amos.2. Iſy.ſ.Leui.21. Rup.ſ.Zach.13.

Patres aliquando dicuntur Iudæi:filij vero Chriſtiani,in eorum fide ſuccedentes. Amos.2. c.Pater etiam & mater pontificis,ſuper quibus ipſe non polluitur,eſt populus Iudæorum, ex quibus Chriſtus ſecundum carnem:& licet peccatores elegerit,ipſe tamen nō eſt ſuper eis pollutus.Leui.21.c.Zach.13.d.

Ij quos imitamur — Hie.ſ.Iſa.65.

Patres quibus vnuſquiſq; apponitur,ſunt,quos quiſq; in bono vel malo imitatus eſt :eiſque apponitur cum de hac vita exceſſerit.Iſa.65.a.Dicitur autem trāſire iniquitas patrum in filios, quum filij patres imitantur.Exo.34.a.

Diabolus — Ori.ſ.Exo.ho.8.& ſ.Iſa.ho.9.& ſ.Iere.ho.6. Baſi.& Aug.ſ.ps.44

Pater aliquando dicitur diabolus inducens ad peccatum,& ducem ſe faciens ad omnē iniquitatem:ideo domum eius relinquere oportet,eiuſq; obliuiſci.gen.12.a.1. reg.2.e. ps.26.44. Iſa.14.c.Iere.11.a.Eundem deſignat pater Rebeccæ Bathuel.geneſ.24.c. Et pater Hieruſalem Amorrhæus eſt diabolus.Eze.16.a. Hie.ſ.Eze.16. Beda.ſ.gen.24.

Mundus — Gre.ſ.1.reg.2. Gre.4.mor.4.

Pater præterea dicitur hic mundus,de quo naſcimur.Iere.20.d.Maledictus vir, qui annunciauit patri meo dicens:Natus eſt tibi puer maſculus.

Sermo antiquorum patrum. — Gre ſ.1.reg.2.

Pater Ophni & Phinees ſignificare poteſt ſermonem antiquorum patrum. 1.reg.2.e.

Carnales — Philo.2.allego.

Patres ignorantes manna,dici poſſunt carnales Aegypti ollas deſiderantes.deut.8.a.

Putredo — Gre.13.mor.21.

Pater hominis dicitur putredo.Iob.17.d.quia omnis homo ab origine iam vitiata deſcēdit.

Propinqui — Hie.ſ.Zach.13.

Pater & mater,qui genuerunt.Zach.13.a.Ponitur pro maxime propinquis.

## *Pater familias.*

PAter familias dicitur,qui primus eſt,& imperium habet in familiam.

Deus Chriſtus. — Ori.ſ.Mat.ho 10.19 Hila.ſ.Mat. can.20.

Pater familias aliquando dicitur Deus:aut etiam Chriſtus, qui curam habet familiæ eccleſiæ.Mat.10.c.13.g.20.a.21.d.Luc.13.e.14.c.

Epiſcopus Doctor — Glo.or.ſ.Mat.13.

Pater familias dicitur etiam epiſcopus, aut doctor diſtribuens cibum doctrinæ familiæ Chriſti.

Senſus. Intellect⁹. — Ori.ſ.Mat.ho.31.33

Pater familias poteſt quandoq; dici intellectus aut ſenſus hominis.Mat.24.c.Luc.12.c.

## *Patefacere, Patere.*

PAtere dicitur,quod apertum eſt.Patefacere vero eſt patentem facere.

Chriſtus. — Gre.22.mor.12

Patens oſtium Iob viatori eſt Chriſtus,qui omnibus patet in hac vita viuentibus, vt ingrediantur ad patrem per remiſſionem peccatorum.Iob.31.d.

Viſio diuina. Doctores — Glo.or.ſ.iſa.33

Patentes riui erunt in gloria cœleſti:vbi beati torrente diuinæ voluptatis potabuntur. Iſa. 33.d.Poſſunt etiam deſignare doctores ſacras ſcripturas plane exponentes.

Nouū teſtamentū. Baptiſmus — Hie.ſ.Zach.

Patens fons eſt doctrina noui teſtamenti:& baptiſmus omnibus paratus.Zach.13.a.

Fiducialiter pdicās. — Amb ſ.2.cor.6.

Patere dicitur os illius,qui fiducia puræ conſcientiæ diuinam prædicat,& dilatat doctrinā. 2.cor.6.c.

Prædicatio apoſtolorum — Amb.ſer.57.

Patens ſepulcrum Chriſti deſignat guttur apoſtolorum & prophetarum : per quod ipſum Chriſtum æterno literarum theſauro,condiderunt.Patens autem ſepulcrum ideo dicitur, quia qui vult ad Chriſti peruenire myſterium,non ingreditur ad illud,niſi per euangelicę ſcripturæ ſecretum.ps.5.Rom.3.b.Sic dicebat apoſtolus os ſuum patere Corinthijs, inuitans eos, vt per prędicationis ſuæ apertam ianuam,ingrederentur Chriſti ſecreta myſteria.2.Cor.6.c.

Gentes audientes verbum Dei — Hie.ſ.iſa.35.

Patere dicuntur aures ſurdorum,quum gentes libenter audiunt,& ſuſcipiunt verbum Dei. Iſa.35.b.

Manifeſtatio impudens peccatorum — Ori ſ.Rom.3.

Patens ſepulcrum dicitur os malorum.ps.5.Rom.3.b.quia peccatorum ſuorum turpitudinem abſq; vllo pudore manifeſtant.

Perſecutio fideliū. — Glo.inte.ſ.iſa.59.

Patent prædæ fideles,quos Iudæi & infideles implē perſequuntur.Iſa.59.c.

## *Pati, Paſsio.*

PAti eſt ſuſtinere,tolerare,& ęquo animo ferre.Ipſa autem corporis aut animi affectio paſſio dici ſolet.Eſt item pati permittere.Exo.22. c.Maleficos non patieris viuere.

Paſsio Chri ſine culpa. — Gre.13.mor.11

Paſſus dicitur Iob abſq; iniquitate manus ſuæ.Iob. 16.d. deſignans videlicet Chriſtum, qui peccatum non fecit,nec inuentus eſt dolus in ore eius:& tamen crucis dolorē pro noſtra redemptione tolerauit.

Permittens De⁹ immunditiā in bonis. — Gre.9.mor.40.

Non patitur Deus eum,cui pepercit eſſe mundum ab iniquitate:quia permittit ſanctos plerunq; illicita cogitatione priſtini peccati inquinari.Iob.10.c.

Vindicta Dei

Non patitur Deus inultum abire eum,qui iniuriam fecit proximo.Iob.24.b.quia ad ipſum pertinet vindicta tanquam ad ſupremum iudicem.

Prōpta fides gētiū. Caſtigatio carnis. — Hila.ſ.Mat.cano.11. Am.ſe.15.&.ſ.Lu.7.

Pati vim dicitur regnum cœlorum.Matth.11.b. quum gentiles quaſi irrumpentes promptē ad fidem veniunt,quaſi auferentes ipſum à Iudæis ingredi recuſantibus. Patitur etiam vim, quia caſtigantes carnem ſuam,& quaſi vim ſibi inferentes in ipſum ingrediuntur.

Pati

Lyra.ſ.gen.42. Pati ſe merito dicentes fratres Ioſeph, typum gerunt eorum, qui poſt Chriſti mortem ex Iudæis reſipuerunt.gen.42.d. — Reſipiſcentes ex Iudæis.

Lyra.ſ.Iſa.38. Pati ſe vim dicebat Ezechias,propter grauitatem infirmitatis:deſignat autem eos, qui tentationibus & tribulationibus affliguntur.Iſa.38.c. — Affligi tētationibus

Hila.ſ Mat.can.33. Paſſa dicitur multa vxor Pilati pro Chriſto,deſignans eccleſiam gentium,quæ multa propter Chriſti fidem patitur.Mat.27.b. — Eccleſia gentium afflicta

Hie.ſ.Amos.3. Patiuntur calumniam ab hæreticis ſimplices, qui ab eis mendacia pro veritate accipiunt. Amos.3.c.

Lyra.ſ.gen.42. Pati quicquam mali in itinere eſt deficere ob imperfectionem à rectitudine.Ideo Beniamin fuit domi retentus.gen.42.a. — Deficere à rectitudine.

Pati ſcandalum Aegyptios,eſt puniri populum propter peccata regis, cui etiam conſenſerunt.Exo.10.b. — Puniri populū propter reges.

Iſy.ſ.Leui.15. Pati fluxum ſeminis eſt verboſitate peccare:vel aliqua paſsione.Leui.15.a. — Peccare paſsione

Hila.ſ Mat.can.9. Patiens mulier fluxum ſanguinis menſtrui deſignat peccata cogitationis habentem, & intrinſecus ſordidatum:vel tenentem doctrinam Iudaicam,vel gentilicam.Leui.15.c. Mat.9.c. — Peccans cogitatiōe vel habēs doctrinā erroneam.

Arn.& Hila.ſ.pſ.58. Patientes famem vt canes,ſunt dęmones quærentes deuorare bonos. Vel ſunt Iudæi, qui deſtructa ſua ciuitate,famem verbi Dei patiuntur, nolentes eam intra eccleſiam extinguere. pſalm.58. — Dęmones inſidiātes bonis. Iudæi ſine verbo dī

Hie.ſ.Hoſe.5. Pati calumniam dicitur Ephraim,cum hęretici ſe putant,aut aſſerunt à catholicis opprimi, cum potius ipſi opprimant catholicos.Hoſe.5.c.

Hie.ſ Amos.6. Rup.ſ.Amos.6. Nihil patiuntur hęretici ſuper contritione Ioſeph,quum gaudent de morte ſpirituali fratrū. Amos.6.b. Iudæi etiam irridentes Chriſtum in paſsione, nil patiebantur ſuper contritione Ioſeph. — Gaudentes hæretici de malo fratrum. Irridētes Iudæi chriſtum.

## *Patibulum,uide Crux.*

## *Patientia.*

Tulli.2.de inuenti. Gre.homi.35. PAtientia eſt honeſtatis aut vtilitatis cauſa,rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpeſsio. Vel patientia eſt aliena mala æquanimiter perpeti:contra eum quoq;, qui mala irrogat nullo dolore morderi.

Glo.or.ſ.Nahum.1. Patiens dicitur Deus,quia diu ſuſtinet peccatores antequam puniat, eorum reſipiſcentiam expectans.Nahum.1.a.

Glo.or.ſ.Iere.15. In patientia ſua dicitur ſuſcipere Deus aliquem,quum facit eum multa pati,& patienter toleret perſecutores.Sic ſuſcepit Chriſtum Deus in patientia ſua : quia diu ſuſtinuit Iudæos, vt reſipiſcerent.Iere.15.c.

Gre.12.mo.22. Patientia Iob typus eſſe ſolet patientiæ Chriſti.Iob.17.d. — Patientia Chriſti

Eui.ſ.pſ.61. Patientia noſtra eſt à Deo:qui non permittit nos tentari ſupra id,quod poſſumus. pſ.61.

## *Patrare,uide Facere.*

## *Patria.*

PAtria eſt vrbs ſiue oppidum,vnde aliquis eſt ortus.

Lyra.ſ.gen.30. Patria Iacob ſignificare poteſt monaſterium religioſi prædicatoris,ad quam redire vult poſt fructum prædicationis.gen.30.d. — Monaſterium

Aug.ſ.Ioan.tra.16. Patria Chriſti & prophetarum,vbi non ſunt accepti,eſt populus Iudaicus,qui Chriſtum & prophetas perſequebatur.Mat.13.g.Luc.4.a.Ioan.4.f. — Populus Iudaicus

## *Patriarcha.*

PAtriarcha dicitur patrum princeps:quo nomine dicti ſunt Abraham,Iſaac,Iacob, & duodecim filij Iacob,qui duodecim effecere tribus:& nunc dicuntur patriarchæ principes pōtificum:qui quatuor erant pręter Romanum pontificem,nempe Antiochenus, Alexandrinus, Hieroſolymitanus,& Conſtantinopolitanus.Nominant antiqui patriarchæ.1.par.8.d. Tobi.6.d.Hebrę.7.a.acto.2.e.7.a.b.

## *Patruelis.*

PAtruelis à patruo dictus:ſunt enim patrueles patruorum filij,hoc eſt,filij fratrum marium.

Hie.ſ.Iſa.5. Patruelis dictus eſt Chriſtus.Iſa.5.a.quia ex eodem genere erat cū Iſaia,aut cum Iudęis. — Chriſtus

Iſy.ſ.Leui.25. Patruelis,qui poteſt redimere rem venditam eſt qui ab eodem aut pari doctore habet doctrinam,ſicut & nos,& poteſt nos inſtruere.Leui.25.g. — Diſcipulus peritus.

Hie.ſ.iere.32. Patruelis Ieremię erat Hanameel:quia gratia cognata eſt ſublimibus virtute.Iere.32.b.

Gre.ſ.1.reg.14. Patruelis Saulis erat Abner,deſignans adiutorem magni prædicatoris aut prælati, participantem de duritie Cis & de lucerna Ner.1.reg.14.g.

## *Patruus.*





Euangelium cognatum prophetis. Prædicator pfectus. PAtruus dicitur frater patris,quod quaſi patris loco ſit.

Patruus Aaron erat Oziel,deſignans euangelium cognatum eſſe prophetis. Leui.10.a. — Glo.or.ſ.Leui.10.

Patruus Saulis deſignat prædicatorem perfectum,qui minorem inſtituere poteſt.1.reg.10.e. Et patruus qui poteſt redimere, eſt qui ęqualis eſt doctrinę cum patre, qui nos docuit. Leuitic.25.g. — Gre.ſ.1.reg.10. Iſy.ſ.Leui.25.

## *Paucus.*

PAucum eſt contrarium multo.

Apoſtoli Electi. Pauci de terra ſunt apoſtoli,& fideles electi:de quibus dicitur:Multi ſunt vocati, pauci vero electi.pſ.16.106.Mat.7.b.20.b.21.b.Luc.10.a.13.d.Iſa.24.b. — Arno.ſ.pſ.16.106. Hie.ſ.Iſa.24.

Fides gentium. Permodicus numerus Syrorum vicit Hieruſalem: quia paucorum credentium ex gentibus fides in principio,Iudæorum fidem ſuperauit:qui in incredulitate relicti ſunt.2.par.24.f. — Hie.ſ.Iſa.17.

Pauci electi. Paucę oliuę remanentes in olea,erunt pauci electi in vltimis temporibus.Eoſdem deſignat pauci racemi. Iſaiæ. 24. c. Et pauci à quibus alij diuiduntur, ſunt pauci credentes ex Iudæis. pſalm.16. — Hie.ſ.Iſa.24. Aug.epiſ.59.

Prompta fides gētiū. Paucis diebus habitans Iacob in Haran.gen.27.g.29.e.deſignat gentes breui tempore ſuſcepturas fidem per prædicationem apoſtolorum. — Glo.inte.ſ.gen.27.

Diſcipuli hæreticorū ad ipſos deſerētes. Pauci efficiuntur Aſſyrij,quum hæreticorum & Antichriſti ſectatores luce doctrinæ eccleſiæ illuſtrati ipſos deſerunt.Iſa.10.c. — Hie.ſ.Iſa.10.

## *Pauere, Pauor, Expaueſcere, Pauidus.*

PAuere eſt grauiter timere,quaſiq; animo perturbato.Et pauor eſt timor mouens mentem, & quaſi quidam ſtupor.

Admiratio myſteriorum. Pauor Iacob admirationem diuinorum ſecretorum,ſeu myſteriorū ſignificare poteſt.gene.28.d.Ad idem referri poteſt pauor Pharaonis.gen.41.b. — Beda.ſ.gen.41.

Admiratio iudiciorum Dei. Pauent columnæ cœli ad nutum Dei.Iob.4.c.26.c.quia apoſtoli quantalibet virtute proficiant,quantalibet ſcientia excreſcant,penetrare iudicia Dei non valent. — Gre.17.mor.13.

Cuſtodiens corpus mundum. Pauet ad ſanctuarium Dei,qui corpus ſuum cum diligentia cuſtodit ab omni ſpirituali immunditia.Leui.26.a. — Iſy ſ.Leui.26

Turbatio eccleſiæ tpe Antichriſti. Pauor Abrahæ circa ſolis occaſum,deſignauit perturbationem eccleſiæ futuram tempore Antichriſti.gen.15.c. — Glo.inte.ſ.gen.15.

Præcognitio futurorum. Expauens Iſaac poſt datam benedictionem Iacob.gen.27.e.eſt præcognoſcens futura.Vnde per extaſim cognouit benedictionem Iacob eſſe confirmandam. — Glo.or.ſ.gen.27.

Terror dæmonū ex cruce Chrī,& oīum malorū in iudicio. Pauor irruens in malos eſt terror ex cruce Chriſti inuadens dæmones.Exo.15.b. Et pauebit Aſſur ad vocem domini,hoc eſt,diabolus & omnes mali in iudicio ad vocem Chriſti ferentis in eos ſententiam condemnationis.Iſa.30.g. — Ori.ſ.Exo.ho.6. Hie.ſ.Iſa.30.

Timor veteris legis. Pauor filiorum Iſrael ferente Deo legem.Exod. 20.c.timorem veteris teſtamenti expreſsit. Nam lex illa dicitur lex timoris. — Glo.or.ſ.Exo.20.

Securitas in Deum. Abſq; pauore dicuntur habitare in terra,qui animi ſecuritatem in Deo,quem colunt,habēt. Leui.26.a. — Ori.ſ.Leui.26

Recognitio errorū. Pauere dicuntur,qui recordantur terræ Iuda.Iſa.19.c.quum hæretici aut gentiles, cognita ſacræ ſcripturæ veritate,ſuos recognoſcunt errores. — Glo.inte.ſ.Iſa.19

Diſperſio ſacerdotum veterum. Pauor dictus eſt Phaſchur ſacerdos:quia pauere debebat inimicos.Ieremi.20.a.Deſignauit autem pauorem,ſtuporem,& diſperſionem futuram ſacerdotum poſt paſsionem Chriſti. — Glo.or.ſ.Iere.20

Minæ pſecutorum. Terror Dei. Pauor,quem contemnit equus,deſignat minas perſecutorum eccleſiæ:quas apoſtoli & martyres,ac prædicatores contemnebant.Iob.39.c.Vel eſt terror Dei,& inuocatio eius,quam faciunt ſancti:& hunc pauorem contemnit diabolus tanquam obſtinatus. — Gre.31.mor.24. Hie.ſ.iob.39.

Timor infideliū in iudicio. Pauor in Aethiopia erit,percuſſa Aegypto,cum infideles pauebunt in iudicio,videntes cōdemnari credentes malos.Eze.30.a.Sic timebit Aſcalon.Zach.9.a. — Hie.ſ.Eze.30.

## *Pauimentum.*

PAuimentum dicitur ipſum domus ſolidamentū,ſiue incruſtatio, quā gradiēdo calcamus.

Corpus humanum. Terra. Pauimentum,cui adhæret anima,dicitur corpus humanum corruptibile. Vel terra in toto mundo ſubſtrata.pſ.118. — Hila.& Au.ſ.pſ.118.

Doctrina ſacra. Concors fidelium humilitas. Pauimentum templi ſtratum lapide eſt doctrina ſacra:vel concors fidelium humilitas, qua in temporali adhuc vita poſiti,ſocialiter inuicem charitate dictante conuerſantur. 3.regū.6.b. Eze.40.c.47.a. — Gre.ſ.Eze.ho.18.

## *Paulatim.*

PAulatim idem eſt,quod ſenſim,hoc eſt,ſine feſtinatione aut velocitate.

Nemo repētepfectꝰ. Paulatim expellit Deus hoſtes,vt homines ſecuritate non abutantur in pigritiam.Exo.23.b.Sic expelluntur vitia:nec quiſq; repente fit perfectus,ne in ſuperbiā erigatur. Ita paulatim creſcens tumultus in caſtris,deſignat quotidianum profectum conuerſorum.1.reg.14.c. — Glo.or.ſ.Exo.23. Gre.ſ.1.reg.14.

Profectus conuerſorum.

## Paulus.

Perſecutores cõuerſi.

PAulus apoſtolus prius perſecutor fidelium, & poſtea inſignis prædicator, ſatis notus in ſuis epiſtolis & in actis apoſtolorum, ſecundum q̃ veniens Damaſcum aduerſus fideles ſuperatus eſt, & ipſe poſtea ſuperauit Iudęos, deſignat perſecutores fidelium etiam inter gentes: qui ſæpe ſuperati & conuerſi, reuincunt Iudæos & infideles. acto. 9. a.

## Pauo.

Glo. or. ſ. 3. reg. 10. — Perfecti

PAuo ſeu pauus eſt auis multiplicis coloris, cuius pulchritudinem videtur extenſis pennis oſtentare. Pauos autem ferebant ad Salomonem ex inſulis indorum. 3. reg. 10. d. 2. par. 9. c. Eorum caro ſiccata imputribilis permanere dicitur. Et quia pennarum pulchritudine veſtiuntur, deſignare poſſunt perfectos, & igne tribulationis decoctos, adeo vt varijs virtutibus decorentur.

## Pauper, Paupertas, Egenus, Inops, Mendicus, Penuria, Carere, Egere, Mendicare.

PAuper eſt, qui parum aut nihil habet pecuniæ, & aliarum rerum penuriam patitur.

Baſi. & Arn. ſ. ps. 33. Amb epiſ. 17. Hila. ſ. ps. 139. Hie. ſ. Iſa. 25. Au. 17. ciui. Dei. 4. Iſy. ſ. Leui. 23. Gre. 6. mor. 15. & 18. mor. 19. — Chriſtus

Pauper aliquando dicitur Chriſtus, qui pro nobis pauper effici voluit, neq; quicquam poſſedit in terra: in qua non habuit, vbi caput ſuum reclinaret. ps. 21. 24. 33. 40. 68. 69. 81. 87. 108. 139. 101. in titulo. Leui. 23. d. Iob. 5. c. 28. Eccl'tæ. 9. d. Iſa. 25. b. 26. a. Iere. 20. d. threnor. 3. a. Zachari. 9. c. Et pauper erectus de ſtercore eſt Chriſtus liberatus à perſecutionibus. 1. regum. 2. b. Amos. 5. c.

Arno. ſ. ps. 68. Hie. ſ. Zach. 11. & ſ. Sopho. 3. — Apoſtoli. Credentes

Pauperes interdum dicũtur apoſtoli Chriſti imitatores. ps. 21. 34. 68. 139. Iſa. 26. a. 29. f. Pauperes autem gregis ſunt credentes ex Iudæis. Zach. 11. b. Pauper etiam populus ſunt apoſtoli, & fideles humiles: & egenus, cui eſt ſpes, eſt fidelis. Iob. 5. c. 24. b. 34. c. ps. 9. 33. 67. 71. Eccl'tæ. 6. c. 7. a. Sopho. 3. c. Apoc. 2. c.

Aug. ſ. ps. 33. 68. Baſi. ſ. ps. 33. Arno. ſ. ps. 21. Amb. ſ. Luc. 6. Hie. ſ. Iſa. 66. Au 1. ſer do. in mon. Chry ſ. ſ. ps. 9. 48. Gre 6. mor 15. & 19 mo. 16. & 26. mo. 24 & 34. mora. 2. & 16. mo. 22. & ſ. 1. reg. 2. Gre. Nyſ. de beatit. — Pauper ſpiritu. Infirmus Humilis. Cõtẽptor laudis & honorum. Cõtẽptor diuitiarũ

Pauper, qui clamat ad dominum, & exauditur, eſt pauper ſpiritu, & qui adhuc eſt in timore & qui pauper eſt à crimine, in quo nihil habet princeps huius mundi. ps. 21. 30. 33. 48. 78. 87. 101. 131. pro. 31. a. Iſa. 11. a. Luc. 6. c. Et pauper leproſus eſt, qui non poteſt magna opera pœnitentiæ facere: aut implere euangelica conſilia. Leui. 14. c. Pauperes autem ſpiritu ſunt humiles, qui de ſe parua ſentiunt. Mat. 5. a. Et talis dicitur pauperculus. Iſa. 66. a. Et vir videns paupertatem ſuã. thre. 3. a. Vt autem pauperes omni tempore pulſant aures hominum clamoribus ſuis pro pane ventris: ita pauperes ſpiritu clamant ad Deum pro pane mentis, qui de cœlo deſcendit. Iob. 5. c. 20. b. 29. c. 31. b. 34. b. 36. a. 41. c. Sopho. 3. c. Egenus etiam dicitur humilis contemptor laudis & honorum, ideo ſuſcitatur de puluere, pauper verò eſt contemptor diuitiarum: ideo ſuſcitatũ de ſtercore: quia diuitias vt ſtercora reputat. 1. reg. 2. a. Pauperem etiam facit Deus per contẽptum rerum terrenarum, ad cœleſtium deſiderium accẽdens: atq; ita muneribus cœleſtibus ditat. Paupertatis funibus vinciuntur, qui cœleſtes diuitias optant, quibus ſe in hac vita carere cõſpiciunt. Iob. 36. a.

Gre. 26. mor. 27.

Arno. ſ. ps. 71. 112. Aug. ſ. Ioan. tra. 84. — Genus humanum

Pauper aliquando dicitur genus humanum: quia de ſe nullum habet bonum. 1. reg. 2. a. ps. 71. 112. pro. 23. a.

Gre. ſ. 1 reg. 2. Ori. ſ. Luc. ho. 32. Hila. ſ. Mat. cano. 19. Hie. ſ. Iſa. 29. 49. 54. Am. de obit. Valẽt. Aug. q in iudi. 49. Iſy. ſ. Leui. 19. — Gentilis populus

Pauper erectus de ſtercore & egenus erat gentilis populus. 1. regũ. 2. Dicitur autem egenus comparatus ad puluerem: Pauper vero ad ſtercus. Egenus etiam dicitur, qui peccat conſenſu: pauper vero, qui peccat opere. Pauperes etiam, quibus euangelizatur, ſunt gentiles. Iſaię. 29. f. 32. b. 41. d. 49. d. 58. b. 62. a. Mat. 19. c. Luc. 4. c. Gentiles etiam in eccleſia iam exiſtentes pauperes dici poſſunt. Iudi. 11. a. Et paupercula erat gentilitas carens gratia & luce veritatis. Iſa. 50. c. ps. 67. 71. Leui. 19. b.

Ori. ſ. ps. 36. ho. 2. Hila. ſ. ps. 67. Hiero. ſ. Iſa. 10. & ſ. Iere. 5. Aug. epiſ. 120. — Ignari. Imperfecti. Simplex cum bonis operibus.

Pauper populus dicuntur ignari, & parui, & imperfecti, demum omnes, qui alieno indigent auxilio. Exo. 22. d. 23. a. 30. b. Leui. 25. f. Iob. 20. b. 24. b. 30. a. ps. 36. 67. 87. pro. 28. a. Iſa. 10. a. 14. g. Iere. 2. g. 5. a. Eze. 22. g. Amos. 2. c. 4. a. 5. c. Pauper autem & ſufficiens ſibi eſt ſimplex, cum bonis operibus. pro. 12. b. Iſy. ſ. Leui 25. Gre. 16. mor. 24. Beda. ſ. pro. 12.

Gre. ſ. 1 reg. 2. Baſi. ſ. ps. 33. Ori. ſ Mat ho. 13. Hila. ſ Mat. can. 29. Hier. Aglaſi. e. & ſ. Mat. 10. Beda. ſ. pro. 3. — Iudæa. Iudæi

Pauperem facit Deus, cum repellit Iudæam à ſpiritualibus virtutibus. 1. reg. 2. b. Et egentes diuites ſunt Iudæi, qui egent relicto Deo. ps. 33. Et pauperes, quibus dandum erat vnguentum, erant infideles ex Iudæis. Matth. 26. a. Et paupercula dicitur ſynagoga auxilio Dei deſtituta, & bonis operibus carens. Iſa. 51. g. quam egeſtatem dicitur Deus dare: quia peccantes deſerit. Mala. 2. a. Cæcus mendicans ſecus viam deſignat Iudæos mendicantes intellectum ſcripturarũ ad animarum ſalutem neceſſarium. Mendicabant autem ſecus viam: quia habentes ſcripturas, non eas complebant. Mar. 10. g. Luc. 16. b. ps. 108. Hęc egeſtas dicitur eſſe à domino in domo impij. pro. 3. d. Iuxta exemplum purpurati diuitis: qui & in hac vita ſpiritualibus egebat bonis, & in futura ad tantam peruenit inopiam, vt de digito Lazari quondam pauperis vnam aquæ guttam requireret, nec habere valeret.

Paupes



Carentes verbo Dei. Mali. Defectus bonorum ſpiritualium — Gre. ſ. 1. reg. 14. & 20 mo. 28. & 34. mo. 2. Arno. ſ ps. 78. Baſi. ſ. ps. 33. Hie. ſ. Gala. 2. Caſſia. lib. 10. cap. 21. Iſy. ſ. Leui. 26. 27.

Pauperes ſunt, qui verbi Dei theſauros in corde ſuo minime recondũt. Luc. 14. c. ps. 48. 79. Et vere pauper dicitur malus: quaſi pauper vero eſt bonus egens. Egeſtas enim malorum proprie eſt: quia dum repletur vitijs, virtutum diuitijs vacuatur. Iob. 27. d. 30. d. 41. e. proue. 28. a. apoc. 3. d. Et inopia eſt defectus bonorum ſpiritualium. geneſ. 41. d. ps. 33. Et in egeſtate verbi Dei dicitur Deus viſitare populum. Leui. 26. c. Pauperes demum ſunt peccatores, quorum mores debebant eſſe apoſtoli. Gala. 2. b. Leui. 27. a. Iob. 30. d. Penuria aquæ eſt defectus gratię. Exo. 17. a. deut. 8. a.

Lex literę — Hie. ſ. Gala. 4.

Egena elementa ſignificant legem literæ poſt aduentum Chriſti: quia ceremoniæ legis iam non proſunt ſeruantibus. galat. 4. b.

Prædicator — Gre. ſ. cant. 7.

Non indigens poculis crater eſt prædicator: quia quod alijs propinat, neceſſe eſt vt abundantius cęteris bibat: & plenius quod dat contineat. cant. 7. a.

Gre. ho. 2.

Mendicare dicitur, qui credens & cæcitatem cordis ſui cognoſcens vt lumen veritatis recipiat poſtulat. Luc. 16. a.

Amb. ſ. Luc. 15.

Egere incipiens prodigus deſignat nihil ſatis eſſe prodigę voluptati. Luc. 15. c.

Gre. 20. mor. 8.

Egeſtas hæreticorum eſt defectus cognitionis veritatis. Iob. 30. a.

Beda. ſ. pro. 20.

Mendicabit eſtate qui in iudicio dicet cum fatuis virginibus: Date nobis de oleo veſtro. pro. 20. a.

Beda. ſ. pro. 6.

Egeſtas erit malis in inferno: quæ venit illis quaſi viator qui ſubito rapiuntur. pro. 6. b.

## Pax, Concordia, Concordare, Pacificus, Vnanimis.

PAx eſt propriè publica tranquillitas, maxime à bellis. Concordia autem eſt quaſi vnio cordium & animorum. Pacificus vero dicitur, qui pacem facit & conciliat.

Chriſtus — Glo. or. ſ. 1. reg. 7.

Pax noſtra eſt ipſe Chriſtus, qui reconciliauit nos Deo: & duos populos in vnum coniunxit. Ephe. 2. c. Mich. 5. b. Idem ponit fines eccleſiæ pacem. ps. 147. Pax inter Iſrael & Amorrhęũ erit Chriſtus in iudicio: cui concordabunt electi in ſententia contra malos: nec tunc compaſſione mouebuntur. 1. reg. 7. d.

Pax cum Deo. Concordia potentiarum in bono — Baſi. ſ. ps. 33. Gre. 1. 6. mo. 23. Iſy. ſ. Leui. 26.

Pax bona eſt hominis ad Deum, & omnium potentiarum ad inuicem: & quum caro non concupiſcit aduerſus ſpiritum. Hanc pacem dat Deus: hanc prędicauit Chriſtus: & reliquit ſuis. Hæc pax non eſt impijs. Leui. 26. a. Iob. 5. d. 9. a. 15. c. 22. d. 34. d. ps. 33. 71. 75. Iſa. 45. b. 48. b. 58. b. Zach. 8. c. 9. c. Ioan. 14. d.

Gloria æterna — Gre. 6. mo. 23. Glo. inte. ſ. gene. 15.

Pax Chriſti cuius non erit finis, erit in æterna gloria. Iſa. 9. b. 32. d. Iob. 5. d. ps. 4. 28. 121. Et ire in pace ad patres eſt ire in gratia ad gloriam, & ſocietatem ſanctorum. gen. 15. c.

Ceſſatio diuinę iræ — Hie. ſ. Eze. 13.

Pax quam dicebant, ſeu promittebant pſeudo prophetę, eſt ceſſatio diuinæ iræ. Eze. 13. b.

Glo. or. ſ. Iere. 12.

Pax non eſt vniuerſæ carni: quia militia eſt vita hominis ſuper terram: & caro in ſe pacem recipere non poteſt. Iere. 12. c.

Pax cũ vitijs & diabolo — Glo. or. ſ. Mat. 10.

Pax mala eſt hominis cum vitijs, aut cum diabolo, aut membris eius: & hanc pacem non venit Chriſtus mittere in terram. Mat. 10. d.

Homo exterior. Iudas. Iudæi — Arno. ſ. ps. 40. 54. Hila. ſ. ps. 54.

Pacis homo dicitur homo exterior. ps. 40. quia coniunctus eſt interiori: cum quo tamen ſępe non habet pacem. Dicitur etiam homo vnanimis. ps. 54. quod & de Iuda intelligitur erga Chriſtum: & de Iudæis.

Firmitas pacis. — Hie. ſ. Iſa. 26.

Pax, pax, quum dicitur per geminationem, firmitatem pacis indicat. Iſa. 26. a.

Chriſtus. Euchariſtia. Gratiarũ actio. Opera charitatis. Obedientia — Hie. ſ. Eze. 45. Gre. ſ. 1. reg. 10. & ſ. cant. 8. Iſy. ſ. Leui. 3.

Pacificę hoſtię ſignificare poſſunt Chriſtum, euchariſtiam, gratiarum actionem, perfectionis & charitatis opera, & obedientiam: quibus Deo reconciliamur. Exo. 20. d. 24. b. 29. e. Leu. 3. a. 4. b. 7. b. 9. a. 1. reg. 10. b. Eze. 45. e. Et ipſe Chriſtus dicitur pacificus. cãt. 8. d. Quia per ipſum totum genus humanum Deo reconciliatum eſt: & dicitur pacificaſſe omnia in ſanguine ſuo. Coloſ. 1. c.

Prædicatio iuſtitiæ bonorum. Prædicare pacem in aduentu Chriſti. — Gre. ſ. 1. reg. 16.

Pacificus dicitur eſſe aduentus Samuelis. 1. reg. 16. a. quum ad eos veniunt doctores, qui nõ ſunt pro culpa feriendi, ſed pro iuſtitia prædicandi: iuxta illud apoſtoli. 1. cor. 4. d. Quid vultis in virga veniam ad vos, an in ſpiritu manſuetudinis. Pacificus etiã aduentus Samuelis deſignat prædicantes Chriſti pacem in eius aduentu: vt quum dixit Simeon. Luc. 2. d. Nunc dimittis ſeruum tuum in pace.

Concordes in ecclĩa — Hila. ſ. ps. 67. Glo. or. ſ. ps. 67

Vnanimes in domo ſunt, quorum eſt cor vnum & anima vna in eccleſia vel militante, vel triumphantę. ps. 67. 132.

Iudæi

Pacifici fratres Ioſeph deſignabant Iudæos: qui dicebantur pacifici Chriſti. geneſ. 42. d. Ieremiæ. 20. c.

Tentatio ad profectum valens — Gre. 6. mor. 22.

Pacificę dicuntur beſtiæ terræ electis. Iob. 5. d. quia maligni ſpiritus quum bonorum corda aduerſantes deprimunt, hæc nolentes ad amorem domini impellunt. Vel pacificę ſunt beſtiæ, quum carnis incentiua & ſi tentando ſubmurmurant, nequaq̃; tamen vſq; ad effectus operum quaſi ad aperti morſus rabiem exurgunt.

Blãdientes dæmões — Arno. ſ. ps. 34.

Pacificè loquuntur dęmones, quum repreſentant oblectamenta, quibus capiant aĩas. ps. 34. Pacificè hoſtię oblatæ idolo. Exo. 32. d.

Paxillus,

## Paxillus, uide Baculus.

## Peccare, Peccatum, Peccator, Delinquere, Delictum, Crimen, Culpa, Piaculum, Vitium.

Ori.ſ.Leuit.ho.5.& ſ.Rom.11.

PEccare eſt quomodocunq; labi, errare & offendere. Delinquere autem eſt à bono deficere. Solet autem delictum dici, quum non fiunt, quæ fieri debent: peccatum autem, quum fiunt quæ fieri non debent. Vel delictum eſt leuius commiſſum aliquanto quàm peccatum. Crimen vero idem videtur eſſe, quod delictum, aut culpa. Culpa autem videtur eius eſſe, qui neſciens aliquem læſit: ſed generaliter pro omni peccato & delicto ſumitur. Delictum dicitur, quũ quis non in totum cadit, aut à tota lege. Leui.5.b.&.14.ps.18. Rom.12.b.

Am apol.Dauid.10

Peccare dicitur domino qui timorem eius non habet. Exo.10.d.20.c. Peccaſſe autem dicit Dauid ſoli Deo: vel quia Deus non habet ſuperiorem, & ipſe Dauid quum eſſet rex, ſolum Deum habebat ſuperiorem: vel quia ſolus Deus eſt ſine peccato. ps.50.

Non habere timorẽ Dei.

Hie.ſ.Iſa.29.

Peccare in verbo eſt in varijs dogmatibus errare: aut in Chriſtum peccare. Iſa.29.f.

Errare ĩ dogmatib.

Gre.ſ.1 reg.2. Ori.ſ. iere.ho.12.& ſ.Mat.ho.35. Hila.ſ.ps.139.&.ſ. Mat-can.18. Auguſ.epiſ.105.&.ſ. ps.58.

Peccantes fratres Ioſeph in ipſum fratrem, fuerunt Iudæi peccantes in Chrm. gene.42.d. Et peccatũ grande puerorũ ſacerdotis fuit peccatum Iudæorũ: qui non ſolũ negabant diuinitatẽ in Chriſto, ſed & alios negare cogebant. Et dicitur peccatum puerorum: vt oſtendatur grauius eſſe peccatum ſacerdotum. 1.reg.2.d. Ideo peccatum Iudæorum dicitur ſcriptum ſtylo ferreo in vngue adamantino. Iere.17.a. Eſt etiam peccatum grande, cum iuſti & Chriſtiani peccant. Peccator autem conſiſtens aduerſus iuſtum, erat Caiphas interrogans Chriſtum. ps.38.58.70. 108.139. Poteſt etiam ſignificare Iudam. Frater quoq; peccãs in fratrem, fuit populus Iudaicus peccans in Chriſtum. Mat.18.b. Luc.17.a. Peccator centum annorum eſt Iudaicus populus: q; nouerat voluntatem domini, & non faciebat. Iſa.65.d. Delictum autem oris Iudæorum fuit, quum dixerunt: Crucifige. ps.58. Et peccata populi, propter quæ regnare facit Deus hypocritam, ſunt peccata Iudæorum, qui ſuſcipient Antichriſtum. Iob.34.d. Peccatum autem quod non haberent Iudæi, ſi Chriſtus non veniſſet, eſt incredulitatis peccatum. Ioan.15.d. Dicuntur autem peccaſſe filij Iſrael ſecundum ſuam multitudinem. Hoſe.4.b. quia vnuſquiſq; ſibi fabricabat Deos.

Iudæi. Caiphas. Iudas

Hila.ſ.ps.38. Hiero ſ.iſa.65.&.ſ. Hoſe.4. Gre.25.mor.20.

Pctã iudæorum. Incredulitas.

Gre.ſ.1.reg.2.

Peccat vir in virum, quum quis peccat in Chriſtum, non tamen eius diuinitatem negãdo. Vel peccat vir in virum, quum in rebus temporalibus nocet proximo. Peccat autem in Deum, quum aufert ab homine, quę illi ad æternitatem conferunt. Vel peccat vir in virum quum peccat ille, qui ſuperiorem habet, à quo poſſit corrigi. Peccat vero in Deũ ſacerdos, vel alius, qui cæteros corrigere debet, ideo de hoc dicit. 1.reg.2.c. Quis orabit pro eo. Item. Matth.5.b. Si ſal euanuerit, in quo ſalietur?

Peccare in Chriſtũ

Peccat in corpus ſuum, qui peccat in eccleſiam, cuius ipſe eſt membrum. 1.cor.6.d.

Peccare in eccleſiam

Amb.ſ.Luc.15. Hie.epiſ. beatitudi. Gre.Nyſ.de orone. Aug.epiſ.95. Glo.or.ſ.ps.33

Peccare in cœlum eſt imminuta eſſe in peccante cœleſtia dona. Luc.15.d. Vel peccauit filius prodigus in cœlum, quia non debuit ab illa cœleſti patria deuiare. Et peccauit coram patre, qui cœleſtem Hieruſalem matrem relinquens, conditore deſerto, ligna veneratus eſt. Non peccat autem qui natus eſt ex Deo, propter charitatem per quam natus eſt ex Deo. 1.Ioan.3.b

Contemnens cœleſtia dona

Delinquunt qui oderunt iuſtum: & non delinquunt qui ſperant in dominum. Ruunt enim mali de peccato in peccatum: Iuſti autem ſuſtentantur per charitatem. ps.33.

Arno.ſ.ps.35.

Delinquit in ſemetipſo, qui ſibi ipſi non vult ſuadere iuſtitiam: Delinquit autem in alio, qui quum peccantem non corrigat, inſuper illi adulatur. ps.35. Delinquit etiam populus per ſacerdotem, quum eius exemplo aut inſtigatione peccat. Leui.4.a.

Non conſentiens iuſtitiæ. Adulans peccanti

Hie.ſ.ps.24.

Delinquere dicuntur in via, qui peccant in hac vita. ps.24.

Glo.or ſ.Iſa.24.

Peccabunt habitatores terræ, quum mali relinquuntur in peccatis. Iſa.24.b.

Iſy.ſ.Leui.4.

Peccare per ignorantiam. Leui.4.a.5.d. Dicitur Chriſtus ſacerdos peccaſſe per ignorãtiam quia neſciens peccatum factus eſt pro nobis peccatum, aſſumpta carne peccati.

Glo.or.ſ.Leui.5.

Peccare in his, quæ ſunt ſanctificata. Leui.5.d. eſt in ſacro eloquio aliquid irreuerenter vſurpare: Vel res ſacras indigne tractare.

Indigne tractare ſacra.

Arno.ſ.pſ.108.

Peccatum matris dicitur abuſus poteſtatis alicui commiſſę. ps.108.

Abuſus poteſtatis

Gre.6.mor.23.

Non peccat viſitans ſpeciem ſuam. Iob.5.d. quia tunc peccator plene vincitur quum ex ſua ſimilitudine vnuſquiſq; perpendit quomodo in proximi dilectione dilatetur.

Au q.in nu.12.& epi 120.& in Chriſti ad Lauren.41.52. Hila.ſ.ps.58.68. Ori.ſ.Leui.homi.5. Cyril.cont.Iulia.9. & epiſ.39.

Peccatum dicitur factus Chriſtus: quia factus eſt hoſtia pro peccato, in quo tamen peccatũ non fuit. num.6.b.ps.58.1.cor.5.d. Sic etiam ſacrificia dicũtur peccata populi. Hoſe.4.b. Caro etiam Chriſti dicitur peccatum: quia habebat ſimilitudinem carnis peccati. Et delicta Chriſti dicuntur pœna, quam pro delictis noſtris patiebatur. ps.68. Non peccans Iob typus eſt Chri. Iob.2.d,17.a.

Chriſtus

Peccatum eunuchorum Pharaonis tranſgreſſionem generis humani ſignificare poteſt. geneſ.40.a.

Peccatum generis humani.

Peccata



Peccata adoleſcentiæ metuenda eſſe docet Iob: ideo multomagis metuenda ſunt, quæ in grauiori ætate commiſſa ſunt. Iob.13.d.

Glo.or.ſ.Iob.13.

Verboſitas

Vitium fluxus ſeminis uerboſitatem ſignificare poteſt. Leui.15.a.

Glo.or.ſ.Leui.15.

Concupiſcentia

Peccatum interdum dicitur concupiſcentia: vt cum dicitur. Rom.6.b. Non regnet peccatũ in corpore veſtro.

Aug.de ver.do.ſer. 43.& conci.3.

Peccatum originale vel veniale

Peccatum etiam aliquando ſumitur pro originali, vel veniali. ps.31. Rom.4.b. Cui non imputauit dominus peccatum. ps.50. In peccatis concepit me mater mea.

Glo.inte.ſ.Rom.4.

Pœna peccati

Peccatum præterea dicitur pœna peccati. Leui.20.c. Portabunt ambo peccatum ſuum.

Glo.inte.ſ.Leui.20

Idololatria. Infidelitas. Superbia. Peccatum operis. Odiũ fraternum. Detractio. Hypocriſis

Peccatum maximum appellatur idololatria. Exo.32.c. Et infidelitas. Num.31.c. Et delictum maximum eſt ſuperbia. ps.18. Peccata etiam maxima ſunt, quæ opere complentur. Eccl'tæ.10.a Crimen etiam peſſimum dicitur odium fraternum, vel detractio. Vel deſignatur hypocriſis, quam accuſat & arguit Ioſeph.i. diſcretio. gen.37.a.

Aug.ſ.ps.18. Hie.ſ.Ecclſten.10. Ricar.de.ſ.victo.de 12.patriar.69.

Pro peccato quandoq; offertur hircus, turtur, aut pullus columbæ, aut etiam vitulus. Leui. 9.10.12.15.b.16.

Peccata carnis. Trãſgrediens legẽ naturæ

Peccatores terræ interficiendi, ſunt peccata per carnem commiſſa. Peccatores etiam terræ dicuntur tranſgredientes legem naturæ: peccatores autem cœli dicuntur decidentes à ſuſcepta lege gratiæ. ps.100.118.

Ori.ſ.num.ho.26. Hila.ſ.ps.118. Amb.ſ.ps.118.ſer.15

Diabolus

Peccator conſiderans iuſtum, eſt diabolus iuſto inſidians: & ipſi dæmones ſunt peccatores intendentes arcum. Et ab his peccatoribus eruit Deus, in morte, vel in iudicio. ps.9.10.35.36. 70.108.128.

Ori ſ.ps.36.ho.5.& ſ.cant.ho.3. Arno.ſ.ps.9.

Reſipiſcens

Peccator conſtituitur ſuper diabolum, quum conuerſus ad Chriſtum erigitur contra diabolum: vt Paulus. ps.108.

Arno.ſ.ps.108.

Hæretici. Idola. Hæreſes. Gentilis

Peccatores aliquando dicuntur hæretici. ps.10.124. Et delicta Samariæ ſunt idola & errores hæreticorum. Amos.8.d. Peccator etiam dicitur gentilis populus. Zach.13.a.

Hie.ſ.Amos.8. Rup.2.de glori.trini.6.

Peccatores aliquando minus ſunt quàm impij: vt auari, procaces, ſuperbi: ad quæ inclinatur natura, & non ad impietatem. ps.1. Qui non abijt in concilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit.

Hila.ſ.ps.1.

## Pectus.

PEctus eſt anterior pars animalis à gula vſq; ad ventrem: quod in homine latum eſt: in reliquis vero animalibus in modum carinę. Eſtq; coſtis compactum & alijs oſſibus, quę velut firmamenta pectoris ſunt: Intra concauum autem, quod eſt inter pectus & dorſum, continetur cor cum pulmone.

Ariſ.2.hiſt.anima.15

Secreta diuinæ ſapientiæ

Pectus Chriſti ſignificare poteſt diuinæ ſapientiæ ſecretum: & communicationem ſenſuum ſpiritualium. Supra hoc pectus recubuit Ioannes. Ioan.13.c.21.f.

Aug ſ.Ioan.tra.61. Ori.ſ.cant.ho.1.

Pectora in angelis virtutem inſuperabilem ſeruandiq; vim, vt eſt à ſubiecti cordis viuifica diſtributione ſignificant. apoc.15.c.

Dion.cœle.hier.15.

Apoſtoli. Cura ſubditorum. Memoria patrum

Pectus Aaron apoſtolos ſignificare poteſt, qui ſunt velut pectus Chriſti. Item continuam curam ſubditorum, quam prælati habere debent; & præterea memoriam patrum. Exo.28.e.

Glõ.or.ſ.Exo.28.

Cor. Voluntas

Pectus aliquando pro corde aut voluntate ſumi ſolet. Et pectore repit ſerpens, quando diabolus prauas ſuggerit cogitationes. gen.3.c.

Ori.ſ.Exo.ho.9.& ſ.leui.h.5.&.ſ.cã.h.1 Gre.21.mor.2.

Sapientia

Pectus poteſt etiam ſignificare ſapientiam. Vnde pectora hoſtiarum cedunt in partem ſacerdotis: quia ei neceſſaria eſt ſapientia ad inſtruendum populum. Et dicitur pectuſculum eleuationis, ſeu appoſitionis: quia debet ei apponi gratia ſpiritusſancti. Exo.29.e. Leui.7.d.8.f.10.c.

Ori.ſ Leui.ho.5. Hie.ſ.Eze.16 & de veſte ſacerd.

Cogitatiões mũdæ. Fides. Conſilia

Poteſt etiam ſignificare mundas cogitationes, conſilia, legis notitiam, & dogmatum veritatem Comedit autem Chriſtus & apoſtoli pectuſculum per ſcientiam trinitatis. Faſcia quoq; pectoralis eſt doctrina euangelica. Iere.2.f.

Tho.1.2.q.102.ar.3 Philo.de charitate. Hie.ſ.Iere.2.

Bona conſcientia. Confidentia

Pectuſculum quod eſt ſacerdotum, ſignificat bonam conſcientiam, quam ſacerdotes habere debent. Vel cor & cogitationes ſacerdotibus detegendas in confeſſione. Vel fidem & confidentiam, quæ fortitudini, coniunctæ ſunt. Leui.7.d.8.f.

Hie.ſ.Mala.2. Geor.vene.canti.2. ton.3.cap.3. Iſy.ſ.Leui.78.

Eloquẽtia ſine charitate. Deliberatio. Rectitudo cõſilij

Pectus argenteum ſtatuę eloquentiam & doctrinam ſine charitate ſignificare poteſt: Vel deliberationem: vel quia eſt pectus argenteum, deſignat rectitudinem recti conſilij. Dani.2.e.

Ricar.de.ſ.victo.de ſomni Nabuch.25.

Ira. Concupiſcentia.

Pectus iram quandoq; ſignificare poteſt, vel concupiſcentiam: ſuper quam graditur ſerpens, hoc eſt, voluptas. gen.3.c. Ideo detrahitur ab hoſtijs: & dicitur ſuperpoſitionis: quia debet ei ſuperponi ratio.

Philo.2 allego.& de migr.Abra.

## Peculium, Peculiaris.

PEculium dicitur, quod alicuius labore & induſtria partum eſt: quodq; ſibi velut proprium applicatur. Peculiare autem eſt, quod ad peculium pertinet.

Populus Dei

Peculium Dei dictus eſt populus ſingulariter à Deo dilectus: quos paſcit, & defendit, & ſicut gregem proprium nutrit; Dicitur etiam populus peculiaris. Exo.19.a. deute.7.b.14.a.26.d. Malach.3.d.

Glo.inte.ſ.Exo.19.

Pecunia,

## Pecunia, Moneta, Numus, Numularius.

PEcunia dicta eſt à pecore, ſiue à pecu; quia apud antiquos præcipua pecunia in pecore habebatur: Licet autem ſit generale nomen ad omnia, quæ quis poſsidet, peculiariter tamen pro numo ſumitur, ſiue moneta: q̃ conſiſtit in auro, argento, aut ęre ſignato autoritate publica.

Hie. ſ. p̃s. 14. Euch ſor ſpũal. 8. — Verbum Dei
Pecunia dicitur verbum Dei: quod eſt pecunia digna, qua emitur ſepulcrum ad quietē ęternam. gen. 23. c. Exo. 21. a. 22. a. Matth. 25. b. Luc. 19. d. Hæc pecunia non eſt danda ad vſuram; ne ſcilicet lucri cauſa quis doceat, aut plus exigat pro labore, quam opus ſit. p̃s. 14.

Baſi. regu. bre. 25. 54 Arno. ſ. p̃s. 14. — Dona ſpũſſancti
Pecunia etiam dicuntur dona ſpiritusſancti: per quæ operando debemus acquirere regnum cœlorum. Exo. 21. a. 22. a. p̃s. 14. Matth. 25. b. Luc. 19. d.

Ori. ſ. Leui. ho. 3. Aug. 17. ciui. Dei. 5. Amb. de Ioſeph. — Fides. Confeſsio fidei
Pecunia probata ſinceram fidem deſignare poteſt: & numus argenteus verbum fidei ſeu confeſsionem fidei. gen. 23. c. 1. reg. 2. g.

Preciũ ſapiētiæ. Eloquentia. Sermo propheticus & euangelicus
Pecunia tritici poſita à Ioſeph in ſaccis fratrum, deſignat precium ſapientiæ redditum ipſis diſcipulis. gen. 42. e. Iudæi quidem dant pecuniam: Chriſtus vero triticum & pecuniam. Porro pecunia in ore ſacculi eloquentiam ſcripturæ ſignificare poteſt in ore prędicatoris. Et pecunia duplex eſt ſermo propheticus & euangelicus: vel ideo duplex: quia presbyter laborans in doctrina, duplici honore dignus eſt. gen. 43. c.

Glo. or. ſ. Exo. 30. — Bona opera
Pecunia collata à filijs Iſrael in opus tabernaculi, bona opera ſignificare poteſt. Exo. 30. b

Ignati⁹ epiſ. 6. Gre. ſ. 1. reg. 2. — Religioſus homo. Irreligioſus. Iudæi. Anima
Pius & religioſus homo vera moneta eſt, quæ à Deo formata, vel expreſſa eſt: impius vero & irreligioſus falſa moneta eſt, noxia, adulterina, praua: quę non à Deo, ſed à diabolo facta eſt. Numus argenteus erant Iudæi prædicantes fidem: vel anima, in qua imago Dei reformata eſt p̃ dolorem peccatorum, & veram conuerſionem ad Deum. 1. reg. 2. g. Numiſma aũt cenſus Cęſaris eſt anima vitioſa, vel corpus. Mat. 22. b.

Ori. ſ. p̃s. 36. ho. 3. Ber. ſer. 2. de. ſ. And. — Affectus animi. Opiniones. Obedientia
Pecunia bona ſeu mala dici poſſunt affectus animi rationi conformes, ſiue diſsidentes ab ea: Item opiniones, ſeu dogmata veritati conformia, aut contra. Et obedientia ſine murmure eſt numus probatus: cum murmure vero eſt habens plumbum pro argento.

Glo. or. ſ. thre. 5. — Labor Iudæorũ cũ in ſcripturis. Sacra doctrina
Pecunia qua Iudæi bibunt aquam. thren. 5. a. laborem Iudæorum in ſacris literis ſignificare poteſt. Vel ſacram doctrinam, qua ſibi fideles comparant aquam lachrymarum meditando.

Amb. de paradi. 13. — Temporalia
Pecunia data pro frumento deſignat temporalia eroganda pro adipiſcenda ſapientia. gene. 47. c. Sine hac pecunia emitur aqua, quam dat Deus. Iſa. 55. a. Pecuniam autem habet in zona, qui temporalia tractat. Luc. 9. a.

Gre. 22. mor. 23. — Prædicatio
Abſq; pecunia fructus terræ comedere, eſt ex eccleſia quidem ſumptus accipere: ſed eidem eccleſiæ *prædicationis precium non præbere.* Iob. 31. d. Mat. 25. c.

Ori. ſ. Mat. ho. 33. Timot ad eccleſiam epiſt. 3. Ori. ſ. Mat. ho. 15. Amb. ſ. Luc. 19 — Doctores. Auditores. Pauperes. Hæretici. Auari
Numularij & trapezitę in bonum ſunt doctores, & etiam auditores. Matth. 25. c. Numularij etiam Chriſti dici poſſunt pauperes, quibus collata pecunia augetur, in commodum tradentiũ. Numularij in malum ſunt hæretici, auari, diaconi pecunias eccleſiæ fraudantes, & ſimiles. Mat. 21. b. Ioan. 2. c.

## Pecus.

PEcus dicitur omne animal, quod ſub hominis imperio ē pabulo terræ paſcitur: vt boues, aſini, oues, &c.

Hie. ſ. Eze. 34. Aug. 13. confe. 21. Beda. ſ. gen. 5 29. — Homines ſubditi p̃latis. Simplices. Innocentes
Pecora generaliter dicuntur homines ſubditi pręlatis: & eſt pecus bonum & malum: & ſunt pecora quædam ruminantia, & diuidentia vngulas: quædã vero contra. Leui. 11. a. Eze. 34. e. p̃s. 134. Et pecora iuxta puteum ſunt ſimplices ad baptiſmi gratiam venientes. gene. 29. a. Demum pecora ſunt fideles ſimpliciter viuentes, & innocentes: quæ habebant tertium locum in arca Noe. gen. 1. c. 7. a. 46. d. Leui. 4. g. Iſa. 61. b. Iere. 9. c. 31. b. Ioel. 1. d. Mich. 2. d. Zacha. 11. a. Pecora bona ſunt, quæ neq; ſi manducauerint abundant, neq; ſi non manducauerint egent.

Hiero. ſ. Iſa. 60. & ſ. Mich. 5. & ſ. Eze. 44 Amb. 6. Exae. 3. Tertu. de reſurrec. Beda. ſ. Exo. 9 — Peccatores. Laici
Pecora ſępe ſignificant peccatores, vt iumenta. Leui. 7. c. Et pecus Cedar ſunt ſimplices gentium in erroribus exiſtentes. Iſa. 60. b. Mich. 5. e. Et pecora Aegypti percuſſa ſunt homines colentes ipſa pecora. Exod. 9. a. Et pecora prona in ventrem, ſunt gulę, libidini, & terrenis ſeruiētes. Eze. 44. g. Sopho. 1. a. 1. cor. 15. e. Et pecora campi ſunt peccatores latam viam ſequentes: vel laicorum populus. p̃s. 8.

Arn. & Aug. ſ. p̃s. 8. Ori ſ. gen. 32. — Animales homines.
Pecora quæ habebant Ruben & Gad & Manaſſes, ſunt animales homines, qui non poſſunt tranſire Iordanem. Nu. 32. a.

Hie. ſ. Iſa. 7. & ſ. iere. 13. Rup. ſ. Zach. 11. — Iudæi. Nobiles Iudæorum uel eccleſiæ
Pecora etiam ſignificant irrationales Iudæos: qui paſcua ſcripturæ conculcant, quum prauos illi dant ſenſus. Iſa. 7. b. Et pecus inclytum Iudęæ erãt nobiles illius populi: aut certè ipſius eccleſiæ. Iere. 13. d. Pecus occiſionis eſt populus Iudęorum. Zach. 11. a.

Amb. de Noe. 22 — Senſus hominis ſapientis. Opera vitæ actiuæ. Pœnitentiæ corporalis
Pecora munda quæ offeruntur in holocauſtum, ſignificare poſſunt ſenſus hominis ſapientis. gen. 8. d. 9. b. Poſſunt etiam deſignare opera vitæ actiuæ. gen. 34. a. 47. d. Exo. 12. f. Item pœnitentiam corporalem. Leui. 1. a. 5. b.

Philo. de agricul. — Senſus irrationales.
Pecora q̃ habebat in poſſeſſione ſua Abrahã, ſignificant ſenſus irrationales, quos habebat ſubiectos



Motus beſtiales. — Amb. 2. de Abra. 5.
ſubiectos. Gen. 13. a. Et pecora, quæ dantur pro tritico, ſunt beſtiales motus. Gen. 47. d.

*Pedica, uide Laqueus.* *Peierare, Periurium, uide Iurare.*

*Peior uide Malus.* *Pelagus, uide Mare.*

## Pellicanus.

PEllicanus eſt auis Aegyptia, quę naſcitur in ſolitudinibus, maxime Nili fluminis. Aiunt hãc auem velut colaphis roſtri occidere paruulos ſuos, eoſq; in nido occiſos triduo lugere, Ac demum matrem ſeipſam grauiter vulnerare, & ſanguinem ſuum ſuper filios fundere, quo illi perfuſi reuiuiſcunt. Aiunt aliqui ipſum eſſe onocrotalum. Dicitur autem veſci venenatis.

Chriſtus. — Hie. & Au. ſ. p̃s. 101. Euch. form. ſpũal. 5.
Pellicanus poteſt deſignare Chriſtum, qui occidit eos, quos à peccatis conuertit, & viuificat per ſanguinem ſuum: vel eſt pellicanus ſolitudinis: quia ſolus natus eſt de virgine. p̃s. 101.

Peccator. — Gre. ſ. p̃s. 101.
Veſcitur pellicanus venenatis: vnde deſignat peccatorem, qui in deſerto huius mundi corde habitans, ærumnoſis huius vitæ captus illecebris, veneno delectatur diabolicæ perſuaſionis.

Deſtitut⁹ ſotietate — Iſych. ſ. Leui. 11.
Pellicanus eſt deſolatus amicis, aut cognatis, aliorumq; ſimilium ſotietate deſtitutus.

## Pellex, Pellicatus.

PEllex dicitur fæmina, quæ cum eo, cui vxor ſit, corpus miſcet: & pellicatus eſt ipſe actus pellicis.

Seruare volens vtrãq; legem. — Iſych. ſ. Leui. 18.
In pellicatum ſumitur ſoror vxoris, quum quis cum lege euangelica vult etiã Iudaicam legem ſeruare. Leui. 18. c.

*Pellicere, uide Allicere.*

*Pelles pro tentorijs, uide Tabernaculum.*

## Pellis, Corium, Cutis, Melota.

PEllis dicitur, quæ carnem tegit: & propriè eſt pellis, quum eſt à carne ſeparata: cutis vero, quum eſt carni cõiuncta. Coriũ autem pręcipuè eſt eorũ animalium, q̃ craſsiorē ac duriorē pellem habent. Melota vero eſt pellis ouina vna cũ lana. Hebr. 11. g. Circuierunt in melotis.

Mortalitas Chriſti. — Aug q. in num. 33. Rup. 1. ſ. Leui. 16.
Pellis vaccæ comburenda mortalitatem Chriſti deſignabat, in reſurrectione eius abſorbendam. num. 19. a.

Chriſtus. — Geor. venet. cant. ton. 3. cap 7.
Pellicea tunica Adæ deſignat Chriſtum, qui per mortem ſuam cooperuit turpitudinem generis humani. Gene. 3. d.

Seruiētes in exterioribus. Infirmiores. — Gre. 8. mor. 11. & 28 mora. 30.
Cutis eccleſiæ dicuntur hi, qui in eius corpore ſolis exterioribus curis inſeruiunt. Item infirmiores. Iob. 7. b. 30. d.

Velamen literæ. Munimenta opinionum. Affectiones. Diuitiæ. Nugæ. Vitia. Falſæ opinio. Cõuerſatio exteri. — Philo. de ſacrificiis Abel & Cain. Ori. ſ. Leui. ho. 1. Cle. Alex. 5. ſtromat.
Pellis hoſtiæ velamen literæ, quod erat detrahendum, ſignificare poteſt: & etiam munimenta *opinionum.* Leui. 1. 6. 4. c. 7. a. 8. c. 9. b. Significat etiam *affectiones abijciendas: & præterea* diuitias, & alia omnia ſecularia, quibus circũtegimur: Item nugas, vitia, falſas opiniones, & carnales cupiditates. Iob. 2. b. Poteſt quoq; ſignificare conuerſationem exteriorem, & peculiariter Chriſti. Leui. 13. f. num. 19. a.

Fœminæ miniſtrantes Chriſto. — Gre. 14. mor. 83. & ſ. p̃s 101.
Pellis quæ adhęſit oſsibus, hoc eſt, Chr̃o deſignat ſanctas fœminas, quę ad preparanda ſubſidia corporis, exterioribus domino miniſterijs ſeruiebant, cum diſcipuli fugiſſent. Iob. 19. c.

Vitium ſub virtutis ſpecie. — Greg. 32. mor. 23. & mora. 40.
Cutis etiam adhærens oſsibus eſt infirmitas vitij, quę duritia virtutis reputatur. thren. 4. b. Et pellis hoſtiæ, quę detrahitur, eſt ſuperficies apparentis virtutis. Leui. 1. b.

Fides reſurrec. chr̃i. Immortalitas. Martyres. Verecũd. Mortificatio. — Aug. q. in exo. 180. Hie. pro. ſ. ori. ſ. Ieſu naue.
Pelles arietum hyacinthinæ in tabernaculo ſignificare poſſunt fidem reſurrectionis Chr̃i: & etiã immortalitatē. Pelles vero rubricatæ, martyres: quorũ meritis tegunt̃ pc̃ta. Exo. 25. a. 26. c. 36. c. Pelles etiã rubricatę verecũdiã frõtis ſignificãt. Deſignãt etiã mortificationē, & pœnitētiã.

Ornatus gratiæ. — Gre. nyſ. d̃ vit. Moſi. Glo. int. ſ. Eze. 37.
Cutis quam ſuperinducit dominus oſsibus, eſt ornatus gratiæ, qua teguntur peccata. Ezechiel. 37. b.

Prælati. — Gre. 25. mor. 22.
Pelles tabernaculi tegentes vela, ſunt prælati laborantes in temporalibus, vt ſubditi vacent ſpiritualibus. Leui. 26. c.

Temporalia. Patientia. — Iſych. ſ. Leui. 7. Gre. 3. mor. 2. Rup. ſ. Mich. 3.
Pellis quam dat homo pro anima ſua, deſignat diuitias & oĩa tẽporalia relinquẽda propter Deum. Iob. 2. b. Pellis vero pro qua oĩa dantur, eſt patientia, quę confortat̃ & excreſcit in tribulationibus: & fit ſicut vter in pruina: & per hanc poſsidet aĩa. Hæc pellis eſt ſacerdotis offerentis: quia nr̃a patientia eſt Chr̃i. Leui. 7. a. Pellem aũt pro pelle dari contingit: quia ſępe dum venire ictum contra faciem cernimus, manum palpebris opponimus, vt ab ictu oculos defendamus: & corpus vulneri obijcimus, ne in corpore teneriori vulneremur. Ideo voluit Satã de Iob dicere. Idcirco Iob tot extra ſe flagella æquanimiter patitur, quia pauet ne ipſe feriatur. Pellis quam tollunt principes à ſubditis, temporalia bona deſignat. Mich. 3. a.

Fœminæ. Gentiles cum litera legis. — Iſych. ſ. Leui. 15.
Pellis quæ polluitur per ſemen coitus, eſt fœmina, cũ qua quis illicite concũbit. Leuiti. 15. b. Deſignat etiam gentiles ſuſcipientes literam legis.

Ori.ſ.Leui. ho.6. Aug.ſ pſ.130 — Mortalitas. Fragilitas humana. Miſeria originalis. Gre.Nyſ.de anima & reſ.rec.

Pellis quia eſt mortuorum animalium,mortalitatis eſt ſymbolum : vt pelliceę tunicæ datæ primis parentibus,indicium fuerunt mortalitatis & fragilitatis humanæ,ac originalis miſeriæ, in quam inciderunt per peccatum.gen.3.d.Leui.15.c.Sicut pellem extendit cœlum Deus: quia ſacram ſcripturam tradidit per mortales,quæ vt cœlum durat.pſ.130.

Ori.ſ.Exo. ho.13. — Mortificatio iræ

Pelles quoq; mortificationē iræ,aut etiā aliorū affectuū ſignificare pñt. Exo.35.a. Leui.13.f.

Glo.inte.ſ.gene.25. — Deditus terrenis

Pellis etiā ſignificat eū,qui deditus eſt terrenis:vt Eſau erat hiſpidus in modū pellis.gē.25.c.

Hie.ad Damaſ. q.3. Aug.cont.mēda.10. Gre 13.mor.10. Ber.ad mili.tēpli.7. Beda ſ.gen.37. Hie.ſ.Iere.13. Glo.or.ſ.Leui.3. Glo.or.ſ. thre 3. — Peccata. Confeſsio pc̄cōrum. Praua cōſuetudo. Carnalis voluptas.

Pelles hędorum quibus tectę ſunt manus Iacob,deſignant peccata noſtra in manibus Chrī. gen.27.c.Poſſunt etiam confeſsionem peccatorum ſignificare. Cutis , peccatum carnis : ſuper quam conſuitur ſaccus,quum agitur pœnitentia.Iob.16.c.Pellis autē AEthiopis eſt praua cōſuetudo:quæ difficulter mutatur.Iere.13.d.Et lepra in cute eſt carnalis voluptas exterior : vel peccatum in opere exteriori.Leui.13.a.Cutis,infirmitas peccati. thre.4.b.

Exterior cultus Iudæorum. cōuerſatio exterior

Pellis Sion eſt exterior cultus Iudæorum:& exterior conuerſatio:quæ vetuſta fit per peccata ad veterem hominem pertinentia.thre.3.a.5.b.

Iſy ſ.Leui.13. Amb.ſ.Luc.3. — Caro

Cutis carnem ipſam deſignare poteſt:vt lepra in cute ſit peccatum in carne.Leui.13.a.Et pellicea zona circa lumbos Ioannis Baptiſtæ,eſt caro,quæ poſt aduentum Chriſti non impedimēto exiſtit,ſed cingulo.Mat.3.a.Mar.1.a.

Gre.9.mor.38. — Carnales motus

Pellis cum carnibus,qua interior homo veſtitur,carnales motus deſignat,quorum obſidione in eo quòd ad ſuperna erigitur,vallatur.Iob.10.b.

Gre.14.mor.8. — Gloria temporalis.

Cutis pulchritudo gloriam temporalem ſignificat.Iob.18.c.

Ber.ſer.de cute,carne&c. — Cogitationes

Cutis ſunt cogitationes:quæ tunc eſt pulchra,quum cogitationes ſunt bonæ: Deformis vero,decolorata & maculata,quum cogitationes ſunt prauæ.

Glo.or.ſ.Leui.13. — Tribulationes. Tentationes

Pellis ſignificare poteſt tribulationes & tentationes,quæ mortificant hominem in hac vita: & ex eis fit vas vtile,nempe patientia,quam operatur tribulatio.Leui.13.f.Iob.19.c. Rom.5.

Gre.13 mo.22. Hie.ſ.Iob.40. — Mali adhærentes diabolo

Pellis Leuiathan ſtultos in corpore diaboli ſignificare poteſt : Vel ſubditos illi ad extrema miniſteria ſeruientes:demum omnes qui conſenſione malitię & imitatione illi adhærent:quia indiſſotiabili connexione ei coniuncti ſunt:& ſeparari ab eo nunquam aut certe vix poſſunt.

## Pelta,uide Clypeus.

## Peluis, Concha.

PEluis eſt vas aquarium,in quo varię res pelluuntur:quod etiam concha dicitur.

Ori.ſ.Iudi. ho.8.& Iſa.ho.6. — Anima. Litera ſacræ ſcripturæ.

Concha aut peluis dici pōt anima:vt cōcha plena rore,aut aqua,eſt aīa plena grā.Iudi.6. g.2.a.4.d.Ioa.13.a.Poteſt etiā literā ſacrę ſcripturę ſignificare:in qua myſteriorū aqua cōtinet.

## Peluſium.

Hie.ſ.Eze.30. — Dæmones

PEluſium eſt ciuitas Aegypti iuxta terminos Paleſtinæ:quæ& Sain dicitur:& vocatur robur Aegypti,ſignificans tentatores dæmones.Eze.30.d.

## Pendére, Dependére, Suſpéndere.

PEndere dicitur quod in ſublimi eſt,ſiue ſuſpenſum in aliquo ſublimiori loco. Suſpendere autem eſt aliquid altē ligare,vt pendeat.

Tertu.adu. Iudæo. Aug.16.cōt.fauſ.22. — Chrs in cruce. Chriſtus

Pendere dicebat̄ vita ante oculos Iudæorū, qn̄ Chrs pēdebat in cruce corā eis. deut.28.g.

Pendens nubes ſuper tabernaculum,eſt Chriſtus protegens eccleſiam.Exo.40.d.

Hie.ſ Iſa.22. — Pendens ſpiritualia à Chriſto

Suſpendere ſuper Chriſtum omnem gloriam domus patris eius,eſt pendere ab eo ſacramenta eccleſiæ,& dona ſpiritusſancti,& reliqua ſpiritualia.Iſa.22.g.

Hie.ſ.Iſa.22. Ori.ſ Mat.ho.19 — Habere verum ſenſum de Chriſto

Pendent è paxillo,qui pendent è Chriſto.Iſa.22.g.Et ſuſpenſus populus in Ieſum, eſt habēs verum ſenſum de eo.Luc.19.g.

Lyra ſ.Hoſe. 11. Rup ſ.Hoſe.11. — Expectans auxiliū Dei.

Pendere dicitur populus,quum expectat auxilium Dei:aut quum neſcit quid debeat agere. Hoſe.11.c.Suſpenſa & confuſa mente expectabit.Pendet etiam populus Iſrael ad reditum Dei: quia Iudæi adhuc expectant Meſsiam.

Glo.inte.ſ.Exo.30. — Cœlum.

Pendens velum ante arcam deſignare poteſt cœlū,quod Chrs penetrauit.Exo.30.a.38.d.

Gre.8.mor.18. — Eleuatio mentis.

Suſpendium quod eligit anima,eſt eleuatio mentis ad alta myſteria.Iob.7.c.

Hie.ſ.Iſa 3. Gre.ſ.cant.4. — Virtutes in mente.

Pendentes gemmæ in fronte,deſignant virtutes mentem ornantes.Iſa.3.d.Et pendentes clypei in turri Dauid,ſunt eminentes virtutes in prædicatoribus.canti.4.b.

Glo.inte.ſ. Eze.15. — Inutilis homo

Pendere non poſſe vas è paxillo vitis.Eze.15.b.eſt hominem quidem ad aliquid eſſe vtilem: ſed qui erit vt paxillus vitis,oſtenditur nec ad rem quidem minimam eſſe vtilis.

Ori.ſ.pſ.136. ho.2. Aru.& Hila. & Au. ſ pſ.136. Gre.33.mor.6. — Ceſſare à laudibus Dei propter pc̄tā. Exercere corpora. Ceſſare ab inutili p̄dicatione.

Suſpendere organa in ſalicibus ſuper flumina Babylonis. pſ.136. Eſt ceſſare à laudibus Dei propter peccata. Vel eſt exercere corpora ad imitationem ſanctorū. Vel prædicare ijs, qui paſcūtur voluptatibus ſeculi,ſine fructu. Vel ceſſare à prædicatione, quū infructuoſas ac reprobas (mentes aſpiciunt.

Ori.ſ.gen.ho.2. — Cōfidere in hōie.

Pendere in ligno eſt confidere in homine.deut.21.d.

Glo.inte.ſ.gen.40. — Iudæi pereuntes

Suſpenſus princeps piſtorum in cruce.gen.40.d.deſignat Iudæos, qui in pane domini lignū miſerunt,ideo per lignum pereunt.

Ori.ſ.nu.ho.20. — Publica pœna principum.

Suſpenſi principes contra ſolem,peccante populo.Num.25.a.deſignant pœnā publicā, quæ dabitur



Philo.de ſomniis.

dabitur in iudicio principibus,qui cauſa fuerunt peccatorum populi,aut non ea repreſſerunt Vel ſuſpenduntur contra ſolem,hoc eſt in conſpectu Dei.

Victus diabolus — Ori.ſ.Ioſ.ho.8.11.

Suſpenſus rex Hai deſignat diabolum in cruce Chriſti victum.Et etiam alij reges , hoc eſt, dæmones.Ioſu.8.f.10.e.

Suſtinere laborem gentilium. Damnari ſine ſpe. — Hila.ſ.Mat. can.18. Amb.ſ.Luc.18.

Suſpendi molam aſinariam in collo.Matt.18.a.eſt ſuſtinere laborem gentilium. Vel eſt ſine ſpe damnari. Qui enim ligatur ad trahendam molam,ſpem habet ceſſandi : cui vero ad collum ligatur trahitur à mola.

Ornantes errores — Hie.ſ. Eze.27.

Suſpendentes Perſę & cæteri clypeum & galeam ad ornamētum Tyri.Eze.27.b. deſignāt ferentes ſtrepitum verborum & gloriam inanem ad defenſionem & ornatum errorum.

Tumens de potētia patroni. — Gre.12.mor.22.

Dependet aruina de lateribus impij.Iob.15.d.quia quiſquis potenti & iniquo adhæret , ipſe quoq; de eius potentia velut ex pinguedine rerum tumet:vt patroni peruerſi iniquitatē ſequēs, Deū non timeat,quos valet,& quantū valet pauperes affligat,de gloria tp̄ali cor eleuet &c.

Pendens cubitus ſagorum ex vtraq; parte tabernaculi.Exo.26.c.

## Penetrare, Penetralia.

PEnetrare eſt quaſi penitus,hoc eſt,ad intima alicuius rei intrare.Penetralia autem dicuntur partes interiores domus vel templi,ſeu omne quod in intimis partibus eſt.

Prædicare vbique. — Glo.inte.ſ.Iſa.54.

Penetrare ad dexteram & ſiniſtram,eſt per omnes partes prædicare:& ex omni gente conuertere.Iſa.54.b.

Conciliabula hæreticorum. — Ori.ſ.Mat.ho.29

Penetralia Samarię ſunt conciliabula hæreticorum.Amos.3.c.vnde in penetralibus dicunt eſſe Chriſtum ſchiſmatici & hæretici ſecretos docentes errores.Matth.24.b.

## Penna, Pennula,uide Ala.

## Penſatio.

PEnſatio ſeu penſio eſt,q̄ datur p re aliqua aut vſu rei:& q̄ pēdi ſolet ſingulis annis velut tributū.Sic dedit pēſationes Ioſaphat filijs ſuis ſuper ciuitatibus munitiſsimis Iuda.2.par.21.a.

## Pentecoſte.

Remiſsio pc̄cōrum. — Amb.ſ. Luc.17.

PEntecoſte.i.quinquageſima erat feſtum Iudæorum die quo data eſt lex,quinquageſima die egreſsionis de Aegypto.Eo die venit ſpiritusſanctus ſuper apoſtolos:& deſignat remiſsionem peccatorum,ratione ſeptenarij & numeri iubilei.1.cor.16.b.acto.2.a.20.d.

## Penuria,uide Pauper.

## Pepo.

Terrenę dulcedines — Plini.19 natu.hiſt.5. Gre.20.mor.16.

PEpones ſpecies cucumeris ſunt,magnitudine cæteros excedentes , ſapore dulces & ſuaues. Hos concupiſcebant filij Iſrael in deſerto.Num.11.a.deſignare poſſunt terrenas dulcedines, ſeu voluptates:quas aliquando concupiſcunt,qui mundo abrenuntiarunt.

## Pera.

PEra eſt pellis à collo ad lumbos dependens: vnde dicta eſt pera ſacculi genus.

Gratia noui teſtamēti. Eccleſia. — Aug.ſ.pſ.143. Cyril ho 3.

Pera ſolet eſſe aliquando receptaculum lactis:& deſignat gratiam noui teſtamenti: in ea poſuit Dauid quinque lapides,hoc eſt,Chriſtus libros legis : vt deinceps ſpiritaliter intellecti, per gratiam Chriſti occiderent diabolum.1.reg.17.e. Pera etiam eſt eccleſia, quæ in terra eſt, multos habens precioſos lapides & ſelectos.

Cura ſecularis ſubſtantiæ. Mortalia. Occultatio ſapiētię — Hila.ſ Mat. can 10. Amb.ſ. Luc 10. Gre.ho.17. Euch for ſpūal.8. Aug.de ſctis.ſe.47.

Pera ſignificare poteſt curam ſecularis ſubſtantiæ,ſeu victus ſolicitudinem,& onera ſeculi: quam Chriſtus vult diſcipulos ſuos non portare.Mat.10.b.Mar.6.b.Luc.9.a.10.a.Vel cum ſit de mortuis animalibus,deſignat nihil mortale debere nos ferre in noſtris operibus : ſed quod permaneat in vitam æternam.Poteſt etiam deſignare occultationem ſapientiæ:ideo non portanda à prædicatoribus.

## Peragrare, Luſtrare, Perambulare.

PEragrare eſt ambulando ſiue inquirendo circūire:quod & luſtrare dicitur & perambulare.

Inueſtigatio rerum — Philo de mig. Abra.

Peragrans Abraham terram Chanaan deſignauit diligentiam inueſtigandis naturis rerū adhibendam,vſq; ad earum autorem cognoſcendum.gen.13.d.

Prędicatio doctorū — Hie.ſ.Eze.7. Gre.27.mor.24.

Luſtrantes terram vt mundent eā,ſunt doctores laborantes ad reuincendos hæreticos.Eze. 39.d.Et nubes luſtrantes cuncta per circuitum,ſunt prædicatores in diuerſis partibus prædicantes.Iob.37.b.

Sol viuificans oīa. — Glo or.ſ. Eccl.

Luſtrans vniuerſa ſpūs,eſt ſol,qui animat,inſpirat,viuificat,& fouet omnia. Eccl'tę.1.a.

Diligentia diaboli. — Gre.2.mor.4.

Per ambulaſſe terrā dicitur Satan,quaſi omnes homines in ea exiſtentes ſibi ſubiecerit , nemine illi valente reſiſtere.Iob.1.b.2.a.Cum autem non ſe tranſuolaſſe , ſed perambulaſſe inſinuat:quanto peccati pondere in imis prematur demonſtrat,per corda gentium iniquitatis ſuæ veſtigia imprimens.

## Percipere.

PErcipere eſt perfecte capere.

Percipere auribus eſt attente audire.ps.5.48.142.Iſa.1.a.28.f.Iob.13.c.vide audire.

Glo.or.ſ.2.Timo.2.

Percipiens prius agricola de fructibus, deſignat vſum temporalium prius dandum eſſe prælato, aut prædicatori in verbo laboranti.2.Timo.2.a.

## Percrebreſcere, uide Frequentare. Percurrere, uide Currere.

## Percutere, Ferire, Cædere.

PErcutere dicitur, qui aliquem manu, aut baculo, aut quouis inſtrumento ferit: quod & cędere dicitur.

Hie.ſ.Iſa.5.11. Arno.ſ.ps.135. — Afficere: Caſtigans Deus pctã Puniens dæmones & hęreticos

Percutere interdum eſt afficere: & percutit Deus terram, quum caſtigat peccata. Iſa.2.d.5.f. Et percutiet Chriſtus virga oris ſui, quum arguet malos in iudicio. Iſa.11.a. Et percuſſit Deus Aegyptum, hoc eſt, terram ſuperſtitionibus deditam: & populum pro reatu vituli.Exo.3.f.8.c.22.d.32.g.ps.135.Et percuſſit reges fortes, hoc eſt, dæmones: & gentes multas, hoc eſt, vitia. Percuſſit quoq; primogenita Aegypti: & dicitur percuſſiſſe inimicum. Exod.12.c.15.a.ps.134. Et percutiens Moſes Aegyptium, eſt Chriſtus vincens diabolum.Exod.2.b.Percuſſit etiam Chrs duces Moab, hoc eſt, dæmones.Num.24.c.Et percuſſit ſuperbum prudentia Chriſti, cum vicit diabolum in paſſione.Iob.26.d.Zach.12.a.Percuſſit etiam Deus Bethſamitas, cum deſtruxit hæreticos.1.reg.6.d.Et percuſſit arcum Gog in manu ſiniſtra, quum abſtulit aſtutias diaboli & hæreticorum.Eze.39.a.Percutiens Iephte Ephraim poſt victoriam, deſignat Chriſtum cõdemnaturum rebelles in fine mundi.Iudi.12.b.Cædit autem Deus Ephraim ſecundum auditionem cætus eorum, quum generaliter caſtigat, qui generaliter peccauerunt. Item quia per Romanos perdidit Iudæos, qui per mortẽ Chriſti fingebant ſe ab hoc periculo liberandos. Hoſe.7.c.Et percutit domum hyemalem cum ęſtiua, quando diuerſa hæreticorum genera diſſipat. Amos.3.d.Et dicitur dominus percutiens: quia caſtigat peccantes.Eze.7.b.Hoſe.6.a.Percuſſus autem Aſſur virga eſt diabolus & eius membra æterna pœna puniti.Iſa.30.g.Dicitur autem Deus aliquando percutere, quia permittit percuti: vt percuſſit primogenita Aegypti.

(Ori.ſ.nu.ho.28. Gre.ſ.1.reg.6.&.17 mo.15.16. Hie.ſ.Hoſe.7.&.ſ. Amos.3.&.ſ.Iſa.30. Rup.ſ.Hoſe.7. — Pœna æterna Permiſſio)

Hie.ſ.Iſa.1.14.19.& ſ.Mich.6. Ori.ſ.Leui.ho.3. Baſi. q Deus nõ eſt cauſa mali. Gre.6.mor.18.&.13 mor.8. Hie.ſ.Zach.9. — Caſtigans Deus ad emendationem

Percutere dicitur Deus aliquando caſtigando ad emendationẽ.Iſa.1.b.9.b.14.g.19.d.27.d.51.d.Iere.2.f.5.a.Et percutit Deus carnem: & ſanat ſpiritum.deut.32.f.Et percuſſit Deus flumẽ Aegypti in riuis ſeptem, quum fecit Aegyptum prædicationi apoſtolorum peruiam. Iſa.11.d. Et dicitur incipere percutere, quando ad emendationem caſtigat.Mich.6.c.Iob.5.c.Agge.2.c Zach.9.a.10.d.14.c.Percutiens Samſon mille viros maxilla, Chriſtus conuertens peccatores per prædicatores.Iudi.15.d.

Hie.ſ.Iſa.53. — Mors Chriſti propter peccata.

Percuſſit Deus perſecutores Chriſti propter ſcelus populi ſui per mortem ipſius Chriſti: vel quia propter magnitudinem peccatorum populi, quem ſemper peculiarem habuit, ductus eſt Chriſtus ad mortem: vt illos ad vitam ſua morte reuocaret.Iſa.53.c.

Rup.6.ſ.gen.9.&.5.ſ.apoc. — Excęcatio iudæorũ

Percuſſi Sodomitæ cæcitate in obſidione domus Lot.gen.19.c.deſignant Iudæos excęcatos in paſſione Chriſti.Percuſſio tertiæ partis ſolis & lunæ & ſtellarum eſt percuſſio populi Iudæorum in deſerto.apoc.8.c.

Hiero.ſ.Iſa.54.&.ſ. Hoſe.2.&.1.Zac.11. — Collatio legis naturalis, & legis nouæ.

Percuſſit Deus fœdus cum omnibus gentibus, quando dedit legem naturalem omnibus cõmunem.Zach.11.c.Percuſſit etiam fœdus perpetuum, quum dedit legem nouam.Iſa.54.c.61.c. Ezech.37.g.Et dicitur percuſſiſſe fœdus cum beſtia agri, hoc eſt, cum gentibus ad fidem venientibus.Hoſe.2.c.

Ori.ſ.exo.ho.11. Aug.q.in num.33. Hiero.ſ.Iſa.57.&.ſ. Zach.13. Beda.ſ.Exo.17. Rup.5.ſ.reg.17 Euch.q.in ps. Aug.ſ.ps.77. — Paſſio Chriſti

Percuſſio petræ paſſionem Chriſti ſignificat: & percuſſa eſt bis, ad maiorem crucis demonſtrationem, quæ ex duobus conſtat lignis.Exo.17.b.Num.20.b.Et percuſſiſſe dicitur eã Deus quia ipſe tradidit filium pro nobis.ps.68.Iſa.53.a.57.d.Hæc fuit percuſſio paſtoris Dei. Zach.13.d.Percutiens Elias pallio aquas Iordanis percuſſionem corporis Chriſti deſignauit, vnde fluxit aqua baptiſmi.4.reg.2.b.

Rup.1.ſ.reg.14. — Puniri in tpalibus. Puniri in iudicio

Percuſſiſſe dicitur Deus inimicos in poſteriora, quando in poſteriori parte percuſſit vlceribus Philiſtęos, propter arcam.1.reg.5.b.ps.77.Deſignatur autem quòd qui ſuſceperint teſtamẽtum Dei, & poſteriora vitæ dilexerint, ex ipſis iuſtiſſime cruciabũtur, quæ ſicut apoſtolus exiſtimare debent vt ſtercora.In extremo quoq; iudicio percutientur inimici Dei tanquam in poſterioribus.Deſignat etiam peccatum gentilium, qui mutauerunt naturalem vſum in eum, qui eſt contra naturam.

Gre.ſ.Ezec.ho.10.&.24.mor.11. Rup.13.ſ.Mat. — Comminatio vindictæ. Incitatio ad virtutes

Percutientia animalia alas, comminationem diuinæ vindictæ indicant.Ezec.3.c.Percutiunt etiam ſe mutuo alæ animalium, & ala vnius percutit alam alterius, quum ſanctorum mentes in eo q ſuperna appetant, conſideratis inuicem alternis virtutibus excitantur. Vel in eodem ala alam percutit, quum virtus virtutem excitat, & ad perfectionem incitat. Vel ala alam percutit, quando vnus aduentus Chriſti per alterum firmatur.

Aug.ſ.ps.134. — Ablatio fidei

Percutit Deus primogenita Aegypti, quum tollit fidem ab ijs, qui affligunt eccleſiã.ps.134.





Ablatio literæ legis & templi. Punitio Iudæorum — Hiero.ſ.Iſa.60.&.ſ. Ion.4.&.ſ.Am.6. Gre.ſ.1.reg.4.

Percutiens vermis hederam, deſignat Chriſtum, qui abſtulit legis literam, & templum.Et percutiens ſol ſuper caput Ionæ, eſt Chriſtus puniens & affligens Iudæos.Ionæ.4.c. In Iudæis quoq; dicitur percuſſiſſe eccleſiam in indignatiõe ſua.Iſa.60.b.Et percuſſit Deus Iſrael coram Philiſtijm, quando diſſoluit conſuetudinem legis.1.reg.4.a.Percutit etiam Deus domum maiorem ruinis, deſtruendo Iudęam: & domum minorem ſciſſionibus permittẽs in eccleſia ſchiſmata.Amos.6.d.Et percuſſio cardinis, eſt deſtructio templi, & hæreſiarcharum. Amos.9.a.

Aug.q.in gen.15.

Percuſſio terræ per diluuium pertinet ad vetus teſtamentum: promiſſio vero, qua Deus promiſit ſe non vltra eam percuſſurum, ad nouum.gen.9.d.

Suſceptio baptiſmi à gentibus — Rup.5.ſ.reg.20.

Percutiens Eliſęus ſecundo aquas pallio Eliæ, quæ prima percuſſione non fuerant diuiſæ, deſignat prædicationem apoſtolorum habuiſſe efficaciam in gentibus ſuſcipientibus baptiſmũ: quam non habuit in Iudæis nolentibus ipſum ſuſcipere.4.reg.2.c.

Conuerſio perſecutorum — Hie.ſ.Iſa.27.

Non percuſſit Deus percutientes iuxta eorum plagam.Iſa.27.b.quia eos ad fidem conuertebat per apoſtolos, qui ipſum Chriſtum & apoſtolos perſequebantur.

Conuerſio ſubditorum. Mundatio animæ — Ori.ſ.Iudi.ho.4.

Percutiens Samgar hoſtes Iſrael vomere.Iudi.3.d.deſignat conuertentem ſubditos ſimplici monitione.Deſignat etiam quemlibet, qui vt bonus agricola mundat animam ſuam.

Vincere motus iracundiæ — Amb.prol.2.de.ſſ.

Percutiens Samſon mille viros maxilla.Iudi.15.d.deſignat eum, qui vincit motus iracundię.

Vincere ſpiritũ fornicationis. Vincere dæmones — Gre.ſ.1.reg.7.14.15 Gre.ſ.1.reg.11.13.

Percutere Amalec.1.regũ.14.g.15.a.Eſt vincere ſpiritum fornicationis: & ſi adhuc ſurgant motus, iterum eſt percutiendus.Percutit autem eum ab Euilath vſq; Sur, qui comprimit omnẽ concupiſcentiam & deliberationem: & reprimit perſeuerantes in turpitudine. Percuſſit etiam Dauid Amalecitas, & cum eo Aegyptius: quia ſuperbos & mundanos deſpicientes ſimplices, ipſi ſimplices virtute Chriſti proſternunt.1.reg.30.e.Percutere quoq; Philiſtęos vſq; ad locum ſubter Bethchar, eſt vincere dæmones vſq; ad terminum vitæ: vel vſq; ad perfectionem, quæ ſub Chriſto haberi poteſt.1.reg.7.c.Percutiens etiam Saul Amon, donec incaleſceret ſol, deſignat prædicatorem debellantem vitia ſequentia gulam: donec videat auditores interni luminis magno calore inflammari.1.reg.11.e.Percutiens Ionathas ſtationem Philiſtinorum, deſignat vincentem tentationes carnis.Attribuitur tamen victoria Sauli: quia per prædicatorum exhortationem inferiores vincunt.1.reg.13.a.

Prædicare quibuslibet. Detegere inſidias dæmonum — Gre.ſ.1.reg.15.

Percutere Philiſtæos à Magmas vſq; Ahilon, eſt prædicare paruulis & perfectis: & dęmonũ inſidias vel eorum tyrannidem in electorum cordibus perimere.1.reg.15.c.

Pœnitentia — Hie.ſ.Iere.31.

Percutere femur eſt dolere per pœnitẽtiã: & extinguere ĩ ſe oẽ quod carnaliter viuit.Ier.31.c.

Admiratio — Gre.24.mor.26. Glo.or.ſ.Eze.6.

Percutere manu contingit admirando, vel ſtupendo.Percutit autẽ manu, qui ſe à malis operibus ſeparat.Eze.6.c.Percutere vero pede contingit gaudendo.Eze.25.b.

Confutare ſapientiam mundanam — Glo.or.ſ.Exo.7.

Percutiens Moſes aquam fluminis.Exo.7.c.eſt confutans ſapientiam mundanam.

Tangere — Glo.or.ſ.Exo.28.

Percutere pro tangere: vt percutere puluerem terræ, vnde fiunt Scyniphes, hoc eſt, argutiæ dialecticæ.Exo.28.c.

Fames verbi Dei — Glo.inte.ſ.gen.41.

Percuſſę vredine ſpicæ famem verbi Dei ſignificant.gen.41.a.

Timor iudicij. — Arno.ſ.ps.101.

Percuti vt fœnum eſt timore iudicij terreri.ps.101.

Aug.ſ.ps.59.

Percutit Dauid Edom, deſignãs terrenum hominem percutiẽdum, vt viuat cœleſtis.ps.59. in titul.

Inflammãtes animã ad amorẽ ſponſi. — Gre.ſ.cant.5. Ber ſer.ſ.qui habit. Rup.ſ.cant.5.

Percutiunt paſtores ſponſam & vulnerant.canti.5.c.quia prædicatores ſancti dum cœleſtia loquuntur, amantem animam afficiunt, & maiori amore ſagittant. Vel quia reprehendunt animas volentes in ipſis quieſcere, vt videlicet tranſeant ad ſponſum.

Timor confundens mentem — Ricar.de.ſ.victo.& ſomni Nabuc.27.

Percuſſiſſe dicitur lapis pedes ſtatus.Dani.2.f.deſignans timorem, qui confundit mentem, eamq; compungi facit.

Perſecutio prædicatorum. — Gre.13.mor.7.

Percutiũt maxillã Iob, qui percutiunt, perſecunt̃, & occidũt pdicatores eccleſiæ.Iob.16.b.

Iudæi percutientes Chriſtum. Gentiles adhærentes Chriſto. — Hie.ſ.Mich.5. Hila.ſ.Mat.cano.33.

Percutientes quibus dedit Chriſtus corpus ſuũ, fuerunt principes Iudæorum. Iſa.50.c. Percuſſerunt aũt Iudæi lingua Chriſtũ, quum eum linguis crucifixerunt. Iere.18.c. Et percutiens Phaſſur Ieremiam deſignat ſacerdotes percutiẽtes Chriſtum.Iere.20.a.Percuſſerunt etiam Iudæi maxillam iudicis Iſrael, hoc eſt, Chriſti.Michę.5.a.Iob.16.b. Percuti autem caput Chriſti arundine eſt gentiles adhærere Chriſto.Mat.27.d.

Tentationes & inſtigationes dæmonum & hæreticorum. Peccare libidine. Non penitus deſerere peccatum. Potentia diaboli — Hie ſ.Iſa.1. Gre.1.mor.36.&.20 mor.25.&.ſ.1.reg.5 Hie.ſ.Iſa.14.&.ſ.Ier.5.

Percutit Aſſur habitatores Sion in virga, quum diabolus aut hæreticus plus minatur fidelibus quam nocere poſſit, aut permittatur.Iſa.10.f.Percutiens autem Aegyptius Hebræum deſignat diabolum inferentem tentationem.Exo.2.b.Et percuſſi à ſerpentibus ſunt, qui inſtigante diabolo in peccatum incidunt.Num.21.b.Percutiens malleus eſt diabolus, aut hæreſiarca. Iſa.41.b.Percutientes Sabęi pueros Iob gladio ſunt dęmones, qui tentationis ſuæ iaculis grauiter vulnerant eos, quos necdum iuuenilis conſtantia liberos vel robuſtos ſeruat.Iob.1.c. apoca.8. Percutitur autem in inguine, qui peccat libidine.2.reg.4.c.Percuti in ſecretiori parte natium deſignat quòd peccator ex ea parte vulnus accipit animæ, quam inclinat ad delectationẽ: Percuſſi autem & nondum mortui ſunt, qui dolorẽ habent peccati, ſed nõ penitus ipſum deſerũt.1.reg.5.b.Percutit Iudæos leo de ſylua, hoc eſt, rex Babylonis, vel diabolus.Ierem.5.b.Lędens baculus populos eſt potentia diaboli.Iſa.14.b.

*Gre.3.mor.12.14.* — *Perſecutiones Chri & eccleſiæ*

Percutiens Satan Iob vlcere peſsimo deſignat perſecutionem, quam ipſe & eius membra exercēt in Chriſtum eiuſq; membra.Iob.2.b.

*Gecr.vene. canti.1. ton.8.cap.5.* — *Humanæ fiduciæ infirmitas*

Percuſſus Achab inter pulmonem & ſtomachum, deſignat omnem ſtructuram humanæ fiduciæ perire.3.reg.22.c.

*Iſy.ſ.Leui.24. Cyril.dia.7.* — *Faciens errare*

Percutiens proximū eſt Iudæus peruertēs gentilē:aut quilibet alius inducens quēpiā in peccatū.Et percutit animal,qui ſimplicem errare facit.Exo.2.c.21.c.Leui.24.c.

*Ori.ſ.Exo.ho.10. Beda.ſ.Exo.21. Glo.inte.ſ.Exo.21.* — *Immoderata correctio. ſcandalizare*

Percuſſor eſt eps,qui verbis aſperis cōſciētias aliorū percutit:quem etiā deſignat percuſſor furis.Exo.22.a.1.Timo.3.a.Titū.1.b.Percutit aūt hominē, qui operibus ſcādalizat,& facit peccare.Exo.21.b.Iſa.58.a.Et percutit mulierē prægnantē,qui infirmū concipientē verbū Dei,& nondū opere explentem ſcandalizat.Exo.21.c.Percutere etiā ſeruū vel ancillam virga eſt immoderate corrigere diſcipulum commiſſum,vel plebem ſubiectam.Exo.21.c.

*Gre.ſ.exo.21.* — *Infamare prælatum Scandalizat eccſiam*

Percutit patrem vel matrem,qui prælatum infamat,vel eccleſiam ſcandalizat. Exo.21.b.

*Glo.inte.ſ.Exo.21.* — *Docere errorem*

Percutere oculū alicuius eſt docere errorē:& intuitū rectū intellectus perturbare.Exo.21.c

*Glo.inte.ſ.Exo.21.* — *Non gubernare animam & corpus.*

Percutere cornu virum aut mulierem eſt non gubernare animam & corpus: vel effrænato ſermone alicuius diſcipulum ſcandalizare.Exo.21.c.

*Gre.ſ.1.reg.15. Hie.ſ.Hoſe.10.* — *Audacter peccare*

Percutere fœdus cū morte & inferno,eſt mala audacter perpetrare:& ea ſemper agēda promittere.Iſa.28.d.Sic feriunt hæretici fœdus cū amaritudine,& nō cum Deo.Hoſe.10.a.

*Gre.33.mor.18.*

Ferit Deus pactū cum Leuiathan.Iob.40.d.quādo per volūtatē ſuā ille tentat bonos.

*Hie ſ.Iſa.30. Au.& Gre.ſ.ps.101.* — *Mala ex peccata originali.*

Percuſſura plagæ populi Dei,deſignat mala ex originali peccato prouenientia.Leui.14.f.Iſa.30.f.De hoc dicitur.ps.101.Percuſſus ſum & aruit cor meum.

*Glo.or.ſ.Iſa.49.* — *Perire in proſperis*

Percutere dicitur ſol aut æſtus aliquem, cum perit in proſperitate aut ē cōtrario in aduerſis

## *Percontari, uide Interrogare.* *Perdere, uide Amittere.*

## *Perdere, Diſperdere.*

PErdere & diſperdere idem eſt quod perimere aut deſtruere & cōſumere.deut.28.b.Donec cōterat te,& perdat velociter.gen.18.c.Nūquid perdes iuſtū cū impio? Affligere. num.4.b. Nolite perdere populū Cahat.Dānare.ps.5.Perdes omnes qui loquūtur mendacium. Negligere.num.24.d.Cuius extrema perdentur.Reprobare.deut.10.b.Et te perdere noluit.Saluare. Matth.16.d.Mar.8.d.Qui autem perdiderit animam ſuam.

*Hie.ſ.Iſa.14.23.&.ſ. Mich.5. Ori.ſ.num.ho.18.& ſ.Iere.ho.1. Gre.ſ.1.reg.15.* — *Conuertens Deus peccatores Conuincens hæreticos.*

Diſperdit Deus oēm terrā,quū per prædicatores cōuertit peccatores:aut cōuincit hæreticos Iſa.23.a.Sic diſperdit ciuitates terræ.Mich.5.c.6.c.Et perdit Chriſtus reliquias ciuitatis cōuertens mūdanos.num.24.d.Ita diſperdidit ſuperbiā Philiſtinorū.Zach.9.b. Diſperdere aūt pulchra Amalec, eſt vitare turpes cogitatiōes.1.reg.15.b.Et perdere nomen Babylonis eſt delere omnes prauas cogitationes.Iſa.14.e.Et diſperdere eradicata & deſtructa, eſt tollere reliquias & occaſiones peccati:& colligere zizania,vt comburantur.Iere.1.b.Mat.13.d.

*Hila.ſ ps.56.* — *Suſcitans Chriſtum*

Non diſperdit Deus Dauid:quia ſuſcitauit Chriſtum à mortuis.ps.56.

*Hila.ſ.ps.142.* — *Liberās ab inimicis.*

Diſperdit Deus in mīa inimicos hominis:quia miſeretē eius,quē liberat ab inimicis. ps.142.

*Ori.ſ.Mat.h.19.26. Hier.ſ.Mich.5.&.ſ. Iere.2. Hila.ſ.Mat.can.22. Baſi.ſ.ps.33. Ori.ſ.Ioſ.ho.8. Gre.15.mor.2. Hie.ſ.Eze. 28.&.ſ. Abdi.* — *Punitio malorum & dæmonum* — *Vincere inſidias dæmonum*

Diſperdit Deus malos,quū aufert eos ab hoc mūdo,& in infernū detrudit.Exo.33.a.Et diſperdit quadrigas Ephraim & currus Pharaonis & equos:quia cū ipſe faciat pacē, oīa bellica diſperdit.Tollit etiā hæreticos,& pctā varia.Iere.12.d.15.b.18.a.Mich.5.c.Zach.9.c.Perdit etiā homicidas condemnans malos in iudicio:& diſperdet de terra memoriā malorum. Matt.22.a. ps.33.144.145.Iſa.26.c.30.f.thren.2.c.Diſperdit etiā de ciuitate dn̄i oēs operantes iniquitatem ille,qui vincit omnes dæmonū inſidias.ps.100.Quaſi ſterquilinium in fine perdetur hypocrita.Iob.20.a.quia in morte ſua quū ad tormenta ducitur,ſtercoribus vitiorū plenus, à malignis ſpiritibus conculcatur.Sopho.1.a.2.b.Mala.2.c.Diſperdit etiā Deus excelſa montiū,quū ſuperbas mentes humiliat,& caſtigat.Eze.6.a.Sic perdidit excelſa idoli.Hoſeæ.10.b. Perdidit etiam Cherub de medio lapidum ignitorum,quum diabolum ſeparauit ab angelis.Eze.28.d.Et diſperdit habitatores de campo idoli,cum deſtruit hæreticos.Sic de Azoto:& de Moab. Amos. 1.c.2.a.Et perdit ſapientes de Idumæa,quum reuincit hæreticos.Abdi.c.Zach.13.a.

*Ori.ſ.Mat.h.19.20.* — *Deſtruens Deus imperium iudæorum*

Perdidit Deꝰ malos male,quū deſtruxit imperiū Iudæorū: Perdidit etiam homicidas. Mat. 21.d.22.c.

*Hila.ſ.ps.53.*

Diſperdidit Deus inimicos in veritate.ps.53.qn̄ ij,q falſis teſtibus dānationē Chr̄o ꝓcurarūt reſurrexiſſe eū à mortuis audierūt,& in rei veritate gloriā ſuā eū reſumpſiſſe cognouerunt.

*Hie.ſ.Iſa.23.* — *Tollens proſperitatem mundanam*

Perdit Deus robur Chanaan,quum tollit proſperitatem mundanam.Iſa.23.c.

*Hie.ſ.Iſa.65.*

Non diſperdit Deus in totum Iſrael:quia quoſdam ex eo populo iuſtos ſeruauit.Iſa.65.b.

*Hie.ſ.Iſa.9.* — *Punitio hæreticorū*

Diſperdit dominus ab Iſrael caput & caudam.Iſa.9.c.quando videlicet punit hæreſiarchas. & eis fauentes.Et perditi de terra ſunt errantes in infidelitate extra eccleſiam. Iſa.27.d.

*Hie.ſ.Iere.25.*

Perdere dicitur dominus vocem gaudij.Iere.25.c.quum non eſt in eccleſia qui dicat: Gaudete in domino,iterum dico gaudete.Philip.4.a.

*Glo.inte.ſ.thre.2.* — *Ablatio doctorum à iudæis*

Perdidit Deus vectes Hieruſalem.thren.2.c.quum abſtulit doctores à Iudæis;& ſenſus eorum perturbauit.

Perditi



*Peccāte in eccleſia.* — *Glo.inte.ſ.thre.1.*

Perditi filij Sion dici poſſunt peccantes in eccleſia.thre.1.f.

*Deponere voluntates Inordinatus amor ſui.* — *Ori.ſ.Mat.ho.2. Aug.ſ.Ioan.trac.51.*

Perdit animā ſuā in hoc mūdo,qui voluptates carnales deponit.Perdit aūt animā in futuro q in hoc ſeculo inordinatē amat eā,aut ipſam vitā.Mat.16.d.Lu.17.f. Ioan.12.c.

*Reſiſtentes veritati.* — *Ori.ſ.Mat.ho.19.*

Perdere volentes Chriſtum ſunt,qui veritatē Chriſti deſtruere nituntur. Luc.19.g. ps.119.

*Pœna inferni* — *Hie.ſ.Ioel.3.*

Diſperdens plaga eſt pœna æterna.Exo.12.b.Perditionis etiam deſertum eſt regio inferni, vbi omnes pereunt.Ioel.3.d.Iob.31.a.

*Perdens diabolus malos Hæretici docentes errores.* — *Hie.ſ.Iſa.14.&.ſ.Iere.23.&.ſ.Eze.30.*

Diſperdit lucifer terram ſuam,quū diabolus ipſos malos perdit.Iſa.14.c.Et perdit fraudulentus mites,quū phariſæus & hæreticus decipit ſimplices:& etiā ipſe diabolus,qui per ſuā iniquitatē datus eſt ad diſperdendū.Iſa.32.b.54.d.Et diſperdit mors paruulos,hoc eſt,diabolus. Ier. 9.f.Diſperdūt aūt paſtores gregē domini,quum hæretici docent errores.Iere. 23. a. Diſperdit terrā Aegypti Nabuchodonoſor & populus eius,quū dæmones perdūt mundanos. Eze.30.c.

*Hæretici peruertentes ſcripturas Motus carnales mētes fœdantes* — *Epipha.1.cōt. hære. tomo.3. Ber.ſ.canti.ſer.44.*

Perdunt muſcæ morientes ſuauitatē vnguēti.Eccl'tæ.10.a. Quū hæretici cōfundūt myſteria & veros ſenſus ſacræ ſcripturæ.Item concupiſcētiæ carnales in nobis decorē naturæ fœdant, mentem curis & ſolicitudinibus lacerant,ſocialis gratiæ ſuauitatem exterminant.

*Gre.12.mor.12.*

Perdit Deus ſimiliter hoīes,ſicut mōtes,& ſaxa,&c.Iob.14.d.quia quædā ī diuerſis hoībus per tētationes operatē,q ſimilia ſunt per quandā metaphorā his,quæ in rebus alijs operatur.

*Cōnexio virtutum* — *Hie.ſ.Eccleſ.9.*

Perdit multa bona qui peccat in vno.Eccl'tæ.9.d.Per quod deſignatur virtutum connexio ſicut qui peccat in vno,factus dicitur omnium reus.

*Firmitas tituli crucis* — *Hie.ſ.ps.56.*

Non diſperdenda tituli inſcriptio deſignabat firmitatem tituli crucis Chriſti: de quo dixit Pilatus:quod ſcripſi,ſcripſi.ps.56.57.58.in titul.

*Corpus animæ peccatricis Diabolus* — *Aug.ſ.ps.87. Gre.17 mo.11.&.19.mor.12.*

Perditio dici poteſt corpus animæ peccatricis.ps.87. Perditio etiam eſt ipſe diabolus: cui nullum eſt operimentum coram Deo.Iob.26.b.28.d.

Perditio dicitur eſſe ipſius Iſrael.Hoſe.13.c.quia vnuſquiſq; ſibi perditionis eſt cauſa.

*Dies iudicij* — *Glo.or.ſ.Iob.21.*

Perditionis dies dicitur dies iudicij:ad quem reſeruantur mali puniendi, qui hic viuunt in proſperitate.Iob.21.d.

## *Perdix.*

*Ori.ſ.Iere.ho.4. Plini.10.nat.hiſt.33.*

PErdix auis nota à perdendo dicta:eſt enim maligna,fraudulenta,& callida,multumq; decipiens venatores.Si enim venatorē ſiſtere aduertit,tamdiu illudit, quandiu ſoboli fugiendi ſignū tribuat & poteſtatē:quā vbi euaſiſſe ſenſerit tunc ſe & ipſa ſubtrahit.Ferē etiā eſſe aīal impurū:nā exercent libidinē mares in mares.Furatur quoq; vna perdix oua alterius, & fouet.

*Diabolus Hæreticus Auarus* — *Ori.ſ.Exo.ho.1. Amb.epiſ.48.&.6.Exae.3. Hie.ſ.Iere.17. Aug.13.cont.fauſt.& de paſto.12.*

Perdix dicitur congregaſſe quæ non peperit.Iere.17.b.Vbi ſignificatur diabolus,& hæreticus,& auarus:quibus recte competunt,quæ de perdice dicuntur,qui ſuis fraudulētijs decipiūt ſimplices,& etiam venatores animarum.Ipſe autem hæreticus eſt quaſi vox perdicis,per quem diabolus congregat,quos hæreticus deceperit.

## *Peregrinari, Peregrinus. uide Aduena.*

## *Perficere, Perfectus, Imperfectus.*

PErficere eſt abſoluere & cōſummare,ſeu cōplere quod inceptum eſt.Perfectum autem eſt, quod conſummatum eſt,& cui nihil deeſt ſecundum id,quo perfectum eſt.Imperfectū aūt eſt non conſummatum,aut cui aliquid deeſt.

*Incarnatio* — *Aug ſ.ps.39.*

Perfecit Deus corpus Chriſto,quando noſtram ille aſſumpſit carnē, quam pro nobis offerret in ſacrificium.ps.39.

*Reparans Deus eccleſiam* — *Arno.ſ.ps.67. Hie.ſ.ps.17.*

Perficere dicitur Deus:quum reparat deſolata:& perficiet hæreditatem ſuam, hoc eſt,eccleſiam in reſurrectione.ps.67.79.Perficit etiam pedes tanquam ceruorū,cum aptos facit ad calcandas ſpinas peccatorum,& tranſiliendas ſyluas infidelitatis.ps.17.

*Dans Deus ſimplicibus fidem* — *Ori.ſ.Mat.ho.15. Aug.ſ.ps.8.*

Perficit Deus laudem ex ore infantium,quādo dat ſimplicibus cognitionem ſui,vt ab ipſis laudetē,vel quando dat illis fidē,quæ abſcondita eſt ſapientibus ſeculi.ps.8.Mat.21.b.

*Curans Chrs morbos animæ* — *Aug.2.de conſ.euāge.75 &.ſ.ps.37. Hie.ſ.ps.16.*

Perficit Chriſtus ſanitates,quum à morbis vitiorū homines curat vt ſecundum virtutem viuant.Luc.13.g.Et perficit aures per fidem & obedientiam.ps.39.Perficit greſſus, quum dirigit ſenſus in bonum.ps.16.Perficit pedes tanquam ceruorum,quum perficit amorem ad tranſcēdenda ſpinoſa & vmbroſa implicamenta huius ſeculi.ps.17.

*Addens charitatem legi* — *Aug.ſ.ps.67.*

Perfecit Deus hæreditatem ſuam,hoc eſt,legem,quum ei addidit charitatem. Vel perfecit populum ſuum,qui ex ſe infirmabatur.ps.67.

*Perfectio eccleſiæ* — *Gre.ſ.canc.6.*

Perfecta columba eſt eccleſia,extra quam nemo ad perfectionem, nemo ad vitā gratia fouente nutritur.cant.6.c.Perfectū aūt opus tabernaculi eſt cōſummatio eccleſiæ. Exo.39.f.40. Et perfectio tēpli per Salomonem ſeptē annis abſoluti,eſt perfectio eccleſiæ in fine mundi ſeptem ætatibus conſummata.3.eg.6.g.

*Perfectio contemplationis* — *Gre.26.mo.10.*

Perficere dicitur Deus pedes iuſti tanquam ceruorum.ps.17.Ceruus enim cū montium iuga conſcendit,quæq; ſe aſpera,quæq; obijciunt ſentibus illigata,dato ſaltu tranſgreditur: & abſq; vllo curſus ſui obſtaculo,in ſuperioribus eleuatur.Ita electorum mentes,quæq; ſibi in hoc mū



do obſi-

do obſiſtere,atq; obuiare conſpiciunt,contemplationis ſaltu tranſcendunt:& more ceruorum deſpectis terrenorum ſentibus in ſuperna ſe euehunt.

Ori.ſ.Mat.ho.19. Hie.ſ.Amos.5. — Explanareſcripturã

Perficere turrim eſt explere ſacræ ſcripturæ explanationem.Lucæ.14.f.Perfecit etiam Chrs hanc turrim,quando impleuit ea,quæ prophetata erant:& explicauit myſteria: vnde & ipſe dicitur perfectè loquens.Amos.5.c.

Hie.ſ.Eze.16. — Anima in gratia

Perfecti decoris dicitur vrbs Hieruſalem.thre.2.e.deſignans animam exiſtentem in gratia: Dicitur autem perfecta in decore Dei.Eze.16.c.quia exDeo habet ipſum decorẽ.Lucifer etiã ante lapſum erat perfectus decore:quia fuit creatus in gratia.Eze.27.a.28.c.

Gre.27.mo.24 — Cognitio ſui

Perfecta ſciẽtia nubiũ,hoc eſt,apoſtolorũ,eſt cũ oĩa bona ſolicitè agũt,& ſe de ſuis meritis nihil eſſe ſciũt.Vnde & ipſę nubes de hac perfecta ſciẽtia docent:quũ eis voce veritatis dicit: Dum feceritis oĩa quę pręcepta ſunt vobis,dicite:Serui inutiles ſumus.Perfecta ergo ſciẽtia eſt ſcire omnia:& tamen iuxta quendam modum ſcientem ſe eſſe neſcire . Iob.37.c. Hanc perfectam ſcientiam ſibi arrogant ſuperbi:vt Elihu.Iob.36.a.

Gre.5.mor.14. — Patientia

Perfectio viarum,hoc eſt,operum eſt in eo,qui erga imperfectionem proximi impatiens nõ eſt.Nam qui alienam imperfectionem ferre non valens patientiam deſerit,ipſe ſibi teſtis eſt,ꝙ perfectè necdum proficit.Iob.4.b.

Hila.ſ.ps.138 Aug.ſ.ps.138. — Deitas in Chriſto. Membra Chriſti

Imperfectum Dei dici poteſt deitas in Chriſto:non quòd ei aliquid deſit, ſed quia non eſt facta:vt imperfectum ſit idem quod infectum, hoc eſt, non factum.ps. 138. Vel imperfectum Chriſti erant membra corporis eius:vt apoſtoli in paſsione.

Hie.ſ.Iſa.18. — Opa hypocritarum

Perfectio immatura dicit̃ eſſe in opibus,quæ in hac vita mercedem recipiunt.Iſa.18.c.

Hie.ſ.Iere.13. Glo.or.ſ.Iere.13. — Infidelitas iudæorũ. Deſtructio Hieruſalem.

Perfecta tranſmigratio Iudæę fuit:quia in totum à fide deciderunt. Et quia ita eſt deſtructa Hieruſalem,iudæiq; diſperſi:vt nec illa amplius ſit reparanda,nec illi eò redituri . Ieremi.13.c. Omnes declinauerunt.

Hie.ſ.Iſa.32. — Lausſimulata phariſæorum

Perficiebãt ſimulationẽ ſcribæ & phariſæi,quum fraudulenter laudabãt Chrm.Iſa.32.b.

## *Perfodere, Perforare, uide Foramen.*

## *Pergere, uide Ire. Peribolus, uide Circumire.*

## *Periclitari, Periculum.*

Rup.ſ.Ionam.1. — Tentari

PEriclitari eſt periculum ſubire:Periculum autem eſt ſalutis diſcrimen, aut alicuius alterius rei in precio habitæ.

Baſi.& Arn.ſ.ps.114 Hie.ſ.ps.114.

Periclitari dicitur nauis,quũ quis in periculis tentationum huius vitæ verſatur. Ionæ.1.a.Et quum prædicatio Chriſti multas patiebatur calumnias & perſecutiones Iudæorum.

Pericula inferni ſunt peccata,propter quæ obnoxius quis eſt pœnę inferni. Suggeſtiones etiam diaboli pericula inferni dici poſſunt.ps.114.

## *Perimere, uide Interficere.*

## *Peripſema.*

PEripſemata dicuntur purgamẽta, & ramenta,& ſcobes ac ſordes,quæ abijciuntur. Ponitur in hyperbolen rei contemptibilis.1.cor.4.c.

## *Perire, uide Mori.*

## *Periſcelis.*

Directio greſſuum

PEriſcelis eſt ornamenti genus circa crura,quo mulieres vtebantur. Deſignare poteſt directionem greſſuum.Iſa.3.d.

## *Peritus, uide doctus. Periurare, uide Iurare.*

## *Perizoma.*

Amb. de paradi.13. — Excuſatiões peccati

PErizoma dicit̃,quod circũcingit corpus: & videtur poni ꝓ pudendorũ velamine. gen.3.b. Deſignare autem pŏt excuſationes & tegumẽta peccati,quibus vtebant̃ Adam & Eua.

## *Permanere.*

Arno.ſ.ps.118. Am.ſ.ps.118.ſer.12. Hila.ſ.ps.118. Hie.ſ.ps.71. — Filius ſemper cum patre. Duratio eccleſiæ

PErmanere eſt,vſq; ad finem manere.

Permanet verbũ Dei in cœlo:quia filius nunq̃; à patre diſcedit.Vel permanet in cordibꝰ iuſtorum.Vel permanet in angelis:quia hoĩes in hac vita mutantur.Vel permanet in cœlo:quia cœlorũ obediẽtia eſt perpetua.ps.118.Permanet etiã filius cũ ſole,quia ſemper eſt cũ pr̃e. ps.71 Permanet etiã cũ ſole Chrs,vel corpus eius:q̃a tãdiu durabit eccleſia,quãdiu erit ſol vel tẽpus.

Aug.ſ.ps.118. — Stabilitas iuſtorum & eccleſiæ

Permanẽs terra deſignat ſtabilitatem iuſtorũ.ps.118.Et permanet cætus filiorũ Iſrael coram Deo,quia perſeuerat eccleſia Deo grata,& ĩ Chro fundata. Ier.30.d. Synagoga nõ permanet: quia fundata ſuper arenã terrenarũ promiſsionũ: & quia ſeruus non manet in domo ĩ ęternũ.

Amb.de Noe.3. Philo.de gigantibꝰ. — Spiritus Dei nõ ſemper in homine.

Non permanet in homine ſpiritus Dei,quia caro eſt, & mutabilis. Vel licet aliquando maneat per bonas cogitationes:non tamen permanet:quia ſtatim homines eum abijciunt.gen.6. a.In



a.In Chriſto vero dicitur manſiſſe,in quo manet in æternum.Ioan.1.e.

Mutabilitas hõis — Gre.11.mor.17.

Nunquam permanet homo in eodem ſtatu.Iob.14.d.quia dum infantia ad pueritiam,pueritia ad adoleſcentiam,adoleſcẽtia ad iuuentutẽ,iuuentus ad ſenectutẽ, ſenectus trãſit ad mortem in curſu vitæ pręſentis ipſis ſuis augmentis ad detrimenta impellitur . Et inde ſemper deficit,vnde ſe proficere in ſpatium vitæ credidit. Fixum enim ſtatum hic habere non poſſumus: vbi tranſituri venimus:atq; hoc ipſum noſtrum viuere,quotidie à vita tranſire eſt. Quem videlicet lapſum primus homo ante culpam habere non potuit:quia tempora cõſtanter tranſibant: ſed poſtq̃; deliquit:in quodam ſe quaſi lubrico temporalitatis poſuit : & quia cibum comedit vetitum,ſtatus ſui protinus inuenit defectum.

## *Permittere, uide Concedere. Pernicies, uide Deſtruere.*

## *Perpendiculum.*

PErpendiculum eſt inſtrumentum fabri materiarij,ſeu cęmentarij,quo,plumbo à filo & gnomone pendente,rectitudo ſeu obliquitas operis perpenditur,hoc eſt,examinatur.

Crux Chriſti.

Perpendiculum extendendum ſuper Hieruſalem,deſignat crucem Chriſti in eccleſia dilatandam.Zachar.1.c.

Firmitas diuinæ ſententiæ. — Hie.ſ.Iſa.34.

Perpendiculum in deſolationem deſignat ſententiam Dei firmam & immutabilem, qua caſtigare decreuit.Iſa.34.c.

## *Perpetrare, uide committere.*

## *Perpetuus, Iugis, Sempiternus, Semper.*

PErpetuum idem eſt ꝙ continuũ,minimeq; interruptum, quod & Iuge dicitur.Sempiternũ autem eſt æternum vel perpetuum.

Charitas. — Glo.int.ſ.Leui.6.

Perpetuus ignis eſt charitas,quæ nunq̃; excidit.Leui.6.b.

Immutabilis dilectio Dei. — Gloſ.ordi.ſ. Iere.31.

Perpetua charitate dilexit Deus Iſrael,vel animam:quia non mutatur in dilectione. Vel dicitur quia non per merita ſaluat,ſed per gratiam.Iere.31.a. Sempiterna quoq; miſericordia eius eſt:quia in perpetuum ſaluat.Iſa.54.c.Et ſalus eius dicitur eſſe in ſempiternum.Iſa.51.e.

Lex naturalis. Lex gratiæ. — Ori.ſ.Leui.ho.13. Hier.ſ.Iere.32.&ſ. Ezech.16. Glo.int.ſ.Leui.3.

Sempiternum pręceptum,& ſempiternum fœdus,eſt lex naturalis:& etiam lex noua,in qua eſt perpetuum ius.Exo.29.e.Leui.3.d.7.d.10.b.24.a.Iſa.24.b.55.a.61.c.Eze.16.g.37.g.

Perpetuitas eccleſię — Glo.ordi.ſ. Exo.12. Beda.ſ.Exo.27.

Perpetuus ritus ſeu cultus,aut perpetua religio Phaſæ,dicitur, vel quia nõ erat ſpõte pręter mittendus:vel quia quod ſignificabatur erat perpetuum: vnde perpetuus cultus eſt in eccleſia. Exo.12.c.27.d.28.g.29.g.Leui.6.b.7.d.

Perpetuum ſacerdotium legi nouæ. — Glo.ord.ſ.Exo.40.

Sempiternum ſacerdotium non erat legis veteris,niſi ſecundum ꝙ erat ſignum ſacerdotij legis nouæ,quod reuera eſt ſempiternum.Exod.40.b.

Implens Chriſtus ꝓmiſsiones. — Hie.ſ.Iſa.9.

In ſempiternum dicitur confirmare Chriſtus regnum Dauid, quum implet promiſsiones. (Iſaiæ.9.d.

Vita immaculata. Perſeuerãtia oṙonis — Ori.ſ.nu.ho.23.

Perpetua oblatio,& iuge ſacrificium eſt vita immaculata,quæ ſemper eſt grata Deo.Exod. 29.g.Leui.6.b.num.28.a.Et ſempiternum thimiama eſt perſeuerantia orationis.Exo.30.a.

Memoria paſsionis Chriſti. — Glo.ord.ſ. Exo.28.

Semper exiſtens lamina in fronte pontificis,deſignat totum hominem ſubiectum debere eſſe diuino ſeruitio:& continuam habendam memoriam paſsionis Chriſti.Exo.28.g.

Dolor Chriſti. — Glo.int.ſ.Ier.15.

Perpetuus dolor eſt, qui ſine intermiſsione affligit : talis erat dolor Chriſti in paſsione : cui non fuit datus reſpirandi locus.Iere.15.d.

Obtẽperare legi.

In perpetuum credere Moſi eſt ſemper obtemperare legi. Exo.19.a.

Exiſtentia ĩ inferno — Glo ordi.ſ.thre.3. Hie.ſ.Ezec.26.

Sempiterni mortui ſunt,qui non ſperant liberari,hoc eſt,qui ſunt in inferno.thre.3.a.Dicuntur etiam ſempiternus populus.Eze.26.d. Qui deſcẽdunt in lacum ad populum ſempiternum.

Diabolus. Poteſtas mundana. — Glo.ordi.ſ. Eze.35.

Sempiternus inimicus filiorum Iſrael dicitur mons Seir.Eze.33.a.deſignãs diabolum aduerſarium fidelium,& poteſtatem mundanam & terrenam.

Seruitus diaboli. — Gre.33.mor.18 19.

Sempiternus ſeruus Dei dicitur Leuiathan.Iob.40.d.quia diabolus nunc ſeruit Deo in tentandis iuſtis:& poſtea ſeruiet,quãdo iuſti eius cruciatus conſpiciendo,in Dei laudibus creſcẽt.

## *Perplexus.*

PErplexus eſt intricatus,vel implicitus,& qui explicare ſe nequit.

Perplexitas peccatorum. — Gre.32.mor.19. Hie.ſ.Iob.40.

Perplexi dicuntur nerui teſticulorum Behemoth.Iob.40.a. Quando ſic nos argumenta hoſtis illigant, vt culparum nodi vnde quęruntur ſolui, inde durius aſtringant : vt quum quis penſare pondus honoris eccleſiaſtici negligens,ad locum regiminis præmijs aſcendit. Sed quia omne quod hic eminet,plus mœroribus afficitur, q̃; honoribus gaudet:dum cor tribulationibus premitur, ad memoriam culpa reuocatur:doletq; ſe ad laborem cum culpa perueniſſe : & q̃; ſit iniquum quod admiſerit,ex ipſa fructus difficultate agnoſcit. Reum igitur ſe cum impenſis pręmijs agnoſcens,vult adeptę ſublimitatis locum deſerere: ſed timens ne grauius delictum ſit ſuſcepti cuſtodiam reliquiſſe, vult ſuſcepti gregis curam gerere : Sed formidat ne deterior culpa ſit regimina paſtoralis gr̃æ empta poſsidere.Per honoris ergo ambitũ ligatũ culpa hinc inde ſe cõſpicit.Vel ſunt ꝑplexi,quũ graues & penè in extinguibiles voluptates inhoĩbus excitãt.

Perſa,

## Perſa, Perſis.

PErſa.i.frangens,ſiue diuidens,aut vngula,vel gryphus,vel tentans.Perſis autem eſt regio orientalis,vltra Aſſyrios & Babylonios:vnde dicuntur Perſæ.

[Hie.ſ.Eze.27.] Perſę.i.tentantes ſunt dæmones, qui nituntur perdere mundum. vel interpretantur tentati, & deſignat eos,qui tentationi ſuccumbunt.Iſa.21.a.Iuxta ſeptuaginta.Eze.27.b. [Dæmones. Codẽtes tentationi.]

## Perſequi, Perſequutor.

PErſequi eſt valde vel perfectè ſequi. Eſt autem interdum afficere.Iob.19.d. Stipulam ſiccã perſequeris.Et inſectari.Ioſu.8.d.Qui perſequebantur Ioſue.Et inſequi fugientem. Gene.35.a.Non ſunt auſi perſequi recedentes.

[Gre.11.moral.24.& 14.mor.25.] Perſequi dicitur Deus ſtipulam ſiccam,quum magna rectitudine impetit & caſtigat hominem,qui viriditatem intimi amoris perdidit.Iob.13.d.19.c.Et perſequitur detrahentem ſecreto proximo ſuo,vt ipſa perſequutione emendetur.ps.100. [Caſtigatio Dei.] [Hie.ſ.Iſa.41.] Perſequitur etiam Chriſtus gentes eas conuertendo,perſequitur vero dæmones,ipſos confundendo.Iſa.41.a.

[Ori.ſ.Leui.ho 16. Aug.epiſt.50. Iſyc.ſ.Leui.26. Gre.ſ.1.reg.7. Hie.ſ.Iſa.30.] Perſequi inimicos eſt ab aliorum mentibus prędicando dæmones eijcere. Leui.26.a.Et perſequi inimicos donec deficiant, eſt caſtigare malos, donec emendentur.ps.17. Perſequi autem Philiſtęos eſt vincere dæmones per bona opera.1.reg.7.c. Perſequũtur etiam veloces alios veloces fugientes,quum doctores eccleſiæ conuincunt hæreticos.Iſa.30.d. [Prædicando eijcere dæmones. Caſtigare malos. Conuincere hæreticos.]

[Gre.ſ.1.reg.14.] Ceſſans Saul à perſequutione inimicorum,deſignat prædicatorem poſt prædicationem redeuntem ad ſeipſum corrigendum.1.reg.14.g. [Rediẽs prædicator ad ſe.]

[Baſi.ſ.ps.33. Hie.ſ.Iſa.51.] Perſequi pacem eſt in omnibus pro ſcopo illam habere.ps.33. Et perſequi iuſtitiã eſt in omnibus eam diligenter ſeruare.Iſa.51.a. [Amor pacis & iuſtitiæ.]

[Hie.ſ.Eze.35.] Perſequi dicitur ſanguis montem Seir.Eze.33.b. quãdo ſancti clamant aduerſus mundanos: vindica domine ſanguinẽ noſtrum. [Vindicta ſanctorum in malos.]

[Hie.ſ.Iſa.8.& ſ.na.1] Perſequitur caligo malos,quando confunduntur ab erroribus ſuis.Iſa.8.d. Et perſequuntur tenebræ inimicos Iſrael,quum mittuntur in tenebras exteriores.1. Nahũ.b. [Confuſio malorum]

[Aug.epiſt.48.] Perſequens Iſmael Iſaac,deſignat eccleſiam magis pati perſequtionẽ ſuperbia & impietate carnalium:quando eos temporalibus terroribus atq; moleſtis emendare conatur.Gala.4.g. [Labor eccleſiæ i correctione malorum.]

[Glo.ord.ſ.gen 31. Gre.14.mor.25.] Perſequens Laban Iacob deſignat mundum perſequentem bonos ipſum fugientes.Gene.31.c.Perſequuntur autem mali bonos ſicut Deus.Iob.19.b. Quia tandem perſequutionem,quam Deus permittit,ipſi exercent.Sed dum vna cauſa cum Deo etiam per eos agitur:non tamẽ voluntas vna in eadem cauſa ſeruatur:quia cum omnipotens Deus amãdo purgationem exhibet, iniuſtorum prauitas ſæuiendo maliciam exercet.Et perſequuntur ſicut Deus,quum ita ex infirmitatibus miſerum affligunt,ac ſi ipſi more Dei de infirmitate nihil haberent. [Mundus perſequens bonos.]

[Baſi.ſ.ps.7. Amb.ſ.ps.118.ſer.11] Perſequens Pharao filios Iſrael, deſignat diabolum perſequentem fideles. Et fuerunt maiores eius perſecutiones,quando voluerunt filij Iſrael exire de Aegypto:quia diabolus grauius tentat eos,qui ab ipſo recedere volunt.Geneſ.35.a. Exod. 5.b.14.b.15. b, Perſequitur autem crudeliter:quia animas ipſas perdere nititur.Iſa.14.b. Perſequentes autem animam ſunt dæmones,caro,& mundus:à quibus petendum eſt liberari.ps.7.118.142.Thre.1.a. [Perſequẽtes dæmones animam, & mundus & caro.]

[Ori.ſ.Mat.ho.26. Hie.ſ.Mat.10.] Perſequuntur prophetas de ciuitate in ciuitatẽ, qui ſenſum euangelicum à propria ciuitate expellentes,ad extraneam ciuitatem,hoc eſt,ad extraneum ſenſum ipſum euangelium transferunt.Matth.13.d. [Dare extraneũ ſenſum euangelio.]

[Hila.ſ.ps.142. Cre.ſ.ps.142. Arno.ſ.ps.108. Aug.ſ.ps.118.] Perſequens Abſalom Dauid patrem ſuum, deſignat perſecutionem Iudæ & Iudæorum in Chriſtum.ps.142.in titu. Et perſequentes hominem inopem ſunt Iudæi perſequentes Chriſtũ.ps.68.108.141.Et principes Iudæorum perſequuti ſunt Chriſtum & corpus eius gratis:quia ſine vlla cauſa.ps.118. [Perſequentes Iudæi Chriſtum & membra eius.]

Perſequens diſpenſator Ioſeph fratres ipſius diſcedentes.Gene.44.a.

## Perſeuerare, Perſiſtere.

PErſeuerare eſt cum animi conſtantia,& quaſi quadam ſeueritate continuare.

[Hila ſ.ps.118.] Perſeuerans dies ordinatione Dei,deſignat durationem iuſtorum,aut ipſam æternitatem perpetuo durantem.ps.118. [Duratio iuſtorum. Aeternitas.]

[Amb.ſ.Luc.11.] Perſeuerat pulſando, qui aſsiduæ orationi inſtat.Lucæ.b. Ad hoc facit perſeuerare in fide, quod eſt neceſſarium ad orationem.Coloſ.1.c. [Inſtantia orationis.]

Perſeuerans lepra,eſt durans peccatum.Leui.13.g.14.f. [Durans peccatum]

[Gre.12.mor.23. Hie.ſ.Iob.15.] Non perſeuerat ſubſtantia ſuperbi.Iob.15.d.quia hoc quod habere videtur exterius,tranſit: & illud quod tranſire non poterat interius non habet:vel non perſeuerabit collectio vitiorum ſuperbi,quia vita eius pręciditur:ne poſsit addere peccata peccatis.

[Glo.int.ſ.gen.37.] Perſeuerantia Iacob in fletu,deſignauit continuam perfidiam Iudæorum:qui nolunt conſolari credendo.Gene.37.g.





## Perſona.

PErſona iuxta philoſophos eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia. Et ſæpe ſumitur pro facie conficta,quę naturalem faciem tegit:vnde perſonati dicuntur. Perſona autem dicitur imponi alicui,cui aliquod munus,aut prouincia committitur:& accipere aç conſiderare perſonam viri,eſt habito reſpectu,ad aliquam alicuius qualitatem:vt ad honores,ſeu potentiam,aut ediuerſo paupertatem,aliquid iniuſtum illius gratia agere,aut iudicare.Leui.19.c. Non conſideres perſonam pauperis.Deut.1.c.10.d.16.d.Iudi.11.c.Iob.32.d.34.b.Eccl'ici.20.c.21.d.Iſaię.42.a.Matth.22.q.2.cor.2.c.

Perſonæ etiam dicuntur phantaſmata.Sapi.17.a. Perſonæ triſtes illis apparuerunt.

## Perſpicuum, uide Clarum.

## Pertinax, Pertinacia.

PErtinax dicitur, qui nimis eſt tenax:& ſumitur pro obſtinato:qui ſcilicet in re,quam ſemel animo concepit,nimium firmiter perſiſtit.

[Odium ſcribarum. Incentiue carnis.] Pertinax furor Simeon & Leui deſignat perſeuerans odium ſcribarum & Phariſæorum in chriſtum.Deſignat etiam incentiua carnis, quę obſtinatè perſeuerant in homine.gene.49.a.

## Pertinere.

PErtinere eſt idem quod pertingere,peruenire,& attinere.Item exigi.Gene.14.b. Vniuerſa quę ad cibum pertinent.Incumbere.nu.4.b.Ad cuius pertinẽt curam.Spectare.Exod.9.a. Ex his quę pertinent ad filios.

[Chriſtus hoſtia ſacerdos.] Pertinens ad ſacerdotem offerentem hoſtia pro peccato & pro delicto, deſignat hoſtiam,q̃ eſt Chriſtus,qui ſimul fuit hoſtia & ſacerdos. Leui.7.a.10.c.14.b. [Glo.ordi.ſ.Leui.7.]

[Studium ſacræ ſcripturæ.] Pertinentia ad veſcendum ſunt,quę pertinent ad ſtudium ſacrę ſcripture.Exo.12.c. [Glo.int ſ.Exo.12.]

Pertinentia ad filios Iſrael non læduntur à peſte & grandine.Exo.9.a.

[Explere voluptates obſtinatè.] Non pertinet ad ſuperbum de domo ſua poſt ſe. Iob.21.c. Quia & ſi nunc pro ſummo bono concupiſcit germen generis habere:domum familia & opibus explere, & diu in hac carnis corruptione viuere,ſi tamẽ aliquid forte ad eius deſiderium veniat, quod tamẽ niſi cum offenſione conditoris obtinere nequeat: eius animus ad paululum perturbatus cogitat, quia ſi hoc egerit,vnde offenſam ſui conditoris incurrat:in domo:in filijs & in vita percutitur. Sed ſuperbia ſua protinus inſtigatus obdureſcit, & quãlibet in vita, aut in domo percuſsionem ſentiat, nequaq; curat: dummodo quę cogitauerit expleat & quouſq; viuit, voluptates ſuas perficere non deſiſtit. [Gre.15.mor.22.]

## Pertingere, Attingere.

PErtingere eſt perfectè tangere & conſequi.

[Potentes ſuſtentantes prædicatores.] Pertingentes vectes tabularum tabernaculi à ſummo vſq; ad ſummum,deſignant potentes in eccleſia ſuſtentantes ſufficienter prędicatores in temporalibus. Exo.26. [Rup.4.ſ.Exo.12.]

[Prædicatio Chriſti ad gentes. Peruenire inſidias.] Pertingere terminum Zabulon vſq; ad Sidonem.Gene.49.b.Eſt prædicationem Chriſti extendi ad gentiles,& etiam ad peiores gentilium.Pertingit etiam ille vſq; ad Sidonem, qui præuenit inſidiatorum doloſam machinationem, ſiue malignorum ſpirituum ſiue perfidiorum hominum. [Ricar.de.ſ.victo.de 12.pſiar.43.]

[Superbia. Negatio prouidentiæ. Elatio ſenſuum.] Pertingens turris quam ædificabant gigantes,vſq; ad cœlum. Gene.11.a.deſignat ſuperbiam pertingentem vſq; ad contẽptum Dei.& negationẽ prouidentię aut iuſtitiæ diuinę.Deſignare etiam poteſt elationem ſenſuum aut concupiſcentiæ vſq; ad mentis ſuggeſtionem. [Phi.de confu.ling.]

## Peruалidus, uide Fortis.

## Peruenire.

PEruenire eſt ad finem venire.

[Aſſequi perfectionẽ patrum.] Peruenire aut non peruenire ad dies patrum, videtur eſſe aſſequi eorum perfectionem, aut non aſſequi.Gene.47.b.

[Docilitas.] Peruenientes filij Iſrael vſq; ad montem Sinai,vbi acceperunt legem.Exo.19.a.deſignant paratos ad percipiendam doctrinam.

[Suſtentatio prædicatorum.] Perueniens vectis tabularum tabernaculi ab angulo vſq; ad angulum.Exo.36.d. deſignat ſuſtentationem prędicatorum per principes ſeculares. [Rup.4.ſ.Exo.12.]

[Sacerdotium vetus vſq;ad Chriſtum.] Peruenire domum Eli ad virilem ætatem.1.Reg.2.g. Eſt ſacerdotium Iudæorum peruenire vſq; ad tempus Chriſti. Vel eſt cum ordinandi perueniunt ad tempus, quo recipere debeant ordines. [Gre.ſ.1.reg.2.]

[Conuerſio inutiliũ.] Peruenire pugnam vſq; ad Bethauen.1.reg.14.d.Quando ij qui videbantur inutiles,conuertuntur ad fidem. [Gre.ſ.1.reg.14.]

*Hie.ſ.Iſa.16.* — *Diſsipatio hæreticorum.*

Peruenire dicuntur domini gentium vſq; Iazer.Iſa.16.c.quum apoſtolici viri veniunt ad diſſipanda fortiſsima dogmata hæreticorum.

*Glo.int.ſ.Iere.4.* — *Secare vitia animæ.*

Peruenit gladius vſq; ad animam.Iere.4.c. quando nil vitale relinquit in anima,ſiue in bono,ſiue in malo.In bonum enim penetrat gladius,vt ſecet & purget vitia.

*Hie.ſ.Eze.16.* — *Augmentum ſp̃uale*

Peruenit Hieruſalem ad mundum muliebrẽ,hoc eſt, ad tempus quo mulieres amari poſſunt. Eze.16.a.Et deſignat animam ſpiritualiter creuiſſe,& ornatam eſſe virtutibus.

*Gre.16.mor.15.* — *Vincere dæmones.*

Peruenit ad victoriam iudicium hominis,quum inſidiantem aduerſarium abſolutus per aduentum Chriſti victor excludit.Iob.23.b.

*Glo.int.ſ.exo.22.* — *Iudices fidei ſacerdotes.*

Peruenire cauſam aliquorum litigantium ad Deos,hoc eſt ad iudices.Exo.22.b.Eſt cauſam fidei decernendam eſſe per ſacerdotes,vel catholicos doctores.

*Multiplicata vitia Iudæorum.*

Perueniunt principes Iudæorum aut hæreticorum vſq; Hanes.Iſa.30.a. Cum in omnes errores & vitia Aegypti,hoc eſt,huius mundi ſe extendunt.

*Glo.ordi.ſ. thre.4.* — *Punitio malorum.*

Peruenit calix ad filiam Edom,quando mundani caſtigantur.Thre.4.d.

## Pes.

PEdes dicuntur, quibus vtimur in gradiendo: ſuntq; infima pars corporis:& aliquando pedes dicuntur ipſi greſſus.Pro.1.b.Pedes illorum ad malum currunt. Per metaphoram pedes ſunt ſuſtentantes aliquid:vt pedes menſæ,pedes ſtatuę.Item pedes,pro cõſpectu.deut.33.a. Qui appropinquant pedibus eius.Pro defectu.ps.9.Comprehenſus eſt pes eorum.Pro dominio ſeu imperio.Iudith.14.a.Dominus conteret eos ſub pedibus veſtris.

*Euch. form.ſp̃ial.1 Cyril.contra.Iuli.5. Aug.83.q 52. & d eſſent.diuinita. Ori.ſ.gen.ho.1. &.ſ Iſa.ho.1.4. Hie.epi.et factũ eſt. Ber.ſer.5.d ver. Iſa. Beda.ſ.gen.18.* — *Natura diuina. Aeternitas Dei. Prouidentia Dei. Dominium Dei. Præcepta Dei. Iudicia Dei. Vltima mundi.*

Pedes Dei,aliquãdo deſignãt diuinam naturam & ſtabilitatem æternitatis eius: ſub quibus pedibus dicitur eſſe caligo.ps.17.98.1.par.28.a.Iſa.66.a. deſignant etiam vim illam Dei, quę in oĩa cuſtodienda & gubernanda,ptenditur:& viam latam & amplã eorum quæ ſingulis fiũt: & profunditatem ſeu abyſſum iudiciorum Dei:& dominiũ eius:& ſtabilimenta virtutis eius : & etiam pręcepta eius:& vltimã partẽ prouidentiæ eius:& vltima mũdi futura. geneſ.18.a.19.a. Exo.24.c.2.reg.22.a.Iſa.6.a.66.a.

*Aug.de eſſent. diui. Damaſ.li.1.cap.1.7. Ber.ſer.5.d ver.Iſai. Beda.ſ exo.12. Ori.ſ Iſa.ho.1. Arn.ſ.ps.67. Aug.83.q 62. Gre.ho.12.33.* — *Humanitas Chriſti. Incarnatio. Humilitas Chriſti.*

Pedes etiam dici poſſunt humanitas Chriſti,quam etiam ſignificant pedes agni. Exod.12.d. 24.c.ps.17.Iſa.6.c.Zach.14.a.Pedes etiã ſunt oĩa,quę ad incarnationem & opera diſpenſationis ſpectant.Leui.4.c.8.d.9.c.ps.8.67.Luc.7.f.Idem deſignant pedes vituli ſeu arietis:deſignatur etiam in his humilitas Chriſti. Pedes eius dicuntur ſimiles aurichalco . Apoca.1.d. quia ſicut aurichalcum multis ignium impendijs ex ære perducitur ad colorem auri:ita & illa humanitas per multas tribulationes paſsionis & mortis perducta eſt ad gloriam diuinitatis.

*Euch form. ſp̃ial.1. Ber. ferm. de Maria Mag.&.ſ cant.ſer.6* — *Miſericordia & iudicium.*

Pedes Chriſti quos lauabat,& oſculabatur,& vngebat peccatrix , deſignare poſſunt miſericordiam & iudicium.Luc.7.f.

*Ori.ſ.gen.ho.17. & ſ.Mat.cap.15. Amb de Tobia.22. Hie.ſ.Iſa.52. Augu.83.q.62.& de eſſen.diuini.&.ſ.ps. 60.131.&.ſ.apo.h.17 Grego.19. mor.11.12 &.ho.31. Cle ſ.Alex.2.pæd.8 Hier.ſ. Iob.30. &.ſ. ps.30. Aug.ho.24. Rup.ſ.Zach.13.* — *Pacifici. Infirmi eccleſiæ. Apoſtoli & prædicatores. Doctrina Chriſti. Eccleſia vltimi temporis.*

Pedes Chriſti qui currunt ad faciendam pacem &c.ſunt pacifici:& etiam extrema eccleſiæ, hoc eſt,pauperes & infirmi in eccleſia.Item apoſtoli & prædicatores.deute.33.a.ps.37.67.131. Iſa.52.b.Mat.15.c.Luc.7.f.Ioan.12.a.Et pedes Chriſti, qui vnguntur vnguento odorifero,ſunt apoſtoli prophetia delibuti, qui ſuaue olentis vnguenti nempe ſancti ſpiritus participes ſunt. Adoramus autem in loco vbi ſteterunt pedes eius,hoc eſt,quo pedes eius apoſtoli peruenerunt: per quos prædicatus venit ad fines terræ. Hi pedes lauantur butyro.Iob.29.a.Pedes etiam eius vt columna ignis ſunt apoſtoli ac prædicatores.Apoc.10.a.Extrema quoq; Chriſti vita in mũdo,pedes eius dici poteſt.Nahũ.1.d.Rom.10.c.Pedes quoq; eius qui vnguntur vnguẽto odorifero, diuinam eius doctrinã ſignificant : quæ cum inſigni gloria orbem terræ peruadit.Exijt enim ſonus eorum in fines terræ. Pedes quoq; igniti ſunt eccleſia vltimi temporis, quæ multis tribulationibus velut igne probabitur . Apoca.1.c.Pedes etiam Iob , hoc eſt , Chriſti , quos ſubuerterunt Iudæi , ſunt apoſtoli & prædicatores , qui portant nomen Chriſti : qui etiam dicuntur pedes egentis hominis. Iob.28.a.30.a.Pſal.30.Zachar.14.a.

*Gre.19.mor.11.20. Glo.int.ſ.Thren.1.* — *Prædicatores.*

Pedes eccleſiæ dicuntur ſancti prædicatores,qui lauantur butyro,quando pinguedine boni operis infunditur atq; mundatur puluis collectus de gloria prædicationis . Iob.29.a. Et ſordes ſunt in pedibus,quando vitia ſunt in doctoribus.Thren.1.c.Quod etiam intelligitur in doctoribus Synagogę,qui pedes erant ipſius Synagogę.Pes etiam claudi dicitur eſſe doctor,qui exẽplo & doctrina ſimplices deducit.Iob.29.c.Pedes quoq; eccleſiæ dici poſſunt minores & humiles in eccleſia:& ipſe populus:& viſitantes infirmos.& exercentes opera miſericordiæ.Et pedes vniuſcuiuſq; dici poſſunt filij,aut ſerui,per quos operatur.Mat.18.b.Iſa.60.a.A plãta pedis vſq; ad verticem percuſſus Iob,deſignat perſecutiones, quas patitur eccleſia ab infimis,vſq; ad ipſum caput Chriſtum.Iob.2.b.30.b.

*Ori ſ.Mat.ho.5.&.ſ. Roma.11. Greg.3. mora.14.& 20.mor.22.* — *Minores & humiles in eccleſia. Exercẽtes opera mi*

*Diony. cœleſt.hierar.15.* — *Celeritas angelorũ*

Pedes in angelis deſignare poſſunt mobilitatem , celeritatem , atq; curſum ſempiterni motus ad diuina tendentis. Exod.4.f. Tetigit pedes eius : quod aliqui intelligunt de angelo , aliqui de Moſe.

*Ori.ſ.exo.&.ſ.Mat. ho.5.20. &.ſ. Iudi. ho 8. Baſi.ſ.ps.37.* — *Potentiæ animæ. Affectus voluntati*

Pedes animæ dici poſſunt pręcipuę animæ potentiæ,hoc eſt,intellectus & voluntas: & peculiariter voluntas,& eius affectus,quibus ad bona vel mala incedit.gene.41.f.47.e.Exod.3.b. 21.c.30.c.40.d.1.reg.2.b.ps.9.17.25.37.38.65.72.90.104.118.120.121. Prouer.3.c.Cantico.5.b. Iſa.20.a.



*Actiones.* — *Amb.de.vir.3.& p. lo.de de ſp̃ũ ſctõ. Hyc.ſ. Leui.1. Philo.de victimis. Hie.ſ.ps.24. Gre.4.mor.40.*

Iſa.20.a.23.b.49.f.52.b.Iere.14.b.Luc.9.a.Matth.5.f.18.a.Et pedes lauare eſt à voluntate ternos affectus amouere,& ad cœleſtia euolare.Eſt etiam actiones mundare:quæ ita pedes dicuntur,vt pręſens ſeculum viam appellare prophetæ conſueuerunt.Leuiti.1.b.Ioann.13.a.Roman. 10.c.Pedes ligati ſunt potentiæ impeditæ. Matth.22.b.Pedeſtres ſequuntur Chriſtum,qui animo & voluntate ſequuntur.Matth.14.b. Pes hominis aut iumenti non tranſit per Aegyptum, quum affectus non illuc accedunt. Ezech.29.c.Iob.18.b.23.c.31.a.Pedes etiam animæ ſunt ipſi ſenſus.ps.24.39.Pedes item animæ geminam charitatem, Dei videlicet & proximi ſignificare poſſunt.Pedes Mariæ,ſub quibus ponitur luna. Apo.12.a.ſunt affectus, ſub quibus habebat omnia terrena & mutabilia.

*Senſus. Gemina charitas.* — *Aug.ſ.ps.33. Glo.ord.ſ.apo.12.*

*Extrema tempora.* — *Ori.ſ.Exo.ho.12.*

Pedes Moſis diſcalceati deſignant extrema tempora,quando videlicet dimiſſa eſt ſynagoga à lege,vt acciperet eam Chriſtus.Exo.3.b.

*Mentes ſimplicium.*

Pedes bouis & aſini mentes ſimplicium ſignificare poſſunt.Iſa.32.d.

*Opera.* — *Hie.ſ Iere.2. Cyril.cõc.Iulia.9. Hyc.ſ.Leui.8. Gre.11.mor.25.&.31 mor.8.&.1.paſto.11. &.ſ.cant.5.&.ſ. Ezechie.ho.3. Glo.ordi.ſ. thren.1.*

Pedes quandoq; ſignificant opera,& ipſum principium operandi:& pedes calciati ſunt bona opera cum debitis circunſtantijs.Exod.12.b.Ideo prohibendi ſunt à nuditate, vt opera noſtra rectitudinem habeant.Iere.2.e.Hæc opera ſunt pedes ſponſæ. Cantico.5.b. Et pedes Aaron & filiorum eius ſunt bona eorum opera.Leui.8.d.21.d. Et pedes quatuor animalium recti ſunt opera recta. Ezech.1.b.Pedes vituli offerre, eſt perſeuerare in bonis operibus vſq; ad mortem.Leui.4.c.Iob.13.d.39.b.Pedes autem ſordidi ſunt opera immunda.thren.1.c.e.

*Fides.* — *Chry.ſ.ps.25.*

Pes ſtans in directo eſt fides recte incedens inter proſpera & aduerſa.ps.25.

*Directio operum.* — *Ori ſ.Leui.ho 8. Phi.3.de vita.Moſis Hie.ſ.Eze.1.*

Pes dexter pontificis,qui vngitur,directionem operationum in bonum ſignificat. Et totius vitæ tranſitum purgatum.Idem deſignat pes dexter leproſi.Leui.8.d.14.e.Et pedes animalium recti,deſignant velocem acceſſum à terrenis ad cœleſtia.Ezech.1.b.

*Fortitudo & humilitas. Fides & amor. Meditatio & orõ.* — *Gre.ſ 1.reg.2. Ber.ſer.1.de.ſ.Andr.*

Pedes ſanctorum,quos ſeruat dominus,ſignificant fortitudinem & humilitatem : fortitudine ſeruamur in aduerſis:humilitate in proſperis:Deſignare etiam poſſunt fidem & amorem.Pedes etiam ſunt meditatio & oratio:Meditatio docet quid deſit : oratio ne deſit obtinet.1. Regum.2.b.

*Vltimum præceptũ* — *Glo.int.ſ.Leui.13.*

Pedes aliquando ſignificare poſſunt vltimum legis pręceptum: vt in leproſo, qui tenetur lepra munda.Leui.13.b.

*Vita actiua.* — *Ori.in diuer.ho.10.*

Pedes ſiue pars pedum in monumento Chriſti,vitam actiuam deſignare poſſunt,quę in operando quaſi in gradiendo conſiſtit.Ioan.20.c.

*Conſilium.* — *Ori.ſ.Rom.3.*

Pedes quandoq; conſilium,quo agimus iter vitæ,ſignificare poſſunt.Rom.3.c.ps.72.

*Humilitas.* — *Glo.ord.ſ.ps.65.*

Pede pertranſire in flumine.ps.65.eſt per humilitatem tranſire tribulationes.

*Finis operandi aut vitæ. Neceſsitas.* — *Ricar. de.ſ.victo.& ſomnio Nabuch.25.*

Pedes ſtatuæ finem operandi,aut finem vitæ ſignificare poſſunt.Dani.2.e.vel deſignant neceſsitatem.Et pes ex parte ferreus ex parte teſteus deſcribitur, quia delicata mens nunc in eorum odium obturatur,per quos forte à ſuis deſiderijs reſtringitur:nunc vero cum cõcupita ſuppetunt,in eorum luxu reſoluitur.

*Fomẽta voluptatis.* — *Philo.2.allego.*

Pedes hoſtiæ lauandi deſignant fulcra voluptatis,aut fomenta mundanda.Leui.1.b.

*Senſus ſacræ ſcripturæ. Doctrina euãgelica* — *Beda.ſ Exo.25. Hyc.ſ Leui.14. Ricar.de.ſ. victo.& ſomnio Nabuch.34.*

Pedes menſæ quatuor.Exod.25.c.37.b. Quatuor ſenſus ſacræ ſcripturæ ſignificare poſſunt. Pedes autem euangelizantium,ipſam doctrinam euangelicam deſignare poſſunt.Et puluis pedum,eius interpretatio . Nahum.1.d. Pedes autem habet & non ambulat, qui habet profectum ſcientiam:& nouit quomodo ad anteriora ſe extendere oporteat: nec tamen ad profectum tendere curat.ps.113.

*Varia doctrina præter euangelicam. Abuſus euãgeliorũ.* — *Hſych.ſ.Leui.11. Glo.int.ſ. Leui.11.*

Pedes multi variam doctrinam pręter euangelicam ex quibus ſalutem ſibi aliqui promittũt. Deſignant etiam diuerſam ſpem.Et pedes quatuor in volucribus: aut alijs animalibus immundis, ſignificant abuſum quatuor euangeliorum.Leui.11.d.g.

*Profunditas inueſtigationis.* — *Ricar de.ſ. victo.& extermi.mali.23.*

Pes ſacerdotis eſt profunditas inueſtigationis: pedem in aqua Iordanis ponere, eſt profunda in ueſtigatione occulta penetrare.Ioſue.3.d.

*Conuerſatio ſacerdotis. Finis vitæ Chriſti.* — *Beda.ſ Exo.28. Rup.4.ſ.Exo.23.*

Pedes tunicę ſacerdotis conuerſationem ſignificare poſſunt.Exo.28.f.39.d. Deſignãt etiam finem vitæ mortalis Chriſti , quando magis rubuerũt mala punica & reſonarunt tintinnabula: quia in fine maxime dilexit ſuos.

*Senſus ſanctorum.* — *Beda.ſ.gene.8.*

Pes columbæ non inueniens requiem in terra.Gene.8.b.ſenſus ſanctorum ſignificat,qui nõ requieſcunt in terra.

*Carnale deſideriũ.* — *Ricar.de.ſ.victo.de ſtatu interio.hoĩs.2.*

Pes eſt carnale deſiderium:vt enim pes in imo iacet:ita carnale deſiderium per appetitum in fimis inhæret.Iſa.1.a.A planta pedis vſq; ad verticem non eſt in eo ſenitas.

*Amor ſeculi. Infidelitas Iudęorũ* — *Amb.2. de Iacob.7. Chry.ſ.ps.93. Ori.ſ nu.ho.14.*

Pes Iacob claudicans ſignificare poteſt amorem ſeculi,& infidelitatem: & peculiariter infidelitatem Iudæorum.Pes autem rectus amorem Dei,& credentes. Gene.32.e.Pes etiam Balaã attritus ab aſina,infidelitatem ſcribarum & phariſæorum ſignificat.num.22.e.

*Ablui ſãguine Chri* — *Amb.ſ.Luc.7.*

Pedem intingi in ſanguine deſignat carnem cuiuſq; tingendam & abluendam in Chriſti paſſione. Pſalm.67.

*Lapſus in ſuperbiã.* — *Aug.6.muſicę.16.& ſ.ps.35.*

Pes ſuperbiæ dicit diſceſſum & lapſum in ſuperbiam : & principium apoſtatandi à Deo. Pſalm.35.

Pedes aliquid infimum & contemptibile ſignificare ſolent: vt quum quid pedibus conculcari dicitur. Iſa.28.a. *Res vilis.*

*Hie.ſ.Amos.2. — Hæretici. Ingenium hæreticorum. Eloquentia & ſophiſmata. Miniſtri diaboli.*
*Aug.ſ.apoc.ho.10. Rup.8.ſ.apoc.*

Pedes quibus Pharao conturbat aquas, hæreticos ſignificare poſſunt: & eorũ ſuperbiã. Eze. 32.a.ps.35. Et pedum velocitas eſt acumen ingenij hæreticorũ, quo diſcurrunt per teſtimonia ſcripturarũ. Deſignat etiam oratorũ eloquentiam: & ſophiſmata dialecticorũ, quibus opprimere veritatem nituntur. Amos.2.d. Hi pedes ſunt tanquam vrſi, propter maliciã & veſaniã. apoc. 13.a. Hi ſunt miniſtri regni Perſarum, & Aman, feſtinantes ad effundendũ ſanguinẽ Iudęorũ.

*Gre.11 mor.25.*

Pes hominis ponitur in neruo, quando prauitatem illius Deus forti diſtrictionis ſuæ ſententia ligauit. Iob.13.d.

*Hie.ſ.Mat 18. Ber.ſer.2.de angel. — Filius. Puſillanimitas.*

Pes ſcandalizans ſignificare poteſt filios, aut inferiores: quorum affectus ſi amori domini pponatur, nos excludit à regno cœlorum: ideo abſcindendus. Mat.18.b. Poteſt etiã intelligi puſillanimitas & negligentia retrahens nos, ne proficiamus de virtute in virtutem.

*Beda.ſ.pro.25.*

Pedi laſſo comparatur, qui ſperat in homine in die anguſtiæ. pro.25.c.

## *Pedes, Pedites.*

PEdes dicitur, qui pedibus incedit: vt eques dicit̃, qui equo vehitur. Peculiariter aũt pedites dicuntur milites, qui pedibus ſtipendia faciunt.

*Gre.ſ.1.reg.15. — Præbentes exempla virtutis.*

Pedites filiorum Iſrael ducenta milia, qui pugnabant contra Amalec, ſunt præbentes exẽpla caſtitatis cum interna luce cordis. 1.reg.15.a. Et pedites numerati ſunt fortes in virtutibus. (Exo.12.f.

*Hie.ſ.Iere.12. — Hoſtes eccleſiæ.*

Pedites inimicorum ſunt hoſtes eccleſiæ minus fortes. Iere.12.b.

## *Pedica, uide Laqueus.*

## *Pediſequa.*

PEdiſequa dicitur ancilla, quæ dominam ſequitur: vt pediſequus eſt famulus dñm ſequens.

*Lyra.ſ.1.reg.25. — Scientiæ minores.*

Pediſequæ Abigail. 1.reg.25.g. deſignant ſcientias minores ſub ſapientia philoſophica.

*Glo.or.ſ.Eſther.2. — Animæ fideles.*

Pediſequæ Eſther. Eſther.2.b. Animæ fideles ſpiritusſancti gratia regeneratæ ſequentes veſtigia ſponſæ.

*Lyra.ſ.3.reg.20. — Prædicatores.*

Pediſequi principum prouinciarum. 3.reg.20.c. Sunt prædicatores ſub maioribus prælatis, quorum ſunt adiutores.

## *Peſſulum.*

*Gre.ſ.canti.5. Rup.ſ.cant.5. — Voluptates. Silentium.*

PEſſulum ſeu peſſulus eſt inſtrumentum, quo oſtium ſubdita illi claue clauditur, aut reſerat̃. Deſignare poteſt voluptates, quibus aditum cordis contra ſponſum obſeramus. canti. 5.b. Vel deſignat ſilentij clauſuram: quæ tollitur ad ædificationem proximorum.

## *Peßimus, uide Malus.*

## *Peſtis, Peſtilens.*

PEſtis eſt morbus contagioſus, ab aëris corruptione plerunq; initium habens: qui in omnia ferè animalia pernicioſè graſſatur.

*Ori.ſ.Mat.ho.28. Hie ſ Mat.24. Ify.ſ.Leui.26. — Hæreſis.*

Peſtis quum ſit morbus contagioſus, hæreſim præcipuè deſignare ſolet: quia hæreticorũ ſermo vt cancer ſerpit. Exo.5.a.9.d. Mat.24.a. Hanc peſtilentiam immittit Deus in Iudæos confugientes ad vrbes: quia peruerſè intelligunt prophetas: & moriuntur nullo arguente, non valentes cunctis de Chriſto prophetijs ſic apertis repugnare. Leui.26.d.

*Hila.ſ ps.1. — Poteſtas ſecularis mala.*

Peſtilentia quoq; ſeu cathedra peſtilentiæ eſt poteſtas ſecularis peruerſa. ps. 1. Peſtis etiam fuerunt ciuilia bella ſub Seuero imperatore. Eze.33.f.

*Baſi.ſ.ps.1. Hie.ſ.Eze.6. — Attractio ad vitia.*

Peſtilentia eſt attractio aliorum ad vitia. Qui enim vel ſingulis, vel pluribus deditus vitijs, ab eis ſeparari non poteſt, quaſi quodam veterno peſtilentię corruit. ps.1. Corruit etiam peſte, qui longe receſſerit ab eccleſia. Eze.6.c.14.c.38.g.

## *Petere, Poſtulare.*

PEtere eſt humiliter & precibus aliquid poſtulare. Poſtulare autẽ eſt requirere vt fiat, quod aliquis vult: vnde etiam eſt exigere. gen.30.c. Si feceris quod poſtulo, iterum paſcam. Et mereri. 1.reg.1.d. Eò ꝙ à domino poſtulaſſet eum.

*Hie.ſ ps 2.*

Poſtulat filius Dei à patre, quando dicit: Pater clarifica filium tuum. ps.2.

*Aug.1.de gen.cont. Maui.2.*

Poſtulat ꝓ nobis ſpũſſanctus gemitibus inenarrabilib⁹. Rom.8.c. Quia poſtulare nos facit.

*Glo.inte.ſ thre.4. Au.2.doc.chria.40. Rup.7.ſ.Mat. — Quærere doctrinã.*

Petere dicuntur panẽ, qui quærũt doctrinã. thre.4.a. Paruuli petierũt panẽ: & non erat qui frangeret eis. Petentes etiam filij Iſrael ab Aegyptijs vaſa aurea & argentea & veſtes, deſignant Chriſtianos accipientes vera dogmata à philoſophis, & recta inſtituta humana. Exo.3.g. 12.c. Petit filius panem à patre, quum quærit doctrinam à Deo. Mat.7.b.

*Glo.or.ſ.Exo.22. — Cura animarum.*

Poſtulatum mutuum. Exod. 22.c. eſt quum pro æterna remuneratione curam dominici gregis ſuſcipimus.

*Glo.inte.ſ.Exo.21. — Iniũgere pœnitẽtiã.*

Poſtulare precium pro eo, qui occiſus eſt à boue, eſt iniũgere pœnitẽtiã pro pctõ. Exo.21.d.

Petitio



*Cõuerſio infideliũ. — Ori.ſ.ps.36.ho.1.*

Petitio quam dedit dominus Annæ, eſt cõuerſio infideliũ per ſpũalem generationẽ in eccleſia. 1.reg.1.d. Petitiones autem dicuntur cordis: quia ſicut oculus viſum: ita cor intellectũ requirit: & vt auris ſuauem ſonum cupit: ita cor ſapientibus ſenſibus delectatur. ps.36.

*Glo.ſ.1.Reg.1.*

Poſtulatus à Deo dicitur Samuel: quia poſtulando promeritus eſt. 1.Reg.1.c.

*Greg.ſ.1.Reg.8.*

Petentes filij Iſrael regem, neglecto regimine iudicum, deſignant volentes mutare ſpiritalem prælationem in ſecularem dominationem. 1.Reg.8.b.

*Gre.6. Regiſt. epiſ 36. Aug.epiſ.59.*

Petimus à Deo orando. Mat.7.a. Luc.11.b. Poſtulationes autem in ſacrificio miſſæ ſunt, quę fiunt in cõmunione, cum benedicit ſacerdos populum cõmunicaturum. 1.Timo.2.a.

*Ori.ſ.Iſa ho.2.*

Petere ſibi ſignum in profundo inferni, ſiue in excelſum ſupra, eſt petere vt ſibi fiat vtile ſignum aſcenſus & deſcenſus Chriſti. Iſa.7.b.

*Rup 3.ſ.Reg 5.*

Petens Adonias Abiſac vxorem, deſignat Iudęos volentes copulari fidem euangelicam operibus legis. 3.Reg.2.c.

## *Petra, uide lapis.*

## *Petra urbs.*

*Hiero.ſ.Iſa.42. — Gentilitas.*

PEtra eſt vrbs Paleſtinæ & Arabiæ, quæ inde petrea dicitur. Iſa.42. b. vbi Hieronymus ait accipi pro ciuitate Paleſtinæ, quæ Hebraicè dicitur סלה Sela, quod eſt petra aut ſaxum, & cum ſit ibi ſingulare, benè accipi poteſt pro aliqua illarum ciuitatum, quæ eo nomine appellantur. Deſignáre autem poteſt gentilitatem.

## *Petrus.*

*Ori.ſ.Mat.ho.1. Hier.ſ Matth.16. Aug.ſ.Ioan trac.7.*

PEtrus appellatus eſt Simon, princeps apoſtolorum: à petra nomen habens: quæ Syriacè Cephas dicitur. Sicut autem Chriſtus lumen apoſtolis donauit, vt lumen mundi appellaretur: cæteraq; ex domino ſortiti ſunt vocabula. Ita & Simoni, qui credebat in petram Chriſtum. Petri largitus eſt nomen: & quicunq; fidem habet Petri, Petrus dici poteſt. Matth. 4. c. 16.c. Marc.3.d. Ioan.1.f.

*Tendẽs ad pfectionem. Eccleſia. — Ori.ſ.Matt.cap.14. Augu.ſ.ps.93. & de ver.do.ſer.13. & ho.41.*

Petrus veniens ad Chriſtum ſuper aquas, deſignat tendentem ad perfectionem. Matth.14.c. Typus eſt etiam eccleſiæ calcantis fluctus huius ſeculi, adiuuante domino inter pericula. Eãdem ſignificat ſecundum quòd vidit vas lintheum. Acto.10.b.

*Fides prompta. Gentilitas. — Ori.in diuerſ.ho.2. Greg.ho.22.*

Vt autem cucurrit ad monumentum, deſignat fidem velocem ad credendam mortem & reſurrectionem Chriſti. Ioannis.20.b. Vt vero venit poſterius ꝙ̃ Ioannes, ſed prius introiuit, eſt gentilitas, quæ ſerius habuit notitiam Chriſti quàm ſynagoga, ſed prius credidit.

*Vita actiua. — Aug.ſ Ioã.trac.124.*

Secundum quòd amabat Chriſtũ, quem etiam ſequutus eſt, typus eſt vitæ actiuæ, quæ ſemper deſiderat à laboribus liberari, & ad Chriſtum peruenire: ideo ſequitur eum per labores, imitando. Ioan.21.d.

## *Phacee.*

*Hæreſiarcha. — Hier.ſ.Iſa.7.*

PHacee, id eſt, aperiens: filius Romeliæ, rex Iſrael. 4. Reg. 15. c. 16. a. Iſa.7.a. deſignare poteſt hæreſiarcham.

## *Phalanx, uide Exercitus.*

## *Phaleg.*

PHaleg, id eſt diuiſio: filius Eber, in cuius ortu facta eſt diuiſio linguarum. Gen.10.d.

## *Phaltias.*

*Hiero.ſ.Ezec.11.*

PHaltias, id eſt, liberatio domini, aut expulſio domini, vel ruina declinãs: filius Banaiæ, hoc eſt, ſtructoris princeps populi. Eze.11.b. Typus eſt eius principis, qui cum à domino declinauit, moritur, aut cadit, prophetante Ezechiele, vt eleuetur à Chriſto.

## *Phanendor.*

*Conuerſio bona & mala. — Ori.ſ Ioſue ho.14.*

PHanendor, id eſt conuerſio: regio quam cepit Ioſue, deſignat conuerſionem, qua dæmon peruertit animas. Vel in bonum conuerſionem peccatoris ad Deum. Ioſu.11.a.

## *Phantaſia, Phantaſma.*

*Aug.1.q.in euang.15. Hiiaaf. Mat.cano.14.*

PHantaſia eſt imago rei alicuius reſidens in anima, quæ & phantaſma dicitur. Quandoque autem ſumitur pro ipſa potentia imaginatiua.

Phantaſma putantes eſſe Chriſtum, ſunt non plenè cognoſcẽtes verbũ Dei: aut de fide Chriſti dubitantes: aut qui falſo apparentia timent. Matth.14.c.

## *Phanuel.*

*Munitiones malorũ. — Philo. de cõfuſ. linguarum.*

PHanuel, id eſt, videns Deum, ſiue facies Dei, vel euerſio Dei: locus vbi Iacob luctatus eſt cum angelo. Gen.32.g. Eſt & turris. Ibidem. quam deſtruxit Gedeon. Iudi.8. b. Deſignat munitiones auertentes à Deo: quas deſtruit prædicator.

Phanum,

## Phanum, uide Templum.

## Pharan.

PHaran.i.onager eorum,vel ferocitas eorum,aut fructificatio matris;vel taurus, matris:Eſt eremus magna ad ſolitudinem Sinai,quam ad occaſum relinquit ſupra Aſphaltitem lacum ad meridiem occiduum,vbi fixit tentoria multitudo Iſrael relicto deſerto Sinai. num.10.b.Vnde miſsi ſunt exploratores ad terram Chanaan.num.13.a.Dicitur mons Pharan,& interpretatur fructifer,ſignificat eccleſiam,in qua apparuit Chriſtus.deut.33.a.Interpretatur etiam os videntis:& ſignificat ſermonem viri eruditi,per quem venit nobis dominus.Haba.3.a.

Aug.q.in deut.56. H.e.ſ.Haba.3. — Eccleſia. Sermo viri eruditi.

Mons Pharan,hoc eſt,vmbroſus,vnde venit Deus, ſignificare poteſt Deum patrem, vnde venit filius incarnatus.Haba.3.a.

Rup.ſ.Haba.7. — Deus pater.

Pharan vt interpretatur os viſibile,deſignare poteſt verbum incarnatum.nume.13.a.

Ori.ſ.nu.ho.7. — Verbum caro

Pharan etiam deſertum infidelitatem deſignare poteſt.gen.21.c.

Glo.inte ſ.gen.21. — Infidelitas

Pharan vt interpretatur onager deſignat Iudæos.Et dominus apparuit de mōte Pharan, quādo Chriſtus ortus eſt ex Iudæis.deut.33.a.

Rup.ſ.deut.9. — Iudæi

## Pharao.

PHarao.i.diſsipans,vel diſcooperiens,aut nudans:vel Syriacè vindicans.Rex Aegypti: quo nomine multi reges Aegypti appellati ſunt,ſeu cognominati:vt Cęſares apud Romanos.

Pharao quandoq; typum gerit Dei:vt quum exaltauit Ioſeph:vt etiam ei miniſtrabat poculum pincerna,Deus eſt,cui miniſtrant ſancti:Et vt ignouit pincernæ,& ſuſpendit piſtorē,Deus eſt faciens quædam vaſa in honorem,quædam in contumeliam. gen.40.d.41.b.47.a.

Ori ſ.gen.ho.16. Rup.8.ſ.gen.37. — Deus.

Pharao rex Aegypti diaboli figuram gerere ſolet:qui accepit Sarā : quia nititur ſibi copulare animam vel eccleſiam.gen.12.d.Ipſe eſt diſsipator & lacerator in diuerſas partes diuidens mentes.Iſa.19.b.Eze.29.a.Ipſe autem Pharao,qui oppreſsit filios Iſrael, in quatuor ſceleribus imitatur diabolum:Primum quia intendebat opprimendo filios Iſrael,vt voluptate generandi emortua, filij non procrearentur.Secundum ꝙ obſtetricum dolo agere nititur,vt nati paruuli clam interimantur.Tertium quum aperta ſęuiens perſecutione præcepit omni populo ſuo dicens:Quicquid maſculini ſexus natum fuerit,in flumen proijcite:Quicquid fœminei reſeruate. Quartum quando ſuperbè reſpondit:Quis eſt dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Iſrael?Neſcio dominū,& Iſrael nō dimittā. Ita diabolus hoc egit ab initio quantū in ipſo fuit, vt nullus Iſraelita verus verbo prædicationis ſpirituales Deo filios gigneret;deinde vt naſcentes eiuſmodi paruulos obſtetricante hæretica malignitate occideret, tandemq; caſſatis artibus aperta perſecutione armatus eſt,vt in flumina inimicorum & tempeſtatū filios gratiæ proijceret:Demum ipſe eſt princeps ſuper omnes filios ſuperbiæ.Exo.1.5.14.15.a.18.b.ps.134.135. cāti.1.c.Iſa.30.a.Pharao qui cepit Gazer,& dedit eam in dotem filiæ ſuæ, deſignat diabolum, qui capit animam,& dat eam legi peccati,cui facit per obſtinationem ſeruire.3.reg.9.c.

Tertu.de baptiſmo. Ori.ſ.gen.ho.11.16.&.ſ.canti.ho.2.a. Arno.ſ.ps.135. Hie.ſ.Iſa.19.30.&.ſ.Eze.29. Cyril.3.ſ. Ioan.34.& de ado.in ſpū.ſ. Gre.Nyſ.d vi Mo. Rup.1.ſ.Exo.6. Ber.ſ.cant.ſer.39. Geor.vene.canti.1.tono.8 cap.5. Ori.ſ.Ioſu.ho.12. Gre.ſ.1.reg.6. — Diabolus

Pharao occidens infantes filiorum Iſrael.Exod.1.b.Typus fuit Herodis pueros Bethlehem occidentis.

Ber.ſe.1.octa Paſc. — Herodes

Pharao vt accepit Saram,quam non permiſſus eſt polluere,deſignat principes ſeculares : & regnum terrenum huius ſeculi:cuius reges non ſunt permiſsi polluere eccleſiam.gen.12.d.45.d. Deſignat etiam intellectum accedentem ad virtutem impuro corde:& mentem ſuperbam,quę ſibi vſurpare vult ſapientiam,quam ſuſtinere non poteſt:Ideo reddidit eam Abrahæ:ſicut Geraſeni rogabant Ieſum,vt de finibus eorum tranſiret.Matth.8.d.Significat etiam eum, qui ornator eſt corporis.

Ori.ſ.gen.ho.6. Philo.de Abrah. Amb.2.de Abra.4. — Principes ſeculares. Mens ſuperba

Pharao cuius filia ſuſcepit Moſen nutriendum,ſignificare poteſt gentilem populum : à quo orta eſt eccleſia,quæ ſuſcepit legem Dei.Exo.2.a.

Glo.inter.ſ.Exo.2. — Gentilis popul⁹

Pharao eſt diſsipator bonorum:cui ſeruit princeps coquorum:& idem parcit principi pincernarum.gen.40.a.41.f.

Philo.2.alleg.& de temulent. — Diſsipator bonorū

Vt autem Moſes receſsit à Pharaone.Exo.10.c.Deſignat Pharao impiam opinionem, à qua lex receſsit.

Philo.2.allego. — Impia opinio

## Phares.

PHares.i.diuiſio : filius Iudæ & Thamar:in cuius vtero cum eſſent gemini Phares & Zara, egreſſus eſt prior Phares,retrahente manum fratre,quam prior protulerat.gen.38.g. Typus eſſe poteſt Iudæorum,qui fuerunt medij inter legem naturæ & legem euangelicam. Vel è diuerſo ſignificat gentilem populum:propter quē dicitur ſepes ſeu maceria deſtructa, & medius paries,qui erat inter Iudæos & gentiles diſsipatus:vt fieret vnus grex & vnus paſtor: & fierent nouiſsimi primi.Poſt quos in fine mundi Iudæi venient ad fidem.

Amb.apolo.Dauid. Hier.ſ.Galat.3 &.ſ.Mat.2. Chry.ſ.gen.ho.62. — Iudæi. Gentiles

## Pharetra.





PHaretra eſt theca in qua reconduntur ſagittæ ad iaculandum paratæ.

Pharetra Dei dici poteſt humanitas Chriſti,in qua latebat diuinitas.Iſa.69.a.In pharetra ſua abſcondit me. Pharetra quoq; Dei dicitur conſilium Dei,quo decreuit aliquos caſtigare.Thre.3.b.Iob.30.b.

Humanitas Chriſti. — Hiero.ſ.Iſa.49.&.ſ.Zach.9. Gre.19.mo.19.&.31.mor.24.

Pharetra pręterea dei diciť ipſe diabolus,per quē Deus caſtigat:vel poteſtas illius.Iob.30.b.

Diabolus. — Hiero.ſ.Iob.30.

Pharetra Eſau legem veterem ſignificare poteſt:quam geſtabant Iudæi.Gen.27.a.

Lex vetus. — Glo.ord.ſ.gen.27.

Pharetra in bonum ſignificat cor bonorum:in quo ſermonum Dei ſagittę recōditę ſunt & repoſitæ.Iob.39.c.E diuerſò in malum pharetra eſt cor impiorum.pſal.10. Et pharetra Chaldæorum eſt,de qua dicitur:ſepulcrum patens eſt os eorum.Iere.5.d.Et pharetra Elam ſunt machinamenta hęreticorum, & prauorum hominum : & tentationes diaboli ſub ſpecie boni. Iſa.22.b.Iob.39.c.Eodem referuntur pharetræ Pygmęorum.Eze.27.c.

Cor bonorum. Cor impiorum. Inſidię hęreticorū. Tentatiōes diaboli — Ori.ſ.ps.36.ho.3. Hiero.ſ.Iſa.22.&.ſ.Iob.39. Gre.31.mor.24.

## Phariſæus, Phereſæus.

PHariſæus,id eſt,diuiſus,eſt nomen ſectæ Iudæorum,qui de religione pręſumebant.

Phariſęus ſuperbus ſignificat Iudęos,de iuſtitia legis gloriātes:& de ſublimiori doctrina & vita pręſumentes,ſeq; ab alijs ſeparātes:& eadem ratione hæreticos ſignificare poteſt:quod generaliter de alijs Phariſæis intelligendū eſt:ſicut & Phariſęus,in cuius domo diſcubuit Chriſtus,typus erat populi Iudaici de inani iuſtitia pręſumentis.Matt.16.a.Lucę.7.e.18.b. Phariſei etiam calumniantes miracula Chriſti,infidelitatem Iudæorum ſignificant. Matt.9.d.

Iudæi. Hæretici. Infidelitas iudęorū. — Ori ſ.Mat.ho.24.25. Aug.epiſ.58.&.ſ.ps.74. Hiero.ſ.Mat.9. Greg.ho.37.

Phereſæus eſt nomē populi:qui erat in terra,quando diuiſus eſt Lot ab Abrahā:& interpretatur fructificatio expellenda:quæ ideo expellitur quia mala.Gen.13.b.Exo.17.a.Ioſu.17. d.

Ori.ſ.Ioſu.ho.22.

## Phaſe, uide Paſcha.

## Phaſga.

PHaſga,id eſt,dolatus:eſt mons in regione Moab reſpiciens ſolitudinem, per quam venerūt filij Iſrael:eſt vnum iugum è montibus Abarim,quod videtur idem cum Nabo.Pertinebat autem ad trigeſimam nonam manſionem. Nu.21.e.Ioſu. 13.c. deſignat eos illuc peruenire, qui nihil informe aut rude habent in ſublimitate perfectionis. Reſpicit ſolitudinem : quia perfecti reſpiciunt peccatorum vaſtitatem.

Hiero de Manſio.

## Phaſſur.

PHaſſur vel Phaſchur,id eſt,oris nigredo,vel extendens ſeu multiplicans libertatē, vel principatum,aut expandens foramen,vel albedinem:Sacerdos qui percuſsit Ieremiam & miſit in neruum.Iere.20.a.Typum gerit mali ſacerdotis,qui abutitur poteſtate aduerſus veritatem.

Malus ſacerdos. — Hier.ſ.Iere.20.

## Phatuel.

PHatuel, id eſt, latitudo Dei,vel aperiens Deus : fuit pater Ioelis prophetæ: cuius os aperuit Deus:Ioel.1.a.deſignat Deum patrem,cuius latitudo eſt charitas.

Deus pater. — Hier.ſ.Ioel.1. Rup.ſ.Ioel.1.

## Phatures.

PHatures,id eſt, panis cōculcatus : erat metropolis Aegypti:in ea habitauerūt Aegyptij poſt pœnitētiā:vt deſignet eccleſiā,in qua eſt Chriſtus panis cōculcatus ab hęreticis. Eze.29.c.

Eccleſia. — Hier.ſ.Eze.29.

## Phenenna.

PHenēna:id eſt,gemma,ſiue facies noſtra:altera vxor Elcana:quæ cum multos genuiſſet liberos, Annæ ſterilitatem exprobabat.Typus eſſe ſolet Synagogę:& vitæ actiuæ.1.reg.1.a. vel interpretatur conuerſio:eſt vxor poſt Annam, id eſt, gratiam : ſed prius operatur vel parit quàm Anna:ſed filij eius non aſsiſtunt ante Deum,vt filij Annæ : nec tamen ſunt inanes, quia partes accipiunt de ſacrificijs.

Synagoga. Vita actiua. — Gre.ſ.1.Reg.1.

## Phiahiroth.

PHiahiroth,id eſt,os vel labium libertatis,aut os ſculptū,vel os nubilū,& aſcenſio tortuoſa: quarta manſio filiorum Iſrael in deſerto.Vel interpretatur os vici,& deſignat difficultatem fidei,& laborē actionis,vel initium cōuerſationis,& mediocrē abſtinentiam.Exo.14.a. Nu.33.a. Vel deſignat ꝙ aſſumpta fortitudine nobilitamur in domino:& contemnimus Beelſephon, hoc eſt,idoli arcana:illiuſq; magnificentiam & turritam ſuperbiam declinamus.

Difficultas fidei. Initiū cōuerſatiōis. — Ori.ſ.Exo. ho.5. &.ſ.Nu.ho.27. Hiero.de Manſio.

## Piala, uide Calix.

## Phicol.

PHicol, id eſt os omnium,aut oris perfectio,ſiue conſummatio:princeps exercitus Abimelech regis Geraræ, cum quo venit ad Iſaac. Geneſ. 21. c. 26. f. deſignare poteſt philoſophiam moralem.

Philoſophia moralis — Ori.ſ.gene.ho.14. Beda.ſ.Gene.26.

## Philippus.

Ori.ſ.Mat.cap.14.

PHilippus, Tetrarcha Trachomitidis regionis, maritus Herodiadis, quam accepit Herodes. Matth.14.a. Typum gerit habentis peruerſam doctrinam. Fuit alius Philippus apoſtolus vocatus à Chriſto. Ioan.1.f.6.a.

## Philiſtim, uide Paleſtina.

## Phinees.

Arno.ſ.pſ.105. Ori.ſ.Nu.ho.25. Amb.ſ.pſ.118.ſer.18

PHinees, id eſt, aſpectus vel facies confidentiæ vel protectionis, Sacerdos filius Eleazari: qui occiſo viro Iſraelita cũ ſcorto, iram Dei placauit. Nu.25.c. pſal.105. Typus eſſe poteſt martyrum, qui carne ſua occiſa, & ſanguine fuſo, iram Dei placant. Vel deſignat Chriſtum, qui patris iram placauit: vel doctores, qui gladio verbi Dei cõfodiunt vitia, & deſtruunt hæreſes: vel interpretatur parcens ori: & deſignat eum, qui non aperit os ad loquendum malum.

Martyres. Chriſtus. Doctores.

Ori.ſ.1.Reg.ho.1. Gre.ſ.2.Reg.14.

Alius fuit Phinees filius Eli ſacerdotis: & interpretatur oris obturatio: deſignat ſacerdotes, qui obturatum habent os ad ſcientiam, & ad loquendum bonum & confitendum peccata. Idẽ cum fratre Ophni deſignat ſcribas & phariſæos. 1.Reg.4.b.14.a.

Sacerdotes mali. Scribę & Phariſæi.

## Phinon.

Ori.ſ.Nu.ho.27. Hier. de manſio.

PHinon, id eſt, gemma, ſiue aſpiciens, aut os æternitatis, vel os filij: aut Phino, id eſt, oris parſimonia: Trigeſima ſexta manſio filiorum Iſrael in deſerto: ad quam peruenitur poſt Selmona. Nu.33.e. deſignat perfectos, qui audiunt iam arcana, quæ non licet homini loqui. Vel dicitur Phunon, id eſt, os diminutiue, ab ore: & deſignat confeſsionem fidei in tentationibus.

Perfecti. Confeſsia Dei.

## Phiſon.

Amb. de paradiſ. 3. Philo.1.allego. Beda.ſ.Gen.2. Geor.ve.can.1.tom.7.cap.22.

PHiſon, id eſt, oris mutatio ſiue multitudo, aut extenſio: vnum ẽ quatuor fluminibus ẽ paradiſo terreſtri exeuntibus: circuit terram Euilath. Gen.2.b. Typus eſt prudentiæ, quæ mutat verba ad capacitatem auditorum. Ibi naſcitur aurum optimum, hoc eſt, viuendi diſciplina. Non vincitur falſitate, quemadmodũ carbunculus, qui ibi naſcitur, nõ vincitur à nocte. Habet virorem ſpei in lapide praſio, qui ibi naſcitur. Circuit terram Euilath, hoc eſt, placidam, mitem, propiciamq; conſtitutionem conſeruat. Vel interpretatur oris dentatio: quia dum in terra ſumus, dentibus, id eſt, certis viribus animę premendus conterendus, & ruminandus eſt omnis cibus, quem pro anima capimus.

Prudentia.

## Phiton.

Ori.ſ.Exo.ho.1. Philo.de ſomnijs. Beda.ſ.Exo.1.

PHiton, id eſt buccella eius, aut perſuaſio vel dilatatio eius: vel oris donum: ciuitas quam fecit ædificari Pharao à filijs Iſrael in Aegypto. Exod.1.d. Typus eſt mendacij, aut etiam ſermonis perſuaſibilis: quæ facit ædificari diabolus: vel interpretatur os deficiens, vel os abyſsi. Deficit enim, qui loquitur mendacium: & eſt os abyſsi, quia abyſſus locus perditionis eſt.

Mendacium.

## Phœnix uide Sidon.

## Phogor.

Ori.ſ.Nu.ho.27.

PHogor, id eſt, delectatio, vel hiatus, vel apertio: nomen idoli, aut puincię, in qua erat idolũ libidinis: deſignat voluptates carnis, ad quas duxit Balach, hoc eſt, diabolus. Nu.23.d.25.d.

Voluptates carnis.

## Phua.

Ori.ſ.Exo.ho.2. Philo quis rerum diui.hęres. Beda.ſ.Exo.1.

PHua, id eſt, rubens, vel verecunda, aut gemens vel vlulans, vel apparẽs: obſtetrix Aegyptia, quæ obſtetricabat fœminas Hebræas, quæ non obtemperauit regi Aegypti, qui præcipiebat necari maſculos Hebræorum. Exo.1.c. Typus eſſe poteſt euangelij, vel ſcientiæ moralis, aut humanæ, quæ modeſtiam & pudorem inducunt.

Euangelium. Scientia moralis.

## Phud.

Hiero.ſ.Iſa.66.

PHud, id eſt, oris excluſio: deſignat gentiles ad fidem venientes, & excludẽtes omnem blaſphemiam, & aperientes os ad laudes Dei. Iſa.66.f. vide Libia.

Gentiles.

## Phurim.

Glo.ord.ſ.Eſthe.3.

PHurim, id eſt, ſortes: ſic dictæ ſunt ſortes, quas miſit Amã, vt Iudęorum genus deleret. Eſth.3.b.9.f. Qui ad ſortẽ domini pertinent, occiduntur: vt hircus ſuper quẽ ſors mittebatur.

## Phylacteria.

Hiero.ſ.Mat.23.

PHylacteria dicebantur à cuſtodiendo: quæ ferebãt phariſæi in ſignum cuſtodiæ legis: erãtque membranæ, in quibus ſcribebant verba decalogi, & eas in fronte ligabant, quaſi coronam capiti facientes: vt ſemper ante oculos mouerentur. Matth.23.a.

## Piaculum, uide Peccatum.

## Pietas, Pius.

PIetas eſt virtus, qua Deo exhibemus cultũ ipſi debitũ, & etiã proximis, pręcipuẽ nobis cõ-





Redemptio.

iunctis. vnde dicitur pius. Pietatis autem ſacramentum, eſt opus incarnationis & redemptionis: quia demonſtrat pietatem ſeu dilectionem Dei erga genus humanũm. 1.Timo.3.d. Pietas autem ad omnia vtilis eſt, promiſsionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. 1.Timo.4.c.

## Piger, uide Ocioſus.

## Pigmentum, Pigmentarius.

PIgmenta ſunt à pingendo dicta: ſuntq; variæ ſpecies, ex quibus cõficiuntur medicamenta, vel colores, vel etiam odoramenta: & qui hęc conficiunt pigmentarij dicuntur.

Virtutes.

Pigmenta dicuntur virtutes: & puluis pigmentarij eſt, quum per ſingula noſtra opera diligentius pertractamus, ne quid in operibus noſtris incultum remaneat, ne inter virtutes vitiũ lateat. Cant.3.c.

Gre.ſ.cant.3.

Verba hęreticorum

Pigmenta multiplicata ſunt verba, quibus hæretici ſuos exornant errores. Iſa.57.b.

Hiero.ſ.Iſa.57.

Prædicatores.

Pigmentarij ſunt prædicatores, qui ex ſacra ſcriptura & exemplis ſanctorum pigmenta conficiunt. Cant.5.d.

Gre.ſ.cant.5.

## Pignus.

PIgnus eſt, quod datur alicui in ſecuritatem precij poſt modum tradendi. Gen.38.c. Interdũ ſumitur pro hypotheca. Exo.22.d. Si pignus à proximo tuo acceperis veſtimentum.

Confeſsio peccati.

Pignus quandoq; ſignificat confeſsionem peccati. Exod.22.d. Quum debet tibi quippiam frater tuus, & abſtuleris pignus ab eo, ante ſolis occaſum reſtitue. A debitore noſtro pignus accipimus, quando ab eo qui in nos peccaſſe cognoſcitur, peccati eius cõfeſsionem tenemus, per quam relaxare peccatum in nos perpetratum poſtulamur. Abſtuliſſe autem dicitur Iob pignus fratrum ſuorum ſine cauſa. Iob.22.a. Quando eccleſia ſuſcipit confeſsionem venientium ab hæreticis: quod ipſi hæretici ſine cauſa fieri iudicant: accipit etiam in pignus molam ſuperiorem aut inferiorem, qui à peccatore confitente aufert ſpem, vel timorem. Deut.24.b.

Gre.16.mor.2. Gre.33.mor.16.

Spirituſſanctus. Dona ſpũſſancti.

Pignus hæreditatis eſt ſpirituſſanctus, vel dona eius, per quæ anima noſtra ad interioris ſpei certitudinẽ roboratur. Ephe.1.c. Et abſtuliſſe dicitur Iob pignus fratrum ſuorũ ſine cauſa, quũ hæretici iudicant eos, qui ad eccleſiam veniunt, amittere ſpiritualia dona.

Gre.16.mo.2.

Verbum Dei.

Pignus dici poteſt verbum Dei auditum & non intellectum. Deut.24.b. Et pignus reddendum eſt doctrina à Deo accepta, quã debemus reddere docendo ignorãtes. Eze.18.c. Et pignerata veſtimenta ſunt ſacræ ſcripturæ veritates, quas vſurpant hæretici. Amos.2.c.

Amb. de Tobia.20. Hiero.ſ.Eze.18.

Prædicator.

Pignus quum tollitur, aliud quidem eſt quod tenetur: ſed tamẽ adhuc aliud quæritur. Bouẽ ergo viduæ in pignus auferunt, qui de ſancta eccleſia etiam prædicatores tollunt: quos ideo hęretici conantur auferre: vt eorum etiam ſequaces trahant. Pro pignore ergo bos viduæ tollitur, quando idcirco ipſe qui prædicabat rapitur, vt alij ſequantur. Iob.24.a.

Grego.16.mor.22.

Amittere Chriſtum

In pignus dicitur dare molam ſuperiorem, qui Chriſtum peccando amittit. Deut.24.b.

Ambr.de Tob.21.

Pignus quandoq; ſignificat impedimentum ſermonis & doctrinæ.

Philo.de ſomnijs.

## Pila.

Anima. Eccleſia.

PIla eſt vas concauum, in quo frumenta tunduntur, & medicorum vſui aptum, in quo ptiſanæ feriri ſolent. Cum dicitur Sopho.1.c. Vlulate habitatores pilæ, Pila ſumitur pro Hieruſalem. Poteſt autem deſignare animam, vel eccleſiam.

Hiero.ſ.Sopho.1.

Iudæi diſperſi.

Pila etiam eſt inſtrumentum rotundum, quod iactatum ad luſum deſeruit. Quaſi pilam autem mittit dominus Sobnam in terram latam & ſpatioſam, quum Iudęos diſperſit, vt per totum orbem inquieti vagentur. Iſa.22.e.

Hiero.ſ.Iſa.22.

## Pilatus

Gentilis populus.

PIlatus fuit procurator populi Romani in Iudæa: qui inſtantibus Iudæis, abluens ſibi manus condemnauit Chriſtum ad mortem, quem innocentẽ ſciebat. Matth.27. Luce.23. Secundũ aũt ꝙ in morte Chriſti lauit manus, typus eſſe poteſt gẽtilis populi, qui ꝑ fidẽ Chri mũdatꝰ eſt.

Hila.ſ.Mat.cano.33.

## Pilum.

PIlum eſt inſtrumentum, quo quippiam in mortario ſeu pila teritur.

Crux Chriſti.

Pilum quandoque ſignificat crucem Chriſti: vt manna pilo tuſum eſt corpus Chriſti in cruce. Exo.17.c.

Glo.ord.ſ.Exo.16.

Repreſsio inanis gloriæ.

Pilum interdum ſignificat inanis gloriæ repreſsionem, & etiam ſedulam probationẽ. Exod.27.d. Oleum pilo tuſum.

Glo.inter.ſ.Exo.27.

## Pilus, Piloſus, uide Capillus.

## Pincerna.

PIncerna eſt, qui propinandi poculum principi munus habet.

Pincernæ Salomonis doctores Chriſti deſignare poſſunt, qui poculum illi propinant, quando peccatores conuertuntur. 3.Reg.10.a. 2.Par.9.a.

Ori.ſ.cant.ho.1.2. Hiero.ſ.Iſa.1.

Gentilis populus. Sancti patres. Bonus latro. Peccatores.
Lyra ſ.gen.40.

Pincerna regis Pharaonis in carcere, populum gentilē ſignificare poteſt:& etiā ſanctos patres in limbo,qui in carceris tenebris detinebantur,vnde per Chriſtū liberati ſunt. Gen. 40.a. 41.b.vt etiā fuit in carcere cū Piſtore & Ioſeph, & fuit liberatus condemnato Piſtore, typū gerit boni latronis cū Chriſto crucifixi:& ſaluati:& etiam peccatorum,qui per Chriſtū ſaluant.

## *Pingere, Pictura, Depingere.*

PIngere eſt alicuius rei formā ductis lineis repręſentare:quod varijs coloribus effici ſolet.

Hiero.ſ.Iere.4. — Studiū myſteriorū.
Pingit oculos ſuos ſtibio,qui ſtudium habet diſcendi myſteria,& diuina ſecreta inquirendi.Iere.4.g.

Hiero.ſ.Iere.22. — Falſa promiſſa hæreticorum.
Pingunt ſynopide laquearia hæretici,cum Chriſti ſanguinē pollicentur, cuius ipſi non ſunt participes.Iere.22.d.

Hiero.ſ.Eze.40. Gre.ſ.Eze.8.17.
Pictura palmarum eſt inſigne victoriæ fidelium contra mundum.Eze.40.c.vel deſignat miracula, quæ fiunt à ſanctis ,quæ in hac vita non dicuntur palmæ, ſed pictura palmarum : quia etiam à malis fieri poſſunt.Picturæ quoq; prominentes in templo ſunt varia virtutum opera. 3.Reg. 6. d.

Hiero.ſ.Eze.ho.23. Gre.26.mo.4. — Vitia in corde. Tētations dæmonū.
Depicta ſimilitudo reptilium in pariete templi.Ezec.8.d. deſignat vitia expreſſa in corde : Dum enim exteriorum rerum intrinſecus ſpecies attrahuntur,in corde quaſi depingitur,quicquid fictis imaginibus cogitatur. Depictæ etiam imagines Chaldeorum deſignant vitia dæmonum,& eorum varia tentamenta.Eze.23.b.

## *Pinguedo, uide Adeps.*

## *Pinna, Pinnula.*

PInna & pinnula dicitur eſſe pluma mollior,& exigua pēna: dicūtur autem peculiariter pinnæ ant pinnulæ piſcium,quæ ſunt illis alarum vice.

Ori.ſ.Leui.ho.7. Grego.5.mo.16. Hyc.ſ.Leui.11. — Eleuatio mentis. Vita cœleſtis.
Pinnæ piſcium deſignare poſſunt eleuationem mentis ad ſuperiora: quod eſt bonorū:& vitam ſublimem atq; cœleſtem.Leui.11.b.

Hie.de veſ.ſacerdo. — Voluntas.
Pinnula iecoris ſeu reticulum,voluntatem ſignificare poteſt.

## *Pinnaculum.*

PInnaculum eſt faſtigium & ſummitas ædificij in acumen tendentis.

Hila.ſ.Matt.cano.3. Amb.ſer.26. — Cœlſitudo legis.
Pinnaculum templi ſignificare poteſt celſitudinem legis & prophetarū:& etiam perfectionem cœleſtis ſacramenti:in qua ſtat Chriſtus.Matth.4.a.

Aug.d̄ vera relig.31. — Oculi.
Poteſt etiā oculos ſignificare,quos vult diabol⁹ ad terrena deprimi: q̄ ipſe Chr̄o mōſtrauit.

## *Pinus.*

PInus arbor,quæ & pinea dicitur:quæ apta eſt ędificijs,& nauibus conſtruendis.

Hiero.ſ.Iſa.60. — Phyſica.
Pinus doctrinam naturalē,& ipſos philoſophos ſignificare poteſt.Iſa.44.c.60.c.vbi ſeptuaginta dicunt Cedrus.

## *Pirus, ſeu Pyrus.*

PIrus eſt arbor cuius fructus eſt guſtui ſuauis:habetq; pyramidis ſeu ignis figuram.

Glo.or.ſ.2.Reg.5. — Inſidiæ diaboli. Idola. Sancti.
Pirus vt habet figuram ignis, inſidias diaboli deſignat trāsfigurantis ſe in angelū lucis.2. Reg.5.d.1.Par.14.c.deſignat etiā idola, quæ flētes reddūt ſuos cultores. Vnde in Hebraico dr̄ flentium.Vel piri ſunt ſancti:quorū cacumē eſt ſublimitas vitæ ipſorū:in qua flāte ſc̄tō ſpiritu, intonuit prędicationis ſonitus.Porro aliqui interpretantur vocabulum Hebraicum,mororum, & non flentium,quæ diuerſis characteribus in Hebræo ſcribuntur.

## *Piſcis,*

PIſcis genus eſt ad animalia,quę degunt in aqua.

Aug.ſ.Ioā.trac.123. & d̄ ſctis.ſer.28. Gre.ho.24. Hier.ſ.Mat.17. — Chriſtus.
Piſcis aſſus poſitus ſuper prunas,eſt Chriſtus igne charitatis ꝓ nobis crucifixus.Ioan.21. c.Eundem deſignat piſcis captus à Tobia.Tobi.6.a.Luc.24.f.Et piſcis habēs ſtaterē in ore,eſt Chriſtus,qui venit in profundum maris afferens confeſsionem & dans precium pro nobis & ꝓ ſe, qui peccatum non fecerat.Mat.17.d. Ipſe eſt piſcis petendus.Mat 7.b.

Ori.ſ.Mat.cap.13. Tert.de reſurrec. Aug.13.cōfeſ.23.& ſ.ps.39. Gre.33.mo.22. Ber.ſer.d̄.ſ.Andrea. — Homines. Simplices. Baptizati. Monachi. Prælati.
Piſces generaliter homines ſignificant,tam bonos quàm malos: qui in ſagena eccleſiæ colliguntur.Mat.13.f.Et piſces maris,homines in mundo,vbi maiores deuorent minores.Super hos ſpiritualis homo accipit dominiū.Eze.47.b.Iob,40.d.Poſſunt etiā peculiarius piſces dici ſimplices:& baptizati.Iſa.19.b.1.Cor.15.e.Piſces aūt in ſtagno,ſunt monachi in monaſterio.Piſces vero in flumine ſunt prælati & diſpenſatores varię diſcurrentes.

Amb 3.d̄ ſacramētis & d virg.3.&ſ.exae.5.6 Aug epiſ.121.& 83.q.57.&ſ.Ioā trt.123.Hila.ſ.Mat.can.17.Hier.ſ.Iob.12. — Spirituales. Fidem habentes. Perfecti. Martyres.
Piſces prętereа:qui nō pereūt ī diluuio,ſed natāt,nec mergūtur,deſignare poſſunt ſpūales,q̄ fluctibus rerū terrenarū minime mergunt,cū non ſint terreni.gen.7.Et piſces in aqua degētes, ſunt fidē habētes ſuſcepto baptiſmate,in quo perſeuerant ſicut piſces in aqua.Luc.12.b. Et piſces centūquinquaginta tres magni, ſunt perfecti,& martyres,& fidē confitentes.Ioan.21.c.Et piſcis habens ſtaterem in ore eſt credens & confitens fidem.Mat.17.d.Iob.12.b.





Doctores. Boni Carnales. Vitam aſpā agētes Vitioſi. — Beda.ſ.gen.1. Ori.ſ.Leui.ho.7. Tert.d̄ cib.5.iudaīs. Geo.ve.cant.1.tom.7.cap.32. Gre.5.mo.6. Cyril.cōt.Iulianū.9.
Piſces dici poſſunt boni doctores ,quibus dominatur Chriſtus. Gen.1.d. Et piſces habentes pinnas,quibus aſcendunt ad ſuperiora,& ſquamas,quibus proteguntur, ſunt mundi : Ideo deſignāt doctores & bonos,qui pennis ad cœleſtia aſcēdunt,& ſquamis protegūtur,ne in totū ſint carnales.Alij vero qui cœno volutātur, immūdi ſunt:& deſignant carnales.Leui.11.b. Vel piſces cum ſquamis ſunt vitam aſperam agentes:ſine ſquamis vero delitijs vacantes,& in cœno vitiorum viuentes,nec ad ſuperna eleuati,& otioſi,&c.

ꝓfunda penetrātes — Arno.ſ.ps.8.
Piſces maris dici poſſunt profunda penetrantes.pſal.8.

Curioſi. Philoſophi. Hæretici. — Gre.11.mo.2. Hiero.ſ.Iob.12. Aug.ſ.ps.8. Beda.ſ.gene.1.
Piſces etiam maris ſunt curioſi huius ſeculi, qui in magnis rerūm inquiſitionibus quaſi abditis fluctibus latent.Iob.12.b. Sic deſignant philoſophos & potentes, qui ſunt piſces maiores vorantes minores.Gen.9.a. Sic piſces quibus dn̄atur homo ſunt hęretici & philoſophi ſeculares.

Pctōres in mundo. Homines brutales. Sequētes errores. — Ori.ſ.Iere.ho.12.& Eze.ho.13. Hiero.ſ.Haba.1.&ſ. Hoſe.2.&ſ.Eze.29. Cyril.12.ſ.Ioan.42.
Piſces in mari ſolent etiam ſignificare peccatores in mundo.Gen.1.d.Iſa.50.b. Eze.38.f.Sopho.1.a.Haba.1.d.Item homines irrationabiles, & adeo bruti,vt nihil omnino ſapiant: & aerē liberum cœlumque non videant. Hoſe. 2. a. Et piſces fluminis qui mortui ſunt, ſunt homines ſequentes dogmata philoſophica & hæreticorum errores.Exo.7.c.Eze.29.a.Ioan.21.b.

Auarus. — Ori.ſ.Mat.ho.4. Baſi.Exae.in ho.7. Amb.5.Exaem.5.
Piſcis habens ſtaterem in ore, deſignat auarum pecuniæ inhiantem: ideo inuenitur in mari, hoc eſt,inter fluctus huius ſeculi.Mat.17.d. Et piſces maiores deuorantes minores ſunt potentiores auari,pauperes abſorbentes.

Fides. — Aug. de verb. do. ſer.29. Euch.form.ſpūal.4.
Piſcis viuens inter fluctus nec frangitur , nec ſoluitur fluctibus deſignat fidem , quæ viuit inter tentationes tempeſtateſque huius ſeculi : quæ alterius vitæ gaudia per lamenta præſentia, fletuſque irrequietos , in corde gignit : quæ inuiſibili gratia ſpiritus per aquam baptiſmi conſecratur , inuiſibili auxilio diuinæ protectionis nutritur , inuiſibili præmiorum intuitu , quæcunq; valet bona operatur : cui opponitur ſerpens , qui nititur decipere vt ſerpens decepit Euam.Luc.11.b.

Dona ſpūſſancti. Libri noui teſtamēti. — Hila.ſ.Mat.cano.5. Hiero.ſ.Mar.8.
Piſces ſine certo numero.Mat.15.d.diuerſitatem donorum ſpirituſſancti ſignificare poſſunt. Vel piſciculi pauci,ſunt libri noui teſtamenti.Mar.8.a.

Sermo propheticus & affectiuus. Duo teſtamenta. Dignitas Chriſti duplex. — Ori.ſ.Mat.cap.15. Hila.ſ.Mat.cano.14 Amb.ſ.Luc.9. Aug.83.q.61.&ſ.Ioan.trac.29. Hier.ſ.Mat.14.
Piſces duo diuiſi turbis.Ioan.6.a.deſignare poſſunt ſermonem propheticum, & ſermonem in affectibus poſitum , qui ſunt quaſi obſonium rerum ſenſibilium. Vel ſunt ſermones de patre & filio : vel ſunt prophetæ & Ioannes baptiſta : vel ſunt duo teſtamenta : vel ſunt dignitas regia & ſacerdotalis in Chriſto. Vel prædicatio Chriſti ſplendens in euangelica & apoſtolica doctrina. Cyril.3.ſ.Ioan.17.

Scientia practica.
Piſces ſcientiam practicam ſignificare poſſunt.Gen.1.c.Hi dātur homini in eſcam.Gen.9.a.

Mors. Sepulcrū Chriſti. — Hila.ſ.Mat.cano.17. Hier. ſ.Ionam.2. Rup.ſ.Ionam.2.
Piſcis deglutiens Ionam,typus eſt mortis deglutientis Chriſtum: quem tamen retinere non potuit.Ionæ.2.a.Matt.12.c.deſignat etiam ſepulchrum Chriſti.

## *Piſcari, Piſcator.*

PIſcari eſt piſces venari,& piſcatores ſunt,qui piſces venantur.

Prædicare. Prædicatores. Status eccleſiæ militantis. Status eccleſiæ triūphantis. — Ori.ſ.Iere.12. Hiero.ſ.Iere.16. Cyril 12.ſ.Ioan.62. Aug.ſ.Ioan.trac.122.& ſermo.148.
Piſcari eſt prædicare , & piſcatores dicuntur doctores & prędicatores , qui homines ad fidem Chriſti prædicatione ſua velut retibus cōuertunt.Iere.16.c.Eze.47.b.Mat.4.b.Piſcatio autem prima,qua impleuerunt apoſtoli duo nauigia,& retia rumpebantur : ſignificat præſentē ſtatum eccleſiæ, Iudæorum & gentilium:bonorum & malorum.Luc.5.b. Secunda vero poſt reſurrectionem , eccleſiam bonorum : ideo miſerunt ad dexteram nauigij rete, & certo numero ceperunt magnos piſces deſignantes prędeſtinatos.Ioan.21.a.

Hęreſiarchæ. philoſophi. — Hiero.ſ.Iſa.29.
Piſcatores dicuntur etiam hæreſiarchæ, & philoſophi docentes errores, & capientes animas ſimplicium.Iſa.29.b.

## *Piſcina.*

PIſcina dicitur lacus aut ſtagnū,vbi viui piſces coercentur. Extenſum eſt autē vocabulū ad oēs aquas collectas,ſiue frigidæ ſint,ſiue calidæ,etiam ſi piſces non habeant.

Fons diuinæ benignitatis. — Geo.ve.cant.1.tom.7.cap.15.
Piſcina ſuperior in Hieruſalem dici poteſt fons diuinæ benignitatis , dimanans in mentes noſtras,ſeu benedictio diuina propinans omnia bona.Iſa.7.a.

Cōmunicātes doctrinam. — Geo.ve.cant.1.tom.7.cap.15.
Piſcina autē inferior,quę ſicut aquā ſuſcipit,ſic diffundit,nulla aliquando facta in ea aquarū putrefactione,deſignat eos,q̄ talēta accepta cōmunicāt & lucrant̄ in benedictionē impartiēdo ſeipſos alijs,iuxta apoſtolicā ſentētiā qua dr̄:oībus omnia factus ſum,vt oēs Chr̄o lucrifaciam.

Doctrina hæreticorum. Diuitiæ. — Hie.ſ.Iſa.22.&ſ.Nahum.2. Cyril.2.ſ.Ioan.125. Rup.2.ſ.Nahum.2.
Piſcina inferior continens aquas turbidas, hęreticorum doctrinam peſtilentem & fætidam ſignificare poteſt.Iſa.22.c.Nahum.2.b.Poteſt piſcina aquarum deſignare abundantiam diuitiarum,quæ eſt in Niniue,hoc eſt in hoc mundo.

Sacramenta. Paſsio Chriſti. Verbum Dei. Lachrymæ. Ritus iudæorum. — Amb.de ſpūſſanct.7. Tert.de baptiſmo. Gre.ſ.cant.7. Rup.ſ.cant.6.&.5.ſ.Ioan.
Piſcina probatica,in qua per deſcēſum angeli ſanabatur vnus. Ioan. 5.a. deſignat ſacramēta ſacerdotū miniſterio collata:& peculiariter baptiſmū,& pœnitentiā, & paſsionē Chriſti.Item verbū Dei,quo ſanant̄ infirmi.Et oculi ſunt ſicut piſcinæ Eſebon,quum quis fundit lachrymas ꝓ peccatis.Cant.7.b.vel etiā ex deſiderio cœleſtium. Piſcina etiā probatica deſignat totū ritū ceremoniarum Iudæorum, & ſacrificiorum:quæ neminem ſanabant,niſi deſcendente Chr̄o.

Lex vetus. — Geo.ve.cāt.1.tom.7 cap 15.& cant.2.tom.6.cap.8.
Piſcina etiā Eſebō diuinā mētē ſignificare pōt,ī qua cōtinebant̄ oīa anteq̄ crearent̄.cāt.7.d.

Hiero.ſ.Iſa.22. Aug.ſ.ps.70.&.ſ.Io ăc.tract.17.

Piſcina vetus vmbram legis ſignificare poteſt,ſeu vetus teſtamentum.Iſa.22.c.Piſcina etiam probatica eſt lex vetus habens quinq; porticus,nempe quinq; libros Moſis.Ioan.5.a. Lex vetus.

## *Piſtor, Piſtrinum, Panifica.*

PIſtor dicitur,qui frumenta in pilis pinſit:licet nunc piſtor ſit,qui panem præparat ad coquẽdum.Piſtrinum autem eſt locus,in quo pinſitur,& panis fit.

Lyra.ſ.gen.40.

Piſtor regis Aegypti typum gerit Iudæorum,qui dixerant:Mittamus lignum in panem eius. Poteſt etiam deſignare latronem malum,qui cum Chriſto crucifixus eſt,& perijt. Gene.40.a. Iudæi. Latro malus.

Amb.ſ.Luc.17.

Piſtrinum ſignificare poteſt hunc mundum:aut corpus humanum. Mundus.

## *Pitacium.*

PItacium eſt particula corij,qua aliquid reparatur.Ioſu.9.a.

## *Pix.*

PIx eſt quæ fit ex arborum reſinis ad ignem decoctis,& in nigredinem verſis.

Ori.ſ.Exo.ho.2.

Pix in fiſcella,in qua poſitus fuit Moſes,deſignare poteſt obſcuros ſenſus Iudęorum legem ipſam obſcurantes.Exo.2.a. Senſus iudæorũ obſcuri.

Hiero.ſ.Iſa.34.

Pix quum ſit fomentum ignis,deſtructionem Hieruſalem,& templi combuſtionem ſignificare poteſt:& etiam pœnam inferni.Iſa.34.b. Deſtructio Hieruſalem. Pœna inferni.

Euch.form.ſpũal.8.

Pix nigredinem delictorum,& carnis delitias interdum ſignificat.Eccl'i.13.a. Qui tetigerit piſcem,inquinabitur ab ea. Peccata. Delitiæ carnis.

## *Placare.*

PLacare eſt mitem aut placidum facere eum,qui iratus eſt.

Glo.inter.ſ.Iſa.61.

Placabilis annus dñi eſt tempus prædicationis Chriſti,& tẽpus gratiæ.Iſa.61.a.Lc.4.c. Tempus gatiæ.

Baſi.ſ.ps.48. Gre.23.mor.5.

Placatio data Deo eſt à ſolo Chriſto:qui ſufficienter Deo pro nobis ſatisfecit.pſalm.48. Et ipſe eſt placabile ſacrificium.Exo.29.f.Iob.33.d. Chr̃s placans Deũ.

Glo.ord.ſ. Exo.28.

Placari dicitur dñs manente lamina in fronte pontificis,hoc eſt , quando pontifex perfectè Deo ſubijcitur:& ſubditi eius exemplo ſe Deo pura mente ſubijciunt.Exo.28.g. Subijci Deo.

Glo.ord.ſ. Exo.30. Arn.ſ.ps.105.

Placat dominum Aaron ſuper altaris cornua , quum ſacerdos ſanctorum interceſsiones interponit.Exo.30.b.Sic placatus eſt dominus orante Moſe & dicẽte:Recordare Abrahã,Iſaac,& Iſrael ſeruorum tuorum.Exo.32.c.Et placatur holocauſto vituli.Leui.1.a.Et oleo, hoc eſt, operibus miſericordiæ.Leui.14.d. Placans quoq; Phinees dominum,occiſis adulteris,deſignauit orationes martyrum maximè Deum placantes.pſal.105. Interceſsiones ſanctorum. Opera miſericordię.

Hiero.ſ.Iſa.60.

Placabile altare Dei eſt in eccleſia:vbi offertur euchariſtia maximè grata Deo.Iſa.60.b.

## *Placere, Complacere, Placitum.*

PLacere eſt alicui acceptum & gratum eſſe.Item ęſtimare,aut in æſtimatione haberi.1.Reg. 18.c.Ecce places regi. Conſentire.2.Reg.3.g. Placuerunt eis cuncta quæ fecit rex.Decernere.2.Par 30.a. Placuit ſermo regi,& omni multitudini. Gratum habere.Iudi.18.d.Videte quid vobis placeat.Præferre.2.Par.1.c.Quia hoc magis placuit cordi tuo. Suſcipere.2.Reg.3.d. Omnia quæ placuerant Iſraeli. Videri.Gen.20.d. Vbicunq; tibi placuerit habita.

Placitum Dei dicitur voluntas Dei.Ephe.1.b.Vbi dicitur beneplacitum eius. Voluntas Dei.

Arn.ſ.ps 68.

Placet Deo ſuper vitulum nouellum,hoc eſt,ſuper Chriſtum.pſal.78. In eo dicitur placuiſſe ſibi anima Dei.Iſa.42.a. Super eum facta eſt vox de cœlis dicens. Hic eſt filius meus dilectus,in quo mihi bene complacui.Matt.3.d.17.a. Placẽs Chr̃s Deo.

Glo.inter.ſ. Iſa. 62. &.ſ.Exo.33.

Complacuit domino in eccleſia.Iſa.62.b.Quia non meritis Iudæorũ aut gentium eam elegit,ſed gratuita voluntate:vnde & dicitur clemens in quem ſibi placuerit.Exo.33.d. Gratuita voluntas Dei.

Greg.ſ.1.Reg.2.

Placens Samuel Deo & hominibus.1.Reg.2.c.deſignat prædicatorem humilem corde corã Deo,& venerabilem coram hominibus:qui poteſt dicere:Chriſti bonus odor ſumus.2.Cor.2.d.Et,Omnia omnibus factus ſum,vt omnes facerem ſaluos.1.Cor.9.d.Et,Sine offenſione eſtote Iudęis & gẽtibus.1.Cor.10.g.Et,Gloria noſtra hęc eſt,teſtimoniũ cõſcientię nr̃ę.2.Cor.1.c. Prędicator gratus Deo & hominibus.

Hier.ſ.Iſa.56.

Placẽtes victimæ Deo ſunt orationes humilium ipſi gratæ.Iſa.56.c. Orõnes deo gratæ.

Gre.ſ.ps.101.

Placuerũt ſeruis dei lapides Siõ,quũ apl'i placuerũt ꝓphetis,q̃ de eis multa p̃dixerũt.pſ.101. Placẽtes apoſtoli ꝓphetis.

Glo.ord.ſ.ps.48.

Non placere Deo in ceremonijs mente lugubri. Leui.10.d. eſt in lege veteri non eſſe ſufficientem placationem.pſal.48.Non dabit Deo placationem ſuam. Legis veteris imperfectio.

Baſi.ſ.ps.114.

Placere domino in regione viuorum, hoc eſt,in cœleſti patria : vbi perfectè eſt voluntas in omnibus placens Deo.pſal.114. Voluntars perfecta beatorum.

Hier.ſ.Iſa.49.

Placitũ tẽpus eſt tẽpus redẽptiõis humanę per Chriſtũ factę, quę accepta fuit deo.Iſa.49.c. Tẽpus redẽptionis.

Glo.ord.ſ.ps.48. Gre.11.mo.16.

Complacere in ore eſt confiteri & laudare,& ſolis labijs honorare deum:quales ſunt laudes hypocritarum & hæreticorum, quæ non ſunt in corde.pſal.48.Sic non placent domino libamina hæreticorum.Hoſe.9.a.Iob.13.a. Laudes hypocritarum.

Hila.ſ ps.52.

Placent hominibus,qui propriam vtilitatem quęrunt.pſal.52.Qui & in carne placere dicuntur.Gala.6.c. Et placentia volunt ſibi loqui,qui cupiunt in vitijs perſeuerare.Iſa.30.b.



Placentes errores iudæis.

Placens ſaltatio filię Herodiadis Herodi, deſignat errores, quos amplexi ſunt principes Iudæorum.Matth.14.a. Ori.ſ.Mat.cap.14.

Tempus iudicij.

Non placentes dies deſignant tempus iudicij & diuinæ vindictæ.Eccl'tæ.12.a. Nunc quidẽ placet hypocritæ vęcordia ſua:ſed non placebit ei: quia cum tempus retributionis aduenerit, in pœna diſplicet,quòd vęcors fuit.Iob.8.c. Gre.8.mor.29.

## *Placenta.*

PLacenta eſt libum farinaceum,quod fit ex ſiliginea farina,caſeo & melle:dicta ꝙ nobis placeat:vel quòd ea Deos placare ſolent.Iere.7.d.44.c.Faciebant Iudæi placẽtas reginæ cœli,hoc eſt,lunæ:vbi placentæ omne genus ſacrificij deſignant. Glo.inte.ſ.Iere.7.

## *Plaga, uide Vulnus, & Regio. Plangere, uide Flere.*

Plaga, uide Vulnus, & Regio. Plangere, uide Flere.

## *Planta pedis.*

PLanta pedis eſt tota pars inferior pedis,etiam digitos & vngues includens.

Maturitas p̃dicatorum.

Planta pedis animalium quæ erat vituli,ſeu rotunda.Eze.1.b. deſignat omnibus amputatis angulis in operando rotunditatem eſſe ſequendam,quæ omnium figurarum pulcherrima & capaciſsima eſt.Vel deſignat opera prædicatorũ,qui debent maturè incedere, ne leues ſint moribus,& fortes eſſe in operando:& diuidere vngulam per diſcretionem. Deſignat etiam finalẽ vtilitatem incarnationis & paſsionis Chriſti: quæ eſt remiſsio peccatorum totius mundi. Gre.ſ.Eze.ho.5. Rup.1.ſ.Eze.3.

Remiſsio peccatorũ

Extremum vitæ. Opera.

Planta finem operum aut extremum vitę ſignificare poteſt:vt cum mali planta dicitur teneri laqueo.Iob.18.b.Et plãtæ pollutæ deſignant opera turpia.Iere.13.d. Gre.14.mor.5.

Primogẽitura Eſau Vltimũ tẽp⁹ iudęorum.

Planta pedis Eſau,quam tenebat Iacob. Gene. 25.c.deſignat primatum primogenituræ ab ipſo amiſſum.Vel nouiſsimũ tempus Iſraelitici populi,in quo dominus noſter aduenire dignatus eſt,vt eis conferret ſalutem. Glo.ord.ſ.gen.25.

Infirmi in eccleſia.

Planta pedis infirmos in populo deſignare ſolet. Iſa. 1. b. A planta pedis vſque ad verticem Satan Iob vulnerauit:quia prius ab hominibus inchoans vſq; ad ipſum caput eccleſiæ ſæuiendo peruenit.Iob.2.c. Hier.ſ.Iſa.1. Gre.3.mor.14.

Concupiſcentia neceſſaria.

Planta pedis concupiſcentiam neceſſariam, vel neceſsitatem concupiſcendi malum ſignificare poteſt.Iſa.1.b. Ricar.de.ſ.victo.de ſtatu iterior.hoĩs.3.

## *Planta, Plantare, Tranſplantare.*

PLanta in arboribus dicitur,quæ transferendi gratia aliunde ſumitur, vt alibi ponatur. Generale tamen nomẽ eſt ad omnes arbores, frutices & herbas.Plantare autẽ eſt plantas aliunde ſumptas alteri ſolo committere,& ſerere. Item fundere. Gen.2.b. Plantauerat autem dominus Deus paradiſum. Formare.pſal.93. Qui plantauit aurem non audiet? Conuertere.Iere.1.b.vt ædifices,& plantes.

Productio filij & fœlicitatis & virtutum. Incarnatio. Chriſtus. Iuſtus.

Plantaſſe dicitur Deus paradiſum, quando produxit filium : & locum fœlicitatis : & etiam quum inſtituit virtutes. Gen.2. b. Iere.1.c. Plantauit quoq; dominus de medulla cedri ſuper montem excelſum , quum incarnari fecit filium in virgine, qui eſt caput eccleſiæ. Ezec. 17.g. Et plantatum lignum ſecus decurſus aquarũ eſt Chriſtus iuxta populos : vel iuſtus in legis doctrina, & iuxta fluenta gratiæ Chriſti ſtatutus.pſ.1. Tranſplantatum eſt lignum ſecus decurſus aquarum eſt , qui de infidelitatis ariditate venit ad baptiſmum. Iere.17.b. Plantare autem dicitur Deus, quum in bono ſtatuit : Et plantat in veritate , fidei videlicet Chriſtianæ. Iere.18. b. 24. c. 31. c. 32.g. Ori.ſ.Ioſu.ho.17. Geor.ven.cãt.1. to. 7.cap.21. Hier.ſ.Ezec.17. & ſ.Iere.17. Arno.Hila. & Aug. ſ.ps.1. Gre.19.mor.27.

Producẽs Deus apoſtolos & diuites in eccleſia. Fundati iuſti in eccleſia.

Plantauit Deus de ramis cedri , quum produxit apoſtolos & cæteros de ſynagoga : & ex eis inſtituit eccleſiam in monte ſublimi. Ezech. 17. g. Plantauit etiam cedros Libani,hoc eſt, diuites in eccleſia:vel excellentes virtutè. pſal. 103. Dicitur etiam plantaſſe Deus populũ ſuum in monte hæreditatis:quia inſtituit eum in eccleſia,quæ eius hæreditas dicitur: & poſtmodum fiet hæreditas cœleſtis. Exod.15.c, Sic dicitur plantaſſe cœlos.Iſa.51.e. Et iuſtus dicitur plantatus in domo domini,in attrijs domus Dei noſtri.pſ.91. Ori.ſ.Eze.ho 12. Arn & Au.ſ. ps.103. Hier.ſ.Iſa.51.&.ſ. Iere.1.&.ſ ps.91.

Copulari corpori Chriſti.

Complantati Chriſto tanquàm ligno vitæ ſunt fideles,vt inde virtutem ſuſcipiant. Et tunc deponunt omnia vitia,ne de cætero peccent.Rom.6.a. Dicuntur etiam complantati ſimilitudini mortis eius:quia ſuſcipientes baptiſmum,virtute mortis Chriſti moriuntur vitæ veteri , & efficiuntur membra corporis eius. Ori & Amb.ſ.Roma.6.

Creatio mundi.

Plantaſſe etiam dicitur Deus paradiſum,quando creauit mundum.Gen.2.b. Philo.de plãta Noe.

Inſtitutio Iudęæ vel aïæ & eccleſię & ſacrę ſcripturæ.

Plantans Noe vineam deſignauit Deum inſtituentem Iudęam vel animam.Et dicitur plantaſſe vineam ſemine vero:quia creauit animam bonam:& eccleſiã tam militantem q̃ triũphantem.Plantauit quoq; Deus vineã,hoc eſt, Synagogam: vel ſacram ſcripturam. Gen. 9.c. pſal. 79. Iſa. 5. a. 60. d. 65. d. Iere. 2. e. Matth.21.b. Plantare quoq; vineam in montibus Samarię eſt fundare eccleſiam in apoſtolis & apoſtolicis viris. Iere.31.a. Plantauit etiam Deus vineã in paradiſo, hoc eſt , fideles in Chriſto. Plantant etiam vineam fideles , qui bene operando in Hil.ſ.Mat.cano.22. Hier.ſ.Iſa.5.60.65. Aug.16.ciui.Dei 2. Ori.ſ.Ier.ho.13.&.ſ. Mat ho.19.Arn.ſ.ps. 29. Amb.ſ.Luc.20. Geor.ve.cãt.1. to. 7.cap.21.28.

Benè operari. Bona intentio.

Beda.ſ.Prouer.31. Ricar de.ſ victo. de ſomnio Nabuch.14

ſpem eriguntur. Ezec. 29. g. Sic plantauit mulier fortis. Pro.31.b.Eccl'tæ.2.b.Mich.2.b.Plantatur etiam vinea, quando bonum propoſitum in bona intentione figitur.pſal.79.

Greg.12.mo.4. — Præſcientia diuina. Pma fides apoſtolorum.

Prima plantatio ligni eſt inſtitutio iuſtorũ in præſciencia diuina. Vel eſt prima fides diſcipulorum Chriſti, quam habuerunt ante paſsionem eius, quæ in reſurrectione reuixit.Iob.14.d.

Ori.ſ.1.reg.ho. 1. & ſ.Iere.ho.1. Philo.de plãta Noe. Ruper.6.ſ.gen.17. Amb ſ.1.Cor.3. — Exempla plãtorum. Iudaere virtutes. Cõuerſio infideliũ.

Plantans nemus Abraham deſignauit prẹlatos exempla virtutum ſubditis præbẽtes.Et vt nemus non eſt vnius ſpeciei arborum, aut fructuum, ſed diuerſarum: ita prẹlati diuerſarum virtutum exempla præbere debent. Plantauit etiam nemus Abraham, quum Chriſtus multos inſtituit in gentilitate inſignes viros. Gen.21.d. Et plantare ligna pomifera eſt virtutes & ſcientias in animam inducere. Leui.19.d. Plantare autem poſt auulſionem eſt extirpatis vitijs virtutes inducere. Iere.1.c.pſal.43. Plantat etiam prædicator, quum euangelizat, & ad fidem attrahit, & infideles conuertit.1.Cor.7.b.

Hiero.ſ.Iſa.17. — Fides ſynagogẹ.

Plantat plantationem fidelem ſynagoga, quum credit in Deum patrem, ſed ſeminat alienum germen, non credens in filium.Iſa.17.c.

Iſyc.ſ.Leui.19. — Tractare veterem legem.

Plantare ligna pomifera eſt tractare ſacram ſcripturam veteris legis.Leui.19.e.

Hie.ſ.Eze.18. — Deſtructio iudẹæ. Refrigeſcens charitas eccleſiæ.

Tranſplantata vinea in deſertum, quæ prius plantata erat ſuper aquas, eſt Iudæa in Babylonem tranſlata: vel in ſe deſtructa: vel eſt eccleſia frigeſcente charitate.Ezech.19.d.

Hie.ſ.Amos.5. & ſ. Iſa.44. Ori.ſ.Iere.ho.14. Philo.1.allegor. Gre.ad Leandrum. Ori.ſ.Ioſu ho.13. & Iere.ho.1.& ſ.Matt. cap.15.Hil.ſ.Matth. can.14. Aug.1.q.in euãg.17.Hie.ſ.p.143 — Doctrina hæreticorum erronea. Vitium. Carnalis cupiditas. Traditiones humanæ.

Plantant vineas hẹretici, quum mixta mendacijs docent myſteria Chriſti. Amos.5.c.Sopho.1.c. Plantat etiam pinum hæreticus, quum doctrinam naturalem proponit, vnde ſuas eliciat, aut confirmet hæreſes.Iſa.44.c.Plantare etiam lucum iuxta altare, eſt hæreſes in eccleſiam inducere, vel virtutibus vitia miſcere, vel inanem eloquentiam ſacræ ſcripturæ adiungere.Deut.16.d. Plantatio autem quam non plantauit pater cœleſtis, eſt vitium & carnalis cupiditas: & etiam traditiones humanæ legi diuinæ contrariæ. Vel ſunt intelligentes ſcripturas ſolum ad literam.Matth.15.b. Plantationes quoq; nouellẹ ſunt adinuentiones hæreticorum.pſal.143.

Hiero.ſ.Iere.12.

Plantaſſe dicitur Deus impios, quum eos permittit in hæreſi firmari.Iere.12.a.

Amb.ſ.Luc.17.

Tranſplantari morum eſt diabolum exire ab ijs, qui conuertuntur.Luc.17.b.

Hie.1.adue.Iouinia.

Plantandi tempus eſt in nuptijs.Eccl'tæ.3.b.

Geor.ve.can. 1. ton.6.cap.14.

Qui nutritioni tantummodo deditus, die noctuq; torpet, viuit vt planta.

## Planus.

PLanum dicitur cuius figura ſeu ſuperficies æqualis eſt.

Ori.ſ.Luc.ho.22. Hiero.ſ.Iſa.40. — Vita ſine vitijs. Corda gentium tractabilia.

Planæ viæ deſignant vitam ſine vitiorum anfractibus: vel corda tractabilia gentiliũ. Iſa.40.b.62.d.Luc.3.a.Et plana deſerti ſunt ſimplices ex gentilitate.Eze.47.b.

Hiero.ſ.Iſa.49. Geo.ven cãt.1.ton.7.cap.8. — Sacra ſcriptura. Fœlicitas. Cœlum empyreum.

Plana in quibus ſunt paſcua gregum domini.Iſa.49.c. deſignant ſacram ſcripturam: & fœlicitatem: ac cœlum empyreum: in quo nec tumefactio ſtellarum, nec gibboſum vel aſperũ quippiam reperitur: ſed totum eſt planum: totum iucundum, atq; amœnũ. Eſt etiam in ipſo archetypo planicies: à quo omnia iucunda, lenia, dulcia, amœna & delectabilia procedunt.

## Plaſmare, Plaſtes, uide Fingere.

## Platanus.

PLatanus eſt arbor latè ſe ſpargentibus ramis, & latis folijs.

Amb.2.de Iacob.4. — Vbertas ſpiritualis.

Platani virgæ dicunt ſpiritalis fructus vbertatẽ: quia huic arbori vitis annectitur.: vt per eius lata conſortia partus ſe vberes fundant.Gen.30.f.Ecl'i.24.b.

Gre.32.mo.24. — Angeli. Humiles.

Platani etiam deſignare poſſunt angelos: & humiles in paradiſo.Eze.31.c.

## Platea, uide Forum.

## Plaudere, Applaudere, Complodere.

PLaudere eſt percuſsione mutua manuum congratulari alicui, lætitiamq; oſtendere. Complodere vero contrarium indicare ſolet.

Glo.ord.ſ.Eze.21. — Punitio Dei.

Complodere aut percutere manibus dicitur Deus, quum iratum ſe puniendo oſtendit. Ezec. 21. b. 22. c.

Aug.ſ.ps.46. — Bene operari.

Plaudunt manu ligna regionis, quum ſancti cum gaudio benè operantur. Et omnes gentes plaudunt, quando bonis operibus laudant Deum.Iſa.55.d.pſal.46.97.

Glo.ord.ſ.Eze.21. — Plangere.

Plaudere ſuper femur eſt plangere, & gementis habitum aſſumere, & demonſtrare.Eze.21.b.

Lyra.ſ.Iere.5. — Fauere hẹreticis.

Applaudunt ſacerdotes pſeudo prophetis, quum fauent hæreticis & eorũ mẽdacijs. Ier.5.g.

Hie.ſ.Eze.25. — Gaudentes dæmones & hæretici de lapſu fidelium.

Plaudere manibus ſuper caſu Hieruſalem.Thre.2.e.Eze.25.b. Eſt quum dæmones gaudent de animæ lapſu: & hæretici de lapſu eccleſiæ.

## Plauſtrum, uide Currus. Plebs, uide Populus.

## Plecta.

PLecta eſt aliquid complicatum vt chorda. Et plectæ in ſculpturis maris fuſilis Salomonis, formam vinculorum, quibus ſculpturæ intexuntur, ſignificare videtur.3.Reg.7.e.Deſignãt autem



Vinculũ dilectionis

autem vinculum fraternæ dilectionis in apoſtolis & prælatis.

## Plectere.

PLectere eſt punire, aut ferire, aut etiam complicare.

Heretici fingẽtes rationes. — Hiero.ſ.Iſa.19.

Plectentes ſubtilia ſunt hæretici dialecticas rationes torquentes ad decipiendos ſimplices. Iſa. 19. b.

## Pleiades.

PLeiades ſunt ſtellæ ſeptem in ſigno Tauri: in cuius fronte ponuntur: nomenq; habent à pluuia.Iob.38.c.

Sancti. Nouum teſtamẽtũ. — Gre.29.mo.28.29. Hiero.ſ.Iob.38.

Pleiades quæ ſeptem ſunt, ſanctos omnes denuntiant: qui inter præſentis vitæ tenebras ſeptiformis ſpiritus gratiæ nos lumine illuſtrant: qui ab ipſa mundi origine, vſque ad eius terminum diuerſis temporibus ad prophetandum miſsi, & iuxta aliquid ſibi coniuncti ſunt, & iuxta aliquid diſiuncti: ſicut pleiades vicinitate ſibi coniunctæ ſunt, tactu diſiunctæ. Deſignant etiã nouum teſtamentum ſecundum quòd ab oriente ſurgunt, & gratiam afferunt ſeptiformis ſpũs.

## Plicare, Complicare.

PLicare eſt nectere, & velut rugas facere.

Ceſſans obſequium cœlorum. — Hiero.ſ.Iſa.35.

Complicabuntur cœli.Iſa.34.a. quum poſt detecta hominũ peccata in iudicio, non amplius obſequium præſtabunt malis: nec amplius in eis ſcribentur peccata.

Senſus ſpiritualis in literali. — Hiero.ſ.Eze.41.

Plicari oſtia templi eſt in hiſtoria legis contineri ſenſum ſpiritualem: & non eſſe vnum ſine altero.Eze.41.d.

Hierſ.Eclẽ.4.

Cõplicare dicitur ſtultus manus ſuas, quum nõ extendit eas ad bene operandũ. Eccl'tẹ. 4.a.

## Pluma, Plumeſcere, Plumarium.

PLuma eſt in auibus mollior & exigua penna. Plumeſcunt autem aues, quum pennas emittunt, quibus tegantur. Plumarium autem opus dicitur, quod multiplici varietate diſtinctũ eſt: vt auis varijs pennas coloribus.

Superbia. Leuitas. Diuitiẹ. Scientiẹ. Exercit⁹ regis Babylonis. — Iſy.ſ.Leui.1. Glo.inter.ſ.Eze.17.

Plumæ auium ſuperbiam, leuitatem, diuitias, ſcientiam, & cætera, quibus homo extollitur, ſignificare poſſunt.Leui.1.d. Et plumæ aquilæ grandis, deſignant diuitias regis Nabuchodonoſor, & exercitum eius, ac varias gentes illi ſubiectas.Eze.17.a.

Bona conuerſatio. Renouari per ſpiritum ſanctum. — Greg.31.mo.32. Hiero.ſ.Iob.39.

Plumæ, in bonum ſignificare poſſunt bonã conuerſationem, & dona ſpiritusſancti: ac virtutes. Plumeſcit autem accipiter expaſsis alis ad Auſtrum.Iob.39.c.Quum vnuſquiſq; ſanctorum tactus flatu ſpiritus ſancti concaleſcit, & vſum vetuſtæ conuerſationis abijciens, noui hominis formam ſumit. Quod Paulus admonet dicens Coloſ.3.b. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum. Et rurſum.2.Cor.4.d. Licet is qui foris eſt noſter homo corrumpatur: tamen is qui intus eſt, de die in diem renouatur. Vetuſtam autem pennam proijcere eſt inueterata ſtudia doloſæ actionis admittere: nouam pennam ſumere eſt mitem ac ſimplicem bene viuendi ſenſum tenere.

## Plumbum.

PLumbum eſt metalli genus grauis ponderis, coloris obſcuri: minimeq; ſonorũ eſtq; molle, ac facile liquabile.

Põduſcorrectionis. — Lyra.ſ.Iere.7.

Plumbum quandoq; ſignificat pondus correctionis, tam verborum, quàm flagellorum. Iere.6.g. In conflatione autem auri apponitur plumbum: & ſi conſumatur plumbum, conflatio nocet auro: ita ad perficiendos bonos additur plumbum correctionis.

Grauitas peccati. Grauitas cõdẽnationis. — Ori.ſ.Exo. ho.6. & ſ.Iſa.ho.6. Hiero.ſ.Zach.5. Rup.ſ.Zach.5.

Plumbum quum ſit maximè graue, grauitatem peccati ſignificare ſolet. Exod.15. b. Ezech. 28.c. Zach.5.c. Item grauitatem condemnationis: ideo ponitur ſuper amphoram, hoc eſt, ſuper iniquitatem.

Graues homines per peccata. Auarus. Auaritia. — Hier.ſ.Eze.22. Geor.vene.cant.1. ton.7.cap.6. Greg.14.mo.26.

Plumbum etiam dicuntur homines, non habentes firmitatem in bono, & graues per peccata.Eze.22.d.vnde plumbum tanq̃ fẹces metallorum non inuenitur in ſuperna ciuitate. Plumbi autem lamina eos ſignificat, quos auaritiæ pondus grauat. Iob.10.d. Quibus per increpantem prophetam dicitur.pſal.4. Filij hominum vſq; quo graui corde? Per plumbum nanq; cuius natura grauis eſt ponderis, peccatum auaritiæ ſpecialiter deſignatur: quod mentem quam infecerit, ita grauem reddit: vt ad petenda ſublimia attolli nequaquàm poſsit. Hæc eſt talentũ plumbi in amphora.Zach.5.c.

Populus iudẹorum. — Gre.9.mo.26.

Plumbi lamina etiam Iudæorum eſt populus: vt enim in plumbo facile ſcribitur, & ipſa eius mollicie facilius deletur: ita Iudæa prẹcepta Dei, & ſine labore pcepit, & cũ celeritate perdidit.

## Pluuia, Pluere, Imber.

PLuuia eſt iugis & lenta aqua cadens è nubibus, quæ cum eſt vehementior imber dicitur. Eſt etiam pluuia quandoq; fertilitas.Leui.26.a. Dabo vobis pluuias temporibus ſuis. Pluere autem dicimus, quum aqua ſic decidit. Eſt item pluere abundare. Iob. 20. c. Et pluat ſuper

ſuper illum bellum. Demittere. Exod.16.a. Ego pluam vobis panes de cœlo.Rigare. 3. Reg. 17.a. Non enim pluerat ſuper terram. Stillare.Exod. 9. c. Pluitq; dominus grandinem.

Amb.ſ.Luc.9.&.ſer. 15. Lactan.lib.4.cap.16 Arn.& Aug.ſ.ps.71. Chryſ.ſ.ps... ho.2. Aug.ſ.ps.77.

Pluuia dicitur verbum Dei, quod eſt filius Dei.Deut. 32.a. Amos. 4.b. Et pluuia in vellus eſt Chriſtus ſine virili ſemine conceptus : qui ſine ſtrepitu & humiliter deſcendit. Qui etiam in Iudæam deſcendiſſe dicitur vt in vellus. pſalm. 71. Pluit etiam Deus manna, quum incarnari fecit verbum.pſal.77.

Verbum Dei.

Ori.ſ.Iudi.ho. 8. & ſ.cāt.7.&.ſ.Ier.ho.5 Ambr.epiſ.11.44. Hier.ſ.Iſa.30. 55. Aug.2.de gen.cōtr. Manich.4.&.ſ.p̄s.134 Gre.ſ.1.reg.12. Antōi.epiſ.2.Bed.ſ.gen̄

Pluuia ſignificare ſolet gratiam,ſeu gratiæ infuſionem:& dona ſpirituſſancti, & doctrinam etiam prophetarum:quæ fuit vſq; ad Chriſtum:aut etiam ipſos prophetas:& præterea euangelium.Et pluuia in vellus deſignat gratiam in Iudæos collatam.Gen.2.a.Deut.28.a.32.a.1.Reg. 12.c.2.Reg.1.d.pſal.71.Eccl'tæ.11.a.12.a.Iſa.5.b.55.c.Iere.3.a.10.c. Et pluuiæ benedictiōis ſunt dona gratiarum,& conſolationes ſpirituſſancti. Eze.34.f.3.Reg.18.Iob.5.b.36.d.38.c.pſal.67. Zach.14.d.Diuina etiam miſericordia pluuia dicitur.pſal.134.Rpo.11.b. 1.Geo.ve.cāt.1.to.7.c.17.

Gratia. Dona ſpirituſſancti. Doctrina p̄phetarū Prophetæ. Euangelium. Cōſolatio diuina. Mīa Dei.

Arn.ſ.ps.146. Amb.ſer.38.

Pluuia quandoq; dicitur baptiſmus.pſalm.146. Ipſe eſt pluuia fructificare faciens terram. 3. Reg.18.g.

Baptiſmus.

Ori.ſ.cant.ho.2.

Imber ſignificat tempus paſsionis Chriſti:& etiam perſecutionis : Et imber abijt, quando Chriſtus ſurrexit,& perſecutiones ceſſarunt.Canti.2.c.

Tēpus paſsionis & reſurrectionis.

Hier.ſ.Ier.5.14.& ſ. Iſa.5.45.&ſ.amos.4 Philo.1.allego. Ori.ſ Leui.ho.16. Hila.ſ.p̄s.146. Greg.19.mo.6.&.20 mor.2 &.27.mo.18. &.29.mo.20. Aug.ſ.p̄s. 146. & de ouibus.14. Fulgen ſer.de cōfeſ. Iſych.ſ.Leui.26.

Pluuia temporanea & ſerotina ſignificat legem & euangelium:vel varias vocationes.Iere.5. f.14.a. Hanc pluuiam dat Deus temporibus ſuis.Leui.26.a.quum prædicari facit vnicuiq; tempore opportuno:& ſecūdum quòd id ferre poteſt.pſalm.67.134.146.Pluuiæ etiam prædicantium dicta deſignant.Iob.28.29.Deut.32.a. Et pluuiæ hyemis ſunt verba prædicationis in hac vita:vbi eſt hyems,quum nos adhuc noſtræ mortalitatis frigidus torpor aſtringit.Iob.36.d. Et imber fortitudinis Dei eſt prædicatio diuinitatis eius:ſicut imber infirmitatis eſt prædicatio incarnationis.Iob.37.a.Huius pluuiæ pater dicitur Deus. Iob.37.c.Eccl'tæ.11.b.34.f. Pluit autē dominus panes,quum dat doctrinam cœleſtem.Exod.16.a. Et pluunt nubes imbrem, quum apoſtoli & doctores prędicant. Et pluunt iuſtum, quum prædicant Chriſtum. Iſa. 5.a.45. b. Pluit autem dominus ſuper vnam ciuitatem,& non ſuper aliam, quum eccleſiæ dat doctrinam euangelicam & dona ſpiritualia,& non hæreticis. Amos.4.c.3.Reg.17.a. Imber quoque matutinus eſt doctrina Chriſti & apoſtolorum. Ioel.2.e. Et imber vehementiſsimus, cui dat Deus curſum,eſt fortis prædicatio,& inter graues perſecutiones.Iob.38.c. Imbres quoq; mōtium ſunt verba doctorum.Iob.24.b. Imbres quoque quos effundit Deus ad inſtar gurgitum, ſunt doctrina noui teſtamenti quæ tamen profunditatem habet & obſcuritatem myſteriorum. Cæterum pluuia ad legem Moſis referri poteſt propter multitudinem præceptorum. Stillæ vero pluuiæ ſunt myſteria in lege veteri latentia.Iob 36.d. Non pluit in Gelboe, hoc eſt, in Iudæa,quum ablatum eſt à Iudęis verbum Dei.2.Reg.1.d.3.Reg.18.g. Pluere autem dicitur dominus ſuper iuſtos & iniuſtos : quia omnibus prædicari facit Chriſtum. Matth.5.g. Nondum pluerat dominus ſuper terram. Gen.2.a. Quum antequàm peccaret anima, nondum nubibus ſcripturarum pluuiam doctrinæ dominus ad irrigandam animam conceſſerat: Nondum etiam propter hominem,qui eſt terra,dominus noſter nubem carnis aſſumpſerat, per quam imbrem ſancti euangelij largiſsimum infudit. Non compluta autem terra eſt non accipiens verbū Dei. Eze.22.f.Apo.11.b.

Lex & euangelium. Prædicatio.

Gre.16. mor.24.&ſ. 29.mor.15. Hiero.ſ.Iob.36. Au 1.ſer.do.in mōt. Greg 29.mor.16. Hiero.ſ.Eze.22.

Gre.6.mor.6.&.29. mo.16.&.ſ. Eze.ho. 10.

Pluuiam terræ Deus tribuit,quum arentia corda gentilium ſupernę gratia prędicationis infudit.Iob.5.b. Et ſuper terram abſq; homine in deſerto pluere eſt verbum Dei gentilitati prædicare. Quæ dum nullum cultum diuinitatis tenuit, nullamq; in ſe ſpeciem boni operis oſtendit,quaſi deſertum fuit.Iob.38.c. Et pluit dominus ſuper vnam ciuitatem & non ſuper aliam, quum ſanctæ exhortationis verba, alia mens ſuſcipit, alia recipere recuſat. Et quum quis ab vno vitio emendatur,& in alio perſiſtit, pars vna ciuitatis compluta eſt, & pars arida permanet. Amos.4.c.

Prędicare gentibus.

Hier.ſ.Hoſe.6. &.ſ. Ioel.2.&.ſ. Zach.10. Gre.20.mo.2. Beda.ſ.Pro.16. Ruper.ſ.Ioel.2.

Imber matutinus eſt in autumno : ſerotinus autem in vere,quum fruges virent & augentur. Amos.7.a. Imber autem matutinus aut temporaneus ſignificare poteſt fundamēta fidei,& cognitionem, quæ nunc habetur ex parte.Hoſe.6.a.Serotinus vero fructus fœlicitatis,& cognitionem perfectam.Deut.11.b. Vel imber ſerotinus & matutinus ſignificat nouum & vetus teſtamentum.Ioel.2.f.Imber quoq; ſerotinus eſt prædicatio in extrema parte ſeculi, & doctrina & dona ſpirituſſancti in aduentu Chriſti.Iob.29.d.Zach.10.a.pſal.77. Quando etiam maturis virtutum frugibus ablati de hac vita in dominico horreo recōdimur,imber eſt ſerotinus. Pro. 16.b. Imber matutinus, prædicatio Iudæis facta per apoſtolos: ſerotinus vero,prędicatio eiſdem facienda in fine ſeculi.

Fundamenta fidei. Fruct⁹ fœlicitatis. Nouum & vetus teſtamentum. Vltima prędicatio. Prædicatio iudæis facta.

Arn.& Aug. ſ.p̄s.67

Pluuia voluntaria quam Deus hæreditati ſuæ ſegregauit,fuit quum nato Chriſto angeli cecinerunt:Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Gratia quoq; eſt pluuia voluntaria:quia nullis præcedentibus meritis datur. pſalm. 67.77. Porro Auguſtinus epiſ.107. legit : Animam voluntariam.

Pax in ortu Chr̄i. Gratia ſine meritis.

Philo.1.allego.

Pluuia nutriens pinum eſt lumen naturale, aut Idea ſenſus nutriens ſcientiam naturalē. Iſa. 44.c.

Lumen naturale. Idea ſenſus



44.c. Pluuia autem,quæ eſt Idea ſenſus, non eſt ipſum ſenſibile, indiuiduum : & non pluerat dominus ſuper terram,hoc eſt,ſuper Ideam:quia particularia ſenſibilia debentur particularibus ſenſibus,& non Ideæ,quæ illis non indiget.Gen.2.a.

Lachrymæ pœnitētiæ.

Imber quandoq; ſignificat lachrymas pœnitentiæ, quæ abeunt aduenientе charitatis æſtate:licet veniant imbres amoris.Canti.2.c.

Ber.ſ.cant.ſer.58.

Pluit dominus laqueos ſuper peccatores.p̄s.10. Quum producit ſcripturas, quæ fiunt laquei malè intelligentibus Iudæis & hæreticis.

Aug.ſ.p̄s.10.

Doctrina philoſophrum.

Imbres Aegypti qui conuertuntur in ſanguinem, deſignare poſſunt doctrinam philoſophorum.p̄s.77.

Hie.ſ.p̄s.77.

Illecebre voluptatū Diabolus.

Pluuia ſenſim labens ſignificare poteſt blandè illabentes voluptatis illecebras, & profluuium luxuriæ. Canticor.2.c.Matthæ.7.d. vbi etiam deſignare poteſt diabolum animas perdere conantem.

Amb.ſ.p̄s.118.ſer.7. Hila.ſ.Mat.cāo.7. Hie.ſ.Matt.7. Geor.venet. cant.1. tono.7.cap.17.

Vindicta Dei.

Imber inundans eſt vis diuinæ punitionis:& etiam pluuia grandinis. Exo.9.d.Eze.13.b.38. g. Et pluuia ſulphuris & ignis eſt plenitudo ſupplicij.Gen.19.c.p̄s.10.Pluit etiam dominus bellum ſuper hypocritam.Iob.20.d.Quando iudiciorum ſuorum gladijs eius opera percutit. Bellum nāq; Deo pluere eſt iniqui vitam diſtrictis ſententijs deſuper ad interitum vrgere. Bellum Deo pluere eſt ſuperbientia contra ſe corda percutere : & mentem aridam, quaſi quibuſdam guttis pluuiæ deſcendentibus,iudiciorum ſuorum iaculis ferire.&c.

Hiero.ſ Eze.13.&.ſ. p̄s.10. Gre.15.mor.12.

Tentationes. Superſtitiones. Tribulationes. Verba hæreticorū. Litera legis.

Pluuiæ impingentes in domum,ſunt tentationes,& etiam caliginoſæ ſuperſtitiones.Matth. 7.d.Et pluuiæ hyemales ſunt tribulationes. Iob.37.a.Item perſecutiones in Chriſtum, & fideles:verba etiam hæreticorum & philoſophorum,& litera legis iam non ſeruanda.Cant.2.c.

Chry.ſ.gen.ho.26. Au.2.ſer.dn̄i ī mōt. Hie.ſ.Iob.37. Ber.ſ.cant.ſer 58.

Pluuiæ in meſſe comparatur dignitas collata ſtulto & indocto, quia plus nocet eccleſiæ, q̃; pluuia meſsi.Pro.26.a

Beda.ſ.pro.26.

Non pluunt nubes ſuper vineam Soreth.Iſa.5.b. Quando non deſcendunt cœleſtia beneficia in ſynagogam.

Tert.aduer.Iudæos

## *Plus, Plurimus,*

PLus & plurimus notæ ſunt ſignificationis,indicantia augmentum in multitudine.

Doctrina pro capacitate.

Plus aut minus colligere de manna.Exod.16.d. eſt vnumquéq; ſuſcipere doctrinam pro ſua capacitate.

Glo.ordi.ſ. Exo.16

Superfluitas prælatorum.

Plus offerre populum,q̃; neceſſarium ſit ad opus tabernaculi. Exo.36.a.dici poteſt quando ſuperflua dantur prelatis eccleſiæ.

Lyra.ſ.Exo.36.

Pluribus plus terræ datur.num.26.f.Quia plures ſunt imperfecti,qui plus de terra poſsident. In terra vero cœleſti plures dicuntur qui ſunt perfecti:quia vnus iuſtus pro pluribus reputatur: mali vero ſunt exigui.

Ori.ſ.nu.ho.21.

Multitudo filiorū eccleſiæ.

Plures filij deſertæ ſunt filij eccleſiæ ex gentibus,ſuperātes filios ſynagogæ.Iſa.54.a.Gala.4. d.Plurimos autem dicitur parere ſterilis,& non omnes.1.reg.2.a.Quia non oēs ſaluantur.

Gre.ſ.1.reg.2.

Mali.

Plurimi dicit̄ de malis,quaſi ſint ſine certo numero:& peculiariter de hypocritis.Iob.11.d.

Non rectè ſapere.

Plurima ſapientia dicitur eſſe eius, qui non recte ſapit : quia dum vltra modum tenditur, in quodlibet latus culpæ declinatur.Iob.26.a. Ait autem Paulus ad Roma.12.a. Non plus ſapere q̃; oportet ſapere.

Gre.17.mor.10.

Moris eſt ſcripturarum,quamuis plures libros,ſi inter ſe non diſcrepent,& de eadem re ſcribantur,vnum volumen dicere.Siquidem & euangelium,& lex domini immaculata conuertēs animas,ſingulariter appellantur,cum plura euangelia, & multa ſint mandata legis.Sic & volumen in Iſaiæ ſermone ſignatum omnis ſcriptura diuina eſt:& vno capitulo libri Ezechiel Ioannesq; veſcuntur. Saluator quoq; omnium retro ſanctorum voce prophetatus ait : in capite libri ſcriptum eſt de me.Iuxta hunc igitur ſenſum arbitror præceptum.Eccltæ.12.d. Ne plures libri fiant. Quicquid enim dixeris,ſi ad eum referatur, qui in principio erat apud Deū, & Deus erat verbum,vnum volumen eſt:& innumerabiles libri vna lex, vnum euangelium nominātur. Quia ſi diuerſa & diſcrepantia diſputaueris, & curioſitate nimia huc atq; illuc animum deduxeris,etiam in hunc librum multi libri ſunt.

Hie.ſ.Eccl'tn.

## *Poa herba, uide Borith. Poculum, uide Calix.*

## *Poderis, uide Tunica,*

## *Pœna. Supplicium.*

Afflictio. Deſideria iuſtorū.

POena eſt ſupplicium, quod datur alicui ob culpam.Sumitur autem generaliter pro omni afflictione:vt quū Iob:9.c.dicit̄ de Deo:De pœnis innocentū non rideat, vbi pœnæ innocētum ſunt deſideria iuſtorum.Spes autem q̃ differtur affligit animam.Pro.13.b.Sic ſumitur.Iob. 10.c.Pœnæ militant in me.

Gre.9.mor.20.

Pœnæ eccleſie.

Pœnæ Iob pœnas eccleſiæ ſignificant:quibus eius perſecutores ſaturari dicuntur.Iob.16.b. Et ſup-

Gre.13.mor.8.&.24. mor.5.

Et ſupplicia quibus conſumpta eſt caro eius, generis humani tentationes & tormenta ſignificant.Iob.33.d. Tentationes.

## *Pœnitere, Pœnitentia.*

POEnitere dicitur quis,quũ ea quæ fecit,ipſi diſplicent,& moleſta ſunt.Pœnitentia vero eſt ipſe actus pœnitendi.

Aug.de eſſent.diui.ni.&.ſ.ps.131. Euch.form.ſpũal.1. Pœnitere tribuitur Deo per metaphoram:quum opus eius videtur eſſe pœnitentis,& tamẽ pœnitendi affectum habere non poteſt.Pœnitudo enim Dei eſt mutandarum rerum immutabilis ratio:dicitur autem pœnituiſſe Deum,ꝙ hominem feciſſet:quia deſtruendo genus humanum habebat ſe per modum pœnitentis.Gene.6.b.Pœnitere autem dicitur Deus,quum mutat de malo in bonum:vt mutauit gentiles:aut de bono in malum,vt Iudæos:quæ mutatio occulto iuſtoq; Dei iudicio,ſeu per ſeueritatem iuſtitiæ,ſeu per miſericordiã eius fit. Quum autem ſtatuta non mutat,dicitur non pœnitere.ps.109.131.Iere.4.f. Mutatio rerum.

Glo.int.ſ.Hoſe.11. Pœnitudo Dei dicitur conturbata.Hoſe.1.c.quia grauia fuerat comminatus, & tamen grauiter punire nolebat:quaſi pœniteret eum populum ſuum delere.

Gre.ſ.1.reg.15. Pœnituiſſe Deum ꝙ conſtituerit regem Saulem .1. reg.15.c. Deſignat ipſum Deum reprobantem prædicatorem in peccatum lapſum,& non reſipiſcentem. Reprobãs Deus impœnitentem.

Glo.ord.ſ.Leui.5. Pœnitentia pro peccato eſt varia,ſecundum exigentiam delicti & vires pœnitentis.Leuitic.5.a.Iob.21.a.24.a.

Hila.ſ.Matt cão.12. Pœnitentia Niniuitarum typus fuit conuerſionis gentilium.Mat.12.g. Conuerſio gentium.

Gre.31.mor.2. Pœnitentiam agit in fauilla & cinere,qui contemplata ſumma eſſentia nihil aliud q̃; fauillã ſe cineremq; eſſe cognoſcit.Iob.42.a. Cognitio ſui.

Glo.ord.ſ.Exo.13. Pœnitere filios Iſrael egreſsionis de Aegypto,eſt dolere de vitiorum deſertione.Exo.13.d. Mala pœnitentia.

## *Polenta.*

Iſych.ſ.Leui.27. POlenta eſt,quę fit ex ordeo fracto & frixo: Poteſt autem ſignificare mollem prædicationẽ euangelij.Leui.23.c.Ioſu.5.c.Ruth.2.c.1.reg.17.b.25.c.Iudith.10.b. Prædicatio euangelij.

## *Polire, Politus, Impolitus.*

POlire eſt ornare & excolere,& quaſi politico more componere: & politi lapides ſunt dolati,& in ſuperficie lęuigati.

Ori.ſ.Ioſu.ho.9. Impoliti lapides altaris,ſunt apoſtoli & ſancti,à cultu mundano alieni.Ioſu.8.f. Apoſtoli.

## *Pollex.*

POllex dicitur digitus craſsior manus dictus ꝙ vi & poteſtate inter cęteros digitos polleat.

Iſych.ſ.Leui.8. Pollices manus dextrę & pedis, vim operatiuam deſignare poſſunt.Exod.29.c.Leuitic.8.d.14.d. Vis operatiua.

## *Polliceri, uide Promittere.*

## *Pollinctor.*

POllinctor eſt, qui funera mortuorum curat, quaſi pollutorum vnctor, hoc eſt, cadauerum curator.

Hie.ſ.Ezech.39. Pollinctores ſepelientes os mortui, ſunt doctores hæreſim aliquam confutantes.Ezec.39.d. Doctores.

## *Polluere, uide Immundus.*

## *Polymitum, Polymitarius.*

POlymitum dicitur, quod multis licijs ſeu filis conſtat:dictum à multorum filorum ſeu liciorum varietate:vnde polymitarius dicitur artifex:& ars Polymitaria.

Polymita veſtis,quam fecit Iacob filio ſuo Ioſeph,deſignat carnem Chriſti diuerſis virtutibus ornatam.Gene.37.a. Caro Chriſti.

Ori.ſ.Eze.ho.6. Ber.in apologia. Polymita etiam veſtis ſeu verſicolor,varietatem ſacræ doctrinæ & virtutum ſignificare poteſt. Gen.37.a.Exo.28.b.36.d.38.b.39.b.Ezec.16.b.27.c. Poteſt etiam diuerſos ordines & gradus in eccleſia deſignare. Varietas ſacræ doctrinæ. Gradus eccleſiæ.

## *Polypus.*

Baſi.exae.ho.7. Amb.5.ſ.exae.8. POlypus eſt piſcis multa habens brachia, quibus ſaxis adhæret: quorum colorem ſumit, vt piſces capiat. Significat fallaces & hypocritas, qui intrinſecus ſunt lupi rapaces ſub ouina pelle. Ab eo ſumitur prouerbium:vt polypi mentem habere dicatur, qui ſe nouit omnibus accommodare.Non inuenitur in ſacra ſcriptura.

## *Pompa.*

POmpa dicitur ſpectaculum & apparatus ſolẽnis, tam in aduerſis & triſtibus, q̃; in proſperis & lætis.

Pompa



Dæmones. Pompa armorum.Iere.47.a.multitudinem exercitus dicit, deſignans dæmones opprimentes detractores. Lyra.ſ.Iere.47.

Venantes gloriam. Pompaticè ingredi dicuntur hæretici ſuperbi,inanem gloriam venantes.Amos.5.g. Hie.ſ.Amos.5.

## *Pomum, Pomiferum, uide Fructus.*

## *Ponderare, Pondus.*

POndus eſt,quod graue eſt:aut ipſa grauitas: & illud quod librando ad ſtateram põderatur.

Ponderare autem eſt in ſtatera grauitatem rei examinare: vnde & generaliter ponderare eſt examinare.

Gratuitas diui.iud. Pondus Dei dici poteſt grauitas futuri iudicij:de quo.Iob.31.c. Põdus eius ferre non potui. Gre.21 mor.16.

Opera Chriſti. Pondus candelabri ſanctuarij deſignat opera Chriſti & membrorum eius.Exo.25.d. Glo.int ſ.Exo.25.

Regulæ ſacræ ſcripturæ. Pondus ſanctuarij iuſtam dicit menſuram : deſignat autem menſuram ſacræ ſcripturæ, hoc eſt,regulas ipſius ſcripturæ,quæ rectitudinem habent,quum doctrina philoſophorum ſit incerta.Exo.38.c.Leui.27.d. Glo.ord.ſ.Leui.27.

Cõueniẽtia virtutũ. Pondus aromatum æqualem virtutum concordiam & conuenientiam deſignat.Exo.30.d. Glo.int.ſ.Exo.30.

Amor animæ. Grauitas animæ. Pondus animæ eſt amor, quo fertur in locum ſuum . Et pondus ventorum eſt grauitas animæ,vt ab intentione Dei iam leui motu diſsiliat: ſed in eum fixa conſtãtiæ grauitate conſiſtat. Iob.28.d. Aug.13.confeſ.9. Gre.19.mor.4.

Rectum iudicium. Peruerſum iudiciũ. Pondus ęquum eſt rectum iudicium non declinans per fauorem in alteram partem:quod eſt gratum Deo.Pro.11.a.Pondus autem & pondus eſt diuerſum iudicium,quod quis habet de operibus proprijs & proximi.pro.20.b.d.Item quum quis petit à Deo veniam,nolens ipſe remittere proximis iniurias.Et pondera doloſa ſunt hæreticorum,& eorum qui pro muneribus,iudicant aliter diuites q̃; pauperes.Mich.6.c. Beda.ſ.pro.11.20. Hie.ſ.Mich.6. Gre.ſ.Eze.ho.4.

Peccatum. Pondus grauans quãdoq; ſumitur pro peccato: vt pondus graue ſimulacrorum eſt grauitas peccati colentium idola:& grauis ſeruitus,qua diabolo ſubijciuntur.Iob.46.a. Lyra.ſ.Iſa.46.

Labores huius vitæ. Pondus diei & æſtus tentationes & labores huius vitæ ſignificat.Mat.20.b.Apo.2.f. Ori.ſ.Mat.ho.10.

Præmiũ vltra cõdi. Ponderare dicitur Deus cœlos palmo:quia dat pręmium vltra condignum.Iſa.40.c. Rup.2.ſ.Apoc.

Ornare verba errorum. Ornare pauperes. Ponderare argentum in ſtatera,eſt ornare verba ad defendendos errores.Iſai.46.b.dicitur etiam de auaris opprimentibus pauperes:ſeu de mediatoribus in Simonia,vt pecunia aliena placabilem ſibi prælatum reddant. Lyra.ſ.Iſa.46.

Parcitas pœnitẽtiũ. In pondere comedens panem Ezechiel deſignauit laborem obſidionis Hieruſalem. Eze.4.b.Admonet autem parcè debere viuere eos,qui pœnitentiam agunt. Lyra.ſ.Eze.4.

## *Ponderoſus.*

POnderoſus ſeu grauis,vel hernioſus eſt,cui humor viſcerum ad virilia labitur:quæ cum moleſtia, dedecoris intumeſcunt:vnde hernioſus ſacerdos non admittebatur ad offerendas hoſtias Deo.Leui.21.d.Ponderoſus eſt,qui totis cogitationibus ad laſciuiam defluẽs, pondus turpitudinis geſtat in corde:& quãuis praua non exerceat opere,ab his tamen non euellitur mẽte. Gre.1.paſto.11. Habens turpes cogitationes.

## *Ponere, Exponere, Poſitus, Circumponere.*

POnere eſt adhibere.gen.4.d.Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel.Aedificare.Exo.40.b.Poſuit tabulas ac baſes.Applicare.Exo.34.d. Poſuit velamen ſuper faciem ſuam. Apponere.Gen.31.e.Pone hic coram fratribus meis Collocare. Gene.1.b.Poſuit eas in firmamento. Conſtituere.Gene.17.a.Ponam te in gentibus.Deponere.Ioan.13.a. Surgit à cœna,& ponit veſtimenta ſua.Diſponere.Gene.48.b.Poſuit Ephraim ad dexteram ſuam.Exercere.ps.108.Poſuerunt aduerſum me mala pro bonis.Exponere.2.reg.11.c.Ponite Vriam ex aduerſo belli.Imponere.Gene.4.c.Poſuit dominus ſignum in Cain.Parare.2.Reg.12.e. Petiuit vt ponerent ſibi panem.Permittere.Iob.7.d.Quare me poſuiſti contrarium tibi.Proponere.4. Reg.10.a. Eum ponite ſuper ſolium patris ſui.Sepelire.3.Regũ.13.a. Iuxta oſſa eius ponite oſſa mea.Subijcere. Exo.17.c.Lapidem poſuerunt ſubter eum.Abſcondere.Matt.5.b.Ponunt eam ſub modio.Dare.ps.20.Pones eos dorſum.Firmare.Thre.3.f.Poſuerunt lapidem ſuper me.Inſtituere.Ioan.13.c.Poſui vos vt eatis,& fructum afferatis. Exponere autem eſt quaſi abijciendò ponere. Actor.7.c.vt exponerent infantes ſuos.Ponere fœdus,paciſci.Gene.6.d.17.a.Ponere legem,ſtatuere. Iob.28.d.Ponere tenebras,impedire.Ioſu.22.e.24.b.Iob.19.a.Iſai.42.c.Ponuntur opprobriũ, qui deridendi traduntur.1.Reg.11.a. Ponamq; opprobrium vniuerſo Iſraeli.ps.43.Poſuiſti nos opprobrium inimicis noſtris.

Exaltatio Chriſti. Ponere arcam intra velum.Exo.26.g.40.b.Eſt Chriſtum introduci ad ſecreta Dei.Et circũponens Pharao torquem auream Ioſeph.Gene.41.f.Eſt Deus pater dans cœleſtem ſapientiam Chriſto homini.Poſuit etiam Deus ſpiritum ſuum ſuper Chriſtum, quando dedit ei dona ſpiritus ſancti.Iſa.42.a.Poni iuxta Deum orabat Iob deſignans Chriſtum,qui poſt reſurrectionem aſcendens in cœlum,ſedet à dextris Dei. Iob.17.a. Poſuit etiam Deus Chriſtum ſicut ſagittam Glo.int.ſ.Exod.29.&.ſ.gene 26. Hie.ſ.A glaſſæ.&.ſ.Iſa.49.&.ſ.Agge.2. Gre.13.mor.16.

electam

electam:quia ipſe eſt vnigenitus.Iſa.49.a.Et poſuit quaſi ſignaculũ Zorobabel,hoc eſt Chriſtum.Agge.2.d.

*Hie.ſ.Iob.16. Gre.13.mor.9. — Chriſtus mediator. Afflictio populi dei*

Poſuit ſibi Deus Iob,hoc eſt,Chriſtum quaſi in ſignum,quia fecit eum mediatorem Dei & hominum. Iob.16.c. Fidelis quoq; populus ponitur quaſi ĩ ſignum hoſti:quia ſemper eius ictibus percutitur,eiuſq; perſecutionibus affligitur.Poſuit Deus hominem in paradiſo. Gene.2.b. Hoc eſt,Chriſtum aſſumpta carne in eccleſia,cuius factus eſt caput.Ponere propiciatorium ſuper arcam.Exo.26.g.40.b.Eſt datum eſſe Chriſtum à patre, vt ſit propiciatio pro peccatis noſtris.Ponit Deus de fructu ventris Dauid ſuper ſedem.ps.131.Quando Chrs natus eſt de virgine perpetuo regnaturus.Poſuit etiam de fructu ventris Chriſti ſuper ſedem eius:quia dedit iudices in eccleſia eius vicarios.Poſuit etiam Deus tabernaculũ ſuum in ſole.ps.18.Hoc eſt,in vtero ſanctæ Mariæ virginis,quæ illuſtrata eſt ſicut ſol:vel ſoli poſuit tabernaculum in cœlis,cum Chriſtum poſuit in diſcipulis & in eccleſia.Poſuit Deus manum ſuper Chriſtum, quando firmauit in eo naturam humanam.ps.138.Poſuit etiam manum Chriſti in mari,hoc eſt,opera eius in mundo:& dexteram eius in fluminibus,hoc eſt,ſuper principatus & poteſtates mũdi. ps.88. Poſuit etiam Deus in Chriſto iniquitates omnium noſtrum, hoc eſt, pœnam peccatorum noſtrorum:quia pro omnibus paſſus eſt.Iſa.53.b.Ponẽs Eliſæus os ſuum ſuper os pueri, & oculos ſuper oculos &c.Deſignat Chriſtum per omnia factum nobis ſimilem.4.reg.4.f.

*Glo.int.ſ.Exo.26. — Dans iudices in eccleſia.*
*Glo.ord.ſ.ps.131. — Incarnatio.*
*Hie.ſ.ps.18 88. Arno.ſ.ps.18. Hila.ſ.ps.138. Glo.int.ſ.Iſa.53. Gre.9.mor.32.*

*Iſych.ſ.Leui.16. — Euangeliũ in Chro*

Ponere teſtimonium in arcam.Exo.25.b.Eſt doctrinam euangelicam eſſe in Chriſto ad inſtructionem fidelium.

*Iſy.ſ.Leui.4. Glo.int.ſ.Iſa.53. — Paſsio Chriſti.*

Ponere manus ſuper caput arietis,aut hoſtiæ,paſsionem Chriſti deſignabat. Exo.29.b.Leu.1.b.3.a.4.a.Ipſe enim ſponte ſeipſum obtulit,qui dicebat:Poteſtatem habeo ponendi animam meam,& iterum ſumendi eam.Et dicitur poſuiſſe pro peccato animam ſuam,quia mortuus eſt pro peccatoribus.Iſa.53.c. Et poſuit Deus carnem pro coſta Adæ, cum Chriſtus tradidit corpus ſuum pro eccleſia.Gene.2.d.

*Glo.ord.ſ.Leui.8. — Dignitas Chriſti. Memoria paſsionis Chriſti.*

Ponere laminam in fronte põtificis.Leui.8.b.Eſt dignitatem pontificis Chriſti recognoſcere:vel crucem eius in mente & fronte portare.

*Hie.ſ.Iſa.51. Cyril.cont.Iulia.8. — Erudiens Deus.*

Ponere pro erudire.Ponit Deus verba ſua in ore Chri vel fideliũ, quum dat quid loquantur ante reges & prȩſides.Peculiariter autem in ore Chriſti:vt non diceret ſicut prophetȩ,hæc dicit dn̄s:ſed,Ego autem dico vobis:& imperaret cum autoritate diuina.deut.18.d.Iſa.51.e.59.d.

*Aug.ſ.ps.68. Ori.ſ.Luc.ho.16. — Tradens ſe Chriſtus pro nobis.*

Poſuit Chriſtus veſtimentum ſuum cilicium,quãdo languores noſtros portauit,& quia oppoſuit carnem ſuam,in quam ſȩuirent Iudȩi,occultata diuinitate.ps.68.Et poſuit faciem ſuã vt petram duriſsimam,quia fortiter ſuſtinuit iniurias. Iſa.50.c.Poſitus eſt etiam Chriſtus in ruinã & reſurrectionem multorum:vt videlicet cadat vetus homo,& reſurgat nouus.Luc.2.e.

*Rup.5.de diuini offi ci.20.&.11.ſ.Ioan. — Abſconſio diuinitatis.*

Poſuit Chriſtus veſtimenta ſua, quando abſcondens diuinitatis gloriam ſeipſum exinaniuit. Ioann.13.a.

*Aug.ſ.ps.20. Hie.ſ.Zach.10. — Dans Chriſto diſcipulos.*

Poſuit Deus coronam de lapide pretioſo in capite regis, quando dedit Chriſto diſcipulos. ps.20.Ponit autem Deus gregem ſuum,quaſi equum gloriæ ſuæ, quũ ex ſimplicibus fecit Chriſtus fortes in prȩlio ſpirituali.Zach.10.a.

*Hiero.ſ.Zach.3 &.ſ.Hoſe.1. Aug.ſ.Ioan. trac.43 — Confeſsio diuinitatis Chriſti. Confeſsio humanitatis Chriſti.*

Ponere cidarim mundam in capite pontificis,eſt confiteri diuinitatem in Chriſto.Zacha.3.b.Ponens autem ſeruus Abrahæ manum ſub femore Abrahæ, quod erat iurare,confeſsionem humanitatis Chriſti deſignauit.24.a.47.g.Ponunt autem ſibi caput vnum, qui habent & confitentur Chriſtum.Hoſe.1.d.

*Aug ſ.ps.103. Hie.ſ.Iſa.28. — Dans prædicatores.*

Poſuit Deus nubem aſcenſum ſuum,quando nubes ſuſcepit eum aſcendentem in cœlum:& quando dat prædicatores,per quos auditores aſcendant in cœlum ſacræ ſcripturæ.ps.103. Ponit etiam Deus triticum per ordinem,quum ordinauit doctores in ſynagoga, vel prædicatores & ſacerdotes & alios miniſtros in eccleſia.Iſa.28.g.

*Philo.1.allego.&de planta.noe. Gre.2.mor.39. — Ponere mentẽ in virtute.*

Ponere dicitur Deus hominem in paradiſo,quando collocat mentem in virtute. Gene.2.b. Ponit autem Nazaræus capillos in igne ſacrificij.num.6.d. quia tunc ad perfectionis ſummam pertingimus,quũ ſic exteriora vincimus vitia,vt etiã à mẽte cogitationes ſuperfluas reſecemus.

*Glo.int.ſ.Exo.16. Amb.ſ.Luc.9. Hie ſ.Iſa 21. Gre.17.mor.14. — Conſeruatio & miniſtratio euchariſtiȩ*

Ponere man coram domino,& in tabernaculo eſt ſacerdotes conſeruare memoriam euchariſtiæ in eccleſia.Exo.16.a.Ponentes autem diſcipuli panes turbis, ſunt ſacerdotes miniſtrãtes euchariſtiam.Lucæ.9.b.Ponere etiam menſam eſt euchariſtiam miniſtrare. Iſa.21.b.Sic poſuit menſam ſapientia.Prouer.9.a.

*Glo.ord.ſ. Iere.24.*

Ponere dicitur Deus oculos ſuper eos,quibus benefacit.Iere.24.b.

*Aug.ſ.ps.138. Iſy.ſ.Leui.16. — Benedicens Chriſtus vtriq; populo. Protegens Deus. Aggrauatio Iudæorum.*

Ponens Iacob manus ſuper caput Ephraim & Manaſſæ. Gene.48.c.deſignare poteſt Chriſtum vtriq; populo benedicentem.Et ponens Deus manum ſuper Moſen. Exod.33.d.deſignat diuinam protectionem:vt autem poſuit manum ſuper eum,ne videret faciem Dei, deſignat aggrauationem populi Iudæorum,ne cognoſcerent priora Chriſti ante paſsionem.

*Gre.9.mor.31. Rup.1.ſ.Ioſu.3.4. — Chriſtus ſub lege.*

Poſuit manum in ambobus,hoc eſt,in Deo & homine mediator Dei & hominum Chrs Ieſus:quia vnde hominem reum recte docuit,inde iratum iudicem placauit.Iob.9.p.Ponens autem Moſes manum ſuper Ioſue, deſignat Chriſtum factum ſub lege per obedientiam patris. num.27.d.



numer. 27.d. Ponere quoq; librum legis in latere arcæ eſt Chriſtum impleſſe legem in cruce. Deut.31.g.

*Cõuerſio infideliũ. — Arno.ſ.ps.104. Baſi.ſ.ps.45.*

Poſuit Deus oſtenta in manu Moſis, quum poſuit verba ſignorum in lege. Exod. 4. c. ps. 104.Et poſuit prodigia ſuper terram,quum conuertit infideles.ps.45.

*Diuiſio fidelium & infidelium. Iudiciaria poteſtas ſanctorum. — Glo.ord.ſ.exo.8. Hie.ſ.Hoſe.6. Glo.ord.ſ.Dan.7.*

Poſuiſſe dicitur Deus diuiſionem inter populũ ſuum & populum Pharaonis. Exo.8.f.quia ſeruat bonos puniendo malos.Ponere meſſem eſt parari in iudicio ad recipiẽdum,vel pro peccatis pœnam,vel pro bonis operibus vitam æternam. Hoſe.6.d.Poſiti autem throni deſignant iudiciariam poteſtatem ſanctis datam cum Chriſto:quos & angeli comitabuntur.Dan.7.c.

*Non permittẽs malis noceri bonis. Excæcatio. — Glo.ord.ſ.Exo.15. Arn. & Au.ſ.ps.103. Gre.18.moral.17.& 14.mora.19.*

Poſuit Deus languorem in Aegypto,quum abſtulit à malis facultatem nocendi bonis.Et cũ permittit mundanos diligere quȩ ſunt mũdi.Exo.15.d. Dicitur etiam poſuiſſe tenebras,nempe in Chriſti paſsione:vel quia diabolus nõ poteſt tentare,niſi quantũ permittitur à Deo. ps.103. Poſuit etiam tempus tenebris,quũ poſuit modũ iniquis,quo iniqui eſſe deſiſtant.Iob.28.a.De his.Epheſ.5.b.Eratis aliquando tenebræ,nunc autem lux in domino.Rom.13.d.Nox prȩceſsit. Ponit etiam Deus tenebras ĩ calle alicuius,quum non permittit eum videre,quid agere debeat. Iob.19.a.Et ponit circulum in naribus regis Aſſyriorum, & frȩnum in lingua quum tentandi vires aufert à diabolo.Iſa.37.f.

*Dans Deus legẽ & præcepta. — Iſych.ſ.Leui.16. Aug.epiſt.59. Arn.& Au.ſ.ps.103. Gre.9.mor.5. Ambr.ſ.ps.118.ſer.5 Aug ſ.ps.77. Gre.ſ.1.reg.10.*

Ponens Deus Moſen in foramine petræ.Exo.33.d. Eſt dans Iudæis legem, per quam venirent ad fidem Chriſti.Poſuit etiam Deus ſignum in Cain,ne occideretur, cum legem dedit Iudæis,cuius gratia viuunt,vt teſtes fidei noſtræ. Geneſ.4.c.Ponere dicitur Deus terminum ſeu terminos,quum dat præcepta,quibus aſtringamur. Exod.19.d.25.b.p.103.Ieremi.5.f.Et quum non permiſit eccleſiam obrui fluctibus perſecutionum:vel quia ad frangendam mundi gloriam abiectos & pauperes elegit.Ponit Deus legem viam iuſtificationum ſuarum:quia tanq̃; dux aſſignat manſiones nobis vt militibus.ps.118.Poſuit autem legem in Iſrael, tanq̃; iugum peccatoribus,qui timore tenendi erant.ps.77.Quia iuſto non eſt lex poſita. Ponens Samuel librum legis coram domino deſignat legum autoritatem eſſe à Deo.1.reg.10.d.

*Pœna martyrum. — Hila.ſ.ps.65.*

Ponit Deus tribulationem in dorſo,quando martyres propter ipſum verberantur.ps.65.

*Eleuãs Deus bonos. — Gre.6.mor.8. Hie.ſ.Haba.3.*

Ponit Deus humiles in ſublimi.Iob.5.b.quando hic eos eleuat ad cõuerſationem cœleſtem: & poſtea beatificat. Et ponit pedes quaſi ceruorum, quum mentem facit leuem ad conſcendendum ad ſuperiora.Haba.3.d.

*Vanitas mũdanorũ — Gre.20.mor.26.*

Ponere dicitur etiam Deus eleuatum ſuper ventum.Iob.30.c. quia qui eſt in gloria mundana eleuatus,inani nititur fundamento.

*Dans Deus gratiam & nouum teſtamentum. — Ori.ſ.Leui.ho.16. Iſy.ſ.Leui.26. Hie.ſ.Mich.4. Glo.ord.ſ.Eze.36. Hie.ſ.ps.84. Amb.ſ.Luc.12.*

Ponere dicitur Deus animam ad vitam per gratiam. ps. 65. Et ponit tabernaculum ſuum in nobis,quum per gratiam in nobis habitat,& quum dedit teſtamentum nouum.Leui.26.b.Ponit etiam Sion in vngulas æreas, quum dat animæ virtutem ad vincendos dæmones. Mich. 4.d.Dicitur etiam ponere ſpiritum nouum in medio,cum dat ſpiritum ſanctum in corde. Eze. 36.f.Et dicitur ponere benedictionem eos,quos benedicit.Ezec.34.f. Ponit Deus greſſus ſuos in via,quum manet in cordibus eorũ,qui ſunt ſine peccato.ps.84. dicitur etiam ponere in medio eorum ſpiritum ſancti ſui.Iſa.63.c.Et ponere lucernam ſuper candelabrum eſt ſuper eccleſiam gratiam ſeptiformem infundere.Matth.5.b.Luc.8.c.

*Inſtituere prophetã & prædicatorem. — Hie.ſ.Iſa.21. Amb. de Ioſeph.10. Glo.int.ſ.exo.4.*

Ponere ſpeculatorem,eſt inſtituere prophetam.Iſa.21.b. Dicitur autem Deus ponere in viſceribus hominis ſapientiam.Iob.38.d.Exo.31.a. Ponere etiam pecuniam in marſupijs filiorum Iſrael,eſt ponere doctrinam in mentibus prædicatorum.Gene.43.c. Et ponere ſcyphum in ore ſacci Beniamin eſt infundere cœleſtem doctrinam Paulo. Gene.44.a. Ponens Moſes verba in ore Aaron deſignauit Chriſtum mediatorem inſtituentem prædicatores.Exo.4.c.

*Proponere exempla patrum. — Gre.21.mor.1.*

Ponens Iacob virgas in canalibus. Gene. 30. f. deſignat Chriſtum ponentem teſtimonia & exempla ſanctorum patrum in libris ſacræ doctrinæ,quibus nos intrinſecus infundimur.

*Dilatatio prædicationis. — Aug.ſ.Apo.ho.7. Hie.ſ.Iſa.21. Gre.17.mor.14. Iſych.ſ.Leui.8. Rup.6.ſ.Apoc. Beda.ſ.pro.23.*

Ponens angelus pedem dextrum in mari & ſiniſtrum in terra deſignat prædicationẽ Chriſti per totum orbem dilatandam.Apocalyp.10.a. Ponere menſam eſt prædicare ſacram ſcripturam.Iſa.21.b.Sic poſuit menſam ſapientia.Prouer.9.a. Ponere panem & collyridas ſuper adipem & armum eſt fundare ſacram doctrinam in bono deſiderio & in bona actione.Leuitic.8.c.Ponere autem lapidem ſuper os putei eſt non prædicare quando non oportet. Gen.29.a.Poſita ad menſam dicunt propoſitam doctrinam.Pro.23.a.

*Excelentia apoſtolorum. Diſpoſitio prædicatorum. — Augu.1.ſer. domini in monte. Gre.28.mor.8.9. Hie.ſ.Iob.38. Greg.20. mor.19.& 19.mor.6.*

Poſita ciuitas ſupra montem deſignat apoſtolos fundatos ſupra inſignem magnamq; iuſtitiam.Matthæ.5.b.Poſuit etiam Deus fundamenta terræ quum inſtituit apoſtolos fortes, & poſuit menſuras eius,quum quid,quando, & vbi prædicare deberent mandauit.Et poſuit viſitationem eccleſiæ pacem, & præpoſitos eius iuſtitiam, dando Chriſtum & apoſtolos ac prȩlatos.Iſa.60.d.Ponit Deus frænum in os prædicatorum eccleſiæ, quum eos vetat aliquibus prædicare. Iob.30.b. Poſuit etiam pluuijs legem, quum ordinauit vt prædicatores id quod verbis prȩdicarent,opere complerent.Iob.28.d.

*Cõiungẽs ſibi Deus Iſrael & iuſtos. — Glo.ord.ſ.Iere.13. Hie.ſ.Mich.2.4.*

Ponens Ieremias lumbare ſuper lumbos ſuos deſignauit Deum coniungentem ſibi Iſrael & iuſtos. Ieremiæ. 13. a. Et ponit Deus claudicantem in reliquias, quum ſaluat reliquias Iſrael. Mich.4

Michææ. 4. c. Et ponet Deus Iacob quaſi gregem, quum Iudæos conuertet in fine mundi. Michæ.2.d.

Arno.ſ.ps.113. Hiero.ſ. Iſai.43.49.42.51. Amb.de voca.gen.3 — Inſtitutio baptiſmi. Vocatio gentiũ & directio.

Poſuit Deus deſertum in ſtagna aquarum, quum inſtituit baptiſmum. Item quum in gentilitate dedit doctrinam veritatis: & dona ſpiritusſancti. ps.106.113. Iſai. 41.c. Sic poſuit deſertum quaſi delicias. Iſa.51.a. Ponit etiam Deus in deſerto viam, quum ij qui ad eius laudes muti erãt, ipſum laudant. Vel deſignatur vocatio gentium: & ꝙ toti mundo viam ſalutis aperuit. Iſa.43.c. Dicitur etiam poſuiſſe flumina in inuio. Poſuit quoq; mõtes in viam quum ſcripturæ myſteria peruia fecit. Iſa.49.d. Et poſuit Deus tenebras gentium in lucem quando eorum ignorantiam & peccata mutauit in lucem fidei & gratiæ. Iſaiæ. 42.c. Ponit quoq; Deus gloriam ſuam in gentibus, quum glorificatur à fidelibus percuſsis hæreticis. Ezechie.29.f. Ponentes angeli Lot extra ciuitatem Sodomorum. Gene.19.d. Separationem à vitijs, & progreſſum ad perfectionem deſignarunt.

Glo.int.ſ.Eze.39. Glo.ord.ſ.gen.19. — Separatio à vitijs. Proficere in bonum.

Hier.ſ.Ezec.16.&.ſ. Iſai.66.&.ſ.Iob.38. Aug.ſ.ps.65. — Ornãs Deus animã vel eccleſiam.

Ponit Deus decorem in Hieruſalem, ornando animã vel eccleſiam: quia niſi ipſe ponat nullus eſt nobis decor. Eze.16.c. Ipſe ponit animam in vitam, quum ſuſcitat eam à morte peccati. ps. 65. Et ponit ſignum fidelibus vt liberentur. Iſa.66.f. Et ponit propugnacula eccleſiæ iaſpidem, quum varijs gratiæ donis ipſam roborat. Iſai.54.c. Ponit autem Deus menſuras terræ, quãdo diuerſa dona ſpiritusſancti diſtribuit fidelibus eccleſię ſecundum menſurã donationis Chriſti. Iob.38.a.

Glo.int.ſ.Sopho.7. — Fœlicitas ſanctorũ.

Ponit Deus fideles in laudem, quum facit eos laudari in gloria cœleſti. Sopho.3.d.

Hie.& Aug.ſ.ps.55. — Liberans Deus à miſeria.

Ponit Deus lachrymas alicuius in conſpectu ſuo, quũ eius miſeret liberãs eũ à miſeria. ps.55.

Greg.1.reg.1. Baſi.& Hie.ſ.ps.32. Aug.ſ.ps.77. — Abſcondens Deus ſua myſteria.

Poſuit tenebras latibulum ſuum, quum abſcõdit myſteria reprobis. ps.17. Et ponit in theſauris abyſſos, quum abſcondit iudicia ſua intra ſuam ſapientiam: & quum reſeruat myſteria dignis reuelanda, & non omnibus exponenda. ps.32. Ponens quoq; Moſes velamen in facie, obſcuritatem legis deſignauit. Exo.34.d.

Gre.ſ.1.reg.2. — Charitas prædicatorum.

Poſuit Deus ſuper cardines terrę orbem, hoc eſt, multitudinem fidelium ſuper prędicatores: qui debent infirmos ſuſtinere, & omnes ad Deum reducere. Ponit etiam ſub orbe peccatores, quum ij, quibus antea mundus miniſtrabat voluptates, nunc conuerſi à mundo perſecutiones patiuntur. 1.reg.2.b.

Gre.ſ.1.reg.7. — Tranquillitas eccleſ.

Ponit Deus pacem fines eccleſiæ. ps.147. quia dum de redemptoris potentia eam in intimæ æquitatis conſuetudinem erigit, per dolorem cõpaſsionis perditorum miſeria non affligit.

Ori.ſ.Eze.ho.3. Iſych.ſ.Leui.16. Hie.ſ.amos.9. Aug.ſ.ps.89.138. Gre.33.mor.23. — Caſtigatio Dei. — Ira Dei.

Ponit Deus faciem contra peccantes, eos puniendo. Leuit.20.a.26.c. Eze.14.c.15.d. Sic etiã dicitur ponere oculos ſuper aliquos, eos puniendo. Amos.9.b. Et ponit manum caſtigãdo, vel ad emendationem, vel ad perpetuam pœnam. Et ponit manum ſuper diabolum, quum virtutis ſuę poteſtate ipſum ſuperat. Eze.30.f. Iob.40.d. Et ponit iniquitates nr̃as in cõſpectu ſuo, quũ eas caſtigat, nec diſsimulat. ps.89. Item ponit cõtra aliquem abominationes eius, quando ſecũdum eas ipſum caſtigat: qua ratione dicitur etiã ponere vias eius ſuper ipſum. Eze.7.a. Et ponit calicem indignationis ſuæ in manu aliquorũ, eos puniendo. Iſa.51.g. Ponens etiam Ezechiel faciem ad montes, iram Dei conſtantẽ deſignat. Eze.6.a.13.c. Poſita aũt dicitur Babylon in miraculum: quando mundus fit caſtigatione Dei mirabilis, Iſa.21.b. Poſuit etiam Deus hominis pedem in neruo, quum prauitatem illius forti diſtrictionis ſuæ ſententia ligauit. Iob.13.d.

Hiero.ſ.Eze.13.&.ſ. Iſa.21. Gre.11.mor.25. Hie.ſ.iſa.28. — Retributio Dei. Iuxta opera.

Ponit Deus iudicium in pondere, & iuſtitiam in menſura: quia reddet vnicuiq; ſecundũ opera ſua. Iſa.28.e.42.a.

Hie.ſ.nahum.3. — Exemplum pœnæ.

Ponit Deus Niniuen in exemplum: vt ſimilitudo formidatæ pœnæ ſimilitudinem prohibeat delinquendi. Nahum.3.c.

Hie.ſ.Ezec.28.&.ſ. Haba.1. — Dignitates naturalis luciferi.

Poſuerat Deus luciferum in monte ſancto ſuo: quia creauerat eum in gratia & ſocietate angelorum. Ezech.28.d. Poſuit etiam eum in iudicium: quia fortem ipſum fecit, ſed vt poſtea ſuis meritis condemnaretur. Haba.1.c.

Hie.ſ.Sopho.2.&.ſ. iſa.5.13. Aug.ps.106. — Deſtruens Deus ſynagogã animã, vel eccleſiam.

Ponit Deus ſpecioſam in ſolitudinem, quando relinquit ſynagogam, eccleſiam, vel animã. Sopho.2.c. Hoſe.2.b. Poſuit etiam vineam inconculcationem, quãdo permiſit vaſtari Hieruſalem: vel animę dominari dæmones. Iſa.5.b. Idem facit Aſſur ex mandato Dei. Iſa.10.b. Et ponit Galaad vel Libanum in ſolitudinem, deſtruendo Hieruſalem, aut aliquam eccleſiam. Iere. 22.b. Idem eſt ponere montes Edom in ſolitudinem. Mala.1.a. Et flumina in deſertum. ps.106. Ponit etiam Deus terram in ſolitudinem, quum tollit peccatores ex ea, vel conuertendo, vel in infernum mittendo. Iſa.13.b. Et poſuit ciuitatem in tumulum, quum deſtruxit Hieruſalem, vel animam. Sic poſuit vrbem fortem in ruinam. Iſa.25.a. Ponit etiam Hieruſalem deſolatam, quũ animam ſeparat ab omnibus, quę in vitijs ei fauebant. Thre.1.e. Et ponit animam in eradicationem, quum relinquit eam dæmonibus. Thre.3.e.

Hie.ſ.Eze.29.38. — Confutatio hæreticorum & dæmonũ.

Ponit Deus frẽnũ in maxillis draconis. Eze.29.a. quãdo per viros eccleſiaſticos, qui in ſcripturis ſanctis eruditi ſunt, imponit diabolo & hæreticis ſilentium: & vniuerſa peruerſitatis dogmata diſſoluit. Ponit etiam frẽnum in maxillis Gog. Eze.38.a. Quum conſtringit hæreticos & ſuperbos, ne omni vento circũferantur. Ponit Deus Samariam in aceruum lapidũ, quũ diſsipat hæreticorũ



Hier.ſ.Mich.1.&.ſ. Zach.9. — Hiero.ſ.Iſa.41.&.ſ. Iob.40.&.ſ.Abdi.&.ſ.Eze.26. Gre.33.mor.14.

hæreticorum beneficia ſeu machinamenta errorum. Mich. 1. b. Ponit etiam Deus Sion quaſi gladium fortium. Zach.9.c. Et caminum ignis: quia dat verbum euangelizantibus in eccleſia ad reuincendum hæreticos. Zach.12.b. Et ponit Deus munimenta contra Ariel, quando videlicet obſeſſa eſt Hieruſalem: & quando dat doctores eccleſię contra hæreticos. Iſa.29.a. Ponit etiam eos quaſi plauſtrum nouum, ad conterendas aduerſarias poteſtates. Iſa.41.b. Ponit etiam Deus circulum in naribus Leuiathan, quum per ſacras ſcripturas diabolum vel hæreticum cõuinci facit: vel quum ſuo iudicio eius inſidias circumplectens frẽnat. Iob.40.d. Ponũt inſidias Eſau, qui relinquunt hęreticos. Abdi.c. Ponunt puluerẽ Tyri in medio aquarũ, & lapides &c. Quum omnis hæreticorum ſuperbia demergitur. Ezec.26.c. Ponere lapides altaris ſicut lapides cineris, eſt deſtruere idololatriam & errores. Iſa.27.c.

Dimittẽs de⁹ malos — Hie.ſ.ps.20.

Ponit Deus malos dorſum: quia dimittit eos, vt ſemper terrena deſiderent. Vel quia retrocedunt, & retro reſpiciunt. ps.20.

Conuerſio infideliũ — Aug.ſer.97.&.83.q.69. Ori.ſ.Mat.ho.23.

Poſuit Dauid arma Goliath in tabernaculo ſuo, quando Chriſtus, quos abſtulit diabolo, poſuit in templo ſuo. 1.reg.17.g. Poſuit etiam Deus inimicos Chriſti ſcabellum pedum eius, quãdo rebelles ſubijciuntur Chriſto per conuerſionem. Vel quando omnis ſuperbia ſecularis incarnationis eius humilitati ſubijcitur. ps.109. Mat.22.d.

Hie.ſ.Zach.12.

Poſuit Deus Hieruſalem ſuperliminare crapulæ. Zach.12.a. Vt qui limen eius attigerit, inebrietur & corruat, ſiue ipſum ſuperliminare in eum corruat, à quo contingitur.

Gre.8.mor.22. Glo.or.ſ.ps.140.

Poſuit Deus hominem contrariũ ſibi, quando ipſe homo peccãdo Deũ dereliquit. Iob.7.d.

Ponit Deus cuſtodiam ori, quando ſeruat nos à prauis verbis & cogitationibus: quia verba ſunt à corde. ps.140.

Minæ Dei ad pœnitentiam. — Amb.de Noe.27. Hie.ſ.Iſa.15.50.

Ponit Deus arcum in nubibus, ſed ſine ſagitta, quando minatur per tribulationes, ſed cum miſericordia. gen.9.b. Ponit etiam additamenta ſuper Dimon, quando addit flagella ad pœnitentiam. Iſa.15.d. Dicitur etiam Deus ponere ſaccum operimentum cœlorum, quum etiam oſtẽdit ſanctos egere pœnitentia. Iſa.50.b.

Difficultas bene operandi. — Hie.ſ.Eze.3. Glo.or.ſ.exo.14.

Ponit Deus offendiculũ coram iuſto peccante: quia relinquit illi difficultatẽ bene operandi ex peccato. Eze.3.e. Ponere autem caſtra ſuper mare. Exo.14.a. eſt eos qui egrediuntur ab hui⁹ mundi Aegypto, multas pati tentationes in fide & operibus: in vtriſq; enim eſt difficultas.

Temperans Deus tribulationes. — Glo.inte.ſ.Iſa.51.

Ponit Deus flumina in ſiccũ, quãdo tribulationũ aut etiã voluptatũ impetus tollit. Iſa.50.b. Et ponit profundum maris viam, quum tolerabiles reddit tribulationes, & tẽtationes. Iſa.51.d.

Influẽtiæ cœli. Collatio donorum ſpiritusſancti. — Hie.ſ.Iob.38. Gre.29.mor.32. Rup.3.de glo.tri.6.

Ponit Deus rationem cœli in terra. Iob.38.d. quando per influentias cœli terra germinat & operatur: vel quando per diſpenſationem Chriſti & influentiam donorum ſpiritusſancti eccleſia creſcit, & roboratur. Vel ille ponit rationem cœli in terra, qui diuinorum ſecretorum cauſas aperit. Vel poſuit Deus rationes cœli in terra, regenerando filios per baptiſmum.

Exigere rationem. — Glo.or.ſ.Leui.25. Ori.ſ.Mat.ho.7.33. Gre.ho.9. Hie.ſ.Iſa.42.

Ponere rationem eſt exigere. Ponit autem ſeruus rationem ſecundum tempus vſq; ad iubileum, quum agit pœnitentiam ſecundum exigentiam delictorum: vt gulam purget ieiunio, garrulitatem ſilentio: &c. Leui.25.g. Ponens autem rex rationem cum ſeruis ſuis, eſt Chriſtus in iudicio exigens rationem ab hominibus. Matth.18.e.25.b. Ponit etiam in terra iudicium Chr̃s, quando ipſum reſeruabit vltimo tempori. Iſa.42.a.

Recognitio humanæ miſeriæ. — Amb.3.de ſacris.2.

Ponere dicitur Chriſtus lutum in oculis, quum miſeriam noſtram nos recognoſcere facit. Ioan.9.a.

Amb.de Iſaac.8. Gre.ſ.cant.8.

Ponendus eſt Chriſtus vt ſignaculum ſupra cor: vt ſemper eum diligamus: & ſuper brachiũ, vt ſecundum eum ſemper operemur. canti.8.b.

Hie.ſ.ps.20.

Ponit Deus vt clibanum ignis malos, in bonum quidem, quum illorum comburit peccata. In malum vero, quia vt clibanus intrinſecus ardet, ita malorum conſcientia intrinſecus ardebit eo ꝙ bona non fecerunt. ps.20.

Ingreſſum in eccleſiam & in virtutes — Glo.or.ſ.gen.6.

Ponens Noe oſtium in latere arcæ, deſignauit ingreſſum in eccleſiã per paſsionẽ Chri. gen. 6.c. Eſt etiam ingreſſus in virtutes, per prudentiam, quæ conſtituit mediũ in ceteris virtutibus.

Tres ſtatus fidelium in eccleſia. — Beda.ſ.gen.33.

Ponens Iacob vtranq; ancillam, & earum liberos in principio, deſignauit in eis ſtatum coniugatorum infimum locũ in eccleſia habentẽ. Ponens aũt Liam & filios eius in ſecundo loco, ſtatum pœnitentium & continentiũ ſecundũ locũ habentẽ. Ponens autẽ Rachelẽ cum Ioſeph in nouiſsimo, ſanctos Chriſto adhęrentes, & ſtatum contemplatiuorum indicauit. gen.33.a.

Succeſſor bonus. Excæcatio Iſrael. Reuelatio legis. Conuerſio Iudęorũ — Ori.ſ.gen.ho.15.1. Amb.de Ioſeph. Beda.ſ.gen.46.

Ponens Ioſeph ſuper oculos patris manum. gen.46.a. deſignat ſucceſſorem bonum in officio prelaturę predeceſſorem illuſtrantem. Vel deſignauit Ieroboam de ſtirpe Ioſeph excęcantem populum Iſrael per idololatriam. Vel deſignauit Chriſtum reuelantẽ legẽ. Vel conuerſionẽ Iudęorum in fine mundi per manum Chriſti futuram.

Traditiones additæ legi. — Glo.or.ſ.Exo.2.

Ponere infantem Moſen in fiſcella, eſt addere legi traditiones humanas & viles. Exod.2.a. Et ponere ipſum in carecto fluminis, eſt dare ipſi legi ſenſus carnales.

Erudire filios doctrina morali. — Glo.inte.ſ.Exo.3.

Ponere veſtes Aegyptiorum ſuper filios, eſt ipſos erudire doctrina philoſophica & morũ honeſtate. Exo.3.d.

Humiliari. — Glo.or.ſ.thre.3.

Ponere in terra vel in puluere os ſuum, eſt humiliari, & ſe puluerem eſſe cognoſcere. thren. 3.c.4.

Y

Hie.ſ.Iere.31.

3.c.4.reg.4.f.Iſa.49.a.Ponunt etiam ſibi amaritudines,qui antiqua deflẽt pctã.Iere.31.d.

Glo.inte.ſ.Exo.12. Iſy.ſ.Leui.1. Philo.de victimis. Glo.inte.ſ.Iſa.26. Gre.16.mor,8.&.32 mor.1. — Exercere bona opa

Ponere farinam ſuper humeros eſt exercere bona opera.Exo.12.c.Ponere etiam manus ſup caput hoſtiæ.Leui.1.b.eſt ſpontaneo motu bonam operationem exercere: vel innocentiam in operibus profiteri.Ponitur murus & antemurale in ciuitate Dei, quum in eccleſia ponuntur bona opera & fides.Iſa.26.a.Ponit ſermones Dei in corde ſuo,qui non ſolum verba exterius profert,ſed intus ea meditans opere adimplere curat.Iob.22. d. Ponit manum ſuper os ſuum, qui virtute boni operis culpas tegit incautę loquutionis.Iob.39.d.

Iſy.ſ.Leui.6. — Conſummatio opũ

Ponere cineres iuxta altare.Leui.6.b.eſt conſummatio bonorum operum in corde.Vel tribuere perfecta opera noſtra Chriſto,qui iuſtus iudex nobis præmianda ſeruabit: ſi non hæc per iniquas actiones præuaricati fuerimus.

Glo.int.ſ.exo.12.29 Hie.ſ.Eze.43. Iſy.ſ.Leui.4. — Applicatio paſsiõis Chriſti.

Ponere ſanguinem agni ſuper vtrunq; poſtem.Exo.12.a.eſt applicare paſsionem Chriſti ad cor & os.Eze.45.f.Et ponere ſanguinem vituli ſuper cornua altaris,eſt per paſsionem Chriſti virtutes in animam infundi.Vel fructum ipſius paſsionis ad quatuor mũdi partes dilatari.Exo.29.b.Eze.43.f.Deſignatur etiam Chriſtus præſtans virtutibus maiorem perfectioremq; virtutem:vt anima per eas contra aduerſariorum vires præualere poſsit.Ponere etiam ſanguinẽ ſuper extremum auriculæ Aaron,eſt per paſsionem Chriſti innouare auditum populi Iudaici: ipſumq; reducere ad obedientiam Chriſti.Exo.29.c.Leui.14.c.

Glo.inte.ſ.Exo.17. — Lex vetus in eccleſia.

Ponere lapidem ſub Moſe.Exo.17.c.eſt facere requieſcere legem veterem in eccleſia.

Glo.int.ſ.exo.25.27 Hila.ſ.Mat.cano.4. Gre.ſ.1.reg.6.7. Lyra.ſ.Iſa.42. — Prædicare Chriſtũ in toto orbe.

Ponere circulos in angulis menſæ eſt prædicare euangelium in quatuor partibus mundi. Exo.25.c.Idem eſt ponere anulos ſubter arulam.Exo.27.a.Et ponere lucernas ſuper candelabrum,eſt Chriſtum in toto orbe prædicare.Ponere autem lucernam ſub modio,eſt ipſum in ſola Iudæa prædicare.Mat.5.b.Ponere etiam ſuper menſam quæ rite præcepta ſunt, hoc eſt, panes,eſt Chriſtum prædicare.Exo.40.c.Idem eſt poſita in caniſtro offerre.Et ponere caniſtrũ in conſpectu domini.Exo.29.d.Ponere arcam ſuper plauſtrum,eſt cum prædicatores docent ſcripturarũ myſteria,vt ſimplices ad vitã æternã perueniant. 1.reg.6.b.Ponere quoq; arcã ſuper lapidẽ,eſt hortari ad Chriſti humilitatẽ ſectandam:vt quum dicunt illud Philipp.2.a.Hoc ſentite in vobis,quod & in Chriſto Ieſu &c.Et ponens Samuel lapidem inter Maſphat & Sen, deſignat prædicantem Chriſti fortitudinem,qui bonos protegit,& reprobos confringit.1.reg.7.c.Ponunt domino gloriam,qui Deum glorificant,& Chriſti gloriam prædicant. Iſa.42.b.

Au.1.ſer.do.in mõ. — Non prædicare ꝑter bona tẽporalia.

Ponere lucernam ſub modio.Mat.5.b.eſt commoda corporis ſuperiora facere,quam prædicationem veritatis:vt in eo quiſq; veritatem non prædicet,dum timet,ne aliquid in rebus temporalibus moleſtiæ patiatur.Ponere autem ſuper candelabrum,eſt corpus ſuũ miniſterio Dei ſubijcere:vt ſuperior ſit veritatis prædicatio,& inferior ſeruitus corporis:per ipſam tamen corporis ſeruitutem excellentior luceat doctrina,quæ per officia corporalia. i. per vocem & linguam,& cæteros corporis motus in bonis operibus inſinuatur diſcentibus.

Glo.or.ſ.Exo.28. — Proponere exempla maiorum.

Ponere lapides in vtroq; latere ſuperhumeralis eſt dirigere vitam ſuam & aliorum ad exẽpla maiorum:Ideo lapides nominibus patriarcharum inſcripti erant. Exo.28.b.

Glo.inte.ſ.Exo.28. — Ordinatio virtutũ.

Ponere in rationali quatuor ordines lapidum.Exo.28.c.eſt diuerſas virtutes in ordine quatuor virtutum conſtituere ad ornandum pectus ſacerdotis.

Glo.or.ſ. Exo.28. Glo.inte.ſ.Exo.30. — Memoria cœleſtiũ. Studiũ diſcendæ veritatis.

Ponere anulos in ſummitatibus rationalis:& contra faciem iuncturæ inferioris. Exo.28.d. eſt habere iugem memoriam nunquam finiendæ claritatis in cœlis. Ponere autem altare thimiamatis contra velum,eſt intentionem ſanctorum dirigi in cœlum.Exo.30.a.Ponere autẽ in rationali doctrinam & veritatem.Eze.28.e.Eſt vt meminerit ſacerdos, ſe ſtudijs doctrinæ & veritatis inquirendis,non curandis ruminandiſq; ſecularibus negotijs per acceptum ſacerdotium fuiſſe conſecratum.

Glo.or.ſ.Leui.2. — Orare.

Ponere thus ſuper ſimilã eſt addere orationes,quæ purgant pectus,& ſanant oculos.Sic ponere ſimilã cũ thure & oleo eſt ſemper orare,& nunq̃; ab operib⁹ miſericordię deficere.Leui.2.a.b.Ponere aũt thimiama corã teſtimonio:& ponere aromata in igne.Exo.30.d.eſt orationem addere doctrinę.Ponit eloquium ſuum ad Deum,qui ipſum intentè orat.Iob.5.b.

Gre.16.mo.14.&.17 mor.6. — Conſideratio ſui.

Ponit coram Deo iudicium,qui intra mentis ſecretum per fidei contemplationem ad tremẽdum examen illius maieſtatis oculos ſuæ conſiderationis aperit:& quid peccator homo mereatur attendit:& occultus nunc & tacitus iudex,quàm terribilis poſt appariturus ſit conſiderat.Iob.23.a.Ponit etiam verba ſua ante Deum,qui dicta fallacia auditu cogitans, & regulam veritatis penſans veraciter reprehendit:quia apud ſe in conſpectu veritatis examinat quid foris contra fallaciam decernat.Iob.24.d.

Gre.ſ.1.reg.9. Ori.ſ.cant.ho.1.2. Amb.ſ.pſ.118. ſe.2. Gre.ſ.cant.1. — Ordinare ſacerdotẽ vel prædicatorẽ, vel prælatum. Tradere ſacra volumina. Defendere pręcepta ſynagogæ.

Ponẽs Moſes ſacrificiũ ſuper manus Aarõ deſignat põtificẽ dantẽ ſacerdoti facultatẽ offerendi.Exo.29.d.Ponens autẽ coquus armũ ante Saulẽ.1.reg.9.d.deſignat propoſitã fortitudinem prędicatori ordinando,quã debet amplecti.Et ponẽs Saul ipſum armũ ante ſe, deſignat prædicatorem debere ſtudiũ conſiderationis adiungere.Ponere autem cuſtodẽ in vineis, eſt ad prælaturæ officium aliquem vocare:vel eſt tradere volumina veteris ac noui teſtamenti: vt in eis exerceatur.Vel eſt defendere pręcepta ſynagogæ.canti.1.b.





Duo genera lachrymarum. — Glo.inte ſ Exo.30.

Ponere labium inter tabernaculum & altare.Exo.30.c. deſignat duo genera lachrymarum: nempe pro peccatis,& deſiderio cœleſtis patriæ.

Dignitas prædicationis. — Gre.3.paſt.adm.26. Glo.or.ſ.Leui.2.

Ponere gladium ſuper femur, eſt anteferre prædicationem voluptatibus carnis.Exo.32.f.

Non ponendum fermentum & mel ſuper altare.Leui.2.c.quia per eloquentiam & doctrinas ſeculares non eſt quærenda perfecta notitia diuinorum.

Pœnitentia ſenſuũ. — Glo.or.ſ. Leui.5. Gre.3.mor.22.

Ponere quintam partem ſupra damnum,quod quis intulit.Leui.5.d. eſt quemlibet ſenſum, per quem peccauimus,per pœnitentiam offerre. Ponens Gedeõ carnes ſupra petram, deſignat caſtigationem corporis noſtri aſſumptam ad imitationem Chriſti.Iudi.6.d.

Ioannes Baptiſta — Arno ſ.pſ.84.

Ponens in via greſſus ſuos,eſt Ioannes Baptiſta præparans viam domini per baptiſmum & pœnitentiam.pſ.84.

Fiducia in Chriſto — Ori ſ.nu ho 19. Hie.ſ.Eze.13.

Ponere nidum in petra eſt fiduciam habere in Chriſto.Num.24.d.

Poſuit aquila de ſemine Libani in terra,quum Nabuchodonoſor inſtituit regem Sedechiã. Poſuit autem in ſuperficie,vt facile poſsit euelli.Eze.17.a.

Exempla bona vel mala prælatorum. — Gre.ſ.1.reg.8.

Ponens rex filios Iſrael in curribus ſuis,in malum quidem eſt prælatus carnalis exemplo ſuo ducens alios in faſtum mundanæ elationis.In bonum vero eſt prælatus bonus inflammans ſubditos ad deſideria cœleſtium.1.reg.8.c.Ponens etiam rex ſeruos &c.in opere ſuo,in malum eſt prælatus malus faciens aliquando etiam bonos peccare.In bonum vero eſt prælatus bonus cõuertens peccatores ad Deum,vt bene operentur:vt quum peccatrix eſt conuerſa. Lucę.7.f.Et telonearius.Mat.9.a.Luc.5.f.

Gre.34.mor.10.

Ponit Leuiathan profundum maris,ſicut quum vnguenta bulliunt.Iob.41.b.quia facit vt pſecutores fidelium arbitrentur ſe obſequium præſtare Deo.

Promotio indignorum — Gre.ſ.1.reg.8.

Ponens Samuël filios ſuos iudices.1.reg.8.a.deſignat prælatum indignos promouentem ad ſacerdotium:qui promittunt ſe multa facturos bona.

Cura ſubditorum — Gre.16.mor.5.&.ſ. Eze.ho.12.

Ponens Ezechiel laterem coram ſe,eſt prælatus tota intentione cor terrenum ſubditi cuſtodiens.Eze.4.a.Ponit etiam prædicator arietes contra Hieruſalem, quando tentationum aculeos in hac vita nos vndiq; circundantes,& virtutum murum perforantes indicat.

Cogitatio turpis — Ori.ſ.Eze.ho.3. Hie.ſ Eze.14.

Ponunt cogitationes ſuas in cordibus ſuis,qui turpia cogitant.Eze.14.a.Et ponunt immũdicias in cordibus ſuis,qui fixi ſunt in iniquitate,aut idolorum cultu.

Credere. Attẽte cõſiderare. — Hier.ſ.Agge.1 &.ſ. pſ.47. Aug.ſ.pſ.47.

Ponere cor in aliquid eſt credere,amare,aut venerari,aut attentè conſiderare: quod etiam eſt ponere ſuper cor.Iſa.41.f.47.b.Eze.44.b.Mala.2.a.Et ponere corda ſuper vias ſuas, eſt nihil abſq; iudicio operari. Agge.1.a.Ponunt autem corda in virtute Sion, qui non ſeparantur à charitate,quam docet eccleſia:& non ſolum docent,ſed etiam quod prędicant, opere complent.pſ.47.

Ricar.de.ſ. victo.de exterm.mali.37.40

Ponere lapides de medio Iordanis collectos in loco caſtrorum:& alios vndecũq; collectos in Iordane:fit quum quis in die malorum memor eſt bonorum,& in die bonorum memor eſt malorum.Ioſu.4.a.Sunt autem duodecim lapides educti è Iordane duodecim virtutes per duodecim patriarchas deſignatæ.Ruben,timor: Simeon, compunctio: Leui,ſpes:Iudas, charitas, Iſachar,iucunditas:Zabulon,ſeueritas:Gad,abſtinentia: Aſer, patientia: Dan, circunſpectio: Nephtalim,ſpeculatio:Ioſeph,diſcretio:Beniamin,inuiſibilium contemplatio. Et tunc conſiderantur lapides,quum eſt ſoliditas in timore,grauitas in compunctione,ſtabilitas in ſpe, integritas in charitate,maturitas in iucunditate,aſperitas in ſeueritate,auſteritas in abſtinentia,robur in patientia,ſolicitudo in circunſpectione,aſsiduitas in ſpeculatione, certitudo in diſcretione,quies in contemplatione.

Iuſtus in cœleſtibus aut cruce Chriſti. Diabol⁹ in ſupbis. — Gre.31.mor.34. Hie.ſ.Iob.39.

Ponit aquila nidum in arduis,hoc eſt,iuſtus in cœleſtibus,aut in cruce Chriſti: quia deſideria terrena deſpiciens,ſpe iam de cœleſtibus nutritur.Iob.39.d.Vel intelligit de diabolo quieſcente in ſuperbis.

Separatio ab hæreticis. — Hie.ſ.Iſa.13.16.

Non ponet Arabs tentoria ſua in Babylone,quum ſtatus eccleſiæ non erit amplius in hoc mundo,aut cum mundanis & hæreticis.Iſa.13.d.Ponere autem vmbram in meridiem eſt ab errorum obſcuritate, ad veritatis lucem venire.Iſa.16.a.

Inferre errores in eccleſia. Abuti ſcriptura & dõis Dei ad errores — Glo.or.ſ.Leui 10. Ori.ſ.Eze.ho.7. Hier.ſ.Eze.7.16.23. Hie.ſ.Iſa 7.57.&.ſ. Abdi.

Ponere ignem alienum.Leui.10.a.eſt hęreſes inferre in eccleſiam & extraneas doctrinas,& traditiones.Ponere autem thimiama coram idolis:eſt quum hæretici tali Deo offerunt orationes,qualem ſibi ipſi finxerunt.Ita etiam dicendum de oleo,pane,ſimila,melle &c.Ezech.16.c. Idem faciunt,qui ſacra ſcriptura & donis Dei abutuntur ad deffendendos errores. Sic ponunt aurum & argentum in ſuperbiam,qui ſuperbè vtuntur ſcriptura ad errores.Eze.7.f.27.f.Ponit hæreticus cubile ſuum in montibus,quum eligit errores ſuperbos,in quibus diabolus quieſcat. Et ponit ipſum poſt oſtium,quum latenter docet errores,retroq; reſpicit.Iſa.57.b.Ponunt etiã hæreditatem Dei in abominationem,qui dant peruerſos ſenſus ſcripturæ ſacræ.Iere.2.b.Ponere volentes filium Tabeel regem ſuper Iudam,ſunt hæretici & philoſophi inducentes errores in eccleſiam.Iſa.7.b.Ponere nidum ſuum ſupra ſydera dicitur hyperbolicè de ſuperbia hęreticorum. Abdi.b.Qui etiam dicuntur ponere ſigna ſua & non Dei in Sion, quando nitũtur ſubijcere ſuis erroribus eccleſiam Dei.pſ.73.

Hie.ſ.Iſa.65.&.ſ.ps.72.
Amb.4.de interp.6.
Tollere diuinā prouidentiam.

Ponunt fortunæ menſam,qui diuinam tollunt prouidentiam:& vel ſtellarum curſu,vel fortunæ varietate aiūt animā gubernari.Iſa.65.b.Ponūt etiam in cœlū os ſuū,qui peccata neceſsitati cœlorū, aut Deo aſcribūt.Vel per ſuperbiā ſciētiæ,loquūtur cōtra habitatorē cœli.ps.72.

Glo.inter.ſ.thre.3.

Poſuerunt lapidem ſuper Chriſtum,quando Iudæi munierunt ſepulcrū.Vel dicitur de peccatore non valente regredi ab inferis.thre.3.f.

Hie.ſ.Eze.16.
Ori.ſ.Eze.ho 8.
Tradere ſe omnib⁹ vitijs.

Exponit fornicationem ſuam omni tranſeunti,qui omnibus obſequitur vitijs.Eze.16.b. Sic ponit vt terram corpus ſuum,qui ſe omnibus ſubijcit vitijs:vt à dæmonibus conculcetur. Iſa.51.g.Ponere etiam baſim in omni platea,eſt docere vel ſequi viam latam.Eze.16.c.

Hie.ſ.Ier.12.32.&.ſ.Ioel.3.
Glo.inte.ſ. Ier.5.
Arno.ſ.ps.78.108.
Iſy.ſ.Leui.19.
ſcandala errorū & exemplorum

Poſuerunt Iudæi offendicula in domo Dei,quum intulerunt idola:& quum hæretici inferunt errores in eccleſiam.Iere.7.g.32.f.Ponentes etiam laqueos ſunt hęretici & dęmones. Ier.5.f.ps.118.Et ponunt paſtores vineam domini in diſsipationem, quum eccleſiam exemplo & doctrina peruerſa deſtruunt.Et ponunt mortalia ſeruorum Dei volatilibus, qui faciunt alios peccare.ps.78.Et ponunt mala pro bonis,qui docent alios peccare.ps.108.Ponunt etiam pueros in proſtibulum prælati,qui turpis lucri gratia non corripiunt delinquentes.Ioel.3.a. Ponit etiam offendiculum coram cæco,qui facit opus,per quod ignarus ſcandalizatur.Leuitic.19.c. Ponebant etiam ſcandalum Chriſto iuxta iter ſcribæ & phariſęi,per captioſas interrogationes circa præcepta aut alia bona,prętexentes ſpeciem boni.ps.139.

Hier.ſ.Iere.17.&.ſ.Iſa.28.
Fiducia in homine.

Ponit carnem brachium ſuum,qui viribus puri hominis ſaluari ſperat.Iere.17.a.Sic ponunt mendacium ſpem ſuam,qui in diabolo & idolis confidunt.Iſa.28.d.

Hie.ſ. Ezec.32.&.ſ.Iſa.22.
Minæ hæreticorum

Ponentes terrorem ſuum in terra viuentium fuerunt dæmones & hæreſiarchæ terrentes eccleſiam.Ezę.32.e.Ponunt etiam equites ſedes ſuas in porta Sion, quū nituntur efficere ne quis prodire audeat ad defendendam eccleſiam.Iſa.22.b.

Hie.ſ Eze.32.
Glo.ordi.ſ. Eze.32.
Dæmones & hæretici in inferno.

Ponitur cubile Aſſur in medio interfectorum.Eze.32.e. Quia diabolus iacet in inferno in medio eorū,quos decepit.Poſuerūt gladios ſuos ſub capitibus ſuis hæretici aut dæmones in inferno,quādo iā alijs nocere nō poſſunt.Eze.32.f.Vel dicit de ijs,qui in erroribus ſuis quieſcūt.

Lyra.ſ.Ioel 1.
Hiero.ſ.Iſa.14.&.ſ.Iere.4.
Aug.ſ.ps.78.
Tollens diabol⁹ dona Dei ab anima.

Ponit locuſta vineam in deſertum,quum tollit diabolus dona Dei ab anima & ab eccleſia. Ioel.1.b.Sic ponunt terram deſiderabilem in ſolitudinem.Zach.7.d.Poſuit etiam diabolus vrbem deſertam,quum multos abſtulit ab eccleſia.Iſa.14.d.Sic poſuit terram Iuda in ſolitudinē. Iere.2.c.4.B.10.d.Et poſuerunt gentes Hieruſalem in pomorum cuſtodiam, quum penè deſertam fecerunt eccleſiam.Pſ.78.

Hie.ſ.Mich.5.

Poſuerunt Iudæi obſidionem ſuper Chriſtum in paſsione.Vel ponit Deus obſidionem animæ,vt cogatur ſequi *Deum.Mich.5.a.*

Hie.ſ.Eze.44.

Ponunt cuſtodes in ſanctuario ſibimetipſis: qui non quærunt gloriam Dei, ſed proprium commodum.Eze.44.c.

Poſuerunt Iudæi tenebras lucem,& amarum dulce,quum prætulerunt Barabbam aut diabolum Chriſto.Iſa.5.e.

Hie.ſ.Zach.5.

Poni amphoram ſuper baſim ſuam,eſt iniquitatem firmari.Zach.5.d.

Ponens Abraham partes ſacrificij contra ſe.gen.15.b.

Ponens ſeruus Abrahæ armillas in manibus Rebeccę.gen.24.f. Vide ſimila.

Poſuit Deus Hieruſalem lapidem oneris,vide Lapis.

Rup.ſ.Mich.7.

Ponere manū ſuper os,eſt propter cōfuſionē aut ſtuporē nō audere loqui. Mich.7.d.

## *Pons.*

Glo.or.ſ.2.Mach.12

Pons à pēdendo dictus videtur,quod quaſi in aëre pendere videatur:eſtq; illud per quod ſuper aquas,aut foſſas tranſimus.2.Mach.12.b.Poteſt in bonum & in malum ſumi:Et in ciuitate inimicorum munita pontibus,defenſionem ſeu prohibitionē trāſitus ad vitia deſignabūt.

## *Pontifex.*

Pontifex eſt ſacerdos ſummus,qui alijs ſupereminet ſacerdotibus:quaſi eorum princeps.

Ori.ſ.Leui.ho.3.
Gre.ſ.ps.10.
Christus

Pontifex peccans deſignare poteſt Chriſtum,qui factus eſt peccatum pro nobis:& peccata noſtra ſuper ſe tulit.Ipſe eſt qui obtulit vaccam rufam,hoc eſt,carnem ſuam.Leui.16.e.

Glo.or.ſ.Leui.8.
Epiſcopi

Pontifex veteris legis epiſcopos & prædicatores ſignificare poteſt.Exo.28.f.29.a.35.b.39.c. Leui.8.a.

Philo de profugis

Pontifex cuius mortem expectare debet homicida,dici poteſt verbum Dei. nu.35.c.

Ori.ſ.Leui.ho.6.
Verbum Dei.
Portio ſuperior rationis

Pontifex vtens duabus tunicis eſt vtens carnalibus ceremonijs legis,& intelligens ſpiritualia.Poteſt etiam pontifex deſignare portionem ſuperiorem rationis.

## *Poples, uide Genu.*

## *Populus, Plebs, Vulgus.*

Populus eſt multitudo hominum iuris conſenſu & concordi cōmunione ſociata.Plebs autē & vulgus eſt multitudo ignobilis:licet populus ſæpe pro vulgo ſumatur.

Populus



Angeli vel dęmōes
Iuſti.
Limbus.
Apoſtoli.
Hie.ſ.Ioel.2.
Philo.de ſacri. Abel & Cain.

Populus multus veniens contra Sion erunt angeli,vel dæmones in iudicio. Ioel.2.a. Populus autem ad quem apponuntur viri iuſti,ſunt angeli,vel iuſti defuncti:Vel limbus ſanctorum patrum.gen.25.a.49.d.Apoſtoli etiam dicuntur populus Dei.Iſa.65.c.

Chriſtiani
Iudæi.
Virtutes
Vitia.
Spirituales.
Carnales.
Baſi.ſ.ps 44.
Hier.ſ.Iſa.13.20.25.51.&.ſ. Mich 7.
Ori.ſ.Iere. ho.6.&ſ.nu.ho.15.&.ſ.Ioſ.ho.7.
Arno.ſ.ps.104.
Aug.18.ciui. Dei.32
Hie.ſ.Eze.39.
Ori.ſ.gen ho.12.
Tertu.adu. Iudæos.
Amb.de obi.Valēt.
Hie.ſ. Sopho.3.

Populus etiam dicuntur ſecūdum fidem vniti,hoc eſt,Chriſtiani. gen.35.b.41.e.42.a.Exo.1.b.3.b.15.b.22.d.23.b.30.d.31.d.33.a.36.a.40.d.Leuiti.7.c.9.b.10.a. Et dicuntur populus fortis.Iſa.13.c.17.d.19.d.20.a.25.a.42.a.Eoſdem deſignat populus Sion,& populus Iſrael. Iſa.30.d.Iere.6.e.11.a.12.d.31.c.Dicuntur etiam populus Dei:quod de rationalibus dicitur : ſicut minus rationales dicuntur oues.ps.7.13.28.52.59.67.78.93.101.104.115.134.148.Mich.7.c. Et populus terræ dicuntur aliquando boni.Exo.5.a.Reliquiæ quoq; Iſrael credentes dicuntur populus Dei.Iſa.51.a.52.b.65.c.Fideles quoq; dicuntur populus accinctus:vel populus peregrinationis.Haba.3.c.Populus etiam ſolus dicuntur fideles,ab infidelium multitudine ſegregati.nu.23.b.Et populus ſciens iubilationem,ſunt fideles concordes charitate.ps.88. Et populus quem fecit dominus dicuntur fideles in gratia exiſtentes.ps.21.Qui & in populum Dei eſſe dicuntur Iere.31.a.Omnis populus ſepelit Gog,quia omnes fideles diſsipant hęreticos.Eze.39.c. Populus autem minor ſuperans maiorem deſignat Chriſtianos reuincentes Iudæos:vel virtutes vitia ſuperantes:vel populus minor eſt ſpiritualis:maior vero carnalis. geneſ.25.c. Et populus pauper ſunt Chriſtiani:populus vero diues Iudæi.Sophoni.3.c. Et populus paruus humiles Chriſtiani.Iſa..6.b.

Imperfecti
Simplices
Vulgus eccleſiæ.
Ori.ſ.Ioſu.ho.4.
Hie ſ.Iſa.13.&.ſ.Iere 1.
Iſy.ſ.Leui.4.
Gre.ſ.1.reg.13.14.&18.mor.24.

Populus quandoq; dicuntur imperfecti,& minores,& ſimplices,ac vulgus eccleſię:& plebs promiſcuū vulgi:vnde & longe ab arca ſtare iubentur.Exo.17.a.18.c.19.d.20.c.24.a.32.a.33.a Ioſ.3.b.Leui.4.c.1.reg.6.d.13.a.ps.44.Iſa.13.a.14.a.Iere.1.d. Et vulgus pauper eſt multitudo ignara.Iob.24.b.Et vulgus terræ ſunt religioſi viri,& ſimplices:& dicuntur terræ, quia in bono opere magni ſunt:ſed altiſsima contemplatione magni non ſunt. 1. reg.14.d.

Genus humanum
Credentes
Aug.ſ.ps.55.
Iſy.ſ.Leui. 21.
Ori.ſ.Leui.ho.12.

Populi cuncti.Exo.33.d.videtur pro toto genere humano ſumi:ſicut populus. Leuitic.16.c. Iſa.34.a.Mich.4.a.Ex his populis educit Deus oues ſuas,quando ex omnibus eligit.Eze.34.d. Populus etiam ſacerdotis dicitur genus humanum:quod eſt populus Chriſti : quia humanam aſſumpſit naturam.Vel peculiariter dicuntur credentes & ſancti.Ad literam vero , populus ſacerdotis dicitur genus eius. Leui.21.c.

Gentiles credentes.
Aug ſ.ps.73.
Hier.ſ.Iſa. 49.& ad Princip.& ſ. Eze.3.
Gre.18.mo.18.

Populi dicuntur aliquando gentiles fidem amplectentes.Exo.15.b.Et populi Aethiopū ſunt gentiles prius nigri:ſed per baptiſmum & fidem dealbati.ps.73.Et populi cadentes ſub Chriſto ſunt gentiles ad fidem venientes.ps.44.143.Et populi de longe erant gentiles,qui erant longe, & per fidem facti ſunt prope.Iſa.49.a.Et populus profundi ſermonis ſunt gentiles,ad quos nō eſt miſſus Ezechiel.1.Chriſtus,vt per ſemetipſum eis prędicaret:quem illi ſuſcepiſſent,vt ſuſceperunt poſtea diſcipulos. Ezec.3.b. Populus peregrinans eſt,qui ad ſortem electorum currens habere ſe patriam nouit in cœleſtibus:& tanto magis ſe illic ſperat inuenire propria , quanto hic cuncta quæ prætereunt,eſſe à ſe putat aliena.Iob.28.a.

Iudæi.
Hæretici.
Philoſophi.
Mali
Iudæi & gentiles.
Arno.ſ.ps.2.
Hie.ſ.Iſa.2.27.
Ori.ſ Iſa.ho.6.
Hila.ſ.ps.2.
Hie.ſ.Iſa.9.
Hie.ſ.Iſa.28.49.60.&.ſ.Eze.27.
Hie.ſ.Hoſe.1.
Rup.ſ.Hoſe.1.
Hila.ſ.ps.66.
Ori.ſ.Ioſu.ho.8.

Populus Dan dicuntur Iudæi.gen.49.c.Leui.4.a.Ipſi ſunt populi,qui meditati ſunt inania ps.2.Idē eſt populus non ſapiens:& populus Gomorræ:& populus direptus. Iſa.1.c.6.c.27.d. 42.d.ps.134.Et ipſi ſunt populi arguendi,& non iudicandi,ſed iam iudicati:quia Chriſtum nō receperunt.Iſa.7.a.Populus Moſis dictus eſt Iſrael poſt peccatum : quaſi iam non eſſet Dei:q; etiam populus duræ ceruicis dictus eſt.Exo.32.b.33.a.34.b.Et populus excęcatus erant Iudęi tempore Chriſti.Et populus ambulans in tenebris:& populus non credens.Iſa.6.c.9.a.22.b.65 a.ps.55.in titul.Populi etiam dicuntur interdum tam Iudęi quam hęretici,& philoſophi.Iſa. 2. b.8.b.Et populus impudens dicuntur Iudęi & philoſophi.Et populus alti ſermonis:& populi quos operit caligo.Iſa.33.c.60.a.Et generaliter populus interfectionis Dei ſunt mali in iudicio puniendi.Iſa.34.b.Et populus in cuius fœdus datus eſt Chriſtus,ſunt Iudęi, & generaliter omnes.Iſa.49.c.Et populi multi quos impleuit Tyrus:ſunt de quibus ps.2. Aſtiterunt reges terrę &c.Eze.27.g.Non populus Dei dictus eſt Iſrael,quum eiectus eſt à Deo : vbi etiam deſignantur hęretici.Hoſe.1.c.Populi abſolutè ſunt Iudæi:Populi vero omnes,Iudęi & gentiles. ps.66.Populus fugiens cum Ioſue in obſidione Hai,ſignificat Iudęos fugientes à lege: Populus autem in inſidijs poſitus deſignat gentiles dæmones ſuperantes.Ioſu.8.a.

Dæmones
Voluptates.
Vitia.
Mali.
Perſecutores.
Exēpla peccantium
Vetus cōuerſatio.
Hie.ſ. Ezec.30.&.ſ.Iſa.14.
Ori.ſ.Exo.ho.2.
Beda.ſ.Exo.1.
Baſi.& Arn.ſ.ps.44.
Hie.ad Principiā.&ſ.ps.44.&.ſ.Iſa.18.30.&.ſ.Iere.6.
Gre.ſ.1.reg.13.14.

Populi regis Babylonis ſunt dęmones.Ezechi.30.b.Ioel.2.d. Et populus Pharaonis dicuntur angeli apoſtatę ſub ſuo principe Satana:& interdum voluptates carnis : & etiam homines mali & peccatores.Exodi.1.b.14.b.15.b.Iſaię.14.e.33.a.Et populus Amalec ſunt dæmones & vitia & quilibet perſecutores.Exo.17.d.Et populus Aegypti cōculcati à Chriſto.Iſa.30.a.63. b.Et populus Hai ſunt dęmones.Ioſu.8.a.Populus etiam obliuiſcendus eſt populus dęmonū & peccati opera:& exēpla peccantiū:& vetus cōuerſatio.ps.44.Vulgus etiā dicitur multudo vitiorū.1.reg.13.a.Populus autem qui ad prędandum iuiſſe dicitur,deſignat pctōres, qui quaſi violenter peccant:vel dęmones:qui animas captiuas ducere conantur.1.reg.14. b. Et populus horribilis ſunt dęmones & hęretici,& eorū ſectatores:qui etiā ſunt popul⁹ qui pdeſſe nō pōt

V 3 Iſa.

Iſa.18.a.30.b.Populus etiam ſtultus eſt,qui præcepta Dei ſeruare non curat.Iere.5.e.Et populus de terra aquilonis ſunt dæmones.Iere.6.f.thre.3.c.Populus etiam terræ dicuntur terreni.Leui.4.d.Iſa.24.a.Et vulgus promiſcuum eſt multitudo imperfectorũ & malorũ.Exo.12.f.19.d. Eze.30.a.Et populus Syriæ ſunt decepti ab hæreticis.Amos.1.c.Et populus Aſſur ſunt ſubiecti diabolo.Nahum.3.d.Et populus alienus ſunt gentiles,vel hæretici:quibus non eſt vendendus fidelis.Exo.21.a.Eoſdem deſignat populus barbarus.ps.112. [Hie.ſ.Amos.1.&ſ. Nahum.3.] [Decepti ab hæreticis. Subiecti diabolo. Gentiles]

[Cre.ſ.1.reg.13.] Populus iuuentus in Gabaa deſignat perfectos virginitate.1.reg.13.d. [Virgines]

[Baſi.ſ.ps.44. Arno.ſ.ps.73.] Populus quem occidit Deus,vt ingrederetur Iſrael,deſignat eos,qui prius erant infideles,& poſtea fiunt fideles.Exo.23.d.ps.44.Et populi Aethiopum ſunt pœnitentes,qui prius erant nigri per peccata,& poſtea reſipiſcentes dealbantur.ps.73. [Pœnitentes]

[Arno.ſ.ps.93.] Populus Dei dici poteſt multitudo virtutum.ps.93.quæ etiam eſt populus, quo plena erat ciuitas,hoc eſt,anima antequam peccaret.thre.1.a. [Multitudo virtutũ.]

[Glo.inte.ſ.Leui.4.] Populus delinquens per ſacerdotem,eſt abutens miſericordia Dei.Leui.4.a. [Abutẽs mĩa Dei.]

[Lyra.ſ.ps.143. Gre.26.mor.38.] Populus quem ſubdit nobis Deus,ſunt proprię cuiuſq; cogitatiões,& motus animi.ps.143. Et populi aſcendentes pro robuſtis,deſignant multitudinem terrenarum & leuium cogitationum ſuccedentium motibus virilibus virtutum.Iob.36.e. [Cogitationes & motus animi.]

[Hie.ſ.Ioel.3.] Populi populi multitudinem & turbam eorum,qui in vltimo iudicio iudicandi ſunt,ſignificant.Ioel.3.e. [Iudicandi.]

[Glo.inte.ſ.Iſa.44.] Populus antiquus erant,qui viuebant in lege naturæ:Vel etiam filij Iſrael, quando erant in deſerto.Iſa.44.b.

[Hie.ſ.Eze.26.] Populus ſempiternus dicuntur qui ſunt in inferno,vbi perpetuo punientur. Eze.26.d.

## *Populus arbor.*

POpulus eſt genus arboris infrugiferæ,quæ à frondium multitudine ſic appellata eſt: habet folia candida,& corticem:eſtq; lignum aptum ædificijs,& arcis,ac menſis,cæteriſq; ligneis ſupellectilibus.

[Ori.ſ.Exo ho.9.] Populus virtute & nomine virgultum eſt caſtitatis: quia non profert ſemen, eſtq; frigidæ naturæ. [Caſtitas]

[Glo.or.ſ.gen.30.] Populeę virgæ,quas ponebat Iacob in canalibus,autoritates ſacræ ſcripturæ ſignificare poſſunt.gen.30.f. [Autoritates ſcripturæ.]

[Glo.or.ſ.Hoſe.4.] Populus viridis virorem hæreticorum ſignificare poteſt,qui eſt ſine fructu.Hoſe.4.c. [Hæretici]

## *Porcus,uide Sus.*

## *Porhyrio.*

POrphyrio eſt auis,quæ ſola morſu bibere dicitur:cuius crura pręlonga rubent,& etiam roſtrum.A nonnullis pellicanus dicitur:Verũ pellicanus potius eſt onocrotalus.Dicitur porphyrio eſſe auis pulcherrima:& omnem cibum quem comedit,aqua tingere:qua ratione deſignat ſingulariter viuentes:qui in omnibus propriam miſcent voluntatem. Leui.11.b. [Lyra.ſ.Leui.11.] [Singulariter viuẽtes]

## *Porrigere,uide Expandere.*

## *Porrum.*

POrrum eſt genus oleris parum diſsimile cepis.

[Gre.20.mo.16.] Porri quos deſiderabant filij Iſrael in deſerto.num.11.b.deſignant difficultatem vitę præſentis:quæ à dilectoribus ſuis & non ſine luctu agitur:& tamen cum lachrymis amatur. [Difficultas vitæ præſentis]

## *Porta,uide Ianua. Portare,uide Ferre.*

## *Portendere,Portentum.*

POrtentũ dicitur à portendendo, quod eſt porro,ſeu ante,& procul tendere, ſeu prædicere.Eſt autem portentum,quod aliquid futurum portendat,ſeu pręnunciet: ſolentq; portẽta præter ſolitum naturæ curſum,& rara eſſe,& quæ in admirationem ſeu ſtuporem & terrorem inducant.deut.7.c.26.b.29.a.Ioſu.24.a.

[Hie.ſ.Zach.3.] Portendentes viri dici poſſunt apoſtoli:qui ex pręſentibus futura cognoſcebãt.Zach.3.d. [Apoſtoli]

## *Porticus.*

POrticus dicitur,quæ propter repentinos imbres,& vmbrarum ac deambulationis gratia cõſtructa eſt.

[Hie.ſ.Eze.42.] Porticus atriorum templi,& præcipuè porticus triplex myſterium ſanctæ trinitatis deſignare poſſunt.Eze.42.a.46.g.3.reg.6.a.7.b.1.par.28.c.2.par.15.b. [Myſteriũ trinitatis.]

[Rup.3.ſ.reg.8.] Porticus ante oſtium templi recipiens prius lumen, deſignat tempus ante dominicam incarnationem:in quo patriarchæ & prophetæ primi lucem fidei ſuſceperunt. 3. Regum. 6.a. [Tẽpus ante incarnationem.]

Deſignat



Deſignat etiam conuerſationem Chriſti,ante paſsionem.

[Libri legis.] Porticus quinq; in probatica piſcina. Ioan. 5. a. quinq; libros legis ſignificare poſſunt: qui retinebant peccatores:ſed non curabant.Vel deſignabant quinque ætates vſq; ad Chriſtum. [Aug.ſ.pſal.70.&ſ. Ioan.trac.17.]

[Anima ſancta.] Porticus Salomonis dici poteſt anima ſancta.Ioan.10.c.Acto.5.c. [Rup.5.ſ.Ioan. Amb.3.de ſpũſ.18.]

## *Portio.*

POrtio eſt pars,quæ cuiq; datur.

[Deus.] Portio bonorum dicitur Deus.ps.118.141.Cui autem portio Deus eſt,is totius poſſeſſor eſt naturæ,quia poſsidet autorem totius naturæ. [Amb.ſ.ps.118.ſer.8. Hie.ad Nepotianũ.]

[Eminẽtia ſacerdotũ] Portio ſacerdotis offerentis eſt pectus & armus dexter hoſtiæ.Leui.7.d. quia ſacerdotes eminere debent ſcientia & operatione. [Glo.ordi.ſ.Leui.7.]

Portionem ſuam ponere dicitur cum adulteris, qui eam quam cum Deo & angelis habere debuerat,peccando ponit in inferno. ps.49. [Hie.ſ.ps.49.]

## *Portus.*

POrtus eſt locus concluſus,quo importantur merces,& inde exportantur:& vbi naues hyemant à tempeſtatibus tutæ:eſtq; velut terminus nauigationis.

[Beatitudo] Portus dicitur ipſa beatitudo vel ſecuritas vitæ ſpiritualis.gen.49.b.Vbi dicitur ſtatio nauiũ & littus maris.

[Eccleſia] Portus etiam dicitur ipſa eccleſia.ps.106. [Arno.ſ.ps.106.]

## *Poſcere,uide Petere.*

## *Poſſe,Potens,Poteſtas,Potentia,Potentior,Potentiſsimus.*

POſſe exponitur,quaſi potentem eſſe. Potens autem ſiue ſit nomen,ſiue participium dicitur qui virtutem habet ad aliquid faciendum:quę virtus potentia dicitur.Poteſtas autem vel eſt facultas aliquid faciendi:vel ſi dicitur de perſona,eſt ipſe magiſtratus,aut princeps potens.Poſſe autem interdum eſt debere.gen.18.b.Num celare potero Abraham quæ geſturus ſum?Licere.gen.44.g.Non enim poſſum redire ad patrem meum.Poſsibile eſſe.gen.15.b. Numera ſtellas ſi potes.Præualere.gen.23.a.Nullus te prohibere poteſt. Valere.gen.19.c.Ita vt oſtium inuenire non poſſent. Velle.1.reg.30.d.Potes me ducere ad cuneum iſtum.

Poteſtas autẽ eſt autoritas.1.Eſdr.5.c.Quis dedit vobis poteſtatẽ? Dignitas. Dani.3.a. Qui erãt in poteſtatibus conſtituti.Dominium.gen.3.c.Sub viri poteſtate eris. Facultas. deut.22.b. Comedendi ex eis non habet poteſtatem.Gratia.Matth.9.a.Qui dedit poteſtatem talem hominibus.Ordo angelicus.Ephe.1.d.Super omnem principatum & poteſtatem. Ordo diabolicus.Luc.22.f.Hæc eſt hora veſtra,& poteſtas tenebrarum.Præfectura.ps.135. Solem in poteſtatem diei.Virtus diuina.Dani.4.a.Poteſtas tua in terminos terræ.Vis.pſalm. 61. Quia poteſtas Dei eſt.

[Potentia Dei] Potens Iacob dicitur Deus pater,cui attribuitur potentia.gen.49.c.prouer.23.a.ps.61.144. Iob.13.d.25.a.36.a.42.a. [Amb.1.offici.23]

[Reſurrectio Chri. Poteſtas Chriſti] Potentia Dei excitata reſurrectionem Chriſti deſignat.ps.79.Epheſ.1.d.Potens aũt manus Chri fuit in cruce,vbi ſuperauit dęmones.ps.135.Cum autẽ dicitur poteſtas Chriſti à mari vſq; ad mare,non eſt extenuandum per allegoriam,ſed credendum vere eſſe completum.Zach.9.c. Potentior autem Iſaac quàm Paleſtini deſignat Chriſtum præualentem Iudæis.gen.26.d. Poteſtas autem data in manu Chriſti eſt,quæ erat legis,cuius ipſe eſt dominus.Iſa.22.f.Et poteſtas eius dicitur æterna.Dani.7.d.Et poteſtas prima.Mich.4.c.Dicitur autem Chriſtus potentiſsimus.ps.44.peculiariter propter opus incarnationis,quod eſt maxime potentiæ. [Arno.ſ.ps.135. Hie.ſ.Zach.9. Baſi.& Aug.ſ.ps.44]

Non poteſt filius ad ſcientiam patris,ideo dici poteſt: quia non ſimiliter generare poteſt vt pater.ps.138. [Hila.ſ.ps.138.]

[Deus Fortis pœnitentia.] Potens aliquando ſumitur pro forti.ps.126.Sicut ſagittæ in manu potentis: vbi potens deſignare poteſt ipſum Deum.Vel potentis ſagittæ deſignant fortem pœnitentiam.ps.119. [Arn.& Hil.ſ.ps.119.]

Poſſe aut non poſſe offerre agnum.Vel habere omnia ad ſacrificium,vel emundationem neceſſaria, eſt habere, aut non habere vires ad agendam perfectam pœnitentiam. Leuitic. 12. d.14.d. [Glo.or.ſ.Leui.14.]

[Liberum arbitrium] Poteſtas regis Ezechiæ indicare poteſt facultatem liberi arbitrij.Iſa.39.b.

[Diuites boni] Potentes qui erigendi ſuut ad regendum,ſunt valentes facultatibus & virtute.Exo.18.d.Iob 36.a.22.b. [Gre.26.mor.21.]

Non potens pallium breue vtrum operire,deſignat nõ poſſe eundem Deo ſeruire & mammonæ.Iſa.28.e. [Hie.ſ.Iſa.28.]

Non poſſe videre faciẽ Dei,eſt in hac vita non poſſe habere viſionem Dei.Exo.33.d. [Glo.or.ſ.Exo.33.]

[Rectum ſilentium] Poſſe retinere conceptum ſermonem eſt illorum, qui virtutum vſu roborati vſque ad eam celſitudinem prouehuntur, vt ad loquendũ ne in corde quidẽ peruerſa concipiãt, quę ſilẽdo [Gre.5.mor.11.]

 cõpeſ-

compeſcant,& qui licet praua ad loquendum concipiant:tamen à loquutione magno ſe ſilentij vigore reſtringunt:quod minime eſt ſuperborum.Iob.4.a.

Gre.33.mor.23. — *Oratio ſine opibus*
Verba potentia ſunt eorum,qui prolixas ad dominum preces habent,ſed vitam deprecantium non habent:nam,promiſſa cœleſtia petitionibus ſequuntur,operibus fugiunt. Iob.41.a.

Gre.ſ.1.reg.14.
Potens bellum aduerſus Philiſtæos omnibus diebus Saulis.1.reg.14.g.deſignat ꝙ quãdo electis plebibus duri filij dominãtur,durũ eſt aduerſus diabolũ pugnare : quia ille põt alijs vtiliter bona dicere,qui conſueuit verba ipſa magna & forti operatione præire.

Arno.ſ.ps.71. Hie.ad Demet.&.ſ Ie.3.&.ſ Ecclte.10. Aug.ſ.p̃s.71.85.88. — *Diabolus. Diuites terræ. Superbi. Principes infideliũ.*
Potens,à quo Deus liberat,eſt diabolus.p̃s.71. Et potentes ſunt dæmones & diuites terræ. Iſa.34.b.Dæmonum autem poteſtas & etiam malorum dicitur poteſtas tenebrarum:& ipſi dęmones dicuntur poteſtates tenebrarum.Ephe.6.b.Coloſ.1.b.Et potentior,de cuius manu liberat Deus,eſt diabolus.Iere.31.b.Potentiſsimi quoq; robuſtorum ſunt dęmones.Eze.32.d.Iob.41.d.Et ipſe diabolus dicitur ſpiritus poteſtatem habens.Eccl'tæ.10.a.Potentes etiam dicuntur ſuperbi.p̃s.85.Et poteſtas maris ſunt principes infideliũ.p̃s.88.Potentiæ quas frangit Deus,ſunt vires diaboli.p̃s.75.Potens quoq;,pro hæretico poni videtur.Amos.5.c. Potens etiam in malicia & iniquitate,fuit Iudaicus populus aduerſus Chriſtum.p̃s.51.

Hie.ſ.Amos.5. Hila.ſ.p̃s.51. — *Hæretici. Iudaicus populus.*

Caſsia.libr.5.cap.2. Hie.ſ.Iſa.5. Gre.ſ.1.reg.8. — *Affectus praui.*
Potentes terræ,quos humiliat Deus,dici poſſunt noxiæ paſsiones dominationẽ ſibi ac tyrannidem ſæuiſsimam in noſtro mortali corpore vendicantes.Iſa.45.a.Et potentes ad bibendum vinum,ſunt audaces ad explendas concupiſcentias.Iſa.5.e.

Glo.inte.ſ.Dani.7.
Poteſtas data beſtiæ.Dani.7.b.fuit poteſtas Alexandri magni deſuper illi data.

Glo.or.ſ.Exo.8. — *Ignorantia philoſophorũ de trinitate.*
Non potentes magi educere ſcyniphes deſignant philoſophos ignorantes fidem trinitatis. Exo.8.e.Iidem non potuerunt ſtare coram Moſe:quia legis myſteria philoſophi non aſſequũtur.Exo.9.b.

Glo.or.ſ.Iob.5. — *Diſsipans Deus cogitationes malorũ.*
Non poſſunt manus malignorum implere quod cœperant.Iob. 5. b.quia eorum cogitationes diſsipat Deus:quod eſt miſericordiæ:ne tantum mali faciant,vt eorum impediatur conuerſio:vel ne indurati grauius puniantur.

Rup.9.ſ.apoc.
Nemo poterat dicere canticum,niſi centum quadraginta quatuor milia:quia non voluntate humana allata eſt prophetia.apoc.14.b.

## *Poſsidere, Poſſeſsio, Poſſeſſor.*

POſsidere eſt alicuius rei compotem eſſe.Poſſeſsio autem eſt ipſa proprietas, & vſus ſiue actus poſsidẽdi.Res itẽ quæ poſsidetur,interdũ poſſeſsio dicitur,p̃cipue cũ eſt immobilis.

Hier.ſ.Iſa.1.11.&.ſ. Iere.9. Hila.ſ.ps.134. Arno ſ.p̃s.78.104. Gre.1.mor.13.&.27 mor.11. Aug.ſ.p̃s.73. — *Poſſeſſor bonorum Deus. Eccleſia.*
Poſſeſſor cœli & terræ dicitur Deus:quia ipſe eſt dominus omnium quæ creauit. gen.19.d. Dicitur autem poſsidere populum ſuum,quando bonis peculiariter bene facit.Exo.15.c.34.b. Iſa.1.a.Et ipſe dicitur poſsidens:quia poſsidet eccleſiam.Iere.9.c.Poſſeſsio autem Dei dicitur Iſrael,hoc eſt,perfecti.p̃s.134.Iſa.11.c.Et poſsidentur filij mortificatorum à Deo, quando peccatores redeunt in gratiam.p̃s.78.Poſſeſsio quoq; regis Aegypti eſt eccleſia,quæ eſt poſſeſsio Dei:& etiam ſanctitas.p̃s.104.Et poſſeſsio Iob eſt eccleſia,quam poſsidet Chriſtus.Iob.1.a.36 d.Zach.2.d.Poſsidens Ieremias lumbare deſignat Deum poſsidentem filios Iſrael, aut quoſlibet iuſtos.Iere.14.a.Poſſedit autem Deus congregationem Iudæorum ab initio, à tempore videlicet patrum.p̃s.73.

Hie.Cypriano &.ſ. Iſa.26. — *Generatio æterna filij.*
Poſſedit dominus ſapientiam,hoc eſt,filium.pro.8.c.quia ſemper filius in patre, & pater in filio fuit,vbi non legendum eſt,creauit,quum poſtea dicat,generauit.

Hila.& Au.ſ.p̃s.138
Poſsidere dicitur Deus renes ejus,in quo non ſunt incentiua libidinis:vel qui in nullo delectatur,niſi in Deo.

Rup 6.ſ.gen.33. Amb.de Iſaac.3. — *Subiiciens Chriſtus dæmones. Eccleſia gentes. Anima affectus.*
Poſsidet ſemen Abrahæ,aut etiam Rebeccæ portas inimicorum, quum Chriſtus præualet dæmonibus:quos ſubegit poſtquam immolatus eſt,vt Iſaac.Dicitur etiã de eccleſia, quę poſsidet gentes:& de anima,quæ ſibi ſubiecit affectus ſeu paſsiones.

Baſi ſ.p̃s.33. Hila.ſ Mat.cano.4. Hie ad Dardanũ.& ſ.Iſa.65.& ſ.Matt.5. Iſy.ſ.Leui.25. — *Beatitudo.*
Poſſeſsio terræ,quam dat dñs:& quã nemo auferre poteſt,eſt ipſa beatitudo, quę poſſeſsio ęterna dicitur.gen.17.b.Vel eſt ipſa gratia,quæ redit ad dominũ ſuũ tempore iubilei, per pœnitentiam:& etiam quoduis bonum opus poſſeſsio noſtra eſt.Leui.25.b.Et cõfirmata poſſeſsio eſt in vita ſpirituali.gen.23.d.Poſsident quoq; terram mites,dum acquirunt corpus glorioſum, aut fœlicitatem.Mat.5.a.Dicuntur etiam poſsidere montes Dei.Iſa.65.b.Terram quidem huius mundi immites & ſuperbi poſsident:terram autem cœleſtem mites.Zacha.8.c.Poſsidebunt etiam duplicia in terra ſua,qui recipient bona animi & corporis:quod & de apoſtolis dici poteſt poſsidentibus fideles ex Iudæis & gentibus.Iſa.49.c.61.c.

Hie.ſ.Iſa.61.

Gre.5.mor.14. — *Perfectè viuere.*
Poſsident homines terrã,hoc eſt,animã & corpus.gen.47.e.Poſsident aũt animas ſuas,qui perfectè in omnibus viuunt:& cunctis mẽtis motibus ex virtute dominantur.Luc.21.d.

Hie ſ.Iſa.30.57. Gre 4.mor.35. — *Habere ſacram ſcripturam.*
Poſsidere etiam terram eſt habere ſacram ſcripturam & in ea eruditum eſſe:quæ etiam poſſeſsio dicitur.Iſa.30.e.57.c.Poſsident etiam aurum principes,hoc eſt,apoſtoli & prædicatores ſapientiam:vel philoſophi & ſapientes.Iob.3.b.

*Abundantia terrenorum.*
Poſsidere etiam terram,aliquando dicit abundantiam terrenorum : ſicut & poſſeſsio terræ Aegypti



*Poſsidere eccleſiã.*
Aegypti:& terræ Chanaan.gen.34.b.47.a.Exo.25.d.32.c.Leui.14.c.

Hie.ſ.Eze.47.
Poſsidet vmbilicum terræ,qui poſsidet eccleſiam.Eze.38.d.Poſſeſsio quoq; eſt aduenis inter filios Iſrael,hoc eſt,gentibus in eccleſia.Eze.47.d.

*Conuerſio infideliũ* — Hiero.ſ.Iſa.14.&.ſ. Abdi.&.ſ.Amos.9. Rup.ſ.Abdi.
Poſsident Iudæi gentiles in ſeruos,quum apoſtoli & prædicatores gubernant gentiles. Iſa. 14.a.Et poſsidet domus Iacob eos qui ſe poſsederunt,quum fideles conuertunt eos, à quibus affligebantur.Abdi.f.Et poſsidet Ephraim etiam regionem Samariæ,qui hęreticos ſubijcit.Et poſsidet Beniamin Galaad,hoc eſt,eccleſia Iſraelem carnalem.Abdie.g. Et poſsident terram Amorrhæi,hoc eſt,eos qui ſubiecti erant diabolo.Amos.2.c.Poſsidebit quoq; Iſrael reliquias Idumęę,quum in fine mundi eccleſia recipiet conuerſos ex Iudæis.Amos.9.d.

*Imperium mentis. Bona cõuerſatio.* — Baſi.in princi. prou. Amb.1.offi.3. Gre.ho.35. Iſy.ſ.Leui.25.
Poſsidet intelligens gubernacula,quando mens imperat inferioribus potentijs.pro.1.a.Poſſeſsio autem ſepienda ſpinis eſt mens.Eccl'i.28.d.36.d.Poſsidemus autẽ animas noſtras per patientiã.Luc.21.d.quia dũ nobis ipſis dominari diſcimus,hoc ipſum incipimus poſsidere, quod ſumus.Poſſeſsio etiam vniuſcuiuſq; eſt bona conuerſatio,ſecundum vocationẽ, ad quã quiſq; vocatus eſt:quam vendit,qui peccat.Leui.25.d.

Hila.ſ.Mat.cano.10
Poſsidere dicuntur aurum in zonis,qui miniſteriũ ſuũ eccleſiaſticũ habet venale.Mat.10.a.

*Pœnitentia* — Glo.inter.ſ.Iſa.21.
Poſsidet aliquem anguſtia,quum vehementem habet dolorem pœnitentiæ. Iſa.21.a. Poſsident autem dies afflictionis,bonos in hac vita,vbi agunt pœnitentiam.Iob.30.c.

*Dona ſpũſſancti in eccleſia* — Glo or.ſ.Iere.32.
Poſsidentur agri in Iudæa,hoc eſt dona ſpirituſſancti in eccleſia.Iere.32.g.

Poſſediſſe dicuntur mendacium,qui coluerunt idola.Iere.16.d.

*Tyrannis diaboli.* — Hie.ſ.Ezech.7.&.ſ. Iſa.26.34.63.
Poſsident peſsimi domos potentium,quum dæmones principum mẽtes inhabitãt. Eze.7.g. Poſsident etiam hoſtes populum Dei quaſi nihilum,quũ dæmones eos tenent in peccatis. Sic poſsidebant Iudæos.Iſa.63.d.Et poſsident domini abſq; Deo,quũ dæmones detinẽt homines in peccatis, & cultu idolorum.Iſa.26.c.Et poſsident Onocrotalus & cæterę beſtiæ Sion, quũ varia idola & multiplices errores erant in Hieruſalem.Iſa.34.c.Poſsidebant etiam oues Iudæorum principes & hæretici,detinentes ſimplices in errore.Zach.11.a.Poſsidet itidem tenebroſus turbo noctem,hoc eſt,diabolus peccatum.Iob.3.a.

*Punitio diaboli. Pœnitentia.* — Gre.4 mor.16.17.
Poſsidet tenebroſus turbo noctem.Iob.3.a.quum apoſtatam ſpiritum à conſpectu diſtricti iudicis ad æterna ſupplicia,pauẽda illi vltima tempeſtas rapit.Vel poſsidet noctem tenebroſus turbo,quum perpetrationem culpæ non blandimenta ſecuræ quietis fouent: ſed piè ſequens amaritudo pœnitentiæ irrumpit.

Hie.ſ.Iſa.33.
Poſſedit timor hypocritas,hoc eſt,ſcribas & phariſæos in deſtructione Hieruſalẽ. Iſa.33.b.

*Eccleſia Chriſti* — Gre.1.mor.23. Iſy.ſ.Leui.14. Ori.ſ.num. ho.18. Hie.ſ.Zacha.9.&.ſ. Ecclten.2. Hila.ſ.p̃s.2.
Poſſeſsio Iob.i.Chriſti, quæ creuit in terra,eſt eccleſia.Iob.1.b.Leui.14.c.Poſſeſsio autem Chriſti erit Idumæa,quum caro ſubijcietur ſpiritui.num.24.e.Et poſsidet Chriſtus hæreditates diſsipatas,hoc eſt,gentes.Iſa.49.c.Et poſsidet Tyrum & Sidonem, hoc eſt, gentilitatẽ & ſapientes ſeculi.Zach.9.a.Poſsidens etiam Salomon ſeruos & ancillas,eſt Chriſtus.Eccl'tę.2.a Poſſeſsio autem eius ſunt termini terræ,hoc eſt,aut diuinitas,aut maieſtas.p̃s.2.

Poſſeſsio ſepulcri eſt iuſtis in terra,in qua nihil aliud habent.gen.23.b.

*Dona ſpũſſancti* — Glo.inte.ſ.gene.30.
Poſſeſsio Laban dicitur eſſe in manibus Iacob:quia chariſmatum diſtributio cõpetit Chro. gen.30.d.Poſſeſsio autem omnis Iacob eſt ducta in Aegyptum.gen.47.a.quando Chriſtus attulit cœleſtia dona mundo.

*Dominus poſſeſsio bonorum* — Ori.ſ.Ioſu.ho.17.& ſ.Eze.ho.
Poſſeſsio non eſt data Leuitis in terra:ſed dñs eſt poſſeſsio eorũ:quia contẽnentes oĩa terrena,ſoli Deo & ſapientiæ adhærent.Ioſu.13.b.Poſſeſsio quoq; ſacerdotũ eſt Deus:de quo dicant illud canti.8.b.Tenui eũ,& nõ dimittam.Et p̃s.72.Pars mea dominus.Eze.44.g.

*Pręmium bonorum operum.* — Ori.ſ.num. ho.22.
Poſſeſsio data filiabus Salphaad,deſignat pręmiũ bonorũ operũ per ſenſus factorũ.nu.27.b.

Ori.ſ.num.ho. 26.
Nõ fuit data poſſeſsio filijs Rubẽ & Gad,donec alię tribus acquirerẽt terram promiſsionis. Num.32.d.vt deſignaretur antiquum populum non eſſe conſummatum ſine nouo.

*Diuerſi gradus in eccleſia* — Lyra.ſ.gen.48.
Poſſeſsiones filiorum Ioſeph.gen.48.b.ſunt ſicut aliorum filiorum Iacob: deſignant gradus diuerſos in eccleſia ad regimen animarum.Ad idem refertur terra poſsidẽda à filijs Iſrael.Exo. 6.b.Poſſeſsiones autem Iſrael & Aegyptiorum ſic ſe habent : vt poſſeſsiones Iſrael ſeruentur: Aegyptiorum vero pereant.Exo.9.a.

*Terrena. Diuitiæ. Vitia. Affectus animi.* — Glo.or.ſ. gen.47. Hie.ſ.Iſa.14. Ori.ſ.Mat.ho.8.
Poſſeſsiones Aegyptiorum venditæ,vt viuerent.gen.47.e.deſignant omnia terrena vendẽda,vt ſeruiatur Chriſto.In poſſeſsionẽ autem hericij datur Babylon:quia auari poſsident mundana, & diuitias.Iſa.14.f.Poſſeſsiones quoq; multæ, dici poſſunt multa vitia : aut etiam animi affectus.Mat.19.c.

Hie.ſ.Eze.33.
Poſſeſsione aiunt hæretici datam ſibi eſſe terram,hoc eſt,eccleſiam,in qua tyrannidẽ exercere nituntur.Eze.33.e.

## *Poſteri, Poſteritas.*

POſteri dicuntur,qui in poſteriori ætate:vel ſeculo fuerunt:& poſteritas eſt poſterum ſeculum,ſiue homines poſterius nati:danturq; poſteri bonorum,& poſteri malorum. gen.21.c. 26.a.Ruth.4.b.Tobi.8.b.

Poſterior.

## *Poſterior.*

Ori.ſ.pſ.ho.4. Tert.adu.Marci.4. Au.2 de trini.16.& epiſ.11. Geor.venet.cant.3.ton.2.cap.10. Euch.ſor.ſpũal.1. Gre.nyſ.de vi.Mo. Rup.5.ſ.gen.26. Ori.ſ.cant.ho.4. Arn.& Hil.ſ.pſ.67. Gre.ſ.Eze.ho.15. Ber.de dilıgẽ. Deo & ſ.cant.ſer.61. Euch.q.in pſal. Glo.ord.ſ.3 reg.16.

Effectus Dei. Humanitas Chriſti. Incarnatio. Vltima cognitio iudæorum. Sequi Deum. Temporalia. Poſteriora vocatio Iſrael. Munus euãgelicum. Exẽpla ſanctitatis. Fœlicitas. Humanitas Chriſti. Occultior intelle⁊͛. Peccata occulta.

POſterior eſt,qui poſt alium eſt in ordine,vel temporis,vel ſitus.

Poſteriora Dei dici poſſunt effectus Dei:& etiam humanitas Chriſti,& incarnatio credita poſt eius reſurrectionẽ.Et præterea cognitio,quam habebunt Iudæi de Chriſto poſteriori tempore,quando conuertentur.gen.16.d.Exo.37.d.Ad hæc referri poſſunt poſteriora tabernaculi,& poſteriora ſuperhumeralis.Exo.26.c.28.d.Poſteriora etiam Dei videre,eſt ipſum Deũ ducem ſequi:nam qui ſequitur,poſteriora præcedentis videt.

Poſteriora etiam Dei deſignant temporalia:nam cœleſtia & æterna ad faciẽ pertinẽt. Hæc poſteriora vidit Agar,hoc eſt,Iudæi:q̃ ſemper reſpiciebãt ad tp̃alia,& ad literã legis.gen.16.d.

Poſteriora dorſi columbæ in pallore auri,deſignant poſteriorem vocationem Iſrael in pretioſitate fidei.Vel donum euangelici muneris poſteriori tempore datum. Vel deſignant ſanctitatem in exemplum à ſanctis demonſtratam:vel etiam ęternam fœlicitatem: quæ eſt velut dorſum columbæ.i.eccleſiæ:vel deſignant humanitatem Chriſti pallidam per mortem.Vel indicant occultiorem intellectum myſteriorum.pſ.67.

Poſteriora hominis,quæ Deus demetit,ſunt peccata occultata,vel neglecta,quæ puniuntur poſt hanc vitam.3.reg.16.a.21.f.Iere.13.d.

Gre.ſ.1.reg 7. Aug.ſ.pſ.77. — Finis rerum humanarum.

Poſteriora Philiſtinorum,ſeu inimicorum,quæ percutit Deus,ſunt finis rerum mundanarũ & vitiorum:Vel deſignant eos,qui retro conuertuntur.pſ.77.

Rup.3.ſ.reg.19. — Cõuerſio à vitijs

Poſteriora boũ latẽtia ſub mari ęneo deſignãt nõ debere nos reſpicere,quid fuerint apoſtoli ante vocationẽ:ſed quid poſtea:vel quia apoſtolorũ vel oĩum p̃rum apta quidẽ nos op̃a cernimus:ſed apud diſtrictũ iudicẽ,quæ illos poſteri⁹ maneãt in occulta retributione neſcimus.

## *Poſticum.*

¶Poſticum eſt oſtium in poſteriori parte ædium.Dani.13.b.

## *Poſtis,uide Ianua. Poſtulare,uide Petere.*

## *Potare,Potus,uide Bibere.*

## *Potiri.*

POtiri eſt aliquid acquiſitum tenere,& quaſi in poteſtate habere,& vendicare.

Glo.ordi.ſ.gen.29. — Amplectens vitam contemplatiuam

Potitus Iacob optatis nuptijs Rachelis.gen.29.f.deſignat gratanter amplectentem vitã contemplatiuam.

## *Præbere,uide Dare. Præcedere,uide Antecedere.*

## *Præcellere.*

PRæcellere eſt ſuper alios eminentiam in re quapiam habere.Eſther.13.a. Eccl'i.33.c. Rom.3.c.1.Petri.2.c.

## *Præceps,Præcipitare.*

PRæceps dicitur homo,qui ſine conſideratione aut modo quippiam agit, & quaſi rem pręoccupat.Præceps autem in motu dicitur,quicquid velociter mouetur.4.reg.9.c.Iudith.13.b.Eccl'i.30.b.Mich.2.a.Matth.8.d.

Hie.ſ.Iſa.25. — Deſtruens Deus peccatum.

Præcipitare dicitur dominus in monte Sion faciem vinculi colligati: quum in eccleſia peccati mortem deſtruit.Iſa.25.c.

Glo.or.ſ.Iob.10. — Flagellans Deus

Præcipitare dicitur etiam Deus quando flagellat,& multis exponit tẽtationibus. Iob.10.b.

Hila.ſ.pſ.54. Gre.11.mor.11. Rup.5.ſ.reg.14. — Deſtructio iudęorũ

Præcipitare rurſus dicit Deus Iudęos in profundũ:ſicut in diluuio pręcipitauit genus humanũ.pſ.54.Et p̃cipitauit ſpecioſa Iacob,quũ deſtruxit templũ:& quum decorem animæ peccãtis ſpreuit.Et pręcipitauit mœnia Iſrael,quum ab eis abſtulit dona gratis data,quæ erant ad ornatum:vt prophetiam,& curationum virtutem &c.thre.2.a.b.Pręcipitatio Iezabel de feneſtra deſtructionem Synagogæ deſignauit.3.reg.21.f.

Hie.ſ.Iſa.9. Hila.ſ.Matt.can.8. Gre.33.mor.24. Gre.14.mor.4. — Induci in errores. Puniri.

Præcipitati dicuntur,qui in errorem inducti ſunt:& etiam qui morte ſunt puniti. Iſaiæ.9.e. Iere.22.b.Præcipitat autem Deus conſilium Aegyptiorum,quum infideles confundit, ne ſuã valeant infidelitatem defendere.Iſa.19.a.Præcipitatio quoq; gregis porcorum in mare, deſignat eos,qui ſecularibus vitijs obruuntur.Matth.8.d.Præcipitabitur etiam Leuiathan videntibus cunctis.Iob.40.d.quia æterno iudice terribiliter apparente,aſtantibus legionibus angelorum,aſsiſtente cuncto miniſterio cœleſtium poteſtatum,atq; electis omnibus ad hoc ſpectaculum deductis,iſta belua crudelis & fortis in medium captiua deducetur: & cum ſuo corpore, hoc eſt,cum reprobis omnibus,æternis gehennę incendijs mancipabitur,cum dicetur: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum,qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Præcipitabit etiam iniquus conſilium ſuum.Iob.18.b.Quia cum iudex iuſtorum iniuſtorumq; venerit, per hoc



hoc quod hic appetere prauis cogitationibus elegit,in æterni ſupplicij tenebras demergetur.

Hila.ſ.pſ.51.

Præcipitationis verba erant, quum Iudæi dixerunt: Non habemus regem, niſi Cæſarem: quibus verbis in profundum ſeculi ſe demerſerunt.pſ.51.Vnde & in præceps decurrentes aquæ dicuntur.Mich.1.d.

## *Præcidere,Præſcindere,uide Abſcindere.*

## *Præcipere,Præceptum,uide Mandare.*

## *Præcipuus,uide Principalis. Præclarus,uide Inclytus.*

## *Præco.*

PRæco à præcinendo dictus eſt,qui ante canit,vel annunciat quod eſt faciendum. Et etiã qui iuſſu magiſtratus publicé aliquid ore denunciat.

Ioannes Baptiſta. Apoſtoli. Prædicatores. Prædicatio. — Beda.ſ.gen.41.

Præco ante Ioſeph deſignat Ioannem Baptiſtam præcurſorem Chriſti. Præcones etiã ſunt apoſtoli & prædicatores.Et præconis vox eſt ipſa prædicatio.gen.41.c. Exo.36.a. Ioſu.3.a.2.reg.22.f.2.Petri.2.b.

## *Præcordia.*

Plini.11.natu.hiſto. Hie.ſ.Iſa.26.

PRæcordia ſunt membranæ,quę extra ſeparant ab inferiore viſcerum parte: dicta q̃ cordi p̃tendantur:& à Græcis phrenes dicuntur.

In pręcordijs vigilare dicitur:qui põt dicere.De profundis clamaui ad te domine.Iſa.26.b.

## *Prædari,Præda,Deprædari,Depopulari,Prædator.*

PRædari & depopulari,eſt vi armorum & belli res aliorum rapere: Vnde prædatores dicuntur:& res quæ capitur dicitur pręda.

Liberatio p̃ Chr̃m. Sacrificia. Perſecutio Pauli. Chriſtus. Regnum cœlorum. Doctrina legis. Templum. — Ori.ſ.gen.ho.17.& ſ.Eze.ho.4. Hie.ſ.Iſa.8.9. Ori.ſ.num.ho.16. Ori.ſ.Iere.ho.11. Hie.ſ.Iſa.17. Rup.ſ.Nahum.2.

Præda quam facturus erat Iudas,deſignare poteſt liberationem populi per Chriſtum factã. Vel deſignat ſacrificia,quæ in tribu Iuda offerebantur.Vel etiam perſecutionẽ Pauli. gen.49.b.Et ipſe Chriſtus dicitur prędari.Iſa.8.a.9.a.31.b.

Pręda aliquando dicitur regnum cœlorum,quod vim patitur,& diuiditur fidelibus.nu.31.d.

Præda etiam dici poteſt doctrina legis.Iſa.33.d.Et in deprædationem ſunt dati theſauri iudæorum,quum intelligentia prophetiarum data eſt gentibus.Iere.15.c.2.par.24.f.Præda etiam erat ipſum templum,quo ſacerdotes abutebantur ad auaritiam.Nahum.2.d. Exterminabo de terra prædam tuam.

Conuerſio gentiũ. — Gre.30.mor.11. Hie.ſ.Eze.39. Beda.ſ.pro.31. Rup.ſ.Amos.3.

Prædari dicuntur apoſtoli filios orientis,quando conuertunt gentiles ad fidem. Iſaiæ.11.d. Præda quoq; leęnæ ſunt gentiles ab eccleſia conuerſi.Iob.38.d. Depopulantur quoq; vrbem Sichen,qui tollunt animas à dæmone poſſeſſas.gen.34.d. Et deprædantur fideles eos, quibus prædę fuerant,quum reuincunt hæreticos,à quibus opprimebantur.Eze.39.c.Zach.2.c. Hanc prædam dat mulier fortis domeſticis ſuis,quando conuerſos ex gentibus adiũgit fidelibus.pro.31.c.Præda leonis.i.Dei ſunt,qui conuertuntur. Amos.3.a.Nahum.2.d.

Deſtructio errorũ. — Hie.ſ.Hoſe.10.

Depopulatur Deus aras hæreticorum,quando eorum deſtruit errores.Hoſe.10.a.Depopulatio quoq; potentis eſt deſtructio rationum hæreticorum.Amos.5.c.

Violatio caſtitatis — Gre.ſ.1.reg.15.

Ad prædam Amalec verſus Saul cum populo.1.reg.15.c.deſignat eos,qui prohibente & quaſi minis armato Deo,ad violandum ſacrarium caſtitatis irrumpunt:& quaſi per rapinam prædæ,electa Amalec ad terram domini deferunt.

Tollere vitia — Gre.ſ.1.reg.15.

Quando violentia armatorum alicuius,proprium aliquid tollitur,pręda nominatur. Vitia autem carnis & animę,quia diabolo ſuggerente propagãtur,eius velut propria poſſeſsio ſunt. Quiſquis ergo in ſe nuper remiſſus,nunc autem violentus vitia deſtruit,pręðam facit,quia quę aliena ſunt potenter rapit. In qua tamen pręda relinquuntur vitia, non retinentur. 1. Regum.15.c.

Anima. Bona opera. — Hie.ſ.Amos.5. Gre.21.mo.2.

Pręda electa pauperis eſt eius anima:vel bona opera.Amos.5.c. Et deprędatus dicitur oculus animam,quum per aſpectum fœminę,quiſpiam in peccatum incidit:& cum concupiſcendo viſibilia,inuiſibiles virtutes amiſit.thre.3.f.

Inanis gloria. — Gre.ſ.1.reg.14.&.5. mor.16.

Præda ad quam verſus eſt populus perſequens hoſtes.1.reg.14.e.eſt quando prædicatores ad proprias laudes conuertuntur,videntes ſe ab alijs non laudari. Sic præda tigridis eſt inanis gloria,ſeu laus,quam violenter hypocritæ à populis extorquent.Pręda enim eſt, quum aliena violenter auferuntur.Omnis autem hypocrita,quia vitam iuſtitię ſimulans iuſtorum ſibi laudem arripit,alienum profecto eſt quod tollit.Iob.4.b.

Boni. Peccare per vim tentationis. Animæ captæ à dæmonibus,vel hęreticis. — Hie.ſ.Iſa.59. Hie.ſ.Iſa.9.49. Gre.ſ.1.reg.14.&.13 mo.16.17.&.16.mo.23.24.26.&.19.m.23

Prędę ſunt Iudęis recedentes à malo,quos perſequuntur Iudæi.59.c.

Prædari interdum eſt,quaſi per violentiam peccare.Prædantur etiam dæmones animas captiuas per violentas tentationes eas ad ſe trahentes:Item hęretici, quorum pręda dicuntur viduæ & pupilli.1.reg.14.e.Iſa.9.a.10.a.b.33.a.Et deprędatur Aſſur principes populorum,quum diabolus

diabolus vincit doctores & rectores eccleſiæ.Iſa.10.c.Præda fortis ſunt gentiles captiuati à diabolo.Iſa.49.g.Deprędantur autem hæretici pupillos,quum contra infirmas fidelium mentes verborum & operum violentia graſſantur.Iob.24.b. Præda quam diabolus pollicetur ſocijs, ſunt errores:vel animæ,quas alijs malignis ſpiritibus promittit.Iob.17.b. Prædam autem de dẽtibus iniqui abſtulit Chriſtus,vel eccleſia,quum ex erroris morſu animam prædicando liberauit.Iob.29.c.

Glo.or.ſ.Eze.36. — Eccleſia
Depopulatæ ciuitates ac regiones Iſrael,ſunt eccleſiæ à perſecutoribus diſsipatæ. Ezec.36. a.Ioel.1.c.

Hie.ſ.Iere.2.4.& ſ.Haba.1. Gre.19.mor.24. — Dæmones
Prædones dicuntur dæmones,in quorum prædam dantur mali.Ieremię.2.c.4.b.Iſa.21.a.Et præda leonis ſunt mali ſub dæmonibus:aut peruerſi ab hæreticis. Nahum.2.d. Et præda luporum ſunt victi à dæmonibus.Haba.1.c.ps.16.Præda quoq; iniqui ſunt mali poſſeſsi à diabolo. Iob.29.c.

Gre.11.mor.2. — Superbientes de donis Dei.
Prædones etiam ſunt,qui de donis doctrinæ & alijs à Deo acceptis ſuperbiunt: qui non immerito prædones vocantur:quia dum loquntur quæ non faciunt,in vſum loquutionis ſuæ verba iuſtorum tollunt.Iob.12.a.

Glo.or.ſ.Iere.30. — Cõuerſio vel cõdẽnatio perſecutorum
Prædatores Hieruſalem dantur in prædam,quando perſecutores eccleſiæ conuertuntur:vel mittuntur in infernum.Iere.30.c.

## Prædeſtinare, Præfinire.

Fulgen.1.de duplici prædeſtinatione.
PRædeſtinare eſt præordinare,& præmittere,hoc eſt,aliquid in futurum ordinare: quod & præfinire dicitur.Prædeſtinationis autem nomine non aliqua voluntatis humanæ coactitia neceſsitas exprimitur:ſed miſericors & iuſta futuri operis diuini ſempiterna diſpoſitio prædicatur.Prædeſtinaſſe autem dicitur Deus fideles in adoptionem filiorum.Roman.8.f.1. Cor.2.b.Ephe.1.a.

## Prædicare.

PRædicare eſt apertè ſeu publicè dicere,celebrare,& laudare.

Hie.ſ.Ionam.1.2. Aug.epiſ.99. — Prædicatio Chriſti.
Prædicatio Ionæ ad Niniuitas prædicationem Chriſti & diſcipulorum ad gentes ſeu ad mundum deſignauit.Ion.1.a.Prædicauit autem iuxta prædicationem priorem: quia eadem eſt fides veteris & noui teſtamenti.Et prædicauit egreſſus à piſce, hoc eſt, poſt reſurrectionem. Ion.2.a.3.a.Matth.12.d.Prædicauit autem Chriſtus ſpiritibus qui erant in carcere,hoc eſt,hominibus exiſtentibus in corpore.Tempore quidem Noë veniens in ſpiritu: poſtea vero veniẽs in carne.1.Petri.3.d.Et prædicauit captiuis indulgentiam.Iſa.61.a.Prædicauit etiam pacem & ſalutem.Iſa.52.b.

Gre.18.mor.23. Hila.ſ.Mat.can.10. Cle.Ale.6.ſtroma. — Declarare myſteria. Audacter docere fidem.
Prędicant ſuper tecta,qui ea,quæ ſub velamine acceperunt,apertè prædicant.Et qui audacter aut magna voce veritatem fidei proferunt.Et qui ſublimi & excelſo dicendi genere tradunt myſteria:& ex veritatis regula ſcripturam declarant.Matt.10.c.Luc.12.a.

Hie.ſ.Iſa.29. — Prædicare Chriſtum
Prædicant filij Iacob Deum Iſrael,hoc eſt,apoſtoli & apoſtolici viri Chriſtum.Iſa.29.

Hie.ſ.Iſa.3.
Prædicauerunt peccatum ſuum quaſi Sodoma Iudæi:quando clamauerunt,Crucifige, crucifige.Iſa.3.b.

Glo.or.ſ.Mich.3.
Prædicant pacem pſeudoprophetę ijs,à quibus accipiunt munera.Item hæretici promittentes impunitatem à peccatis.Mich.3.a.

## Prædicere.

Glo.or.ſ.gen.21.
PRædicere eſt ante vel prius dicere:& prenunciare quod futurum eſt.Sic prædixit Deus natiuitatem Chriſti,in figuram natiuitatis Iſaac.gen.21.a.

## Prædium, uide Ager.

## Præeſſe, Præſidere, Præſes.

PRæeſſe eſt ſuper alios dominium habere:quod & pręſidere dicitur. Præſes autem eſt, qui alijs præſidet.

Baſi.Exae.ho.10. Am.de dign.ſace.4 — Dominari affectib.
Pręeſſe hominem piſcibus maris,& cæteris animantibus,eſt proprij corporis affectibus dominari.gen.1.Et pręeſſe domui ſuę eſt bene gubernare corpus.1.Timot.3.b.

Glo.inte.ſ.Iſa.32. — Apoſtoli gubernantes eccleſiam.
Pręerunt principes in iudicio, hoc eſt, apoſtoli & ſancti in eccleſia per eos gubernanda. Iſa.32.a.

## Præferre, Præficere, Præponere, Præfectus, Præpoſitus.

PRæferre eſt ſuper alios ferre,aut ponere,quod & pręponere dicitur,& pręficere. Vnde pręfecti dicuntur,qui alicui rei agendæ præpoſiti ſunt.

Glo.or.ſ.gen.39. — Poteſtas Chriſti.
Præpoſitus omnibus Ioſeph,poteſtatem Chriſti deſignat:qui caput eſt eccleſiæ. gene.39.a. Pręfecit autem eum Pharao terrę Aegypti,hoc eſt,pater dedit poteſtatem Chriſto prædicandi &c.gen.41.c.

Prępo-



Apoſtoli & prædicatores.
Præpoſiti conſtituti à Ioſeph ſeu Pharaone ſuper triticum Aegypti,ſunt apoſtoli & prædicatores à Chriſto inſtituti ſuper verbum Dei.gen.41.d.

Conditores ſacræ ſcripturæ.
Præpoſiti cęſoribus lapidum templi & onera ferentibus dici poſſunt conditores librorum ſacrę ſcripturæ,per quos gubernantur pręd icatores:& ſunt tria milia ſexcenti, propter fidem trinitatis & perfectionem operum,quam docent.3.reg.5.b.2.par.2.d.

Prælati — Glo.or.ſ.Exo.5.
Præfecti filiorum Iſrael ſunt pręlati in eccleſia:qui flagellantur per pręfectos Pharaonis,hoc eſt,per mundanos.Exo.5.c.

Amb.epiſ.14.
Præfertur primogenitus vxoris odioſę primogenito dilectę,hoc eſt,iuſtus peccãtori,& gẽtilis Iudæo.deut.21.b.

Hie.ſ.Iſa.22.
Prępoſitus templi Sobna,deſignat ſermonem & rationem legis.Iſa.22.d.

Dæmones Vitia — Amb.ſ.ps.118.ſer.20
Præponens Pharao magiſtros operum,deſignat diabolum inſtituentem alios dęmones velut præſidentes aut pręfectos ad vitia:vel ipſa vitia ſunt præfecti ſeu præpoſiti.Exodi.1.b.3.b.5.b.Marc.13.b.

## Præfinire, uide Prædeſtinare.

## Prægnans, Grauida.

PRęgnans dicitur fœmina, quę in vtero prolem geſtat, non longe à partu, quę & grauida dicitur.

Anima cõcipiẽs verbum Dei. Recentes in fide & charitate. — Ori.ſ.Exo.ho.10.& ſ.Mat.ho.29 Hila.ſ.Mat.cano.15 Hier.Aglaſiæ.&.ſ.Amos.1. Ber.epiſ.42. Beda.ſ.Exo.21. Gre.3.paſt.adm.25
Pręgnans mulier dicitur anima cõcipiens verbum Dei,aut bonum propoſitũ,idq; de nouo. Deſignat etiam dolorem & grauitatem ſeu difficultatem operandi.Exo.21.c.Iere.31.b.Matth.24.b.Et pręgnantes Galaad ſunt animę,quæ nuper Chriſti ſuſcepere ſermonem. Et habentes initia fidei.Et quę paruam adhuc & teneram charitatem habent.Amos.1.d. Pręgnantes etiam Galaad ſunt animæ,quę intellectum verbi ex diuino amore concipiunt:et ſi ad perfectum tempus veniant,conceptam intelligentiam boni operis oſtenſione parituræ ſunt.

Eccleſia. — Amb.ſ.Luc.21. Rup.3.vict.ve.di.10
Pręgnans etiam dicitur eccleſia ſecundũ ꝙ ſimplices & infirmos habet.Habebat etiã in vtero,quando fides patriarcharum promiſsionẽ habens,Chrm cępit expectare.apoc.12.a.

Gre.ſ.1.reg.10.
Pręgnans Eliſabeth typum gerit bonorum,ſed nondum ſpiritualium.Luc.1.c.

Plebs Iudaica — Gre.ſ.1.reg.4.
Prægnans nurus Eli deſignat plebem Iudaicam ſemina perfidię ſacerdotum in mente habẽtem.1.reg.4.d.

Nondum bene operantes Habentes prauam intentionem. — Am.2.de Cain.1.& ſ.Luc.21. Hie.ſ.Matt.24. Aug.ſ.ps.39.95.& de ver.do.ſer.20.
Prægnantes quibus dicitur væ in die iudicij,ſunt qui nondum bona opera pepererunt: & qui intentionem prauam habent.Et qui cupiunt aliena,& ſperant habere:& habentes ſpem in ſeculo.Item illę animæ,quę non in perfectum virum ſua genimina perduxerunt,ſed initia habent fidei,vt enutritione indigeant magiſtrorum.Matth.24.b.Luc.21.d.1.theſ.5.a.

## Prægredi, Præire, uide Antecedere. Præliare, Prælium, uide Bellum.

## Stipendium.

PRæmium eſt,quod in ludis proponitur dandum ei,qui fortiter fecerit:vel qui in aliquo certamine victor euaſerit:ſolumq; dari ſolet pro rectè factis.2.reg.5.b.Tobi.4.b. Eſther.6.a. Dani.2.a.Stipendium autem eſt ęs militare,ſeu præmium,quod militibus datur.

Pignus ſpiritus. — Amb.ſer.7.
Stipendia quibus contenti eſſe debent milites Chriſti,ſunt pignus ſpiritus. Lucę.3.c.2. paralip.1.d.

Fulgen.de dupli.prædeſtinatione
Stipendium peccati dicitur mors.Rom.6.d.quia datur propter meritũ peccati: & nõ ſicut vita ęterna,quę quanuis pręcedant opera, tamen dicitur dari per gratiam Dei, & eſſe donum Dei.

## Præoccupare, uide Præuenire. Præponere, uide Præferre.

## Præpucium.

PRępucium eſt pellicula,quę glandem,hoc eſt,ſummam virilis membri partem tegit: quę in circunciſione pręcidi ſolebat.

Superfluitas carnis Vitia mixta virtutibus Cogitationes prauę — Aug.epiſ.59.&.2.cõtra Iulia. Philo.de plã Noe. Hie.ſ.Iere.4. Gre.28.mor.7.
Prępucium ſignificare poteſt carnis ſuperfluitates,& delicta carnalia.gen.11.b.Exo.4.f.Iere.9.g.Coloſ.2.b.Prępucium etiam dici poſſunt vitia,quę miſcentur virtutibus:vt in depoſito reddendo prępucium eſt,ſi reddatur quando reddi non deberet:Sic in amicitia & pactis ſeruãdis. Prępucia etiam cordis ſunt vitia,vel cogitationes prauę,aut ſuperfluę.Iere.4.a.

Arrogantia Prima opa bona. — Philo 1.allego. Gre.8.mor.35
Prępucia arborum abſcindenda.Leui.19.e.deſignant arrogantiam abijciendam. Vel ſunt prima opera noſtra bona:& tunc auferimus præpucia, quum de ipſa inchoationis infirmitate ſuſpecti,primordia noſtrorum operum non approbamus.

Peccatũ originale — Aug.6.cõt.Iulia.& ſ.Ioan.trac.30
Præpucium peculiariter ſignificat peccatum originale:vnde pater circunciſus generabat filium præpuciatum,ſicut pater baptizatus generat filium in originali.

Gentiles
Præpucium dicebantur gentiles:quia non erant circunciſi.Iere.9.g.Rom.2.d.Ephe.2.d.

Præpu-

Gre.Nyſſe. de vita Moſis — Errores philoſophiæ.

Præpucium filij Moſis & Sephora, hoc eſt, philoſophiæ ſunt errores philoſophię admixti veritatibus: vt quòd immortalis ſit anima eſt dogma pium, migrare autem ipſam de corporibus in corpora eſt prępucium.

Præpucia ducenta quæ tulit Dauid, vt acciperet vxorem filiam Saulis, deſignāt non copulādam ſynagogam Chriſto, niſi copulatis prius gentibus ad fidem.1.reg.18.d.

## *Præruptus.*

PRæruptus eſt locus quaſi diſiectus, & auulſus.

Gre.31.mor.35. — Angeli.

Prærupti ſilices ſunt fortiſsimi angelorum chori: qui quanuis non integri, ſed tamen in proprio ſtatu fixi, cadente cum ſuis angelis diabolo, remanſerunt. Prærupti enim ſunt: quia pars eorum cecidit, pars remanſit.Iob.39.d.

Gre ſ.1.reg.14. H.e.ſ.Zach.14. — Deiectio Iudæorū.

Prærupti ſcopuli peruerſum vſum prauitatis ſignificare poſſunt.1.reg.14.a.

Præruptum in parte montis Oliueti deiectionem & perditionem Iudæorum ſignificare poteſt.Zach.14.a.

## *Præſagium.*

PRæſagium eſt inditium aliquod rei futurę, quod ſagacitate quadam percipi poſſe videatur. gen.41.b.

## *Præſens, Præſentia.*

PRæſens eſt, quod in tempore quod nunc eſt, dicitur eſſe: & quod eſt in noſtro proſpectu: vnde dicitur præſentia.

Gre.5.mor.23. — Cognitio leuis inuiſibilium.

Præſentibus nobis dicitur ſpiritus tranſire, quando inuiſibilia cognoſcimus: & tamen hæc non ſolide, ſed raptim videmus.Iob.4.c.

Glo.or.ſ.Exo.22. — Strenuè operari.

Præſens dicitur eſſe dominus rei, quum ei placet opus: & quum quis ſtrenue gerit opus: q̄ ſi negligenter operetur, dicitur non eſſe præſens dominus: & reddere compellitur vſq; ad vltiquadrantem.Exe.22.c.

## *Præſepe, Præſepium.*

PRæſepe eſt ſtabulum, in quo equi, muli, & cætera iumenta continentur. Præſepium autem locus in quo pabulum animalibus apponitur.

Gre.7.mor.4. & ho 8. — Beneficētia Dei.

Præſepe domini beneficentiam Dei, quam ſimplices ex gentibus cognouerunt, ſignificat. Iſa.1.a. Præſepe autem ipſe Chriſtus natus impleuit.Iob.6.a. Quia cibum ſemetipſum mentibus mortalium præbuit dicens. Ioann. 6. f. Qui comedit carnem meam, & bibit ſanguinem meum, &c.

Gre.31.mor.2. Hie.ſ.Iob.39. — Sacra ſcriptura.

Præſepe Iob, hoc eſt, eccleſiæ, ſacra ſcriptura non incoueniuenter accipitur, in qua verbi pabulo animalia ſancta ſatiantur.Iob.39.b.

Theop. Ale. ſ. paſc. Beda.ſ.pro.14. — Auditores prædicatoris

Præſepe dici poſſunt auditores prædicatoris.pro.14.a. Nec mirandum cur auditores in prę ſepi ſignificentur, quum bos alatur de præſepi: Doctor autem verbo audientes ſoleat nutrire. Sed intuendum, quia & de labore bouis præſepe impletur, & ipſe bos ſuo fructu de præſepi reficitur. Quia nimirum prædicator fidelis, & audientes verbo reficit: & eadem refectione apud Deum ipſe proficit. Quod in opere figuratur Elię: qui Sareptanam viduam paſcit, à qua & ipſe paſcitur.3.reg.17.b.

Hie.ſ.Haba.3. — Synagoga.

Præſepia ſynagogam ſignificare poſſunt, quando dicitur.Haba.3. d. Non erit armentum in præſepibus.

## *Præſidere, uide Præeſſe.* *Præſidium, uide Defendere.*

## *Præſtare, uide Dare.* *Præſto, uide Parare.*

## *Præſtolari, uide Expectare.*

## *Præſumere.*

Aug.1.ſe.d.in mōt. — Superbia.

PRæſumere eſt ante ſumere: & ſumitur pro temere audere. Præſumptio autem ſpiritus eſt ſuperbia.Eccl'te.6.d.

## *Præterire, uide Tranſire, & Tranſgredi.*

## *Prætermittere, uide Delinquere.*

## *Prætorium, Prætoriolum.*

PRætorium eſt domus, in qua pretor aut dux habitat: Vel locus, in quo iudicia exercet.

Hie.ſ.Eze.27. — Probati tētationib9.

Prætoriola vel cellaria nauis Tyri de inſulis Italię ſignificant probatos per tentationes, quibus iam aliorum cura mandatur.Eze.27.a.

## *Præualere.*

Pręualere



PRæualere eſt antecellere, & potentiorem, ſeu robuſtiorem eſſe.

Iudæi occidentes Chriſtum. — Aug.q in iudi.49.

Præualens Iacob in angelum.gen.32.g. deſignat Iudæos, quos permiſit Deus præualere in Chriſtum, vt eum crucifigerent: vnde ſecuta eſt benedictio generis humani.

AuxiliumDei. — Glo inte.ſ.gene.41. Hie.ſ.Iſa.33.

Præualens fames in vniuerſo orbe, cui tamen ſuccurrit Ioſeph, deſignat non eſſe qui faciat bona, niſi Chriſtus ſuccurrat.gen.41.g. Non præualentes autem funiculi ſuſtentare tabernaculum Hieruſalem, deſignant nullo auxilio humano ipſam poſſe defendi contra ſententiam Dei. Iſa.33.d.

Romani cōtra Hieruſalem. Doctores cōtra hæreticos. — Hie.ſ.Iſa.29.

Prępualentes contra Ariel fuerunt Romani deſtruentes Iudæam & Hieruſalem: vel doctores eccleſię reuincentes hæreticos.Iſa.29.b.

Diabolus. Iniqui. — Hie.ſ.Iſa.29. Gre.20.mor.22.

Qui præualebat erat diabolus, qui ſubiectam habebat gentilitatē.Iſa.29.f. Prępualētes quoq; aduerſum Iob erant dęmones, qui eum afflixerunt: & iniqui aduerſus eccleſiam. Iob.30.b.

Amb.ſ.Luc.9.

Non præualent portæ inferi aduerſus eccleſiam, hoc eſt, peccata non ſuperant eccleſiam, in qua eſt pœnitentia.Mat.16.c.

Hie.ſ.Iſa.23.

Non præualet manus Tyri, quum aufertur proſperitas mundana à malis, vt ita conuertant. Iſa.23.b. iuxta Septuaginta.

Hie.ſ.Iſa.16.

Non prępualet Moab obſecrādo ſua ſancta: quia hęreticis nō proderunt ſui errores.Iſa.16.d.

Hie.& Au.ſ.p̄s.64.

Præualent verba iniquorum ſuper fideles, quando non ſunt in eccleſia, qui poſsint eis reſiſtere.p̄s.64. Vel dicuntur præualuiſſe, quando ab infantia nutriti ſunt in erroribus iniquorū, donec per Chriſtum liberati ſunt.

## *Præuaricari, uide Tranſire.*

## *Præuenire, Præoccupare.*

PRęuenire eſt anteuenire, ſeu anticipare, quod & præoccupare dicitur.

Hila.ſ.p̄s.58. Aug. epiſ.105. & ſ. p̄s.58.

Prępuenit miſericordia Dei Chriſtum: quando ante reſurrectionem etiam in morte eius facta ſunt ſigna.p̄s.58. Præuenit etiam alios per gratiam præuenientem, & monendo ad pœnitentiam.

Dans Chriſtus euchariſtiam. Gratia præueniens. Benedictio patriarcharum. — Arno.ſ.p̄s.20. Ber.ſer.paruo.39. Hie.ſ.p̄s.20.

Præuenire dicitur Chriſtus fideles in benedictionibus dulcedinis, quando dedit eis etiam corpus ſuum in cibum.p̄s.20. Præuenit etiam in benedictionibus dulcedinis, per gratiam præuenientem. Vel pater præuenit filium in benedictionibus, quando benedixit patriarchis propter ipſum ex eis naſciturum.

Reſurrectio Chriſti — Arno.ſ.p̄s.16. Hie.ſ.p̄s.16.

Præueniſſe dicitur Deus Iudęos.p̄s.16. Nempe in reſurrectione: quia contra eorum opinionem reſurrexit. Dicitur etiam præuenire diabolum, quando ſeruat ſuos, ne eius laqueis capiantur.

Conuerſio gētium. — Ori.ſ.cant.ho.1. Aug.ſ.p̄s.67. Hila.1.ps.118. Aug.ſ.p̄s.94.

Prępuenit Aethiopia manus eius Deo, quando Iudęis ad fidem venire recuſantibus, introducti ſunt gentiles: vt Eunuchus Candaces reginę. Vel prępuenerūt manus eius: quia conuerſi ſunt antequam eius incurrerent vindictam.p̄s.67. Prępuenire etiam dicitur manus ſuas, qui iuſtificatur ex fide ante opera. Dicuntur etiam præueniſſe gentiles in immaturitate, quia cito crediderunt.p̄s.118. Præoccupat etiam faciem Dei, in confeſsione, qui punit & confitetur peccata ſua, antequam à Deo puniantur.p̄s.94.

Ducat9 apoſtolorū — Arn. & Hila.ſ.p̄s.67. Hie.ſ.p̄s.67.

Præuenerunt principes prophetantes, quando liberati ſunt filij Iſrael in mari rubro. p̄s.67. Dicitur autem de apoſtolis præcedentibus & deducentibus eos, quos conuerterunt.

Tempeſtiuè operari & orare. — Amb.ſ.p̄s.118.ſer.19. Aug.ſ.p̄s.87.118. Rup.ſ.p̄s.94.

Præuenire dicitur in maturitate, quando iuuenis ſenili pondere incentiua comprimit voluptatum &c.p̄s.118. Sed potius legendum eſt, in immaturitate: vt idem deſignetur, intempeſtæ videlicet noctis hora. Prępueniunt etiam oculi diluculo ad Deum, quum quis mane vigilat ad laudes Dei: cui quotidie primicias cordis & oris debemus offerre: Prępuenit etiam oratio mane Deum, quum quis in hac vita orando prępuenit diem iudicij.p̄s.87. Quod etiam eſt præoccupare faciem Dei.p̄s.94.

Gre.20.mor.29.

Prępuenerunt Iob, hoc eſt, eccleſiam dies afflictionis.Iob.30.d. quia licet ſciat in perſecutione vltima ſe multa paſſuram, tamen nunc malorum vitam intra ſe grauiter etiam tempore pacis portat.

## *Prandere, Prandium.*

PRandium eſt refectio ſeu cibus, qui ante meridiem, aut in meridie ſumitur. Prandere autē eſt cibum illa hora ſumere.

Myſteria. — Ori.ſ.Mat.ho.20.

Prandium paratum deſignat ſolidas & rationabiles myſteriorum eſcas, quas Deus parat ijs qui inuitati ſunt.Mat.22.a.

## *Paſius lapis.*

Spes. Prudentia. Vita æterna. — Amb.de paradiſ.3. Beda.ſ.gen.2.

PRaſius lapis eſt è viridantium genere, & virore ſuo ſpem ſignificat. Naſcitur in Phiſon, hoc eſt, in prudentia: vt deſignet virorem animi prudentia vigentis. Vel deſignat vitam ęternam ſemper virentem.gen.2.b. Vbi dicitur lapis onychinus.

Pratum

## Pratum.

PRatum eſt inquo ſine alio cultu herba naſcitur & falce duntaxat opus eſt:vnde dictum eſt pratum quaſi paratum: de quo Sapi.2.b.Nullum pratum ſit,quod non pertranſeat luxuria noſtra.

Beda.ſ.pro.27. Prata aperta dici poſſunt ſacramẽta tradita eccleſiæ,in quibus ſunt paſcua ſpũalia. pro.23.d. Sacramenta

## Precari, Preces, uide Orare.

## Precium, Precioſus, Appreciare.

PRecium eſt,quod datur pro re empta:Precioſum autem,quod eſt magni precij. Precioſus ergo eſt charus.pro.1.b.Omnem precioſam ſubſtantiam reperiemus.Honorabilis.1.reg.27.f.Eoq; precioſa fuerit anima mea.Meritorius.pſ.115.Precioſa in cõſpectu domini mors ſanctorum eius.Rarus.1.reg.3.a.Sermo domini erat precioſus.

Beda.ſ.pro.31. Precium mulieris fortis eſt Chriſtus,qui redemit eccleſiam:qui fuit procul quantum ad tẽpus expectatum,& quãtum ad puritatem vitæ:& de vltimis finibus,quia à ſummo cœlo egreſſio eius.pro.31.b. Chriſtus

Ori.ſ.Leui.ho.15. Gre.12.mor.24. Hie.& Aug.ſ.pſ.48 Precium impoſitum eſt pœnitentia impoſita:vt precium pudicitiæ, & precium iumentorũ. Exo.13.c.21.b.Precium quoq; ad redimendum poſſeſsiones eſt pœnitentia. Leui.25.c. Et precium redemptionis animæ,dici poteſt eleemoſyna,qua redimuntur peccata:quæ tamen diuitibus impœnitentibus non proderit ad redimendum.Iob.15.d.pſ.48. Pœnitentia. Eleemoſyna.

Baſi.ſ.pſ.48.61. Hila.ſ.Mat.can.32. Precium pro animabus,eſt ſedulæ ſeruitutis obſequium.Exo.30.b.Precium autem redemptionis animę eſt à ſolo Chriſto.Et propriè precium eſt ſanguis Chriſti, quo redempti ſumus. pſ.48.61.Mat.27.a.Luc.23.a.1.Corin.6.d.7.d.Hebrę.7.d. Dicitur autem Chriſtus redemiſſe ſine precio:quia non auro vel argento redemit.Iſa.45.c. Obſequium Sanguis Chriſti

Ori.ſ.Leui.ho.4. Precium arietis,& olei,& reliquorum eſt legendi ſtudium : & vigilię ad audiendum verbũ Dei:& obedientia.

Glo.inte.ſ.thre.5. Precium lignorum eſt labor in virtutibus ſine fide.threno.5.a.Vel deſignatur hoc precio ſimoniaca pecunia,qua minores coguntur à maioribus emere dona ſpiritualia. Labores ſine fide. Simoniaca pecunia.

Phil.q. De⁹ ſit ĩmu. Precium pro aqua accipiunt Idumęi,quando gloriantur mundani,q; boni etiam voluptatibus vtantur.num.20.c.

Gre.18.mor.14. Precium ſapientiæ,quod neſcitur,dicitur eſſe,quia nullum eſt preciũ,quod cõparari poſsit ſapientiæ genitę,quæ eſt Chriſtus:quia nullum eſt meritũ, quo quis illam percipere mereat. Ad hoc nanq; precium damus:Vt eius vice rem,quam appetimus,poſsidere debeamus.Iob.28.b.

Glo.or.ſ. Zach.11. Precium decorum Chriſti dicuntur triginta argentei.Zach.11.c.Diciturq; decorum per ironiam.Vel dicitur de mandatis legis.

Glo.or.ſ. Exo.34. Iſy.ſ.Leui.27. Precium dare pro primogenito eſt mutare in melius.Exo.13.b.34.c. Precium autem animalis inmundi oblati Deo,eſt ordo conuerſationis datus ei,qui non poteſt ruminare ſcripturas, aut diuidere contemplando.Leui.27.b.

Rup.7.ſ.gen.41. Lyra.ſ.gen.47. Precium filiarum Laban.gen.30.c,deſignare poteſt proſpera mundi:quæ quum auferuntur, cogunt relinquere mundum.Precium etiam tritici deficiens deſignat temporalia:quæ deficiũt ad emendam ſapientiam,cui omnia temporalia non valent comparari.gen.47.c. Proſpera mundi. Temporalia

Gre.ſ.1.reg.3. Precioſus erat ſermo domini tempore Samuelis,hoc eſt,poſt aduentum Chriſti: quia magno precio emebatur:quum credentes propter verbum Dei occiderentur. 1.reg.3.a. Ideo dicebat dominus.Mat.16.d.Qui vult venire poſt me,abneget ſemetipſum , & tollat crucem ſuam & ſequatur me.Et Matth.10.d.Qui amat patrem aut matrem &c.Et Luc.14.g.Qui non renũciat omnibus,&c.

Gre 23.mor.25. Precioſa quæ dat populus pro cibo ſunt virtutes , quas dant peccantes pro voluptatibus. thre.1.d. Virtutes

Ori.ſ.Mat.cap.13. Amb.ſ.1.cor.3. Precioſæ margaritæ ſunt prophetæ:& vna precioſa margarita eſt Chriſtus: qui & lapis precioſus dicitur.Mat.13.f.Iſa.28.d.Precioſæ quoq; margaritæ ſunt opera perfecta, quę non corrumpuntur igne.1.Cor.3.c. Prophetæ. Chriſtus. Opera perfecta

Gre.18.mor. 29.30. Precioſiſsimus etiam lapis dicitur ſardonichus,qui eſt terrei coloris,non quia in ſe ſit precioſiſsimus:ſed quia deſignat naturam humanam:vel patres veteris teſtamenti.Iob.28.b. Natura humana. Patres antiqui.

Hie.ſ Eze.27. Precioſæ autem margaritæ in malum ſunt falſæ doctrinæ:quæ & gazæ precioſæ dicuntur: quæ tamen precioſitas eſt apparens.Eze.27.c. Falſæ doctrinæ.

Baſi.ſ.pſ.115. Precioſa dicitur in conſpectu domini mors ſanctorum:quia etiam vita illorum eſt illi precioſa & grata.pſ.115.

Glo.inte.ſ. Iere.25. Precioſa vaſa cadentia ſunt doctores mali:& diuites, & potentes &c.Iere.25.g. Doctores mali.

Hie.ſ.Iſa.13. Precioſior erit vir auro tpe Antichri,propter fidei videlicet raritatem.Iſa.13.c. Raritas fidei.

Hie ſ.Iob.28. Gre.18.mor.23. Precioſum omne quod videt Deus,ſunt immenſa pietatis Dei beneficia,quæ contulit eccleſiæ,Vel ſunt humiles,qui eliguntur à Deo,& in precio habentur.Iob.28.b. Beneficia Dei. Humiles.





## Premere, Comprimere, Exprimere, Preſſura.

PRemere eſt calcando & innitendo alicui rei cum pondere , quaſi vim facere eam ſtringendo : vnde dicta eſt preſſura , quæ eſt quaſi anguſtia . Exprimere autem eſt premendo elicere.

Deſiderium ſapientiæ. Premimus fortiter vbera,quum verba ſacri eloquij ſubtili intellectu penſamus. Qua preſsione dum lac quærimus,butyrũ inuenimus:quia dum nutriri,vel tenui intellectu quærimus,vbertate internæ pinguedinis vngimur.Quod nec nimiè,nec ſemper agendum eſt,ne dum lac quęritur ab vberibus,ſanguis ſequatur : quia dum verba ſacri eloquij pluſq; debent diſcutiuntur, in carnalem intellectum cadunt.Sanguinem enim elicit,qui vehementer emulget, quia carnale efficitur hoc,quod ex nimia ſpiritus diſcuſsione ſentitur.pro.30.d. Gre.21.mor.1. Beda.ſ.pro.30.

Premit fames terram,quum in ea eſt forte deſiderium ſapientiæ , aut magna doctrinæ cœleſtis indigentia in toto orbe.Gene.43.a. Amb.de ioſeph.7.

Laudare Deum. Comprimere manus fit quandoq; quaſi plaudendo: & comprimunt manus ſuper Aſſur,qui exultant,quia liberati ſunt à diabolo.Nahum.3.d. Hie.ſ.Nahum.3. Rup.ſ.Nahum.3.

Premi vitijs. Preſsi filij Iſrael operibus luti & terræ.Exod.1.c.Deſignant eos, qui à diabolo frequentibus vitijs occupantur. Glo.ord.ſ.Exo.1.

Mali in eccleſia. Premunt turbæ Chriſtum.Matth.9.c.Luc.8.g. Quando multitudo carnalium,quò interius admittitur intra eccleſiam,eò grauius toleratur.Premit autem & non tangit,quia & importuna eſt per pręſentiam,& abſens per vitam. Premunt & longè ſunt, qui diuinam notitiam profeſsionibus ſequuntur , moribus fugiunt : qui eidem fidei , quam loquendó aſtruunt,agendo contradicunt. Gre.2.mor.15.&.20 mor.18.

Opera ſine fide. Exprimunt quinquaginta lagenas & fiunt viginti,qui ſine fide faciunt bona opera,quæ temporalem percipiunt remunerationem.Agge.2.c. Hie.ſ.Agge.2.

Defenſio vitiorum. Premunt ſe ſquamæ Leuiathan,quando hypocritæ ſuam ſimulationem aut errorem defendendo contegunt,& mentes ſuas vehementi defenſione culparum comprimunt.Iob.41.d. Gre.33.mor.32.

## Prendere, uide Capere. Presbyter, uide Senex.

## Priapus.

PRiapus Deus hortorum dictus eſt apud gẽtiles,ac veneris filius.Eſt idolum, quod etiam turpiter coluerunt Iudæi:quod dicitur Beelphegor.

## Primus, Prior, Primatus.

PRimus quandoq; ad ordinem numeralem refertur:Vt primus,Secundus,Tertius:& eſt ante quem in ordine non eſt alius: Quandoq; primus eſt princeps, ſupra quem non eſt alius, item pręcipuus.Datur etiam prius tempore,aut loco.

Deus. Primus & nouiſsimus dicitur Deus,quia ipſe eſt principium & finis omnium,ſine principio & fine.Iſa.41.b.44.b.Dicitur etiam primus æternitate.Apo.1.d.2.b.22.c. Glo.int.ſ.Iſa.41.

Deus. Prior vir animæ,dicitur Deus.Hoſe.2.b. Cui legitime coniungitur tanq; creatori & bonorum omnium largitori. Hie.ſ.Hoſe.2.

Primatus Chriſti. Primus ad Sion dicitur adeſſe Chriſtus:quia ab eo primo eſt ſalus eccleſiæ. Iſaiæ. 41.g. Prima quoq; poteſtas eſt principatus Chriſti.Michę.4.c.Et primus ſedet Chriſtus in mentibus eorum , qui primum quærunt regnum Dei & iuſtitiam eius : Nouiſsimus autem in quærentibus primum terrena.Iob.29.d. Hie.ſ.Mich.4. Gre.20.mor.4.

Prima pdicatio chri. Tempus ab Adam vſq; ad Noe. Pueritia. Proſperitas mundi. Pentecoſtes. Primum tempus eſt prima pręedicatio Chriſti in Galilæa.Iſai.9.a.Et primum mane eſt tempus ab Adam vſq; ad Noe:vel pueritia in vno quoq;.Matth.20.a.Iob.8.b. Primum etiam mane dici poteſt huius mundi proſperitas,in qua peruerſus quiſq; erigitur,& illorum vitam deprimit,qui dum ſequentem gloriam ſitiunt,quaſi ſatiari in veſpere exquirunt : ideo primo mane conſurgit homicida.Iob.24.c.Primum etiam tempus conceptus deſignare poteſt pentecoſtẽ, vel quadrageſimam,vel paſcha.Gen.30.g. Hie.ſ.Iſa.9. Ori.ſ.Mat.ho.10. Gre.16.mor.27.

Initiũ gratiæ & gloriæ. Prima dies primi menſis initium gratiæ ſignificare poteſt:& initium futurę gloriæ poſt renouatum mundum.Exo.40.a.Eze.45.f. Glo.ordi.ſ.Eze 45.

Mortificatio iſignis Compaſsio. Imitatio Chriſti. Potiores virtutes. Prima myrrha dicĩ dignitate, & ſignificare poteſt pręcipuã & inſignem mortificationẽ: & etiam compaſsionem,& imitationem Chriſti.Canti.5.d. Sic prima vnguenta dignitate ſunt potiores virtutes. Canti.4.d. Amb.d inſt.virg.10 Grego.ſ.can.5.

Pſiarchę & apoſtoli Prima poma ficulneæ ſunt patriarchæ & apoſtoli.Hoſe.9.c. Hie.ſ.Hoſe.9.

Primus turtur oblatus pro peccato:aut pullus columbæ, deſignat prius mundationem faciẽdam eſſe à peccato:vt poſtea poſsit offerri in holocauſtum.Leui.5.b. Glo.int.ſ.Leui.5.

Cõuerſi p apoſtolos Primus piſcis dici poteſt is,qui conuerſus eſt ad pręedicationem apoſtolorum.Mat.17.d. Hila.ſ.Matt.cão.17

Primi dicuntur fructus ſapientiæ:quia ad hanc contemplandã primo creatus eſt homo, ſiue quia primum & rude aurũ ſolet eſſe puriſsimũ:quod ſapientiam deſignare ſolet.Pro.3.b. Beda.ſ.pro.3.

Glo.ord.ſ.1.timo.5. Prima fides eſt, quæ ſuſcipitur in baptiſmo: vel dicitur votum factum poſt prius matrimonium.1.Timot,5.b. Fides baptiſmi

Glo.ordi.ſ.Zach.8. Hila.ſ.Matt.cão.12. Priores dies erant dies veteris legis:ſeu tempus ante aduentum Chriſti, quãdo non erat pax in mundo.Zach.8.c.Et prima quę venerunt,ſunt quæ ad legem veterem ſpectant.Iſa.42.b.43.e.Et prior prædicatio Ionæ eſt veteris teſtamenti.Ionæ.2.a.Priora autem Iudęorum dicuntur ea,quæ fuerunt ante legem.Matth.12.d. Tẽpus veteris legis Tempus ante legẽ.

Hie.ſ.Eze.27. Primum frumentum dici poteſt verbum Dei.Eze.27.d. Verbum Dei.

Gre.14.mor.12. Primi quos inuadet horror tẽpore Antichriſti, dici poſſunt Elias & Enoch antiqui patres, qui etiam eius perſecutionem patientur.Iob.18.d.

Hie.ſ.Agge.2. Prima domus Dei, & prima gloria eius: erat ſynagoga cum cultu & ceremonijs legis. Agge.2.a. Synagoga.

Beda.ſ.gen.49. Ricar.de.ſ.victo.de 12.p̃riar.64. Prior in bonis Ruben ſignificat Iudæos,quibus credita ſunt eloquia Dei,& legiſlatio,& p̃miſsio.Gene.49.a.Deſignat etiam luciferum:qui in ſua æſtimatione primus eſt & etiã quemlibet ſuperbũ.Prior etiam in donis Ruben eſt timor domini:quia bona voluntas incipit à timore domini,qui eſt fundamentum donorum ſpirituſſancti. Iudæi. Lucifer. Superbus. Timor domini.

Ori.ſ.Mat.ho.9. Primi facti ſunt nouiſsimi,quando Iudæi,qui primi fidem acceperunt,per incredulitatem vltimum locum tenuerunt:quod & de angelis & hominibus dici poteſt.Matth.19.d. Iudæi.

Amb.ſ.Luc.3. Prior exiturus erat Zara,q̃; Phares:quia priora erant opera naturæ, q̃; legis, ita tamen,vt fidem haberent paſsionis Chriſti.Gene.38.g.

Priora dimittens columna,vt ſtaret poſt tergum,deſignat ſuccurrendum eſſe infirmioribus. Exod.14.c. Succurrere infirmioribus.

Glo.int.ſ.Iſa.65. Priores anguſtiæ ſunt anguſtiæ huius vitæ,quæ in bonis ceſſabunt.Iſa.65.c. Anguſtiæ hui' vitæ

Glo.int.ſ.Eze.40. Prior porta templi dicitur orientalis,non ordine,ſed dignitate.Eze.40.c.

Glo.ord.ſ.Leui.6. Priora veſtimenta.Leui.6.b.Priorẽ cõuerſationẽ veteris hominis deſignare poſſunt:vel deſignãt contemplationem ſecretorum,quę in templo tractantur: nec ſunt efferenda ad populum. Cõuerſatio veteris hominis.

Glo.int.ſ.Leui.13. Priores colores non mutati deſignant priorem vitæ conuerſationem non mutatam in vitiũ. Ad idem referuntur priores termini leprę.Leui.13.a.Exo.39.a. Contemplatio ſecretorum.

Hie.ſ.Eze.27. Prima aromata hæreticorum ſunt illa veriſimilia,quę ipſi proferunt.Eze.27.e. Veriſimilia.

## *Primarius, uide principalis. Primates, uide Optimates.*

## *Primitiæ, Primitiua.*

PRimitiæ ſunt primi fructus ex agro ſuſcepti,qui Deo offeruntur:ſuntq; primitiæ ſacerdotũ illis à Deo traditæ.

Hie.ſ.Eze.45. Primitiua quæ de frugibus offerebantur in lege veteri, non erant ſpeciali numero definita: ſed offerentium arbitrio derelicta. Traditionem autem accepimus Hebræorum, non lege præceptam,ſed magiſtrorum arbitrio inolitam:Qui plurimum,quadrageſimã partem dabat ſacerdotibus: Qui minimum, ſexageſimam: inter quadrageſimam & ſexageſimam licebat offerri quodcũq; voluiſſet. Quod igitur in Pentateucho dubium derelictum eſt, in Ezechiele ſpecialiter definitur propter ſacerdotum auaritiam: ne amplius à populo exigant in primitijs deferendis,hoc eſt, vt ſexageſimam partem offerant eorum, quę gignuntur in terra. Si enim chorus qui Hebraicè appellatur חֹמֶר & à ſeptuaginta dicitur gomor, triginta habet modios,tam in aridis ſpeciebus,q̃ in liquẽtibus:Epha quoq; & batus decima pars eſt chori, præcipiturq; vt ſexta pars tam Ephi, q̃; bati detur ſacerdotibus: quæ de tribus modijs dimidium faciunt modium, perſpicuè ſupputatur ſexageſimam partem primitiarum ſacerdotes accipere debere.Ezechiel.45.d.

Ori.ſ Exo.ho.13. Geor.venet. canti.2 ton.3.cap.3. Caſsi.coll.21.ca.26. Beda.ſ.Exo.21. Glo.ord.ſ.Leui.7. Primitiæ initia operum,aut bona opera ſignificare poſſunt: & primitias offerunt Deo, qui bonum opus illi tribuunt. Offeruntur etiam primitiæ ſacerdoti, hoc eſt, Chriſto. Primitiæ quoq; de victimis ſunt pectuſculũ & armus dexter pertinentes ad ſacerdotes:quia opera noſtra ad Chriſtum pertinent. Exodi.22.d.23.c.29.e.34.c.35.a. Leuitic.7.d. Ezechiel.48.a. Poſſunt etiam primitiæ deſignare bonam voluntatem, quæ initium eſt operum. Primitias quoq; offerunt,qui initium diei auſpicantur ab oratione & laudibus Dei. Non ſunt primitiarum agri in Gelboe,quando in Iudæa non ſunt primordia fidei & operum:ſed in multitudine gentium. 2.Regum.1.d. Initia operum. Bona opera. Bona voluntas.

Ori.ſ.Roma.8. Aug.83.q.67. Primitiæ ſpiritus dici poteſt ſpiritus adoptionis filiorum: vel inſigniora dona ſpirituſſancti: vt quemadmodum filius dicitur primogenitus omnis creaturæ.Coloſ.1.b.Ita ſpirituſſanctus dicatur primitiæ. Roma.8.d. vel ſunt, qui ipſum ſpiritum obtulerunt Deo. Ipſe quoq; Chriſtus & apoſtoli primitię ſpiritus dici poſſunt. Spiritus adoptionis Dona ſpirituſſancti

Ori.ſ. Leui.ho.2.& ſ.num.ho.11. Amb.epiſt.22. Greg.4.mor.3. Iſych.ſ.Leui.2. Primitię de ſpicis ſignificant primitiuam ęccleſiam in apoſtolis:vel neophytos:vel deſignabant aduentum ſpirituſſancti.Leui.2.d.Primitiæ quoq; ſunt primi credentes,qui offeruntur põtifici Chriſto.num.18.b.Et credentes ex gentibus.2.reg.1.d. Primitiua eccleſia. Neophyti. Aduent' ſp̃ũſſancti





Primitias frumenti offert Deo,qui myſtica ſcripturarum docet hoĩes,hoc eſt,rationale animal. Primitias hordei offert, qui pura hiſtoria ſimplices nutrit. Primitias vero olei, qui eſt vt oliua fructifera in domo Dei.Primitias vini,qui de torcularibus ſaluatoris alijs tradit. Ezechiel.45.d. Hie.ſ.Ezech.45.

Fides. Primitiæ vnius panis. Leuitic. 7. b. Deſignare poſſunt fidem, quæ omni doctrinæ pręponi debet. Glo.int.ſ.Leui.7.

Verbum Dei. Doctrina euãgelica Primitiæ cuſtodiendæ deſignant verbum Dei cuſtodiendum in corde.Numer.18.b.Et primitię de panibus ex ſimila fermentata,deſignant doctrinam euangelicam à Chriſto traditam, cũ admiſtione veteris legis rectè intellectæ.Leui.23.c. Ori.ſ.nu.ho.11. Iſych.ſ.Leui.23.

Primitiæ dandæ principi de grege, ſunt dandæ Chriſto, qui vere eſt rex & ſacerdos. Ezechiel.75.b. Hie.ſ.Eze.45.

Primitiua ciborum & aliorum dantur ſacerdotibus,vt gradus dignitatis cognoſcatur. Ezechie.44.g.Primitiæ autem ſacerdotum erant de primitijs leuitarum, vt nouerint leuitæ ſe inferiores eſſe ſacerdotibus.Eze.48.b. Glo.or.ſ.eze.44.48.

Eloquentia & ſcientia ſecularis. Primitiæ mellis quæ offeruntur Deo. Leuitic.2.d. deſignant modicum eloquentiæ,& ſcientiæ ſecularis,quæ diuinis eloquijs adiungi poteſt. Item elementa literarum, & alia, quæ à philoſophis inuenta ſunt.Primitię quoq; animę offerendę,ſunt primatus bonarum diſciplinarum. Geneſ.4.a. Glo.int.ſ.Leui.2. Amb.1.de Cain.10.

Boni motus ſenſuũ Primitiæ de area,dici poſſunt motus ſenſuum directi ſecundum virtutes.num.18.d. Amb 2.de Cain.1.

Antiqui patres. Primitię frugum dicuntur Dei Iſrael:quia prius vocati ſunt ex Iſrael. Iere.2.a.Sancti ex illo populo & patriarchę ſunt primitię Deo & agno.Apo.14.b. Hie.ſ.Iere.2. Rup.9.ſ.apoc.

Collatio ſpirituſſancti. Primitiuorum meſsis collationem ſpirituſſancti deſignare poteſt. Et etiam primitias bonorum operum.Exod.23.b. Glo.ord.ſ. Exo.23.

Delectationes peccatorũ. Primitiæ Cęſorum dici poſſunt delectationes peccaminum.1. reg.15.c. Gre.ſ.1.reg.15.

Primitiuæ ficus,vide ficus.

## *Primogenitus, Primitiuus.*

PRimogenitus eſt,ante quem non eſt alius genitus, licet poſtea non ſequatur alius,vt Chriſtus eſt primogenitus.Dicitur etiam primitiuus.

Primogenita in primis ſignificant Chriſtum, qui figuratus eſt per primogenita quæ offerebat Abel.Gene.4.a.Ipſe dicitur primogenitus tauri.Deut.33.e.Et dicitur primogenitus omnis creaturę:quia principatum habet in omnes creaturas:& primogenitus ex mortuis:quia primitiæ dormientium.Coloſ.1.b.Zach.12.c.p̃s.88. Tert.aduer.Iudæ.

Excellẽs aliqua grã Tribus Iuda. Primogenitus dici poteſt aliqua gratia excellens.Gene.35.d.38.a.Vbi primogenitus Iudę deſignare poteſt tribum Iuda,quę pręfuit plebi Iſrael. Glo.ord.ſ.gen.38.

Gentiles. Fideles. Primogenitus Dei dictus eſt Ephraim: cui licet minori q̃; Manaſſes Iacob impoſuit dexteram:Eſt autem typus gentilium,qui primatum in eccleſia acceperunt. Ierem.31.b.Primogeniti autem dici poſſunt omnes fideles adſcripti ĩ cœlis, & à peccatis auulſi:omnis autem ſanctus eſt primogenitus:ſed non omnis primogenitus ſanctus. Cle. Alex. adhor.ad gentes. Amb.1.de Cain.2.

Optima. Initia operum. Primogenita aliquando dicuntur optima: & primogenita ſeu primitiæ,quæ conſecrari debent Deo,ſignificant in noſtris operibus auſpicandum eſſe à Deo, dicuntur autem Dei, quia ipſe dat initium bonorum operum.Exod.13.a.22.d.34.c.Primogenita etiam conſecramus domino in egreſſu de Aegypto in Sochot,hoc eſt, initia virtutũ:& quicquid primum eſt in homine.Mich.6.b.Primogenita etiam ſunt ſacerdotum,hoc eſt.Chriſti.Eze.44.c. Hie.de manſio.&.ſ. Mich.6.

Diſcipuli apoſtolor. Vires animi. Primogeniti pauperum dici poſſunt diſcipuli apoſtolorum.Iſai.14.g. Item vires animi,quæ reficiuntur & ſaluantur in ſobrietate. Lyra.ſ.Iſa.14.

Vir ſanctus. Primogenitus vxoris odioſæ,eſt vir ſanctus:Primogeniti vero dilectæ ſunt peccatores.Deuteronom.21.c. Amb.epiſt.14.

Primus angelus. Primogenitus Ruben dici poteſt primus angelus ſeu lucifer qui aſcendit cubile patris,quando voluit vſurpare honorem Dei.Gene.49.c. Lyra.ſ.gen.49.

Iudæi. Primogenitus etiam Ruben typus eſt Iudæorum: qui prius ſuſceperunt fidem non tamen ideo ſunt hæredes.Gene.49.a.Et primogenitus Iob eſt populus Iudaicus:qui Deo dudum de legis doctrina fuerat generatus.Iob.1.c.Iudæi quoq; ſunt primogeniti pauperum. Iſai.14.g.dictus eſt autem Iſrael filius primogenitus Dei.Exo.4.f.quia ex ipſo erat naſciturus Chriſtus, vere primogenitus & vnigenitus. Ori.ſ.gen.ho.17. Hie.ſ.Iſa.14. Gre.2.mor.24. Beda.ſ.gen.49. Rupe 3.victo. verbi Dei.18.

Superbus. Superbia. Typus eſt etiã ſuperborum:qui aſcendunt cubile patris vſurpãtes gloriã Dei. Gen.49.a.Et primogenita mors dicitur peccatum ſuperbiæ.Iob.38.c. Quia ſcriptum eſt Eccl'i.10.b. Initiũ omnis peccati ſuperbia. Gre.14.mor.8.

Timor. Primogenitus etiam eſt Ruben.i.timor:quia à timore omne bonum inchoatur:& initium ſapientiæ timor domini. Ricar.de.ſ.victo.de 13.p̃riar.64.

Amb.1. de Cain.10. Gre.2.mor.33. — Fides. Charitas.

Primogenita gregis ſignificare poſſunt fidem & charitatem : quæ ſunt meliora, q̃; terrena, quæ obtulit Cain. Geneſ.4.a.27.f. Exod.13.a. Primogenitus etiam Iob dici poteſt fides : quæ ſi non prima in corde noſtro gignitur, reliqua quæq; eſſe bona non poſſunt, etiam ſi bona eſſe videantur.

Ori.ſ.num.ho.3. Amb.epiſt.14. &.2. de Cain.2.

Pro primogenitis ſumuntur leuitæ.Nume.3:b.quia apud Deum non præferuntur ſecundum ordinem natiuitatis.Non ſanctificantur autem leuitæ pro primogenitis:niſi mortuis prius primogenitis Aegyptiorum.

Beda.ſ.gen.25. Philo.2 allego. Geor.vene, canti.2. tono.7.cap 4. — Ius gratiæ & gloriæ

Primogenita quæ vendidit Eſau, ſunt ius primogenituræ:erat autem iuxta Hebræos veſtis ſacerdotalis.Poſſunt autem primogenita vendita dici ius gratiæ & gloriæ: quæ vendit, qui peccat.Gene.25.b. Primogenita autem ſua queritur Eſau eſſe ablata.Gene.27.f.quia appetitus ſenſitiuus putat primatum eſſe ſuum, non rationis.

Gre.8.mor.34. &.ſ. Eze.ho.2. Iſych.ſ.Leui.27. — Bonæ conuerſationis primordia. Adoleſcẽtes eruditi Obedientes.

Primogenita bouis, aut etiam ouis, ſunt bonæ conuerſationis primordia. Item adoleſcentes iam aliquantum doctrinam adepti. Deut.15.d.Et primogenita pecorum ſunt, qui non tantũ ipſi ſunt obedientes, ſed alijs etiam obediendi ducatum præbẽt.Leui.27.d.

Ori.ſ.Exo.ho.4. Arno.ſ.ps.135. Hie.de manſio. &.ſ. ps.134. Beda.ſ.exo.10.11. Geor.venet.cant.2. ton.3 cap.13. Gre.ny1. d̃ vit.Mo. Rup.2.ſ.Exo.17. Aug.ſ.ps.134. — Dæmones. Inuẽtores falſarum religionum. Falſa dogmate philoſophorum. Vetus homo. Principalia vitia. Peccata originalia. Fides in malis.

Primogenita Aegypti, quæ delentur:ſunt vel principatus & poteſtates, & mũdi huius rectores tenebrarum harum:quos in aduentu ſuo Chriſtus deleuit. Vel ſunt inuentores falſarum religionum. Vel dogmata philoſophorum:quibus homines decepti tenebantur. Ad eadem refertur primogenitus Pharaonis. Exo.4.f.11.b.12.d.p̃s.134.135. vel deſignant veterem hominem & animalem, qui prior eſt ſpirituali, & occidendus eſt, vt viuificetur ſpiritualis. Item principalia vitia, & initia vitiorum in mente:& delicta iuuentutis & ignorantiæ : & peccata originalia, quæ delentur in baptiſmo. Poſſunt etiam deſignare fidem in eis, qui eccleſiam affligunt:in quibus tandem ipſa fides occiditur.

Ori.ſ.Exo.ho.4. — Primi motus.

Primogenita etiam dici poſſunt primi motus in malum:quale etiam eſt primogenitum ancillæ.Exodi.11.b.12.d.

Amb.2. de Cain.2. Philo. de ſacrifici. Abel & Cain. — Primordia immundæ vitæ. Opera infrugifera & laborioſa.

Primogenitum aſini dici poteſt primum opus immundiciæ : ſeu primordia immundæ vitæ:& etiam opera grauia, ſed infrugifera : & præterea opera corporis laborioſa.Exod.11.b.13.a.34.c.

Gre.27.mora.15. Hie.ſ.Iob.18. Gre.14.mor.18. — Diabolus. Superbia.

Primogenita mors dicitur diabolus, quia per ipſum mors primum intrauit in orbem terrarum:& ipſe fuit ſuæ mortis inuentor.Iob.18.c.vel dicitur peccatum ſuperbiæ, quæ initium eſt omnis peccati.

## *Princeps, Principatus.*

PRinceps dicitur, qui imperium habet ſuper ciuitatem, aut prouinciam aut totum orbem.

Ori.ſ.Eze.ho.14.& ſ.Ioſ.ho.6.&.ſ.Luc. ho.35. Amb.ſ.Luc.12.&.3. de.fide.4. Hier.ſ.Iſa.3.9. 32.& ſ.Ier.30 &.ſ.eze.44 Arno.ſ.ps.104. — Chriſtus.

Princeps in primis dicitur Chriſtus : qui etiam dicitur princeps militum. Et princeps exercitus domini:& princeps Aegypti in typo Ioſeph. Et princeps pacis.Gene.40.a.42.a.45.g.Ioſue.5.d.p̃s.104. Iſaiæ.32.b. Lucæ.12.g. Et principatus eius fuit in cruce:& eſt nunc in gloria. Iſaiæ.9.b. Eius typum gerebat princeps Dauid . Eze.34.f.37.f.45.c. Et princeps ſuper quinquaginta eſt Chriſtus, qui dat remiſsionem & iubileum : qui dominus eſt ſabbati & omnium ſolemnitatum.Iſaiæ.3.a.Et ipſe eſt princeps, qui ingreditur & egreditur per clauſam tẽpli portam. Ezechiel.44.a.Ipſe eſt Iephte princeps Iſrael:quia rex Iudæorum. Iudi.11.b. Iere.30.d.Et princeps in medio eſt Chriſtus. Ezechiel.46.c. Hoſeæ.3.b. Et princeps fortitudinis contra quem ſurrexit Antiochus, eſt Chriſtus, aut Deus.Daniel.8.c.Iob.31.d.canti.7.a.

Ori.ſ.Leui.ho.2. Hier.ſ.Iſa.3.10. &.ſ. Eze.45. — Vir perfectus. Prælatus. Doctor. Vis rationis. Prædicator.

Princeps Dei dicitur Abraham, deſignans virum perfectum. Geneſ.23.a.35.b. Sic princeps Moſes. Exod.7.a.Et princeps populi eſt prælatus & doctor:& ipſa vis rationis.Exod.22.d. Leuitic.4.e.Iſaiæ.3.c.10.c.32.a.Et principes populi ſunt epiſcopi & prælati:qui accipiunt poſſeſſionem ex vtraq; parte ſanctuarij, hoc eſt, ex omnibus, qui eis voluntate ſubiecti ſunt : & vrbis habitatores ſunt multorumq; ſalutem ſuam mercedem faciunt. Qui abſq; vllo numero recipiunt poſſeſsionem : quia profectus vniuerſorum redundat ad principem : & diſcipulorum ſalus præmium eſt magiſtrorum.Ezechiel.45.d. Principes quoq; domus Iacob ſunt prælati eccleſiæ.Mich.3.d.Sophoni.1.b.Et dicuntur principes domorum.Exodi.6.c. Et principes multitudinis. Exodi.16.e.18.d.Et principes Iuda Ieremi.1.d.Threnor.1.b.2.a.Iob.3.c.31.d.Et principes decernentes iuſta.Prouer.8.c.Princeps quoq; militiæ Saulis Abner deſignat prædicatorem, & adiutores magni doctoris.1.regum.14.g.Hi principes offerunt oleum & aromata:quia debent alijs prælucere, & eſſe bonus odor. Exodi.35.c.Princeps cum quo ſedetur ad menſam, eſt doctor.Prouer.23.a

Hier.ſ. Mich.3.&.ſ. Sopho.1. Gre.ſ.1.reg.14.&.4. mor.36.&.15.mo.25 Ori.ſ.Exo.ho.13. Beda.ſ.pro.8.23.

Ori.ſ.num.ho.26.& ſ.Iudi.ho.6. Hier.ſ.Iere.17.&.ſ. Ezech.46. — Fortes opere & ſermone. Nondum valẽtes ſe regere.

Principes exercitus ſunt, qui fortiſsimi ſunt opere & ſermone aduerſus diabolum. Numer.31.f. Principes etiam dicuntur, qui dominantur animo ſuo & carni . Ieremiæ.17.d. Principes quoq; aut ſatrapæ, quum ſint inferiores regibus, deſignare poſſunt eos, qui nondum plene ſe regunt. Iudicum.5.a. His principibus non eſt fidendum . Pſalm.145. Ezechiel.46.a.

Amb.ſ.Luc.8. Hila.ſ.Mat.cão.9. — Lex.

Princeps pater filiæ mortuæ, quam ſuſcitauit Chriſtus, dici poteſt lex, quæ erat velut pater ſynagogæ



ſynagogæ.Matth.9.c.Luc.8.f.

Angeli. — Hie.ſ.Dani.10. Ori.ſ.Iuſti.ho.6.

Princeps Perſarum dicitur angelus, cui incumbebat cura regni Perſarum. Danie.10.b.Principes quoq; Iſrael dicuntur angeli:& principes populorum.Iudi.5.a.p̃s.46.Iſa.3.c.Ephe.3.b.

Patriarchæ & prophetæ. — Arno.ſ.p̃s.46. Ori.ſ.num.ho.12. Arno.ſ.ps 67. Philo. de temulẽtia Hie.ſ.Iob.31.

Principes fodientes puteum fuerunt patriarchæ & prophetæ, & viri perfecti.nume.21.d.Ipſi ſunt principes coniuncti pſallentibus. Pſalm.67. Et principes qui ceſſarunt loqui in aduentu Chriſti:fuerunt prophetæ & ſacerdotes veteris legis, quorum officium ceſſauit in morte Chriſti.Iob.29.b.

Apoſtoli. — Arno.ſ.p̃s.104. Ori.ſ.Ioſue. ho.18. Baſi.ſ.p̃s.44. Hie.ſ.Iſa.21.49.&.ſ. Eccl'ta.10. Gr.ſ.1.r.2.&.4.m.35 Hila.ſ.p̃s.67.

Principes Pharaonis, quos erudiuit Ioſeph, ſunt apoſtoli eruditi à Chriſto.p̃s.104.Et principes familiarum, qui diſtribuebant terram promiſsionis, ſunt apoſtoli inſtituentes eccleſiam. Ioſue.14.a.p̃s.44.46.Iſa.21.b.49.c.1.reg.2.b.Ipſi ſunt principes Zabulon & principes Nephtalim:quia ex illa prouincia ſunt electi.p̃s.67.86.Ipſi ſunt principes, qui poſsident aurum.Iob.3.b. Et principes, qui comedunt in tempore ſuo, ſunt apoſtoli, qui ſatiantur in fœlicitate. Eccl'tæ.10.d.

Prælati mali. — Euch q.in pſalm. Ori ſ. Mat.ho.15.& ſ.Eze ho 12.

Principes ſacerdotum, qui prohibebant pueros ne laudarent Chriſtum, deſignant epiſcopos & presbyteros in eccleſia, non ſuſtinentes puſillos laudare Deum . Matthæ.21.b. Et principes Iuda abducti in Babylonem, ſunt primi eccleſiæ incidentes in peccatũ.Eze.17.d.p̃s.44.

Sacerdotes, ſcribæ & phariſæi. — Ori.ſ. Mat.ho.4.35. Hila ſ.p̃s.2. Hie.ſ.Iſa.1.17.29.30 32.34. Gre.11.mor.10. Rup.ſ.Hoſe.8.

Principes Synagogæ erant ſcribæ & phariſæi, & ſacerdotes, qui ſteterunt contra Chriſtum. Exod.34.d.p̃s.2.vbi abſolute dicuntur principes, non terræ, nec ſacerdotum:quia iam vt leones antrum habebant. Matthæ.26.a. Et principes Sodomorum dicti ſunt pontifices, ſcribæ & phariſæi:qui inſurrexerunt contra Chriſtum: qui & inobedientes dicuntur, & ſocij furum. Iſa.16.f. Et principes Iuda interfecti ſunt ſacerdotes & phariſæi in incredulitate relicti:& contaminati à Deo, vel in deſerto relicti.Iſaiæ.29.d.43.d.Ieremiæ.20.a.Threno.2.a.2.Paralip.24.f. Hoſe.7.a.Sunt autem in Tanis, hoc eſt, in mãdato humili:quia traditiones viles docebant.Iſa.30.a.Non vocantur autem vltra principes, quia non imperant in eccleſia.Iſai.32.a.34.c.Principes quoq; ſuper quos effudit Deus deſpectionem, erant Iudæi aut eorum proceres. Iob.12.d. Et princeps peccans per ignorantiam deſignat principes Iudæorum peccantes in Chriſtum. Leuitic.4.c.

Iſych.ſ.Leui.4.

Principes ſacerdotum ſimulantes ſe honorare Chriſtum, deſignãt eos, qui ꝓfitentur ſe Dei ſeruos, quum non ſint.Mat.20.c. — Ori.ſ.Matth.ho.11.

Gentiles. — Arno.ſ.p̃s.106.

Principes aliquando dicuntur gentiles.p̃s.106.Effuſa eſt contentio ſuper principes.

Adam. Satanas. Iudas. — Ori.ſ.Ezec.ho.1.& ſ.Mat.ho.35. Ber.ſer.1. de aduẽtu

Vnus d̃ principibus, qui cecidit, dici poteſt Adam princeps generis humani:vel Satanas, qui erat princeps inter angelos:vel Iudas vnus ex apoſtolis.p̃s.81. Et principes infideles & ſocij furum fuerunt Adam & Eua.Iſa.1.b.

Anima. — Glo.int.ſ.thre.1.

Princeps prouinciarum Hieruſalem deſignat aĩam diuerſis potentijs imperantẽ. Thren.1.a.

Princeps hariolorum dictus Daniel.i.deuotio, deſignat peruerſam ſcientiam ex deuotionis officio in bonos vſus conuerti.Danie.4.a. — Ricar.de.ſ.victo.de ſecuri.conſcien.11.

Principes Iuda, ſunt confitentes aut laudantes Deum.Principes Zabulon, fortes incontinentia:quia Zabulon interpretatur habitaculum certitudinis. Principes Nephtalim, puri in contẽplatione:quia Nephtalim interpretatur ceruus emiſſus: quia nimirum agilitatis eius ſaltibus exprimitur ſpeculantis exceſſus: ſed & opaca nemorum penetrare(ſicut ille ſenſuum) conſueuit. Pſalm.67. — Ber.ſ.cant.ſer.7.

Eccleſiæ. — Hila.ſ.p̃s.138.

Principatus amicorum Dei ſunt eccleſiæ ab apoſtolis amicis Dei fundatæ.p̃s.138.

Excelſa dogmata. — Hie.ſ.Iſa.10.

Principes dicuntur aliquando excelſa dogmata.Iſa.10.c. Et abſtuli terminos populorum, & principes eorum deprædatus ſum.

Dæmones. Hæretici. Lucifer. Superbi. — Beda.ſ.gene.12. Ori.ſ.Luc.ho.35. & ſ. Exod.hom.6.&.ſ. num.ho.19. Amb.ſ.ps. 118.ſer.12 &.ſ.1.cor.2. & de paradiſo. Arno.ſ.ps 18. Tertul.aduer.Iudæ. Ori.ſ.Eze.ho.13. Cyri.d̃ ado i ſpũſ. Hie.epiſt. beatitudinis.&.ſ.Eze.28. Au.epi.59.&.ſ.ps.82 &.ſ.Ioan.trac.52.79

Principes Pharaonis ſunt dæmones, vel hæretici, qui volunt ſapientiam à doctore, vel eccleſiam, aut animam ſanctam à Chriſto ſeparare, & Satanæ tradere.Gene.12.d.Princeps quoq; terræ dicitur diabolus:& princeps huius mundi.Gene.34.a.Lucæ.12.g.p̃s.21.118.Et dæmones dicuntur principes huius ſeculi:& principes aëris huius.1. Corint.2.b. Epheſ.2.a.3.b. Et princeps carceris eſt diabolus. Geneſ.39.d. Principes quoq; terræ ſunt dæmones minores aut ſuperbi: qui & principes Pharaonis dicuntur.Iſaiæ.14.c.Exod.15.a.Et principes Edom & Amalec ſunt dæmones.Exod.15.b.Princeps autem Tyri eſt lucifer . Ezechie.28.a. Et princeps cui adhæſit filius prodigus, eſt diabolus vnus é multis qui ſunt inter nos. Luc.15.c. Et principes Cedar ſunt principes tenebrarum & errorum:qui etiam dicuntur principes aquilonis.Ezech.27.d.32.g.Et principatus ac poteſtates exuendi ſunt dæmones. Coloſ.2.c.Dicitur autem diabolus princeps huius mundi, hoc eſt, malorum, qui mundi nomine deſignantur.Ioan.12.e.14.b. Eadem ratione principes Perſarum, & Græcorum, & prouinciarum infideliũ ſunt mali angeli. Danie.10.c.

Hæretici. Philoſophi. — Ru.9. vic. ver. di.4. Hie.ſ.Iſa.19.22.23 31 &.ſ.Ezec.38.&.ſ.Amos.2.&.ſ.Nahũ.3. Ori.ſ.Matt.ho.15. Gre.19.mor.14.

Principes Taneos ſunt hæretici:qui quum ſint ſuperbi, humilia tamen & ad infernum mergentia docent:dicuntur etiam principes Mẽpheos, qui in verbis fiduciã ponunt.Ipſi ſunt principes, qui fugerũt ab eccleſia.Et principes Chanaan, hoc eſt, fluctuãtes atq; cõmoti.Et principes Aſſur:quod etiã de philoſophis dici poteſt.Iſa.19.b.22.a.23.b.31.d. Et prĩcipes Ephraim.Hoſ.7.d.Principes quoq; ſacerdotum prohibẽtes pueros laudare Deum, ſunt hæretici. Matth.21.b. Luc.19.g.

Luc.19.g. Princeps Moſoch & Tubal dicitur Gog, deſignãs hæreticos: qui principes ſunt amẽtiæ huius mundi. Eze.38.a. Principes item Moab ſunt hæreſiarchæ. Amos.2.a. Et principes regis Aſſur hæreſiarchæ, & duces malorum ſub diabolo. Nahum.3.d. Iob.29.b. Hi ſunt principes comedentes mane. Eccl'tæ.10.d.

Epipha.2. contra hæres. tomo.2. Hie.ſ.Eze.26. Gre.25. mora.1. Aug.ſ.ps.75. — Superbia.
Princeps huius mundi dicitur ſuperbia: cui multi obtemperant: quę nihil habet in Chriſto, ſed ab ipſo eijcienda erat. Ioan.12.e. Et principes maris ſunt ſuperbi in hoc ſeculo: quod de dæmonibus & hæreticis dici poteſt. Eze.26.c. Iob.34.b. Et principes proprium habentes ſpiritũ ſunt ſuperbi, & hæretici. ps.75. Super hos principes effuſa eſt contentio. ps.106.

Philo. de temulẽtia & de Ioſeph. Gre.30. mor.26. — Vulgus. Venter.
Principes piſtorum, pincernarum, & coquorum ſunt, qui deſeruiunt Pharaoni: magis autem ipſe recordatur principis pincernarũ: vt deſignentur amici ebrietatis cuius miniſter eſt princeps pincernarum. Gen.40.a. Princeps autem coquorum deſignare poteſt vulgus deditum voluptatibus gulæ. Vel ipſum ventrem. cui coqui & cæteri miniſtri deſeruiunt.

Ori.ſ.nu.ho.20. — Facientes alios peccare.
Principes populi, qui ſuſpenduntur contra ſolem peccante populo ſunt, qui ſuo exemplo alios peccare faciunt. num.25.a.

Hie.ſ.Iſa.3.
Principes pueri dantur, quando ignari regunt populũ: vt videlicet cæcus cæcũ ducat. Iſa.3.a.

Hie.ſ.Mich.1.
Princeps peccati dicĩ fuiſſe filiæ Siõ habitatio Lachis, hoc eſt, ambulatio peſſima gradu iugiter fluctuante, qualis erat Iſrael: quem gradu fluctuantẽ ſequutæ ſunt filiæ Sion. Mich.1.d.

## *Principalis, Præcipuus.*

PRincipalis dicitur, qui primus & præcipuus eſt in aliqua re.

Amb. apol. Daui.15. — Spiritusſanctus.
Principalis ſpiritus dicitur ſpiritusſanctus, qui firmat nos aduerſus dæmones & tentationes. Pſalm.50.

## *Principium, Exordium, Initium.*

PRincipium & initium eſt, vnde alia videntur exordium ſumere: & datur principium numeri: & principium temporis: & principiũ artis: & principium cuiuſq; operis. Cauſa etiam principium dicitur. ps.13. Iob.28.a. Pro.1.a.9.c.

Ori.ſ.gen.ho.1. Aug.ſ.ps.109. — Deus.
Principium in primis competit Deo, vt creatori omnium. Et cum dicitur. Gen.1.a. In principio creauit Deus cœlum & terram: principium ibi ſumi poteſt pro verbo Dei, per quod pater creauit omnia. Pater autem eſt principiũ, de quo. ps.109. Tecum principiũ in die virtutis tuæ.

Gre.15. mor.1. — Initium temporis.
Principium quoq; in quo creauit Deus cœlum & terram, ſumi poteſt pro initio temporis. Gene.1.a. Et ab hoc exordio vocat Deus generationes: quia à principio mundi vocauit homines ad fidem. Iſa.41.b. Iob.20.a.

Amb. epiſt.14. Gre.ſ.ps.101. — Chriſtus.
Initium primogenitorum dicitur Chriſtus, qui eſt primogenitus omnis creaturæ. deut.21.c. In hoc initio fundauit Deus terram, hoc eſt, eccleſiam. ps.101.

Amb. exac.4. — Tempus baptiſmi.
Initium menſium dici poteſt tempus baptiſmi, vbi inchoatur annus placabilis domino. Exod.12.a.

Hie.ſ.Iſa.40. — Lex naturæ.
Initium dici poteſt lex naturæ: vt ab initio annunciatum eſt nobis de Deo: hoc eſt, per legẽ naturæ etiam ante legem ſcriptam. Iſa.40.e.

Gre.35. mor.16. — Initium eccleſiæ.
Principium Iob dici poteſt initium eccleſiæ inter Iudæos. Iob.42.e.

Gre.18. mor.14. — Sacra ſcriptura.
Principia venarum argenti ſacram ſcripturam ſignificare poſſunt, à qua omne rectum eloquium ſumendum eſt. Iob.28.a.

Gaudium de cœleſtibus.
Principium lætitiæ Hieruſalem eſt gaudere de cœleſtibus. ps.136. Si non propoſuero Hieruſalem in principio lætitiæ meæ.

Hie.ſ.Iſa.63. Glo.int.ſ.Iere.30. — Iudæi ſine templo. Apoſtoli ſimiles patriarchis.
Sicut à principio dicuntur facti filij Iſrael, quando amiſerunt templum, quod à principio nõ habebant. Iſa.63.b. Fiunt etiam ſicut à principio, quando producuntur apoſtoli ſimiles patriarchis. Iere.30.d. thre.5.d.

Glo.ord ſ.thre.2. — Initiũ bonæ conuerſationis.
Principium vigiliarum dici poteſt initium bonæ conuerſationis. Thren.2.f. conſurge in nocte in principio vigiliarium tuarum.

Hie.ſ.Iſa.11. Aug. de vni. eccle.8
Initia quatuor vaſis linthei, quod vidit Petrus, ſunt quatuor partes terræ, vnde conuertuntur gentes. Acto.11.b.

Beda.ſ.gen.49. Ricar. de.ſ.victo. de 12. patriar.64. — Iudæi. Lucifer. Superbus. Timor.
Principium doloris Iacob dictus Ruben, deſignat Iudæos rebelles Deo: & etiam luciferum & ſuperbum quemlibet. Gene.49.a. Principium etiam doloris eſt timor: quia timorem domini vtilis dolor comitatur.

Ori.ſ.nu.ho.19. Amb.1. exae.4. Gre.32. mor.24. Hie.ſ.Iob.40. — Diabolus.
Principium gentium Amalec dicitur diabolus: qui caput eſt malorum, & principium idololatriæ. Numer.24.d. Principium viarum Dei dicitur Behemoth, quia cum Deus cũcta crearet, hunc primum condidit: quem reliquis angelis eminentiorem fecit. Iob.40.c. Huius primatus eminentiam conſpicit propheta, quum dicit. Ezechi.31.c. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiſo Dei: Abietes non adæquauerunt ſummitatem eius. Plantani non fuerunt æquæ frondibus illius. Vel dicitur principium viarum Dei: quia primus factus, Dei ſui cognitionem, à quo conditus eſt, accepit.





Gre.ſ.1.reg.15.
Initia prædarum Amalec ſunt electa de prędis: & deſignant blandimenta libidinis, quæ amplexus eſt populus. 1.reg.15.c.

Peccatum voluntarium. — Hie.ſ.Iſa.52.
In principio dicitur deſcendiſſe populus Dei in Aegyptum, hoc eſt, ſponte, quia peccat propria voluntate. Iſa.52.b.

Hie.ſ.Eze.16.
Principia gentium ſunt potentes gentilium. Eze.16.f.

Initium menſis, vide Neomenia.

## *Priſtinus.*

PRiſtinum eſt, quod ſuperioribus annis, menſibus, aut diebus fuit.

Primitiua eccleſia. — Gre.19. mor.8.
Priſtini menſes Iob, deſignant primum tempus eccleſiæ, quãdo videlicet, ad apoſtolorũ prædicationem multi conuertebantur. Iob.29.a.

Memoria patrum. — Gre.8. mor.26.
Priſtina generatio eſt antiquorum patrum memoria. Iob.8.b.

Status gratiæ. — Glo.int.ſ.Leui.13.
Priſtina facies veſtimenti dici poteſt: ſtatus, quo quis erat in gratia. Leui.13.g.

## *Priuare, Priuatus.*

PRiuare eſt adimere. Priuatus autem dici ſolet, qui non eſt in aliquo cõſtitutus magiſtratu, ſeu munere publico.

Gre.31. mor.16. Hie.ſ.Iob.39.
Priuauit Deus ſtruthionem ſapientia, quando ſynagogæ, quæ ſciens humilitatem perdidit, etiam veritatis intelligentiã neſcienti abſtulit. Iob.39.b. Vel priuauit Deus ſapientia huius mundi, quæ ſtultitia eſt apud Deum, ipſam eccleſiam.

Fœlicitas impiorũ. — Glo ord.ſ.Iob.21.
Non priuatur fœtu bos impiorum. Iob.21.b. Quia temporalis eorum fœlicitas vſq; ad vltimum progreditur.

## *Priuilegium.*

PRiuilegium eſt lex priuatim facta: quæ in eorum fauorem fit, quibus datur.

Ducere eccleſiam. — Glo.ord.ſ.Ruth.4.
Priuilegium, quo noluit vti propinquus Booz, eſt ſuſcitatio nominis filiorũ Dei: & ducere eccleſiam: quod non competebat legi, ſed Chriſto. Ruth. 4.b.

## *Probare, Probabilis.*

PRobare interdum eſt approbare. Romano.2.c. Probas vtiliora legis inſtructus per legem. Curare. Exodi.20.c. Vt probaret vos venit Deus. Examinare. Pſalm.25. Proba me domine, & tenta me. Experiri. Geneſ.27.c. Et probem vtrum tu ſis filius meus. Laudare. Iob.36.a. Et operatorem meum probabo iuſtum. Oſtendere. Geneſ.40.d. Vt coniectoris veritas probaretur. Purgare. Iob.23.c. Probauit me quaſi aurum. Scire. Ieremiæ.11.d. Probas renes & corda.

Oſtendens Deus probatum. — Hie.ſ.Iere.12. Hila.ſ.ps.63. Gre.8. moral.20. & 16. mor.16.
Probare dicitur Deus, quando probatum oſtendit. Exo.20.c. Et probat nocte, hoc eſt, per tribulationem: & etiam igne tribulationis. ps.16. Probat autem bonos & per ipſorum afflictionem, & etiam per malorum proſperitatem: qui etiam probare dicitur renes, hoc eſt, affectus. Ieremię.9.b.12.a.20.d. Et probati argento ſunt, qui igne tribulationis more argenti purificati ſplendent. Pſalm.67.138. Probare autem dicitur Deus ſubito hominem, quando poſt conceſſa virtutum munera concuti hominem per tentationem ſinit: vt quid ex ſeipſo ſit recognoſcat. Iob.7.d.23.c.34.d. Zach.13.d.

Perfectio Chriſti. — Glo.int.ſ.ps.138.
Probaſſe dicitur etiam Deus pater Chriſtum, quia probatum & perfectum oſtendit. ps.138. Et Chriſtus dicitur probatus lapis: quem tamen reprobauerunt ædificantes. Iſa.28.d.

Experiri beneficentiam Dei. — Glo.ordi.ſ.Mala.3.
Probari vult Deus ſuam beneficentiam: experimento videlicet, tam in tẽporalibus, q̃; in doctrina. Mala.3.c.

Prælatus bonus. — Lyra.ſ.Iere.6.
Probator robuſtus dicitur Ieremias, deſignans bonum prelatum, qui propter minas non ceſſat vitam ſubditorum examinare, & corrigere. Iere.6.g. Ductum eſt ab eo, qui probat aurum & argentum.

Fortes contra hæreticos. — Aug.ſ.ps.54.67.
Probati argento dicuntur fideles probati eloquio: qui fortes ſunt aduerſus eloquentiam hæreticorum. ps.67.

Hie. & Au.ſ.ps.80.
Probantur ad aquas contradictionis, qui ficto aut recto corde accedunt ad baptiſmum: & q̃ per contradictiones aduerſantium probantur. ps.80.

Examinare doctrinam. — Amb.ſ.1. theſſa.5.
Probare omnia eſt examinare omnem doctrinam: ne veris falſa miſceantur. 1. Theſſalo.5.d. Iob.34.a.

Applicatio figurarũ
Probans Iſaac Iacob, deſignare poteſt applicationem figurarum veteris legis ad Chriſtum. Geneſ.27.c.

Examinare ſeipſum — Glo.o.di.ſ. Gala.6.
Probare opus ſuum eſt diligenter ſeipſum examinare: ne in aliquo deficiat à rectitudine. Gala.6.a.

Mortificatio carnis. — Gre.ſ.cant.5.
Probatiſsima myrrha eſt perfecta carnis mortificatio. Cant.5.b.

Confundi hęreticos — Hie.ſ.Iere.10.
Probantur fatui & ſapientes, quando hęretici confunduntur, & etiam philoſophi. Iere.10.b.

## *Probatica.*

Tert. de baptiſmo. Cliry ſ. Ioan. ho. 35. Aug. ſ. ps. 70.

PRobatica gręcè idem eſt latinè, quod ouilis. Et probatica piſcina Hieroſolymis erat, in qua ſacerdotes lauabant oues ſacrificandas: quæ quinq; porticibus cingebatur: vbi multi iacebant infirmi: vt mouente angelo aquam, vnus qui primus deſcēdiſſet in piſcinam, ſanaretur. Ioan. 5. a. Typus eſſe ſolet baptiſmi, ad quem deſcendit magni conſilij angelus Chriſtus: & qui ſunt extra baptiſmum, ſunt infirmi & languentes: ſanatur autem vnus: quia quotquot baptizantur ſuſcipiuntur in vnitatem fidei & eccleſiæ: Typus eſt etiam legis veteris. Vide Piſcina.

Baptiſmus. Lex vetus.

## *Problema, uide Quæſtio. Procax, uide Confundere.*

## *Procedere.*

PRocedere eſt vltra cedere, & progredi: & aliunde ꝓdire aut egredi. Item manifeſtari. Mar. 1. c. Et proceſsit rumor eius ſtatim. Mitti. Ioan. 8. e. Ego enim à Deo proceſsi. Spirari. Ioan. 15. d. Spiritum veritatis, qui à patre procedit.

Gre. 27. mor. 13. 14. — Procedens ſonus de ore Dei. Iob. 37. a. Eſt vis timoris de ſuperna irruens aſpiratione: quia quum nos de venturis dominus aſpirando replet, proculdubio de male geſtis præteritis terret. Vel deſignatur conſubſtantialis verbo ſpiritus, qui ad nos per filium veniens ſurditatem noſtræ inſenſibilitatis rumpit. — Vis timoris. Spiritusſanctu.

Baſi. ſ. ps. 44. Hie. ad principian. — Proceſsit proſperè Chriſtus. ps. 44. Quia carne ſuſcepta animas noſtras conuertit: & redēptionis opus exequutus eſt. Proceſsit autem de thalamo ſuo, quando prodijt ex vtero virginis. ps. 18. Eundem deſignabat ſacerdos procedens ad inſtruendum populum. Ezech. 42. c. — Chriſtus redemptor

Glo. int. ſ. Exo. 25. — Procedentia lilia ex candelabro &c. deſignāt omnem gloriam ſanctorum & virtutem eſſe à Deo. Exo. 25. c. 37. c. — Gloria ſanctorum à Deo.

Glo. int. ſ. Exo. 30. — Procedētia cornua ex altari deſignant virtutes è puro corde prodeūtes. Exo. 30. a. 37. d. 38. a. — Virtutes à puro cor.

Gre. 19. mor. 13. — Procedens Iob ad portam ciuitatis deſignauit eccleſiam, quę vt aditum cœleſtis regni percipiat, in ſanctis ſe actionibus exerit. Iob. 29. b. — Bene operari.

Gre. 18. mor. 15. — Procedebat de vulua mare, quum miſeriarum ſecularium fructus, de carnalis cognitionis iniquitate concepti, in ſanctæ eccleſiæ interitum ſæuirent. Iob. 38. a. b. — Perſecutiones eccleſiæ.

Gre. 33 mor. 27, 28. — Procedit fumus de natibus Leuiathan. Iob. 41. b. Quia de miraculorum Antichriſti inſidijs, ad momentum caliginoſa dubietas etiam in electorum corde generatur: quia ex eius prodigijs etiam bonarum mentium oculos trepidationis caligo confundit. Et quia noxijs diaboli inſpirationibus praua in humanis cordibus cogitatio naſcitur: per quam acies mentis obtūditur, ne lux interna videatur. Procedunt etiam de ore draconis & beſtiæ & pſeudoprophetæ tres ſpiritus immundi, hoc eſt, artes magicæ, poeticæ & inanis philoſophia. Apo. 16. c. — Dubietas ex miraculis Antichriſti. — Rup. 9. ſ. Apoca.

## *Procella, uide Tempeſtas. Proceres, uide Optimates.*

## *Procerus, uide Altus. Procliuis, uide Pronus.*

## *Procreare, uide Generare. Procul, uide Longus.*

## *Procurare, Procurator, Actor.*

PRocurare eſt adminiſtrationē rerū alienarum gerere. Hinc procurator negotiorū geſtor. Tutor autem eſt, qui res pupillorum curat. Actor vero eſt idem qui cauſidicus.

Ori. ſ. Mat. ho. 10. — Procurator patris familias. Matt. 20. a. dici poteſt aliquis angelus. Vel certè eſt Chriſtus, qui reddet mercedem operarijs. — Angelus. Chriſtus.

Procurator domus Abrahæ, typus eſt legis veteris: cuius filio, hoc eſt, operibus legis non datur hæreditas Abrahæ: quia non ex operibus legis eſt iuſtitia. Gen. 15. a. — Lex vetus.

Aug. ſ. Gala. 4. — Procuratores & actores gentium erant dæmones: qui nihil agere in eos poterant, niſi quantum Deus permittebat. Gala. 4. a. — Dæmones.

## *Prodere, Proditor.*

PRodere eſt deferre & pateſacere, ſeu oſtendere eum, qui latebat: vnde dicitur proditor, qui conſilia aperit hoſtibus, aut vrbem, vel arcem, aut hominem tradit.

Hie. ſ. Iſa. 16. — Prodere dicitur vagos, qui eos, qui reuerſi fuerant ab erroribus ad eccleſiam, rurſum in errorem reuocat. Iſa. 16. a. — Reuocans in errorē

## *Prodeſſe.*

PRodeſſe alicui eſt vtilitatem illi conferre, quaſi pro aliquo illi eſſe.

Non prodeſt Deo quiſq̃;, quantumuis iuſtus fuerit. Iob. 22. a. quia bonorum noſtrorum Deus non eget.

Amb. de Ioſep. 3. — Prodeſſe ſomnia Ioſeph, quum dicerent fratres eius: Videamus ſi proſint illi ſomnia ſua: deſignabant Iudæos dicentes Chriſto: deſcendat nunc de cruce & credimus ei. Gene. 37. d.

Gre. 15. mor. 20. — Non prodeſſe ſibi adorare dominum dicunt mali: quia quum Deus in oratione non quæritur, citius in ipſa animus laſſatur. Iob. 21. b.

Non



Non proderit doctribus ſeminaſſe triticum, ſi doctrinæ ſuæ miſcent errores, aut malum exemplum. Sic non proderit illis accepiſſe hæreditatem. Iere. 12. c. — Hiero. ſ. Iere. 12.

Prodeſſe non poteſt populus Aegypti, nec dij eorum, hoc eſt, dæmones & hæretici: qui nō habent niſi noxiam poteſtatem. Iſa. 30. a. 44. b. Ita non proderunt ad liberandum opera mala. Iſa. 57. c.

## *Prodigium, uide Admirari. Prodire, uide Egredi.*

## *Producere, Proferre, Productilis.*

PRuoducere interdum eſt in longum ducere: quod & de tempore & de corporeis rebus dicitur. Quandoq; vero eſt ante ſeu vltra foraſue ducere, quod etiam eſt proferre. Productile autem eſt, quod malleorum tunſionibus in longum ducitur.

Incarnatio Chriſti. — Produxit Deus luciferum in tēpore ſuo. Iob. 38. d. Quia quum venit plenitudo tēporis, miſit Deus filium ſuum natum ex muliere, factum ſub lege: vt eos qui ſub lege erant redimeret. Gala. 4. a. Productus autem princeps Iſrael de medio eius, eſt Chriſtus natus de ſemine Iacob. Iere. 30. d. — Gre. 29. mor. 30. Hiero ſ. Iob. 38. & ſ. Iere. 30.

Gratia de Chriſto. — Produxit Deus aquam de petra, hoc eſt, gratiam de Chriſto. Iſa. 48. d. — Glo ord. ſ. Iſa. 48.

Dilatatio regni Chriſti. — Producit Deus cornu Dauid, quum extendit regnum Chriſti in æternum: & dilatat poteſtatem eccleſiæ, & bonorum prælatorum. pſal. 131. — Glo. ord. ſ. ps. 131.

Inſtituens Chriſtus vtrunq; teſtamentū. — Producens vitulus cornua & vngulas, eſt Chriſtus inſtituens teſtamentum vetus & euangelia. Vel eſt doctor, qui poteſt iam ventilare hæreticos, & excitare terrenos. pſal. 68. — Vrn. & Aug. ſ. ps. 68.

Miſsio apoſtolorū & angelorum. — Producit Deus ventos de theſauris ſuis, hoc eſt, apoſtolos de ſenſibus ſuis: vel mittens angelos ad cuſtodiam hominum. pſal. 134. — Arn. & Hil. ſ. ps. 134.

Dans doctrinā in ꝓphetis, in doctorib' exēpla ꝑ diuites tēporalir. Tradere doctrinā. Reuelare myſteria ſcripturæ. Reuelatio cogitationum in iudicio. — Producit Deus in montibus fœnum, hoc eſt, in prophetis doctrinam: & in doctoribus virorem bonorum exemplorum. pſal. 146. Item quum facit vt diuites ſeculi dent temporalia prædicatoribus & pauperibus. Producit terra fœnum iumentis, hoc eſt, ſcriptura doctrinam ſimpliciorem rudibus. pſal. 103. Et producit Deus abſcondita in lucem. Iob. 28. b. Quia dum ſuis expoſitoribus intelligentiæ ſpiritum infudit, antiquas prophetantium obſcuritates aperuit: Vel quia in iudicio ſecreta cordium proferet: vt reddat vnicuique iuxta opera ſua. Profert etiam Chriſtus iudicium gentibus, quando prædicat nouam legem, quam gentes antea neſciebant. Iſa. 42. a. Et protulit Samaritanus duos denarios, quum dedit Chriſtus ſcientiam patris & filij. Luc. 10. f. Proferre autem noua & vetera, eſt prædicare nouum & vetus teſtamentum. Matth. 13. g. — Lyra. ſ. ps. 146. Aug. ſ. ps. 146. Gre. 29. mo. 18. Arno. ſ. ps. 103. Hiero. ſ. Iob. 28. Gre. 18. mor. 23. Hiero. ſ. Iſa. 42. Ori. ſ. Luc. ho. 34. Hila. ſ. Mat. cano. 14

Tēperās legē veterem. Detegens inſidias diaboli. — Produxiſſe dicitur Deus vmbram mortis in lucem, quum aſperitatem legis per manſuetudinem temperauit: nec iam pro culpa mortem carnis inferri conſtituit: ſed mors ſpiritus quàm timenda eſſet indicauit. Vel quum ſanctorum mētibus malignam operationem antiqui hoſtis, vt deſtrui poſsit, aperit. Iob. 12. d. — Gre. 11. mor. 11. 12.

Caſtigatio Dei. — Proferre dicitur Deus ſpiritum ſuum, quando caſtigat. Pro. 1. c. Et proferet vaſa irę, quando eijciet malos in tenebras exteriores. Iere. 50. c. — Beda. ſ. Pro. 1. Ori. ſ. Iere. ho. 3.

Collatio gratiæ. — Proferre ſtolam primam filio prodigo ad patrem reuertenti, eſt reddere gratiam & innocentiam peccatori reſipiſcenti. Luc. 15. e. — Hie. epiſt. Beatitudinis.

Opera miſericordię. — Producit terra herbas virentes, quum gentilitas protulit opera miſericordiæ. Iob. 38. c. Profert etiam terra germen ſuum, quando Deus in anima aut in eccleſia producit iuſtitiam & laudem. Iſa. 61. d. — Gre. 29. mor. 18. Hiero. ſ. Iob. 38.

ꝓferre cogitatiōes. ꝓduci doctores. — Producunt aquæ reptilia vel volatilia, hoc eſt, cor, bonas vel malas cogitationes: vel baptiſmus prædicatores & ſanctos per omnem terram. Gene. 1. b. — Ori. ſ. gen. ho. 1. Aug. 13. cōfeſsio. 20.

Proferre bonum aut malum eſt de bono vel malo cordis theſauro quicquàm efferre; hoc eſt, ex intentione bona vel mala. Matth. 12. c. Chriſtus quidem profert bona: diabolus vero mala. — Glo. ord. ſ. Mat. 12.

Miteſcere dura. Luxuriari peccata. Fides iudæorum. Dona ſpiritusſancti — Producit ficulnea fructum, quum dura miteſcunt: vel quum peccata luxuriāt: vel quum Iudæi in fine credunt: Luc. 21. f. Proferens autem ficus groſſos eſt vel ſpiritusſanctus ſua conferens dona: vel lex ſenſus ſpirituales: aut præcepta, quæ deciderunt. Vel eſt eccleſia proferens fructus fidelium abiecta ſynagoga. Canti. 2. c. — Amb. ſ. Luc. 21. & de Iſaac. 4. Ori. ſ. cant. ho. 4. Hie. aduerſ' Iouinia.

Producet Rhamnus ſpinas, quando reſurget corpus cum ſenſu doloris. pſal. 57. — Hila. ſ. ps. 17.

Iudæi prius credētes poſtea increduli. — Proferens Zara prior manum, deſignat Iudæos prius credentes quàm gentiles. Sed ligatum eſt illi coccinum: quia inquinauerunt ſe ſanguine Chriſti & prophetarum. Gene. 38. g. Proferens autem Moſes manum è ſinu leproſam, deſignauit Iudæos recedentes à Deo. Exod. 4. a. — Hiero. ſ. Gala. 3. Glo. inter. ſ. Exo. 4.

Parans diabolus hæreticos. — Proferre dicitur diabolus vas in opus ſuum. Iſa. 54. d. quando parat hæreticos ad decipiendos ſimplices. — Hie. ſ. Iſa. 54.

Iurare. Vouere. — Proferre labijs quippiam eſt iure iurando, aut voto ſe aſtringere. Leui. 5. a. — Glo. inter. ſ. Leui. 5.

Productiles Cherubim. Exo. 25. b. deſignant angelos in gratia creatos, & confirmatos. — Glo. ord. ſ. Exo. 25.

Profanus,

## *Profanus, Profanare.*

PRofanus dicitur irreligioſus, & non ſanctus: & qui ſacris non eſt initiatus: qui ſanctum intrare non poteſt.

Lyra.ſ.ge.43. Profanum conuiuium erat Aegyptiorum cum Hebræis.gen.43. Quia alia ſunt prædicanda rudibus, alia doctioribus.

Hier.ſ.Eze.47. Profana vrbis ſunt, quæ ad ſenſus pertinent: qui ſunt omnibus communes.Eze.47.b. Pertinētia ad ſenſus

Arn.& Hie.ſ.ps.88. Profanatum ſanctuarium Chriſti fuit, quando ipſe relictus eſt in manus peccatorum, & traditus morti & ſepulturæ: pſal.88. Paſsio Chriſti.

Hier.ſ.Iſa.65. Profanum peculiariter dici poteſt de erroribus hæretica arte conditis.Iſa.65.a. Errores.

## *Proferre, uide Producere, & Pronunciare.*

## *Proficere.*

PRoficere eſt in melius procedere, & perfici.

Ori.ſ.Iere.ho.11. Gre.ſ.1.Reg. Proficere dici poteſt Chriſtus ætate & ſapientia: quando is, in cuius corde eſt, proficit. Proficiens quoq; Samuel deſignat profectum prædicatorum: & eorum qui vadunt de virtute in virtutem.1.Reg.2.c.pſal.83. Perfect' i virtutib'.

Proficiens hoſtia in expiationem, eſt paſsio Chriſti, qua delentur peccata.Leui.1.a. Paſsio Chriſti.

Proficere in ſacerdotium ſempiternum dicitur vnctio propter ſacerdotium nouæ legis, & propter gratiam.Exo.40.b.

Hiero.ſ.Eze.16. Proficiens Hieruſalem in regnum, eſt anima, quæ per gratiam fit regina: aut eccleſia. Ezechi.17.c. Augmētū eccleſiæ.

Hiero.ſ.Iere.12. Proficere dicuntur impij, quando hæretici aduerſus fideles multiplicantur & roborantur. Ierem.12.a. Multiplicatio hæreticorum.

## *Proficiſci, uide Abire.*

## *Profiteri.*

PRofiteri eſt late ſeu palam fateri, aut polliceri: vnde profeſsio eſt confeſsio palam facta. Et profeſſor, qui palam fatetur, aut docet.

Amb.ſ.Luc.2. Profeſsio tempore ortus Chriſti facta profeſsionem fidei deſignat. Profitentur autem in eo loco, vbi Chriſtus naſcitur, qui carnem eius veram confitentur. Luc.2.a. Profiteri fidem.

## *Profundum, Fundum.*

PRofundum dictum eſt quòd porro, hoc eſt, lōge habeat fundum vt profundum mare, profundæ valles: Fundum autem eſt ipſum ſolum profundi. Profundum etiam eſt imum. Exo.14.f. Ferebantur in profundum.

Aug.epiſ.112.&.ſ.ps 103. Hila.ſ.ps.129. Profundum quandoq; ſignificat ſecreta opera Dei: & eius inſcrutabilia iudicia. pſalm.106. Ephe.3.d. quod deſignatur per profundum crucis, quod latebat: & ex eo pendebāt alia. De his profundis clamabat propheta, quum ignoraret diuina iudicia.pſal.129. Cogitationes quoque Dei profundæ dicuntur.pſal.91. Item ſacramenta, vt baptiſmus & euchariſtia, quæ non vidēt pagani: ſed ab ijs quę vident, ſurgunt ad ea quæ nō vident: ſicut à profundo crucis quod in terra figitur, ſurgit tota crux, quæ apparet & cernitur. Iudicia Dei. Cogitationes Dei. Sacramenta.

Gre.10.mor.10. Profundior inferno dicitur Deus. Iob.11.b. quia tranſcendendo infima ipſe ſubuehit & ſuſtentat: Vel quia indignorum ſpirituum aſtutias longe ſubtilius, quàm ipſi putauerant iudicans damnat. Vel profundior inferno eſt: quia plus indicat, quam ipſe humanus animus in tentationibus inueſtigat.

Hiero.Ionam.2. Hila.ſ.ps.67.129. Profundum maris graues tribulationes & mortem ac paſsionem Chriſti deſignat. Ionæ.2.a. Iſa.51.d.pſal.67, Amos.9.a.Iob.38.b. Et profunda de quibus clamabat propheta dicuntur tribulationes, vel paſsiones, quas patiebatur.pſal.29. Mors Chriſti. Tribulationes.

Hiero.ſ.Iob.28. Gre.29.mo.7. Profundum etiam maris, cordis ſecreta deſignare poteſt. Amos.9.a. Idem ſunt profunda fluminis. Zach.10.d. Hæc profunda ſcrutatur Deus: quem ſecreta cordis latere non poſſunt. Iob.28.b.38.b. Sic ſunt profunda in corde ſapientis. Aqua profunda ex ore viri.Prouerb.18.a. Eccleſiaſtici.24.a. Cordis ſecreta.

Ori.ſ.Mat ho.5. Hiero.ſ.Iſa.30. &.ſ. Ephe.3. Gre.14.mor. 22. & 29.mor.5. Profundum præterea maris inferos & abyſſum deſignare poteſt.Matth.18.a. Et profundum abſolutè ipſum infernum fere ſignificat. Exo.14.f.15.a. pſal.68. Ephe.3.d. Et profundum laci. Et profundum Thophet.Iſa.14.d.30.g.Iob.38.b. Dicitur autem profundiſsimus infernus.Iob.17.d. comparatus videlicet ad cœlum: quia terra ipſa etiam dicitur profunda cœlo comparata: qua tamen profundior eſt infernus. Infernus.

Arn.ſ.ps.67. Hiero.ſ.Iſa.31. Hila.ſ.Mat.cano. 18 Ori.ſ.Exo.ho.6. Aug.ſ.ps.64.129. Profundum quoq; maris deſignat profundum vitiorum.pſal.67. Iſa.31.e. Et etiam errorem gentilium.Matth.18.a. Item voluptates liquidas & fluxas.Exod.15.a. Et profundè peccare dicitur, qui grauiter peccat.Hoſe.9.b. De his profundis clamat peccator, quum reſipiſcit.ps.129. Cor etiam impiorum: & altæ prauorum cogitationes: & animus obſtinatus: & anxius corde Profundū vitiorum. Error gentilium. Voluptates. Cor impiorum. Prauę cogitatiōes.

profunda



Animus obſtinatus. Anxius corde. profunda dicuntur.pſal.64.Iob.41.d.Pro.18.a. Et profundi corde dicuntur, qui ſe putant abſcondi à Deo.Iſa.29.c.31.c. Profundum quoq; maris ſunt, qui in hoc mundo in profundo & obſcuritate vitiorum tenentur.Iob.41.d. Et ipſa huius ſeculi profunda iactantia profundum maris dici poteſt.pſal.64. Gre.34.mo.8. Hier.ſ.Iſa.29.&.ſ. Iob.41.&.ſ.ps.64. Hila.ſ.ps.64.

Obliuio. Profundum etiam maris obliuionem ſignificare poteſt: qua ratione proijcere dicitur Deus peccata, quæ remittit, in profundum maris.Mich.7.d. Hier.ſ.Mich.7.

Myſteria mentem ſuperantia. Profundæ aquæ torrentis ea myſteria ſignificare poſſunt: quæ mentem exuperant. Eze.47.a.Ephe.3.d. Hæc profunda reuelat Deus ijs, qui in profundo animæ fodiunt puteos.Dani.2.c. Iob.12.d.28.b. Profundum in quo erant myrtheta, profunditatem ſacræ ſcripturæ deſignat. Zach.1.b. Hie.ſ.Eze.47.&.ſ. Iſa.2.&.ſ.Dani.2. Aug.epiſ.119.120. Gre.11.mor.11.&.18 mo.23. Rup.ſ.Zac.1.

Culpa. Profundum etiam aquæ torrētis culpam ſignificare poteſt: quæ omnes demergit. Eze.47.a. Hiero.ſ.Eze.47.

Deſcenſus Chriſti. Profundum in cruce ſignificare poteſt deſcenſum Chriſti ad nos.Ephe.3.d. Ori.ſ.gen.ho.2.

Humilitas Chriſti. Profundum inferni, vbi datur ſignum, humilitatem Chriſti deſignare poteſt.Iſa.7.b. Ori.ſ.Iſa.ho.2.

Grauis punitio Dei. Fundum calicis iræ Dei ſignificat extremum iræ Dei, ſeu grauem eius punitionem: & perpetuam ciuitatis Hieruſalem deſtructionem.Iſa.51.f. Hie.ſ.Iſa.51.

Intimum cordis. Perſecutiones. Profunda de quibus clamabat propheta ad dominum, intimum cordis ſignificare poſſunt, vnde orabat.pſal.129. De profundis quoque clamat, qui ſcit altitudinem diuitiarum ſapientiæ Dei: & qui perſecutiones patitur: & qui eum miſericordi ſuſpirio deprecatur. Hila.ſ.ps.129. Hiero.ſ.ps.129.

Mors. Dæmones. Profundum quandoq; ſignificat mortem: & etiam dæmones.pſal.68. Arno.ſ.ps.68.

Inſidiator. Profundum dici poteſt aliquando inſidiator, qui demergit eos, qui non ſibi ab ipſo cauent. pſal.68. Infixus ſum in limo profundi.

Profundum.Hoſe.5.a. Vide Mergere.

## *Progenies, uide Generatio. Progredi, uide Ambulare.*

## *Prohibere.*

PRohibere eſt retinere & auertere, ne fiat aliquid.

Impaſsibilis diuinitas. Prohibitio ne Iſaac occideretur à patre, deſignauit impaſsibilitatem diuinitatis in Chriſto.Gen.22.c. Glo.ord.ſ.gen.22.

Ceſſatio diuinę vindictæ & tentationū. Prohibitæ pluuiæ diluuij deſignant ceſſationem diuinæ vindictæ: & etiam tentationum. Gen.8.a. Lyra.ſ.gen.8.

Retinens Deus ſua dona. Prohibitæ dicuntur aliter ſtillæ pluuiarum, quando Deus retinet ſua dona. Iere.3.b. Amos.4.b. Sic prohibiti ſunt cœli ne darent rorem. Aggei.1.c. Prohibent autem bonum à nobis peccata. Iere.5.f. Hier.ſ.Iere.3.5.

Frænare malas inclinationes. Ornare potentias. Prohibere pedes à via mala eſt frænare malas inclinationes.pſal.118. Et prohibere pedes à nuditate eſt virtutum operibus animæ potentias exornare. Iere.2.e. Prohibetur etiam lingua à malo.pſalm.33. Hila.ſ.ps.118. Hiero.ſ.Iere.2. Baſi.ſ.ps.33.

Non admittens gentiles ad fidem. Prohibentes diſcipuli offerri infantes Chriſto, deſignant eos, qui in primitiua eccleſia non admittebant gentiles ad fidem: donec Chriſtus dixit: Nolite prohibere. Matt.19.b. Iudæi autem ſemper prohibent.1.Theſ.2.d. Hila.ſ.Mat.cano.19

Non prohibet auſter congregationem ſeminis Iſrael, quum ex illa parte conuertuntur ad fidem.Iſa.43.a. Hiero.ſ.Iſa.43.

Defect' correctiōis. Prohibere dicitur gladium ſuum à ſanguine, qui non corrigit verbo proximum: & qui non curat prædicare, cum poſsit.Iere.48.b. Caſsia.coll.20.cap.8 Gre.3.paſto.ad mo. 26.

## *Prolabi, uide Cadere. Prolixus, uide Longus.*

## *Promiſcuus.*

PRomiſcuum dicitur, quaſi confuſum & incertum.

Promiſcuum vulgus deſignare poteſt permixtionem bonorum & malorum in hoc mundo. Vel deſignat multitudinem ineptarum opinionum mentem à veritatis cognitione impedientium.Exod.12.d.Nu.11.a. Philo.de migra. Abrahæ.

## *Promittere, Polliceri, Repromittere.*

PRomittere eſt, quaſi longè mittere, hoc eſt, aliquid in futurum dandum offerre.

Promittere dicitur Deus ſolum bona, quæ vult dare: creat autem tam bona quàm mala: minatur vero ſolum mala: quo fit vt filij promiſsionis ad bona gratiæ ſpectent.Rom.9.b. Aug.epiſ.120.

Promiſsio Chriſti. Promiſsio Ioſeph ad patrem & fratres paſcendi eos, deſignat promiſsionem Chriſti ad fideles de conferenda vita æterna.Gen.45.c.

Spiritusſanctus. Promiſsionis ſpiritus dicitur ſpiritusſanctus.Ephe.1.c. Quia promiſſus fuerat à Chriſto: & quia promittit beatam vitam: in cuius promiſsionis arrabonem datur. Glo.ord.ſ.Ephe.1.

Diabolus pmittens terrenorum copiā. Promittens Sichen multa Dinæ & fratribus eius, deſignat diabolum promittentē in hoc mūdo rerum omnium & voluptatum abundantiam.Gen.34.b. Pollicetur etiam diabolus prędā Glo.ordi.ſ.gen.34. Greg.13.mor.16.

ſocijs,

ſocijs quum alios inuitat ad animas capiendas. Iob.17.b.

### *Promouere.*

PRomouere eſt, vehementer & vltra mouere. Iudi.9.b. 1.Eſdr.8.f. Præcipuè autem eſt ad honores, ſeu ad meliorem gradum mouere.

### *Promptuarium.*

Euch.for. ſpſal.8. Glo.ord.ſ.pſ.143.

PRomptuarium à promendo dictum locum ſignificat, vbi ſeruantur ea præcipuè, quæ ad victum pertinent, vt inde promantur. Poteſt autem deſignare cordis receptaculum. pſal. Promptuaria eorum plena.

### *Promptus, uide Parare. Promulgare, uide Pronuntiare.*

### *Pronuba.*

Ruper.ſ.Iudi.15.

PRonuba eſt quæ nubentem in domum mariti deducit ac comitatur, ac quæ nuptijs præeſt celebrandis ex parte vxoris. Pronubi autem dicuntur ipſi ſocij ſponſi. Iudi.14.c. vbi videtur accipi pro proco. Poteſt autem ibi deſignare vnum de patriarchis & prophetis amicis domini. Vt Moſen amicum & pronubum Chriſti, quia de illo ſcripſit: Illum accepit vxor Samſonis, hoc eſt, ſynagoga, relicto Chriſto: Imo illum accepiſſe ſibi viſa eſt, gloriãdo in legis eius litera, legendo legem eius ſine Chriſti gratia. Verbi gratia: Tu, inquiunt, diſcipulus eius ſis: nã nos diſcipuli Moſis ſumus.

Patriarchæ & prophetæ.

### *Pronuntiare, Proferre, Promulgare.*

PRonuntiare eſt verbum aliquod proferre. Promulgare vero eſt palam nuntiare.

Gre.21. mora. 22.& 8.mor.26.

Pronuntiat librum ſcripturæ ſacræ per ſingulos gradus, qui percepiſſe ſe eius ſcientiam non per verba tantummodo, ſed etiam per opera demonſtrat. Iob.31.d. Proferunt etiam eloquia de corde ſuo, qui verba ex corde proferentes, recta docuerunt viuendo. Iob.8.b.

Operãs quæ doce.

Glo.ord.ſ.Leui.13.

Pronuntians ſacerdos leproſum nigris capillis eſſe ſanatum, eſt declarans peccatorem abſolutum à peccatis per pœnitentiam. Leui.13.e.

Glo.ord.ſ.pſ.144.

Pronuntiare potentiam Dei eſt ipſum laudare & magnificare. pſal.144.

Laudare potentiam Dei.

Amb.ſ.pſ.118. ſer.2.

Pronuntiare dicitur Dauid non omnia iudicia Dei: ſed iudicia oris eius, hoc eſt, quæ Deus ipſe manifeſtauit. pſal.118.

Glo.ord.ſ.pſ.141.

Pronuntiare tribulationem ante Deum, eſt ipſum inuocare in graui tribulatione, præcipuè in corde, vbi ipſe audit. pſal.141.

Inuocare Deum.

Gre.24.mo.21.

Pronuntiatio Elihu inflationem elationis oſtendit: vt verba quæ de alta ſuperbiæ radice veniebant: cum quadam quaſi altitudine & diſtinctione procederent. Iob.34.a.

Gre.7.mo.24.26.

Proferunt verba in uentum, qui ocioſa loquuntur: & qui ſine pondere diſcretionis verba non ſolidata proferunt, quæ leuitatis aura portet. Iob.6.d.

### *Pronus, uide inclinare.*

### *Propago.*

PRopago eſt vitis vetuſta & ſuppreſſa, vt ex vna plures fiant, capitibus palmitum diſperſis & propagatis, ſeu in diuerſas partes terræ extenſis.

Glo.ord.ſ.pſ.79.

Propagines vineæ ſignificare poſſunt nouos in Chriſto. pſal.79. Et propagines vitis tres deſignant tres ſtatus fidelium in eccleſia, hoc eſt, coniugatos, continentes, & rectores. Vel deſignant tres naturas in Chriſto: vel tria tempora trium legum: vt gemmæ ſint ſancti in lege naturæ: flores in lege ſcripta: fructus in lege gratiæ. Gene.40.b. Propagines autem Hieruſalẽ ſunt propugnacula eccleſiæ, vel animæ: quæ auferuntur, quum quis Deum contemnit. Iere.5.c.

Noui in Chriſto. Trs ſtatus fidelium. Tres naturæ ĩ Chřo. Tria tempora. Propugnacula eccleſiæ.

Hier.ſ.Eze.17.

Propagines vineæ. Ezec.17.b. augmentum paruum & infimum regni Sedechiæ ſignificant.

Hiero.ſ.Iſa.25.

Propago fortium eſt virtus Iudæorum: quæ licet fortis videretur aduerſus Chriſtum, facile tamen emarcuit. Vel eſt ſtatus veteris legis, qui ceſſauit. Iſa.25.b.

Virtus iudæorum. Status veteris legis.

Hier.ſ.Iſa.16.

Propagines vineæ Sabama ſunt renouatores antiquarum hæreſum. Iſa.16.c. Nahum.2.a.

Renouatores hæreſum.

### *Properare, uide Accelerare.*

### *Propheta, Prophetiſſa, Prophetare; Vaticinari, Prophetia.*

PRopheta dicitur, qui futura prænunciat, ab eo primo intellecta. Prophetare autem eſt futura prædicere: quamquàm & de præſenti & de præterito poteſt eſſe prophetia. Propheta ꝓpriè eſt, qui ex inſpiratione diuina loquitur: quales erant ſancti prophetæ. Gen.20.b. Quia propheta eſt & viues. Item legis doctor. Exod.7.a. Aaron frater tuus erit propheta tuus. Prophetia autem dicitur futurorum diuinatio. 2. Par.15.b. Et prophetia Azariæ filij Obed prophetæ. Et diuinorum interpretatio. 1. Par.15.d. Chonenias princeps prophetiæ. Reuelatio. Apo.1.a.

Audit



Audit verba prophetiæ huius. Prophetare autem interdum eſt aliena loqui. 1.Reg.10.b. Et prophetabis cum eis. Prophetiam referre. Zach.13.b. Et erit quum prophetauerit quiſpiam. Occulta Dei reuelare. 2.Par.18.b. Non prophetat mihi bonum. Prędicare. Num.11.f. Vt omnis populus prophetet. Pſallere. 1.Par.25.a. Qui prophetarent in citharis. Falſa dicere. Iere.2.b. Prophetabant in Baal.

Ieremias. Chriſtus.

Propheta in gentibus. Iere.1.b. Eſt vel ipſe Ieremias, qui prophetauit de gentibus. Vel eſt Chriſtus de quo fit mentio. Deut.18.d. Prophetã ſuſcitabo eis de medio fratrũ ſuorũ ſimilẽ tui. Et ipſe Chriſtus eſt propheta non acceptus in patria ſua: quia crucifixus eſt in Iudęa. Mat.13.g. Prophetauit Chriſtus vltra. Zach.13.a. qua vltra mortem, quàm Iudæi prophetarunt, prophetauit etiam ſuam reſurrectionem.

Ori.ſ.Iere.ho.1. Hiero.ſ.Iere.1. Hila.ſ.Mat.cano.14. Rup.ſ.Zach.13.

Doctores fidei. Prædicatores.

Prophetæ dicuntur fidei doctores. Et prophetantes ſunt prædicantes & docentes. Sic fuit propheta Abraham. Gen.20.b. Et Samuel dictus eſt propheta domini deſignans bonum prædicatorem. 1.Reg.3.d.9.b. Amos.2.d. Prophetæ quidem dicuntur boni doctores. Pſeudoprophetæ vero mali doctores. Eze.13.a. Et prophetæ Hieruſalẽ ſunt doctores eccleſiæ. Iere.25.a. Sopho.3.a. Prophetia autem eſt prædicatio: quia deficiente diſſipatur populus. Prouerb.29.c. Apoc.11.b.

Gre.ſ.1.Reg.3.10. Hiero.ſ.Amos.2. Ori.ſ.Eze.ho.2. Beda.ſ.prou.29.

Sacerdotes interpretes legis.

Propheta Moſis dicitur Aaron: vt deſignetur ſacerdotes interpretes eſſe legis. Exod.7.a. 1.Reg.10.b.c.19.d. 1.Cor.11.d. vbi prophetę dicuntur ſacrorum interpretes.

Glo.ord.ſ.Exod.7.

Prædicare.

Prophetare interdũ eſt prophetiam referre. Ita prophetarunt filij & filiæ in principio eccleſiæ: quia viris & fœminis dabatur ſpiritus prophetiæ. Ioel.2.g. Acto.2.c. Mandant prophetis ne prophetent, qui impediunt prædicationem. Amos.2.d.

Glo.ord.ſ.Ioel.2. Rup.ſ.Amos.2.

Prædicatores mali.

Prophetæ ſeducentes ſunt prædicatores iudicia populi confundentes. Mich.3.b.

Gre.ſ.1.Reg.1.

Prophetæ Baal. Doctores hęreticorum.

Prophetæ Iudæorum & non Dei erant prophetæ Baal. Iere.2.f. Et prophetæ Samariæ ſunt doctores hæreticorum. Iere.23.c. Prophetæ autem dicũtur ſæpe ipſi pſeudoprophetæ. Iere.28.a.29.a. Ipſi ſunt prophetæ inſipientes. Eze.13.a. Et prophetæ coniurantes ſunt hęretici. Eze.22.f. Et propheta ſtultus dicitur hæreticus. Hoſe.9.b. Prophetant autem de corde ſuo, qui dicunt: dicit dominus: quum dominus loquutus non ſit. Et qui dant peruerſos & hæreticos ſenſus ſacræ ſcripturæ. Eze.13.a. Et dicuntur prophetare in Baal, docentes errores. Iere.2.c. Et hæretici & perſecutores Chriſti ſunt prophetę ebrij, videntes viſiones, quales ebrij videre ſolent. Iſa.28.b. Thre.2.e. Zach.1.b.13.a. Prophetæ etiam Baal & lucorum. 3.Reg.18.c.

Hier.ſ.Iere.23.29.& ſ.Eze.22. Ori.ſ.Eze.ho.2. Rup.5.ſ.Reg.7.&ſ. Mich.3.&ſ.Zach.1.

Scribæ & phariſæi.

Erant ſcribæ & phariſæi, qui ſacræ legis negligentes præcepta, populum, proprijs traditionibus peruerterant. Prophetæ mordentes dentibus erant pontifices Iudæorum, peculiariter Annas & Caiphas. Mich.3.b.

Spirituſſanctus. Virgo Maria.

Prophetiſſa ad quam acceſſit Iſaias, dici poteſt ſpirituſſanctus reuelans illi myſteria. Vel eſt beata virgo Maria, quæ concepit & peperit Chriſtum. Iſa.8.a. Eam poteſt ſignificare Maria ſoror Moſis prophetiſſa. Exo.15.b.

Hiero.ſ.Iſa.8. Epipha.lib.1.tom.2. aduerſu.hæreſes. Rup.1.de operibus ſpũſſcti.9.

### *Propitiari, Propitius, Clemens, Propitiatorium.*

PRopitius dicitur, qui placidus eſt & fauens, & nobis placatus. Propitiari autẽ eſt propitium eſſe. Propitiatorium vero erat opertorium arcæ fœderis de auro mundiſſimo, vnde Deus propitiari dicebatur.

Mĩa Dei.

Propitiatorium arcæ typus erat miſericordiæ Dei: ponebatur autem ſuper arcam: quia miſericordia Dei eſt ſuper omnia opera eius. Exod.25.b.26.d.30.a.35.b.37.a. Leui.16.a.

Aug.q.in Exo.107.

Chriſtus.

Propitiatorium etiam ipſum Chriſtum deſignat: qui mediator eſt inter Deum & homines: & patrem reddit nobis propitium. Rogante enim ſacerdote, hoc eſt, Chriſto, fit Deus propitius. Leui.4.d.16.a. Rom.3.d. 1.Ioan.2.a. Dicitur etiam ipſe Chriſtus propitiatio pſal.129.

Ori.ſ.Rom.3. Gre.ſ.Eze.ho.6. Iſyc.ſ.Leui.16. Cyr. ſ.icarn.vnig.

Virgo Maria. Sancti.

Propitiatorium præterea dici poteſt beata virgo Maria, quæ deum nobis propitium reddit. Demum illi qui cum omni fiducia per hoſtias precum ſupplicationumq; deum hominibus repropitiant, & pro delictis populi interueniunt, propitiatorium nominari poſſunt.

Ori.ſ.Nu.ho.5.

Cœlum empyreum.

Propitiatorium ex auro, materia videlicet multum à ligno diſtante, cœlum empyreum ſignificare poteſt. Vt enim ipſam arcam terminãs melioris rei principium prębebat: nam ſuper illud inſidebant Cherubim, vnde propitiationes habebantur. Ita & empyreum cœlum quamuis nouem cœlorum numerum compleat, eſt tamen rerum ſpiritualium & diuinarum principium, angelicam diuinamq; naturam redolens, vt ſit proportionatum locatis illis.

Geor.ve.cant.1.toni 3 cap.6.

Cõtemplatio ſpiritualium.

Propitiatorium præterea ſignificare poteſt contemplationem rerum ſpiritualium, vt angelorum, & animæ, quæ ſemota eſt ab omni imaginatione.

Ricar.ſ.de.ſ. vic.2. de arca myſtic.1.

Clementia Chriſti.

Clementia Ioſeph benignitatem & clementiam Chriſti ſignificat. Gen.43.f.45.a. Et Deus dicitur clemens. Exod.34.a.

Propitiationem apoſtolorum dedit dominus Aegyptum, &c: quia fecit eos accipere ipſorum prædicationem. Iſa.43.a.

Hiero.ſ.Iſa.43.

Dies huius vitę.

Propitiationis dies ſunt dies huius vitæ, in quibus propitiatur nobis dominus. Leui.23.e.

Iſyc.ſ.Leui.23.

Propinare.

## *Propinare.*

PRopinare eſt propriè præbibere alteri,eiq; poculum porrigere. Sed vſus accipit, vt ſit iam ſimpliciter porrigere.

Propinat Deus vineæ,quum effundit iram in Synagogam, quæ reſipiſcere noluit. Iſa.27.a. Et propinaſ calix furoris domini omnibus gentibus,quum omnes caſtigat. Iere.25.d. — Caſtigatio Dei. — Hiero.ſ.Iſa.27.

Propinant vinum Nazaræis,qui ſanctis & contemplationi vacantibus ingerunt curas ſeculares. Amos.2.d.Et qui procurant vt nullus ſit ſanctus. — Hiero.ſ.Amos.2. Rup.ſ.Amos.2.

## *Propinquus,uide cognatus.*

## *Proponere, Propoſitio, Propoſitum.*

PRoponere interdum eſt ſtatuere & deliberare:vnde dicitur propoſitum,quod mente ſtatutum eſt. Quandoq; verò eſt coram ponere:vnde propoſitio veri aut falſi indicatiua, aut quæſtio diſputationem habens,quę problema dicitur.

Propoſuiſſe dicitur Deus æquitatem contra nos,quando fecit incarnari filium ſuum,qui eſſet propitiatio pro peccatis noſtris.Iob.23.b. — Incarnatio. — Gre.16.mor.15.

Proponitur ſpes fidelibus inter tribulationes : vtſciant per eas ſe venturos in regnum cœlorum.Iob.11.d. — Gre.10.mor.22.

Proponere dicitur menſam ſapientia,quando dat præcepta doctrinæ.Pro.9.a. Propoſitionis panes qui in menſa tabernaculi ponebãtur,doctrinam omnibus expoſitam ſignificare poſſunt.Exo.25.c.35.b.40.c.Vel ſignificant ſublimiorem doctrinam,quę ſolis communicatur ſacerdotibus.Leui.24. Propoſitio autem dici poteſt doctrina ſancta. pſal.48.77. — Dans Chriſtũ præcepta. Doctrina ſancta. — Baſ.in princ.puerb. &.ſ.ps.48. Ori.ſ.Leui.ho.13.

Proponens etiam Moſes iudicia eſt lex,varia habens præcepta.Exo.21.a.

Proponere Hieruſalem in principio lætitiæ ſuæ dicitur is, qui inprimis gaudet de cœleſtibus.ps.136. — Gaudere de cœleſtibus. — Hila.ſ.ps.136.

Proponere dicuntur in mercatu Tyri merces philoſophi aut hæretici, qui ea docent, quæ ſimilitudinem habent cum virtutibus eccleſiæ.Proponit etiam ibi Iuda frumentum & ſimilia, cum fideles dant ſanctum canibus.Eze.27.c.e. — Doctrina falſa philoſophorum. Dare ſanctũ canib. — Hiero.ſ.Eze.27.

Non propoſuerũt Deum ante conſpectum ſuum Iudęi:quia perſequentes Chriſtum, diuinã eius virtutem agnoſcere noluerunt.ps.53. — Obſtinatio iudęorũ — Hila.ſ.ps.53.

## *Proprium.*

PRoprium dicitur quod eſt vniuſcuiuſq; peculiare.

Proprium os Iob,quo deprecabatur ſeruum ſuum. Iob.19.c. deſignat Chriſtum, qui in propria carne apparuit Iudæis,& proprio ore prædicauit, qui prius per prophetas loquebatur. — Chriſtus in carne. — Gre.14.mor.22.

Propria Chriſti in quæ dicitur veniſſe, ſunt vel omnes homines per creationem : vel Iudæi per ſpecialem electionem. Ioan.1.a. — Omnes homines. Iudæi. — Aug.epiſ.120.

Proprię ſingulorum filiorum Iacob benedictiones ſignificare poſſunt diuerſa dona ſpiritusſcti:aut diuerſos gloriæ gradus.Gen.49.d. — Dona ſpũſſancti. Diuerſi gradus gloriæ.

Propria ſponte tribuentes filij Iſrael, quæ neceſſaria erant ad conſtitutionem tabernaculi. Exo.35.c.Indicant dandum eſſe eccleſiæ,non ex triſtitia aut ex neceſsitate.

## *Propugnare,propugnaculum.*

PRopugnare eſt,vehementer & de longè pugnare.Propugnaculum vero eſt locus munitus, vnde commodius certari poſsit,& defendi procul.

Propugnator peculiariter eſt Chriſtus, qui propugnator eſt ad ſaluandum.Iſa.19.d.63.a. — Chriſtus defenſor. — Hiero.ſ.Iſa.63.

Progugnacula argentea murorum eccleſiæ ſunt verbum Dei.Canti.8.c. Propugnacula vero iaſpidis eiuſdem eccleſiæ ſunt diuerſa dona gratiarum.Iſa.54.c. — Verbum Dei. Dona ſpũſſancti. — Amb.ſ.ps.118. ſer.22 Hiero.ſ.Iſa.54.

Propugnacula turris Dauid ſunt miracula,quę faciunt pręd icatores. Et miracula cum prędicatione ſunt propugnacula argentea.Item miracula antiquorum patrum.Cant.4.b.8.c.Differunt autem propugnacula à clypeis:quia non mouentur ſicut clypei:ita non imitamur miracula ſanctorum, ſed virtutum opera. — Miracula prędicatorum & antiquorum patrum. — Rup.ſ.Cant.7. Greg.ſ.cant.8. &.ſ. Ezec.ho.15.

Propugnacula Chaldęæ ſunt ſuperbia dæmonum & hæreticorum extollentium ſe contra ſcientiam Dei.Iſa.23.c. — Superbia dęmonum & hæreticorum. — Hiero.ſ.Iſa.23.

## *Prora, Proreta,uide Nauta.*

## *Proſcindere.*

PRoſcindere terram eſt primum ipſam arare.

Proſcindere terram eſt primò caſtigare aliquem : vt molleſcere incipiat ad verbum Dei ſuſcipiendum.Iſa.28.g. — Caſtigare primò. — Hiero.ſ.Iſa.28.

## *Proſcribere.*





PRoſcribere eſt aliquid per ſcripturam venale proponere & publicare. Et Chriſtus dicitur proſcriptus in Galatis,quaſi iterum condemnatus ad mortem:vel exhæredatus in ipſis, qui ad eius hæreditatem pertinebant.Gala.3.a. — Glo.ord.ſ.Gala 3.

## *Proſelytus,uide Aduena.*

## *Proſequi.*

PRoſequi eſt vltra ſiue poſt ſequi:vel cum affectu animi ſequi : vt proſequi amore aut odio.

Proſequi volens Laban Iacob cum tympanis & gaudio,&c.Gen.31.d. deſignat mundũ promittentem iucunda bonis,ne eum deſerant. — Amb.epiſt.44

## *Proſper, Proſperari, Proſperitas.*

PRoſper dicitur fœlix,aut qui dat fœlicitatem:& proſperitas eſt ipſa fœlicitas, hoc eſt, quũ res alicui eueniunt ex ſententia:vt proſperitas contraria ſit aduerſitati.

Proſperitas Ioſeph typus fuit proſperitatis Chriſti.Gen.39.a.40.d.41.b.Et dicitur Chriſtus proſperè procedere.ps.44.Deſignatur etiam profectus bonorum in ſpiritualibus.Dicitur autem proſperari verbum Dei,quando multiplacantur credentes.Iſa. 55.d. — Proſperitas Chriſti. Profect⁹ bonorum. Multiplicatio fidelium. — Glo.ord.ſ.gen.39.

Proſperum iter eſt iter crucis Chriſti:per quod itur ad fœlicitatem.ps.67. — Crux Chriſti. — Arno.ſ.ps.67.

Proſpera Iſrael.1.Reg.2.g. deſignant fœlicitatem & abundantium temporalium : & etiam angelorum fœlicitatem. — Fœlicitas tẽporalis Fœlicitas angelorũ — Gre.ſ.1.Reg.2.

## *Proſternere, Proſtratus, Prouoluere.*

PRoſternere eſt ante vel procul ſternere, & profligare : vt quum hoſtes in acie ſternuntur.

Proſtrata Philiſtæa deſignat victos hæreticos:& etiam dæmones.Iſa.14.g. — Victi hæretici & dęmones. — Hiero.ſ.Iſa.14.

Proſtrata meretrix ſub omni ligno frondoſo. Iere.2.d.3.a. deſignat animam amplectentem omnes errores eloquentiæ virorem habentes. — Anima ſequẽs errores. — Hiero.ſ.Iere.2.

## *Proſtituere, Proſtibulum,uide Lupanar.*

## *Protegere, Protector,uide Defendere. Protendere, uide Expandere.*

## *Proteſtari.*

PRoteſtari eſt cauenda,& quæ fieri non debent manifeſtè denuntiare.2. Par.24.e. Prophetæ proteſtabantur aduerſus regem & principes Iuda & populum.

## *Protrahere,uide Longus. Prouectus,uide Senex.*

## *Prouerbium.*

PRouerbium eſt ſententia,quæ in ore omnium verſatur:quę interdum aperta eſt & ſimplex: quandoq; vero ſenſum habet allegoricum.

Prouerbium factus Iob,deſignat electorum eccleſiam: quæ afflictionis tempore prouerbiũ prauis efficitur:quia quum bonos mori per tormenta conſpiciunt, ab eis ſimilitudinem maledictionis ſumunt.Iob.17.b.30.b. — Gre.13.mo.17.& 20 mo.18.

## *Prouidere, Prouidentia.*

PRouidere eſt ante vel à longe futurum aliquid videre antequam ſit factum : vnde dicta eſt prouidentia & prudentia.

Prouidiſſe dicitur Deus victimam ſibi, quando ordinauit paſsionem Chriſti ad generis humani redemptionem.Gen.22.b. — Ordinatio redemptionis. — Ori.ſ.gen.ho.8. Amb.1.de Abra.8

Prouidens Iacob domui ſuæ deſignat Chriſtum proſpicientem eccleſiæ, vel Iudęæ: peculiariter autem viris eccleſiæ ſeruientibus : quibus prouidet in ſpiritualibus & temporalibus. Gene.30. d. — Proſpiciẽs chriſtus eccleſiæ. — Rup.7.ſ.gen.37.

Prouidet Deus regem ſibi:quia eius iudicio non eligitur prælatus niſi bonus.1.Reg.16.a.Et prouidet Pharao virum ſapientem,quum dat Deus apoſtolos & prædicatores. Gen.41.d. Idẽ ſignificat prouidens Moſes viros ſapientes.Exo.18.d. — Eligens deus apoſtolos & prælatos. — Gre.ſ.1.Reg.46.

Prouidere tenetur pater nuptias puellæ humiliatę à filio.Exo.21.b.

## *Prouincia.*

PRouincia eſt regio dicta ꝙ procul vinci videatur. Sic enim dicebantur prouincię regiones longè ab Italia bello à Romanis acquiſitę.

Prouincię dici poſſunt diuerſę animę potentię:quando princeps prouinciarum facta dicitur eſſe ſub tributo peccando.Thre.1.a. — Potentiæ animæ. — Glo.ord.ſ.Thre.1.

Prouincia Babyloniæ ſignificare poteſt ſtatum naturalium neceſsitatum, in quas incurrimus per peccatum : ſuper cuius prouinciæ opera conſtituuntur Sidrac, Miſac, & Abdenago. Daniel. 2.g. — Status naturalium neceſsitatum. — Ricar.de.ſ.victo.de ſomnio Nabuch.13.

## Prouocare, Iritare, Concitare.

PRouocare eſt velut à longè vocare, & tam in bonum quàm in malum inuitare, incitare, hortari: & in malum laceſſere.

Hiero.ſ.Eze.32. — Conuertens Deus.
Prouocat Deus cor populorum multorum, quādo cōuertit ad ſe, & auertit à diabolo, quos ille ſubiectos habebat. Eze.32.b.

Hiero.ſ.ſopho.3. Ori.ſ.Iudi.ho.2. — Prouocātes irā dei.
Prouocant oculos maieſtatis Dei, qui eius prouocant iram. Iſa.3.b.63.c. Prouocantes autē iram Dei colendo idola, confuſionem ſibi potius parant, quàm Deum ad iracundiam prouocant. Iere.7.d. Prouocant autem os domini ad iracundiam, qui duram contra ſe faciunt eum proferre ſententiam. Thre.1.f. Concitant etiam Deum ad iracundiam, qui opera faciunt iracundiæ digna. Iudi.2.c. Et iritatores ſunt, qui prouocant Deum ad puniendum. Ezech.2.c. Et prouocatrix ciuitas eſt Hieruſalem: & eccleſia malorum. Sopho.3.a. Prouocant autem mali audacter Deum: quia plerunque eo magis contra Deum ſuperbiunt, quo ab eius largitate & contra meritum ditantur: & qui prouocari bonis ad meliora debuerant, donis peiores fiunt. Iob.12.b. Prouocare etiam iram dei eſt mandatis illius ſcienter contraire: ſcire bonum, ſed deſpicere: facere poſſe, nec velle. Iob. 36. b.
Gre.11.mo.1.&.26. mor.28.

Prouocare deum ad iudicium eſt velle oſtendere ſe iniuſtè affligi ab eo. Iob.34.d.

Hiero.ſ.Iſa.23.
Prouocant manus Tyri reges, quum mundana proſperitas etiam ſanctos de ſtatu ſuo mouere nititur. Iſa.23.c.

## Prouoluere, uide Proſternere.

## Proximus.

PRoximus dicitur, quaſi valde propinquus: & omnis homo dicitur proximus alteri, ſecundū ꝙ ſunt eiuſdē naturæ, & debent inuicē benefacere: vnde proximus dicitur beneficus, vt ſumitur. Luc.10.e. Item vicinus. Deut.23.d. Ingreſſus vineam proximi tui. Datur etiam proximū tempore. Tob.5.b. In proximo eſt vt à Deo cureris.

Glo.ord.ſ.Eze.33. Gre.10.mo.9. Aug.20.ciui. dei.19. — Chriſtus.
Proximus interdum dicitur Chriſtus: cuius vxorem polluit, qui fideles ab eo ſeparat. Ezec. 33.f. Et proximus occiſi eſt Chriſtus iudex: qui non vindicat in fugientem ad ciuitatem refugij: quia parcet pœnitenti. Deut.19.b. quum enim ſit in forma dei deus noſter, formam ſerui accipiens, eſſe dignatus eſt etiam proximus noſter.

Arn.& Hila.ſ.ps.121 Aug.ſ.ps.37. — Apoſtoli. Fideles.
Proximi Chriſti erant apoſtoli: etiam ſunt omnes fideles. Hi proximi de longè ſteterunt in paſsione. pſalm.37.121. Proximus etiam Chriſti eſt vicarius eius in terra. Exo.22. Leui.6.a.

Ori.ſ.cant.ho.4. Baſi.ſ.ps.44. Hier.ad principiam. — Anima. Virgines. Continentes.
Proxima ſponſa eſt anima, quæ adhærens Chriſto vnus ſpiritus fit. Canti.2.c. Et proximæ eccleſiæ ſunt virgines, propter caſtitatis mundiciam: vel ſunt viduæ & continentes, quæ ſunt poſt virgines.

Baſi.& Arn.ſ.ps.37. Aug.ſ.ps.37. — Angeli. Iudæi.
Proximi qui ſtare dicuntur aduerſus peccatorem, ſunt angeli. pſalm.37. Proximi vero qui apporopinquauerunt & ſteterunt aduerſus Chriſtum, fuerunt Iudæi in paſsione.

Glo.ord.ſ.Exo.2. — Iudæi & gentiles.
Proximi aliquanndo dicuntur Iudæi & gentiles: quos pacificauit Chriſtus in Moſe figuratus. Proximus quidem, qui faciebat iniuriam, erat Iudæus, qui vero patiebatur, gentilis. Vnde Iudæi dicebant. Ioan.9.f. Tu diſcipulus eius ſis. Exo.2.c.20.b.21.b.

Ori.ſ.Nu.ho.22. — Benè operantes.
Proximus aliquando eſt cognatus: & proximi ſanguinis ſuccedentes quinto loco in hæreditate ſunt, qui quacunq; occaſione benè operantur. Num.27.b.

Gra.ſ.1.Reg.14.
Proximi etiam dici poſſunt, qui apti ſunt conuerti ad fidem. 1.Reg.14.c.

Amb.epiſ.56. Philo.de temulētia. — Caro. Sermo falſus.
Proximum occidere eſt nemini parcere. Vel proximus occidendus eſt, caro affligenda: vel ſermo falſus reprimendus. Exo.32.f.

Hier.ſ.Zach.14.
Vſque ad proximum coniunguntur valles montium, hoc eſt, duo teſtamenta, & non vt faciant vnum: quia multa ſunt in veteri teſtamento, quæ ad literam non ſeruantur. Zach.14.a.

## Prudens, Prudentia.

PRudens eſt, qui rerum agendarum ſcientiam habet. Et prudentia eſt appetendarum & vitandarum rerum ſcientia.

Hiero.ſ.Iere.10. Gre.17.mo.16. Rup.ſ.Amos.5. — Filius Dei.
Prudentia dei dici poteſt ipſe filius Dei, qui & ſapiētia patris dicitur. Itre.10.b. Prudētia autem Dei percuſsit ſuperbum. Iob.26.d. quia antiquus hoſtis per exceſſum præſumptionis ſuæ eum etiam perdidit, quem iniquæ perſuaſionis lege poſſedit: & dum audacter eum, in quo nihil ſibi competebat appetijt: iure illum, quem quaſi iuſtè tenebat, amiſit. Prudentia itaq; non virtute percuſſus eſt, qui dum ad tentandum Deum ſoluitur, ab homine poſsidendo religatur: vt inde eum, qui ſub ipſo erat perderet: vnde cum illo, qui ſuper ipſum eſt, congredi præſumpſiſſet. Ipſe eſt prudens, qui tacuit. Amos.5.d.

Baſi.ſ.ps.48. Arno.ſ.ps.104. — Fideles.
Prudentia dici poteſt fides in corde: & ſapientia in myſterio abſcondita. pſal.78.104.

Hila ſ.Mat cano.10. Amb.de fug.ſecul.7 — Cuſtodientes Chriſtum.
Prudentes vt ſerpentes ſunt, qui cuſtodiunt caput ſuum Chriſtum: à quibus etiam diabolus ſpoliatur capite ſuo, qui alios exuere voluit. Matt.10.b.





Vincēs dæmones. Habēs rectā fidē. — Arn.& Hil.ſ.ps.118. Hiero.Aglaſiæ.
Prudens ſuper inimicos eſt, qui vincit dæmones: & qui habens rectam fidem prudentior eſt Iudæis & hæreticis. pſalm.118. Prudentiores filijs lucis filij huius ſeculi ſunt, qualis fuit Paulus, qui prudentior fuit alijs Iudæis: qui cum luce ſcripturarum remanſerunt in tenebris. Luc.16.c.

Bene operantes in hac vita ad gloriam Dei. — Ori ſ.Mat.ho.32. Hila ſ.Mat cano.27 Aug 83 q.59.
Prudentes virgines ſunt, qui procurant habere oleum doctrinæ neceſſariæ ad ſalutem. Et qui opportunum operandi tempus in corporibus amplexi ſunt. Item qui in gloriam Dei opera ſua faciunt, nec inanem gloriam quærunt. Matth.25.a.

Prædicator. — Hiero.ſ.Iſa.3.&.ſ. Amos.5.
Prudēs eloquij myſtici, eſt, qui nouit vetus & nouum teſtamentum: qui & prudens incantator dicitur. Et prudens auditor eſt, qui ſcit diſcernere vera à falſis. Iſa.3.a. Et prudens qui tacet in tempore malo, eſt eccleſiaſticus prædicator. Amos.5.d.

Scribæ doctores Iudæorum. — Gloſ.ord.ſ.Mat.11. Hiero.ſ.Iſa.29.
Prudentes à quibus abſconduntur myſteria, ſunt ſcribæ ſuperbi: ideo opponuntur illis à Chriſto paruuli: vt probet ſe tumorem damnare, non acumen. Matth.11.d. Ipſi ſunt prudentes Iudæorum, qui excæcati ſunt. Iſa.29.e.

## Pruina, uide Gelu. Pruna, uide Carbo.

## Prurire, Pruritus.

Ira. — Glo.ord.ſ.Deut.28
PRurire eſt libidine ſcalpendi ardere. Et pruritus eſt excurſus humoris ſpirabilis incluſi cōtra naturam: qui & prurigo dicitur. Deut.28.c. Poteſt autem deſignare iram & furoris inſaniam.

Detractiones. Doctrina hæretica. — Glo.ord.ſ.2.Timo.4.
Pruritus aurium aut linguę dicitur eſſe in auditoribus detractionum, & in detractoribus. Et prurientes auribus ſunt, qui placentia loquuntur. 2.Timo.4.a. Peculiariter autem dicitur hoc de hæreticis: qui occultè docentes ſuauius audiuntur: iuxta illud. Pro.9.d. Aquæ furtiuæ dulciores ſunt: & panis abſconditus ſuauior.

## Pſallere, Pſalmus, Pſalterium, Pſaltes, uide Canere.

## Pſeudo.

Hæretici. Philoſophia. Cœtus Phariſaicus. — Hier.ſ.Iere.29. Aug.ſ.Apo.ho.17. Rup.9.ſ.Apo.&.11.
PSeudo idem eſt quod falſus: vnde pſeudopropheta eſt falſus propheta.

Pſeudopropheta eſt q̃ aliter ſcripturarum verba accipit q̃ à ſpiritu ſancto ſunt inſtituta: vnde hæretici dicantur pſeudoprophetæ. Iere.29.b. Apoca.20.d. Pſeudo propheta eſt etiam inanis philoſophia eorum: qui circa Deum errarunt. Apocaly.16.c. Item cœtus phariſaicus, & omnes deceptores, qui vnum corpus faciunt, ſunt pſeudoprophetæ. Apo. 9.d.

## Ptiſana.

Carnis laſciuia.
PTiſana eſt hordeum decorticatum, vel hordei ſuccus, ſiue aqua, vel pultis genus ex farina hordeacea. 2.Reg.17.c. Prouerb.27.d. Ptiſanæ ſiccantur, cum carnis laſciuia per continentiæ rigorem ſtringitur.

## Pubertas.

PVbertas eſt ętas, in qua pubes naſcitur in maribus aut fœminis.

Ætas patriarcharū.
Pubertas Iſrael erat in Abraham & patriarchis: quos accepit Deus puros & immunes ab idololatria. Iocl.1.b.

## Publicare, Publicus.

PVblicare eſt maniſeſtare: & publicum eſt, quod eſt manifeſtum & commune. Eſt etiam publicare proſcribere, ſeu publicè venale proponere

Euagatio ſapientū. — Ricar. de.ſ.vict.de ſomnio Nabucho.4
Publicantur domus ſapientum, quando ſtudioſa illa quietis ſuæ otia ad omnem diſſolutionis euagationem exponuntur: doctrinæq; ſecreta penetralia ad omnem curam vel curioſitatē proſtituuntur. Dani.2.a.

## Publicanus.

PVblicani erant, qui vectigalia & alios populi Romani reditus exigendos certo conſtituto precio redimebant.

Gentilis populus. — Aug.ſ.ps.74.
Publicanus ſtans à longè in oratione, approbatus à Deo gentilem populum ſignificat prelatum Iudæis. Luc.18.c.

## Pudenda, Verenda, Veretrum.

PVdenda ſunt membra pudoris in maribus & fœminis: quæ verenda etiam dicuntur.

Chriſti crux. Humilitas carnis Chriſti. — Amb.de Tobia. 20.
Verenda Noe nudata. Gen. 9.d. deſignant crucem Chriſti & humilitatem carnis eius: quæ Sem & Iaphet, hoc eſt, gentiles operuerunt: quia cognoſcunt in cruce & carne Chriſti, & laudant Dei virtutem.

Caſtitas. — Glo.ord.ſ.Leui.16.
Verenda tegere fœminalibus eſt caſtitatem ſeruare: quod vnuſquiſq; debet in ſe facere. Eſt etiam cauſas generationis rerum occultas nobis eſſe. Leui.16.a.

Hiero.ſ.Iere.13. — Turpitudo peccatorum.

Verenda quæ reuelat Deus, ſunt peccata, quibus peccator confundetur. Et verecundiora reuelata dicunt manifeſtatam turpitudinem peccatorum.Iere.13.d.Nahum.3.b.

Philo.de ſpeciali legibus. — Senſibilia corruptibilia.

Verenda viri quæ apprehendit mulier,deſignant ſenſibilia generationi, & corruptioni obnoxia.Deut.25.c.

## Pudere, Pudor, uide Confundere. Pudicus, Pudicitia, uide Caſtitas.

## Puer, Puella, Pueritia.

PVer ſignificare ſolet eũ, qui in tenera ętate eſt, quæ pueritia dicitur: quæ à ſeptimo anno vſq; ad quartũdecimũ numerari ſolet. Quãdoq; autẽ ſignificat ſeruum, & interdum filium: & nõnunq̃ ponitur ad diſtinctionem ſexus:quia puer eſt mas,puella vero fœmina.

Amb.epiſ.17.& ſer.53.&.ſ.Luc 18. Hie.Aglaſ. &.ſ.Iſa.10 Ori.ſ.ps.36.ho.4.& ſ.Iere.ho.1. — Chriſtus.

Puer quandoq; dicitur Chriſtus:quem etiam ſignificat puer Iſaac: & puer Ioſue. Ipſeq; eſt puer imitandus.Gen.21.a.37.f.41.b.Exo.33.c.pſal.17. In titu.68. Iſa.9.b.10.e. 42.a. Hoſe.11.a. Matth.12.b.18.a.Mar.9.e.Luc.2.f.9.f. Et pueritia in Ioſeph, puritatem vitæ Chriſti deſignare poteſt.Et puer Ieremias ætate,non ſenſu,nec ſpiritu ꝓphetico,typus eſt Chriſti.Iere.1.a.

Ori.ſ.Mat.ho.5. — Spũſſanctus.

Puer etiam aut paruulus ſignificare poteſt ſpiritum ſanctum.Mat.18.a.Mar.9.e.Luc.9.f.

Hiero.ſ.Iſa.8. — Sermo Dei.

Puer natus de prophetiſſa dici poteſt ſermo Dei per ſpiritum ſanctũ natus in anima. Iſa.8.a.

Cle.Alex.1.pędago.5. Ori.ſ.Iſa.ho.7.&.ſ.Matt.ho.5. Hila.ſ.Mat.cano.11. Hier.ſ.Iſa.8.11. — Fideles. Diſcipuli Chriſti.

Pueri dicũtur fideles,& pręcipuè diſcipuli Chriſti,quos vſu & conſuetudine habebat familiares.pſal.8.68.112.Iſa.8.a.11.b.65.d.Mat.11.b.19.b.21.b. Mar.10.b. Ioan.21.b. Et datur puer Deo & etiam mundo:huic quidẽ tanquàm ſeductus & errabũdus:illi vero tanq̃ dilectus:& dr̃ νήπιος, quaſi tener ac mollis. Dicunt autẽ pueri,tum ob malitiæ ſimplicitatem,tũ quia quantumcunq; ſublimati,tamẽ pueri ſunt,ſi cõparent ad ea,quę nõ aſſequuntur.Sed nõ omnes pueri æquales.Heb.2.c. Pueri Iob eoſdẽ deſignant.Iob.29.a. Pueri etiã paſſim dicuntur innocentes & ſimplices, præcipuè autẽ malitia ſimplices: & etiam humiles, aut ipſa humilitas. Gen.43.b. Luc.18.c. Et puer infantulus Samuel deſignat eũ,qui adhuc regi debet,& duci ab alio. 1.Reg. 1.d. Puer etiam Samuel magnificatus,deſignat humilem exaltatum:vel perfectũ factum. 1.Reg. 2.c. Vt ſit iuxta illud Mat.18.a. Niſi conuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Sicut è diuerſo dicitur de ſuperbo.Luc.10.c. Videbam Satanam ſicut fulgur de cœlo cadentem.

Amb.ſ.Luc.18. Gre.ſ.1.Reg.1.2. — Innocens. Simplex. Humilis. Humilitas.

Ori.ſ.Mat.ho.7.15. Amb.ſ.Luc.1.9. Hiero.ſ.Ioel.3.&.ſ.Hoſe.10. Gre.2.mo.25. — Carnales. Rudes aut infirmi in fide. Imitatores Chriſti.

Pueri etiam qui offeruntur Chriſto, ſunt aut carnales & ſenſuales, & lacte opus habentes: & rudes in fide:& etiam imitatores Chriſti.Mat.19.b.21.b. Sic erat puer Ephraim.Iere.31.d.Et puer & puella ſunt infirmiores in fide.Ioel.3.a.Pueri autem Iſrael dicebantur hęretici,quando tenebant ſimplicitatem fidei eccleſiæ.Hoſe.11.a. Pueros percutiunt hoſtes gladio: quia eos tẽtationis ſuæ iaculis grauiter vulnerant,quos nec dum iuuenilis cõſtantia liberos, vel robuſtos ſeruat.Iob.1.c.

Beda.ſ.gen.26. Rup.2.ſ.Iſa.11. Ori.1.gen.ho.13. Amb.1.de Abra.5. — Prophetæ. Apoſtoli. Doctores.

Puer Abrahæ miſſus ad quærendam vxorem Iſaac deſignat ordinem prophetarum,& apoſtolorum,omniumq; doctorũ, qui dũ verbum prædicationis bonis mẽtibus faciunt ad vnamquanq; animã vnigenito filio coniũgendam quaſi prouiſores fiunt. Gen.24.a. Et pueri Abrahæ, qui foderunt puteos, ſunt Moſes & prophetæ.Gene.26.d.Puer paruulus minans lupum & pardum deſignat apoſtolos regentes perſecutores ſuos, & diuites & reges conuerſos. Iſa.11. b. Et puer Abraham coquens vitulum ſignificare poteſt prophetas ſimplicitatem vitæ habentes, & prædicantes Chriſtũ.Gen 18.a. Ijdem ſunt pueri Iſaac fodiẽtes puteos:qui etiam deſignant euãgeliſtas.Gen.26.g. Et puer Elię vidẽs nubeculã,ꝓphetę expectãtes Chriſtũ.3.Reg.18.g.Et puer. ſedẽtes in foro erãt,ꝓphetę pręedicãtes ĩ Synagoga:vel etiã apoſtoli.Mat.11.b.Iſ.8.d.pſ.18.

Hila. & Hie.ſ.Mat.11. — Euangeliſtæ.

Rup.6.ſ.gen.31. Beda.ſ.gen.18. Hier.ſ.ps.84. Gre.ſ.1.Reg. 2.&.2.mor.26. Aug.12.contra Fauſtũ.35.&.ſ.ps.44.& ſ.Ioan.tract.24. — Iudæi. Miniſtri gulæ.

Pueri duo Abrahę,qui nõ peruenerunt ad locum ſacrificij.Gen.22.a.deſignant Iudæos, qui cum ſeruiliter viuerent,& carnaliter ſaperent, non intelligebant humilitatem Chriſti,nec paſſionem,qui & diuidendi erant in duas partes. Ipſi expectant cum aſino, qui adhuc expectant Meſſiam.Eoſdem deſignat puer,qui coxit vitulum: quia ipſi coxerunt Chriſtum in paſſione. Gen.18.a.Puer quoq; Iſmael ſunt Iudæi.Gen.21.b.Et puer ſacerdotis.1.Reg.2.e.erat populus ſynagogę perfidis paſtoribus obſequẽs. Et rectè puer:quia infirma literę tenẽs,in virũ perfectũ per euangeliũ creſcere recuſauit.Idem deſignat miniſtrantes gulę ſacerdotũ.Et pueri inſultantes Eliſeo, & dicentes:Aſcende calue: ſunt Iudæi crucifigentes Chriſtum in Caluariæ loco. 4. Reg.2.d. Et puer habens quinq; panes hordeaceos, eſt populus Iſrael, habens libros Moſis: quos integros ſeruabat:quia non penetrabat myſteria.Ioan.6.a.Iob.1.c.

Vtrunq; teſtamẽtũ.

Pueri etiam duo Abrahæ deſignare poſſunt vtrunq; teſtamentum.Gen.22.a. In vtroq; enim prædicatur paſſio Chriſti.

Hiero.ſ.Iſa.65. Gloſ.ord.ſ.Iſa.65. — Beatus. Diu peccans.

Puer centum annorum erit, qui habebit perfectam ætatem in fœlicitate.Iſa.65.d. Vel puer centum annorum eſt,qui hic diu pueriliter vixit,ſeruiẽs vitijs:quod exponit addẽdo: Et peccator centum annorum maledictus erit.

Gre.ſ.1.Reg.2. Hila.ſ.Mat.cano.7. — Gentiles.

Puer Samuel ſignificare poteſt gentilem populum nouiter conuerſum: aut prædicatorẽ ex gentibus.1.Reg.2.e. Et puer delicatus Ephraim deſignat gentiles recenter conuerſos. Iere.31. d. Item puer Centurionis.Matth.8.a.

Puer Eliæ



Sacerdotale miniſterium. Puerilis ſenſus. — Ber.ſer.paruo.64.

Puer Eliæ dimiſſus in Berſabee.3. Reg.19.a.eſt ſacerdotale miniſterium,quod tẽplo domini in Hieruſalem exhibebatur. Vel eſt puerilis ſenſus relictus Iudæis.

Genus humanum. — Glo.ord.ſ.4.Reg.4.

Puer quem ſuſcitauit Eliſæus,typus eſt generis humani à Chriſto liberati.4.Regũ.4.e. Vel populi Iudaici mortui per idololatriam.

Moſes cum lege. — Aug.ſer.207. Gre.9.mo.23.

Puer Eliſæi cum baculo, Moſes cum lege:qui non valuit ſuſcitare genus humanum.4.Regum.4.d.

Bona ratio. Chriſtus. — Hiero.ſ.Ecclẽ.4.

Puer pauper & ſapiens eſt bona ratio, vel bonus intellectus: qui incipit in homine ab anno tertiodecimo. Dicitur pauper, quia non omnis populus obtemperat ei. Dicitur ſapiens quia creaturam dirigit in bonam viam. Eccl'tæ.4.c. Puer etiam pauper & ſapiens eſt Chriſtus, qui melior eſt rege ſene & ſtulto in hoc mundo,&c.

Senſus ſpũalis. — Gre.ſ.1.Reg.9.

Puer vnus eſt ſenſus ſpiritualis:& Saul cum puero eſt auditor cum ſpiritu.1.Reg.9.d.

Cõfidentes in ꝓpria virtute. Maligni. Principes inſipiẽtes — Hiero.ſ.Iſa.3. Beda.ſ.prouer.22.

Pueri dicuntur aliquando in propria virtute cõfidentes,& maligni.Iſa.40.g.1.Reg.2.c.Sap. 12.d. Et pueri principes ſunt principes inſipientes & mali.Iſa.3.a.Eoſdem deſignant pueri Pharaonis.Gen.40.Et pueri iacentes in terra,ſunt qui innocentiam puerilem ſimulabant:qui cum terrenis deſiderijs inhæſiſſent,ei terræ traduntur. Thre.2.g. Et ad hos pertinent pueri Sodomorum.Gen.19.b.In horum puerorum corde eſt ligata ſtultitia. Pro.22.c.

Diabolus. Cõtẽnentes ꝓcepta maiorum. — Hiero.ſ.Ecclẽ.10.

Puer rex dicitur diabolus,qui à patris præceptis deſciuit.Eccl'tæ.10.c.Generaliter autem iuuenes dicuntur in ſcriptura, qui à veteri autoritate deciſcunt, & cana pręcepta parentum contemnunt:qui neglecto Dei mandato,cupiunt ſtatuere traditiones hominum.

Anima. — Gre.ſ.1.Reg.9. Hiero.ſ.Zach.8. Iſyc.ſ.Leui.22.

Puella dicitur anima nondum vitijs corrupta:& puellæ Rebeccæ ſunt animæ imperfectiores adhærẽtes perfectioribus.gen.24.g.Exo.21.b.Puellę etiam filiæ Pharaonis dici poſſunt animæ.Exo.2.a. Puellæ quoq; ſunt mentes electorum integræ per innocentiam, & decoræ per virtutum claritatem.Leui.22.b.1.Reg.9.b.Zach.8.a.

Eccleſiæ. — Amb. de initia myſte.3.

Puellæ filiæ Pharaonis eccleſias ſignificare poſſunt.Exo.2.a.Et puella Nahaman dici poteſt eccleſia exgentibus.4.Reg.5.a.

Aĩa peccatrix. — Hila.ſ.Mat. cano.14.

Puella dici poteſt anima in peccatum lapſa,qualis fuit Dina corrupta à Sichen, vt huiuſmodi anima corrupta eſt à diabolo.Gen.34.a.Deſignat etiam puella in malum ipſam voluptatem allicientem ad peccatum.14.b.

Prophetia. Particula ſacrę ſcripturæ doctrinæ. Fama legis. — Aug.ſermo.208. Rup.5.ſ.Reg.29.

Puella Hebræa quæ erat apud Nahaman, typus eſt prophetiæ:cuius aliqualis notitia peruenit ad gentes,cui etiam crediderunt. Vel eſt particula ſacræ doctrinæ,quã rapuerunt latrones, hoc eſt,philoſophi,eam ſibi vſurpantes. Eſt etiam fama legis paruula:quia lex nullum ad perfectum ducere valuit.4.Reg.5.a.

Eccleſia Romana. — Hiero.ſ.Marc.6.

Puella ſaltans eccleſiam Romanam ſignificare poteſt, quæ accipit in diſco caput Ioannis, quando veneratur Chriſtum,vel ſenſum ſpiritualem: & tradit matri,hoc eſt, Synagogæ in fine mundi:Marc.6.c.

Litera legis. Libido. — Glo.ord.ſ. Amos.2.

Puella ad quam ingrediuntur pater & filius.Amos.2.c. dici poteſt litera legis: ad quam Iudæi & aliqui Chriſtiani ingrediuntur. Vel eſt libido, quam ſacerdos & clericus amplectuntur.

## Puerpera, uide Parere.

## Pugillus. Pugnus.

PVgillus dicitur quaſi paruus pugnus. Pugnus autem eſt manus contracta, ſiue complicata, quaſi ad pugnam parata.

Potentia Dei. Punitio citra cõdignum. — Hierõ.ſ.Iſa.4.

Pugillus,quo aquas metitur Deus,deſignare poteſt potentiam Dei,qua poteſt comprehendere omnes gentes,& ad fidem deducere.Iſa.40.c.Deſignat etiam punitionem, qua Deus citra condignum punire dicitur malos.

Fides. Scientia iuxta capacitatem. — Iſych.ſ.Leui.2.

Pugillus plenus ſimilæ.Leui.2.a.5.c.6.b. deſignat fidem: & ipſum ſapere iuxta capacitatem ſuam. Vt enim qui pugillo plus vult comprehendere,nihil proficit:totũ quippe defluit.Sic mẽſura ſciẽtiæ de Deo eſt fides. Credere enim oportet accedentẽ ad Deũ.Rom.14.d. Heb.11.b.

ꝓmiſſio Chriſti. Summa ſcientia in Chriſto. — Iſych.ſ.Leui.5.6.

Pugillus etiam plenus ſimilæ in manu ſacerdotis,deſignat verbum promiſſionis Chriſti,quo pollicitus eſt,non rapiendos de manu ſua,quos ipſe ſuſceperit. Vel deſignat ſummam ſcientiæ apud Chriſtum permanere.Leui.5.c.6.c.

Brutalis voluptas. — Hierõ.ſ.Eze.13.

Pugillus hordei brutalem voluptatem ſignificare poteſt,ſed modicam.Eze.13.d.

Lædere proximum. — Glo.ord.ſ.Exo.21.

Pugno percutere eſt parcitate,hoc eſt,ſpernendo,vel non conſulendo proximum exaſperare:Vel etiam opere ipſum lædere.Exo.21.b.Iſa.58.b.

## Pugillaris.

Lex. — Glo.ord.ſ.Luc.1.

PVgillares ſunt tabellæ cęreæ vel ligneæ,ſiue alterius materiæ,in quibus Stylo ſcribitur: dictæ quòd pugno comprehendantur: vel à pungendo,quò ſtylò in his pungendo ſcribatur. Luc.1.f. Poteſt ſignificare legem,in qua erant myſteria de Chriſto,quæ nunc cõfirmantur.

## Pugio.



Pugio eſt

PVgio eſt teli genus à pugno dictum,quo facilè apprehenditur:Vel dicitur quòd eo præſentius pugnetur.

Ori.ſ.Nu.ho.20.
Verbum Dei.
Pugio Phinees,quo confodit peccantes.Num.25.b.gladium ſpiritus deſignat, hoc eſt, verbum Dei:quo peccatores confodiuntur.

## Pugnare, Pugnator, Pugna, uide Bellum. Pugnus, uide Pugillus.

## Pulcher, Pulchritudo, uide Decor.

## Pulex.

PVlex eſt animalculum hominibus infeſtum,quod ſaliendo confugit: dictũ eſt quòd ex puluere generetur. Quo nomine dictus eſt etiam vermiculus, qui in herbis & præcipuè braſſicis naſcitur,eiſq; nocet. Ponitur in hyperbole rei paruæ,ac minimi momenti.1.Reg.16.d.

## Pullulare.

PVllulare dicuntur arbores,quum à radice nouæ plantæ ſurgunt.

Lyra.ſ.gene.41.
Virtutes orientes.
Pullulantes ſpicæ nouas virtutes orientes deſignant:quę pullulant in culmo vno,hoc eſt, in vna charitate.Gen.41.a.

Glo.ord.ſ. Eze. 29. Gre.12.mor.4.
Multiplicatio fidelium.
Pullulans cornu Iſrael deſtructa Aegypto.Eze.29.d.ad literã dicitur de Zorobabele:Deſignat autẽ multiplicationẽ Chriſti,& fœtificantẽ eccleſiã,deſtructa gẽtilitate.Pullulãt etiã rami præſciſsi trũci,quũ fideles reſurrectione Chriſti multiplicati,lõgè,lateq; creſcunt.Iob.14.b.

## Pullus.

PVllus eſt paruus fœtus quorumcunq; animalium,tam volatilium, quàm & terreſtrium.

Cle.Alex.1.pæda.5.
Immunes à vitijs. Simplices.
Pulli ſunt,qui vitij iugũ nõ ſubierunt:qui ab improbitate minime domiti ſunt:ſed ſimplices,& ad ipſum ſolũ patrem exilientes,nõ equi ſubiugales,qui ad ꝓpinquorũ vxores hinniunt, & fœminarũ inſano amore tenentur: ſed liberi,& recenter geniti: qui propter fidem exultant, celeriter ad veritatem currentes,veloces ad ſalutẽ,mundana ꝓterentes,& conculcãtes.Et pullus aſini ad vitem alligatus, eſt ſimplex & infans populus ſermoni alligatus : qui vitis eſt ferens ſanguinem,vt vitis vinum. Vt enim vinum eſt corpori poculẽtum, ita ſanguis ſpũi.Gen.49.b.

Pueri baptizati.
Pullus etiam aſinæ,cui inſedit Chriſtus,ſignificare poteſt pueros baptizatos.Mat.21.e.

Cle.Alex.1.pæda.5.
Chriſtus.
Pullus nouus humanitatis,quæ in Chriſto eſt vnita,nouitatem,& ſenij expertem,& cũ ſimplicitate æternitatem oſtendit.Zach.9.b.Matth.21.a.

Ori.ſ.Mat.ho.26. Cle Alex.1.pæda.5. Arno.ſ.pſ.83.146. Gre.31.mo.36. Euch form. ſpũal.5.
Fideles.
Pulli gallinæ ſunt fideles ſub Chriſto.Mat.23.d. Et pulli turturis ſunt filij eccleſiæ.pſalm.83. Pulli quoq; coruorũ ſunt Chriſtiani ex gentibus infidelibus orti.pſal.146.Et pulli aquilæ ſunt, qui nondum diuinitatis contemplatione apti ſunt paſci: ideo lambunt ſanguinem contemplando humanitatem & paſsionem Chriſti.Iob.39.d.

Ber.ſer.1. in ramis palm. Iyc.ſ.Leui.12.
Contemplatiui. Mundicia & ſimplicitas. Duplex charitas. Duplex gemitus.
Pulli columbæ ſignificare poſſunt contemplatiuos. Et duo pulli ſignificant mundiciam & ſimplicitatem:vel duplicem actum charitatis:vel duplicem gemitum:vel legis meditationem & ſcientiam.Leui.1.d.5.b.12.c.14.d.15.b.Num.6.b.

Ori.ſ. gen.ho.17.& ſ.Matth.ho.14.&.ſ. Luc.ho.37. Hil.ſ.Mat cã.20. Chryſ.ſ.gen.ho.67.
Gentilis populus.
Pullus aſinæ ſignificare poteſt gentilem populum:& eos, qui non ſunt aſſuefacti portare iugum dñi. Sic pulli camœlorum & aſinorum decem.Gen.32.d.49.b.Iſa.30.e.32.d.Matth.21.a. Luc.19.e.Zach.9.c. Et pulli coruorum ſunt filij gentilium peccatis nigri : quibus Deus præparauit eſcã,cõuertẽdo eos ad fidẽ.Iob.39.d.pſal.146. Gre.30.mo.12.Euch.q.in pſ. Hie.ſ.Zac.9.& ſ.pſ.146.

Aug.ſ.pſ.83.
Opera bona.
Pulli turturis dici poſſunt opera bona per carnem acta.pſal.83.

Gre.10.mo.15.
Sequens deſideria ſua.
Pullus onagri ſignificat omne agreſtium genus: quod naturæ dimiſſum motibus , loris dominantium non tenetur.Et qui in puluere cuncta,quæ deſiderat,per effrænatam libertatẽ,quærit,quid aliud quàm pullo onagri eſſe ſimilis concupiſcit? vt diſciplinæ hunc lora non teneant; ſed audenter vagus per ſyluam deſideriorum currat.Iob.11.c.

Hiero.ſ.Iſa.16.
Diſcipuli hæreticorum.
Pulli auolantes de nido ſunt diſcipuli hæreticorum eos deſerentes.Iſa.16.a.

Hiero.ſ.Iob.39.
Sectatores diaboli.
Pulli aquilæ in malum ſunt ſectatores diaboli, eius rapacitatem imitantes.Iob.39. d.

Euch.form.ſpũa.5.
Pulli hirundinis,vide Hirundo.

## Pulmentum, Pulmentarium, Pultes.

PVlmentum eſt cibarium ad modum pultis factum:& ſumitur pro coctis cibis, qui cum pane eduntur,& pro omni molli edulio.Pultes autẽ fiebant ex farina,aqua & melle,ſeu caſeo.

Glo.ord.ſ.gen.27.
Simplices. Bona opera.
Pulmentum ex hœdis,quod obtulit Iacob patri, ſignificat ſimplices, quos Chriſtus offert Deo patri:vel bona opera.Gen.27.a.

Glo.ord.ſ.25. Beda.ſ gen.25.
Res temporales.
Pulmẽtum quod coxit Iacob.Gen.25.d. res temporales modicè ſumptas ſignificare poteſt: & etiam infidelitatem & vanitatem venditam propter primogenita, hoc eſt, propter cœleſte regnum.

Hiero.ſ.Agge.2.
Epiſtolę apoſtolicę.
Pulmentum dici poſſunt apoſtolicæ epiſtolæ:quæ quaſi veteris legis carnes condiunt,& decoquunt,& conditas præbent eſui.Agge.2.a.

Pulmentum



Condire humana diuinis.
Glo.inter.ſ.Exo.12.
Pulmentum præparare eſt humana diuinis condire. Exo.12.f. Quod pulmentum non licuit Hebræis exeuntibus de Aegypto præparare:quia vrgent Aegyptij,hoc eſt, mundani,ne euangelij ſapore auſteritatem legis,vel mundani dogmatis condiamus.

Glo.inter.ſ.gen.27.
Pulmentum de venatione Eſau,quod petebat Iſaac deſignat ceremonias legis,quas ad tempus Deus acceptabat.Gen.27.a.

## Pulmo.

Superbia.
Aug.ſ.pſ.50.
PVlmo eſt ex viſceribus,natura ſpongioſus,& ideo ſpiritus capax : diuiditur in ſimilitudinẽ vngulæ bouis:ipſo reſpiramus:qua reſpiratione cor refrigeratur.Solet deſignare ſuperbiam tumidam & inflatam,quæ hyſſopi humilitate purgatur.3.Reg.22.e.

## Pulſare.

PVlſare eſt ſæpe percutere:& pulſatur oſtium: & pulſantur inſtrumenta muſica.

Perſeuerare in oratione. Inſpiratio.
Ambr.ſ.Luc.11. Gre.6.regiſ.Epiſ.37. Rup.ſ.cant.5.
Pulſare oſtiũ eſt perſeuerare in oratione. Pulſam⁹ etiã bene operãdo.Luc.11.b.Mat.7.a. Pulſare etiam dicitur ſponſus,quando inſpirat aliquid faciendum. Cant.5.a.

## Pultes, uide Pulmentum. Puluillus, uide Ceruical.

## Puluis.

PVluis eſt minutiſsima terra,quæ leui vento facilè ſpargitur,more cineris.

Sancti. Mali.
Hier.ſ.Nahum.1.
Puluis pedum Dei dicitur nebula.Nahũ.1.a. Et deſignat ſanctos è terra eleuatos:Vel certè malos ſua caligine veritatem obtenebrantes.

Recta interpretatio ſcripturæ.
Iſy.ſ.Leui.14.
Puluis alius,quo linenda eſt domus.Leui.14.f.Rectam interpretationẽ ſcripturæ ſignificat. Et puluis pedum eſt interpretatio euangeliorum.Mar.6.b.

Virtutes.
Gre.1.mor.39.&.ſ. cant.3. Ricar.de.ſ.victo.5. de arca myſti.6.
Puluis tenuiſsimus aromatum eſt,quum virtutes recogitando teruntur, & vſq; ad ſubtilitatem occulti examinis reuocantur:Intelligitur autem vniuerſa multitudo virtutum. Exo.30. d. Eaſdem deſignat puluis pigmentarij.Canti.3.c.

Progenies.
Hiero.ſ.Iſa.29.
Puluis aliquãdo ſignificat ꝓgeniẽ.Gen.13.d.28.c.Faciã ſemẽ tuum ſicut puluerẽ terrę. Pulueri enim terrę cõparatur multitudo,quando numerari non poteſt.Num.23.b.Iſa.29.a.

Humana vilitas.
Aug de Gen. ad literam. 8. Geor: vene. canti.2 ton 3cap.15.
Puluis dictus eſt homo:quia ex puluere quantũ ad corpus cõpactus eſt.Et quũ dr̃ puluis,humana vilitas & abiectio deſignatur:quia & ex puluere eſt, & in puluerem redigitur. In puluerem autem reuerti dicuntur,qui ſuam agnoſcunt vilitatem. Hunc puluerem comedit ſerpens. Gen.3.d.18.d.Iob.10.b.39.b.pſal.103.Eccl'tæ.12.c.Iſa.40.d.47.a.Sopho.2.a.

Pœnitentia.
Hiero.de veſte ſacerdota,&.ſ.Eze.27. Gre.ſ.1. Reg. 4. Aug ſ.pſ.73. Ruper.10.ſ.apoc.
Puluis etiam eſt humiliatio,ſeu humilitas pœnitentię:& puluis vituli datur in potu, in pœnitentiam videlicet & contemptum ſuperſtitionis, & diaboli:vt diſcat homo cõtemnere, quod in ſeceſſum proijci videat. Exo.32.e.Mich.1.c. Et puluere conſperſum caput eſt humiliatum per cognitionem propriæ vilitatis : & per pœnitentiã pro terrenis operibus. Gen. 18.d.1.Reg. 4.c.pſal.102.Thre.3.d.Eze.27.f. Deſignatur etiam in condemnatis pœnitentia inutilis:quando in iudicio mittent puluerem ſuper capita ſua. Apoc.18.b.

Deſiderium. Vanæ laudes. Honores. Terrena. Leuia peccata.
Baſi.ſ.Pſ.7. Ambr.1.luc.9. Hie epiſ.Et factũ e. Gre.ſ.1.reg.2.&. 23. mo.7. Aug.ſ.Pſ.7.
Puluis aliquãdo eſt deſideriũ:& etiã laudes ad inanẽ gloriã ſpectantes:& honores : & demũ terrena oĩa.1.Reg.2.b.pſ.7.Iere.50.b. Et puluis excutiẽdus ſunt diuitiæ,& cętera tẽporalia,& vana oĩa:&etiã leuia peccata.Mat.10.b.Luc.9.a.Mar.6.b.Iſa.52.a.Supbi abſcõdunt ĩ puluere, quãdo terrenis negotijs opprimunt,vt in iudicio nõ cognoſcant notitia ap̃pbatiua.Iob. 40.a.

Mens terrena.
Baſi.ſ. Pſ.26. Hiero.ſ.Iſa.65. Gre.9.mor.37.
Puluis deſignat mentẽ terrenis infixã:quẽ puluerẽ comedit ſerpẽs.gen.3.c.pſ.29.Iſa.56.d.In puluerẽ reducit Deus,quando homo dimiſſus ſibi cuiuſlibet tentationis aura raptat.Iob.10.b.

Mali. Impietas. Peccatum mortale & veniale.
Ambr.2 deinterpe.5. Hila.5.Pſ.1. Hie.ſ.Iſa.5.49.&.56. Mich.7. Aug.ſ.Pſ.34. Gre.8.mor.11.&.12. Mor.3.Et.30.mor.10.
Puluis prçterea ſignificat malos:& ipſam impietatem , & tam peccatum mortale quàm veniale:& ſunt puluis,quem proijcit ventus : quia inconſtantes & aridi.pſal.1.29.34.43.Iſa.41.d. Hoſe.13.b.Puluis quoq; erant minora peccata gẽtilium:& peccatum in deliberatione:& etiam in opere.1.Reg.2.b.Iſa.5.f. Et puluis pedum ſunt terrena opera.Iſa.49.f. Amos.2.c.Mich.7.d. Et puluis fundatur in terram,quando peccatores prius inconſtantes & leues,fide & gratia ſolidantur.Iob.7.b.12.b.38.d.39.b.

Potentia diaboli.
Hiero.ſ.Iſa.19.
Puluis dicitur potentia diaboli, quę rapitur à vẽtõ diuinę virtutis : & detrahiĩ in terrã vſq; ad puluerem.Iſa.16. a.17.d.25.d.41.a. Hæc eſt puluis Tyri.Eze.26.c. Huc referri poteſt puluis terræ percuſſus à Moſe:& puluis ſparſus.Exo.8.d.9.B.

Iudæi. Impij.
Aug.Epiſ.110.&.ſ. Pſ.21.
Puluis mortis dr̃,quia mortui redigũtur in puluerẽ:vel ſunt Iudęi,à quibus traditus eſt Chr̃s in mortem.Vel ſunt impij morti deſtinati:quos tanquam puluerem proijcit ventus.Pſ.21.

Cogitationes. Phantaſmata.
Gre.ſ.reg.1. Et 8. mor.11.&.14.mor.9.
Puluis interdũ eſt cogitatio:& puluis in oculis ſunt phãtaſmata rerũ terrenarũ: quæ impediunt contemplationem cœleſtium.Vnde prius purgandus eſt oculus à puluere:deinde fouendus aſsidua cõtẽplatione.Et ſordes pulueris,leuitas cogitationũ improbarũ. Iob.7.b Iſa.47.a.

Terrena intelligẽtia. Hæreſes. Suggeſtiones dæmonum.
Hiero ſ.Eze.26. Gre.3.mo.19. Iſyc.ſ.Leui.14.
Puluis proijciendus eſt terrena intelligentia : & dogmata hæretica. Leuiti.14. f. Et puluis equorum Nabuchodonoſor,ſunt hæreticorum cauillationes:& ſuggeſtiones dæmonum.Eze 26.b.Iob.2.d.

 In puluere

Gre.15.mo.4.24.26 &.8.mo.23.

In puluere dormiunt oſſa vel vitia cum malo.Iob.20.b. quia vſq; ad puluerem, hoc eſt, ad mortem prauæ conſuetudinis eum non deſerunt.In puluere ſimul dormiunt diues & pauper: quia quantum ad corpus ſimiliter corrumpuntur boni & mali. Vel quia diues & pauper qui eſcunt in deſiderijs terrenis.Iob.7.d.21.c.Gen.3.d.

Mors.

## Punctus.

Punctus eſt initium magnitudinis indiuiſibile ſecundum omnem dimenſionem. Interdum autem ſumitur pro momento temporis.

Hiero.ſ.Iſa.54. Gre.15.mo.1.19.

Punctum quo derelicta dicitur eſſe gentilitas.Iſa.54.c.deſignat breue eſſe totum illud tem pus cõparatũ æternitati.Sic puncto comparatur gaudium hypocritæ in hac vita: quia breue:& quia tota hæc vita velut punctus eſt,quantumuis ſit longa.Iob.20.a.Et dicuntur ĩ pũcto ad in ferna deſcendere:quia ſæpe ſubito moriuntur:& quia mors illos occupat inſperata.

Breuitas temporis.

## Pungere.

PVngere eſt aliqua re acuta,& quaſi in punctum terminata corpus percutere.

Pungere dicitur per metaphorã gladius cõſciẽtię,quãdo ipſa animũ remordet.Pro.12. c.

Morſus cõſciẽtię.

Pupugiſſe dicuntur Iudæi chriſtum.apo.1.B.quia grauiter eum & tormentis & verbis blaſphemis afflixerunt.

## Punire, uide Caſtigare.

## Pupilla.

PVpilla eſt pars oculi parua,in qua velut in ſpeculo ſpecies ſeu forma rei viſę formatur & ex primitur.

Glo.ord.ſ.Zac.2. Hiero.ſ.ps.16. Glo.ord.ſ.Thre.2.

Pupilla oculi dei ponitur in hyperbole pro re maximè dilecta à deo.Zach.2.c.

Pupilla oculi eccleſię dici põt ſenſus ſpũalis in doctoribus:q ſunt velut oculi eccleſię.pſ.16.

Senſus ſpiritualis.

Pupilla dicitur non tacere,quando dolemus & lachrymas fundimus pro peccatis.Thre.2.f.

## Pupillus, Orphanus.

PVpillus dicĩt impubes,q deſijt eſſe in pr̃is põtate:vel morte, vel emãcipatione. Et propriè pupillus eſt,qui non habet pr̃em:Orphanus autem,qui nec patrem habet, nec matrem.

Hila.ſ.ps.67. Gre.8. mor.1.&.16. mo.22.29.&.19.mo. 16. Hiero.ſ.ps.9. Aug.ſ.ps.45.

Pupillus eſt,cui mortuus eſt mũdus pater,& Babylonia mater.Exo.27.d.Pſ.9.67.145.Pupilli etiã ſunt electi teneri in fide,qui gr̃a paſcunt,& pr̃em iã pro ſe mortuũ nõdum vidẽt. Iob. 24.a.Iere.7.a.Populus enim eccleſiæ pupillus nõ incõgruè dr̃:quia mortui pr̃is eſt filius.Super hũc pupillũ irruũt hæretici.Iob.6.d.Pupillus itidẽ eſt,qui diabolũ patrẽ nõ habet, nec gentilitatem matrem.Pupillum autem,cui non eſt adiutor,liberat Chriſtus: dum vnuſquiſq; mortuo antiquo patre diabolo,ad ſanctæ eccleſiæ ſinum currens exhortationis adiutorium inuenit:qui iam deſideria mundi perſequentis fugit.Iob.3.b.c.29.b.Zach.1.c.

Renuncians mundo & diabolo. Teneri in fide.

Arn.& Aug.ſ.ps.108

Orphani fiunt filij peccatoris,quando deſerunt diabolum.pſal.18.Orphani autem facti ſunt filij Iudæorum,quando amiſerunt regnum quaſi patrem.

Deſerentes diabolũ Iudęi amiſſo regno

Arno.ſ.ps.93. Aug.ſ.Ioã.trac.75.

Orphani ſunt,qui deum ſe patrem poſſe habere ſanctè viuendo non credunt: & qui eos ab hoc errore abduxerit,orphanum occidere dicitur: quia fecit vt habeat patrem deum. pſal.93. Hac ratione nõ reliquit Deus ſuos orphanos,quibus ipſe eſt pater: & dat eis ſpiritum ſanctum in priuilegium adoptionis.14.b.

Infideles.

Hiero.ſ.Iſa.9. Gre.16.mo.ũ.

Pupilli quorum Deus nõ miſeretur,ſunt,qui deum patrẽ peccando amiſerunt. Iſa.9.c.10.a. Thre.5.a. Diſcipuli etiam hæreticorum ſine magiſtris remanentes pupilli dicuntur. Iob.22.b.

Peccatores. Diſcipuli hæreticorum.

## Puppis, uide Nauis. Purgare, uide Mundus.

## Purgamentum.

PVrgamenta ſunt ſordes, quę ex aliqua re immunda & lurida terguntur & purgantur: Grecè peripſemata dicuntur.1.Cor.4.c.

## Purificare, uide Mundus.

## Purpura, Purpureus.

PVrpura eſt piſcis ex concharum genere, è qua ſuccus elicitur ad tingendas veſtes, qui etiã purpura dicitur,ſeu purpureus color: qui nigrantis roſæ ſplendore ſublucet aſpectui gratiſſimus.

Amb.de Tobia.20. Gre.30.mo.10.&.ſ. cãt.3.&.ſ.Eze.ho.15 Beda.ſ.prouer.31.

Purpura quia ex conchis eliciebatur ſanguinem Chriſti & paſsionem deſignare poteſt: & etiam paſsiones martyrum: & tolerantiam paſsionum amore regni perpetui exhibitam. Exo. 25.a.27.c.28.a.Prou.31.c.Mar.15.b. Et purpureus aſcenſus ferculi Salomonis, eſt crux Chriſti, & paſsiones martyrum,per quas aſcenderunt ad ferculum.Canti.3.d.7.c.

Sanguis & paſsio Chriſti. Martyrium. Crux Chriſti. Tolerãtia paſsionũ.

Cyril.12.ſ.Ioan.15.

Purpurea veſtis Chriſti,regnum totius mundi Chriſto datum deſignare poteſt: quia eſt inſigne regiæ poteſtatis. Matth.27.c.Ioan.19.a.Poteſt etiam ſignificare honorẽ patriarcharum.

Regnum Chriſti. Honor patriarcharũ.

Purpurea



Repreſsio vitiorũ. Spes regni cęleſtis. Fulgor charitatis. Fideles.

Purpurea etiam veſtis regia repreſsionem vitiorũ ſignificare poteſt: & ſpem regni cœleſtis: & fulgorem caſtitatis,ſeu potius charitatis.Item fideles martyrium affectantes, qui ſunt indumentum chriſti regis.Exo.28.a.35.a.Canti.7.c.

Ori.ſ.Exo.ho.9. Gre.ſ.canti.7.

Elementum aquę. Dignitas ſacerdotalis.

Purpureus color in velo ſanctuarij,& in veſte pontificis,elementi aquę figuram gerere poteſt.Exo.25.a.26.a.f.35.a.36.a.38.c.39.a.Ezec.27.B. poteſt etiam regiam dignitatem ſacerdotum exprimere: de quibus Pſalmo.138. Mihi autẽ nimis honorati ſunt amici tui deus, nimis cõfortatus eſt principatus eorum.

Philo.de congreſſu &c.cle.Alex.5.ſtroma.Or.ſ.Exo.ho.13 Hiero.ſ.Ezech.27. de veſte ſacerdot. Gre.2.Paſto.3.

Tyrannica potentia.

Purpura cum ſit regiæ dignitatis inſigne, in Tyro tyrannicam potentiam deſignare poteſt. Eze.27.c. Idem deſignat in meretrice magna. Apoca.17.a.

Ruper.10.ſ.Apoc.

Exterior cultus. hæreticorum.

Purpura in indumento idolorum exteriorem ornatum hæreticorum, quo charitatem, quã non habent,oſtentare geſtiunt,deſignare poteſt.Iere.10.B.

Hiero.ſ.Iere.10.

## Purus, uide Mundus. Puſillus, uide Paruus.

## Puſillanimis.

PVſillanimis eſt,qui imbecilli eſt animo in aduerſis.

Abiectio chriſti. Infirmi in fide.

Puſillanimitas ſpiritus chriſti,ipſius abiectionem in paſsione nobis indicat.Pſ.54.

Puſsillanimes dicuntur infirmi in fide. Iſa.35.b.

Hila.ſ.ps.54. Hiero.ſ.Iſa.35.

## Puſtula. Papula.

PVſtula eſt ſpecies occultæ vomicæ, ſiue tuberculum in ſummitate cutis naſcens,quę & papula dicitur.

Hereſis. voluptas carnis.

Puſtula in cute,ſeu papula erumpens,hęreſim ſignificare poteſt,aut etiam carnis voluptates. Leui.13.a.18.f.

Gl.or.ſ.inter.ſ.leui.13.

## Putare, Putatio. Exiſtimare.

PVtare eſt falce ſuperflua & infrugifera ex vite aut quacunq; alia planta à veris & fertilibus reſecare,& purgare.Et putari ratio dicitur,in qua ſentẽtia pura ſit.Vnde putare ſumitur p cogitare,ſeu excogitare. Gen.40.c.Portare me putabã omnes cibos.Expectare.Luc.1.f.Quis putas puer iſte erit?Exiſtimare.Gen.42.f.Putauit nos exploratores eſſe.Reputare.Iob.13.a.Vt putaremini eſſe ſapientes. Exiſtimare autem, comparare.ps.49. Exiſtimaſti inique quòd ero tui ſimilis.Iudicare.Tob.9.a. Quem quidem hominem exiſtimabat.Sperare.Pſ.72. Exiſtimabam:vt cognoſcerem.

Remiſsi.peccatorũ. Reſecatio inutilium Paſsio chriſti.Baptiſmus.Iudicium Prędicatoris officium. Colere euangeliũ. Ordinatio dei. contẽnẽtes chriſtũ Non honorantes prelatum.

Putatio remiſsionem ſignificare poteſt:vel reſecationem inutilium in ſenſibus,vel intellectibus.Item paſsionem chriſti & baptiſmum, in quo reſecant om̃ia pecata,prẽcipuè originale: demũ ipſum futurũ iudiciũ. Cãti.2.c.Iſa.5.B.Eſt etiã putatio pdicatoris officiũ in reſecãdis vitijs.

Ori.ſ.canti.ho.2. Gre.ſ.canti.2. Ber.ſ.canti.ſer.58. Iſych.ſ.leui.25.

Putare vineam eſt colere doctrinam euangelica.Leui.25.a.

Putare dicitur deus,quando aliquid faciẽdum ordinat.Iſa.14.f.Iurauit dominus exercituũ Si non vt putaui,ita erit.

Putamus Chriſtum quaſi leproſum, quãdo pro noſtra lepra ipſum percuſſum eſſe cõſyderamus.Iſa.53.a.Et putant contemnendum angelum.qui contemnunt,aut non honorificant Chriſtum,& qui non honorant prelatum.Exo.23.c.

Glo.ordi.ſ.Iſa.53. Lyra.ſ.Exo.23.

Putat ſe conſumptum,qui tot tentamentis obſidetur:vt ipſa eorum numeroſitas eum penè ad lapſum deſperationis inclinet.Iob.11.d.

Gre.10.mor.21.

Putãt hæretici ſe habere vaſa cãtici Dauid,hoc eſt,ſacrã ſcripturã. Amos.6.B.Putãtur autẽ ipſi vita indigni,quia ad ſigna,quę exhibẽt, nulla humilitatẽ cõcordant. Vel eccleſia fatetur hęreticos vita indignos:quia ſub nomine Chriſti militant cõtra nomen Chriſti.Iob.30.a.

Hiero.ſ.Amos.6. Gre.20.Mor.8.

Cõfidens in tẽporalibus.

Putat aurum robur ſuum,qui fiduciam habet in rebus temporalibus & caducis.Iob.31.c.

Putantes ſe mundos in hortis,ſunt vacantes voluptatibus, & cum hoc ſe mundos eſſe reputantes.Iſa.66.a.Iob.22.a.

Gre.22.mor.2. Hiero.ſ.Iſa.66.

Putat ſe liberũ quaſi pullũ onagri,qui cuncta,quæ deſiderat, per effrænatã libertatẽ quęrit: Vt diciplinæ hũc lora nõ teneãt:ſed audenter vagus per ſuperflua deſiderioru currat. Iob.11.c.

Gre.10.mor.15.

## Puteus.

PVteus eſt,qui intra terram defoſſus, perpetuas ibique naſcentes, & non aduentitias habet aquas: ſed à viuo fonte manantes. Aliquando autem ſumitur pro fonte.

Aug.1.de ſpiritu&litt. 20.Hiero ſ. Iſa.1. Ambr.de.Iſaac.1. Philo.de temuletia Ori.ſ.Gene.ho.10. 13.&.ſ.nu.ho.11. Bad.ſ.Gene.24.26

Altitudo ſacræ ſcripturæ. Myſteria. Profunda ſapiẽtia.

Puteus aquæ viuæ profunditatẽ & altitudinẽ ſacrę ſcripturæ ſignificare ſolet:Vt puteus viuẽtis.gene.16.d.24.B.Exod.2.c.Et puteus quem vi abſtulerant ſerui Abimlech,ſunt myſteria obſcura.gen.21.c.Et puteus quẽ foderunt principes.Nu.21.d.Profundã ſapientiam myſteriorũ dei ſignificat.Et puteus Elim.i.arietum vel fortiũ eſt doctrina eccleſiæ.Iſa.15.d.Puteus etiã nouus legem euangelicam deſignat, quæ eſt fons aquæ ſalientis in vitam æternã.gen.26.e.Ad puteũ inuenit Rebecca,& Rachel,& Sephora,quia virtutes in aquis viuẽtibꝰ verbi dei nutriunt. Et qui iungit dño,in puteis iungit:hoc eſt,in diuinorũ librorũ meditatione. Puteꝰ viuẽtis & videntis eſt ſacræ ſcripturæ profunditas,quam nobis ad mẽtis irrigationẽ prębuit oĩpotẽs deus.

Euangelica doctrina.

Ori.ſ.Gen.hõ.7. Amb.plog.ſ.Luc. Chryſ.ſ.pſ.93.

Puteus quem vidit Agar, gratiam noui teſtamenti ſignificat : & legem ſpiritualiter intellectam: & ſcientiam rationalem viſum mentis acuentem, & animi obtutum purgantem. Gen.21.c. Et puteus foſſus eſt altitudo legis : quam fodiunt doctores ſarculo linguæ : purgant terrenas cogitationes: veniunt ad ſpirituales, & perueniunt ad illam altitudinem ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quã oculus nõ vidit, &c. Venientes autẽ ad puteũ in altitudine legis eccleſiã agnoſcunt.

Gr͂a noui teſtamẽti. Lex ſp͂ualiter intellecta. Scientia rationalis.

Rup.ſ.cant.4.

Puteus aquarum viuentium eſt beata virgo Maria, in qua erat abundantia doctrinæ cœleſtis. Cant.4.d.

Virgo Maria.

Beda.ſ.gen.29. Ori.ſ.gen.ho.13. Amb.de Iſaac.4. Beda.ſ.gen.26.

Puteus ad quem venit Iacob, qui erat opertus. Gen. 29.a. legem Moſis ſignificat. Et etiam ſpiritum ſanctum, qui opertus erat ante aduentum Chriſti. Significat etiam puteus clauſus baptiſmum, qui clauſus erat ante aduentum Chriſti. Et putei foſſi & obruti doctrinam legis ſignificant carnaliter intellectam. Gen.26.d. Eoſdem puteos fodit Iſaac, quando Chriſtus aperuit myſteria legis & prophetarum: quæ diabolus operire conabatur.

Lex vetus. Sp͂ũſſanctus. Baptiſmus.

Aug ſer.79. Beda.ſ.gen.29.

Puteus iuramenti vbi inuenitur Iſaac, eſt baptiſmus, vbi inuenitur Chriſtus. Gen.24.g. Eundem ſignificat puteus opertus lapide, vt diximus. Gen.29.a.

Baptiſmus.

Amb plog.ſ.Luc. Philo.de ſomnijs.

Putei quatuor, quos fodit Iſaac, ſic ſe habere poſſunt: vt tres ſignificent ſcientiam elementorum: quartus autem ſcientiam cœlorum. Vel in homine tres putei ſunt corpus, ſenſus & oratio, qui cognoſcuntur: quartus autem eſt mens, quæ non ita cognoſcitur. Puteus quoq; iuramenti ſcientiam naturalem, ſeu diſciplinã de naturalibus ſignificare poteſt: cuius dominus adducitur teſtis. Gen.26.d.46.a. Super hunc puteum ſedit Chriſtus, quando omnem ſcientiam mundanam ſubegit. Ioan.4.a.

Scientia naturalis.

Rup.4 ſ.Ioan.

Amb.prolog.ſ.Luc.

Puteus qui dictus eſt abundantia, ſcientiam moralem deſignare poteſt: inuentus eſt cedentibus allophylis: quia bonitas moralis abundat alijs, ſibi reſtrictior. Gen.26.e.

Scientia moralis.

Glo.ord.ſ.cant. 4.

Puteus aquarum viuentium dici poteſt eccleſia: vel eius doctrina. Cant.4.d.

Eccleſia.

Ori.ſ.gen.ho.13.&ſ. Nu.ho.12. Beda.ſ.gen.26.

Puteus tertius eſt confeſsio trinitatis per vniuerſum orbem dilatata : vnde & hic puteus dicitur latitudo. Et putei tres, dicunt ſcientiam trium perſonarum. Gen.26.e. Et puteus eſt fides Chriſti : ad quam venitur per Moſen, hoc eſt, per legem. Nu.21.d. Deniq; cuiuſq; rei ſcientia obſcura puteus dici poteſt: quum vero fit clara, fons aut fluuius.

Cõfeſsio trinitatis. Fides. Scientia obſcura.

Baſi.ſ.pſ.7. Ori.ſ.gen.ho.3.

Puteus quum habeat aquam propriam, animam cum virtutibus deſignare poteſt. pſal.7. Et puteus in anima dici poteſt cœleſtis ſenſus, & imago Dei. Puteus etiam dicitur cor: quod foditur, quum examinatur: obruitur autem à dæmonibus bonas cogitationes auferentibus, & prauas inducentibus. Gen.26.b. Et puteus abyſsi eſt cor profundum in iniquitate. Apo.9.a.20.c.

Anima ſeu cor. Cœleſtis ſenſus. Imago Dei.

Aug.ſ.Apo.ho.9.

Aug.83.q.64.&.ſ. Ioan.trac.15.

Puteus profundus & obſcurus, ſuper quem ſedebat Chriſtus. Ioan.4.b. profunditatem humanæ miſeriæ, quam Chriſtus aſſumpſit ſignificare poteſt.

Profunditas humanæ miſeriæ.

Ori.ſ.Nu.ho.12. Hier.ſ.pſ.54. Aug.ſ.pſ.68. Gre.18 mo.27. Rup.5.ſ.Apoc.

Putei bituminis hæreſes ſignificare poſſunt: & etiam infernum. Gene.14.b. Dicitur etiam infernus puteus interitus. pſalm. 54. 1. Mach. 7. c. Et putei Seon dici poſſunt hæreſes, & artes magicę. Num.21.e. Poteſt etiam puteus ſignificare diabolum: & hæreticum. Eſt etiam puteus profundum iniquitatis. Et puteus abyſsi. pſalm. 68. Apoc. 9. a. 20.c. Item obſtinatio. Prouerb.23.c. Puteus etiam abyſsi dicitur mendacium obſcurum & ſine fundo: cuius clauem dicitur habere diabolus.

Hæreſes. Infernus. Artes magicæ. Diabolus. Hęretic⁹. p̄fundũ iniquitatis. Obſtinatio. Mendacium.

## *Putiphar.*

Philo.2. allego. Beda.ſ.gen.39.

PVtiphar eunuchus, cui venditus eſt Ioſeph, cuius vxor fecit ipſum Ioſeph mitti in carcerẽ: Deſignat mentem ſub ſimplicibus & ſuperfluis voluptatibus ſeruientem. Gen.39.a. Vt autẽ erat eunuchus, & emit Ioſeph deſignat caſtos ſuſcipientes Chriſtum.

Mens ſeruiens voluptatibus. Caſtus ſuſcipiens Chriſtum.

## *Putidus, Putor, uide Fætere.*

## *Putreſcere, Putredo, Computreſcere.*

## *Putrefieri, Imputribile.*

PVtreſcere eſt putridum fieri. Putridum autem eſt corruptum & reſolutum: vt ſtercus.

Hiero.ſ.Iſa.10. Ori.ſ.pſ.37.ho.1.& ſ.cant.ho.1. Gre.9.mo.40.&.7. regiſt.epiſ.53.&.ſ.pſ 37.

Computreſcere dicitur iugum à facie olei, quando peccata delentur per miſericordiam Dei. Iſa.10.f. Putreſcunt etiam cicatrices peccatorum, quãdo peccator ad ſe reuertitur. pſal.37. Vel cicatrices putreſcere eſt ſanata iam peccatorum vulnera rurſus in tentationem ſerpere: atq; ex eorum ſuggeſtionibus poſt ſuperinductam cutem pœnitẽtię fætorẽ culpę doloreq; ſentire.

Deleri peccata. Relabi in peccatum.

Hiero.ſ.Hoſe.5.

Quaſi putredo dicitur fuiſſe Deus domui Iuda. Hoſe.5.d. Quia vt lignum putreſcens non ſtatim conſumitur: ſed diu durat, donec conſumatur: ita Deus nõ ſtatim perdit peccatores: ſed expectat ad pœnitentiam.

Non cito puniens Deus.

Gre.13.mo.21.& 17 mor.9.

Putredo dicitur pater hominis: quia omnis homo ab origine iam vitiata deſcendit. Iob. 17. d. Dicitur autem primus homo putredo, & non vermis : quia ipſe licet ſit corruptus: non tamen eſt natus ex corruptione.

Aug.ſ.pſ.45. Gre.ſ.1 Reg.5. &.8. mor.11.& ho.10.

Putredo ligni exterior quidem tribulationes ſignificare poteſt: interior vero corruptionem peccati, quę corã Deo fætida eſt: vnde dicitur cadauer putridum. Iſa.14.e. Ioel.2.e. Et putredo caſtrorum

Tribulationes. Corruptio peccati.



Hie.ſ.Iſai.14.&.ſ.Amos.4.&.ſ.Ioel.1.

caſtrorum eſt corruptio & fœtor peccatorum. Amos.4.d. Computreſcunt ex tales quum peccati meatus ab effuſione conſueti fætoris penitus interit, intus permanente corruptione. 1.reg. 5.c. Ad hæc referuntur putrefactio aquarum, & fluuij, & terræ, propter ranas. Exodi.7.d.8.d. Computruerunt iumẽta in ſtercore ſuo, hoc eſt, quorum Deus venter eſt in voluptatibus ſuis. Ioel.1.d. Caro Iob induitur putredine, quum multi ſunt ĩ eccleſia, qui victi deſiderijs turpibus, ad corruptionis putredinem defluunt. Iob.7.a.41.c. Sic dicuntur putruiſſe cicatrices. pſ.37. Putredo in oſsibus mulieris prauæ, eſt corruptio in virtutibus hæreticorum. Pro.12.a.

Beda.ſ.pro.12.

Iſrael. Corruptus per peccatum.

Putrefactum lumbare eſt Iſrael infectus vitijs & erroribus: vel is qui prius erat iuſtus, & poſtea corruptus eſt per peccatum. Iere.13.a. Et quaſi putredo conſumitur homo, dum carnis ſuæ corruptione conteritur. Iob.13.d.25.d. Vbi primus homo dicitur putredo, & filius eius vermis: quia ex putredine naſcitur vermis.

Hie.ſ.Iere.13. Gre.11.mor.15.& 17 mor.9.

Pœna inferni. Dãnati carẽtes voluptatibus.

Putredo in diabolo eſt pœna inferni. Et computreſcentes piſces ſine aqua ſunt damnati carentes voluptatibus, quas hic habebant. Iſa.50.b. Et computreſcens manna deſignat pœnam nõ hic laborantium: & pœnam auarorum. Exo.16.e. Putredo diaboli erit in inferno: vbi omnibus erit abominabilis. Ioel.2.f.

Glo.int.ſ.Iſa.50. Gre.Nyſſen.de vita Moiſis. Rup.ſ.Ioel.2.

Inuidia.

Putredo oſsium dicitur inuidia. Pro.14.d. quia corrumpit quicquid robuſtum virtutis eſt in homine. Prouer.14.d.

Beda.ſ.pro.14.

Imputribile lignum dicunt hæretici rationes ſuas eſſe, quas perpetuas & inſolubiles reputãt. Iſa.40.e.

Hie.ſ.Iſa.40.

## *Pygargus.*

PYgargus eſt capra quędam ſylueſtris non diſsimilis damæ. Aliquibus videtur aquilarum genus: aliquibus hęrodiorum. Ponitur inter animalia munda. Deut.14.a. Vnde non erit ex genere aquilarum aut herodiorum, quæ inter immunda computantur.

## *Pygmæus.*

PYgmæi Hebraicè Gamadim dicuntur, hoc eſt, nani, ſunt homines cubitales & ſagittarij. Ezechie.27.c.

## *Pyra, Pyramis.*

PYra eſt lignorum congeries igni comburenda. Pyramis autem eſt moles maxima quadrata, ita conſtructa, vt à ſolo lato in acutũ tendat in morem flãmæ: quales erant in Aegypto. Pyra grãdis quã fecit Deus, typus eſt ignis iudicij, vel inferni, qui parat⁹ eſt malis. Eze.24.c.

Ignis inferni.

## *Pyrata.*

Dæmones.

PYrata eſt latro marinus: non tamen inuenitur in ſacra ſcriptura. Sed ſolent pyratæ dici dæmones, qui in mari huius ſeculi fideles infeſtant.

Amb.ſer.42. Hie.ſ.Iob.16.

## *Python.*

PYthon eſt genus ſerpentis. Et pythõ ſpiritus eſt diabolus, qui dabat reſponſa per fœminas, aut viros, qui dicebantur pythonem ſpiritum habere.

Seductores ſimplicium.

Pythones ſunt, qui non Chriſto ſeruiunt, ſed ſuo ventri; & per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium. Leui.20.d. Roma.16.c.

Iſy.ſ.Leui.20.

Vox Iudæorum & hæreticorum.

Quaſi pythonis vox erat vox Iudæorum, & hęreticorum: quia fallax & deceptoria. Iſa.29.a. Reprehenduntur autem, qui nõ auditi à Deo ad pythones cõfugiunt, ſicut Saul. 1.reg.28.a.

Hie.ſ.Iſa.29.&ſ.Ieremi.11.

# Quadrans.

QVADRANS eſt monetę genus, quarta videlicet pars aſsis. Et quadrantaria permutatio eſt velut quædam compenſatio, quum aliud redditur, aliud ſignificatur ſolutũ. In balneis olim lauandi ſoluebant quadrantem.

Amb.ſ.Luc.12.

Quadrans nouiſsimus ſoluendus, eſt compenſatio peccati p charitatẽ. Vel peccata terrena etiam perpetuo ſoluenda. Matt. 5.d. Marc.12.d.

Augu.1.ſer. domini in monte.

## *Quadrare, Quadrum, Quadrangulum, Quadratum.*

QVadrare eſt in quadrum aliquid redigere. Quadrum autẽ ſeu quadratum eſt, quod quatuor æqualibus lineis conſtat, ad rectos angulos terminatis. Quadrata autem figura eſt ſtabilis, nec facile mobilis.

Augu.15.ciuit. Dei. 16.&.ſ.pſ.86. Beda.ſ.gene.5. — Sancti.

Quadrata ligna dici poſſunt ſancti vndiquaq; ſtabiles, ex quibus conſtituitur arca diluuij, hoc eſt, eccleſia. Gene.6.c. Iidem ſunt quadrati lapides, ex quibus conſtruitur altare. Eze.40.f. Et templum Salomonis.3.reg.5.d.

Geor.ven.can.3.tō.8.modu.3.cōcē.3. Gre.ſ.Eze.ho.22. Rup.11.ſ.Apo. Gre Nyſſen.de vita Moſis. — Perfectio ſanctorū.

Quadrum altare perfectionem ſanctorum ſignificat: & etiam quadrangulum rationale. Et quadrum atrium centum cubitorum ſunt perfecti in virtutibus. Exo.27.a.28.c.30.a.39.b. Hieruſalem quoq; cœleſtis in quadrum ædificatur. Apo.21.c. vt reſpondeat nomini quadrilatero: & quia in illam non ingrediunt, niſi perfecti, ſeu ab omni vitio purgati. Item vt deſignetur ſumma pax & concordia. Quadrangulum autem rationale ſtabilitatem virtutis indicat. Nam quadrata figura non facile de loco mouetur.

Euangelia. Virtutes.

Quadrangulati poſtes in oſtio templi deſignant quatuor euangelia, & virtutes: per quæ ingredimur in eccleſiam.3.reg.6.d.

Firmitas fidei.

Quadrangulum limen templi. Eze.41.c. firmitatem fidei deſignat, per quam etiam ingredimur in eccleſiam.

Glo.ord.ſ.thre.3. Virgil.6.Aeneid. — Tribulationes. Quatuor affectus animi.

Quadri lapides, quibus cōcludit Deus vias animæ. thre.3.b. validas tribulationes ſignificāt: & antiqui hoſtis perſequutiones: & quatuor affectus animi, quibus nos impugnat diabolus: de quibus Virgil. Hinc metuunt, cupiunt, gaudentq; dolentq;.

Lyra.ſ.Iſa.9. — Rationes & doctores hæreticorum.

Quadros lapides vocant hæretici ſuas rationes, quas fortes eſſe putant: & etiam ſuos grauiores doctores. Iſai.9.b. Amos.5.c.

## *Quadriga, uide Currus.*

## *Quadrupes.*

Qvadrupes eſt animal quatuor habens pedes.

Amb.2. de ſpiritus ſancto.11. Hie.ſ.Iſa.30. — Homines terreni. Dæmones. Iudæi. Peccatores.

Quadrupedia dici poſſunt homines terrenis rebus, varijſq; cōcupiſcentijs dediti. Acto.10.b. Et quadrupedes in deſerto, ſunt dæmones, Iudæi, & peccatores in hoc mundo ſine Deo. Iſa.30.b. Iuxta ſeptuaginta.

## *Quadruplum.*

Amb.apol.Dauid.5 — Dotes corporis.

Qvadruplum eſt quater tantum. Quadruplum autem redditur pro oue, quando corpus ex quatuor elementis conſtans ſuſcitatur cum quatuor dotibus.2.reg.12.b.

## *Quærere, Inueſtigare, Requirere, Inquirere, Perquirere.*

Qværere eſt quæ ſit res aliqua inueſtigare: aut alio modo rem ipſam abſentem aut ignotā exquirere. Inueſtigare aūt eſt quaſi per veſtigia quærere. Interdū quærere eſt acquirere. pſ.118. *Mādata tua quæſiui.* Conari.1.reg.19.a. Quærit pater meus Saul occidere te. Cupere. Exo.2.c. Quærebat occidere Moyſen. Imitari. pſ.68. Quærite dominum, & viuet anima veſtra. Interrogare. Deut.18.d. Quærat à mortuis veritatē. Prætendere.2.reg.20.f. Tu quæris ſubuertere ciuitatem. Requirere. gen.37.c. Interrogauit quid quæreret. Studere. Eccl'i.7.a. Noli quærere fieri iudex. Requirere autem præter hoc quod eſt diligenter quærere, eſt etiam deſiderare.1.Regū.20.d. Requiretur ſeſsio tua. Exigere. Gene.9.a. Sanguinem animarum veſtrarum requiram. Vlciſci.2.Par.24.f. Videat dominus & requirat.

Aduentus Chriſti. Diſcutere eligendū.

Quærens Deus virum iuxta cor ſuum.1.reg.13.c. Aduentum Chriſti deſignat. Oſtendit etiā bene diſcutiendum eſſe eum, qui in prelatum eligendus eſt.

Hila.ſ.pſ.138.

Inueſtigauit Deus ſemitam & funiculum Chriſti, ſecundum quòd per prophetas prædixit, quæ futura erant de Chriſto. pſ.138.

Cognoſcens Deus omnia ſecreta.

Inueſtigat lucerna domini omnia ſecreta ventris: quia occulta mentis penetrat: vt ea quę in ſeipſa & deſeipſa latebant animam, ante eius oculos flendo reducat. Pro.20.d.

Gre.4.mor.17.&.8.mora.23. Arno.ſ.pſ.9. Hie.ſ.Eze.34. Gre.ſ.Eze.ho.11. — Vindicta Dei. Iudicium Dei.

Exquiri ſanguinem Ioſeph, eſt mortem Chriſti vindicari. Gene.42.d. Requirere autem dicitur Deus ea, quæ iudicando diſcutit: non requirere vero, quæ ignoſcendo in ſuo iam iudicio impunita derelinquit. Iob.3.a. Et quærit mane eum, quem examinat in iudicio. Iob.7.d.10.b.31.b. Requirit etiam Deus ſanguinem animarum de manu omnium beſtiarum, quum vindicat martyres. Gene.9.a. pſ.9. Et requirit ſanguinem peccatoris de manu ſpeculatoris non annunciantis malum, quando caſtigat prelatum, cuius negligentia perit populus. Eze.3.c. Et requirit gregem de manu paſtorum, quum exigit ab eis gregem, quem ſcandalizando perdiderunt: vt ſuſpendatur eorum collo aſinaria mola. Eze.34.c.

Glo.ord.ſ.Iſa.63. — Solitudo Chriſti in paſsione.

Quæſiſſe dicitur Chriſtus auxiliatorem: vt oſtendatur in paſsione relictus fuiſſe ſolus. Iſaię.63.b. Ita dicebat ipſe. pſ.141. Non eſt qui requirat animam meam.

Gre.ſ.1.reg.9. Aug de paſto.7. Cyril.7.ſ.Ioan.5. — Chrſ quærens peccatores.

Quærens Saul aſinas eſt Chriſtus, qui venit quærere oues perditas.1.reg.9.a. pſ.118. deſignat etiam prædicatorem quærentem animas peccatrices, quas ad Chriſtum conuertat. Vnde reprehenduntur mali paſtores non quęrentes oues errantes. Eze.34.a. Zach.11.d. quia paſtores, qui proprias expetunt delicias, aut commoditates, dominici gregis damna non curant: neq; aliquo afficiuntur zelo, aut deſiderio ad ſalutem animarum ſuorum ſubditorum. Nec quærunt quod

perierat



perierat quando deſperatione auerſos à Deo, non reſtituunt ad ſpem ſalutis, promittendo ex Dei miſericordia veniā. Quæſita aūt ciuitas eſt eccleſia, quam quæſiuit Chriſtus vt ouem perditam. Iſa.62.d. Qui venit quærere & ſaluum facere quod perierat. Luc.19.b.

Quærens Chriſtus opera. — Amb.ſ.Luc.13.& de viduis. Gre.ho.31.

Quærens Chriſtus fructum in ficu, non contentus folijs. Luc.13.b. Eſt quærens opera in ſynagoga, non cōtentus ceremonijs & traditionibus. Aut certè quęrit opera in genere humano.

Chriſtus iuſtè iudicans. — Glo.int.ſ.Iſa.16.

Quæret Chriſtus iudicium: quia iuſtè iudicabit. Iſa.16.d. Quod ad vltimum iudicium referri poteſt, quum dicet malis: Ite maledicti.

Hie.ſ.Iſa.1.

Non quærere dicitur Deus ſacrificium à Iudæis, oſtendens ideò ſe ſacrificia illa offerri iuſſiſſe, ne idolis offerrentur: atq; ita docet legem ſpiritualiter intelligendam. Iſa.1.d.

Hie.ſ.Iere.30.

Requirens, quem non habebat Sion propter peccata ſua, eſt Deus vel Chriſtus. Ierem.30.c. Non quærentes etiam Sion erant ſacerdotes eius, vel principes, qui non curabant ſalutem animarum: Vel etiam angeli relinquentes obſtinatos.

Quærere Deum. Pœnitētia ī hac vita — Hier.ſ.Iſai 21.26.55 & ad Lætan. Ori.ſ.Luc.ho.18. Amb.d virgi.3.& d Iſaac.5.&.ſ.pſ.118. Hila.ſ.pſ.52. Aug.1.pſ.76. Gre.6.regiſ. epiſ.36

Quęrere abſolutè eſt quærere Deum & diuina: qua ratione dicitur. Mat.7.a. Qui quærit inuenit. Puniuntur autem qui non requiſierunt dominum. Iſā.21.c.31.a. Quærunt in anguſtia dominum: qui in proſperitate ipſum quærere nolebant. Iſā.26.c. pſ.17.119. Quærere autem dominum dum inueniri poteſt, eſt agere pœnitentiam in hac vita. Iſa.55.b.65.b. Quærunt Ieſum dolentes, qui ſolicitè laborant & pœnitentiam agunt. Non eſt autem quærēdus in foro & plateis: ſed in templo, vt inueniatur. Luc.2.f. canti.5.b. Quærebat ipſum ſponſa in lectulo, hoc eſt, inquiete. cant.3.a. Hoc etiam eſt quęrere quę ſurſum ſunt. Coloſ.3.a. Exquirit Deum in toto corde, qui non facit opus Dei negligenter: ne repellatur à Deo. Et exquirit viam iuſtificationum Dei, qui legem inueſtigat, aut Chriſtum, qui finis eſt legis. pſ.118. Requirēs Deum eſt, qui per creaturas venit in notitiam & amorem creatoris. pſ.52. Quærimus etiam ipſum legēdo: & quærit Deum manibus, qui bene operatur. Hoſe.5.b.

Hiero.ſ.Iſa.58.&.ſ.Hoſe.3. Rup.ſ.Hoſe.5.

Quærebāt Iudæi dominum de die in diem: quum faciebant quotidie legis iuſtitias: & corde ipſum non colebant. Iſa.58.a. Quærent autem melius dominū in fine ſeculi, quādo reliquiæ conuertentur. Hoſe.3.b. Dicuntur autem quærere dominum in gregibus & armentis, quum offerunt ſacrificia de gregibus non grata Deo. Hoſe.5.b.

Non expectare prę mium. — Glo.int.ſ.Iſa.45.

Quærerent fruſtra dominum, qui præmium æternum non expectarent. Iſa.45.d. Non dixi ſemini Iacob, fruſtra quærite me.

Scrutari ſcripturas. — Glo.ordi.ſ.Gen.24. Ori.ſ.Mat.cap.13. Hila.ſ.Mat.cāp.13.

Quærens Rebecca à ſeruo Abrahę de Iſaac veniente, quis eſſet: deſignat ſcrutādas eſſe ſcripturas, vbi de Chriſto inſtruimur. Gene.24.g. Eſt etiam eccleſia, quæ per prophetarum & apoſtolorum dicta, quid de Chriſto credere debeat, intelligit. Quęrere etiam pretioſas margaritas, eſt in lege veteri myſteria inueſtigare: & doctrinæ ſacræ ſimul cum operibus vacare. Mat.13.f.

Glo.ordi.ſ. Mala 2.

Requirunt legem ex ore ſacerdotis ſubditi. *Mala.2.b. quia ad ipſum ſpectat docere legem.* Quærens autem populus ſententiam Dei deſignat habentes curam & ſolicitudinem ac cupiditatem ſalutis ſuæ. Exo.18.c.

Quærere Chriſtum in tribulatione. — Gre.22.mor.11.&.ſ.canti.5. Ber.ſ.canti.ſer.75.

Quærit ſponſa dilectum in lectulo per noctem. Canti.3.a. quum intra ſecreta cordis cubilia in tribulatione ſpiritus ipſum deſiderat. Quærit & non inuenit: quia à *Deo inſpirata mens aſsidua* ſuauitate illa intima perfrui concupiſcit: ſed corruptio prohibet. Canti.5.b. Quæſiuit autem paululum inter errantes: & tunc non inuenit.

Rup.ſ.canti.1.

Quærentes Ieſum inter cognatos & notos, ſunt volentes ſeruari ritus ceremoniarum Iudaicarum: vbi tamen non inuenitur. Luc.2.f.

Velle cōprehē.deū. Quærere deū p fidē — Glo.int.ſ.gen.32. Amb.de virgi.3.

Quærens Iacob nomen Dei. Gene.32.d. deſignat volentem comprehendere Deum. Requirentes autem turbæ Chriſtum facta die, deſignant per fidem eſſe quærendum. Ioan.6.c.

Exigens lex pœnitentiam. — Amb.epiſt.3.

Quærens Moſes ab Aaron hircum pro peccato. Leui.10.d. deſignat legem exigentem pœnitentiam à peccatoribus: quam ſacerdotes admittere debent.

Habens iuſtus Chriſtum. — Ori.ſ.pſ.36 ho.4.

Non quærit panem ſemen iuſti. pſ.36. quia habet abundantiam doctrinæ: vel ſemen eſt ipſa doctrina continens in ſe Chriſtum panem vitæ: ideo non opus eſt vt quærat panem: quia iam habet Chriſtum.

Glo ordi.ſ.pſ.121.

Quærere bona Hieruſalem ꝑpter domum domini eſt, vt qui ſunt ciuitas, fiant domus Dei. Vel eſt optare vt eccleſia proficiat ad æternam fœlicitatem. pſ.121.

Tradere ſapiētiam ſenibus. — Hie.ad Nepotianū.

Quærere adoleſcentulam ad calefaciendam Dauid ſenem, eſt tradere ſapientiam ſenibus, in quibus maxime viget.3.Reg.1.a.

Negligere ſapiētiā ſecularem. — Hie.ſ.Iſa.13.41.

Non quærentes Medi aurum nec argentum, ſunt prædicatores de eloquentia & ſapientia ſeculari minime curantes. Iſa.13.d. Quærunt autem aquas egenus & pauper, quum gentiles quærunt veram doctrinam in philoſophis, & mentis quietem, & refrigerium gratiæ, quæ non ſunt in eis. Iſai.41.d.

Fides apoſtolorum rara. — Hie.ſ.Iſa.17. Lyra.ſ.Iſa.38.

Quærentes pauperes ſpicas in valle Raphaim, ſunt apoſtoli credentes inter Iudæos. Iſā.17.d.

Quęſierat Ezechias reſiduum annorum ſuorum, quaſi optans adhuc viuere: vel conſiderans quantum poſſet viuere ſecundum naturam. Iſa.38.b.

Saluari omnes. Prædeſtinatos. — Lyra.ſ.Iere.23.

Nullum quęri ex numero gregis domini eſt oēs prędeſtinatos ſaluos fieri. Iere.23.a.

Quęrūt

Aug.ſ.apo.ho.7. Hie.ſ.Iſa.1.

Quærunt homines mortem, quando quærunt requiem à malis. Apo.9.c.

Quærere iudicium iubetur. Iſai.1.e. quia non eſt omnium iudicare.

Ori.ſ.Iob.3. Gre.4.mo1.9.17.

Non requirit dn̄s deſuper diem natiuitatis Iob, quum non cõuertit Iudam, vt Petrum & cęteros apoſtolos ad pœnitentiam. Iob.3.a. Vel requirit Deus, quę iudicando diſcutit: non requirit vero: quę ignoſcendo in ſuo iam iudicio impunita derelinquit. Hic ergo dies.i. peccati delectatio à domino non requiritur, ſi animaduerſione ſpontanea puniatur. Vel non requirit deſuper diabolum, quum non eum reparat vt hominem: quia non peccauit per carnis infirmitatẽ, nec alio inſtigante.

Hila.ſ.p̄s.60.

Non requirent beati miſericordiam & veritatem Dei. p̄s.60. quia pręſentem habebunt. Vnde dixit Chriſtus: In illa die non rogabitis me quicquam.

Ricar.de.ſ.victo.de ſomnio Nabucho.7 — Negligere ſtudia ſcientiæ.

Quęri Danielem, vt occidatur. Dani.2.b. eſt occaſionem, ſiue excuſationis alicuius opportunitatem captare, quo tutius atq; liberius, & cum ſecuriori conſcientia ſacræ etiam eruditionis ſtudia diſſoluta mens poſsit abijcere.

Examinare peccata

Quærens ſacerdos an capillus leproſi ſit flauus &c. eſt examinans circunſtantias peccatorũ. Leuiti.13.e.

Hie.ſ.Iſa 9.65. Baſi.ſ.p̄s.33. — Fides gentium.

Non quærentes dominum erant gentiles: quem tamen inuenerunt: quia poſtea credentes recte quęſierunt. Iſa.65.a. Inquirentes etiam dominum ſunt ex gentibus venientes ad fidem: quæ prius Deum non cognoſcebant. Sicut ediuerſo Iudæi ſunt non inquirentes. p̄s.33. Iſa.9.b.

Baſi.ſ.p̄s.37. Hila.ſ.p̄s.53. Arno.ſ.p̄s.103. Geor. vene canti.2. tono.3.cap.15. Augu.ſ.p̄s. 100.103. 34.37 39.69.141. Gre.27.mor.19. Arno.& Hie.ſ.p̄s.9. — Rabies diaboli contra Chriſtum & ei membra. Iudæi & hęretici cõtra Chriſtum & fideles.

Quærens Pharao occidere Moſen, deſignat rabiem diaboli in Chriſtum & eius membra. Exo.2.c.4.c. Quærentes animam tam Chriſti q̃; aliorum fidelium ſunt dęmones & Iudęi: ſicut viri Anathoth quęrebant animam Ieremiæ. p̄s.37.53. Iere.4.g.11.d. Et quęrunt à Deo eſcam catuli leonum, quum dęmones aut hæretici peruertunt animas. p̄s.103. Dicuntur autem catuli leonum quærere à Deo eſcam: quia nihil ſibi poſſunt aſſumere, niſi quantum Deus permittit. Quęrunt etiam mala Chriſto, qui crimina quærebãt, vt eum morti traderent. p̄s.37. Quęrunt autem animam mali & dæmones, vt perdant. p̄s.34.39.69. Quærunt etiam animam bene boni, qui ſaluam cupiunt. p̄s.141. Quærebatur autem peccatum Chriſti, & non inueniebatur à diabolo & ſcribis & phariſæis. p̄s.9. Vel quæritur peccatum impij, & non inuenitur ad emendationem, cuius non eſt dignus.

Ori.ſ.nu.ho.17. — Ceſſatio victimarũ.

Non quærens Balaam amplius auguria. Num.24.a. deſignat Iſraelem de victimis carnalibus amplius non curantem.

Ori.ſ.p̄s.36.ho.5. Hier.ſ. Eze.39.&.ſ. Abdiam. — Conuincere hæreticos.

Quærere impium eſt diſputare cum hæretico, vt impietatis conuincatur. p̄s.36. Sic requirũt eos, qui remanſerint de Gog, qui in totum conantur tollere hæreticos. Eze.39.d. Et inueſtigãt abſcondita Eſau: quum doctores fideles hæreticorum aſtutias detegunt. Abdi.b.

Ori.ſ.Iſa.ho.7.

Quærere de viuentibus mortuos, eſt interrogare dæmones de rebus viuentium. Iſa.8.d.

Hila.ſ. Mat.cano.12

Quærebat requiem ſpiritus immundus, dum volebat perpetuo manere in gentilitate. Matthæi.12.d.

Hie ſ.Iſa.40.

Quærens artifex quomodo ſtatuat ſimulacrum, eſt hæreticus, qui conatur ſua firmare dogmata. Iſa.40.c.

Glo.int.ſ.Iſa.41.

Quæri dicuntur mali, & non inueniri, quando mittuntur in infernum. p̄s.36. Iſa.41.c.

Hie.ſ.Iere 29. Baſi.ſ.p̄s.33. — Quærere quietẽ mũdi aut Chriſtum.

Quærunt pacem ciuitatis, qui mundi quietem in omnibus procurãt. Iere.29.b. Inquirit etiã pacem, qui quærit Chriſtum. p̄s.33.

Gre.12.moral.20.& 23.mor.26. — Quærere voluptates.

Quærere dicitur populus panem, aut cibum, quando quærit voluptates. Threnor.1.d.g. Iob.15.c.

Hier.ſ.Hoſe.2.&.ſ. Nahum.3. — Conuerti ad dæmones aut hæreticos.

Quærit meretrix amatores ſuos, quum anima conuertitur ad dæmones aut hæreticos. Hoſ.2.b. Et quærit auxilium ab inimico: qui ad diabolum, aut hæreticos conuertit̃. Nahum.3.c.

Hier.ſ. Hoſe.5. &.ſ. Amos.5. — Pœnitentia ficta.

Quærunt dominum in gregibus & armentis: qui eleemoſynis & alijs operibus putant redimere peccata: in quibus perſeuerant. Hoſe.5.b. Et quærũt Bethel, qui dicunt: Templum domini, templum domini: & qui literam legis ſequuntur. Amos.5.a.

Glo.ordi.ſ Exo.24. — Aduerſitas aut tentatio.

Quæſtionem naſci eſt aliquam aduerſitatem, aut tentationem animum pulſare. Exo.24.d.

Lyra.ſ.gene.43. — Humilitas ante confeſsionem.

Requirere puerum de manu Iudæ, eſt exigere humilitatem ante confeſsionem. Gen.43.b.

Gre.ſ.1.reg.14. — Cura p̄la.eſ er.mai.

Requirens Saul quis abierit de exercitu, deſignat prælatum curam habentem non ſolum infirmorum, ſed etiam prædicatorum. 1.reg.14.c.

Philo.2.allego. — Neceſſaria corpori.

Requiſita naturæ dici poſſunt omnia, quæ neceſſaria ſunt corpori. Exo.23.c.

Hie.ſ.Iob.39.

Perquirit onager virentia quæq;, quum Iudæi quærũt, quæ ad delicias carnis & ſabbata delicata pertinent. Iob.39.b.

Aug.epiſt.105. Hie.ſ.Iſa.40.

Imperueſtigabilis via domini eſt miſericordia & veritas: quia cuius vult, miſeretur: & quem vult indurat. Rom.11.d. Non eſt etiam inueſtigatio ſapientiæ Dei. Iſa.40.g.

## *Quæſtus, uide Lucrum.*

## *Qualis, Qualitas.*

Qualis



QVALIS dicitur, qui aliqua qualitate eſt affectus: vt calidus aut frigidus: vix habet vnde allegoriam recipiat.

Diuerſitas donorũ Dei. — Glo.int.ſ.1. par.28.

Pro qualitate menſuræ leunculorum dedit Dauid pondus auri vel argenti. 1.Par.28.d. vbi diuerſitas donorum Dei deſignari poteſt.

## *Quantus.*

QVANTUS dicitur aliquis ſecundum quantitatem continuam, ſiue diſcretam. Fere autem ſumitur interrogatiuè: nec in allegorijs videtur habere locum.

## *Quaſſare, Quatere, Conquaſſare.*

QVASSARE eſt commouere, & rumpere veluti frangendo.

Arno.ſ.p̄s.109.

Conquaſſauit Chriſtus capita multorum in terra, hoc eſt, dæmonum, quos dicitur contriuiſſe. p̄s.109.

Gentiles. Iudæi. Peccatores. Infideles. — Tert.aduer.Iudæos Hila.ſ.Matt cão.12. Hiero. Aglaſię &.ſ. Iſa.42.

Quaſſatus calamus ſignificat gentiles fidei integritate carentes. Vel deſignat fidem Iudæorũ periclitantem: vel ipſos Iudæos, qui in Chriſtum impegerunt, & quaſſati ſunt. Vel ſignificat habentes modicam fidem, aut peccatores. Demum conquaſſantur non credentes in Chriſtum: ſuper quos cadit lapis. Iſa.42.a. Matt.12.b. Luc.20.c.

## *Quercus.*

QVERCUS eſt arbor ſylueſtris glandifera, cuius lignum eſt durum & forte: quæ etiam dicitur ilex. Quercu autem coronabantur victores, ob inſigne fortitudinis.

Crux Chriſti. — Amb.prolo. de ſp̄u ſancto. Aug.q.in Iudi.30.

Quercus ſub qua apparuit angelus, crucem Chriſti deſignare poteſt, ſub qua nobis eſt pręſidium. Iudi.6.b. Ioſu.24.f. Quercus etiam fletus, ubi ſepulta eſt Debora, crux eſt Chriſti, ſub qua ſepelitur ſynagoga. Gene.35.b.

Sublimes habit⁹ virtutum. — Cyril. de adorat. in ſpiritu ſancto.

Quercus Mambre, ſeu excelſa iuxta ſeptuaginta, ad quam venit Abraham, deſignat ſublimẽ habitum virtutum: ad quem venire debent, qui in hac vita peregrinantur. Gene.13.d.

Bona conuerſatio. Sancti. — Gre.ſ.1.reg.10. Chryſ.ſ. Ioã.ho.45.

Quercus Thabor ſignificare poteſt ſecretam & fortẽ conuerſationem in deſpiciendis terrenis: per quam internæ claritatis lumen acquiritur. 1.reg.10.a. ſignificant etiam ipſos ſanctos fortes & fructificantes.

Principes libidinũ. Fortes ad malum. Principes Iudæorũ. — Hier.ſ.Iſa.2.et.ſ.Eze.6.27. &.ſ. Am.3.

Quercus Baſan, hoc eſt, ignominiæ, quæ non producunt fructum, niſi porcis congruentẽ, deſignare poſſunt principes libidinum. Iſa.2.c. Eze.6.d. Ex his dolantur remi, cum conuertuntur. Eze.27.a. Deſignant etiam fortes ad malum, vt dæmones. Amos.2.c. Poſſunt itidem ſignificare principes Iudæorum. Zach.11.a.

Hie.ſ.Iere.2.

Quercus ſignificat loca amœna, idololatriæ & erroribus apta. Ierem.2.g. Hoſe.4.c. vnde & ex quercu fit idolum. Iſa.44.b.

## *Queri, Querimonia, Conqueri.*

QVERITUR aliquis de aliquo, quum quaſi lamẽtando ipſum accuſat, ſeu incuſat: qui actus querela, aut querimonia dicitur.

Importunitas ſẽſualitatis & ſynagogæ — Rup.1.ſ.Iudi.15.

Querela ſponſæ Samſon, vt reuelaret ei ſecretum, importunitatem ſenſualitatis aduerſus rationẽ deſignat. Iudi.14.d. Vel deſignat ſynagogam, quę dicebat Chriſto: Si tu es Chriſtus: dic nobis palam.

## *Quieſcere, Quies, Requies, Tranquillus, Tranquillitas.*

QVIESCERE interdum ſignificat non moueri: nonnunq̃; ceſſare ab opere ſeu motu: interdũ dormire. Idem eſt requieſcere. Item tuto habitare. deut.12.b. Vt requieſcatis à cunctis hoſtibus. Iacere. Gene.8.a. Requieuit arca menſe ſeptimo. Quieſcere in ſepulchro. p̄s.4. In pace in idipſum dormiam & requieſcã. Quiete frui. Gen.18.a. Requieſcite ſub arbore. Requies aliquando ocium. Apo.4.c. Requiem non habebant die ac nocte.

Faciens Deus quieſcere. — Amb.6 Exae.6. Aug. Epiſt.119. & 1. de.gene.cont. Manic. &.11.ciuit.Dei.8. Cle.Alex.6. ſtrom. Beda.ſ.gene.2. Aug.de.gen.ad lit.4. 11.17. Beda.ſ.gene.2. Philo.1.allego.

Requies Dei die ſeptimo, fuit ceſſatio à noua productione creaturarum: vel complacentia de productis: quæ quies fuit poſt productum hominem. Gen.1.d. Vel dicitur quieſcere: quia alios quieſcere facit. Quum enim operamur, ipſe operatur in nobis: & quum quieſcimus, quieſcit in nobis. Vel requies Dei ſignificat requiem eorum, qui requieſcũt in Deo: ſicut lætitia domus lætitiam ſignificat eorum qui lætantur in domo, etiam ſi non eos domus ipſa, ſed alia res lætos faciat. Exo.20.b.23.b.35.a. Quieuiſſe etiam Deum eſt ordinaſſe, vt ſeruaretur citra vllam tranſgreſsionem, in omne tempus ordo eorum, quæ facta ſunt: & feciſſe, vt vnaquęq; creatura ceſſaret à veteri confuſione. Et requieuit poſt opera: quia non eis ad ſuam beatitudinem indigebat: ſed eodẽ modo fuit beatus, ſicut antea. Dicitur Deus, quieſcere fecit, & non, quieuit. Quieſcunt enim quæ videntur operari, ipſa non agentia. At factor ille non quieſcit.

Mors Chriſti. — Beda.ſ.gen.c.49. Aug.ſ.Ioan.trac.37. Hie.p̄s.15.

Requieſcens etiam Deus die ſeptimo requiem Chriſti ſignificauit in ſepulchro. Requieuit autẽ vt leo rex pacificus & conſtans: quia mortuus eſt quando voluit, & ſurrexit. gen.49.b. p̄s.4.131. Et vt catulus leonis: quia inde mortuus eſt, vnde natus eſt. Fertur catulus leonis natus tribus diebus ac noctibus dormire: tertio autem die fremitu leonis excitari. Requieuit in ſpe caro

Chriſti

Chriſti:quia in ſepulchro ſperabat reſurrectionem. Vel quia eccleſia ſperat etiam reſurrectionem,vt caro Chriſti.ps.15.

*Hie.ſ. Iſa.1.18.25.& ſ.Zach.9. — Glo.int.ſ.Iſa.51.* — *Deus in eccleſia.*

Quieſcit Deus in loco ſuo,hoc eſt,in eccleſia.Iſa.18.b. Et requieſcit in mōte Sion,hoc eſt, in beatis.Iſa.25.d.Requies autem eius dicitur eſſe reficere laſſum.Iſa.28.c.Quieſcit autem iuſtitia in Hieruſalem,hoc eſt,Deus in eccleſia,vel in anima.Iſa.1.f.Requies autē Dei dicitur Damaſcus:quia quieuit in gentibus ad fidem venientibus. Zacha.9.a.Requieſcit etiam iudicium Dei in lucem populorum: quia opus redemptionis efficaciam habuit in gentibus.Iſai.51.b.Et dicitur requieuiſſe in gentibus.ps.54.

*Hier.ſ. Eze.16. &.ſ. Iere.30. — Glo.ord.ſ.Exo.8.* — *Complens Deus caſtigationem. — Patientia Dei.*

Requieſcere etiam dicitur Deus,quum compleuit caſtigationem,vt ſolet iratus expleta vindicta.Et requieſcit eius indignatio,quum quis caſtigatus conuertitur.Requieſcere quoq; dicitur indignatio Dei,& quieſcit ipſe Deus,quando punit aliquem non ad pœnitentiam eius,ſed relinquendo vt deſperatum.Eze.16.e.22.c. Conqueſcit furor Dei in capite impiorum : quum eorum punitio in inferno perdurat.Iere.30.d. Requies Aegypti eſt ceſſatio diuinæ caſtigationis:& patientia Dei:quam mali requiem iudicant.Exo.8.b.Iſa.14.g.Iob.16.b.30.d.

*Hie.ſ Zach.6. Rup.ſ.Zac.6.* — *Prædicatio apoſtolorum.*

Requieſcere fecerunt ſpiritum Dei in terra aquilonis equi albi. Zach.6.b. quando Macedones impleuerunt voluntatem Dei vincendo Perſas.Deſignant aūt apoſtolos conuertentes mūdum ſua prędicatione:quod fuit gratum Deo: cuius ira ceſſauit cōtra conuerſos & pœnitētes.

*Orig.ſ.nu.ho.5.&.ſ. Iere.ho.3. Hie.ſ.Iſa.11. Geor.venet.cant.2. tono.3.cap.6.* — *Operans Deus. Permanens ſpiritus ſanctus in Chriſto.*

Requieſcens ſpiritus Dei in ſeptuaginta viris,fuit operans in eis opera ſua : permanſit autem in ſolo Chriſto. nu.11.f. Si autem requieſcere ſit etiam permanere:requieuit ſpiritus ſapiētię & intellectus &c.ſuper ſolum Chriſtum:in alios vero venit quidem,ſed non in ipſis quieuit:quia omnes alij fuerunt in peccato.Iſa.11.a.

*Ori.ſ.cant.ho.3. Baſi.ſ.ps.14.114. Hier.ſ.Iſa.14.38.57.65. Gre.4.mor.40.&.5.mor.7.&.12.mora.2.&.26.mor.32.* — *Requies vitæ æternæ.*

Requies ſabbati eſt ceſſatio operum poſt hanc vitam.Exo.16.e.31.d. Requies etiam abſolutè eſt requies æternę fœlicitatis,quæ & requies bona dicitur.Gen.49.c.Hanc non dat diabolus,ſed Deus.Exo.5.a.33.c.Hęc requies dicitur eſſe in atrijs ſapientiæ.ps.114.131. Iſaię.38.b.Requieſcere in monte ſancto Dei,eſt in Sion cœleſti gaudere.ps.14.Et requies in paſcuis eſt in vita æterna.Eze.34.d.Et requies opulenta,quam dat dominus,eſt in beatis.Iſa.32.d.58.c Requieſcit autem pax in cubili ſuo,quum ſancti quieſcunt in fœlicitate.Iſa.57.a.Requieſcet ſub ficu qui dulcedine & tranquillitate fœlicitatis perfruetur. Michæ.4.b.Ibi requieſcunt feſſi robore: vbi eſt requies menſæ plenæ pinguedine. Iob.3.d.11.d.14.b.30.c.36.c.Requieſcunt etiam boni ſuper humum ſuam,hoc eſt,in gloria,aut in corpore glorioſo.Iſa.14.a.

*Amb.ſ.Luc.13. Gre.4.mor.39.* — *Quies in Chriſto.*

Requieſcentes volucres in ramis ſinapis ſunt ſancti in Chriſto. Luc.13.d. In eo requieſcunt feſſi robore.Iob.3.c.

*Beda.ſ.gen.8. Hie.ſ.Iſa.13.* — *Non requies in hoc mundo.*

Non inueniens columba vbi requieſceret pes eius. Gen.8.b. Deſignat non habere requiem ſanctos in hoc mundo.Et non requieſcentes paſtores in Babylone ſunt angeli,vel prædicatores in hoc mundo pro inferiorum ſalute laborantes.Iſa.13.g.

*Gre.ſ.1.reg.7. &.4.mo.30.&.26.mo.32* — *Vita contemplatiua*

Requies Iacob tranquillitatem contemplationis,ſeu vitæ contemplatiuæ deſignat, quæ dicitur requies bona.Gen.28.b.49.c. Requieſcit Iſrael poſt dominum , quando contemplatiui manent in mentis quiete.1.reg.7.a.Iob.3.b.9.d.36.c.

*Exiſtētes in eccleſia*

Quieſcentes dicuntur,qui ſunt in eccleſia.Eze.38.c. ipſi quieſcūt in terra quam demonſtrat Deus.Gen.26.a. Requieſcunt ſimul catuli vrſorum & boum, hoc eſt, filij diuitum & pauperū in eccleſia.Iſa.11.b.

*Ori.in diuer.ho.6.* — *Perfectio ex tribulationibus.*

Requies arcæ ſuper montes. Gene.8.a.ſignificare poteſt , quòd poſt tribulationes homo in ſublimiori perfectione inuenitur. Tranquillitas etiam eſt quies à tentationibus.Mat.8.c.

*Hie.ſ.iſa.1.14.30.66 Amb.de Cain.7. Orig.ſ.Iudi.ho.7.& ſ.ho.22.* — *Ceſſare à male operando.*

Quietus dicitur,qui ceſſat à male operando. Quieſcere autem poſt perpetratum peccatum, eſt ipſum augere defendēdo.Gene.4.a.ps.35.Iſa.66.a. Eſt aūt prius quieſcere agere peruerſe, deinde diſcere benefacere.Iſai.1.c.Requieſcere etiam terram eſt ceſſare à peccatis,& abſtinere à cibis illicitis &c.Exo.23.b.Leui.25.a.Iudi.5.d.Quieuit etiam terra à bellis tēpore Ioſue,quādo pax Chriſti data eſt in mundo,& in carne,principe huius mundi eiecto.Ioſu.11.d.Iſa.14.d. Iſa.14.d.Quieſcere etiam eſt non ire in Aegyptum ſuperbiæ & aliorum vitiorum.Iſai.30.b.d.

*Hie.ſ.Iſa.2.* — *Cauere iram Chriſti*

Quieſcere ab homine,cuius ſpiritus eſt in naribus eius, eſt cauere, nequid agatur,aut dicatur in Chriſtum:nequis in eius incurrat iram.Iſa.2.d.

*Acceptare opera miſericordiæ.*

Requieſcere ſub arbore eſt accepta habere opera miſericordiæ . Sic quieuerunt angeli ſub arbore Abrahæ.Gen.18.a.

*Amb.de bñe p̄ſa.12* — *Quies Pauli.*

Requieſcens Beniamin inter humeros,eſt Paulus, cuius requies & voluptas erat inter bona opera.deut.33.b.

*Hie.ſ.iſa.57.&.ſ.iere.14. Gre.10.mor.22.&.12 mor.2.* — *Quies bonorum.*

Requies eſt in via regia,quę eſt veritatis & virtutis,ſi cōparetur laboribus viarum erroris & vitiorum.Iſa.57.b.vnde non inuenit anima requiem inter vitia & errores.thre.1.a.3.f. Quieſcere ergo eſt bonorum:nam mali non quieſcunt.Iere.14.b.31.a.Iob.11.14.b.17.d.

*Hie.ſ.iſa.62.*

Non quieuerunt prophetæ orando & prędicendo futura,donec venit Chriſtus.Iſa.62.a.

*Hie.ſ.Iſa.65.* — *Vacare ſacris literis*

Requieſcere dicitur ſub ficu,qui ſacræ ſcripturæ fructibus paſcitur.Mich.4.b.

*Amb.de Noe.23.* — *Succeſsio bonorum operum.*

Non requiſcens ſementis & meſsis, ſuccedentia ſibi bona opera ſignificat.Gen.8.d.

Quieſcere



*Ceſſare à terrenis actibus.* — *Gre.5.mor.6.*

Quieſcere dicuntur,qui benè in poteſtate ſunt,quando terrenarum actionum ſtrepitus pro diuino amore intermittendo poſtponunt : ne dum ima indeſinenter occupant cor funditus à ſummis cadat Iob.3.d.

*Somnus.*

Quies interdum pro ſomno accipitur quantum ad literam. Geneſ.41.b. Euigilans Pharao poſt quietem.

*Diabolus in malis.* — *Hila.ſ.Matt.cā.12.*

Requies diaboli dicit̄ eſſe in malis:ī quibus ꝑpetuo quęrit habitare.Mat.12.d.Iſa.13.d.34.d.

*Mitti in infernum.* — *Ori.ſ.Iob.3. Hie.ſ Iſa.14. Rup.2.ſ.apo.*

Requieſcit ſcelus,quum quis non poteſt amplius peccare.Eze.23.d. Requieſcere etiam impios eſt ipſos poſt iudicium in infernum detrudi.Iob.3.c.Iſa.13.c. Et quieſcit tributum,quādo diabolus non poteſt amplius perſequi & tētare bonos.Iſa.14.b.Ita dicitur quieſcere terra,hoc eſt,terreni.ps.75.Et quieſcit Iezabel.Apo.2.f.

*Glo.ord.ſ.Iſa.23.*

Requies à malis non eſt transfretantibus ad Cethim.Iſa.23.c. Quia vbi putant ſe mali quieturos,ibi maiores illis oriuntur perturbationes.

*Diſperſio hæreticorum.* — *Glo.ord.ſ.Hoſe.1.*

Quieuiſſe dicitur regnum domus Iſrael.Hoſe.1.b.Quando ceſſauit eſſe regnum. Et quando conuenticula hæreticorum diſsipantur.

*Conſentire ſpōte in errore.* — *Hie.ſ.Hoſe.7. Rup.4.Hoſe.7.*

Quieuit ciuitas à commixtione fermenti.Hoſe.7.b. quum non coacte,ſed ſponte aliqui cōſenſerunt in errore. Vel dicitur de Hieruſalem, quando dixerunt principes: Non in die feſto: ne forte tumultus fieret in populo.

*Separari ab eccleſia* — *Hie.ſ.Hoſe.8. Rup.ſ.Hoſe.8.*

Quieſcunt ab onere regis hæretici.Hoſe.8.c. quum ſeparant ſe à ſubiectione eccleſiæ . Vel è diuerſo quum redeuntes ad eccleſiam ab hæreſiarchæ imperio liberantur.Item Iudæi diſperſi,& relicti ſine rege:quod ipſi pro onere habebant.

*Glo.ord.ſ.Mich.3.*

Requieſcunt ſuper dominum:qui male agentes putant ſe Dei fauorem habere. Mich.3.d.

*Confidere in auxilio fragili.* — *Rup.ſ.Amos.3.*

Requieſcere dicitur in plaga lectuli, & in grabato Damaſci,qui confidit in auxilio humano & fragili. Amos.3.d.

## *Quis.*

*Hier.ſ.Nahum.3.& ſ.Haba.2.*

QVis interrogando interdum pro raro ſumitur:vt Matt.25.b.Quiſputas eſt fidelis & prudēs diſpenſator?Hoſe.14.d.Quis ſapiens,& intelliget hæc.ps.23.Quis aſcendet in montē domini.Nahum.3.b.Quis gemet ſuper Niniue?Interdum vero pro difficili, aut impoſsibili ponitur:vt Romano.8.g. Quis nos ſeparabit à charitate Dei?Et Haba.2.d.Quid prodeſt ſculptile: quia ſculpſit illud fictor?

## *Quiſquiliæ.*

QVisquiliæ ſunt purgamenta terrarum,& arborum,& ſeminum.

*Doctrina leuis.* — *Hie.ſ.Amos.8.*

Quiſquiliæ frumenti leuiorem doctrinam paruiq; momenti ſignificare poſſunt : quales erant traditiones Phariſæorum. Amos.8.b.

## *Quotidie, Quotidianus.*

QVotidie idem eſt quod ſingulis diebus. Quotidianum vero eſt,quod quotidie fit.

*Aſsiduè orare.* — *Lyra.ſ.Exo.36.*

Quotidie mane offerens populus vota.Exod.36.a.deſignat ſemper orandum,pręcipuè mane ante alia opera.

*Victus. Euchariſtia. Doctrina. Obſeruatio præceptorum.* — *Aug.ſ.2.ſer.domini in monte.*

Quotidianus panis, quem petimus à Deo ſignificare poteſt victum neceſſarium:& euchariſtiam:& doctrinam ad ſalutem neceſſariam:& præterea præceptorū obſeruationē.Mat.6.b.

*Hie.ſ.Eze.30.*

Quotidianæ anguſtiæ dicuntur,quando de omnibus verbis ocioſis ſumus etiam rationem reddituri. Eze.30.d.

# Raab.

*Eccleſia ex gētibus* — *Ori.ſ.Mat.34.16. Cypri.conf.nouati. Hier.ad nepotia.& ſ.ps.86. Arn.& Aug.ſ.ps.86 Rup.ſ.Ioſ.10.*

RAAB ſiue Rahab.i.lata,ſiue dilatata,aūt platea:mulier meretrix,quæ ſuſcepit hoſpitio exploratores Ioſue miſſos in Hiericho:quę cū domo ſua ſaluata eſt in expugnatiōe ciuitatis,ſuſpenſo funiculo coccineo de feneſtra:fuitq; poſtmodum vxor Salmon : cui genuit Booz.Typus eſſe ſolet eccleſiæ ex gentibus:quæ prius erat meretrix & ſordida per infidelitatem.Sed poſtea ſuſceptis prædicatoribus à Chriſto miſsis,in fide dilatata eſt,& manſit in Iſrael vſq; in hodiernum diem : Quia ex gentilitate inſiti ſunt in oleam fidei Iudæorum. Ioſu.2.a.6.c. ps.86.Mat.1.a. Hebræ.11.f.Iaco.2.d.De hac dicitur.Iſa.54.a. Dilata locum tentorij tui.

Raab deſignat etiam publicanos,peccatores,& meretices: qui ſuſceperunt Ioannem Baptiſtam:cui Phariſæi,& ſacerdotes credere noluerunt.

Raama

## Raama.

Hie.ſ.Eze.27.

¶Raama videtur prouintia iuxta Saba. Eze.27.e.

## Rabbath, ſiue Rabba.

Hier.ſ. Eze.25.&.ſ. Amor.1. | Eccleſia hæreticorū, vel ſchiſmaticorum

RAbbath.i.multa ſiue grandis, aut iurgium, ſiue impugnatio: ciuitas metropolis, filiorū Ammon, ſic dicta ob magnitudinem, quæ poſtmodum à Ptolemæo Philadelpho, Philadelphia eſt dicta: quam expugnauit Dauid ob iniuriam nūtijs ſuis illatam.2.reg.12.f. Typus eſt eccleſiæ hæreticorum. Eze.25.a. Vel peculiariter, vt interpretatur multitudo, deſignans chiſmaticos, qui eccleſiam, quæ vna eſt, in multas diuidunt. Amos.1.d.

## Rabbi, Rabboni.

¶Rabbi interpretatur magiſter, & etiam Rabboni: eſt vocabulum Syrum vide magiſter.

## Rabſaces.

Cyril. de adoratione in ſpū ſancto. | Hæretici.

RAbſaces.i.magiſter, vel præpoſitus bibētium, aut magiſtri oſculum, vel ſacculus, ſiue multū bibens, aut oſculans, vel magnus factus: princeps in exercitu Sennacherib, quem ipſe miſit Hieruſalem, vt auerteret populum ab Ezechia, & adduceret in ſeruitutem regis Aſſyriorum. Typus eſt hæreticorum aut ſatellitum diaboli, qui blaſphemant Deum, vt inducant populum ad ſeruiendum diabolo: eiſq; temporalia bona promittunt. 4.reg.18.d.

## Racemus, uide Botrus.

## Racha.

Hie.aduer.pelagi.2.

RAcha interpretatur vacuus aut vanus, & abſq; cerebro: eſt vox, quæ dicitur ab iratis, quaſi inarticulatè prolata. Matt.5.

## Rachel.

RAchel.i.ouis, filia Laban vxor Iacob, ducta poſt Liam ſororem ſuam: quę quia pulchrior, magis dilecta eſt ab Iacob, quàm Lia: cumq; prius eſſet ſterilis, poſtea genuit Ioſeph, & demum Beniamin, in cuius partu mortua eſt. Permiſit vt dormiret Iacob cum Lia, pro mādragoris ab ea acceptis. Eadem abſcondit idola patris ſui. Interpretatur etiam videns principium.

Amb. dē virgi.3.& dē fuga ſeculi, & epi.18. Aug. ſer. 80. Beda.ſ.gen.30. Rup 2 ſ.Mat. Beda.ſ gen.30. | Eccleſia ex gētibus

Rachel typus eſſe ſolet eccleſiæ ex gentibus, quę prius erat ſterilis: ſed veniens ad fidem formoſa facta eſt, & dilecta à Chriſto, à quo ducta eſt poſt ſynagogam. Gene.29.b. Sepulta eſt in via: vt deſignet eccleſiam paratam eſſe ad ſuſcipiendos omnes, qui in hac vita ſunt viatores. Gene.35.c. Rachel plorans filios ſuos, eccleſia ingemiſcens in hac vita vſq; ad reſurrectiónem corporum. Iere.31.c. Mat.2.c.

Rup.7.ſ.gen.27.29. Amb.epiſt.18. Ricar.de.ſ. victo.de 11.pſiar.73.1.4.67. | Synagoga. Ratio. Doctrina veritatis.

Rachel coniungens Balam cum Iacob. Typus eſt ſynagogę Iudæorum, quę ex parte apoſtolorum eccleſiam ex gentibus Chriſto coniunxit. Gen.30.a. Significat etiam eam partem electorum, quæ ex Iudæis eſt, vel certè ipſam ſynagogam, pro qua ſuppoſita eſt Lia, hoc eſt, gentilitas. Vt etiam mortua eſt in partu Beniamin Typus eſt ſynagogæ, quæ mortua eſt in partu Pauli ad fidem venientis. Gen.35.c. deſignat etiam rationem, quæ moritur, cum mens ſupra ſe ipſam rapitur, & omnes humanæ ratiocinationis anguſtias ſupergreditur. Mens enim ad contemplationem rapta, quantus ſit humanæ rationis defectus experitur. Vt etiam generauit Ioſeph, typus eſt eiuſdem rationis, quæ eſt mater diſcretionis. Poteſt etiam ſignificare doctrinā veritatis.

Hie.aduer.Iouinia.1 Gre.ſ.1.reg.10.&.6. moral.28.&.ſ.Ezec. ho.14. Geor.venet.cant.2. ton.7.cap.5.6.&.cāti.3.ton.6.cap 16. Au.22.cō.fauſ.52.53 | Vita cōtemplatiua.

Rachel etiam typus eſt vitæ contemplatiuæ: quæ pulchrior eſt quàm actiua: & debet duci poſterior: eſtq; magis dilecta à Chriſto: paucioreſq; generat filios quam actiua: quia non vacat actioni, ſed quieti. Vt autem permiſit, vt Iacob dormiret cum Lia pro Mandragoris, deſignat tranſitum viri ſapientis ad vitam actiuam, pro bona fama contemplatiuæ. Gen.30.b. Interpretatur autem videns principium, vel videns Deum. Quia contemplatiua non per ęnigmata, neq; per creaturas: ſed ipſummet Deum, & principium, in quo relucent omnia contuetur. Generauit vltimè poſt Liam: quia poſteriores ſunt actus contemplatiuæ, quam actiuæ.

Beda.ſ gen.29. Hie.aduer.Ioui.1. | Vita cœleſtis aut futura.

Vt etiam ducta eſt Rachel poſt Liam, typus eſt vitæ cœleſtis & futuræ: quam terreſtris vita præcedit. Gen.29.e. vnde apoſtolus: Primus homo de terra terreſtris: ſecundus homo de cœlo cœleſtis, & prius quod carnale: deindè quod ſpirituale.

Arno.1. offic. 49.& epiſt.3.4. Philo.de congr.&c. Gre.30.mora.31. Beda.ſ.gen.31. | Sapientia. Fides. Contēptus mundi. Gratia. Aſpiratio fortis. Pugna cū affectib'. Eccleſia. Anima.

Rachel abſcondens idola patris ſui ſignificat ſapientiam, fidem, contemptum huius ſeculi, gratiam: quæ abſcondunt à nobis vanitates, & inſanias falſas. Gen.31.c. Deſignat etiam aſpirationem fortem, & colluctationem cum affectibus, & pugnam cum ſenſibilibus, & exercitationem ad temperantiam. Deſignat præterea eccleſiam vel animam per pœnitentiam abſcondentem auaritiam.

Hila.ſ.Matt.cano.1. | Matres innocētum eccleſia deflens Iudæos.

Rachel plorans filios ſuos. Iere.31.c. Matt.2.c. Sumitur ibi pro loco, vbi ſepulta eſt Rachel, qui eſt Bethlehem, & deſignat matres innocentum eos plorātes, quaſi reſurrecturi non eſſent. Deſignat etiam eccleſiam deplorantē infideles Iudęos. Vel eccleſia mater martyrū deflet, ſicut

Iacob



Rupe.3. de victoria verbi Dei.7.

Iacob plorabat Ioſeph tanquam non eſſet, & tamen erat, ita eccleſia non conſolatur, quia non ſunt, ſed conſolatur, quia ſunt.

## Radere, Erradere.

Mundans Chriſtus peccata. Mundane cogitationes & delectationes | Gre.3.mo.14.12.

RAdere eſt complanare, extirpare, & mundare.

Radens Iob teſta ſaniem deſignat Chriſtum, qui per corporis ſui paſsionē peccatorum noſtrorum ſaniem emundauit. Iob.2.c. Vel teſta ſanies raditur, quum culpa non ſolū ab opere ſed etiam à cogitatione reſecatur. Eſt etiam mortalitatis curſum, fragilitatemq; penſare, & putredinem miſerę delectationis abſtergere.

Occultatio diuinitatis Chriſti | Ori.ſ.Mat.ho.35. Rup.ſ.Iudi.13.

Radere crines Samſon. Iudi.16.c. deſignauit in Chriſto tempore paſsionis, diuinitatis virtutē occultatā & conſopitam fuiſſe. Radunt etiam caput Chriſti, qui negant diuinitatem eius.

Negare diuinitatē Chriſti. Tollere volentes Iudæi nomē Chriſti | Hie.ſ Iere.11.

Eradere volebant Iudæi Chriſtum de terra viuentium: quia nomen eius, & memoriam penitus delere conabantur. Iere.11.d.

Nō confidere in ꝓpris viribus.

Radere dicuntur barbam, qui ſibi de proprijs viribus fiduciam ſubtrahunt. Iere.41.a.

Reſecare ſuperflua ſecularis ſcientiæ. | Gre.1.mo.38. Ori.ſ.Leui.ho.7. Hie.epiſ.ſanato vulneri.&.ſ.Iſa 15.

Radere capillos mulieris captę, & vngulas, eſt reſecare ſuperflua ex doctrina gentiliū. deut.21.b. Et radere barbam virorum Moab, eſt conuincere ſecularem ſcientiam non habere virilitatem, quam oſtentabat. Iſa.15.a.

Amittere mentis ornatum. Conculcari gloriā Chriſti. | Hie.ſ.Eze.7.44. Iſy.ſ.Leui.19.21.

Radere caput, & barbam in malum, eſt mentis ornatū amittere, & Chrī gloriā cōculcare: & virtutes falsò & ficto habitu corrūpere: & ſapientiā amittere. Leu.19.f.21.a. Ier.48.f. Eze.44.f.

Examinare ſcripturas & auferre error. | Iſy.ſ.Leui.14.

Radere domū eſt ſcripturas ſacras diligēter examinare, & intelligere eiecto raſurę puluere, hoc eſt, ineptis, & ſupfluis ſenſib'. Itē nullas impietatis reliqas in autorib' relinquere. Leu.14.e.

Ablati fortes à Iudæa. | Hie.ſ.Iſa.7.

Raſit dominus in nouacula conducta pilos & barbam virorum Iuda: cum per Aſſyrios abſtulit omnem virum fortem à Iuda, & ſoli ęffœminati ſunt relicti. Iſa.7.d.

Conſiderare verba errantis. | Iſy.ſ.Leui.13.

Radere leproſum abſq; loco maculę, eſt conſiderare verba errantis in quibus non ſibi videt errare: vt ſic appareat, an ex malitia hęreſim dixerit. Leui.13.c.

Ori.ſ.Leui.ho.8. Gre.5.mor.23. Iſy.ſ.Leui.14.

Radere omnes pilos eſt reſecare oēs hęreſum circunſtantias: vel tollere cogitationes terrenas, & immundas: & veterē hominem penitus exuere. Leui.14.a. Nu.8.b. Radendū eſt aūt caput, vt rectè credat: & barba, vt meminerit ſe virum: & ſupercilia, vt arrogantiam deponat.

Amouere ignorātiā | Cle Alex.1.pęda.2.

Radere caput, eſt ignorātię comas, q̄ vmbram rationi offundūt, amouere, & abſcindere.

Dolor inferni | Hie.ſ.Eze.37.

Radere caluitium eſt dolere grauiter eo tempore, quo magnitudo doloris omnem excluſerit lętitiā. Eze.27.g.

## Radius.

RAdius eſt ſplendor à ſole micās, aut ab alio luminoſo corpore. Eſt etiam radius virga, qua geometræ lineas indicant. Ponuntur & radij rotarum. 3. reg.7.c.

Acumina ſapientum | Gre.34.mor.7.

Radij ſolis interdū ſignificare poſſunt acumina ſapiētū: & dicūtur eſſe ſub Leuiathā, quādo nonnulli docti ſapientię ſuæ acumina non libere agendo ſubleuāt: ſed ad veſtigia Leuiathā, & peruerſitate operis, & blandimēto adulationis inclinantur: ut intelligētia, q̄ illis ſicut ſol deſuper fuit ex cœleſti munere, antiqui hoſtis pedibus ſubſternatur ex terrena cupiditate. Iob.41.d

Sancti | Hie.ſ.Iob.41.

Vel radij ſolis ſunt ſancti filij lucis, qui in pręuaricatione Adæ peccato illius detinentur obnoxij: dum iam redemptos per Chriſtum capitalibus criminibus ſuos facit: ſibiq; velut captiuos, & ſeruos ſubdit, & ſubiugat.

Angeli lapſi.

Vel ſunt angeli: quos ſecū diabolus traxit, de quibus dicitur. apo. 12.a. Traxit ſecum tertiam partem ſtellarum.

## Radix, Radicare, Eradicare.

RAdix eſt, qua plantæ in terra figuntur, eiq; adherent, & per eā nutrimentū accipiūt. Interdum autē radix eſt firmitas. pro.10.b. Radix iuſtorum proficiet. Infimū. Exo.19.c. Steterūt ad radices montis. Origo & principium. Eccl'i.1.c. Radix ſapientiæ eſt timere Deum. Radix autem arborem ipſam portare dicitur. Rom.11.c. Radicare autem eſt radices mittere. Eradicare vero quandoq; eſt auferre. Iob.21.a. Progenies mea eradicetur. Euellere. Sapi.4.a. A nimietate ventorum eradicabuntur. Prædari. 1. Mach.5.f. Et eradicauit eam.

Chriſtus | Ori.ſ.Rom.11.

Radix aliquando dicitur Chriſtus: in quo omnes fideles fundātur: & à quo nutrimentū vitæ ſuſcipiunt. Rom.11.b. Colo.2.b. Et radix de terra ſitienti, eſt Chriſtus de virgine. Iſa.53.a.

Incarnatio. | Gre.19.mo.27.

Ipſa quoq; eius incarnatio radix dici pōt. Iob.29.c. Radix mea multiplicata eſt ſecus aquas. Eze.31.b. Erat enim radix illius iuxta aquas: quia eſt hominibus demonſtrata.

Fides. Charitas | Arno.ſ.pſ.79. Augu.epi.120.&.ſ.pſ.51. Gre.ho.15. Beda.ſ pro.12.

Radices vineę domini ſunt charitas cum fide. pſ.79. Quæ etiam dicantur radices ſeminis. Matt.13.a. Luc.8.c. Ephe.3.d. Poſſunt etiam radices ſeminis perſeuerantiā ſignificare, qua deficiente areſcunt, quę viuere videbantur, opera. Radicatur autē fides in charitate per agriculturam Dei. Charitas autē eſt radix de terra viuentium. pſ.51.

Radix autem iuſtorum proficiens eſt fides & charitas. pro.12.b.

Spes | Hie ſ.Iob.29.31. Gre.19.mo.27.

Radices etiam bonorum dicuntur ſpes, & fiducia in Deo. Iere. 17. b. Et radix aperta ſecus aquas, eſt ſpes fundata in diuinis eloquijs: vel fides & charitas extenſa ad gentes: vel cogitatio parata ad infuſionem gratiæ. Iob.29.c.

Familia iudæorum. | Hie.ſ.Iſa.11.27.

Radix Ieſſe familiam Iudęorum ſignificat, vel ſtirpem Ieſſe. Iſa.11.a. Sic radices Iacob ſunt propago Iudęorum: & etiam pātriarchę. Iſa. 27.b. Et generaliter radix eſt ſtirps. deutero.29.c.

Z Sit in-

Aug.ſ.ps.72. Gre.3.mor.35.&.14 mo.10.&.18.mo.21. Ori.ſ.Eze.ho.6. Arno.ſ.Iſa.5.

Sit inter vos radix germinans.ps.51.Et radicem tuam de terra viuentium.

Cogitationes

Radix interdum ſignificat cogitationes ſiue bonas ſiue malas:ex quibus procedunt opa.Et in bonũ radix erumpit,quum è bonis cogitationibus bona procedunt opera.Hoſe.14.c.Radices ergo ſunt latentes cogitationes:quæ in occulto prodeunt:ſed in oſtenſione operum per apertum ſurgunt.Iob.8.c.18.d.Iſa.37.f.Radix autem malorum ſunt prauæ eorum cogitationes. Iſa.5.f.Eze.16.a.ps.51.Et radices montium ſunt cogitationes intimæ ſuperborum.Et à radicibus montes cadunt,quum ad colendum Deum,poteſtates ſeculi ab imis cogitationibus proſternuntur.Iob.28.b.

Gre.12.mor.23. Aug.ſ.ps.9. — Voluntas,amor. Intentio.

Radix præterea dicitur voluntas,quæ principium eſt bonorũ & malorum operũ.Iob.14.b. Vel ipſe amor,qui ſi eſt bonus,eſt charitas,in qua boni radicantur:ſi eſt malus , eſt cupiditas, quæ radix eſt omnium malorum.Et radices Cedri magnæ voluntatem diaboli ſignificat. Eze. 31.b.Amos.2.c.Iob.15.d.Et ipſa intentio radix eſt. Dani.4.b.Attamen germen radicum eius in terra.Mala.4.a.Mat.3.b.Luc.3.b.

Gre.12.mor.3. — Prædicatio. Prædicator

Radix ligni iuſti eſt ſancta prædicatio:quia ab ipſa oritur iuſtus; & in ipſa ſubſiſtit. Iob.14. b.Vel eſt ipſe prædicator.Eccl'tę.24.a.In electis mitte radices.

Initium bonæ operationis. Corpus Chriſti. Crux Chriſti.

Radix aliquando eſt origo,& principium:& radices montis deſignant initium bonæ operationis.gen.35.b.Exo.19.c.24.a.Radices autem montis , vbi fractæ ſunt tabulæ legis à Moſe, *mortem* Chriſti,aut corpus eius ſignificare poſſunt:aut etiam ipſam crucem,in qua corpus eius fractum eſt.Exo.32.e.

Gre.14.mo.33. — Occaſio malorum contra iuſtum.

Radix verbi eſt occaſio,quam ex verbis à iuſto prolatis mali quęrunt,vt eum prauæ loquacitatis arguere valeant.Iob.19.d.

Gre.6.mo.3.&.20. mor.10. Rup.ſ.Amos.8. — Diuitiæ Auaritia. Senſus puerilles Iudæorum.

Radix aliquando ſignificat diuitias.Eccl'i.10.c.23.d.Eze.17.a.31.a.Et radix omnium malorum dicitur eſſe auaritia,ſeu cupiditas.1.Timo.6.b.Et ſtultus dicitur firma radice,cum totis deſiderijs in terreno amore ſolidatur.Iob.5.a.Et radix iuniperorum eſt auaritia:ex qua peccatorum omnium ſpinæ producuntur.Iob.30.a.Radices etiam iuniperorum ſunt leues & pueriles ſenſus,quos Iudæi dant legi.

Hie.ſ.Iere.17. Gre.ho.20. — Multiplicatio hæreticorum. Progenies malorũ.

Radices impiorum ſignificant multiplicationem & roborationem hæreticorũ.Iere.12.a.

Radices arborũ,ed quas ponit ſecuris,eſt tota progenies malorum,quę deletur.Luc.3.b.

Hie.ſ.Eze.16.

Radix Hieruſalẽ,hoc eſt,aĩæ,dicitur de terra Chanaan,quia anima naſcit in pctis.Eze.16.a

Gre.6.mor.2.3. — Deſideria terrena. Opinio.

Radice firma cõualuit populus Iudæorũ:quia electorũ vitã tẽporaliter extinguendo ſuperauit.Et quaſi radice firma ſtultus in terra figitur , q totis deſiderijs in terreno amore ſolidatur. Iob.5.a.19.d.Hoſe.9.d.14.c.In his radix pro opinione accipi poteſt.

Ori.ſ.Iere.ho.1.& 1.Mat.cap.15. Hila.ſ.Mat cano.14 — Tollere vitia

Eradicare plantationes malas,eſt vitia,& prauos affectus,vel etiam traditiones humanas tollere.Mat.15.b.

Glo.inte.ſ.thre.3. — Tradi animam dæmonibus.

Eradicari dicitur anima,cum de terra viuentium,& à diuina gratia tanquam indigna tollitũ & dęmonibus traditur.thre.3.e.Sopho.2.a.

Amb.ſ.Luc.17. — Expulſio dęmonũ.

Eradicari morum eſt,diabolum expulſum exire à malis.Luc.17.b.

Gre.21.mo.8.

Eradicari dicitur progenies Iob,hoc eſt,doctoris,quando is,qui per verbũ naſcitur,per exẽplum necatur:Quia quem lingua vigilans gignit vitæ negligentia occidit.Iob.31.a.

## *Rages.*

Glo.or.ſ.Tobi.1. — Gentilitas.

RAges.i.tempeſtas,vel commotio:ciuitas Medorum.Tobi.1.c.Typus eſſe poteſt gentilitatis:ad quam venit Chriſtus cum pecunia doctrinæ.

## *Raguel.*

Glo.or.ſ.Tobi.7. — Gentilitas

RAguel.i.paſtor Dei,amicus Dei,vel confractio Dei:ſacerdos Madian ſocer Moſis,dequo vide Iethro.Fuit alius Raguel Tobię cõſobrinus:q typus eſt gentilitatis.Tobi.7.a.10.c.

## *Ram.*

Gre.23.mor.5. — Populus fidelium.

RAm.i.excelſus:de cuius ſtirpe erat Elihu.Iob.32.a.Typus eſt populi fideliũ: qui huius vitę infima,& abiecta cõtemnit.Excelſi enim ſunt,qui dicere cum Paulo nouerunt. Noſtra conuerſatio in cœlis eſt.

## *Rama.*

Ori.ſ.Iudi.ho.5. Hie.ſ.Hoſe.5. — Sublimitas. Prophetæ

RAma.i.excelſa vel ſublimis,aut proiecta:ciuitas in tribu Beniamin:vbi reſidebat Debbora.i.prophetia.Quia prophetæ docent quæ ſurſum ſunt quærere.Ioſu.18.d.Iudi.4.a.19.d. 3.reg.15.c.Hoſe.5.c.Sic dicebat apoſtolus Coloſ.3.a.Si conſurrexiſtis cum Chriſto,quæ ſurſum ſunt quærite.Fuerunt autem multæ ciuitates huius nominis.

Hie.ſ.Mat.2. — Superbia hæreticorum

Rama.Iere.3.g.31.c.thre.1.a.Mat.2.e.Non eſt nomen loci:ſed idem eſt quod excelſum:Significat autem quandoq; ſuperbiam hæreticorum,qui excelſa quærunt.

## *Ramatha.*

Ramatha



Perfecta cognitio Dei. Impletio pphetiarũ Eccleſia militans & triumphans — Gre.ſ.1.reg.2.

RAmatha.i.excelſa,vel ſublimis,aut proiecta:ciuitas in tribu Ephraim: quæ et Armathaim, & Arimathęa dicitur:de qua erat Elcana pater Samuelis.1.reg.1.c.15.g. Vel interpretatur viſio conſummata:& deſignat perfectã Dei cognitionem:de qua Ioan.10.c.dicebat ipſe Chrs: Sicut nouit me pater,& ego agnoſco patrẽ.Vt autem ſecundo loco nominatur Ramatha,ſignificat impletionẽ prophetiarũ in vocatione gentium.Deſignare etiam poteſt eccleſiam in religionis culmine erectam:& pari ratione cœleſtem patriam.1.reg.2.b.1.cor.13.c.

## *Rameſſes.*

RAmeſſes.i.commotio tineę,vel tonitruum gaudij:ciuitas in terra Aegypti,quam ędificauerunt filij Iſrael in terra Geſſen:quæ videtur eſſe prouincia quã aliqui Thebas,alij Arſinoen arbitrantur.Nam fuit prima manſio filiorum Iſrael exeuntium de Aegypto.

Auaritia Senſus — Ori.ſ.Exo.ho.1. Philo.de ſomnijs.

Rameſſes ſecundum quod interpretatnr commotio tineę.Typus eſt auaritię quã facit ędificare Pharao,hoc eſt,diabolus.gen.47.c.Exo.1 b.Num.33.a.Deſignat etiam ipſos ſenſus,qui more tineę miniſtrantes voluptates corrodunt animam.

Ori.ſ.Exo.ho.5.& ſ.Num.ho.27. Hie.de manſio.

Deſignat præterea mundum corruptibilem:qui eſt commotio turbulenta & amaritudo,& commotio tineę,vel tonitruum gaudij:derelinquentes tumultum ſeculi in principio conuerſionis hanc relinquunt: ſed commouentur à vitijs priſtinis:vt vocem tonantis,& tumultuantis mundi audiant.Exo.12.f.Nume.33.a.

## *Ramnus.*

Diabolus. Immites, Improbi. — Hie.ſ.Habac.3 &.ſ. Agge.2. Euch.for.ſpũal.4. Aug.ſ.ps.57.

RAmnus eſt ſpinoſus frutex,& arbuſcula ſentibus,vncinisq; cõtexta,quę teneat quicquid attigerit,& retentũ vulneret,& vulneratorũ ſanguine delectetur:inſuper & ignẽ emittat à ſe & regnata ligna cõſumat.Iudi.9.b.Referimus aũt ramnũ ad diabolũ:& ſecundum virgulti naturam,illius naturam interpretabimur.Ramnus etiam ſunt immites,ſuperbi, doloſi , & omnes improbi:quos nullus bonorum,& manſuetorum poteſt contingere , & caſtigare ſine doloris compunctione;à quibus egreditur ignis.Cum autem ramnus eſt herba tenera,habet ſpinas virtute:Ita ſunt mali in hac vita,qui nondum ſentiunt dolorem ſpinarum.

Præmium bonorũ. Vltio malorum. — Hie.ſ.ps.57.

Ramnus eſt aculeis aſperrimus,& flore gratiſsimus.Vnde intelligitur duplam habere virtutem,vltionis,& bonorũ retributionis:nempe iuſtis floret ad ornatum:peccatoribus præbet ſpinas ad configendum.ps.57.

Iniquitas indurata. Corpus malorum. — Arno.ſ.ps.57. Euch.q.in ps. Hila.ſ.ps.57.

Ramnus præterea duras ſpinas habens,iniquitatẽ induratã ſignificare poteſt.ps.57.Priuſquã producant ſpinæ veſtræ ramnum:i.priuſquam peccata veſtra conſummentur. (ps.57.

Poteſt etiã ſignificare in malis corpus,quod reſurget paſsibile,cuius dolorẽ grauiter ſentiãt.

## *Ramus.*

RAmus eſt arboris pars cum folijs:vnde & rami dicuntur frondes. Mat.21.a. Alij cędebant ramos de arboribus.Rami autem quidam ſunt naturales,quidam inſiticij,qui videlicet pcisis à trunco ramis naturalibus,in ipſo trunco inſeruntur.

Filius Dei Laus miæ Dei. — Baſi.de abdi.rerum.

Ramus oliuę allatus à columba.gen.8.b.filiũ Dei deſignat,qui per miſericordiã Dei allatus eſt in mundum.Et vt erat in ore columbæ,deſignare poteſt laudem miſericordiæ Dei.

Baptizari extra eccleſiam. — Beda.ſ.gen.8.

Deſignat etiam aliquos extra eccleſiam Baptizatos:qui ſaluari poſſunt ſi per columbam reducantur ad vnitatem eccleſiæ.

Cõfeſsio trinitatis. Iudæi gentiles Reprobi — Beda.ſ.gen.5. Aug.ſ.ps.72. Hie.ſ.Iſa.18.

Ramus pterea oliuæ in ore colũbæ eſt cõfeſsio trinitatis in ore vniuſcuiuſq; fidelis.

Rami oliuæ erant Iudæi ex bona radice piarcharũ.Rom.11.c.Rami autem oleaſtri gẽtiles. Sed rami oliuæ exciſi ſunt.Rami vero oleaſtri inſiti in eccleſia. Rami autẽ abſciſi generaliter reprobos ſignificare poſſunt.Et ramuſculi præcidendi ſunt mali de eccleſia eijciendi. Iſa.18.c.

Fideles in eccleſia. Eccleſia — Hie.ſ.Eze.19. Gre.12.mor.3.4. Au.1.q in euan.39.

Rami vitis ſignificare poſſunt fideles in eccleſia,aut in ſynagoga.Eze.19.d.Rami autem eccleſiæ pullulant:quia plerunq; ex paſsione iuſti fideles quiq; ad amorem cœleſtis patriæ multiplicantur:& etiam per reſurrectionem Chriſti.Iob.14.b.Iſa.6.d.17.b. Hoſe.14.c. Roma.11.b. Et ramus ficus tener ſignificat eccleſiam , & homines in ſpiritualibus proficientes.Mat.24.c.

Apoſtoli. Miracula & ſapiẽtia Chriſti. Martyres.Prædicatores.Dogmata ſacræ ſcripturæ. — Hila.ſ.Mat.can.13. Amb.ſ.Luc.13. Hie.ſ.Mat.13.

Rami ſinapis apoſtolos in Chro deſignare poſſũt:& etiã miracula,& ſapiẽtiã Chri.Itẽ martyres & pdicatores.Mat.13.d.Itẽ diuerſitates dogmatũ,quæ in ſacra ſcriptura habentur.

Proles. Succeſsio. — Aug.de ſancti.ſe.33. Euch.for.ſpũa.1. Lyra.ſ.Iob.15.

Ramus quoq; ſignificat prolẽ,aut ſucceſsionẽ.Iob.14.b.Rurſum vireſcit,& rami ei[9] pullulãt. 15.d.Ramos eius areſaciet flãma.Eccl'i.23.d.Rami eius non dabunt fructum. Roma.11.c.Si radix ſancta & rami.

Dominium. Subditi Opera virtutis — Rica.de.ſ.victo.de ſecur.conſci.17.18. Glo.or.ſ.Eze.17. Ori.ſ.Mat.ho.30.

Ram[9] aliquãdo ſignificat dñium.Eze.31.b.e.Mat.13.d.Et rami arboris pcerę,ſunt grad[9] ſublimioris dignitatis.Dan.4.b.Poſsũt etiã rami ſignificare ſubditos.Eze.17.b.Humili ſtatura re(ſpiciẽtib[9] ramis.

Deſignãt etiã opa & exercitia virtutis:& ex ramis fructus colligitur,qa ex multo virtutũ exercitio ſciẽtia multiplicat.Leui.23.g.Iſa.17.b.Eze.8.g.Ioel.1.b.2.Mach.10. b.Et ramus ficus tener bonorum operum manifeſtationem ſignificare põt.Mat.24.c.

Exẽpla honeſtatis Fructus gentium Sententiæ patrum. — Hila.ſ.Mat.can.21. Ber.ſe.de.B.Bened. Euch.for.ſpũa.4.

Rami de arborib[9],q ſternebant in via,exẽpla honeſtatis ſignificare poſſũt: & etiã fructus gentiũ infideliũ.Mat.21.a.Lu.19.f.Deſignãt etiã ſentẽtiã ſctõrũ prum:& documẽta.Eccl'i.1.c.

Am.ſ.Luc.19. Amb.ſ.Luc.19. Hie.ſ.Zach.14. Aug.ſ Ioan.trac.51. Hila.ſ.Mat.can.26. Hie.ſ.Eze.31. Gre.12.mor.24. Glo.inte.ſ.cap.4. Hie.ſ.Iob.15.

Inanis glia gen tiū. Inſignia iuſtitiæ & victoriæ. Antichriſtus. Socij luciferi, vel Antichriſti. Dona Dei ĩ lucifero. Errores hęreticorū. Fructus malorū operum.

Rami ſapiētię lōgęui. Deſignare etiā pñt inanē gloriā gentiū calcādā: ideo ſternebant in via.

Rami palmarū inſignia ſunt iuſtitiæ, & triūphi ſeu victorię cōtra vitia. Leui.23.g. Ioā.12.b.

Ramus ficus tener ante aduentū filij hominis, Antichr̄m ſignificare poteſt defendentē legē. Mat.24.c. Rami autē Cedri magnæ, ſocios luciferi, vel Antichr̄i deſignare poſſunt: vel potentiam & dona Dei, quæ lucifer habuit. Eze.31.a. Et rami hypocritarū, vel hęreſiarcharū ſunt, q̄ eis adhærent: quos arefacit flamma: quia terrenis deſiderijs æſtuant, & demum in gehennam ignis detruduntur. Iob.15.b. Rami etiam illorū ſunt ſententiæ errorū, quas proferunt, & extendere conantur, ceu ramos. Sapien.4.a. Rami quoq; quos arefacit flamma, ſunt malorum operum fructus, quos ipſi peruerſi producunt. Iob.15.b. (de ſumptus eſt Chr̄s.

Glo.or.ſ.Eze.17. — Potentia Sedechiæ. Genus regium

Rami vineę. Eze.17.b.g. Potentiam regis Sedechiæ ſignificare poſſunt: & genus regium, vn

Glo.or.ſ.Eze.36. — Dilatatio fidei.

Rami mōtiū Iſrael dilatationē fidei deſignāt. Eze.36.b. Ad idē referunt rami Libani. Hoſe.

Lyra.ſ.Sapi.4.

Ramus aliquādo dici poſſunt diuitiæ. Sapi.4.a. Et ſi in ramis in tp̄e germinarint. (14.c.

## Rana.

Gre.Nyſ.d̄ vi.Moſ. — Homo corruptis affectibus. Prauæ cupiditates

RAna eſt animal paluſtre ſpecie deforme, loquax, cui dubia vita, aquatica & terreſtris, cuius ſaltus repens, cuius aſpectus turpiſsimus, cuius é corpore intolerabilis fętor emittitur. Poteſt deſignare illum qui eſt homo natura, ſed electione pecus, corruptus, & fętidus limo paſſionum: Vel deſignat ipſas prauas cupiditates. Exo.8.a.p̄s.77. Sapi.19.d.

Philo.de ſacri. Abel & Cain. Ori.ſ.Exo.ho.4. Auguſ.ſ.ps.77. &.ſ. apoc ho.13. Euch.for.ſp̄ūa.5. Beda.ſ.exo.8. Rup.1.ſ.Exo.32. — Poetæ. Aduocati. Loquacitas. Hæretici. Philoſophi. Inanes opiniones. Perſecutio eccleſiæ. Dæmones. Hypocritæ. Magi.

Ranæ Aegypti ſignificare poſſunt poëtas loquaces, & eorū carmina: & aduocatos falſa loquentes: & hæreticos, & philoſophos, & magos: & ipſam loquacitatē: & inanes opiniones nihil niſi inanē ſonū habentes. Demū deſignāt perſecutionē eccleſiæ factā ſub Domiciano. Exo. 8.a. Ranę quoq; ſunt dęmones, & hypocritæ: qui vident viuere in aqua: & viuūt in ſordibus & luto. apoc.16.c. Plaga aūt ranarū data fuit propter peccatū contra præceptū, Non aſſumes nomen Dei tui in vanū. Nam omnes illi vana aſcribunt Deo.

## Rapere, Rapax, Rapina, Raptor, Arripere, Raptare, Subripere.

RApere eſt per vim, aut cum feſtinantia, ſiue cum furore capere, euellere, auferre. Item inuadere. Num.31.g. Quod in pręda rapuerat, ſuū erat. Mereri. p̄s.68. Quæ non rapui, tunc exſoluebam. Seducere. gen.34.a. Adamauit eam, & rapuit. Trahere. deut.28.d. Aſinus tuus rapiatr in conſpectu tuo. Rapina autem eſt furtum vi factum.

Glo or.ſ.p̄s.68. — Chriſtus paſſus pro peccatis noſtris

Quæ non rapuerat ſoluit Chr̄s, quia pro peccatis noſtris mortuus eſt. Fuit autē raptor Adā, qui voluit ſibi vſurpare diuinitatem, cuius rapinam ſoluit Chriſtus. p̄s.68.

Ori.ſ.Nu.ho.20. — Diuina iuſtitia

Arripiens Abrahā gladiū, vt immolaret filiū ſuū. gen.22.d. ſignū fuit diuinę iuſtitiæ: quę proprio filio ſuo non pepercit, vt illi ſatisfaceret pro nobis.

Idem deſignauit arripiens gladium Phinees. Num.25.b.

Lyra.ſ.Iſa.21. — Sumere fidē et orōnē.

Arripere clypeū eſt ſumere ſcutū fidei, & orōnis deuotæ ad reſiſtendū aduerſarijs. Iſa.21.b.

Glo.or.ſ.exo.10. — Liberare ab adulatoribus.

Arripiens ventus locuſtam, vt eijceret eam à finibus Aegypti. Exod.10.e. deſignat Deum liberantem à moleſtis adulatoribus.

Glo.or.ſ.Exo.32 — Rapiens Chr̄s corpus diaboli

Arripiens Moſes vitulum aureum, vt eum comminueret. Exo.32.e. deſignat Chriſtum rapiētem corpus diaboli, & ipſum conterentem conuertendo ad pœnitentiam.

Gre.15.mo.1. — Inquietudo mētis.

Rapi dicit̄ mēs in diuerſa. Iob.20.a. quādo modo mala, q̄ egit, modo bona, q̄ agere neglexit modo rep̄hēſibilia, ĩ q̄bus eſt, modo recta, q̄ ſibi adhuc deeſſe cōſpicit, ſolicito pauore p̄pēdit.

Beda.ſ.pro.17. Hie.ſ.Amos.4. — Cōuertere aliquos.

Rapere dicitur fœtus vrſæ, qui cōuertit aliquos à p̄ctō, vel ab infidelitate. pro.17.b. Et rapt⁹ torris de incendio eſt hęreticus, aut peccator, per verbera cōuerſus, & emēdatus. Amos.4.d.

Hie. Minerio. & Alex.epiſt. — Perficere.

Rapi ſimul obuiam Chriſto eſt proficere ad meliora. 1.Theſ.4.d.

Aug.ſ Ioan. tra.45 — Volentes Chriſtū in hoc mundo regnare

Rapere volentes turbę Ieſum, vt facerent regem. Ioan.6.b. deſignant volentes Chr̄m regnare in primo aduentu, ſicut regnaturus eſt in ſecūdo. In quo errore erant diſcipuli, cum dicerēt: Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael. Item filij Zebedei.

Hila.ſ.Mat.cano.11 Hie.ſ.Eze.18. — Gentiles venientes ad fidem

Rapere dicūtur regnū cœlorum violenti: cum gentiles veniūt ad fidem, reiectis Iudęis: & hi ſunt raptores boni. Rapit aūt armatus. Mat.11.b. Rapina autem eſt doctrina legis, quam acceperunt gentiles credentes à Iudæis in infidelitate remanentibus. Iſa.33.d.

Paulus apoſtolus

Rapax lupus dict⁹ Bēiamin typus erat Pauli apoſtoli āte cōuerſionē: q̄ poſtea diuiſit ſpolia.

Amb.ſ.2.cor.12. & d̄ paradi.11. Ber.ſer.7.de quadr. Lyra.ſ.gen.34. Lyra.ſ.Iere.6. — Crucifixū eſſe mundo. Diabolus tentans. Reddere mala

Rapi in tertiū cœlū eſt deuenire ad hominē ſp̄ualē. 2.Cor.12.a. Ille etiā eſt raptus ĩ tertiū cœlū, q̄ nō ſolū vt peregrinus eſt in mūdo & vt mortuus: ſed etiā eſt illi mūdus, crucifixus, & ipſe (mūdo.

Raptus Dinę per Sichen factus, deſignat vim tētationis ſubijciētē ſibi animā. Raptor aūt eſt Sichen, hoc eſt, diabolus trahens eā ad cōſenſum p̄cti mortalis. gē.34.a. Arripiūt aūt hoſtes ſagittā, & clypeum, cum dęmones varié tētant, & cum mali reddunt mala. Iere.6.f.

Arno.ſ.p̄s.103. Amb.ſ.Luc.10. Hie.ſ. Ezec.18. & ſ. Amos.3. Au.ſ.ps.68.103. Cyril.7 ĩ Ioan.5. — Dæmones & hæretici peruertētes aīas. Sacerdotes Iudęorū

Rapiūt catuli leonum, quū hęretici peruertunt animas: & etiam dęmones. p̄s.103. Dicuntur autē hæretici vel dęmones eos rapere, quos ſeparant ab eccleſia. Eze.18.b. Et lupi rapaces ſunt ſacerdotes Iudęorū, & hęretici modū nō habētes in rapinis. Mat.7.b. In rapinā aūt beſtiarū dicit̄ fieri grex dn̄i, quando dęmones, & hęretici deuorant, & perdunt ſimplices. Ezech.34.b. Sic rapinæ eorū dicunt̄, quādo aliquos à veritate ſubuertūt. Amos.3.c. Nahū.2.d.3.a. p̄s.9. Ioā.10.b

Arripien-



Prauæ vtētes lingua. Irrumpentes in myſteria. — Glo.or.ſ.Leui.10. Ori.ſ Leui.ho.4.

Arripiētes Nadab & Abibu thuribula cū igne alieno. Leui 10.a. ſunt praue abutētes lingua ad docēdas doctrinas falſas. Sic rapaces lupi ſunt mali, q̄ illotis manibus pedibuſq; irrūpūt in diui (na myſteria.

Caiphas.

Rapiens, & rugiens leo fuit Caiphas aduerſus Chriſtum in paſsione. p̄s.21.

Velox vindicta dei — Arno.ſ.p̄s.21. Glo.inte.ſ. Dani.7.

Rapidus fluuius ignis ſignificat velocem, ac vehementem diuinæ iuſtitiæ executionem in iudicio futuram. Dani.7.c.

Malorum proiectio — Hie.ſ.Iſa.17.

Raptata ſtipula vento ſunt mali proiecti à facie Dei. Ier.13.d. Et raptus puluis à turbine ſunt mali ab ira Dei correpti. Sic diabolus rapietur vt puluis, & vt ſtipula. Iſā.17.d.41.a.

Agitari tētationib⁹ — Gre.11.mo.13. & 18 mor.12.

Raptum folium vento eſt homo, qui tentationis vento rapitur, & deſideriorum flatibus leuatur & agitatur. Iob.13.d.27.d.

Sacrificare ex aliēo.

Rapina in holocauſtum eſt, quum quis ex alieno ſacrificium offert. Iſa.61.c.

Vſurpare bona pauperū non dando eleemoſynam. — Hie.ſ.Iſa.3.

Rapina pauperū dicitur eſſe in domo prælatorū. Iſa.3.c. quando ipſi bonis eccleſiæ ditant, & ſuos ditāt: quę tamē pauperibus erogare debebāt. Vel quādo quis nō dat eleemoſynā, cū poſsit.

Perditio Iudęorum — Chry.de diui. & Laz.1.ho.1. Gre.6.mor.2.

In rapinā factus eſt populus Iudęorū vel dęmonibus vel Romanis. Iſa.42.d. Et ipſum populū Iudaicū rapuit armatus: quia antiquus hoſtis in eo vitam fidei fraudulentę ſuggeſtionis iaculis extinxit: vt vnde ſe inhærere Deo crederet, inde eius ordinationi repugnaret. Iob.5.a.

Gloria hypocritæ — Gre.18.mor.4.

Rapere dicitur auaré hypocrita: quia dum iniqué agens deſiderat de ſanctitate venerari, laudem vitæ rapit alienæ. Iob.27.b.

Pœna auari — Beda.ſ.pro.1.

Rapere dicūtur ſemitæ auari animas poſsidentium, quando per ſuas cogitationes & cupiditates ipſi auari rapiuntur in infernum. pro.1.b.

Hæretici vſurpātes ſententias alienas — Gre.20.mo.10.

Rapiunt hæretici herbas & radices de conuallibus. Iob.30.a. quando de humilibus patrum dictis ſuperbo ſpiritu colligunt ſententias, de quibus apud vulgus glorientur.

## Raphael.

Chriſtus. — Glo.or.ſ.Tob.3.

RAphael.i. medicina Dei: nomen angeli, qui comitatus eſt filium Tobię: & curauit ipſum patrem à cęcitate. Typus eſſe poteſt Chriſti, qui miſſus eſt in mūdum, ad ſanandos noſtros languores. Tobi.3.d.8.a.12.c.

## Raphaim.

RAphaim.i. gigantes, vel medici, aut relaxati: populi, quos Moabitę Emim vocant: quos etiā ipſi Moabitę expulerunt, & eorum ſedes occuparunt. deut.2.c. Ioſu.15.b.

Scribæ & phariſæi. — Hie.ſ.Iſa.17.

Raphaim vt erant gigantes, deſignare poſſunt ſcribas & phariſæos, qui principes erant inter Iudæos: & vallis Raphaim erat Iudæa, in qua ipſi imperabant. Iſa.17.b.

Vis conditiua — Ori.ſ.Iob.ho.22.

Iuxta Origenem interpretatur, reſolutæ matres: & deſignant vim conditiuam producentem ſenſus inutiles, qui purgandi ſunt. Ioſu.17.d.

## Raphidim.

Ori.ſ.Exo.ho.11. & ſ.Nu.ho.27.

RAphidim.i. reclinatoria, ſiue ſtramenta, aut remiſſæ manus, vel medicina manuū: vndecima manſio filiorū Iſrael in deſerto Sin, iuxta mōtem Dei Oreb, ad occaſum: vbi filij Iſrael ſitientes ob penuriā aquæ iurgati ſunt cōtra Moſen, qui diuino monitu aquā eduxit de ſilice virga percuſſa. Exo.17.a. Nu.33.b. Vel interpretatur ſanitas iudicij, vel laus iudicij: & deſignat eū venire in Raphidim, qui bene diſpoſuit ſermones ſuos in iudicio. Peruenitur in Raphidim ex Alus, hoc eſt, ex labore: vt deſignetur ex labore peruenire ad laudem.

Hie. de manſio.

Vel iuxta Hieronymū, interpretat̄ diſſolutio fortiū, vel ſanitas fortiū: quia ibi victus, & diſſipatus eſt Amalec, hoc eſt, diabolus: & fideles ſanātur: & ibi tētatur popul⁹ per aquę defectū.

## Raſin.

Hęreſiarcha, ſapientia ſecularis. — Hie.ſ.Iſa.9.

RAſin.i. volūtas, vel voluntarius, aut curſor, ſiue veredarius: rex Syriæ aduerſarius tribus Iuda: typus eſt hęreſiarchæ: & etiam ſapientiæ ſecularis, aut ipſorum ſapientum, qui catholicæ veritati aduerſantur. 4.reg.16.a. Iſa.7.a.9.b.

## Ratio, Rationabilis.

RAtio eſt vis illa animi, qua homo cęteris aīantibus ſupereminet, quæ & intellectus. Interdū autem ratio eſt ęquitas. Leui.25.e. Ratione mercenarij ſupputata. Argumentum. Dani.6.a. Vt ſatrapę illis redderent rationem. Cauſa. Iob.38.d. Quis enarrabit cœlorum rationem? Computum. Luc.16.a. Redde rationem villicationis tuæ. Rationale autem eſt, quod ratione vtitur: & rationabile, quod rationi eſt conſentaneum.

Virt⁹ diuina viuificatrix. Influentia cœli. Prædeſtinatio. Doctrina ſana. — Gre.30.mor.7.8. Hie.ſ.Iob.38. Hie.ſ.Ioel.2.

Ratio cœli eſt vis ſuperna ſecretorū: vel ipſa viuificatrix virtus, q̄ ſp̄ūs format angelorum: & ratio cœli eſt in terra, hoc eſt, influētia eius: vel executio diuinę p̄deſtinatiōis in eccleſia. Iob. (38.d.

Rationale, vel rationabile lac, doctrinā ſanā & ab omni errore purgatā ſignificare poteſt. 1.Petri.2.a.

## Rationale.

RAtionale dicebatur genus veſtis, aut operimenti, quo pectus tantū tegebat pontificis, ſuperhumerali cōiunctum: eratq; duplex, auro contectū, duodecim habēs lapides precioſos,

z 3 quibus

quibus duodecim patriarcharum nomina inſculta erant.

Rup.4.ſ.Exo 23. Philo.3.de vi. Moſ. — Iudicandi potentia Chriſti. Firmitas naturæ

Dicebatur rationale iudicij poſitum in pectore pontificis, deſignans in Chriſto potentiam iudicandi, qui iudicabit vnumquemq; ſecundum opera ſua: quod deſignatur per nomina ſingulorum in ſingulis lapidibus ſculpta. Exo.25.a. Erat rationale quadrangulum deſignans in cõcuſſam naturæ & mentis ipſam dirigentis rationem.

Ori.ſ.Leui. ho.6. Phil.2 allego. &.3. de vita Moſis. Hie. de veſte. ſacer. Gre.2.paſt.2 — Poteſtas & ſcientia iudicandi. Sapientia. Ratio. Sermo.

Rationale in pectore pontificis poteſtatem, & ſcientiam iudicandi, & ſapientiam, quæ in ſacerdote eſſe debent, ſignificare poteſt. Exo.25.a.28.c.35.a. In rationali autem ponitur manifeſtatio, & veritas, quia per viſibilia cognoſcitur ordo Dei, & inuiſibilia eius. Poteſt etiam ſignificare ſermonem: qui debet in ſacerdote doctrinam & veritatem continere: quia ſacerdotis os debet meditari, & explicare ſapientiam, & ſemper vera loqui. Poteſt etiam rationem cũcta diſpenſantem ſignificare.

Gre.2.paſto.2. — Puritas cogitationũ

Rationale etiam puritatem cogitationum deſignat: & ponitur ornatũ lapidibus in pectore ſacerdotis: vt patrũ exempla contẽpletur, & vt oĩa iudicia ſua in Deũ dirigat. Exo.28.a.39.b.

Ori.ſ.Exo. ho. 9.& 13. Hie. de veſte ſacer. Philo de vita Mo.3. — Sermo euangelicus. Senſus ſimplex ac myſticus. Vtrũq; teſtamentũ. Senſibilia & intelligibil. Mẽs & verba

Rationale præterea ſermonem euangelicum, & ſenſum rationalem ſignificat: eratq; duplex apertum, & abſconditum, vt deſignet ſenſum ſimplicem ſeu literalem apertum, & myſticum latentem: vel ſcientiam vtriuſq; teſtamenti: vt interius vetus, exterius nouum indicet. Vel deſignat ſenſibilia & intelligibilia: vel mentem, ac verba.

Cle Ale.5. ſtrom. Philo.3.de vit Moſ. Rup.4.ſ.Exo.32. — Prophetia. Coniunctio verborum & operum.

Eſt etiã rationale typus prophetiæ, q̃ per verbũ clamat & p̃dicat, & futurũ iudiciũ ſignificat

Rationale coniunctum ſuperhumerali, admonet verba operibus debere eſſe coniũcta. Deſignat etiam in Chriſto coniunctionem miſericordię, & veritatis.

Glo.or.ſ. Leui.8. — Prælatus

Rationale in eccleſia ſignificare poteſt prælatum virtutibus fulgentem. Et nomina in rationali admonent prælatum æqualiter debere ſubditos amare. Leui.8.a.

Cle.Ale. 5. ſtroma. Philo.3.de vit. Mo. Tertu.adue. Mar.4. — Cœlum. Zodiacus. Eccleſia.

Rationale imago eſt cœli; quod ratione ſeu verbo factum eſt, & ſubijcitur omnium capiti Chriſto. Ipſum autem cum duodecim lapidibus, zodiacum cum duodecim ſignis exprimit. Poteſt etiam ornatum eccleſiæ duodecim gẽmis apoſtolorum illuſtratum deſignare.

Hie. de veſte. ſacer. Geor.vene.canti.2. tono.3.cap.5. — Terra.

Rationale in medio poſitum terram deſignare poteſt, floribus, & herbis & fructibus veſtitã & ornatam: quæ meditullium tenens huius mundani corporis, ſuſcipit virtutes duodecim ſignorum, quæ duodecim lapides in ipſo rationali fixi repreſentant.

## Ratis, uide Nauis.

## Ratus.

RAtum dicitur, quod eſt firmatum; vt contractus habens iam vires ex conſenſu partium, vt iam neutri parti liceat retrocedere. Iere.32.b.

## Raucus.

Aug.ſ.ps.68.

RAucus dicitur, qui ex nimio clamore, vel alia cauſa vocem obtuſam habet. Fauces Chriſti dicuntur factæ raucæ in paſsione, quia videbatur non audiri à patre: vel quia prædicando non audiebatur à Iudęis incredulis dicentibus: Quid eſt, quod dicit? ps.68.

## Reædificare, uide Aedificare.

## Rebecca.

REbecca.i.ſignata ſiue impinguata, aut contentio obtuſa, vel contentio impedita: filia Bathuelis, ſoror Laban, vxor Iſaac, cui genuit Iacob & Eſau geminos.

Cle.Ale.4. ſtroma. Hie.ad Damaſ.q.3. Beda.ſ.gen.27. — Gloria Dei. Spiritusſanctus

Rebecca vt erat virgo & incognita, Typus eſſe põt gloriæ Dei, q̃ eſt incorruptio. gẽ.24.b.

Rebecca conſulens Iacob, vt acciperet benedictionem patris, & poſtmodum vt cederet irę fratris, typus eſt ſpiritusſancti.

Ber. ſer. de bea. vir. — Virgo Maria

Rebecca virgo pulchra, vt dedit potũ ſeruo Abrahę, & etiã camęlis, typus eſt beatę virginis Marię, q̃ ſua virginitate & puritate quaſi dedit potũ angelo: & ſua humilitate dat potũ nobis.

Cle.Ale.1.pædag.5. Geor.vene. cant.2. ton.7.cap.4. Aug.22.cont.Fauſ. 48.&.ſer.75. Beda ſ.gen.24. Rup.7.ſ.gen.13. Gre.35.mor.17. — Eccleſia

Rebecca etiam ſignificare poteſt eccleſiam: quæ venit ſupra camœlũ, dum adhuc vitijs eſſet immixta, & nondũ ſpũalibus, ſed animalibus motibus inhæreret: Quę coniuncta eſt Iſaac, hoc eſt, Chriſto, cũ quo luſit: quia in ea laudes Dei celebrantur. gen.24.b.26.b. Eadem impediens benedictionẽ Eſau, & procurans illã Iacob, eſt eccleſia impediens indignorũ promotionẽ, vt digni admittantur. gen.27.a. Tunc autẽ cognouit Abimelech eam eſſe coniugẽ Iſaac, quando illũ vidit cum ea ludentẽ: ita cum quis, ne aliquid errando in eccleſiã peccet, ſecretũ viri eius in ſcripturis ſanctis diligenter intuetur: inuenit eũ maieſtatẽ ſuã, qua in forma Dei ęqualis eſt pri pauliſper abſcõdiſſe in forma ſerui: vt eius capax eſſe humana infirmitas poſſet, eoq; modo ſe coniugi congruenter aptaret. Eadem eccleſia dat potum prædicatori.

Ori ſ.gen.ho.10. — Anima fidelis

Rebecca præterea eſt anima fidelis, quæ dat potum ſeruo Abrahæ, hoc eſt, prędicatori, eius dictis obtemperando. Peculiariter autem anima philoſophi eloquentia erudita. gen.24.b.

Gre.ſ.Eze ho.6. Rup.5.de glori. trinit.6. — Gratia. Præſcientia Dei

Vt autem Rebecca diligebat Iacob, typus eſt gratiæ populo Chriano traditæ & etiã p̃ſcientiæ Dei. Vnde ſuppoſuit Iacob pro Eſau, hoc eſt, populum gentilẽ pro Iudaico. gen.25.d.27.a

Rebec-



Doctrina ſacra. Sapientia Diſcipuli occulti Chriſti. Patientia. Tolerantia — Lyra.ſ.gen.26. Rup.6.ſ.gen.41. Cle. Ale.1.pædag.5. Amb de fug. ſec.4.

Rebecca vt eſt dicta ſoror Iſaac, typus eſt doctrinæ ſacræ, & ſapientiæ abſcõditæ, quæ habenda eſt vt ſoror. gen.26.b. Significat etiã diſcipulos Chri occultos: qualis erat Nicodemus.

Rebecca coniuncta Iſaac deſignat patientiam cõiunctam cum ſpe. Vnde cõſuluit Iacob, vt cederet fratri ſuo Eſau. gen.24.b.27.g. In hac coniunctione fit illud apoſtoli. Roma. 12.c. Spe gaudentes. Rebecca etiam, hoc eſt, tolerantia eſt, cum qua ludit Iſaac.i.riſus, qui deſignat eum, qui ſe exercet in diſciplinis: cui neceſſaria eſt tolerantia.

## Rebellare, Rebellis, Rebellio.

REbellare eſt repugnare, quod præcipuè eſt inferioris erga ſuperiorem. Vnde rebelles dicũtur, qui iuſsis imperantis repugnant. Rebellio autem eſt ipſa repugnantia.

Aduerſarij eccleſiæ. Contemptores boni cogniti. — Glo.inte.ſ.Iſa.41. Gre.16.mo.26.

Rebelles Iſrael ſunt aduerſarij eccleſiæ: qui non inueniũtur: quia pereunt. Iſa.41.c.

Rebelles lumini ſunt, qui ſua deſideria ſequendo bonum deſpiciunt, quod nouerunt, quia non per ignorantiam, ſed per ſuperbiam delinquunt. Iob.24.b.

## Reblatha.

REbla ſeu Reblatha.i.rixa, vel multa hæc, vel magnitudo illi, aut iurgium inueteratũ, vel cõturbatũ, ſiue iurgium defluens: ciuitas Syriæ, quæ poſtea dicta eſt Antiochia: ſita eſt ſupra Orontem fluuiũ per mediũ eius tranſeuntẽ; cuius plateam anteà lutoſam Herodes magnus rex Iudęæ lapide ſtrauit, magnitudinis animi, & liberalitatis famã apud externã vrbem mercatus: Eſt terminus Aquilonaris terræ promiſsionis. In hac mirè floruit Chriſtianiſmus: in ea occidit rex Babylonis filios Sedechiæ, eiuſq; eruit oculos. Ei enim quandoq; & lumen rationis clauditur, qui prauo vſu ex iniquitatis ſuæ multitudine grauatur. nu.34.c.4.reg.22.g.25.b.Ier.39.b.

## Reboare, uide Sonus. Recalcitrare, uide Calcaneus.

## Recaluaſter, uide Caluus. Recedere, uide Abire.

## Recem.

Vanitas mundi. — Ori.ſ.Nu.ho.25.

REcem.i.vacuus, aut varius, ſeu inanitas, vel pictura varia, aut ſaliua eorum: ciuitas in tribũ Beniamin. Ioſu.18.d. Item rex Madian occiſus à filijs Iſrael. Num.31.a. qui typus eſt vanitatis mundi, quę vincenda eſt à fidelibus.

## Recens, uide Nouus. Recenſere, uide Numerare.

## Rechab.

Diabolus

REchab.i.quadriga, aut equitatus, vel equitans, filius Rẽmom, qui occidit Isboſeth. Typus eſt diaboli. 2.reg.4.a.

## Recidere, uide Cadere. Recipere, uide Accipere.

## Receptaculum.

REceptaculum eſt locus, in quo aliquid tuto recipitur.

Doctores — Glo.or.ſ.Exo.27.

Receptacula igniũ, q̃bus ab altari holocauſti ad altare thymiamatis ignis deferẽ, deſignãt doctores accẽdẽtes ſua p̃dicatione fideles, & eos de virtute in virtutẽ p̃uehẽtes. exo.27.a.38.a.

## Recitare, uide Narrare.

## Reclinare, Reclinatorium.

REclinare eſt quaſi inclinãdo aliquid collocare. Reclinatoriũ aũt eſt loc⁹ vbi ſit reclinatio.

Ori.ſ.Luc. hõ.45. Hila.Mat.can.7. Amb.ſ.Luc.9.

Non habet filius hominis vbi caput ſuũ reclinet; in mentibus videlicet prauorum. Nam in bonorum pectoribus vim ſuę maieſtatis reclinat. Non habet etiam vbi caput ſuum reclinet, quando non eſt, cui tradat cognitionem Dei. Matth.8.c.Luc.9.c.

Anima Chriſti Contemplatio Fulgor charitatis. Doctores. Spes æternæ quieti. — Gre.ſ.cantic.3.&.ſ.Eze.ho.15.

Reclinatorium aureum ferculi Salomonis, deſignat animã Chriſti. cant.3.d. Vel deſignat requiem cœleſtis contemplationis: quę aurea eſt propter ſapientiã, quę precioſior eſt cũctis opibus. Vel fulgorẽ charitatis intimæ, in qua fideles reclinãtur. Itẽ doctores, vel ſpeculatores plenos diuina ſapientia. Item ſpem perpetuæ quietis, quæ aurea eſt: quia diuinæ viſionis requiem parat.

## Recolere, uide Cogitare & Meminiſſe.

## Reconciliare.

REconciliare eſt in gratiam reſtituere poſt offenſam in amicitia commiſſam.

Reconciliauit Chriſtus duos populos Deo, hoc eſt, Iudæos & gentiles. Epheſ.2.d. qua reconciliatione omnia reconciliaſſe dicitur. Colo.1.c.

Hie.ſ.Iſa.60. Au.1.ſer.do.in mõ.

Reconciliator dicitur Deus eccleſiæ in gentilitate,quæ conuerſa eſt ad fidem.Iſa.60.b.

Reconciliari dicitur fratri ſuo ante oblationẽ muneris,q̃ intẽdit ei ſatisfacere,cum primum poterit.Mat.5.d.

## *Recondere.*

RECondere eſt reponere,contegere,ſeruare:& recondere præcepta ſapienriæ eſt, in mente ea figere,vt opere compleantur.Tobi.12.b.pro.7.a.1.cor.16.a.

## *Recordari, uide Meminiſſe. Recreare, uide Reficere.*

## *Rectus.*

Baſi.ſ.ps.32. Hila ſ.ps.139.&.142 Gre.8.mor.26.

RECtum dicitur id,quod in nullã partẽ flectitur:cuius cõtrariũ eſt obliquũ:& is dicit̃ rectus qui iuſtitiæ mediũ ſeruat in neutrã declinãs partẽ.Vnde rectitudo eſt bonorũ,& beatorũ: & verbũ domini dicit̃ rectũ;quia dirigit nos.ps.32.139.142.Et rectus deficit in hoĩbus,q̃n refrigeſcit charitas in eccleſia.Mich.7.a.Iob.1.a.4.a.Et rectus incedit,q̃ recta habet opa.Iob.8.d.

Amb.apo.Dauid.14

Rectus ſpiritus,quem innouari petebat Dauid in viſceribus ſuis.ps. 50. dici poteſt ſpirituſſanctus;vel bona conſcientia. — Spũſſanctus. Bona conſcientia

Hie ſ.Iſa.26.

Recta ſemita iuſti eſt,rectitudo operum Chriſti,& rectus callis eius eſt ad ambulandũ:quia qui Chriſtum imitabitur,rectẽ ambulabit.Iſa.26.b. — Rectitudo operum Chriſti

Hie.ſ.Iſa.40.

Rectas facere vias dñi in ſolitudine,eſt tortuoſa gentiũ corda ad veritatẽ formare.Iſa.40.a. — Formare corda gentium ad veritatem.

Hie.ſ.Iſa.44.

Rectiſsimus dicitur Iacob ſecundum nomen Iſraelis.Iſa.44.a. (Iere.31.b.

Baſi ſ.ps.7.

Recti corde ſunt, qui non eleuantur per exceſſum,nec deprimuntur per defectum: ſed ſunt vt linea recta.Nam tortuoſa,vel ſupra vel infra,vel ad latera deflectitur,ps.7.

Hie.ſ.Eze.1. Gre.ſ.Exe.ho.37.

Recti pedes animaliũ & rectę pennę deſignãt volatũ ad cœleſtia,& opera recta, nec retrorſum redeũtia.Eze.1.b.f.Rectę quoq; pennę alterius ad alterũ,ſunt quãdo grãm,quã quis accepit,in proximi vtilitatẽ adminiſtrat.Nã ſi ſuã quærat vtilitatem,non rectę,ſed tortuoſæ ſunt.

## *Recumbere, uide Accumbere.*

## *Recuperare.*

Lyra.ſ.Eccli.2.

RECuperare eſt rẽ amiſſã rurſus acq̃rere,vel inſtaurare,quod deſtructũ erat.Recuperat De⁹ à tpali afflictione ad ęternam conſolationem deducens.Eccl'i.2.b.Crede Deo,& recuperabit te.11.b.13.d.29.d.2.Mach.2.c.

## *Reddere, Reſtituere, Retribuere.*

REddere eſt acceptum vel ablatum reſtituere,& quandoq; retribuere,ſeu vicem pro merito dare,& par referre:& quandoq; efficere.Item emittere.Sopho.3.b. Reddam populis labiũ electum.Et ſoluere.Mat.22.b.Reddite quæ ſunt Cæſaris,Cæſari.

Lyra.ſ.ps.50.&.ſ. Iſa.57. Amb apol.Dauid.3

Reddidit Deus conſolationes,Chriſto videlicet & apoſtolis lugẽtibus per reſurrectionem, & dando ſpiritum ſanctum.Iſa.57.d.Et reddidit lætitiã ſalutaris reſuſcitato Chriſto,quia reddidit Chriſtum eccleſiæ.ps.50.Reddens etiam ouem diues,eſt Chriſtus ſuſcitans carnem ſuã: & reddidit quadruplum,propter quatuor dotes corporis.2.reg.12.b. — Reſurrectio Chriſti

Hila ſ.ps.141. Aug.ſ.ps.96. Rup.ſ.Zach.9.

Retribuit pater Chriſto,quando dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen.pſalm. 141. Et reſtituta dicitur terra Dauid:quando corpus Chriſti ſuſcitatum eſt.pſalm.96.Reddidit Deus duplicia Chriſto. Zachariæ. 9.c.quando per hoc, quòd fuit obediens vſq; ad mortem crucis,dedit ei omnem poteſtatem in cœlo & in terra in diuina ſimul & humana natura: quam prius habebat tantum in diuina.Item quia præter ſanctos, qui deſcenderant ad inferos, & præter ſemen Abrahæ,dedit illi gentes in hæreditatem. — Gloria Chriſti

Hie.ſ.ps.15.

Reſtituit Deus hęreditatem Chriſto,vel quum conuertet Iudæos in futuro, vel quum reddet immortalitatem corpori ſanctę eccleſiæ.ps.15.

Hie.&Aug.ſ.ps.96.

Reſtituta dicitur terra Dauid,hoc eſt,Chriſto,quando corpora noſtra eius obſequio mancipantur;Vel quũ mũdus relictis idolis Chri fidẽ amplectitur,aut cũ Iudęi ſunt cõuerſi.ps.96. — Subiectio carnis Conuerſio infideliũ

Aug.ſ.ps.37. Hie.ſ.Ion.&.ſ.eze. 38.

Retribuit Chriſtus pro nobis,quando pro nobis paſſus eſt ſatisfaciens patri,& exoluẽs, quę non rapuit.ps.137.Sic reddit Ionas,hoc eſt,Chriſtus vota ſua,quum ſaluat nos.Ion.2.d.Reſtituti autem ſunt per Chriſtum liberati.Eze.38.d. — Satisfaciens Chriſt⁹ pro nobis

Ori.ſ.Iere.11. Hiero.ſ.Iſa.23.&.ſ. Eze.16. Gre.11.mor.13.

Reddit Deus lętitiã ſalutaris,quũ dat remiſsionẽ & liberationẽ à peccatis:q̃ magnã inferũt lætitiã. ps.50.Et reddit annos,quos comedit locuſta,quũ ad priſtinũ grãe & iuſtitię ſtatũ reducit animã.Ioel.2.f.Reſtituit Deus aliquẽ,cũ poſt pctm̃ reducit eũ in ſtatũ grę,ſeu innocentiæ: quod eſt reſtitui in gradũ priſtinũ.gẽ.40.c.Sic reſtituitur Tyrus in antiquũ,hoc eſt,aĩa peccatrix reuocatur ad ſtatũ gratiæ.Iſa.23.d.Et Sodoma,hoc eſt,gentilis populus:& Samaria,hoc eſt hæretici cõuerſi:& Hieruſalẽ,hoc eſt,eccleſia vel anima.Eze.16.b.Sic gentes ſubuerſas in integrum reſtituit.Iob.12.d.Et reſtituetur vt lutum ſignaculum,quando anima & corpus reparabũtur in reſurrectione.Iob.38.b. — Remittẽs Deus peccata. Reparatio animæ & corporis.

Hie.ſ.Iob 38. Hie.ſ.Sopho.3.

Reddit dominus ſemẽ aliud,quãdo multiplicat fideles.1.reg.2.d.Et reddit labiũ electũ; quũ — Multiplicatio fidelium.



Confeſſio fidei. Bene operari.

dat confeſsionẽ fidei.Soph.3.b.Reddũt quoq; ſementẽ Deo,qui audito eius verbo bene operantur.Iob.39.b.

Beatitudo.

Reddit Deus duplicia,cum beatificat animã & corpus:& quũ pro temporalibus dat ęterna: Zach.9.c.Reddet etiam ſtabulario,quando illi dicet:Euge ſerue bone.Luc.10.f. — Hie.ſ.Zach.9. Amb.ſ.Luc.18.

Retributio Dei.

Reddit Deus vnicuiq; iuxta opera ſua.ps.61.78.Et reddit iniquitatẽ in ſinu,quãdo animam caſtigat in affectibus:vel quia nõ vnũ pro alio caſtigat,ſed vnũquẽq; pro ſuo delicto.Iſa.35.b. 63.b.65.a.66.c.Et reddit vias alicuius in caput ſuũ,quum eũ caſtigat ſecundũ peccata. Eze.9. d.Sic reddit iuxta adinuentiones cuiuſq;.Hoſe.12.a.d.Et reddit viciſsitudinem perſecutoribus fidelium.Ioel.3.a.Iob.34.b.Mat.20.a.Et reddunt malo dolorẽ ſuũ manus eius:quia damnationẽ iuſtã ex iniqua recipiet opatiõe.Iob.20.b.Et retributio manuũ eſt retributio opũ. Iſa.3.b. — Hie.ſ.Zacha.65.66. &.ſ.Eze.9. Gre.15.mo.4.&.24 mor.25. Aug.ſ.ps.78.& de ver.do.ſer.59.

Caſtigans Deus ad emendationem. Pœna maior ſciẽter peccantis.

Reddit Deus duplices iniquitates,quum prius caſtigat,& poſtea pœnitentibus peccata cõdonat,bona retribuens.Iere.16.d.Vel reddit duplices iniuſtitias:quia ſeruus ſciens voluntatem domini ſui,& non faciens plagis vapulabit multis. — Hie.ſ.Iere.16. Ori.ſ.Iere.ho.12.

Reddit Deus iniquitatem patrum filijs, quum propter peccatum originale puniuntur filij: quod in primis parentibus fuit actuale.Vel quando filij imitantur parentes,puniuntur propter eadẽ peccata,propter q̃ puniũtur parẽtes,& pœna filiorũ eſt pœna patrũ:vt ipſi parẽtes in filijs quodãmodo puniant̃.Exo.20.a.34.a.Iob.21.d.Vel pater eſt diabolus:Peccantes aũt miniſtros peccati adiutoreſq; requirimus:quos tertiã,vel quartã progeniẽ habet diabolus:quos in p̃ſenti Deus verberat,vt ĩ futuro leui⁹ ſuſtineãt.Diabolus genuit Iudã,quũ in illũ intrauit:Iudas abijt ad principes ſacerdotũ:illi perſuaſerũt populo:& ſic facta eſt quarta generatio. — Hie.ſ.Eze.ho.18. Gre.15.mor.22. Beda.ſ.Exo.20.

Deſtructio Hieruſalem. Punitio Iudæorum.

Reddidit Deus retributionẽ Iudæis,quũ deſtruxit Hieruſalẽ.Iſa.66.c.In retributionẽ quoq; fiet mẽſa Iudęis:q̃a p legẽ,quã acceperũt,iudicabunt̃ & cõdẽnabunt̃.ps.68.Ioã.5.c.Ro.2.11.b. — Hie.ſ.Iſa.66. Ori.ſ.Rom.11.

Reddidit dominus ſicut ſuperbiæ Iacob,ita ſuperbiæ Iſrael;quia ſicut defendit luctatorem Iacob,ita contemplatorem Iſrael.Nahum.2.a.Et licet vaſtati fuerint ab Aſſyrijs:liberati ſunt tamen deſtructis Aſſyrijs, & angeli ſingulorum fidelium quicquid in Iacob, & Iſrael adhæſit pulueris excuſſerunt. — Hie.ſ.Nahum.2.

Præmium malorum in hac vita.

Reddidit Deus mercedem Nabuchodonoſor ſpolia Aegypti:quia ſeruiuit Deo in euerſione Tyri.Eze.29.d.Deſignatur autem remuneratio malorum in hac vita:& quòd ſi gentes ſeruent legem naturalem non peribit illis præmium in iudicio. — Hie.ſ.Eze.29.

Reddit Deus aquas Aegypti puriſsimas:cum aufert errores à doctrina.Eze.32.c. — Hie.ſ.Eze.32.

Promptum iudiciũ Chriſti.

Reddit velociter Chriſtus,quod iuſtum eſt,quia non differt iudicium,cum tempus eſt iudicandi,nec quiſquam poteſt iudicij eius executionem remorari.Iſa.16.b. — Hie.ſ.Iſa.16.

Non reddit Deus quaſi aliquid acceperit.Iob.41.a.quia bonum,quod agimus, eſt Dei per præuenientem gratiam,noſtrum vero per obſequentem liberam voluntatem,quam à Deo habemus:& bona operatio non in Dei,ſed in noſtram cedit vtilitatem.Vnde.ps.115. Quid retribuam domino pro omnibus,quæ retribuit mihi. — Gre.33 mor.26.

Reſtituit Deus iudices & conſiliarios ſicut antiquitus,cum pro Moſe, & Ioſue & cæteris veteris legis dedit apoſtolos,& doctores noue legis.Iſa.1.g. — Hie.ſ.Iſa.1.

Adiuuans Deus. Gratiarum actio Confeſsio pctõrum Bene operari. Seruare promiſſa in baptiſmo. Offerre euchariſtiã Offerre ſeipſum. Laudes Dei in pr̃ia.

Retribuere dicitur dominus aliquando:quum præſtat auxilium.ps.54.137. — Hila.ſ.ps.54.

Reddit mulier fortis bonũ & nõ malũ viro ſuo.pro.31.b.quãdo eccleſia vel aĩa reddit bona opera Chr̃o ob gratitudinẽ.Reddit aũt Deo vitulos labiorũ,qui offert oratiões, & cõfeſsionẽ pctõrum.Hoſe.14.b.hoc eſt,vota reddere.Nahũ.1.d.Reddit aũt vota corã populo, qui recta præbet exẽpla,& qui ſeruat promiſſa in baptiſmo,& qui offert euchariſtiã:qui offert ſeipſum; & reddit vota de die in diẽ,qui in cœleſti patria Deũ laudat:ita reddetur votũ Deo in Hieruſalẽ,hoc eſt,in patria cœleſti,quia hic licet voueamus; tamen quãdiu ſumus in Babylone non poſſumus perfectẽ reddere,ſed in reſurrectiõe offeret̃ holocauſtũ corporis & aĩę. ps.21.60.64 65.75.115. — Beda.ſ.pro.30. Hie.ſ.Hoſe.14. Arno.ſ.ps.75. Hila.ſ.ps.65. Aug.epi.120.&.ſ. ps.64.

Conſolatio diuina.

Reddit Deus annos,quos comederat locuſta,& bruchus,&c.quãdo cõſolatur ſanctos,qui in hac vita multas paſsi ſunt tribulationes.Ioel.2.f. — Rup.ſ.Ioel.2.

Reddere rationem eſt reddere cõputum. Reddidit autem rationẽ villicationis ſuę villicus, ſicut Paulus,quando illi dictum eſt:Saule,Saule quid me perſequeris.Luc.16.a. — Hie.Ag laſiæ.

Vita corporis pro vita animæ. Reformare ſcãdalũ

Reddere animam pro anima eſt dare vitam corporis, pro vita animæ, vel reformare ſcandalum datum. Reddere etiam oculum pro oculo fit, quum ab eo, qui ſenſum turbauit alterius, aufertur proprius ſenſus. Ad idem refertur reddere dentem pro dente. Exod.21.b. — Ori.ſ.Exod.ho 20. Beda.ſ.Exo.21.

Satisfacere ſcandalizato.

Reddere etiam pignus ante ſolis occaſum,eſt ſatisfacere ſcandalizato,vt exeat à pctõ:vel reddere vſum ſermonis.Exo.22.d.deut.24.Reddere bouẽ pro boue, & reſtituere quinq; boues pro vno,aut quatuor oues pro vna.Exo.21.d.22.a.eſt transferre in ſe pœnitentiã eius,quẽ errare fecit,& Iudęus agit pœnitentiã per quinq; libros Moyſi:Chriſtianus per quatuor euangelia Reddere damnũ ignis,& pecuniam.Exo.22.a.Leui.5.d.eſt agere pœnitentiã,propter indiſcretam correctionẽ,aut ſcandalũ.Reſtituere operas & impenſas in medicos eſt adducere ad pœnitentiam per doctores,& admonitores eum,quem peccare fecit.Exo.21.c. Reddere pretium iumen- — Amb de Tobia 20. Philo.de ſomnijs. Glo.or.ſ.exo.21.22. Lyra.ſ.Exo.22. Gre.17.mor.13.

iumentorum eſt teneri reum doctorem, qui indiſcretè aperuit ſenſum: vnde ſimplices incidunt in errorem. Ideo tenetur agere pœnitentiam & conari reducere errantes.

Iſy.ſ.Leui.26. — Proponi præcepta.
Reddentes decẽ mulieres panes ad põdus, ſunt decẽ præcepta ſimpliciter tradita. Leui.26.d.

Gre.ſ.1.reg.6. Glo.inte.ſ. Exo.22. Ori.ſ.Luc.35. Au.1. ſer. do.in mõ. — Pœnitentia
Reddere debitũ pro peccato eſt affligere ſe per pœnitentiã. Reddit aũt anũ vnũ, & murẽ vnũ, qui ſic cõmiſſa luget præterita, vt perfectè caueat futura. 1.reg.6.a. Reddere aũt duplũ eſt animo & corpore pœnitentiã agere. Exo.22.a.b. Reddere vero nouiſsimũ minutũ eſt minimorum & peccatorũ pœnas lugere. Vel etiã peccata terrena perpetuo ſoluere. Luc.12.g.

Glo.or.ſ.Exo.22. — Fides.
Reddere pecuniam virgini iuxta modum dotis. Exodi.22.c. eſt honorare ſenſum literalem dote fidei, cum ſenſus literalis regnum charitatis ędificat.

Glo.inte.ſ. exo.22. — Remuneratio opũ.
Reddere primogenitum bouis aut ouis octauo die. Exo.22.d. eſt offerri opera in iudicio remuneranda poſt ſeptem dies huius vitæ.

Glo.or.ſ.Leui.13. — Mundatio pctõris.
Redditus leproſus munditiæ. Leui.13.a.14.a. eſt peccator mundatus à peccato.

Gre.ſ.1.reg.7. — Inſtauratæ ruinæ angelorum. Cõuerſio pctõrum.
Redditæ vrbes Iſraeli, quas tulerant Philiſtim, deſignant inſtauratas, ruinas angelorum per homines, vel reſtitutos ad gratiam, qui decepti fuerant à dæmonibus, vel hęreticis. 1.reg.7.d.

Gre ſ.1.reg.8. — Opera p̃dicatorum.
Redditus vinearum dici poſſunt opera aut fructus prædicatorum. 1.reg.8.a.

Ori.ſ.Mat.ho.21.et ſ.Luc.ho.39. Amb.ſ.Luc.20. — Dari corpori & animæ propria. Relinquere vitia diabolo & virtutes Deo.
Reddere quæ ſunt Cæſaris, Cęſari, & quæ ſunt Dei, Deo, eſt dare corpori neceſſaria, & animæ quæ ſua ſunt. Vel relinquere principi huius mundi vitia, & renunciare mundo: Dare vero & aſcribere virtutes Deo. Mat.22.b. Mar.11.b. Luc.20.e.

Gre.31.mor.5. — Cõuerſio principũ ſecularium.
Reddit eccleſiæ ſementem Rhinoceros Iob.39.b. quando principatus ſeculares, qui prius ſęuiebant in eccleſiam, ſuſcepta fide fructum bonorum operum in ea reddunt.

Hie ſ.Eze.30.
Reſtitui ſanitatẽ brachio fracto Pharaonis eſt reddi malis vires ad nocendum. Eze.30.e.

Hila.ſ.Matt.can.12.
Reſtituta manus, eſt reddita ſanitas animæ ad benè operandum. Mat.12.a.

Gre.19.mor.15. — Imitatio bonorum.
Reddit teſtimonium eccleſiæ oculus: quando quis exemplis vitæ illius ſeu membrorũ eius benè viuendo reſpondet. Iob.29.b.

Hila ſ.ps.136. Euch.q.in pſal. — Dominari carni.
Retribuere Babyloni retributionem, quam retribuit, eſt dominari carni, quæ prius dominabatur, & eam captiuam ducere, quæ ipſum prius habuerat peccati lege captiuũ. Eſt etiam exordia vitiorum ad petram, quæ Chriſtus eſt, allidere. p̃s.136.

Glo.inte.ſ.Exo.22.
Reſtituere optimum, quod habetur in agro. Exo.22.a. eſt ſatisfacere inuaſionem dignitatis alterius per amiſsionem eius, quam habebat.

Gre.ſ.1.reg.5.
Reſtituere Dagon in locũ ſuũ, eſt idololatriæ ſtatũ ſubtili cõſideratiõe perquirere. 1.reg.5.a.

Iudæi perſequentes Chriſtum.
Reddentes malum pro bono fuerunt Iudæi perſequentes Chriſtum in paſsione: à quo multa bona acceperant, & etiam dæmones. gen.44.b. Iere.18.b. p̃s.37.

## *Redigere.*

REdigere *eſt vi quadam aut* induſtria in aliquid reducere.

Amb.4 de interp.9. Hie.ſ.Eze. 26.& ſ. Eccl.ten.16. — Condemnans Deus
Redigit Deus in nihilũ, cum perpetuo condẽnat; aut cum in perpetuũ deſtruit: qua ratione redacta eſt Hieruſalẽ in nihilũ. Iſa.34.c. Iere.10.b. Eze.26.d. Rediget etiã Deus in ciuitate ſua imaginẽ malorũ, ad nihilum. p̃s.72. Quia non inueniuntur mali in cœlo. Vel in eccleſia deſtruit varia dogmata, quorum perſonam philoſophi, & hæretici induunt.

Gre.13 mor.2.&.18.&.20.mor.23. — Scandalũ infirmorũ
Ad nihilũ rediguñt mẽbra Iob, hoc eſt, eccleſię, cũ infirmi perſpiciẽtes peruerſos florere, iuſtoſq; cruciari, ad hoc nõnunq̃; perueniũt, vt ſe bona vel inchoaſſe pœniteat: atq; ita ad agẽda mala citius recedũt: ac ſi eorũ vitę nocuerit bonũ, quod inchoauerant. Iob.16.b.17.d.30.b.

Hie.ſ.Iere.21. — Deſolari eccleſiam.
Redigi terram in ſolitudinem eſt eccleſiam deſolari. gen.47.a. Exod.23. d. Et redigit Deus domum Dauid in ſolitudinem, quando deſtruit aliquam eccleſiam cum paſtore. Iere.21.a.

Gre.20.mor.23.
Redigi dicuntur boni in nihilum apud malorum ęſtimationem: quando ea, quæ ipſi quaſi ſumma diligunt bona temporalia, ipſi boni non tenent. Iob.30.b.

Gre.12.mor.23. — Diſsipatio prauarũ cogitationum
Redactæ domus in tumulos ſunt cogitationes prauorum inordinatę, & à vitę ędificio lapſæ, dum enim praui quiq; confuſis actionibus ſibimetipſis ad peruerſa opera iunguntur, oſtẽdunt proculdubio, quia de ędificio vitæ ceciderunt. Iob.15.d.

Hie.ſ.Ioel.2. — Pauor malorum in iudicio.
Redigẽtur vultus in ollã in iudicio: quãdo pctõres magno pauore cõſternati erũt. Ioel.2.b.

Gre.11 mor.17. — Abiectio ſuperborũ
Rediguntur ceruices ſuperborum in lutum. Iob.13.b. quando ſuperbus quiſq; humiliatur in morte, & elata caro tabeſcit in putredine.

## *Redimere, uide Emere.*

## *Redire, Regredi, Reuerti, Remeare.*

REdire eſt quaſi retro ire, hoc eſt, ad locũ, vnde prius quiſpiam venerat: quod & regredi, & reuerti dicitur. Reuerti etiam eſt reuocari. Exo.14.g. Vt reuertantur aquę ad AEgyptios. Et reuerſus, conuerſus. Exo.32.g. Reuerſuſq; ad dominum. Iterans. gen.8.c. Quæ non eſt reuerſa vltra ad eũ. Regreſſus. gen.8.b. Reuerſa eſt ad eũ in arcã. Reſipiſcẽs. 3.reg.8.e. Et reuerſi fuerint ad te in toto corde. Reſtitutus. Leui.13.g. Faciẽ priſtinam non reuerſam. Retrocedens. 4. reg.19.b. Reuerſus eſt ergo Rapſaces.

Reuerti



reg.19.b. Reuerſus eſt ergo Rapſaces.

Gratificans Deus. Parcens & ſuccurrẽs. — Gre.9.mor.42.
Reuerti tribuitur *Deo per metaphoram, ſicut & ire. Dicitur autem reuerti Deus gratificando.* gen.18.b. Reuertar ad te hoc eodem tempore. Item quando parcit, & quando in tribulatione ſuccurrit, quaſi qui prius abierit, & reliquerit. Hoſe.11.c. Iob.10.c. Mich.7.d. Sic dicitur reuerti ad Hieruſalem in miſericordijs. Zacha.1.c.8.a.

Flagellans Deꝰ ad pœnitentiam — Gre.9.mo.42. Glo.int.ſ.Ier.13.
Reuertitur etiã Deus, quũ eos, quos reliquerat quaſi inſenſibiles & deſperatos, poſtea flagellando ad pœnitentiæ dolorẽ excitat. Iob.10.c. Dicitur quoq; nõ reuerti furor domini vſq; dũ faciat, quando plenã exercet Deus vltionem. Iere.23.e. Reuertitur vero, quum placatur.

Relinquens Deus — Hie.ſ.Hoſe.5.
Reuerti dicĩt Deus in locũ ſuũ, qñ iam nõ curat eos, quorũ prius curam gerebat. Hoſe.5.d.

Aug.de quin.hære.
Nõ reuertitur iuſtitiæ verbum, quod egreditur de ore Dei, quia filius genitus à p̃re non eſt ipſe pater. Iſa.45.d.

Reuertens Chriſtꝰ ad patrem — Hie.ſ.Eccl.ten.1. Beda.ſ.gen.31. Baſi.ſ.p̃s.7. Rup.ſ.Hoſe.5.
Reuertitur ſol ad locum ſuum, quando filius redit ad patrẽ. Eccl'tæ.1.a. Et regrediẽs Iacob cũ duabus turmis, eſt Chr̃s apparens coram p̃re cõuerſis Iudæis & gentilibus. gen.32.c. Idẽ reuertens in terrã ſuã, Chr̃s ad patrẽ. gen.31.a. Reuerſus etiã ſol decẽ gradibus eſt reſurgens Chr̃s & aſcendens vmbras figurarũ, per quas deſcenderat. Iſa.38.b. Regreſsio Dei in altum propter ſynagogam populorum deſignat exaltationem gloriæ Chriſti. p̃s.7. Hoſe.5.c.

Veniens Chriſtꝰ ad Iudæos. — Ori.ſ.Mat.ho.16. Am.2.de Abra.11.
Reuertens Ieſus mane in Hieruſalem eſt veniens cum gratia ad Iudęos, vt eos illuſtret. Mat.21.b. Et reuertens Ioſeph ad fratres ſuos, eſt Chriſtus ad Iudęos. gen.42.e. Reuerti autem dicĩt dominus eodem tp̃e iuxta condictum: quando venit ſicut fuerat prophetatum. gen.18.b.

Reſurrectio Chriſti — Gre.ſ.can.2. Beda.ſ.gen.22. &.ſ. pro.7. Ber.ſ.can.ſe.72. Amb.ſ.Luc.10. Gre.ho.13. Rup.ſ.1.Eze.10.
Reuerſio Abrahæ & Iſaac ab immolatione. gen.22.d. deſignat reſurrectionẽ Chriſti: Vel ſecundũ eius aduentũ. Et quia venerunt ad ſeruos pręſtolantes, deſignat vocationẽ Iudæorũ in fine mundi. Ad vtrunq; referri poteſt, quando petit ſp̃onſa vt reuertatur ſp̃õſus. cant.2.d. Reuertitur vir meretricis in die plenę lunę, hoc eſt, Chr̃s ad iudiciũ. pro.7.d. Et rediens Samaritanus, eſt Chr̃s ad iudiciũ veniens. Luc.10.f. Et reuertitur à nuptijs, cum nobis per iudiciũ manifeſtatur. Luc.12.e. Reuerti quoq; dicuntur aĩalia: quia in iudicio venient cum Chriſto ad conuincendos pctõres. Vnde in ſimilitudinem fulguris coruſcantis reuerti dicuntur. Eze.1.a.

Chr̃s ſemel mortuꝰ — Rup.1.ſ. Eze.14.
Non reuertebantur animalia. Eze.1.c. quia Chriſtus ſemel tantum operatus eſt opus redemptionis noſtræ; neq; amplius moritur.

Firmitas euangelij. Firmitas in virtute. — Hie.ſ.Leui.1. Gre.ſ.Eze.h.3.&.6. &.10.mor.29.
Non reuertebantur etiã aĩalia: quũ incederẽt: quia ſemper euangelia ad vlteriora procedũt: nec vnq̃; ſuperantur aut recedunt. Sic non reuertebantur rotę euntes: quia vtrũq; teſtamentũ manet firmũ & immutabile ſp̃ũaliter intellectũ. Reuertebantur enim animalia, quando p̃dicatores euangelij nõ pręedicabant indignis: ne ſanctũ darent canibus. Eze.1.c.

Regreſsio ad contẽplationẽ & rurſus actionem.
Vel nõ reuertuntur animalia, quia electorũ mentes, quũ per collatã ſibi actiuæ vitæ gratiam erroris vias deſerunt, redire ad mala mundi neſciũt, quæ reliquerunt. Quũ verò per contẽplationis aciem ab hac ſe eadem actiua vita ſuſpendũt, eunt, & redeunt: quia per hoc quòd diu perſiſtere in cõtemplatione ſunt, ſe exercendo reforment, & ſuper ſe rurſum ſurgere contemplando conualeſcant. Poſſunt etiam hæ reuerſiones ad vires animæ, & ad quatuor anni tempora referri.

Chr̃s veniẽs ad nos — Beda.ſ.Exo.5. Rup.1.ſ.Eze.10.
Reuertens Ioſeph in Aegyptũ, eſt Chr̃s, q̃ ſemper venit ad ſuos, q̃ ſunt in hoc mũdo. Dicĩt aũt reuerti & in baptiſmo, & in ſacramẽto euchariſtię. gen.50.c. Reuertẽs etiã Moſes ad fratres ſuos in Aegyptũ, aut etiã ad populũ, aut in caſtra idem deſignat. Exo.4.e.24.d.33.c.

Impletis verbi Dei. — Hie.ſ.Iſa.45.
Non reuertitur verbum, quod egreditur de ore Dei, quia opere completur. Eadem ratione dicitur non reuerti vacuum. Dicitur etiam non reuerti nix in cœlum, hoc eſt verbũ Dei, quod non reuertitur, niſi fœcundata terra. Iſa.45.d.55.c.

Litera legis ſine ſenſu euangelico. — Rup.4.ſ.Exo.36.
Reuertens Moſes ad caſtra de tabernaculo fœderis, eſt lectio legis veniens ad Iudæos, ſeu apud ipſos manens ſine euangelij gratia. Exo.33.c.

Renouatio fidæi Iudæorum. — Rup.ſ.can.6. Iſy.ſ.Leui.22.
Reuerti Sunamitidem. cant.6.d. eſt redire priſtinam fidem Abrahæ & patriarcharum, quæ iam receſſerat à Iudæis traditiones ſuas pluris facientibus. Reuertitur etiam filia ſacerdotis ad domum eius ſine liberis: quando relictis erroribus redit ſyncera fide. Leui.22.b.

Venire ad gloriam. — Hie.ſ.Ier.31. Hie.ſ.Iſa.28.
Reuertuntur filij Rachelis de terra inimici, cũ innocentes ab Herode occiſi inducuntur in gloriã: Quod etiam erit, quando reſurgẽt; ita dicuntur reuerti ad terminos ſuos, & ad ciuitates ſuas. Iere.31.c. Reuertũtur etiã de bello, qui vicerũt diabolũ, & hæreticos. Iſa.28.b.

Reuerſio animæ ad Chriſtum — Beda.ſ.Exo.2.
Reuertẽtes filię Iethro ad patrẽ, deſignãt reuerſionẽ aĩarum ad Chr̃m, qñ tẽtanĩ. Exo.2.c.

Eccleſia ad gentes dilatata. — Hie.ſ.Zac.14.&.ſ. Eze.38.
Reuertitur terra ad deſertũ, cum eccleſia venit ad gentes. Zach.14.b. Et reuerſa terra à gladio eſt eccleſia ex gentibus conuerſa, nec vltra dęmonibus ſubiecta. Eze.38.b.

Cogitatio propriæ infirmitatis. — Gre.2.mor.40.
Reuertitur nudus in vterũ m̃ris. Iob.1.d. quãdo tentatꝰ animus, & infirmitatis ſuę inopia deprehẽſus, dicit. Nudũ me in fide prima gr̃a genuit, nudũ eadẽ gr̃a in aſſũptione ſaluabit: eſt nãq; animi turbati ſolaciũ, vt pulſatus vitijs cũ ſe quaſi nudari virtutibus cõſpicit, ad ſolã miſericordię ſpem recurrat, & eo ſe nudari nõ ſinat, quo ſe à virtutibus humiliter nudum putat.

Gratiarum actio p̃dicatorum. — Gre.30.mo.4.
Reuertens ſeruus Abrahæ ad dñm ſuũ cũ Rebecca, deſignat gr̃arum actionẽ p̃dicatoris pro fructu p̃dicationis, quẽ aſcribit Deo. gen.24.g. Reuertentia etiã fulgura, ſunt miracula ſctõrum prædicatorũ. Quę tũc reuerti dicuntur, quando ipſi prædicatores non ſibi, ſed Deo gloriam

tribuũt

tribuunt.Iob.38.d.Sunt etiam inſpirationes reducentes ad Deum:Reuertuntur quoq; flumina ad locum,vnde exeunt,quando prædicatores omnem gratiam prædicationis ad Deum referunt,à quo acceperunt.Eccl'tę.1.b.

Gre.ſ.1.reg 1.3.7.9.
Amb.ſ Luc.8.
Philo.de mig. Abr.
Hie.ſ.Iob.38.
Tranſitus ad contéplationem

Reuerti Annã in domũ ſuã,eſt prædicatores redire ad cõtemplationẽ,& ad gentiũ deuotionẽ.1.reg.1.c.Et reuertens Samuel ad ſomnũ,eſt prædicator ad cõtẽplationis ſecretũ ſe colligẽs.1.reg.3.a.Reuertẽs quoque Samuel in Ramatha eſt eleuatio p̃dicatoris per amorẽ cœleſtiũ.1.reg.7. d. Et reuerti Saul ad p̃rem eſt p̃dicatorẽ redire ad cõtẽplationẽ.1.reg.9.a.Redire quoq; in domum eſt ad ſpũalia & interiora tranſire.Lucę.8.f.Et reuerſio Iacob in patriam ſuam eſt tranſitus ad ſpiritualium contemplationem.gen.31.a.Reuertentia quoq; fulgura ſunt prædicatores redeuntes ad contemplationem.Iob.38.d. (latione.exo.5.d.32.g.

Recurſus ad Deum

Reuertens Moſes ad dñm eſt veniens ad petendũ auxiliũ Dei,aut recurrẽs ad Deũ in tribu-

Philo.de conf.ling.
Deſtruere rationes vitiorum

Reuertitur Gedeon victor in pace,quando quis deuictis omnibus prauis affectibus mente tranquilla deſtruit rationes falſas vitiorum.Iudi.8.b.

Ori.ſ.cant ho.3.
Gre.30.mo.22.
Hie.ſ.Iob.39.
Nõ reſpicere retro.
Beatos non indigere doctore.

Non reuertentes filij ceruarum ad eas,cum pergunt ad paſtũ.Iob.39.a.deſignant illud,quod dixit Chr̃s:Nemo mittens manum ad aratrum,& reſpiciens retro,aptus eſt regno Dei. Deſignãt etiam peruenientes ad fœlicitatem non amplius quærere doctores.Vel qui hic bene inſtructi ſunt,non indigent vt rurſus ab eiſdem doceantur.

Amb.de Noe.17. 18. 19.
Aug.12.con. fau.26
Beda.ſ.gen.8.
Aug.ſ.Ioan. trac.6.
Nõ redire ad vitia.
Simplicitas amica iuſtitiæ.
Bonis nõ eſt requies in hoc mundo
Non rebaptizandũ.
Reducere ad eccleſiam errantes
Finis ſeculi

Non eſt reuerſus coruus in arcã Noe.gen.8.a.quia vitia nõ cõueniunt iuſto.Reuerſa eſt aũt colũba,q̃ a ſimplicitas inimica eſt inquietudinis,amica iuſtitię.Sed eadẽ poſtmodũ non eſt reuerſa,q̃n iã prodeſt alijs,q̃ cõuertuntur.Quòd aũt colũba nõ inuenta requie reuerſa eſt,oſtendit per nouũ teſtamentũ requiẽ ſanctis in hoc mũdo nõ eſſe p̃miſſam.Poſt.40.enim dies emiſſa eſt,q̃ numerus vitã,quæ in hoc mundo agitur,ſignificat.Reuerſio etiã colũbę ad arcã deſignauit nõ eſſe rebaptizandũ eũ,q̃ iam in arca baptizatus eſt.Coruus vero interijt in aq̃s nõ reuerſus:quia rebaptizari voluit.Reuerſa aũt colũba cũ ramo oliuę eſt reducẽs ad eccleſiã eos,q̃ erant foris,ſed cũ fructu.Nõ reuerſa aũt poſt alios ſeptem dies,deſignat finẽ ſeculi, quãdo erit ſanctorum requies,non adhuc in ſacramento ſpei,ſed in ipſa perfectione ſalutis æternæ.

Gre.6.mor.28.
Prius in actiua vita laborandum

Reuerti iuſſus eſt dæmoniacus curatus à Chr̃o in domum ſuam,vt narraret ſuis quanta fecit illi dominus,quũ ipſe vellet ſequi Chr̃m.Luc.8.g.Vt deſignet quod quũ qualibet parũ de diuina cognitione percipimus,redire ad humana iam nolumus;& p̃ximorũ neceſsitatibus onerari recuſamus.Sed ſanatos nos veritas ad domũ mittit,narrare q̃ nobiſcũ acta ſunt pręcipit,vt videlicet mens prius deſudet in opere,& poſtmodum refici debeat per contemplationem.

Gre.9.mor.40.
Fiducia poſt tentationem.

Reuertitur pollutus nocturno ſomnio ad caſtra poſt ſolis occaſum.deut. 23. b. quia deferueſcente tentationis ardore,neceſſe eſt,vt iterũ fiduciã erga ſocietatem bonorum ſumat.

Ricar.de.ſ. victo.de extermi mali.25.
Seruientes voluptates rationi.

Reuertuntur aquæ Iordanis in alueum ſuum.Ioſu.4.c.quando in reſurrectione voluptates ſenſuum reuertentur puriores,& beneplacito voluntatis & rationis ad laudem Dei ſeruientes: quod etiam in hac vita fit apud perfectos.

Ricar.de.ſ. victo.de ſecuri.conſcien. 48.
Lyra.ſ.gen.31.
Gre.24.mo.5.
Reformatio vitæ

Reuertitur figura ad Nabuchodonoſor.Dani.4.g.quando iuxta conſuetudinẽ amiſſam ad tempus religionis forma reformat . Reuertens quoq; Iacob in patriam ſuam deſignat religioſum colligentem ſe in monaſterium.Vel recurrentes ad ſummum pontificem in grauaminibus inferiorum prælatorum.gen.31.a.32.c.Reuertitur itidem ad dies adoleſcẽtiæ ſuę,qui ad prioris vitæ integritatem renouatur.Iob.33.d.

Gre.ſ.1.reg.1.6.
Deſcenſus a contẽplatione.

Reuerti de fonte eſt à contemplatione ad actionem tranſire.Sic reuertebatur Rebecca.gen.24.b.Et rediẽs Iacob de agro eſt à cõtemplationis culmine deſcendẽs.gene.30.c. Et reuertens Elcana in ciuitatẽ ſuã eſt à cœleſtiũ cõtemplatione ad inferiorũ adminiſtrationẽ deſcendens.1.reg.1.c.Et reuerſi ſatrapæ in Acharõ,ſunt p̃dicatores deſcendentes ad cõuertendos ſteriles.1.reg.6.d.Reuerſus etiam Moſes de monte eſt deſcendens à contemplatione.Exo.32.d.

Iſy.ſ.Leui.25.
Glo.inte.ſ.exo.34.
Acquirere gloriam cœleſtem.

Reuertitur vnuſquiſq; anno iubilei ad poſſeſsionẽ,& ad terram ſuã.Leui.25.b.quando ſancti,qui in hoc mundo peregrinantur,t̃pe iudicij recipientur in patria cœleſti.Rediens etiã tempus anni,quo cuncta conduntur.Exo.34.c.eſt tempus remunerationis cuiuſq;: & quando offerre debemus opera noſtra cum fide.

Amb.2. d̃ Abra.9.
Phil.q̃s rer.di.hęres
Ori.ſ.gen.ho.15.
Hiero.ſ.Iſa.19.&.ſ. Nahum.2.
Gre.12.mor.19.
Retrahi à mũdo cũ bonis operibus.
Educi de limbo.
Conuerti.
Iuſtificari

Reuerti filios Iſrael ex Aegypto generatione quarta eſt à mũdanis ad interiora venire cum bonorũ operũ magno fructu:vel ætate iam virtutibus firmata. gen.15.d.46.a.

Reuerti etiã Iacob de Aegypto,eſt ſctõs p̃res per Chr̃m educi de limbo. gen.15.d.46.a.

Reuerti aliquando eſt conuerti,reſipiſcere,& iuſtificari. deut.4.e.30.b. Reuertaris ad dñm Deũ tuũ.E reuerti de Aegypto eſt à tenebris p̃ctõrum ad lucẽ gr̃æ redire.Et reuertitur Iacob de terra captiuitatis,quũ fideles exeunt à captiuitate p̃cti,quæ reuerſio eſt ad dñm, ad quẽ reuertendũ eſt toto corde.1.reg.7.a.Iſa.9.b.19.d.30.c.44.d.Hoſe.6.e.7.c.Nahũ.2.d.Zach.10.d Et reuertũtur à vijs ſuis,q̃ emendantur à p̃ctis.Iere.3.a.8.b.15.b.18.b.30.b.31.b.Et reuerti de tenebris ad lucẽ,eſt à ſtatu peccati ad ſtatũ gr̃æ redire,& à tribulatione ad conſolationẽ.Iob.15.c.22.d.24.c.36.b.Reuerti etiã Agar eſt redire ad rationẽ & reſipiſcere.gen.16.c.Iſtud eſt redire ad cor.Iſa.46.c.Et reuerſus dicitur ad ſe prodigus:qui extra ſe erat peccando,& quia prius ſeque-

Amb.ſ.Luc.15.
Gre.2.dialo.3.
Conſolari



ſequebatur ſenſus,q̃ extra ſe eũ ducebãt.Sicut aũt eſt gemina digreſsio à ſeipſo, ſic eſt gemina reuerſio. Ab vtroq; egreſſu quaſi ad conuerſationis nr̃æ habitaculũ reuertimur, quando poſt mũdana negotia,vel poſt cœleſtiũ cõtemplationũ ſpectacula ad circunſpectionẽ morũ noſtrorũ mentis nr̃æ oculos reducimus:& intima nr̃a diſcutientes,quales ipſi ſimus ſtudioſa retractatione perſcrutamur.De prima reuerſione recte intelligit̃,quod diximus de filio prodigo,qui in ſe reuerſus dixit.Quãti mercenarij in domo patris mei abundãt panibus.Luc.15.d.De ſecunda reuerſione recte intelligimus,quod de apoſtolo Petro legimus.Petrus ad ſe reuerſus dixit.Nũc ſcio vere,quia miſit dominus angelum ſuũ,&c.acto.12.b.hoc eſt reuerti ab extaſi ad actiones humanas.Reuertitur etiam per ſemitas luminis,qui reſipiſcit.Iob.24.c.Reuertitur Sodoma ad antiquitatem ſuam,quando gentiles cõuertuntur:& Samaria,quando hæretici:& Hieruſalem, quando peccatores eccleſiæ.Eze.16.g.Porro non reuerti faciem priſtinam leproſæ veſtis,eſt non redire ad pœnitentiam.Leui.13.g.

Ricar.de.ſ. victo.ſ de arca myſti.8.
Gre.16.mo.17.
Redire ab extaſi
Hie.ſ.Eze.16.
Glo.inte ſ.Leui.13.

Cõuerſio Iudæorũ.
Hiero.ſ.Iſa. 59.& ſ. Hoſe.3.
Gre.ſ.1.reg.14.
Rup.ſ. Hoſe.3.

Redeuntes ab iniquitate in Iacob,ſunt conuerſi ex Iudæis.Iſa.59.d.Reuerſio aũt meretricis ad virum priorem,eſt, quæ fiet in fine ſeculi ſynagogæ Iudęorum.Hoſe.2.b.3.b. Idem deſignare poteſt reuerſio Iacob.gen.28.d.46.a.Reuerſi quoq; Hebręi à Philiſtęis,ſunt conuerſi à peccatis.1.reg.14.e.

Eccleſia ſubdens ſe apoſtolis.
Beda.ſ.gen.16.

Reuerti dicitur Agar ad dominam ſuam,quando eccleſia ex gentibus ſe ſubdit apoſtolis & alijs credentibus ex Iudæis.gen.16.c.

Deus principium & finis bonorum.
Amb.2.de Abra.9.

Reuerſio Abrahæ in Bethel,hoc eſt,in domũ Dei,deſignat bonos principiũ & finẽ habere

Sermo propheticus, explicans Chriſtum

Reuertens Ruben ad ciſternam,vt quæreret Ioſeph,eſt ſermo propheticus,quærens explicare Chriſtum.gen.37.f. (Deũ.gẽ.13.a.

Reuertentes ad ſapientiam
Lyra.ſ.gen.43.

Reuertentes fratres Ioſeph ad emendum triticum,deſignant reuertentes,ad guſtatã ſapiẽtiã. gen.43.a.Idẽ deſignant reuertẽtes in oppidũ ad eundẽ Ioſeph propter ſcyphum. gen.44.c.

Hie.ſ.Eccltæ.12.

Reuertitur ſpiritus ad eum,qui dedit illum,quum anima reuertitur ad Deum. Eccl'tę. 12.c. Vbi oſtenditur animam non ſeminari cum corpore,ſed creari & infundi à Deo.

Hie.ſ.Eze.7.

Non regreditur viſio ad multitudinem.Eze.7.d. Vel quia ptophetia cito deberet impleri. Vel quia poſt mortem Chriſti non fuit viſio in populo Iudæorum, ſed in eccleſia.

Correptio p̃ctõris.
Glo.inte.ſ.Leui.14. &.ſ.Exo.32.

Reuertẽs ſacerdos die ſeptimo ad cõſiderandã domũ leproſam.Leui.14.c.eſt moderatẽ corripiẽs p̃ctõrem,vt veniat ad veniã ſeptiformis ſp̃us.Et redeũtes Leuitę à porta vſq; ad portã occidẽdo de filijs Iſrael.Exo.32.f.ſunt,nullũ vitiũ p̃termittentes ſine pœnitentia, & correctione.

Reuerſio ad conſciẽtiam.

Reuerti populum cum pace ad loca ſua,& reuerſus etiam Iethro in terram ſuam.Exo.18.d. deſignat reuerſionem ad tranquillitatem conſcientię.

Intelligere legem ſpiritualiter.
Glo.or.ſ.Exo.34.

Reuertentes Aaron & principes ad Moſen.Exo.34.d.ſunt conuertentes ſe ad intelligentiã ſpiritualem legis.

Conſtantia
Concordia intentionis & actionis
Glo.or.ſ.Exo.28.

Redeuntes ſummitates ſuperhumeralis in vnum,deſignant cõſtantiam inter proſpera & aduerſa:& concordiam intentionis & actionis.Exo.28.b.

Gre.ſ.1.reg.15

Reuerti Samuelem petens Saul.1.reg.15.f.deſignat nolẽtem ſeparari à communione ſideliũ. Vel deſignat quòd prælatus cum ſubdito pro ipſo ſubdito orat,& plangit pro eo.Nolens autẽ reuerti Samuel,deſignat deſertionem impœnitentis.Sed tandem reuertitur: quia electi prędicatores potentes ſeculi & pro iniquitate percutiunt,& pro exemplo bona quædam ſinunt agere:ne ſi deſpiciantur,ad peiora labantur.

Dimittere doctrinã Iudaicam
Mutare vitã i bonũ
Hila.ſ.Matt.can.1.
Amb ſ.Luc.2.
Gre.ho.10.

Non redire ad Herodem eſt nihil accipere de Iudaica doctrina:vel cauere mũdana.Mat.2. b.Reuerti aũt per aliã viã eſt mutare vitã accipiendo doctrinam Chri:& per ipſum ire:vt qui à paradiſi gaudijs per delectamenta diſceſsimus ad hæc per lamenta reuocemur.

Hila.ſ Mat. can.10
Hie.ſ.Ecclte.12.

Reuertitur pax ad prædicatores,quia ſacramentũ pacis intra propriã conſcientiã cõtinetur, quãdo ab alijs nõ recipit̃.Mat.10.b.Lu.10.a.Et reuertuntur ſtellæ poſt pluuiã.Eccl'tę.12.a.quãdo p̃phetę & prædicatores cognoſcẽtes auditores indignos,reuertunt̃ ad eũ, à quo miſsi ſunt.

Beda.ſ pro.2.

Non rediens ſpiritus hominis,eſt non potens reſurgere à p̃ctõ per ſemetipſum.p̃s.77. Sic nõ reuertitur,qui ingreditur ad meretricem:quia non poteſt per ſe reſurgere.pro.2.d.

Mori.
Humiliari
Hie.ſ.Eccltæ.1.12.
Aug.10. de gen. ad lit.8.&.ſ.p̃s.103.
Gre.24.mor.27.

Redit homo in terrã ſuã,q̃n moritur.p̃s.145.Sic reuertunt̃ flumina ad locũ vnde exeũt,& reuertit̃ puluis in terrã ſuã.Eccl'tę.1.b.12.c.Iob.34.b.Reuerti autẽ in puluerem eſt redigi in puluerem;& reuertunt̃ in puluerem ſuũ,qui cognoſcunt ſe eſſe puluerem,& humiliantur.p̃s.103.

Gre.8.mo.12. 14.& 9.mo.45.
Beda.ſ.pro.2.

Non reuertitur oculus vt videat bona,quia poſt mortem non poteſt quiſpiam ad hanc vitã redire,niſi Deus reducat:neq; etiam à morte animæ ad eius vitam.Iob.7.b.Nec reuertetur vltra in domum ſuam,qui æternis ſupplicijs traditus,ad hoc iam vbi amore inhæſerat,nequaquã reuocatur.Iob.10.d.pro.2.d.

Recordari

Reuerti interdum eſt recordari.2.par.24.e.Vt reuerterentur ad dominum.

Ceſſatio punitiõis.
Hie.ſ.Eze.21.

Reuerſus dicitur gladius Babylonis in vaginam ſuam, quia ceſſarunt punitiones & perſequutiones,quas Deus per Babylonios exequebatur.Eze.21.b.

Reuerti ad vitia
Gre.ſ.1.reg.4.
Beda.ſ.pro. 26.
Rup.ſ Hoſe.9

Reuertens Ephraim in Aegyptum deſignat reuertentem ad mundana,& ad tenebras vitiorum.Hoſe.9.a.11.b.Et reuertitur venditor ad id,quod vendidit,quando relinquens mundum ad ip-

ad ipſum reuertitur, vt canis ad vomitum. Eze.7.d.pro.26.d. Et reuerſa lepra eſt relapſus in hęreſim, aut peccatũ. Leui.14.f. Redire menſem mulieris dicit recordationem turpitudinis. Leui. 15.c. Et reuertens Iſrael in caſtra, ſunt Iudæi ad priſtinũ errorem redeuntes.1.reg.4.a. Reuerſus etiã Laban dimiſſo Iacob, typus eſt apoſtatarum à Chriſto recedentium, nec ſequentiũ baptiſmum, quem acceperant. gen.31.g. Reuerſi autem à prælio antequam venirent ad aquas. Iudi. 7. a. deſignant Catechumenos, qui diſcedunt à fide antequam ad baptiſmum veniant. Reuerti de agro in domum eſt reſpicere retro. Mat.24.b. Marc.13.c. Sic reuerti ad tollendam tunicam eſt redire ad hominem veterem. Luc.17.g.

Beda ſ. gen.31. Ori. ſ. Iudi. ho.9. Aug. epiſ.80. Ori. ſ. Mat. ho.29 — Apoſtatare.

Reuerſi vt eſſent abſq; iugo. Hoſe.7.d. dictum eſt de decem tribubus, quę receſſerũt à lege: & dicitur de hæreticis nolentibus obedire eccleſiæ.

Rup ſ. Hoſe.7. Glo. or. ſ. Hoſe 7.

Reuertuntur errores hæreticorum in mercedem meretricis, quia ipſi hæreticici non habent diuitias de paterna hæreditate. Mich.1.b.

Hie. ſ. Mich.1.

Reuertens immundus ſpiritus in domum ſuam eſt diabolus rediens ad Iudæos, quos relique rat, quando illis data fuit lex. Mat.12.d. Luc.11.d.

Amb. ſ. Luc.11. Hie. ſ. Mat.12.

Redit in memoriam iniquitas patrũ, qñ recitant martyria, vbi etiã eſt memoria tyrannorũ.

Reuertitur ſol ad locum ſuum, quando intelligentia veritatis redit ad mentem. Eccl'tę.1.a.

Reuerſi filij Iſrael in Phiairoth. Exo.14.a.

Reuertentes aquæ ſuper Aegyptios. Exo.14.g.

Ricar. de ſ. victo 3. de arca myſti.6.7.

## Reducere.

Reducere eſt retro ducere, & retrahere.

Reduxit Deus Chriſtum de abyſsis terræ, quando eũ reſuſcitauit à mortuis. ps.70. Reducit etiam Deus nos iterum de abyſſo terræ per mortem ipſius, à morte animæ liberando: & reducit nos iterum, quando poſt baptiſmum peccantes ad pœnitentiam reuocat: & quia reſuſcitatos in ſpe ſuſcitabit in reſurrectione. Iſa.57.d.

Hie. ſ. ps.70. Arno. & Au. ſ. ps.70 — Reſurrectio Chriſti. Liberatio à morte animæ & corporis

Reducit Deus captiuitatem, quando liberat à poteſtate diaboli. Et de terra Aegypti, & ab Aſſyrijs. Iere.29.c.31.b. Eze.39.f. Zach.10.d. Et reducens Abraham Lot, & omnẽ ſubſtantiam Sodomorum, eſt reuocans ad virtutem eos, qui in vitia ceciderant. gen.14.c. Idem eſt reducere bouem errantem. Exo.23.a. Et reducere abiectum de grege eſt eum, qui in culpam lapſus eſt ad ſtatum iuſtitiæ ex paſtoralis ſolicitudinis vigore reuocare: & errantem ad veritatem reducere. Eze.34.a.

Hie. ſ. Iere.29. & ſ. Zach 10. Amb.2. de Abra.7. Gre.2. paſto.6. — Liberans Deus à poteſtate diaboli. Reuocare ad virtutem.

Reducens Deus Iacob in terram ſuam deſignat conuerſionem Iudęorũ in fine mundi futuram. gen.28.c.48.d. Formatus eſt autem Chriſtus ſeruus vt reduceret Iacob ad Deũ. Iſa.49.b. Reducere quoq; Sion in iuſtitia eſt aliquos ex Iudæis iuſtificari. Iſa.1.g.

Glo. inte. ſ. gen.18. — Cõuerſio Iudæorũ in fine mundi

Reducit dominus ab inferis.1.reg.2.b. quia gentilẽ populum ad filij ſui fidem deuotẽ accedentem ſuſcipit: cui velut altus abyſsi carcer extitit immenſa obſcuritas erroris.

Hie. ſ. Iſa.1. Gre. ſ.1. reg.2. — Conuerſio gentiũ.

Reducere gregem ad caulas, & etiam ad paſtum. gen.29.b. eſt liberare ſimplices ab erroribus hæreticorum, & dare illis paſtum ſyncerę doctrinæ. Non reducunt autem mali paſtores, quod abiectum fuerat, quando graui errore aut hæretica peſte à veritate fidei abductos ad ſynceritatem fidei non rurſus conuertunt.

Cyril.7. ſ. Ioan.5. — Reducere ad fidem.

Reducit Deus hominem in puluerem. Iob. 10.b. quando per ſubtractionem ſpiritus mens aliquantulum in tentatione deſeritur, & quaſi ab humore priſtino terra ſiccatur, vt infirmitatẽ ſuam derelictus ſentiat, & ſine infuſione gratiæ, quantum homo aruit, agnoſcat.

Gre.9. mor.37. — Cognitio priſtinæ infirmitatis

Reduci nauiculam, in qua prædicabat Chriſtus paululum à terra. Luc.5.a. deſignat prædicatores rudibus debere populis, nec alta nimis de cœleſtibus, nec tamen terrena prędicare.

Gre.17. mor.12. — Moderata pdicatio.

Reducit Deus regem Aſſyriorum per viam, qua venit, quando punit diabolum iuxta merita: & quando facit, vt non poſsit implere voluntatem ſuam aduerſus bonos. Iſa.37.f.

Glo. or. ſ. Iſa.37. — Punitio diaboli.

Reducere Iſaac in terram natiuitatis Abrahæ. gen.24.a. eſſet velle ſeruare carnalem Iudaiſmum poſt legem euangelicam.

Rup.6. ſ. gen.39. — Obſeruatio legis carnalis.

## Redundare.

Redundare eſt ſuperabundare, & etiam refluere, ſeu recidere.

Redundant torcularia vino. Ioel.2.f. quando abundat doctrina in doctoribus ad docẽdos alios.

Glo. inte. ſ. Ioel.2. — Abundantia doctrinæ.

Non redũdat mare, intrantibus fluminibus: quia Deus punit citra condignum. Eccl'tę.1.a.

Redundantes fluctus maris ſignificant voces & iram Iudæorum in Chrm. Iſa.57.d.

Ricar. de ſ. victo. de ſtatu inte. hõis.10. — Punit Deus citra cõdignum. Iudæi in Chriſtum.

## Raferre, uide Narrare.

## Reficere, Recreare, Refocillare.

Reficere eſt recreare & reſtaurare, quaſiq; renouare. Refocillare autẽ eſt eum, qui deficit, aliquo alimento reſtaurare.

Reficere laſſum eſt adiuuare eum, qui in via domini fatigatur: ne penitus deficiat. Iſa.28.g.

Adiuuare fatigatum in via domini

Sic



Patriarchæ. Stirps — propago Iudæorum: & etiam patriarchæ. Iſa.27.b. Et generaliter radix eſt ſtirps. deut. 29.c.

Seruiens deſiderijs ſuis. — Sic refocillatus eſt Aegyptius, qui in mũdo defecerat: vt deinceps diuina ſequeretur.1.reg.30.c.

Hila. ſ. ps.51. Gre.23. mor.26.

Refocillare animam nititur, qui peruerſis ſuis deſiderijs ſatisfacere contendit. thre.1.d.g.

## Refocillare, uide Reficere. Reformare, uide Figura.

## Regere, Regnare, Rex, Regina, Regulus, Regnum.

Regere eſt gubernare & quaſi rem populi agere. Vnde dicitur Rex à regẽdo: & regnũ eſt ipſa regio, quę à rege poſsidetur & etiã ipſa poteſtas. Iudi.9.b. Veni; & ſuper nos regnũ accipe. Regnare autẽ eſt regnũ poſsidere ſeu regno præeſſe. Eſt etiam dominari. deut. 17.d. Vt longo tempore regnet. Gloriari. Exo.15.d. Dominus regnabit in ęternũ. Præualere. Iudi.9.d. Regnauit itaq; Abimelech ſuper Iſrael. Eſt item excellere ac virtute præſtare, & ſtrenue rem gerere. 1.cor.15. Oportet eum regnare, donec poſuerit inimicos ſuos ſubtet pedes ſuos.

Gre. nyſ. de ſubiect. filij.

Deus.

Rex in primis dicitur Deus, qui ipſum vniuerſum regit. Et rex Aegypti eſt Deus rex huius mundi. gen.40.41.47. ps.104. Ipſe eſt rex omnis terræ: qui prius notus in Iudæa dicebatur. ps. 46. Et rex virtutum. ps.67. Et rex homo dicitur Deus pater. Matth.22.a. Rex Iſa.57.b. ponitur pro Deo: aut ẽ diuerſo pro idolo Moloch.

Amb. ſ. ps.104. Ori. ſ. Mat. ho.20. Hila. ſ. ps.67. Au. ſ. ps.46.67.71. Hie. ſ. Iſa.57.

Chriſtus.

Rex etiam dicitur Chrs, qui eſt rex regum, & dominus dominantiũ, & rex fratrũ ſuorũ dictus Ioſeph deſignat Chrm regem Iudæorũ. gen.37.b. Ipſe dicitur rex Dei, qui cõſtitutus eſt rex à Deo pre. Et dicitur regere in virga ferrea ob cõſtantem ęquitatẽ. Dicitur aũt Iudas rex Dei: quia Chrs erat de tribu Iuda.1.reg.2.b. ps.2.5.9.20.44.59.67.70.71.149. cant.1.a.d.2.a.3.c.7.e. Iſa.34.c. Iere.8.g.10.b. Mat.18.c.21.a. Regit autẽ Chriſtus paſcendo, & dirigendo. ps.28.62.145. Sopho.1.b.3.c. Zach.9.b.11.b.14.b. Ipſe eſt rex regnãs cum iuſtitia, & in decore ſuo, & rex in Sion, & rex Hieruſalem. i. eccleſiæ. Eccl'tę.1.a. Iſa.32.a.33.c.d.52.b. Ipſe eſt rex, cuius os cuſtodit Deus. Eccl'tę.8.a. Dicitur ſedere quaſi rex. Iob.29.d. Et rex ſedens in ſolio iudicij. pro. 20.a.29.c. Non aũt ob aliud viuẽte adhuc Dauid regnare cœpit Salomõ filius eius: niſi vt hinc quoq; ſatis eluceat nõ eſſe ipſum, quem prophetia præſignat: quę ad eius patrẽ loquitur. 2.reg. 7.b. dicens: Et erit cum impleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, qui erit de ventre tuo, & pręparabo regnum illius.

Baſi. de ſpũ ſſ.8. Arno. ſ. ps.2.29. Hie. ad Princip. & ſ. Iſa.34. & ſ. Soph.1. & ſ. Zach.9. Ori. ſ. cantic. ho.1.2. & ſ. Mat. ho.7. Aug.17. ciui. Dei.7. & ſ. ps.71. Hie. ſ. Eccltæ.8. Gre.20. mor.4. Ber. ſ. cant.42. Beda ſ. pro.20. & 29. Au.17. ciui Dei.8.

Angeli. Beati. Apoſtoli. Prælati. Doctores. Prædicatores. Sancti.

Reges interdũ dicuntur angeli: qui quo auctori omniũ familiari⁹ ſeruiũt, eo ſubiecta potius regũt. Iob.3.b. Beati etiã dicũtur reges, quibus prębet delitias panis Aſer. gen.49.c.

Gre.4. mor.31. Rich. de ſ. victo. de 12. patriar.35.

Reges gentiũ dicũtur apoſtoli. Iſa.13.a.14.d.23.b.49.c.f.60.a.c. Et reges Iuda ſunt epiſcopi & prælati in eccleſia. Ier.1.d.4.c.17.d. Soph.3.b. Et rex Damaſci ſignificat principes, & doctores eccleſiæ ex gẽtibus.2.par.24.f. Et rex Hieruſalẽ adductus in Babylonẽ, eſt prælatus peccãs. Eze.17.b. Reges de ſemine Dauid ſunt epiſcopi & prælati. Iere.21.a. Rex, cuius cor eſt in manu domini, eſt ſanctus, in cuius mortali corpore non regnat mortale pctm. pro.21.a. Et reges terræ ſunt apoſtoli & viri perfecti, q dominãtur corpori ſuo, quibus eſt terribilis Deus: quia eum colunt & adorant: qui egrediuntur ex Abrahã. i. ex fide, & Sara. i. ex gratia. gen.17.c.35.b.49.c. ps 20.44.47.67.75.118.135.137.143. apoc.1.b. Peculiariter aũt rex dicitur prędicator: quia ſummã tenet celſitudinis, & vigorẽ autoritatis; Sunt aũt reges ex eo dicti, quod peccati regnũ ex corpore ſuo depulerint, & iuſtitiæ regnũ in mẽbris ſuis parauerint. ps.60. Et reges, q conuocant ad audiendũ ſunt, in quibus regnat Chrs, & ſciunt regere ſeipſos; & ipſe animus in carnem ſibi ſubiectam habens imperium. Iudi.5.a. Iob.3.c.12.c.29.d.36.a. Rex Saul eſt prædicator, aut prælatus; & quia regnauit etiam abiectus à Deo, deſignat ſacerdotẽ, qui in pctõ tractat ſacra.1.reg. 15.f. Reges Tharſis ſunt, qui regnãt in corpore ſuo. Et reges Arabum & Saba, qui moribus barbaris dominantur. ps.71. Reges regnantes per ſapientiam, ſunt apoſtoli per Chriſtum. pro.8.b. Reges quorum voluntas ſunt labia iuſta, ſunt ſancti. pro.16.b.21.a. Aliquos ex his regibus interdum vincit diabolus. Haba.1.c. Regunt autem gentes in virga ferrea, qui omnibus affectibus ſeuera iuſtitia imperant. ps.2. apoc.2.f.

Hie. ſ. Iſa.14.17. & ſ. Iere.1.4.21. & ſ. Dani.5. & ſ. Abac.1. Ori. ſ. Eze. ho.12. & & ſ. Num. ho.12. & ſ. Iudi. ho.6. Arno. ſ. ps.20.71.137 143. Hila. ſ. ps.60.67.137 Amb.2. de Abra.10. Gre. ſ.1. reg.14.15. & 4. mor.23 & 11. mo. 9. & 26. mor.26 Aug. ſ. ps.67.75. Hie. ad Princip. Rup.5. ſ. gen.29. Beda ſ. gen.16.49. & ſ. pro.8.16. Rup.2. ſ. apoc.

Imperium ſeculare. Virtus

Rex interdum ſignificat ſecularem dominationem in eccleſia, aut etiam carnalem prælatũ; & præterea virtutem.1.reg.8.a.

Gre. ſ.1. reg.8.

Diabolus

Rex ſępe dicitur diabolus, qui dicitur rex Aegypti; & regnum eius eſt regnum peccati, & tenebrarum. Hic eſt rex nouus in Aegypto, qui neſciebat Ioſeph. gen.39.d. Exo.1.b.14.a. Ioſ.11.a. Roma.6.b. Ephe.6.b. Et rex Hierico eſt idem princeps huius mundi. Ioſu.6.a. Idem eſt rex Amorrhęorum, hoc eſt, extraneorum: & rex Baſan, hoc eſt, profundi. ps.134.135.

Ori. ſ. Ioſu. ho.1.8.15 & ſ. Iſa ho.1.8. & ſ. Exo. ho.1. & ſ. Eze. ho.11. Arno. ſ. ps.135.

Idem eſt rex Hai. Ioſu.8.a. Et rex malorum. Iſa.8.d. Et rex Aſſyriorũ, & Babylonis. 4.reg. 6.c. Iſa.8.a.10.b.14.a.36.a. Ezec.17.d.29.a.30.b. Nahum.3.d. Et rex Soba quia princeps ſuper omnes filios ſuperbię.1.reg.14.g. Iob.41.d. Et rex Tyri. Ezec.28.b. Ipſe eſt rex non ſaluans. ps. 32. Rex Seſach intelligitur rex Babylonis: & ſumitur pro diabolo. Iere. 25.e. 27.b. Daniel.3.a. Rex regum dicitur Nabuchodonoſor ſignificans diabolum, qui princeps eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ: Vnde ipſe oſtendit Chriſto omnia regna mundi, quaſi eſſet rex omniũ. Eze.26.b.

Hie. ſ. Iſa.8.14. & ſ. Nahum.3. & ſ. Eze. 26.29 & ſ. Ier.21. & ſ. Hoſe.37. Tertu. adue. Iudæ. Cyril. de adorat. in ſpũ ſſancto.

Mat.

Gre.ſ.1.reg.14.&24 mor.8.& 34.mo 16. Baſi ſ.ps.31. Aug.pro 84. Rup.ſ.Hoſe.10 11. Hie.ſ.Ecclte.10. Ori.ſ.Mat.ho.4. Hila.ſ.Mat. can.11. Amb.ſ.Luc.7. Hie.ſ.Iſa.19 24.&.ſ Abac.1. Augu.ſ.ps.141.&.ſ. apoc.ho,7.&.13. Beda,ſ.gen.14.

Hæreſiarchæ. Terrigenæ.

Matth.4.b.Ipſe eſt rex vltor. Hoſe.5.d.10. b. Et Aſſur rex Ephraim; quia imperabat Iudæis. Hoſe.11.b.Rex & Princeps,qui lætantur in malitia,ſunt diabolus & eius miniſtri. Hoſe.7.b. Quaſi rex calcat interitus ſuper impium in die exitus.Iob.18.c.Quia quem prius diabolus blādis perſuaſionibus decepit,ad extremum violentis nexibus ad ſupplicium rapitur:tantoq; eum durius deprimit,quando in prauis actibus vehementius aſtrinxit.Rex puer,diabolus: & etiam hæreſiarchæ,qui à veteri auctoritate deciſcunt.Eccl'tę.10.c.Et reges terræ fontes ſunt dęmones:ps.2.Iſa.13.a.19.a.24.d.Mat.11.a.Et reges,de quibus triumphat ſermo diuinus,ſunt dęmones.Haba.1.c.Ipſi dicuntur rectores tenebrarum harum.Ephe.6.b. Et generaliter reges terræ: ſunt omnes terrigenę.apoc.17.a.Rex Sodomorum petens ab Abraham,vt daret ſibi animas,eſt diabolus quærens animas,quas deuoret.gen.14.d.Ipſe eſt rex locuſtarum : quia ductor hæreticorum.apoc.9.b.

Hila.ſ.ps.2. Arno.ſ.ps.47. Tertu adue.Mar.3. Hie.ſ.Eze.27. Rup.ſ.Hoſe.7.

Herodes & Pilatus Iudææ. Principes ſacerdotū

Reges etiam terræ,qui inſurrexerunt aduerſus Chriſtum;fuerunt Herodes,Pilatus,& Iudęi. ps.2.47.109.Et rex Aſſyriorum dicitur Herodes.Iſa.8.a.Et reges,quos ditauit Tyrus ſunt reges terræ,& principes,qui conuenerunt in vnum,hoc eſt,pontifices Iudæorum.Eze.27.g.Hos reges lætificauerunt Iudæi tradentes Chriſtum.Hoſe.7.a.

Hie.ſ.Iſa.7. 14. &.ſ. Hoſe.7.8.&.ſ. Iere. 10.&.ſ.Eze. 32.&.ſ. Mat.24. Ori.ſ.Mat.ho.28.

Hæreſiarchę.

Reges Iſrael deſignant principes hæreticorum.Mich.1.d.Et rex Iſrael,& rex Syrię ſunt hęreſiarchæ vniti contra eccleſiam:vt Herodes Pilatus in Chriſtum.Iſa.7.a.45. a. Dicuntur autē regnaſſe non ex Deo,qui hereſes concitarunt:ſicut Ieroboam.Hoſe.8.a.Rex quoq; Babylonis & rex Samariæ hereſiarchas ſignificant.Iſa.14.a.Hoſe.10.b. Et reges Iuda colentes idola ſunt patriarchæ hæreticorum.Iere.19.a.Et rex & pricipes,qui lætātur in maliti a,ſunt hæreſiarchę & eius ſectatores.Hoſe.7.b.Reges ſtupeſcentes à gladio domini,ſunt dæmones, ac hęreſiarchę confuſi per verbum Dei,aut eius vindictā.Eze.32.c.Hoſe.11. a.13.c. ps.149. Regna quoq;

Rup.40. victo.ver. Dei.4.&.2.de glor. trini 23.

Conciliabula hæreticorum

ſapientum ſunt conciliabula hæreticorum.Iere.10.b.Et regnum ſurgit aduerſus regnum, quū hæretici ſurgunt contra hæreticos.Mat.24.a.Reges quibus non eſt dandum vinum,ſunt ſuperbi,quibus non eſt communicandus ſermo ſapientiæ.pro.31.a.

Rup.5.ſ.gen.14.

Principes Iudæorū

Rex Sodomorum,qui obuiauit Abrahæ,eſt populus Iudæorum,qualis tunc temporis erat, quando Chriſtus rex,& ſacerdos ſummus naſcendo de virgine Abrahæ obuius factus eſt:quia tunc principes Iudæorum,erant principes Sodomorum.gen.14.b.Iſa.1.c.

Ori.ſ.Ioſu.ho.9.

Perſecutores Chriſtianorum.

Reges,qui conuenerunt aduerſus Ioſue, & filios Iſrael, ſunt imperatores Romanorum & cæteri, qui nomen Chriſti,&.Chriſtianorum delere conati ſunt.Ioſu.9.a.ps.118.

Hie.ſ.Eze.28.

Boni. Mali.

Reges in quorum conſpectu proiectus eſt lucifer,ſunt vel boni,quorum cor eſt in manu domini;vel mali,quorum regna omnia oſtendit diabolus ſaluatori.Eze.28.c.

Hie.ſ.Iſa.19. 52. 60. &.ſ.Amos.6.&.ſ.Ionam.3. Philo.2.allego.

Philoſophi. Doctrinę philoſophorum.

Reges antiqui ſunt philoſophi:quos obtinet Chrs:& ipſi continent os ſuū,quū ſe ſubijciūt fidei.Iſa.19.b.41.a.45.a.52.d.Et reges peregrinorū erant pręcipui gentiliū,cōtinentia,eloquētia,ſanctitate,& animæ imperio carnem ſubiugantes.Iſa.60.b.Et reges,quorum ſubſtātias cōgregauit Salomō,ſunt philoſophi.Eccl'tę.2.b.Rex,& principes Niniue ſunt oratores & philoſophi gentium:ad quos ſerius peruenit verbum prædicationis Ionę:quia ipſi ſerius crediderūt prædicationi Chriſti:quem tamen poſtea prædicauerunt.Ion.3.c.Rex etiā Amorrhęorū dicit ſophiſta.ps.134.Et regna optima gentiū ſunt doctrinę philoſophorum.Amos.6.a.

Rup.ſ.Iere.44. Hila.ſ.Mat. can. 12.

Lex & prophetæ.

Rex & principes Sion dici poſſunt lex & prophetę.thre.2.a. Et regnum diuiſum contra ſe eſt lex:cuius promiſſis phariſęi repugnabant.Matth.12.b.Luc.11.b.

Ori.ſ.Exo.ho.1. Beda.ſ.Exo.1. Hie.ſ.Amos.2. &.ſ. Eze.32. Amb.1.ps.118.ſer.5. Gre.ſ.1.reg.15.

Sapientia carnis. Spiritus rationalis.

Rex nouus in Aegypto,qui neſciebat Ioſeph,dici poteſt ſapientia carnis,quæ neſcit Chrm. Rex vero ſciens Ioſeph eſt ſpiritus rationalis.Exo.1.b.Rex etiam Idumęę eſt ſenſus terrenus, & carnalis legis.Amos.2.a.Et rex Edom eſt terrenus.Num.29.b.Reges etiam Idumęæ ſunt, qui præſunt terrenis & ſanguinarijs.Eze.32.g.Et rex Amalec eſt vigor & ſenſus carnalis, qui eſt delendus.1.reg.15.g.

Philo.2.allego.

Praua conſuetudo.

Rex Aegypti mortuus prauam conſuetudinem ſignificare poteſt.Exo.1.b.

Amb.2. de Abra. 7. Beda.ſ.gen.14. Ori.ſ.Ioſu.ho.11. Hie.adue. Iouini.1. Gre.ſ.1.reg.14.

Quinq; ſenſus

Reges quinq; Sodomorum ſunt quinq; ſenſus,qui capiuntur à quatuor regibus, hoc eſt,ab illecebris corporalibus:quia corpus ex quatuor conſtat elementis.geneſ.14.a. Et reges quinq; contra Gabaonitas ſunt quinq; ſenſus contra infirmos:aut dæmones imperantes quinq; ſenſibus:& ipſis deuictis ciuitates eorum,hoc eſt,ſenſus cedunt in ſortem Iſrael:quia ſeruiūt iuſtitię Ioſu.10.a.Idē ſignificant Moab,Ammon,Edom,Soba,Philiſtim contra Saul.1.reg.14.g.

Glo or.ſ. Ecclte.4. Rup.ſ.Amos.2.

Fomes peccati. Superbia

Rex ſenex & ſtultus,eſt fomes peccati.Eccl'tę.4. c.Dicitur rex:quia omnia membra obtēperant ei : Senex autem : quia ab infantia vſq; ad ſenectutem eſt homini coniunctus : Stultus vero:quia ſequentes errare facit.Rex autem Idumęæ,cuius oſſa combuſſit Moab,deſignat ſuperbiam Iudęorum.Amos.2.a.

Hie.ſ.Zach.9.

Sermo cōtrarius

Rex de Gaza periens,eſt ſermo contrarius,& poteſtās inimici.Zach.9.a.

Gre.12.mor.20.

Malus.

Regi præparato ad prælium comparatur malus.Iob.15.c.quia in eo ipſo malo, quod agit, & terret,& feſtinat:ex conſcientia trepidat, & ex deſiderio anhelat:metuit,& ſuperbit : paueſcit ſuſpicionibus;& mentem per audaciam erigit.





Eccleſia. Anima perfecta.

Ori.ſ.can.ho.1.2. Hier. aglaſiæ. & ad princip.&.ſ.Iſa.49. Cle.Ale.1.pæda,10. Aug.ſer.15. Gre.ſ.1.reg.15. Ricar. de.ſ. victo.5. de arca miſtica.14. Gre.ſ. can. 6. Rup.ſ.cant.6.

Regina Saba ſeu Auſtri deſignat eccleſiam ex gentibus.3.reg.10.a.Matt.12.d.Luc.11.d.Regina etiam Saba eſt anima illa,in cuius corpore non regnat peccatum: & quæ ad dominum tota mente conuerſa eſt:& regina aſtans à dextris ſponſi, eſt eccleſia: & virgo, anima perfecta.ps.44. Canti.6.b.Hę reginę erunt nutrices ſynagogæ.Iſa.49.f. Anima autem ſancta dicitur regina Auſtri ſenſibus & appetitibus carnis, cogitationibus, & affectionibus mentis præſidens,& ſummi regis veriq; prorſus Salomonis dilectione feruens,videndiq; deſiderio ardens: interrogat regem, quando de diuino adiutorio præſumens inueſtigandæ veritatis ſtudio vehementer inſiſtit. Reginæ autem ſexaginta ſunt animæ decem præcepta in hac vita perfecte implentes, & ſibi & alijs verbo & exemplo imperantes. Cant.6.c.Deſignatur autem perfectio in ſenario.

Luna. — Hie.ſ.Ier.7.

Reginam cœli dicebant gentiles lunam,quam vt deam colebant: quam etiam Iudæi interdum coluerunt.Iere.7.d.

Arno.ſ.ps.22. Hie.ſ.Iſa.49.

Regit dominus perfectos,& nihil eis deeſt:quia omnia in Deo habent.ps.22.79.Regit etiā fideles dans illis potum ſcripturarum.Iſa.49.

Viuere innocenter. — Gre.1.ſ.reg.13.

Regnans Saul duobus annis.1.reg.13.a.deſignat illo ſolum tempore nos vixiſſe gaudendum, quo innocenter & humiliter viximus. Nam illa tempora, quæ in ſeculi vanitate,& carnis vita conſumpſimus,quaſi perdita minime numerantur.

Gaudere in aduerſis. Beati. Regentes corpora. — Amb.ſ.1.cor.4. Rup.4.ſ.apoc.

Regnare eſt de ſpe,& promiſſis Chriſti,loquutum eſſe:& gaudere in his, quæ aduerſa propter nomen Chriſti accidunt.1.Cor.4.b.Regnant ſuper terram,qui ſunt in fœlicitate:& qui bene regunt corpora ſua. Apoc.5.c.

Hæreſiarcha regnās apud Iudæos. — Gre.25.mor.20.

Regnat hypocrita propter peccata populi.Iob.34.d. Quando Iudæi ob culpam infidelitatis ſuſcipiunt in reges hæreſiarchas,aut Antichriſtum.

Ambitioſi. Iudæi ſine Chriſto. — Gre.1.paſt.curæ.1. Rup.ſ.Hoſe.8.

Regnāt non ex Deo.Hoſe.8.a.qui nullis fulti virtutibus nequaq; diuinitus vocati: ſed ſua cupidine accenſi culmen regiminis rapiunt,potiusq; aſſequūtur. Dicitur etiam de Iudæis:qui voluerunt regnare ſine Chriſto,quem occiderunt dicentes.Noſtra erit hæreditas.

Imperans concupiſcentia. — Aug.de ver.dñi.ſ.4.

Regnat peccatū in corpore,quando imperat concupiſcētia. Roma.6.b. Vbi non dixit:non ſit peccatum in corpore:quia iam eſt:ſed non regnet.

Eccleſia. Apoſtoli. — Euch.q.in 3.r. Arno.ſ.ps.92. Hie.ſ.Iſa.9.14. &.ſ. Dani.2. Baſi.ſ.ps.44. Hie.epiſt.ſ.Amb.

Regnum Dei,in quo bibit vinum nouū Chriſtus,eſt eccleſia:tam militans quàm triūphans: & dicitur bibere in ſuis membris.Mat.26.c.Regnum autem Chriſti eſt in eccleſia:quod aſſumſit in cruce.ps.92.44.144.Coloſ.1.b. Apoc.5.c.& regnum Dauid eſt regnum Chriſti in eccleſia.Iſa.9.b.Eze.37.f.Dani.7.d.& regnum filij hominis eſt eccleſia. Matt.13.f.& regnum,quod non diſſipabitur,eſt regnum Chriſti:quod etiam dicitur regnum ſacerdotale.Exo.19.a.Dani.2.g.& regna,quę concuſſit diabolus,ſunt apoſtoli.Iſa.14.d.Regnum etiam Iuda ſolet eſſe typus eccleſiæ.Regnum verò Iſrael typus hæreticorum.

Dies iudicij. Fœlicitas. — Ori.ſ.Mat.ho.12.

In regno ſuo venit Chriſtus,quum quis perfectā habet cognitionem Dei. Quum quis verò de Deo ſentit humilia,& quæ ſunt lactis,licet in ipſo non regnet peccatū:nondum venit Chriſtus in regno ſuo.Matt.16.c. Dicitur autem Chriſtus venire in die iudicij.17.d.e.19.c.21.f. Tūc enim erit domino regnum, quando Chriſtus regnabit in omnibus,& tradet regnum Deo patri. Abdiæ.g.Regnabit autem dominus ſuper montem Sion in æternum, hoc eſt, in fælicitate: Michæ.4.c.

Eccleſia. Chrs. Virtutes. Gloria cœleſtis. Beati. Sacra ſcriptura. — Ori.ſ.Mat.c.e 13.& ho.1.7 19.&.ſ.Ro.2 &.ſ.ps.36.ho.5. Hilar.ſ.Matth. can. 10.11.24. Ambr.ſ.15.&.ſ.Luc. 7 &.5. de ſacramē.4 Hie.ſ.Matt.21. Gre.ho.11.

Regnum cœlorum quando dicitur eccleſia:& etiam ipſe Chriſtus:& virtutes,& gloria cœleſtis:& ſancti regnantes,& exiſtentes in gratia.Matth.5.c.

Regnum autem cœlorum eſt eorum,qui adhuc in profectibus ſunt : Regnum verò Dei eſt eorum,qui iam ad perfectam deuenerunt finem.Regnum etiam hominis nobilis,hoceſt,Chriſti eſt cœlum, & totus mundus.Luc.19.b.Regnum etiam cœlorum eſt ſacra ſcriptura, & ſenſus legis:quæ eſt regnum cœlorum aut regnum Dei ablatum à Iudæis,vt daretur genti facienti fructum.Matt.3.a.10.a.11.b.13.c.16.c.18.a.21.d.23.b.Luc.11.a.

Prædicatio euāgelij. Notitia ſcripturarū. — Hie.ſ.Mat.13.

Regnum quoq; cœlorum eſt prædicatio euangelij,& notitia ſcripturarum,quæ ducit ad vitam.Matt.4.c.5.c.13.d.21.d.

Fides. — Amb.ſ.Luc.13. Hie.ſ.Mat.26.

Regnum etiam cœlorum eſt fides, quæ eſt ſicut granum ſinapis. Matth.21.b.Luc.10.b.13.d. Eadem dicitur regnum patris Chriſti.Mat.26.a.

Charitas. Iuſtitia. — Ricar.de.ſ.victo.de ſomnio Nabuc.34. Gre.Nyſ.de orōne.

Regnū diſſipans omnia regna in ſtatua deſignata,eſt regnū charitatis,quę omnia vitia diſſipat:& nunq; excidit.Eſt etiam regnum iuſtitiæ. Danie.2.f.Matth.21.d.Marci.12.d.Hebræ.1.c. Hoc regnum iuſtitiæ & gratiæ petimus à Deo.Mat.6.b.Adueniat regnū tuum. Cæterum Gregorius Nyſſenus legit apud Lucam.11.a.Adueniat ſpirituſſanctus tuus,qui ſanctificet nos.

Caſſia. colla.1.ca.13

Regnum cœlorum tripliciter accipiendum eſt: aut ꝙ regnaturi ſunt cœli.i.ſancti,malis ſubditis:ſecundū illud.Luc.19.c.Eſto tu ſuper quinq; ciuitates,& tu ſuper decē.Illud quoq; quod dicit ad diſcipulos:Sedebitis ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael. Vel certe ꝙ ſancti in cœlis ſint cum dño regnaturi:aut certe ꝙ ipſi cœli incipiāt à Chriſto regnari: cū ſcilicet omnibus ei ſubiectus,cœperit eſſe omnia in omnibus Deus.

Opera pia.

Regnum Dei aliquando ſignificat opera pia.Matt.6.d.Luc.12.d.Quærite primū regnū Dei. Matt.19.b. Qui ſeipſos caſtrauerunt propter cœlorum regnum.

Gre.ſ.1.reg.10. — Regimē prælatorū.
Regnū aliquādo dicit̄ regimē prælatorū.1.reg.10.c.de ſermone autē regni non indicauit ei.

Glo.ord.ſ.thre.2. — Anima.
Regnum Iuda aliquando dicitur imperium animæ in inferiora.thren.2.a.

Hila.ſ.ps.134. Amb.1.ps.118.ſer.10 Hie.ſ.Iſa.17. Aug.de conti.3. Ori.ſ.Ier. ho.1.&.ſ. Lucā. hom.30.&.ſ. Rom.5.&.ſ. Ezech. hom.12. Rup.9.ſ.apoc. — Peccata. Imperium diaboli. Mali.
Regna Chanaan dici poſſunt peccata quę etiā reges dicuntur,quū regnant in nobis.ps.134. Marc.13.b.Regnat autem peccatum in corpore,quando obeditur concupiſcentię.Roma.6.d. Et regnum,quod ceſſabit de Damaſco,eſt imperium diaboli in gentilitate.Iſaiæ.17.a. & regna Aquilonis ſunt ſubiecti diabolo. Ierem.1.c.& regna ſuper quæ conſtituitur Ieremias,hoc eſt, Chriſtus, ſunt gentium aut peccatorum.Iere.1.b.ps.45.Et regna mundi, quæ oſtendit diabolus,ſunt varia vitiorum genera.Luc.4.a.& eius regnum eſt,regnum mortis, & peccati.Roma. 5.c. & regnum humile, vel infirmum eſt in Babylone, quia nihil magnum & forte poteſt eſſe in Babylone, hoc eſt,in hoc mundo.Ezechie.17.b.Regnum beſtiæ,ſunt omnes,in quibus locum habet mendacium.Apoca.16.c.

Ricar.de.ſ.victo.de ſomnio Nabuch.1. 31.32.33.
Regnorum differētię,quas ſubſequutum eſt regnum perpetuum, diuerſos ſtatus animę & defectus ſignificant:poſt quæ reſurgit perfectius. Dani.2.f.poſſunt autē ſic ordinari,vt regnū aureum ſit regnum charitatis,argenteum,veritatis, aut conſilij,ęreum ſimulationis,ferreum,crudelitatis:vel aureum eſt arrogantiæ,argentum iactantiæ,æreum pertinaciæ, ferreum,crudelitatis & auaritiæ,& eſt ex parte teſteum,quum ſimul amat voluptates.

Regnum Abimelech eſt regnum mundanum, aut principatus Iudeorum.gen.20.c.

Regnum aliquando dicitur ipſa miſeria.Sapi.1.d.Nec inferiorum regnum in terra.

Hie.ſ.Dani.2. — Regnum mundanū
Regnum aureum erat Babylonium,argenteum, Medorum,& Perſarum,æneum,Græcorū, regnum vero ferreum,Romanorum.Dani.2.f.

Hie.ſ.Eze.29.
In regnū humile fit Aegyptus poſt pœnitentiā,quādo iam nō eleuat̄ per ſuperbiā.Eze.29.b.

Ricar.de.ſ.victo.de ſomnio.Nabuch.14 — Vitia & virtutes.
Regna,quę transfert Deus,& conſtituit,ſunt vitiorum,& virtutum.Dani.2.c.

Hie.ſ.Iſa.19.
Regnum aduerſus regnum pugnat,cum fideles ſeparantur ab infidelibus:& qui crediderunt, alios ad fidem pertrahere conantur.Iſa.19.a.

Aug.17.ciuit.7. — Regnum Iudæorū
Regnum Saulis typus fuit regni Iudæorum: quod abiectum eſt, adueniente regno Dauid, hoc eſt,Chriſti.1.reg.15.f.

Ori.ſ.num.ho.12. Hie.ſ.Iſa.52. — Chriſtus. Medium virtutum.
Regia via per quam incedendum eſt,eſt Chriſtus,& etiam medium virtutum.num.21.c.

## Regio, Plaga.

REgio eſt prouincia,quæ ſub rege erat,ab eoq; regebat̄. Sunt etiam regiones partes,in quas diuiditur cœlum,& etiam terra,quæ ſunt quatuor præcipuę oriētalis,occidentalis, auſtralis,aquilonaris,quæ & plagæ dicuntur.

Deus. Status primi hominis. Natiuitas.
Plaga orientalis ſignificare poteſt ipſum Deum,qui principium &origo eſt omnium.Itē ſtatum primi hominis,& etiam tempus natiuitatis hominis.Gen.25.a.

Gratia ſpūſſancti.
Plaga Meridiana,gratiam ſpirituſſancti deſignare poteſt,aut etiam proſperitatem.Exod.36. c.38.d.Vide Meridies.

Baſi.ſ.ps.114. Amb.ſ.Luc.2. Gre.ho.10. Ori.ſ.Mat.ho.7. — Gloria cœleſtis. Cœlum. Mundus.
Regio viuorum eſt gloria cæleſtis:Nam hic eſt regio mortuorum: vbi viuēdo morimur.ps. 114.Illa autem eſt regio propria,ad quam redeūdum eſt, vt Magi reuerſi ſunt in regionē ſuam. Mat.2.b.& ibi ſunt regiones,quas dat Deus, diuerſæ videlicet māſiones.gen.26.a.Regio aūt longinqua,ad quam abijt homo nobilis,dici poteſt cœlum,aut etiam totus mūdus.Luc.19.b.

Gre.ſ.1.reg.6.&.6. mora.21. Glo.int.ſ.Eze.39. — Eccleſia ex gentib᷒. Gentilitas.
Regio campeſtris Iordanis,vbi fuſa ſunt vaſa templi.3.reg.7.g.Deſignat eccleſiam ex gentibus,vnde educti ſunt prædicatores,& doctores,qui ſunt vaſa apta templo Dei.Et regio Amorrhæorum eandem eccleſiam ex gentibus deſignat ſeu gentilitatem . Exod.34.b.& etiam regio Philiſtinorum.1.regū.6.a.& regiones ſunt eccleſiæ gentium.Iob.5.d.Regio quoq;,cuius ligna confracta ſunt,dici poteſt gentilitas.Exo.9.f.Eze.39.c.

Ori.ſ.Iob.1. Hie.ſ.Iſa.1.32. Hila.ſ.Mat.can.8. — Corda Iudæorū & hæreticorum. Iudæa. Anima.
Regio deſerti,Iudæorum corda,& hæreticorum,& quorumlibet peruerſorū ſignificare poteſt.Iob.1.f.& regio,quam deuorant alieni,eſt Iudæa.Iſa.1.b. Ipſa eſt regio Geraſenorū.Matt. 8.e.Erat regio deſiderabilis ante mortem Chriſti.Iſa.32.c.Ioel.1.c.poteſt etiam in his locis animam ſignificare.

Dignitates eccleſiæ
Regiones Aegypti,quas circuibat Ioſeph. Gen.41.f. Deſignare poſſunt epiſcopatus,& dignitates in eccleſia.

Hie.ſ.Iſa.11.
Plagę quatuor vnde colligit Deus diſperſos Iſrael deſignāt ex omni parte aliquos conuertendos.Iſa.11.c.

Amb.2.de Abra.6. Cyr.d̄ ado.in ſpūſſ. Amb.ſ.Luc.15. Hie.ſ.Iſa.9.&.epiſt. beatitudinis. Ri.d.ſ.v.d̄ ſec.cō.20 — Deliciæ hui᷒ ſeculi. Status peccati.
Regio circa Iordanē,quę irrigat̄,delicias huius ſeculi ſignificare poteſt:& hāc elegit Loth. Gen.13.c.Regio aūt circa Sodomā,quę eſt eadē,deſignat etiam alia vitia,vel periculū vitiorū: & ignauā vitā, q̄ ideo fugiēda eſt:& tandē eſt ſubuerſa.gen.19. Regio quoq; lōginqua ad quā abijt filius ꝓdigus.Luc.15.c.Significat regionē vmbrę mortis,q̄ eſt ſtatus peccati in hac vita.Dicitur aūt lōginqua,eò ꝙ à pr̄is ſui beneplacito volūtatis deprauatiōe lōge erat alienat᷒.Iſa.9.a.

Tentationes.
Plaga aquilonaris tentationes & aduerſitatem ſignificare poteſt.Exo.26.c.38.b.

Glo.int.ſ.Exo.26. — Fines mūdi. Mors
Plaga occidentalis finis mundi,& etiam mortis typum generare poteſt.Exo.26.e.38.b.

Rup.ſ.Mich.2. — Scripturæ ſacræ Iudæorum.
Regiones Iſrael dici poſſunt ſcripturæ ſacræ,quę erant apud Iudæos, quas dicuntur diuidere fideles eccleſiæ,ſpiritualiter eas explicantes.Mich.2.b.de hoc.Iſaiæ.1.b. Regionem veſtram coram



coram vobis alieni deuorant.

Hie.ſ.Iere.21.
Regio mortis in Hierusalem.Ier.31.g. Deſignat multos in eccleſiā eſſe in peccato.

Peruerſi ab Antichr. — Gre.14.mor.11.
Regiones impij dici poſſunt ij,quos Antichriſtus peruertit.Iob.18.d.

Locus non tutus. — Hie.ſ.Mich.4.
Regio pro campo,& loco non tuto ab hoſtibus ſumitur.Mich.4.c.

## Regredi, uide Redire.

## Regula, Norma.

REgula eſt norma,qua lineæ diriguntur:dicitur quaſi menſuram regens. Per trāſlationem regulæ dicuntur præcepta.Regula pro vlna ſumitur.Leui.19.g.3.reg.6.d.

Dogmata philoſophorū ſeu hæreticorum. — Ori.ſ.Ioſue.ho.7. Hie.ſ.Iſa.44.
Regula ſeu lamina aurea, quam tulit Achan de Ierico, deſignat falſa dogmata philoſophorum,eloquentiæ decorē ornata. Ioſue.7.c.Norma etiam fabri deſignat dialecticam hæreticorum.Iſaiæ.44.b.

Præcepta. Euangelium.
Norma menſuræ Hieruſalem.Ier.31.g.deſignat præcepta,quibus regitur eccleſia.Ipſum quoq;euangelium regula dicitur.1.Cor.10.c.d.Gala.6.d.Philip.3.a.

Ad normam dolati lapides pretioſi domus filię Pharaonis.3.reg.7.b.

## Regulus ſerpens, uide Baſiliſcus.

## Reinuitare, uide Inuitare.

## Releuare.

REleuare eſt rurſus leuare, & id quod aggrauatum eſt,exonerare.

Gre.ſ.1.reg.6.&.11. mor.16.
Releuat Deus manum, quum miſeretur pœnitentium, & à flagellando ceſſat.1.reg.6.a. & releuat oppreſſos,quū liberat gentiles ad fidem venientes, ab oppreſione diaboli.Iob.12.d.

## Religare, uide Ligare.

## Religio.

REligio eſt Dei cultus cum aliquibus ceremonijs exhibitus.

Paſſio.Chr̄i cult᷒.
Religio phaſe cultum paſſionis Chriſti ſignificat.Exo.12.d.

Religio Chriſtiana — Glo.int.ſ.Exo.29.
Religio perpetua eſt religio chriſtiana, quæ non mutabitur.Exo.29.b.Leui.7.d.16.g.

## Reliquiæ, Reliquum, Reſiduum. Cæteri, Remanere, Supereſſe.

REliquiæ dicuntur pauca, quæ relicta ſunt: & reliquum, id quod ſupereſt, & remanet, vel reſiduum eſt.

Hie.ſ.ps.20.
Reliquiæ Dei dici poſſunt Elias,& Henoch.ps.20.

Solus Chriſt᷒ remittit peccata. — Amb.epiſt.76.
Remanens ſolus Ieſus in abſolutione adulteræ.Ioann.8.a. Deſignauit ipſum ſolum eſſe, qui peccata remittit.

Corpus Chriſti. — Glo.ord.ſ.Leui.4.
Reliquum corpus vituli extra caſtra comburendum,deſignat corpus Chriſti, quod extra vrbē m crucifixum eſt.Leui.4.b.

Scientia Chriſti. Scientia hominum. — Iſych.ſ.Leui.2.6.
Reliqua pars ſimilæ oblatæ:vel reliquum de ſacrificio.Leuit.2.a.5.b.6.b.eſt illa perfecta,& in cœlis abſcondita,atq; repoſita in Chriſto ſcientia:ſiue notitia. In ipſo enim ſunt theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi . Vel ediuerſo dici poteſt ſcientia, quæ nobis communicatur: quam comedunt filij Aaron.

Apoſtoli. Credentes ex Iudęis. Iudæi in fine mundi credentes. — Hie.ſ.Iere.3.&.Mic. 2.5.&.ſ.Soph.3.&.ſ. Amos.9.&.ſ.Ioel.1. Gre.ſ.1.reg.2. Rup.ſ.Ioel.1.
Reliquiæ Iſrael ſunt apoſtoli & cæteri credentes ex Iudæis:qui etiam dicuntur reliquiæ gregis domini:& reliquiæ fratrum Chriſti: & remanens populus ſunt, qui crediderunt ex Iudæis. 4.reg.19.f.ps.20.Iſa.10.e.11.c.17.a.Iere.23.a.31.b.Mich.4.c.5.a.7.d.Sopho.2.b.3.c.Zacha.8.b. Roma.9.f.Reliquiæ etiam Iſrael erunt,qui congregabuntur ex Iſrael in fine mundi. Michæę. 2.b.Et reliquiæ Idumęæ erunt reliquiæ Iudæorum in fine mundi.Amos.9.d.Remanentes itidem de domo Eli erunt reliquiæ Iſrael in fine mundi: quæ conuertentur à peccatis commiſsis cum malis pręlatis.1.Regum.2.g.& reſiduum erucę,aut locuſtæ ſunt reliquię Iſrael. Vel ſunt reliquię virtutis animi.Ioel.1.a. Reſidui quoq; filiorum Aaron,Eleazar,& Ithamar.Leuitic.10.c. Sunt reliquiæ ſaluandæ.

Credentes ex gentibus. — Ori.ſ.num.ho.18. Hie.ſ.Iſa.17.28.
Reliquiæ ciuitatis ſunt venientes ad fidem ex infidelibus. Num.24.d.Ipſi pertinent ad reliquias Chriſti.Ier.15.c.Et reliquiæ Syriæ ſunt fideles ex gentibus.Iſai.7.a.& reſiduū populi Dei dicuntur,qui remanſerunt in fide,relictis Iudæis,& hæreticis.Iſa.28.b.

Eccleſiaſtici non decepti. — Hie.ſ.Haba.2. Gre.ſ.mor.29. Rup.ſ.Habac.2.
Reliqui de populis ſunt eccleſiaſtici viri non decepti. Haba.2.b. Sic erunt reſidui Eleazar, & Ithamar. Leui.12.c.Et reliqui à mundanis ſunt, quos mundus deſpicit, qui conuertuntur ad Deum..Iob.4.d.generaliter reliqui dici poſſunt iuſti.

Perfecta cognitio. — Iſyc.ſ.Leui.2. Rup.ſ.Leui.2.
Reliquum de ſacrificio datum Aaron deſignat altiorem cognitionem ſecretorum datam ſacerdotibus.Vel deſignat perfectam,& in cœlis abſconditam atq; repoſitam in Chriſto ſcientiā

Leuitic.2.a.

Gre.prolo.ſ.reg. & 20.mo.9.&. hom.22 Beda.ſ.Exo.12.
Myſteria nõ intellecta.

Reliquiæ autem ſacrificij comburẽdæ, & etiam quod remanet de agno, ſunt indiſcuſſa myſteria, & non intellecta. Exod.12.b.29.f. Leui.7.b.8.c.10.c. Non remanet autẽ quicquàm vſq; mane: quia omnia creduntur, & implentur ante diem iudicij. Remanentes quoq; ſpicæ ſunt doctrinæ legis relictæ chriſtianis: Vel quod relinquitur cognoſcendũ poſt hanc vitam, quod dimittitur Chriſto. Leuitic.19.b.23.d. & reliquiæ paſcuarum ſunt aliqua de ſcripturis. Ezechie. 34.e. Superfuit autem de panibus, quos diuiſit Chriſtus: quia ſermo Chriſti cum diuiditur augetur. Lucæ.9.c.

Iſych.ſ.Leui.19.23. — Doctrina legis relicta chriſtianis.
Hie.ſ.Eze.34. Amb.ſ.Luc.9.

Hie.ſ.Iſai.24. — Pauci electi.

Remanentes paucæ oliuæ in ramis, ſunt pauci electi, qui reſidui erunt ex perſecutione Antichriſti. Iſaiæ.24.c.

Glo.ord.ſ.Exo.16. Iſych.ſ.Leui.7. — Operandum in hac vita.

Reliquum de manna reponendum vſq; mane in die ſexto. Exod.16.f. Deſignat opera facienda in hac vita: quæ ad futurã debent reſeruari. Rurſum non debet remanere de ſacrificio pacificorũ vſq; mane. Leui.7.a. Quia debem⁹ hic inſtãter operari, ne in iudicio vacui inueniamur.

Gre.ſ.1.reg.13. — Imperfecti. Multitudo vitiorũ.

Reliquus populus, quẽ remiſit Saul, deſignat imperfectos. 1.reg.13.a. Et reliquum vulgus poteſt dici multitudo vitiorum, quæ ſequuntur dæmones.

Lyra.ſ.Exo.24. Rup.1.ſ.Leui.15. Gre.ſ.1.reg.9. — Fides paſsionis chri. Sanguis Chriſti. Sanguis martyrum. Fortitudo martyrũ.

Reliquus ſanguis hoſtiæ. Exod.24.b.29.b. Leui.4.b.5.c.8.e.9.b. Deſignat fidem paſsionis Chriſti: vel eſt ſanguis Chriſti dilatatus ad redemptionem futurorum, vel ſanguis martyrum effuſus ad honorem Chriſti. Remanens autem armus de ſacrificio. 1.reg.9.d. Deſignat fortitudinem martyrum in paſsionibus. Quia licet Chriſtus per crucem omnes redemerit: remanſit tamen, vt qui redimi, & regnare cũ eo nititur, crucifigatur. Ideo.2. Timot.2.c. ſi compatimur, & conregnabimus, &.1. Petr.2.d. Chriſtus paſſus eſt pro nobis vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. &. Coloſſẽ.1.d. Ad impleo, quæ deſunt paſsionum Chriſti in corpore meo.

Glo.ord.ſ.Leui.14. — Rectè ſentientes.

Reliqua ſuperficies domus leproſę. Leui.14.e. Deſignat eos, qui ſanam habent opinionem in eccleſia. Ad idem referri poteſt, reliqua caro leproſi.13.c.

Gre.13.Mor.15. — Viuere vt moriturũ.

Custodire ſolum ſepulchrum. Iob.17.a.

Superesse ſolum ſepulchrum. Iob.17.a. eſt cõſiderare omnia huius ſeculi eſſe defluẽtia, & ita viuere quaſi mox ſit moriturus, omnibus vitæ pręſentis deſiderijs contradicendo.

Gre.ſ.1.reg.16. — Humilis.

Reliquus dictus Dauid. 1.reg.16.b. deſignat eũ, qui intus abiectus eſt per humilitatem, & foris deſpectus tanq; vilis.

Ori.ſ.ps.36.ho.5. Aug.ſ.ps.36. — Corpus ſuſcitandũ.

Reliquiæ hominis pacifici. ps.36. deſignant corpus iuſti in iudicio reſurrecturum in gloria. Vel dicitur quia etiam poſt mortem viuit iuſtus. Sic non erunt reliquiæ impij. Iob.18.d. Reliquiæ verò impiorum ſunt corpus periturum in gehenna.

Aug.ſ.ps.75. — Deteſtatio peccati. Memoria & gratiarum actio.

Reliquiæ cogitationis, quæ confitentur Deo. ps.75. deſignant odium & deteſtationem peccati: vel cogitatio eſt prima conuerſio, quæ confitetur: reliquiæ verò cogitationis, memoria, & gratiarum actio, quæ agit diem feſtum. Sumitur autem pro memoria. 1.Eſdr.9.c. Vt dimitterentur nobis reliquiæ. ps.36. Sunt reliquiæ homini pacifico. Sapi.13.c. Sopho.2.a.

Hie.ſ.Iſa.14. — Prauę cogitationes vel affectus.

Reliquiæ Babylonis ſunt prauæ cogitationes, vel praui affectus. Iſa.14.g. & reliquiæ Philiſtææ. Iſa.14.g. & reliquiæ Baalim. Sopho.1.a.

Glo.ord.ſ.deut.28. — Hæredes. Præmium.

Reliquię aliquando dicuntur hęredes. deut.28.b. Benedictæ reliquiæ tuæ. Deſignant autem bonæ intentionis præmium.

Paulus nondum credens.

Remanens ſolus Beniamin apud patrem. Gen.42.g. deſignat Paulum nõdum credentem in Chriſtum, ſed adhuc manentem in ſynagoga.

Amb. de Noe.7.

Remanẽs ſolus Noe in arca cum ſuis. Gen.7.d. deſignat hominem viuentem, prauis affectibus reſecatis.

Glo.ord.ſ.Exo.10. — Beneficentia Dei in malis.

Non remanere vnam locuſtam in finibus Aegypti. Exod.10.e. Indicat beneficentiam Dei, etiam erga malos.

Hie.ſ.Ierę.4. — Recedere ab eccleſ.

Remanent ciuitates abſq; habitatore. Iere.4.b. Quando recedunt aliqui ab eccleſia.

Glo.int.ſ.Exo.8. — Loquaces in mũdo.

Remanere ranas in flumine. Exo.8.b. eſt in fluxu, & cęno mundi non deeſſe loquaces, & aduocatos. &c.

Remanere ſimplices in tenebris.

Remanere oues, & armenta in Aegypto eſt relinqui ſimplices in tenebris vitiorũ: quod procurat Pharao, hoc eſt diabolus: & tamen non remanſit vngula filiorum Iſrael. Exo.10.g.

Arno.ſ.ps.16. Aug.epiſt.59. Hie.ſ.ps.16. — Crudelitas Iudæorum.

Reliquiæ Iudæorum, quas diuiſerunt paruulis ſuis. ps.16. ſunt hæreditas crudelitatis tranſiẽs in filios, quando ipſi dixerunt: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Hæretici quoq; reliquias diſcipulorum relinquunt alijs.

Hie.ſ.Abdi.

Non erunt reliquiæ domus Eſau, quando in fine mundi omne genu flectetur Chriſto. Abdiæ.f.

Hie.ſ.Iob.22. — Peccata ĩ inferno punienda.

Reliquiæ peccatorũ ſũt extrema peccaminũ in inferno puniẽda, quia nõ hic plene puniunt. Iob.22.c.27.c. ps.36. Reſiduũ quoq; grandini eſt pœna inferni: vel id, quod relinquitur ad maiorem pœnam. Exo.10.a.

Ori.ſ.Ier.ho.3. Glo.int.ſ.Exo 14. — Abolitio ſuperſtitionis & peccatorum.

Non eſſe reliquias Chaldæorum eſt nihil ſuperſtitionis reſeruari. Ier.50.e. Supereſſe autem nullum ex Aegyptijs, eſt omnia peccata in baptiſmo deleri. Exo.14.g.

Non



Gre.15.mora.11.

Non remanet de cibo hypocritæ quicquam. Iob.20.c. Quia cum ipſe ad æterna ſupplicia rapitur, à cunctis bonis, quæ poſſederat, alienatur.

Lyra.ſ.Iſa.38.

Reſiduum annorũ Ezechię. Iſa.38.b. Eſt illud, quod cõſiderabat ſe poſſe viuere per naturã.

Supereſſe multum diei ad paſtum ouium. Gene.29.b. Dicitur quando adhuc eſt tempus ad docendum, vel operandum.

Sectatores hæreticorum. Poſteritas malorũ. — Gre.18.mor.7. Hie.ſ.Iob.22.

Reliquię ligni ſalt⁹ ſunt reſidui, hęreticorũ ſectatores. Iſa.10.e. Idẽ ſunt reliquię terrę Moab. Iſa.15.d.21.d. Et reliquiæ de gẽtibus. Zac.14.c. & reliquię hoĩs impij. Iob.27.c. Deſignãt etiam poſteritas malorũ. Iob.22.c. Remanẽtes quoq; đ Gog, ſũt reliqę hęreticorũ. Ez.39.d. Am.4.a.

Falſa addita ſcientię naturali. — Hie.ſ.Iſa.44.

Reliquum de pinu ſunt ſuperflua, & falſa addita ſcientiæ, & doctrinæ naturali. Iſa.44.c.

Hie.ſ.Iſa.46.

Reſiduum domus Iſrael dicitur, quaſi non remanſerint ex eis, niſi fæces. Iſa.46.a.

## *Remeare, uide Redire.*

## *Rememorari, uide Meminiſſe.*

## *Remittere, Remiſsio, Venia.*

REmittere eſt retro mittere: aut mittere ad eum locum, vnde aliquis prius miſsus eſt: interdum eſt rurſus mittere: & condonare. ps.31. Remiſiſti impietatẽ peccati mei. Reducere. 1.reg.6.a. Quomodo remittamus eam. Relaxare. Exo.17.c. Sin autem paululum remiſiſſet.

Ceſſare ab operib⁹. — Glo.int.ſ.Exo.17.

Remittere manus eſt ab operibus ceſſare, ac otioſum eſſe: & ad terrena cõuerti. Exo.17.c.

Tollere prædicationis impedimenta. — Glo.ord.ſ.Exo.18.

Remittens Moſes vxorem ad ſocerum. Exo.18.a. Deſignat prælatum aut prædicatorem omnia impedimenta temporalia ſoluere debere, vt verbi miniſterio vacet.

Parua cognitio myſteriorum. — Gre.ſ.1.reg.6.

Remittere arcam in locum ſuum. 1.reg.6.a. eſt ex parua cognitione myſteriorum in hoc ſeculo ad paruam futuri ſeculi reuelationem venire. Remittere autem arcam vacuam eſt habere notitiam myſteriorum ſine bonis operibus.

Gre.ſ.1.reg.13.

Remittẽs Saul reliquum populum in tabernacula ſua. 1.reg.13.a. Deſignat prædicatorem docentem eos, qui perfectionem attingere nequeunt, in ſuo ſtatu innocentiã ſeruare. Sic dicebat apoſtolus. 1.Cor.7.a. Propter fornicationem autem vnuſquiſq; vxorem ſuam habeat.

## *Remmon.*

Ordo eccleſiaſticus. Diabolus. — Hie.ſ.Zach.14.

REmmon. i. malum renatum ſiue altitudo: nomen aliquarũ ciuitatũ. Ioſu.15.c.19.a. Iudi.20.g. Et nomen idoli. 4.reg.5.c. Et excelſus collis in Hieruſalem: qui deſignat ordinem eccleſiaſticum. Zach.14.b. Eſt etiam nomen patris Baana & Rechab ſeruorum Isboſeth, quem ipſi occiderunt. 2.reg.4.a. Typus eſſe poteſt diaboli.

## *Remmon Phares.*

Ori.ſ.num.ho.27. Hie.de manſio.

REmmon Phares. i. excelſa interciſio: decima ſexta manſio filiorum Iſrael in deſerto Pharan: quo peruenitur è Rethamim: quia poſt excelſam contemplationem ſeparat homo ab omnibus terrenis. nume.33.c. Vel interpretatur mali punici diuiſio, aut malum punicum diuiſionis: & deſignat vnitatem eccleſiæ cum ordinum diuiſione conſiſtere. Ad eam peruenitur è Rethma.

## *Remouere, uide Auferre.*

## *Remunerare, uide Donum.*

## *Remus, Remigare, Remiges.*

REmus eſt, quo remiges naues agunt. Remiges autem ſunt remigandi miniſterio mancipati. Remigare vero eſt remis nauem agere.

Dæmones & hæretici. — Hie.ſ.Eze.27.

Remiges in malum ſunt dæmones, aut hæretici, qui alios ad inferos ducunt. Iſaiæ.33.d. Ezechie.27.b.

Conuerſi a peccatis. — Hie.ſ.Eze.27.

Remi ex quercu de Baſan deſignant conuerſos ab ignominia peccatorum, & cum apoſtolis nauigantes, ab eiſq; deducti. Eze.27.a.

Laborantes in profectu. — Aug.ſ.Ioan.trac.25.

Remigantes diſcipuli ſunt laborantes, & ſemper progredientes, ac vſq; in finem perſeuerantes inter fluctus huius ſeculi. Ioan.6.c.

Diſcipuli defendentes Chriſtum. — Rup.ſ.Ionam.1.

Remigantes nautę vt reducerent Ionam in terrã. Ionæ.1.d. deſignant diſcipulos volentes defendere Chriſtum, ne caperetur: vt cum dixerunt: Dñe ſi percutimus in gladio.

## *Renaſci, uide Naſci.*

## *Renes, Renunculi.*

REnes ſunt, qui lumbis adhærent, ſuntq; vaſa libidinoſi humoris. Aliquando autem ſumuntur pro lumbis. Exo.1.b. Renes veſtros accingetis.

Apoſtoli. — Gre.22.mor.19.

Renes Chri dici poſſunt apoſtoli: & ad renes eſt atramentariũ. Eze.9.a. Quia cũ renes ſint



in po-

in poſteriori parte corporis, deſignāt, quòd poſtquam ipſe dominus mortuus eſt, & reſurrexit, & aſcendit in cœlum, tunc teſtamentum nouum per apoſtolos ſcripſit.

*Glo.int.ſ.ps.15.* Renes etiam Chriſti dici poſſunt Iudæi.ps.15.b.increpuerunt me renes mei. *Iudæi.*

*Glo.int.ſ.Ier.12.* Renes vt ſunt latentes, conſcientiam ſignificare poſſunt, quam ſcrutatur Deus.ps.7.Iere.12.a.20.b.Threno.3.b. *Conſcientia.*

*Hie.ſ.Nahum.2. Amb.exhor.ad vir. Gre.11.mor.9.&.22.mora.22. Aug.ſ.ps.7.72.138. Iſych.ſ.Leui.7. Beda.ſ.Exo.12.* Renes vt ſunt vaſa libidinoſi humoris, delectationes carnis, ac libidinem ſignificare ſolent. Exo.12.c.28.g.29.b. Leui.3.a.4.7.8.9.ps.7.15.75.72. Nahu.2.c.& poſſidet Deus renes, quum quis caſtè viuit.ps.138. & vſq; ad renes eſt aqua, quum eſt profectus vſq; ad mitigandos carnis appetitus.Eze.47.a.& pręcingit Deus fune renes regum: quum diſſoluto caſtitatis cingulo, in membris delectationem peccati dominari permittit: vt quos in occulto ſuperbia inquinat, quā ſint deteſtabiles etiam in publico oſtendat.Iob.12.c. *Delectatio carnis.*

*Baſi.ſ.ps.7. Hila.ſ.ps.138. Glo.ordi.ſ.ps.7.* Renes præterea deſignant ipſam partem concupiſcibilem, & generaliter affectus aut opera. ps.7.25.39.138.Pro.23.b.Iere.11.d.12.a.& renes, quos ſcrutatur Deus, referri poſſunt ad opera, ſicut corda ad cogitationes. *Concupiſcibilis affectus. Opera.*

*Lyra.ſ.Danie.10.* Renes viri accincti auro caſtitatem puram deſignant in prælato.Dani.10.a. *Caſtitas.*

*Iſych.ſ.Leui.3.* Renes oblati in ſacrificio deſignare poſſunt matrimonium propter prolē habendam in honorem Dei contractum.Leui.3.a. *Matrimonium.*

*Ori.ſ.ho.3.* Renunculi etiā traditi ignibus, deſignant nullū motum carnalem fuiſſe in Chro.Leui.3.a.

## *Renouare, uide Nouus.*

## *Renuere.*

RENuere eſt ſigno capitis aliquid negare, quod etiam abnuere dicitur.

*Lyra.ſ.gen.48.* Renuens Iacob permutare manus, quas poſuerat ſuper capita Ephraim & Manaſſe, deſignat firmitatem prophetiæ: & etiam conſtantiam in fide, vt dignitates ſpirituales præponantur temporalibus.Gen.48.d. *Firmitas prophetiæ. Eminentia dignitatis ſpiritualis.*

Renuens Pharao dimittere populū Dei. Exo.9.a.Deſignat diabolum: qui obſtinatè nititur retinere homines in peccatis. *Obſtinatio diaboli.*

Renuit curari plaga, cum peccatum emendationem non admittit.Ier.17.b. *Incurabile peccatū.*

## *Renuntiare, uide Nuntiare.*

## *Repandus.*

*Glo.ord.ſ.3.reg.7.* REpandum dicitur, quod eſt recuruū, & ſimum: & retrorſum patet: vt repandū lilium.3.reg.7.d.2.Par.4.b.deſignat autem repandum liliū Chriſtū reſuſcitatum. Nam ante paſſionem quaſi adhuc clauſum lilium fuit: quum in miraculis clarus homo refulſit. Poſt reſurrectionem verò & aſcenſionem, repandum ſe lilium auibus cœli exhibuit: quibus in aſſumpta humanitate potentiam diuinæ claritatis, quam habuit anteq̄; mundus eſſet, oſtendit. *Chriſtus. Glorificatus.*

## *Repellere, uide Eijcere. Repente, Repentinus, uide Subitus.*

## *Reperire, uide inuenire.*

## *Repetere, uide Iterare.*

*Rup.1.ſ.deut.31.* REpetere quandoq; eſt id, quod commodatum, aut mutatum eſt, petere: & repetere à proximo quod debet, eſt corripere eum peccantem inter ſe, & ipſum ſolum.Deut.24.b.

## *Replicare, uide Iterare. Reponere, uide Collocare.*

## *Reportare, uide Ferre. Reprehendere, uide Arguere.*

## *Reprobare.*

REprobare eſt damnare, & prauum ac inutile iudicare.

Reprobauit dominus cogitationes populorum, & conſilia principum, quando poſt paſſionem, & mortem reſurrexit, remanentibus confuſis principibus Iudæorum.ps.32. *Reſurrectio Chriſti.*

*Ori.ſ.Matt.ho.19. Hie.ſ.Iſa.21.* Reprobauerunt ædificantes lapidem, quando ſacerdotes, & ſcribæ condemnarunt Chriſtū. ps.127.Matth.21.d. *Condemnantes Iudæi Chriſtum.*

*Hie.ſ.Iſa.30.* Reprobantes verbum ſunt hæretici reijcientes veritatem eccleſiæ.Iſa.30.c. *Hæreti.reijci.verit.*

*Gre.6.mor.5.* Reprobat increpationē Dei, qui percuſſus pro culpa in quærelā ſuæ paſſionis cōtra Deum eleuatur.Iob.5.c. *Murmurans contra Deum.*

## *Reprobus, uide Malus. Repromittere, uide Promittere.*

## *Reptare, Repere, Reptile, Serpere.*

REpere dicitur de animalibus, quæ pedibus, & ventre gradiuntur. Vnde reptilia dicuntur. Reptare autem eſt frequenter repere. Serpere autem eſt repere, & quaſi in modum ſerpētis circuire



circuire, paulatimq; decurrere.

*Prædicator condeſcens infirmus.* Reptās manibus Ionathas, deſignat prædicatorē humiliantē ſe ad conuerſationē peccatorū per affectum cōpaſsionis, vt eos conuertat.1.reg.14.b.Sic dicebat Chrs.Matt.9.b.Non habent opus ſani medico, ſed malè habentes.&c. Non veni vocare iuſtos, ſed pctōres. Et Paulus oīa factus erat oībus: vt oēs Chro lucrifaceret.1.cor.9.d.Vel reptare manibus eſt prius operibus oſtēdere quid debeat pdicare: Iuxta illud.Mat.5.b.Sic luceat lux vrā corā hoībus, vt videant opera veſtra bona. Et reptans manibus ſtellio, eſt ſimplex benè cum labore operans.Pro.30.d. *Greg.ſ.1.reg.34.& 6.mor.4. — Bene operans.*

*Pollu.cogi.vac.lib.* Repere pectore dicit, q. eſt pollut' ī cogitatiōe. Repere verò vētre eſt libidini vacare.gē.3.c. *Gre.2.mor.2.*

*Hoīes terreni. Baptizati īperfecti. Apoſtoli & prædicatores.* Reptilia ſunt homines rebus terrenis innixi: vel homines difficulter credentes: vel baptizati, ſed imperfecti per terrena quærentes cœleſtia.Gen.1.c.Leui.5.a.11.g. Reptilia etiam ſunt apoſtoli, & prædicatores, cum labore ferentes myſteria per omnem terram. *Aug.13.confeſ.20. Iſych.ſ.Leui.11. Beda.ſ.gen.1.*

*Gentiles.* Reptilia, quibus dominatur homo ſunt gentiles.Gen.1.d.Hoſe.2.d. *Be ſ.gē.1.Ru.ſ.ho.2.*

*Opera bona. Opera legis.* Reptilia animæ viuentis dici poſſunt opera, quæ proſunt animis viuis per gratiam. Gen.1.c. Reptilia etiam dici poſſunt opera legis.Leui.5.a. *Aug.1.de gen.cont. Manichæ.*

*Iudæi. Hæretici.* Reptilia in mari ſunt Iudæi in lege, & hæretici, & tētatores in mundo. Reptilia quoq; ſunt, qui ſunt in inferno.ps.67.103. *Arno.& Au.ſ.ps.103.*

*Homines in mūdo.* Quaſi reptile non habens principem reputantur homines in hoc mundo, quando mali perſequuntur, & perdunt bonos, quaſi non ſit prouidentia.Habac.1.d. *Hie.ſ.Haba.1.*

*Vitia in anima. Cogitationes malę. Opera carnis.* Reptilia, quę producit terra, & reptilia in templo, ſunt vitia in anima, & prauæ cogitationes & omnino terrenæ, & opera carnis.Gen.1.c.Eze.8.c.38.f.Mich.7.d.Et reptilia ſunt intra parietem, quando cogitationes voluuntur in mēte, quæ à terrenis deſiderijs nunq̄; leuantur. *Ori.ſ.gen.ho.1. Hie.ſ.Eze.8. Gre.26.mor.4.&.24 paſt.10. Be.ſ.gē.1.*

Serpit homo vegetatiua virtute cum reptilibus, quę ſuper terrā reptāt, cui virtuti inſeruit homo prima ętate: cui ante diluuiū data ſunt olera, plātæ, & cætera vegetatiua ſolūmodo in cibū. *Geor.venet.canti.1. tono.6.cap.15.*

Serpere dicitur vt cancer ſermo hæreticus.2.Timot.2.c.

## *Repudiare, Repudium.*

REpudiare eſt non accipere, & recuſare, & peculiariter matrimonium dirimere, quaſiq; ob rem pudendam coniugem repellere.

*Aīa peccatrix. Synagoga. Doctrina hæretica.* Repudiata mulier eſt anima per peccatum à Deo abiecta, & peculiariter ſynagoga: & etiā doctrina hæretica.Leui.21.b.Eze.44.f. *Ori ſ.Leui.ho.12. Iſyc.ſ.Leui.21.*

*Reſipiſcens ab errore.* Repudiata filia ſacerdotis, quę nupſerat alienigenæ, eſt anima reſipiſcens ab errore doctoris hæretici, Iudæi, vel gentilis.Leui.22.b. *Iſyc.ſ.Leui.22.*

Repudij liber non eſt datus à Deo ſynagogę, niſi quia ipſa prius receſsit à Deo per peccatū. Eadem eſt ratio de hæreticis.Iſa.50.a.Iere.3.c. *Hie.ſ.Iere.3.*

## *Repugnare, Reſiſtere.*

REpugnare eſt pugnando reſiſtere, & contradicere, & refragari.

Reſiſtit Deus ſuperbis, hoc eſt, hæreticis.Iaco.4.b.Reſiſtere quoq; in die malo, eſt reſiſtere diabolo.Ephe.6.c.1.Pet.5.d. *Hie.ſ.Amos.1.*

Reſiſtens princeps Perſarum angelo Danielis. Dani.10.b. Erat faciens pro commiſſa ſibi puincia, ne captiuus populus Iudæorum dimitteretur. Poteſt etiam intelligi reſiſtere enumerando peccata Iudæorum: propter quæ nondum deberent dimitti. *Glo.ord.ſ.Dan.10.*

Reſiſtere Deo dicitur, qui eius diſpoſitionibus repugnare conatur.Iob.9.a.41.a. Reſiſtētes aūt dexteræ Dei, ſunt dæmones reſiſtentes Deo: & Iudæi Chro: & hæretici eccleſiæ.ps.16. *Gre.9.mor.2. Hie.ſ.ps.16.*

Repugnat etiam veritati reſponſio hæreticorum.Iob.21.d.& reſiſtit lingua hęreticorum & philoſophorum ipſi eccleſiæ.Iſa.54.d. *Glo.int.ſ.Iſa.54.*

Reſiſtere irę Dei nemo pōt: quādo implacabiliter excitat. Iob.9.a. licet ei reſiſtat p ſctōs, quādo ipſe ordinat ſibi orōnibus reſiſti, vt eū placauit Moſes, & Aarō, Phinees, & Dauid.&c. *Gre.9.mo.12.13.*

Reſiſtens Amalec Iſraeli aſcendenti de Aegypto.1.reg.15.a.deſignat fortes carnis impugnationes: quæ vexant eos, qui mundum relinquunt, iuxta illud apoſtoli ad Romanos.7.d.Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. *Gre.ſ.1.reg.15.*

## *Reputare.*

REputare eſt multum & ſæpè putare & retractare, & etiam computare.

*Dās de' dōa homi.* Reputat Deus hominem, cum dat ei ſui cognitionem, & multis ornat donis.ps.143. *Hila.ſ.ps.143.*

*Chriſtus.* Reputatus homo excelſus, eſt Chriſtus, cui conuenit celſitudo.Iſa.2.d.Idem autem non eſt reputatus in paſsione.Iſa.53.a.& reputatus eſt cum ſceleratis: quia crucifixus eſt inter latrones: vel quia deſcendit etiam ad inferos.Iſa.53.d. *Hie.ſ.Iſa.2.*

*Imbecillitas hominis.* Reputatæ ſunt gentes Deo quaſi momētum ſtateræ, quod facilimè in vtrālibet partem inclinatur.Iſa.40.d. *Glo.ord.ſ.Iſa.40.*

*Dolere de peccatis.* Reputat Deo omnes annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ, qui dolet de peccatis, nec præteritam approbat proſperitatem.Iſa.38.c. *Hie.ſ.Iſa.38.*

Ori.ſ.num.ho.15. — Cõputari īter fidel.

Non reputari inter gentes, eſt reputari inter fideles. Num.23.b.

Hie.ſ.Iſa.33. — Negligens De' malos.

Nõ reputat Deus hoĩes, eos videlicet, qui tanq̃ iumẽta in ſtercore ſuo cõputruerũt. Iſa.33.b.

Reputari dicebantur filij Ioſeph ſicut Ruben, & Simeon: quia ſic connumerati ſunt inter filios Iacob, vt acciperent hæreditatem, ſicut duæ tribus. Gen.48.a.

Ori.ſ.Iudi.ho.7. — Iudæos non habere ptẽ ĩ victoria chri.

Non reputata victoria ipſi Barach, deſignat receptionem Chriſti, & victoriam eius contra diabolum non eſſe aſcriptam Iudæis. Iudi.4.b.

Glo.ord.ſ.Hoſe.8. — Contẽptus legis di.

Reputatæ dicuntur leges Dei, velut alienæ à contemnentibus eas, pręcipuè ab Iſrael, qui colentes idola legem Dei contempſerunt. Hoſe.8.d.

Hie.ſ.Iſa.29. — Litera ſine ſpiritu.

Reputatur Charmel in ſaltum. Iſa.29.f.32.d. Cum Iudæi Chriſtum ſuſcipere nolentes, remãſerunt cum virore literæ ſine fructu ſpiritus.

Glo.int.ſ.Leui.11. — Vita vitioſa.

Reputari inter polluta quæ ruminãt, nec diuidũt vngulã. Leui.11.a. eſt damnari vitã informẽ & criminibus tortuoſum. Ad hęc referri poteſt reputari immũdã veſtẽ lepra infectã. Le.13.c.f.

Gre.14.mor.2.

Reputari ſicut iumenta ſe putant hæretici ab eccleſia. Iob.18.a. Cum doctores catholici ratione conuincunt hęreticos oſtendentes q; irrationabiliter ſuos aſtruant errores.

Gre.34.mor.5. — Potentia diaboli.

Reputat Leuiathan ferrum, vt paleas & æs quaſi lignum putridum. Iob.41.c. Quia tempore Antichriſti, niſi diuina gratia protegat, & prædicantiũ vires, velut paleas nequitiæ ſuæ igne cõſumet: & patientium conſtantiam quaſi lignum putridum in puluerem rediget.

## Res.

Res generalem habet ſignificationem ad omnia, eſt enim, vt aiunt dialectici, tranſcendens: nec allegoriam recipit, niſi ſecundum illi adiecta.

Gre.ſ.1.reg.14. — Cõuerſio à peccatis

Res quam dicebant Philiſtæi, ſe oſtenſuros Ionathæ & armigero, eſt conuerſio à peccatis. 1. Regum.14.b.

Gre.ſ.1.reg.2. — Peccata. Hæreſes.

Res fæda & peſſima generaliter peccata deſignare põt. gen.34.a.38.b.44.b. & res peſſimæ filiorũ Eli, ſunt hęreſes Iudęorũ. 1.reg.2.e. hęc ſunt res, quæ polluere poſſunt. Leui.7.c.

Glo.ord.ſ.Leui.6.

Res perdita dici poteſt ſenſus extraneus ſacræ ſcripturæ datus. Leui.6.a.

Rem conſiderans Iacob. Gen.36.c. Vide conſiderare.

## Reſcindere.

Reſcindere eſt cædere, tollere, auferre, & deſtruere. vt Phariſæi reſcindebant verbũ Dei ꝓpter ſuas traditiones. Marc.7.b.

## Reſeruare.

Reſeruare eſt quaſi retrò ſeruare: vel præ alijs, ſeu ab alijs ſeruare.

Saluari reliq̃as Iſra.

Reſeruari filios Iacob ſuper terram. Gen.45.b. eſt reliquias Iſrael ſaluas fieri.

Glo.ordi.ſ.gen.45. Gre.ſ.1.reg.9. — Matura electio prædicatoris.

Reſeruatus armus de induſtria Sauli. 1.reg.9.c. deſignat electionem prædicatoris cum magna deliberatione faciendam.

Mẽmoria bñfici. dei

Reſeruare Man. Exo.16.g. deſignat continuam beneficiorum Dei memoriam habendam.

Glo.in.ſ.exo.ho.16 Ori.ſ.Exo.ho.2. — Seruare vitia. Dare ſenſus carnales legis.

Reſeruant fœminas, qui vitia ſeruant: & qui dant ſenſus carnales legi: quas fœminas reſeruari facit Pharao, hoc eſt diabolus. Exo.1.c.

Reſeruare pinguia ſibi ex his, quæ danda erant in decimis: quod non debebant facere leuitæ, dando decimas ſacerdotibus. Num.18.d.

## Reſiduum, uide Reliquiæ. Reſilire, uide Fugere.

## Reſina.

Reſina eſt humor ex arboribus defluens, in eiſdem coagulatus: & eſt præcipua quæ eſt ex Therebintho.

Amb.de.Ioſeph.3. Beda.ſ.gen.43. — Fides. Charitas. Lex Moſis.

Reſina, qua marmora fracta ſociantur, vinculum ſpirituale deſignare poteſt: & fidem ſynceram: fertur ad Ioſeph à fratribus eius in munus, quando fides offertur Chriſto. Gen.37.e.43.c. Poteſt etiam deſignare legem Moſis.

Orig.ſ.Iere.ho.2. — Verba correctĩonis

Reſina quę eſt medicamentũ, deſignare poteſt verba correctiõis ex ſacra ſcriptura deſũpta. Iere.51.a.

Hie.ſ.Eze.27. — Pœnitentia. Myſteria.

Reſina Galaad deſignare poteſt pœnitentiam in eccleſia. Ier.8.g. Vt enim reſina lenis eſt, & apta corporibus, & pro medicina ſumitur: ita pœnitentia ſe habet ad animam. Deferunt autem reſinam in Tyrum, qui ſanctum dant canibus. Exo.27.d.

## Reſiſtere, uide Repugnare.

## Reſpirare.

Reſpirare eſt ſpiritum capere, & à laſsitudine quieſcere.

Ori.ſ.Ioſue.11.

Non dimittere qui reſpiret, eſt nullum inordinatum motum quantumuis paruum in anima permittere. Ioſue.11.b.

Gre.23.mora.11. — Loquacitas arrogãtium.

Reſpirare ſe dicẽs Elihu. Iob.32.d. deſignat q; ſicut labor iuſtorũ eſt videre praua, nec corrigere: ita grauis eſt labor arrogantium, ſi quod ſapiunt, non oſtendant. Vim quippe intrinſecus æſtuantem ferre vix poſſunt, ſi omne quod ſentiunt, paulo tardius patefaciant.



## Reſplendere, uide Fulgere.

## Reſpondere.

Reſpondere eſt poſteriori loco dicere, vnde reſponſum, & reſponſio. Eſt item reſpondere conſentire. Exod.2.b. Reſpondit: vade, & perrexit puella. Dicere. Gen.14.d. Qui reſpondit ei, leuo manum meam. Exaudire. Gene.24.c. Quæ reſpondit. Bibe domine mi. Negare. Iſa.9.b. Reſpondebitq; in die illa dicens. Referre. Mich.6.a. Quid reſponderit ei Balaam. Reprehendere. Iob.20.a. Spiritus intelligentiæ reſpondebit mihi. Satisfacere. Gene.29.c. Auditis cauſis itineris reſpondit. Teſtari. Gene.21.d. Reſpondit Abimelech. Neſciui quis fecerit. Reſponſum autem eſt æquipollens. 2.Cor.1.b. Reſponſum mortis habuimus. Conſilium. Eccl'i.32.b. Habeat caput reſpoſum tuum. Inſtructio. 1.Reg.19.c. Reſponſum eſt, quòd ægrotaret. Inſpiratio. Luc.2.d. Reſponſum acceperat Symeon.

Inſpiratio Dei. Exaudiens Deus. — Gre.5.mor.30.&.11.mo.22.&.35.mo.14.

Reſpondere Dei eſt, eum, qui ſe benè humiliter neſcientem cognouerit, occultis inſpirationibus erudire. Iob.42.a. Et reſpondet loquentibus, quum nobis ſe amantibus apparet. Iob.5.a.13.d. Et reſpondet alicui, vel pro aliquo, quum facit id, quod rogatur. Gen.41.b. Iſa.30.a.e. Sic reſpondit Moſi loquenti. Exo.19.d.32.g.34.b.

Defendens Deus iuſtum. — Hiero.ſ.Iſa.38.

Reſpondet dominus pro aliquo, quum eius iuſtitiam oſtendit. Iſa.38.c.

Arguens Deus. — Hiero.ſ.Eze.14. Ori.ſ.Ezec.ho.3. Gre.16.mor.14.

Reſpondere interdum eſt arguere: Et reſpondet Deus impio in multitudine immundiciarum ſuarum, vt iuxta quod vult, & credit, ita audiat. Eze.14.b. Non enim meretur correctionẽ, qui nõ diſcendi ſtudio, ſed tentandi animo interrogat: ſed ſuo corde capiendus eſt: vt Scribæ & Phariſæi: & Achab. Sic reſpondet vnicuiq; ſecundum ea, quæ habet in mente, curans vnumquemq; iuxta exigentiam morbi. Iob.23.a.

Non diſsimulans Deus peccatum. — Gre.ſ.1.Reg.14. Amb.ſer.25.

Non reſpondit dominus conſultus à Saule. 1.Reg.14.f. Quia in ſimulata cogitationis luce non cernitur, qui in claritate veritatis inuenitur. Vel non reſpondet, quum non concedit omnes hoſtes perimi: vt ſemper habeamus pugnas, & non reſpondit patri propter peccatum filij, vt deſignetur peccatum ſubditi nocere prælato, & alijs ſecum viuentibus, vt fractio ieiunij nobis nocet, & alijs.

Nõ eſſe fœlicitatẽ in hac vita. — Gre.ſ.Cant.5.

Non reſpondet ſponſus ſponſæ inuocanti. Cant.5.b. quando non ad votum in hac vita habere poteſt ſponſa, id quod de ſponſo appetit.

Orans Chriſtus pro perſecutoribus — Amb.ſ.ps.118.ſer.6.

Reſpondere dicitur Chriſtus exprobantibus ſibi verbum: quando pro perſecutoribus orauit. pſalm.118.

Obedire Deo. — Hiero.ſ.Iſa.65. Aug.ſ.ps.87. Greg.9.mora.34.& 11.moral.22. Gre.12.mo.9.

Reſpondere Deo eſt donis eius præcedentibus obſequia reddere. Iſa.65.b.66.b. Exo.19.b. Sic reſpõdẽt Chriſto canẽti, q ipſum imitant. ps.87. 1.Pet.2.a. Chrs paſſus eſt ꝓ nobis, vobis relinquẽs exẽplũ. Nõ tamẽ poteſt quis metuẽs reſpõdere. Iob.9.d. Quia vera obſequia deo nõ reddim⁹, ſi ex timore mãdatis illius & nõ potius ex amore ſeruimus. Vocanti etiã Deo veraciter reſpõdemus, quando ad ſummæ incorruptionis iuſſum incorruptibiles ſurgimus. Iob.13.d.14.d.

Cõtẽnere Chrm. — Hiero.ſ.Iere.7.

Reſpondere nolentes Iudæi Deo, aut prophetæ vocanti, ſunt contemnentes Chriſtum prędicantem. Iere.7.f.

Contendere. — Gre.9.mo.13.

Reſpondere eſt interdum contendere, vnde quid reſpondendum ad arguentem Deum eſt diligenter conſiderandum. Haba.2.a. Iob.9.a.29.d.31.b. Repẽte enim interroganti, hoc eſt, nos ad diſtrictionem ſui examinis inopinatos vocanti homo reſpondere non ſufficit: quia ſi remota tunc pietate diſcutitur in illo examine, etiam iuſtorum vita ſuccumbit. Vel certè interrogat, quum duris nos percuſsionibus pulſat, vt cum mens noſtra magna de ſe in tranquillitate æſtimat, ſemetipſam veraciter qualis ſit in perturbatione deprehẽdat, & plerunq; quum percutitur gemit: ſed reſpondere non ſufficit, quia & ipſa ei percuſsionis ſuæ aduerſitas diſplicet, ſed tamen ſemetipſum homo conſiderans tacet, & diuina iudicia diſcutere metuit, qui eſſe ſe puluerem agnoſcit: vnde & per Paulum dicitur. Roma.9.e. O homo tu quis es, qui reſpondeas Deo? Reſpondere Deo non poſſe conuincitur, qui homo nominatur, quia per hoc quòd de humo ſumptus eſt, iudicia ſuperna diſcutere dignus non eſt.

Cognoſcere Deum ex creaturis. — Gre.11.mo.8. & Gre.ſ.ps.101.

Reſpondere dicitur terra interroganti, quãdo per ipſam cognoſcitur ipſe creator. Iob.12.b.

Reſpondere dicitur Hieruſalem Deo in via virtutis ſuæ. pſal.101. quando eccleſia confitetur Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis.

Pœnitẽtia & oratio

Reſponſio mollis, quæ frangit iram, deſignat verba pœnitentiæ, & orationis, quæ placant iram Dei. Pro.15.a.

Cõfutatio Iudæorũ de Meſsia.

Reſpondere non valentes fratres Ioſeph ipſi Ioſeph, ſunt Iudæi conuicti de aduentu Meſſiæ. Gen.45.a.

Pręmium Chriſti. Manifeſtatio Chri. Iuſtitia.

Reſpondit alicui iuſtitia, quando ſecundũ præmium quod à Deo accipit, oſtenditur iuſtus. Gen.30.e. Vel reſpondebit Chriſto iuſtitia ſua in iudicio, quando iuſtè iudicare ab omnibus cognoſcetur.

Hierõ.ſ.Iſa.3.59. & ſ.Ier.14.&.ſ. Hoſ.5. Rup.ſ.Hoſe.5. — Pœna peccati.

Reſpondent nobis iniquitates noſtræ, quando ſecundũ eas punimur. Iere.14.a.Iſa.59.c.Sic reſpondet arrogantia in facie, cum per eam quis confunditur. Hoſe.5.b. Et reſpondit agnitio vultus Iudæis, quia merito confuſi ſunt. Iſa.3.d.

Gre.ſ.1.Reg.4. — Inchoatio pœnæ inferni.

Non reſpondens nurus Eli ſuper partu filij. 1. Reg. 4. d. deſignat inchoantem iam doloris æterni amaritudinem: cuius gratia iam in præſenti gloria non delectatur.

Gre.ſ.1.Reg.14. — Recta reprehẽſio inferioris ĩ ſuperiorẽ.

Reſpondens vnus de populo ad Ionathan tranſgredientem patris præceptum. 1. Reg. 14.d. deſignat inferiorem aliquando zelo Dei recte reprehendere ſuperiorem.

Glo.ord.ſ.Iſa.14.

Reſpondere nuntijs gentis eſt reſpondere angelis, qui ſunt cuſtodes ciuitatum. Iſa.14.g.

Glo.ord.ſ.Iſa.13. Hiero.ſ.Iſa.41. — Reſpõſa dæmonum & hæreticorum.

Reſpondent vlulæ in domibus Babylonis, cum dæmones dant reſponſa in idolis, & hæretici in conciliabulis. Iſa.13.d. Non eſſe qui reſponderet de idolis dicitur ideò, quia adueniente Chriſto, idolorum, ſeu dæmonum reſponſa ceſſarunt. Iſa.41.g.

Non dare locũ diabolo.

Non reſpondens populus Rabſaci. Iſa. 36. d. indicat tentanti diabolo locum minime dandum eſſe.

Gre.8.mor.2. — Cõtentio hæreticorum.

Reſpondentes amici Iob, cum contentione. Iob.6.d. deſignant hæreticos: qui inquiſitionibus ſuis veritatem minime aſſequi conantes, ſed victores videri, & ſapientes oſtendi cupientes, intus per ſtultitiam elationis ſuæ vinculis ligantur: vnde fit, vt contentionum certamina exquirant, & de Deo, qui pax noſtra eſt, loqui pacificè neſciant, atque ex pacis negotio rixæ inuentores fiant.

## *Reſpuere, uide Contemnere.*

## *Reſſa.*

Ori.ſ. Num.ho. 27. Hiero.de manſioni.

Reſſa, id eſt, irrigatio, vel ſtillicidium, vel laudabilis tentatio: decima octaua manſio filiorum Iſrael in deſerto Pharan: quo peruenerunt è Lebna: & deſignat quòd viro quantuncunq; perfecto veniunt tentationes, ne extollatur: vt Paulo. Vel interpretatur frænum, aut ſtadium: & deſignat eos: qui rurſum ad luti opera deſcendunt, infrenandos eſſe: & curſus vagos, atque præcipites ſcripturarum retinaculis dirigendos: vt rectè ſtadium curramus. Num.33.c.

## *Reſtare, uide Reliquiæ. Reſtis, uide Funis.*

## *Reſtituere, uide Reddere.*

## *Reſurgere, Reſurrectio, Reſuſcitare.*

Aug.ſ.ps.64.

Reſurgere eſt rurſus ſurgere: vnde qui reuixerunt, reſurrexiſſe dicũtur, & ſuſcitare eſt in vitam reuocare. Sciendum autem pſalmum ſexageſimum quartum habere titulum in finem canticum pſalmi reſurrectionis: vbi intelligitur tam reſurrectio capitis quàm membrorum.

Hil.& Aug.ſ.ps.138. — Opera Chriſti. Exaltatio Chriſti

Reſurrectio Chriſti aliquando ſignificat operationes eius: qua ratione Deus dicitur reſurrectionem eius noſſe. pſal.138. vbi etiam ipſius exaltatio intelligi poteſt.

Ori ſ. Luc.ho.16. Aug.20.ciuit dei 9. Hiero.ſ. Iſa.26. — Reſurgere ad grãm. Reſurrectio corporum.

Reſurrectio eſt hominis noui, quum reſurgit à ſtatu peccati ad gratiam. Iſa.24.d. Iere.8.b. Luc.2.e. in qua reſurrectione mortuus peccato roboratur in vita gratiæ. 3. Reg. 17. d. Pro.24. b. Coloſ.2.b. Hæc autem dicitur reſurrectio prima. Apo.20.b. Datur etiam reſurrectio ſecunda, quia reſurgent interfecti Dei, hoc eſt, martyres in iudicio recipientes corpora glorioſa: reſurgent etiam interfecti Dei, hoc eſt, qui nunc reſipiſcentes moriuntur peccato. Iſa.26.d.

Hiero.ſ.Iſa.26. — pſeuerare in pc̃cõ.

Non reſurgunt gigantes, hoc eſt dæmones, qui non ceſſant à peccato. Iſa.26.c.43.c.

Rup.ſ.Amos.5. Hier.ſ.Amos.5. — Obſtinatio iudæorũ. Irrecuperabilis virginitas.

Non adijcit vt reſurgat virgo Iſrael. Amos.5.a. hoc eſt naturales rami, q̃ præciſi ſunt ex populo Iſrael propter incredulitatem, non iterum inſerentur: non enim eſt, qui proiectos in terram ſuſcitare poſsit. Dici etiam poteſt de virgine peccante: quæ non ſuſcitatur, vt ſit ſicut erat ante peccatum: licet poſsit æquari meritis virginum.

Glo.ord.ſ.Thre.3. — Iudæi cõtra Chr̃m

Reſurrectio Iudæorum eſt elatio principum Iudæorum: & executio necis Chriſti, quã prius tractarant. Thre.3.c.

G.e.12.mor.6. — Reſurrectio in iudicio.

Non reſurget homo, cum dormierit, donec atteratur cœlum, hoc eſt, vſque ad diem iudicij. Iob.14.b.

Aug.ſ.ps.1. — Reſurgent impij vt iudicentur.

Non reſurgent impij in iudicio, ad gloriam videlicet: & quia iam iudicati ſunt: neq; peccatores in concilio iuſtorum: hoc eſt, vt iudicent cum iuſtis: ſed vt iudicentur. pſal.1.

Aug ſ ps.87. — Solus Deus liberat à peccato.

Non ſuſcitant medici, ſeu gigantes. pſalm. 87. quia nec fortes, nec philoſophi, nec quantumcunque ſancti poſſunt liberare animam à peccato, ſed ſolus Deus: licet poſsint eſſe miniſtri dandi præcepta ſanitatis.

## *Rete, Reticulum, Retiaculum. Sagena. Irretire.*

Rete eſt, quod fit ex funiculis contextis ad capiendos piſces aut etiam aues: quod & Sagena dicuntur. Reticulum autem & Retiaculum eſt paruum rete. Irretire verò eſt reti inuoluere.

Rete aliquãdo



Chriſtus. Verbum Dei. Prædicatio. — Ori.ſ.Iere.ho.12. Hila.ſ.Mat.cano 13. Amb.ſ Luc.5. & de fide. cõtra Arria. 8. Hiero.ſ.Iob.40. Cyril.12.ſ.Ioan.61.

Rete aliquando ſignificat Chriſtum, & verbum Dei, & prædicationem, complexioneſque verborum. Matth.4.c.13.f.Luc.5.a. Sagena autem prædicationis Chriſti, veteris teſtamenti figuris, & multis ſignificationum imaginibus, ac teſtimonijs, veluti nodis illigatis eſt ſolidè roborata: quam cæti multi, & dracones ſæuiſsimi iſtius mundi, impij & potentes ſcindere & rumpere tentauerunt: idq; non potuerunt efficere: quia ſummum fundamentum eius eſt Deus: & conuelli nequaquàm poteſt. Iob.40.d.Ioan.21.d.

Eccleſia. — Ori.ſ.Mat.cap.13. Aug.83 q 81.& breuiculo collat. 30. & ſ.ps.49.

Rete, vel ſagena ſignificare ſolet eccleſiam: quæ varijs nodis ſcripturarum perplexa, & intexta, continet intra ſe homines tanquàm piſces. Exod.27.a. 38.a. 39.g. Mat.13.f. Rete quidem, quod rumpebatur, eccleſiam huius temporis ſignificat. Rete vero quod non rumpebatur, eccleſiam in fine ſeculi, quæ ſolos complectetur bonos. Luc.5.b.Ioan.21.d.

Diuerſitas virtutũ. Iudicia Dei. — Ruper.3.ſ.Reg 20.

Retiacula in columnis. 3. Reg.7.c. deſignare poſſunt diuerſitatem virtutum & donorum in ſanctis. Vel deſignant iudicia Dei: quibus aliqui retinentur in bono: aliqui vero proprijs peccatis vinciuntur.

Volũtas. Furor. — Ori.ſ.Leui.ho 3.5. Hier.de veſt ſacer.

Reticulum iecoris vituli, aut arietis, quod & pinna iecoris dicitur, ſignificare poteſt volũtatem: & etiam concitam vim furoris. Exo.29.b.Leui.3.b.4.b.7.a.8.c.9.b.

Correptio Dei. Lex. — Hier ſ.Eze.32. Rup.ſ.Iere.25.

Rete quod expandit Deus, eſt flagellum & correptio, ac conſtrictio, ne quis in vitia laxetur. Deſignat etiam legem, ſeu vetus & nouum teſtamentum. Threnor. 1. e. Ezec.32.12.d.

Peccata. — Gre.14.mo.4.

Sagena etiam Dei ſunt peccata noſtra, quibus captus eſt Chriſtus, quando pro peccatis noſtris mortuus eſt. Ezec.12.d. Qua ratione dicitur Deus omnia ſub peccato concluſiſſe. Gala.3. d. Et rete, in quod mittit pedes malus; ſunt peccata, in quibus ſic obuoluitur, & implicatur, vt in maculis retis; vt cum expediri ad ambulandum nititur, magis ne ambulet obligatur. Iob.18.b.

Captiones hæreticorum. Inſidiæ diaboli. Diuitiæ. — Ori.ſ.cano.ho.3. Hiero ſ.Iſa.19.& ſ. Eze.26.&.ſ. Eccle. 9. Beda.ſ.Prouer.1. Rup ſ.Habac.1.

Sagenæ Tyri ſunt argumenta, & captiones hæreticorum: & prædicatio latior, quæ multos capiat. Item laquei diaboli ſeu eius inſidiæ. pſalm. 140. Iſa. 19. b. Ezech. 26.a. Hoſe. 5.a. Habac.1.d. Sagena etiam hæreticorum eſt ſermo affabilis, blandum eloquium, ſimulata, aut coacta ieiunia, veſtis humilis, virtutum imitatio. Eccl'tæ.9.c.Iob.19.b. Hoc rete fruſtra iacitur ante oculos pennatorum. Pro.1.b. Sagena etiam eſt aurum, & argentum, per quæ principes imperant, & homines capiunt, & ſibi ſubijciunt. Haba.1.d.

Nõ credere in Chriſtum. — Hiero.ſ.Iſa.8.

Irretiri dicuntur multi de Hieruſalem, illi videlicet, qui non crediderunt in Chriſtũ. Iſa.8.c.

Ineuitabile malum. — Hiero.ſ.Iob.18.

Rete & maculæ eius ineuitabile malum ſignificare ſolent: quod volens quiſq; exuere, ipſo conamine impeditur, atq; implicatur, vt corruat. Iob.18.b.

## *Rethma.*

Ori.ſ.Num ho.27. Hiero.de manſ.

Rethma ſiue Rithma, id eſt, iuniperus, ſiue ſonitus aut ſtrepitus: vel dicitur Rethamim, id eſt, viſio conſummata: decima quinta manſio filiorum Iſrael in deſerto Pharan: quo peruenitur de Aſſeroth: & deſignat eum, qui acquirit iam perfectam cognitionem, & cauſas myſteriorum. Vel deſignat eos, qui ingreſsi ſunt veſtibulum virtutum, debere perſeuerare in feruore charitatis: ſicut ignis perſeuerat in iunipero. Num.33.c.

## *Retinere.*

Retinere eſt remorari, & cohibere.

Chriſtꝰ innocẽs. Reſipiſcentia. — Glo.ord.ſ.Iob.2.

Retinens innocentiam Iob, deſignat Chriſtum: qui vt agnus innocens mortuus eſt. Iob.2. a. Innocentiam autem retinet is, qui etiam poſt lapſum ſcintilla rationis excitatus fideliter pœnitet.

Vinculũ charitatis. — Glo.inter.ſ.Exo.26

Retinens compago vna omnes tabulas tabernaculi. Exod. 26. c. deſignat vinculum charitatis in eccleſia.

Paulus nondum cõuerſus. — Amb. de Ioſeph. 8.

Retentio Beniamin domi per Iacob. Gen. 42. a. deſignat Paulum adhuc perſiſtentem in lege iudaica.

Impẽdens diabolus conuerſionem.

Retinens Pharao populum in Aegypto, ne iret ad ſacrificandum domino. Exo.9.a. eſt diabolus cohibens peccatores, ne conuertantur: ſed in tenebris peccatorum perſiſtant.

## *Retorquere.*

Retorquere eſt retro torquere, & retro mittere.

Chr̃s exiſtens in eccleſia. — Iſyc.ſ.Leui.5.

Retorquere caput auiculæ, ad collum. Leui.1.d.5.b. deſignat Chriſtum non eſſe auulſum ab eccleſia, ſed ad ipſam conuerſum.

Conſideratio ſui. Applicare mentem ad virtutes. Afflictio carnis moderata. Facere & docere. — Iſyc.ſ.Leui.5. Hiero ſ.Marc.1. Gre ſ Eze.ho.7. Rup ſ.Leui.7.

Retorquet etiam caput, ad collum, vel ad pennulas, qui conſiderat ſeipſum: & qui conuertit mentes ad virtutes, & qui moderatè carnem affligit. Leui.15.b. Deſignatur etiam nõ eſſe ſeparandum os ab opere.

Carnis maceratio. — Glo.inter.ſ.Exo.26

Retorta byſſus carnis reſurrectionem, & macerationem ſignificat. Exo. 26. a. 27. b. 28. c.36. a. 38. b.39. a.

## *Retractare.*

Retractare eſt rurſus trahere, & reuocare.

Retractare

Gre.ſ.1.Reg.14. Retractare dicitur, qui, ne ſceleſtum acriter pungat corripiendo, obſequia ab eo ſibi impenſa aut conſanguinitatis affectum cogitat. Sic dixit Saul moriturum Ionathan filium ſuum abſq; retractatione. 1. Reg. 14. f. — Timida correptio.

## Retrahere.

RETrahere eſt retro trahere.

Etrahens manum Zara in ipſo ortu. Gen. 38. g. deſignauit ceſſatione ſacrificiorum veteris legis, & fidei Iudæorum. — Ceſſatio fidei. Iudæorum.

Glo.ord.ſ. Exo.4. Retrahens Moſes manum in ſinum, vnde poſtea ſanatam protulit. Exo. 4. b. deſignauit cõuerſionem Iudæorum ad Deum in fine mundi futuram. — Cõuerſio iudęorum.

Hiero.ſ.Ioel.3. Retrahent ſtellæ ſplendorem ſuum tempore iudicij. Ioel. 3. c. non quòd clementiores ſint, quàm Dei iudicia, ſed quòd rationalis creatura in aliorum tormentis, & de ſuo iudicio pertimeſcat. — Timor iudicij.

## Retribuere, uide Reddere.

## Retro, Retrorſum.

RETro dicitur eſſe, quod ad noſtram poſteriorem partẽ, eſt & retrorſum eſt retrouerſum.

Aug.ſ.pſ.34.39.69. Glo.ord.ſ.Leuit.11. Retroſum conuertit Deus eos, quos à voluptatibus ſeparat, & caſtigat, vt reſipiſcant. Thren. 1. e. pſalm. 34. 39. 55. 69. Et retro longiora crura habentes volucres ſunt reſipiſcentes: & qui cum ſint in carne, non ſecundum carnem ambulant. Leui. 11. c. — Reſipiſcere.

Glo.intr.ſ.Iſa.44. Retrorſum etiam conuertit Deus ſapientes, quando eos confundit. Iſa. 44. d. — Cõfuſio ſapientum ſeculi.

Orig.ſ.1.Reg.ho.11 & ſ.Iere.ho.10. Hiero.ſ.Iſa.1. Amb.1.de.Abra.6. & de Ben.p̃ſarch.7. Caſsia.lib.4.c.36. Retro ſæpe in malum ſumitur, vt cum angeli dixerunt Loth. ne reſpiceret retrò. Gene. 19. d. 49. c. 1. Reg. 4. c. pſal. 9. 69. 128. Iſa. 1. a. 28. c. 42. c. Iere. 15. a. Luc. 9. g. Ita dicitur Chriſtus non abijſſe retrorſum. Iſa. 50. c. Sic retrorſum fiunt, qui non audiunt vocem Dei, nec eius præceptis obtemperant. Iere. 7. c. Thre. 1. c. Et dicuntur retrorſum abire non poſt Chriſtum, vt Petrus, ſed poſt Satanam. Ioan. 6. g. Aug.ſ.Ioã.tract.27. — Recedere à Deo.

Amb.de Noe.31. Aug.ſ.pſ.113. Retrorſum incedere in bonum interdum ſumitur, vt quum Sem & Iaphet incedentes retrorſum operuerunt verenda patris: & deſignarunt Chriſtianos, qui ignominiam Iudæorum in Chriſtum in honorem ſibi conuertunt. Gene. 9. d. Et Iordanis conuertitur retrorſum, cum peccator reſipiſcit. pſalm. 113. Retrorſum etiam incedunt ſapientes, quando recordantur præteritorum. — Honor paſsionis Chriſti. Reſipiſcentia.

Phil.de agricultu. Retrò dicitur cadere aſcenſor equi, quando fugit homo vitia, & appetitus, quibus inſidebat. Gen. 49. c.

Rup.9.ſ.gen.32. Retro etiam, vbi quis non videt, cadere, eſt ex hac vita repente decedere: & in quæ ſupplicia ducatur ignorare. — Mors repentina.

Aug.ſ.pſ.89. Retro dicuntur eſſe temporalia, quæ apoſtolus obliuioni tradebat. Philip. 3. c. — Bona temporalia.

## Retrudere.

RETrudere eſt retro, vel intus trudere, quaſi inuitum.

Retrudẽs Pharao magiſtrum piſtorum & principem Pincernarum in carcerem. Gene. 40. d. deſignat tam Iudæos, quàm gentiles in miſerias huius vitę detruſos eſſe.

## Retundere.

RETundere eſt repercutere, & hebetem facere, & redarguere.

Glo.ord.ſ.1.Reg. Retuſæ acies vomerum, & ligonum, deſignãt ignara, & ſimplicia corda, vel ignorantiam prælatorum. 1. Reg. 13. d. — Ignorantia p̃latorũ.

Hiero.ſ.Ecclte.10. RETuſum ferrum dici poſſunt ingenia, quæ prius fuerant in ſcripturis ſacris inſtructa: ſed per negligentiam amiſerunt etiam acumen ingenij. Eccl'tæ. 10. b. — Ingenia neglecta.

## Reuelare, uide Diſcooperire.

## Reuereri.

REuereri eſt honorare: vnde reuerentia, quam tam verbis, quàm factis alicui exhibemus.

Ori.ſ.Mat.ho.19. Dicens Deus: Reuerebuntur fortè filium meum. Matt. 21. d. deſignauit ſe ſcire aliquos eſſe Iudæos ſecundum ſpiritum: quia non omnes Chriſtum occiderunt.

## Reuerti, uide Redire.

## Reuocare.

REuocare eſt retrò vocare, reducere, & retrahere.

Reuocat Deus animas à corruptione, quando liberat eas à peccatis. Iob. 33. d. — Liberãs de⁹ à p̃ctis.

Gre.ſ.pſ.101. Reuocat Deus in dimidio dierum eum, quem, antequàm ad perfectionem deueniat, hinc aufert. pſal. 101. Vel ſi eccleſiam ceſſare faceret, ante præfinitum tempus, diceretur, eam reuocare in dimidio dierum. — Mori ãtẽ perfectionem.

Reuocantes



Timor mundanus. Reuocantes Aegyptij Moſen, & Aaron, ſunt reſipiſcentes non virtutis amore, ſed timore pœnæ temporalis. Exo. 20. b.

## Reus, Reatus.

REus dicitur quicunq; in litem adducitur, etiam ſi nihil admiſerit: hoc eſt, contra quem quiſpiam agit. Item qui ad aliquid obligatur: vt reus voti.

Reus dicitur omnis peccator, qui iuſtę ſubiacet accuſationi: & dicitur reus peccati, & criminis, & ſanguinis. Exo. 21. c. 22. a. Leui. 5. a. 7. b. Reus autem omnium eſt, qui offenderit in vno: quia contra charitatem agit, vnde tota lex pendet. Iaco. 2. b. — Aug.epiſt.29.

Reus peccati in patrem futurus erat Iudas, ſi non reduxiſſet Beniamin. Gen. 43. b. vbi plus dixit, quàm Ruben, qui dixerat: duos filios meos interfice, &c. — Glo.ord.ſ.gen.42.

Rei erant ſacerdotes ſine fœminalibus miniſtrantes. Exo. 28. g. hoc eſt, non ſeruantes caſtitatem, rei ſunt libidinis. — Glo.ord.ſ. Exo.28.

Reus eſt qui non ędificat murum in circuitu tecti: hoc eſt, qui exponendo ſcripturas ſacras, errandi occaſionem præbat. 22. b. — Orig.ſ.Matt.ho.19.

## Rheda, uide Currus. Rhinoceros, uide Vnicornis.

## Rhomphea, uide Gladius.

## Ridere, Riſus, Arridere, Subridere, Ridiculus,

RIdere eſt vultu lętitiam animi oſtendere quadam incondita voce adiuncta. Aliquando eſt irridere. Iob. 9. c. Non de pœnis innocentum rideat.

Differẽs de⁹ miam. Ridere Dei eſt humanæ afflictionis nolle miſereri. Prouer. 1. c. Ego quoq; in interitu veſtro ridebo, hoc eſt, afflictioni veſtræ nulla pietate compatiar. Dicitur etiam Iob. 9. c. non de pœnis innocentum rideat. Pœnæ autem innocentum ſunt deſideria iuſtorum, & quouſq; electorum ſuorum vota dominus non compatiens diſtulit, quodammodo de innocentum pœnis riſit. Itaq; Iob venturi redemptoris dona conſiderans, & votorum ſuorum dilationem patienter tolerans, dicit, ſi flagellat, occidat ſemel, & non de pœnis innocentum rideat: Ac ſi apertè oret dicens. Quia vita noſtra quotidie flagello vindictæ pro culpa atteritur: ille iam veniat, qui pro nobis ſemel ſine culpa moriatur: vt de innocentum pœnis Deus vltra non rideat: ſi ipſe carne paſsibilis appareat, in cuius ſe deſiderijs mens noſtra caſtigat. Vel riſus Dei eſt eius lætitia: & de innocẽtum pœnis ridere dominus, dicitur: quia quo à nobis ardentius quæritur, eo de nobis ſuauius lætatur. — Gre.9.mor.20.21.

Ira & minæ Dei. Subridere dicitur Deus ſuper robuſtum: quando minatur hæretico deſtructionem. Amos. 5. c. Item quando deſtruxit Iudęos ſuperbos: quæ ſubriſio grauem eius iram indicat. — Hiero.ſ.Amos.5. Rup.ſ.Amos.5.

Gaudentes iuſti liberati. Ridere dicuntur iuſti ſuper malo, quando gaudent de ſui liberatione. pſal. 51. Ridebit autem iuſtus in vaſtitate, & fame: quia cum iniquos omnes extrema vltio percutit, ipſe de gloria dignæ retributionis hilareſcit. Iob. 5. d. Non eſt autem riſus iuſtorum in hac vita, quibus dicitur, Beati, qui lugent. — Hila.ſ.pſ.51. Gre.6.mor.20. Aug.ſ.pſ.51.

Spes de natiuitate Chriſti. Riſus aliquando deſignat ſpem: vt cum Sara in ortu Iſaac dixit: Riſum fecit mihi dominus: quia dedit ſpem per natiuitatem Chriſti. Gen. 21. a. Deſignat etiam gaudium, quod fuit in natiuitate Chriſti. Riſus etiam Abrahæ in corde deſignauit gaudium, quo exultauit, vt videret diem Chriſti. Gen. 17. c. — Glo.ord.ſ.gen.21. Amb.2.de Abrah.11.

Gaudiũ beatorum. Riſus interdum dicit lætitiam mentis, & peculiariter gaudium vitæ futuræ: vt quum os dicitur impleri riſu in bonis. Iob. 8. b. Et mulier fortis ridebit in die nouiſsimo. Pro. 31. d. Et beati qui lugent: quia ridebunt. Luc. 6. b. Ioan. 16. b. — Gre.8.mo.39. Bed.ſ.Pro.31.

Incredulitas iudæorum. Riſus Saræ fuiſſe videtur incredulitatis ſignum: & deſignat incredulitatẽ ſynagogæ in Chriſtum. Gene. 18. b. Negauit autem Sara ſe riſiſſe: ne videretur ridendo de promiſſorum fide dubitaſſe. Deſignat etiam Sara prophetiam: quæ riſiſſe dicitur, ſiue ꝙ riſus futurus erat incredulis Chriſtus: ſiue ꝙ omnes inimicos ſuos in iudicio erit riſurus. — Bed.ſ.gen.18.

Lenitas prælatorũ moderata. Prædicans Chriſtus læta. Fauens Deus. Riſus Iob, quem eius ſubditi non credebant, docet ſic prælatos lenes eſſe debere in ſubditos, vt tamen diſciplinę metus non reſoluatur. Iob. 29. d. Vel erat Chriſtus prædicans læta, hoc eſt, regnum cœlorum: cui tamen Iudæi non credebãt. Vel ridere dominus dicitur, quum bona opera noſtra fauor ſupernæ gratiæ comitatur. — Gre.20.mo.2.3. Hiero.ſ.Iob.31.

Cõtemptus doctrinæ eccleſiæ. Ridere dicuntur amici Iob eius verba. Iob. 21. a. quando hæretici ſuperbi humilem eccleſię doctrinam contemnũt. Riſus autem, qui reputaur error, eſt hæreticorum: qui falſis dogmatibus acquieſcentes, lęta ſibi & proſpera repromittunt. Eccl'tæ. 2. — Gre.15.mor.17. Hier.ſ.Ecclte.2.

Adulantes prædicatores. Docentes læta. In riſu faciunt panem ſuum prędicatores: qui ea docent, quæ populum audire delectet: quòd peccatores palpent in vitio, & ſtrepitus concitent audientium. Vel in bonum vir ſanctus in riſu & lætitia panem ſuum facit, & uini pocula miniſtrat in gaudio, quum docet præſentiam ſponſi. Eccl'tæ. 10. d. — Hier.ſ.Ecclte.10.

Vincentes ſancti dęmones. Ridiculi ſunt tyranni verbo Dei, hoc eſt, dęmones, quando vincuntur à ſanctis, vel ipſi ſancti ſunt — Hier.ſ.Habac.1.

cti ſunt

ctí ſunt ridiculi diabolo, à quo contemnuntur. Habacuc. 1. c.

## Rigare, Irrigare, Irriguus.

RIgare eſt aqua effuſa madefacere, & humorem terræ aut plantis miniſtrare.

Amb. de parad. 3. Hier. ſ. Ioel. 3. Gre. 16. mor. 24. Aug. ſ. pſ. 103. Bed. ſ. gene. 2. — Infuſio donorũ ſpiritus ſancti. Traditio doctrinæ & virtutum.

Rigare dicitur Deus montes, hoc eſt, ſublimes, dans illis abundantiam donorum ſpiritualium. Et ſapientia rigat eccleſiam: vel Chriſtus animam præcipuè in gloria. pſ. 103. Et irrigat fons torrentem ſpinarum, hoc eſt, doctrina eccleſiæ peccatores. Ioel. 3. d. Et rigantia flumina terram ſunt virtutes animam vegetantes, vt bonis operibus fructificet: vel ſunt ſacræ ſcripturæ & doctores. Gen. 2. b. Et rigant aliquos imbres montium, cum ſanctorum patrum fluenta ſatiant. Iob. 5. b. 24. a.

Amb. ſ. 1. Cor. 3. — Baptizare.

Rigare etiam eſt baptizare ſolemnibus verbis. 1. Cor. 3. b. Apollo rigauit.

Geor. vene. cant. 1. tono. 7. cap. 11.

Rigatur Aegyptus, hoc eſt, hic mundus, ductis aquis hortorum more, quum Deus per cauſas ſecundarias proſequitur ordinem, quem eis dedit ille, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos: Et pluit ſuper iuſtos & iniuſtos: ſed terra Iſrael & eius hoſpites à ſuperioribus rigantur: quia ſuſcipit incrementum immediatum ab ipſo omnium bonorum fonte: qui vltra quàm ordo ſecundarum cauſarum exigit, aperit venas, & canales ſuæ bonitatis diffundens & immittens quando & quo lubet. Gen. 13. c.

Bed. ſ. Pro. 3. — Roboratio virtutũ.

Irrigatio oſſium eſt, quum virtutes accipiunt à Deo, vnde magis ad operandum roborentur. Prouer. 3. b.

Greg. ho. 33. — Opa miſericordiæ.

Rigans mulier lachrymis pedes Chriſti. Luc. 7. f. deſignat eos, qui quibus libet vltimis membris domini per compaſsionis affectum inclinantur, & ſanctis eius in tribulatione compatiuntur, & eorum triſtitiam ſuam putant.

Gre. ſ. pſ. 6. Aug. ſ. pſ. 6. — Pœnitentia.

Rigat lachrymis ſtratum ſuum, qui pœnitendo affligit carnem ſuam. pſal. 6. Rigare autem amplius eſt quàm lauare: quoniam poteſt aliquid in ſuperficie lauari: rigatio vero ad interiora pertinet: vnde rigare ſtratum lachrymis, eſt fletum vſq; ad intima cordis penetrare.

Glo. ord. ſ. gen. 13. — Abundantia rerum terrenarum.

Rigabatur regio Sodomorum circa Iordanem. Gen. 13. b. Et comparatur paradiſo terreſtri: vbi deſignatur rerum terrenarum abundantia.

Hier. ſ. Eze. 17.

Irrigans aquila vineam eſt Pharao fauens regi Sedechiæ. Eze. 17. b.

Gre. 15. mo. 25. — Potentes voluptatibus fruentes.

Irrigantur oſſa prauorum medullis. Iob. 21. c. quum ſuas dignitates & honores fouent diuitijs & voluptatibus.

Hiero. ſ. Iſa. 58. & ſ. Iere. 31.

Irriguus hortus eſt anima donis cœleſtibus aut ſpiritualibus affluens. Iſa. 58. d. Iere. 31. e.

Orig. ſ. Ioſu. ho. 20. Hiero. epiſ. Si cuncta corporis. Gre. 3. dialo. 34. — pmiſsio vtriuſq; vitæ. Vtrunq; teſtamẽtũ. Lachrymę duplices.

Irriguum ſuperius & inferius deſignare poteſt promiſsionem vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. Ioſue. 15. d. Iudi. 1. c. Vel irriguum ſuperius eſt vetus teſtamentum: irriguum vero inferius, nouum. Vel irriguum ſuperius accipit anima, quum ſeſe in lachrymis cœleſtis regni deſiderio affligit. Irriguum vero inferius accipit, quum inferni ſupplicia flendo pertimeſcit.

Doctrina hæreticorum.

Irrigua ſementis hæreticorum eſt doctrina eorum erronea: aut etiam philoſophorum. Iſa. 19. b.

## Rigere, Rigidus, Obrigeſcere.

RIgere eſt frigore contrahi, durumque fieri: quod & obrigeſcere dicitur. Rigidum autem eſt frigore contractum & induratum: & generaliter, quod flecti non poteſt.

Glo. ord. ſ. Exo. 15. — Dæmones territi.

Obrigentes habitatores Chanaan ſunt dæmones dolentes, & ſtupentes de liberatione fidelium. Exod. 15. b.

## Ripa, uide Alueus.

## Ritus.

RItus eſt mos & approbata conſuetudo, quam omnes ratam habent: & rite fieri dicitur id, quod ratum & rectum eſt.

Glo. ord. ſ. Exo. 12. — Cult' ſacrificij chri

Ritus ſacrificij perpetuus: & ritus colendi & celebrandi, cultũ & ritum ſacrificij Chriſti futurum deſignabant. Exo. 12. a. 18. c. 29. g. Leui 16. b.

Ordinatio ſacerdotum.

Ritus conſecrandi ſacerdotes. Exo. 29. a. Leui. 8. g. ritum in eccleſia ſeruandum in ordinatione ſacerdotũ indicat.

Glo. int. gen. 34. — Circunciſio.

Ritus gentis filiorum Iſrael erat circunciſio. Gen. 34. c. quem ritum imitari volebant veniẽtes ex gentibus in primitiua eccleſia.

Glo. ord. ſ. Leui. 14. — Cõfeſsio ſacramentalis.

Ritus mundationis leproſi. Leui. 14. a. formam quam Chriſtus inſtituit in eccleſia ad emendationem peccatorum, figurabat.

Glo. ord. ſ. Leui. 12. — Miſeria huius vitæ.

Ritus menſtrui fluxus. Leui. 12. b. afflictionem & miſeriam, & dolorem huius vitæ deſignare poteſt.

## Riuus, uide Flumen.

## Rixa, Rixari, Contendere, Iurgari, Litigare, Iurgium.

RIxari eſt contendere, dictum à ringendo, quod eſt canum, quando iritantur: idem eſt iurgari, &



gari, & etiam litigare: & rixa eſt contentio, iurgium, & litigium.

Iuſta Dei punitio. — Glo. inter. ſ. Iere. 2.

Contendit dominus iudicio cum populo ſuo, quum oſtendit eos merito condemnari. Iere. 2. c. Et dicitur contendere multa fortitudine: quia nemo poteſt eius ſententiæ iuſtæ reſiſtere. Iob. 23. b.

Arguens Chriſtus diabolum. Tacens in paſsione. — Hie. Agla. ſ. Iere. 15

Iurgium Iacob aduerſus Laban eſt, quum arguitur diabolus à Chriſto. Gen. 31. e. Dicitur autem non contendere Chriſtus. Iſa. 42. a. quia ſicut agnus ductus eſt ad victimam. Dicitur pręterea vir rixæ ſiue iudicij: quia poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem multorum: & quia de eo multi contendunt.

Caſtigens Deus ad emendationem. — Hiero. ſ. Iſa. 57.

Litigare dicitur Deus non in ſempiternum. Iſa. 57. b. quando caſtigat vt emendet & parcat.

Cõtentiones iudęorum, hæreticorũ, & philoſophorum cõtra fideles. — Ori. ſ. gen. ho. 13. Beda. ſ. gen. 26. 49. Rup. 7 ſ. gen. 11.

Rixa inter paſtores Abraham & Lot. Gen. 13. b. eſt contentio inter catholicos & hæreticos: aut inter apoſtolos & Scribas & Phariſæos. Hęc erat contentio amicorum Iob cum ipſo: ideo petebat vt reſponderent abſque contentione. Iob. 6. d. Iurgium etiam paſtorum Geraræ cum paſtoribus Iſaac, eſt contentio Iudæorum cum Chriſtianis: & rixantes ſuper puteis erant Phariſæi contra Chriſtum & apoſtolos: vt quum dicebant: Non eſt hic à Deo, &c. Vel deſignantur philoſophi contra Chriſtianos litigantes. Gene. 26. b. Rixantur etiam hæretici ſuper puteis, hoc eſt, ſacris ſcripturis: & dicunt ſuam eſſe aquam, hoc eſt, vera ſacramenta eſſe apud ſe, & veros ſenſus ſcripturæ: ſed ſuper tertio puteo non contendunt, id eſt, in reſurrectione: quia tunc ceſſabit contentio. Iurgantes etiam in Ioſeph, fuerunt Iudæi in Chriſtum. Gene. 49. c.

Pugna inter leges carnis & mentis. — Philo. de Abraham. Amb. 2. de Aera. 6. Ori. ſ. Leui. ho. 14. Iſych. ſ. Leui. 24.

Rixa etiam paſtorum Abrahæ & Lot deſignare poteſt pugnam, quæ eſt inter legem carnis, & legem mentis. Iurgans filius Aegyptiæ cum Iſraelita. Leui. 24. c. eſt ſenſus carnalis inſurgẽs contra ſpiritualem: vel habens ſapientiam mundanam diſputans cum catholico.

Gre. Nyſſe. de vita Moſis. Beda. ſ. Exo. 2.

Rixantes duo Hebræi ſunt gentiles & Iudæi: & qui facit iniuriam, deſignat Iudæos. Exo. 2. b. Poſſunt etiam ſignificare fideles contendentes in eccleſia. Rixantes etiam Hebræus & Aegyptius ſunt pietas & impietas: occidit autem Moſes impietatem, & defendit pietatem.

Ori. ſ. Exo. ho. 11.

Iurgans populus contra Moſen, eſt murmurans aduerſus legem. Exo. 17. b. Thre. 4. c.

Diſputatio ſapientũ — Ori. ſ. Exo. ho. 10. Beda. ſ. Exo. 21.

Rixantes viri ſunt contendentes vel altercantes ſapientes. Exod. 21. b. Vel ſunt Chriſtus & diabolus. Deut. 25. c.

Arrogare ſibi gloriam virtutis. — Rup. 1. ſ. Deut. 38. Gre. 9. mo. 1.

Contendere cum Deo dicitur, qui non ei attribuit bona: ſed ſibi gloriam ſuæ virtutis arrogat. Iob. 9. a. 33. b. 39. d.

Arno. ſ. pſ. 106. Gre. 19. mo. 14.

Contentio ſuper principes. pſalm. 106. eſt inter principes huius mundi: vel inter hæreſiarchas, qui inter ſe contraria ſentiunt: vt Sabellius contra Arium: & Iouinianus contra Manicheum.

Solicitê bene opari — Gre. 11. mor. 28.

Dicit Chriſtus. Luc. 13. c. Contendite intrare per anguſtam portam: quia niſi mentis contentio ferueat, vnda mundi non vincitur, per quam anima ſemper ad ima reuocatur.

Obſtinatio.

Contentioſa auerſio eſt eorum, qui flagellati à Deo minime reſipiſcunt. Iere. 8. b.

## Roboam.

Lyra. ſ. 3. Reg. 12.

ROboam, id eſt, dilatans populum, aut latitudo vel platea populi: ſiue odor, vel odorans cum populo: filius Salomonis, qui regnauit poſt ipſum, & relicto conſilio ſenum ſecutus eſt conſilium iuuenum: cuius rei gratia amiſit imperium in decem tribus: & ſolum regnauit ſuper Iuda & Beniamin. Vnde datur exemplum principibus, ne ſequantur conſilia iuuenum, & adulatorum. 3. Reg. 10. g. 12. a. 14. g. 2. Par. 10. a. 13. b.

## Roborare, Robur, Robuſtus, uide Fortis.

## Rodere, Corrodere.

ROdere propriè eſt murium, & ſimilium: quæ dentibus aliquid demoliuntur: & per metaphoram eſt detrahere, ſiue obtrectare.

Adulari. — Glo. ord. ſ. Exo. 10.

Corrodens locuſta ligna & ſegetes. Exo. 10. a. deſignat adulantes corrumpentes mentes terrenorum immoderatius laudando.

Interpretantes hæretici ſcripturam ſine intellectu. — Gre. 20. mo. 9. 12. Hiero. ſ. Iob. 30. — Potentes grauantes minores.

Rodi autem ſolet, quod comedi non poteſt. Hæretici autem, quia ſcripturam ſacram intelligere ſua virtute moliuntur, eam proculdubio apprehendere nequaquam poſſunt: quam dum non intelligunt, quaſi non edunt. Et quia per ſupernam gratiam non adiuti, hanc comedere nequeunt, quaſi quibuſdam illam niſibus rodunt. Exterius quippe illam contrectant, quã quidem conantur, ſed non ad eius interiora perueniunt. Qui quia ab vniuerſalis eccleſiæ ſocietate diſiuncti ſunt, non quolibet rodere, ſed in ſolitudine memorantur. Iob. 30. a. Illi etiam, qui in hoc mundo poteſtate valent implere, quod volunt: hic hoc, quod appetunt, non lambunt: ſed rodunt: quoniam propinquorum vitam fortitudine virium, velut ad niſu dentium demoli

## Rogare, uide Orare.

Roma,

## Roma, Romanus.

Gentiles.

ROma ciuitas inſignis à Romulo conſtructa: cuius imperium latè diffuſum fuit per orbem. Ab ea dicti ſunt Romani: typum gerere poteſt gentilium. Dani. 11. e.

## Roma fœmina.

Philo de cõgreſ. &c. — Sophiſta.

ROma, id eſt, excelſa, ſiue ſublimis, aut rhinoceros, vel intuens nimis: concubina Nachor fratris Abrahæ. Gen. 22. d. vt interpretatur intuens ſeu videns aliquid, deſignat eos, qui tantum circa ſophiſmata tempus cauillando terunt.

## Ros.

ROs eſt humor, qui ſereno tempore nocte fluit, non gelu, neq; ardoribus, neq; ventis exiſtentibus: fitq; ex modica vaporatione nõn multum eleuata: quum pluuia ex largo vapore generetur. Eſt purus, fœcundus, fœlix, atq; ſemper beneficus.

Amb. de virgi. 3. & de inſtit. virgi. — Chriſtus.

Ros de alto deſcendit, eiuſq; deſcenſus aſpectibus noſtris eſt occultus: nocte nanq; deſcendit, & præſertim verno tempore: terramque reficit, & fœcundat. Ita virtus diuina beatiſsimam virginem fœcundauit: & vt ros per herbarum ſuperficiem ſe ſuauiter diffundens, herbis & plãtis, virorem vigoremque tribuit: & quod æſtus diurnus deſiccando & conſumendo declinauerat, ros nocturnus humectat, fouet & erigit. Sic Chriſtus in ſe credentibus ac in bono perſeuerantibus, virorem atq; vigorem tribuit, eoſq; regit, atque ad vitam æternam erigit. Et vt ros in herbarum ſummitatibus ſe colligit, ſuamq; originem repetit: ita Chriſtus ſeſe in altitudinem crucis erexit, & inde ad gloriam ſuam remeauit. Et vt ros cœli nocturnas amouet ſiccitates: ita Chriſtus nocturnis & ſecularibus tenebris æternæ vitæ ſtillauit humorem. Ros autem in vellere eſt Chriſtus in virgine. Iudi. 6. g. pſal. 71. Hoſe. 14. c. Rorant autem cœli cum Chriſtus factus eſt homo. Iſa. 45. b.

Rup. ſ. Hoſe. 14. Hiero. ſ. Iſa. 45.

Hiero. ſ. Iſa. 18. 26. & ſ. Hoſ. 14. — Cõſolatio diuina.

Ros interdum eſt diuina conſolatio, & miſericordia. Iſa. 18. b. Et dicitur ros luminum. Iſa. 26. d. Et quaſi ros eſt Deus, quando æſtuantes in vitijs refrigerat, & irrigat gratia ſua. Hoſe. 14. c. Hoc rore nubes concreſcunt. Pro. 3. c.

Dionyſ. epiſt. 9. Philo. de migr. Abra. & 1. allego. Hiero. ſ. Zach. 8. Gre. 29. mor. 20. Geo. vene. canti. 1. to. no. 7. cap. 18. Bed. ſ. gen. 27. — Verbum Dei. Sacra ſcriptura. Prædicatio. Inſpiratio.

Ros cœli deſignat pluuiam diuini verbi, & ſacram ſcripturam Iudæis commiſſam: & doctrinam cœleſtem ſenſim ſtillatam. Gen. 27. d. Iſa. 45. b. Hoſe. 14. c. Zach. 8. c. Agge. 1. c. Et ros per circuitum caſtrorum, eſt manna verbi Dei omnia mundana frigere faciens. Exo. 16. c. Et ros hermon eſt doctrina euangelica. pſal. 132. Iob. 38. c. Hic ros eſt beneficus irrorans audientes, leniens & refrigerans, & fœcunditatem præſtans. Ros referri poteſt ad doctrinam per inſpirationem habitam: pluuia vero ad doctrinam ſtudio & labore acquiſitam. Deut. 32. a. Et rorant cœli, quum apoſtoli Chriſtum prædicant. Iſa. 45. b. Rup. 1. ſ. Deut. 7. Hiero. ſ. Iſa. 45.

Ori. ſ. Iudi. ho. 8. Gre. 19. mo. 27. Geo. Ve. cãt. 1. tõ. 7. cap. 4. Aug. de vnita. eccliæ 5. & ſ. pſ. 132. — Gr̃a & doctrina in Iudæis & gẽtibus.

Ros prius in vellere, poſtea vero in area, deſignat gratiam & doctrinam prius Iudæis, poſtea gentibus collatam. Iudi. 6. g. Et ros Hermõ eſt diuina gratia collata ijs, qui prius erant impij. pſal. 132. Iob. 29. c. Dicitur autem ros cœli: quia eſt irroratio diuinæ gratiæ, aut ſpiritusſancti, vel quodcunq; bonum fluens à patria illa ſupercœleſti. Gen. 27. d. 2. Reg. 1. d. Rup. 7. ſ. gen. 27.

Gre. ſ. Eze. ho. 6. — Guſtus cõtẽplatiõis.

Ros cœli quandoq; dici poteſt ipſe contemplationis guſtus. Gen. 27. d.

Hiero. ſ. Mich. 5. — Apoſtoli.

Quaſi ros à domino ſunt reliquiæ Iſrael. Mich. 5. c. Apoſtoli videlicet propter prædicationem, qua irrigant auditores.

Cyril. 3. ſ. Ioan. 34. Rup. 3. ſ. Exo. 5. & 3. de diui. offici. 13. — Rudis obſeruatio legis. Spiritusſanctus.

Ros deſcendens ante manna. Exo. 16. c. eſt rudis & pruinoſa mandatorum legis obſeruatio: quæ tunc iacuit & ceſſauit, quum verum deſcendit manna & ſol iuſtitiæ Chriſtus. Ros cum manna eſt ſpiritus ſanctus in conſecratione corporis Chriſti: cuius ſanctificatione conficitur corpus Chriſti, ad inuocationem ſacerdotis. Ros etiam cum manna eſt ſpiritus ſanctus veniẽs in virginem in incarnatione.

Beda. ſ. Pro. 3. — Diſcretio.

Ros aliquando eſt diſcretio: & nubes rore concreſcunt, quando apoſtoli & prædicatores ſubtiliſsima diſcretione virtutes ſuas, quibus proficiant, quibus alta petant, quæq; minoribus in exemplum monſtrent, examinant. Pro. 3. c.

Hiero. ſ. Hoſe. 13. — Diuitiæ.

Ros mane pertranſiens dicitur de re cito deficiente: nam ros facile conſumitur à ſole. Sic poteſt ſignificare diuitias. Hoſe. 6. b. 13. a. Gen. 27. f. 2. Reg. 17. c. Cant. 5. a. Iſa. 26. d.

Aug. ſ. Ioan. trac. 57. Gre. ſ. cant. 5. Rup. ſ. canti. 5. Ambr. de. Iſaac. 6. — Frigidi p̃ peccatum. Opprobria iudæorum in Chriſtum. Tentationes.

Ros frigidus nocte cadens in capite ſponſi deſignare poteſt frigidos per peccatum: & defectum charitatis. Canti. 5. b. Deſignat etiam opprobria Iudæorum in Chriſtum. Item tentationes ſeculares ſeu mundanas: quæ mentem grauare ac frigidam reddere ſolent.

Ricar. de. ſ. vict. de ſecuri. cõſciẽtiæ. 26. — Suggeſtiones diaboli.

Ros cœli, quo tingitur arbor ſucciſa, ſubtiles & vix intelligibiles ſuggeſtiones diaboli exprimit: per quas inducitur mens peccato excæcata, vt dicat malum bonum, & bonum malum. Dani. 4. c.

## Roſa.

Cle. Alex. 2. peda. 8.

ROſa eſt flos odoriferus, & pulchritudine coloris rubicundi & etiam albi oculos delectãs, è frutice ſpinoſo naſcens. Roſarum autem & violarum, qui emittuntur odores, quum ſint modicè frigidi, grauedines capitis comprimunt, atq; coercent.

Roſa rubens



Pudor viginitatis. Martyres. — Ambr. de virgi. 1. Euch. form. ſp̃ual. 4.

Roſa rubens ſacratæ virginitatis pudorem ſignificare poteſt. Eccl'i. 24. b. 39. b. Poteſt etiam propter eundem ruborem martyres deſignare, proprio ſanguine rubricatos.

Vita humana. — Ambr. 3. Exae. 11.

Roſa cum ſpinis vitam humanam cum laboribus & tentationibus ſignificare poteſt.

## Roſtrum.

ROſtrum eſt, quo aues cibum capiunt: à cuius ſimilitudine roſtrum dicitur in nauibus pars illa exporrecta & acuta, quæ è prora producitur. Et in plauſtris roſtra interdum ponuntur.

Virtus diuini verbi. — Hier. ſ. Iſa. 41.

Roſtra plauſtri ſerrantia diuini verbi virtutem in prædicatoribus ſignificare poſſunt, quia triticum à paleis ſeparatur. Iſa. 41. d.

Humilitas & exaltatio Chriſti. — Hier. ſ. Zach. 4. Rup. ſ. 4. Zach.

Roſtra aurea. Zach. 4. d. Hebraicè dicuntur צנתרות Santheroth: quod aliqui fiſtulas interpretantur. Nec inuenitur hoc vocabulum, niſi in hoc loco. Poſſunt autem deſignare adorandam paſsionis Chriſti humilitatem, & prædicandam exaltationis eius gloriam.

## Rota, Rotundus.

Geor vene. canti. 1. tono. 4. cap. 3.

ROta eſt, quæ voluitur, & circumagitur in curru, à rotunditate dicta. Rotundum autem eſt globus, qui vnica ſuperficie clauditur: à qua ductæ lineæ ad eius centrum, ſunt æquales. Rota Hebraicè dicitur ophan: ſecundum aliquos ophanim ſunt cunei, vel circuli ferrei, quibus lignorum radij arctantur, & ſtringuntur: & non rotæ.

Vis diuinæ punitionis. — Hiero. ſ. Iſa. 28.

Rota ignis interdum ſignificat vim diuinæ punitionis. Dani. 7. c. Et rota plauſtri in tritura, grauior caſtigatio. Iſa. 28. g.

Actiones angelicæ. — Diony. cœleſ. Hierar. 15.

Rotæ, quæ altæ quidem ſunt, cæterũ in anteriora ſemper abſq; vlla conuerſione in nullam partem declinando incedunt, vim actionis angelicæ, qua rectam ſemper viam atq; arduam pergunt, inſinuant. Quippe omnis illorum curſus, ſpiritualiſque rotatus ad viam illam erectam atque arduam cœleſti intentione dirigitur. Vel aliter, eſt eis (vt propheta ait) cognomen inditum, Gel gel, quod Hebræorum voce reuelationes ac reuolutiones ſignificat. Igneę namque atque diuinæ rotæ regyrationes quidem habent, quòd ſempiterno motu circa ſummum idem verſentur bonum: reuelationes autem, quòd occulta ſacramenta reuelent, & humiliores quoſq; promoueant: ſublimeſq; diuini fulgoris radios in inferiora agmina deſcendendo transfundant.

Sacra ſcriptura. — Gre. ſ. Eze. ho. 6. Arno. ſ. pſ. 76. Hie. ſ. pſ. 76. & ſ. ep. 1. de veſte ſacerdot. Amb. 3. de ſpũ ſctõ. 22. Aug. ſ. pſ. 76. Euch. form. ſp̃ual. 8.

Rota dicitur ſacra ſcriptura, quæ ex omni parte ad auditorum mentes voluitur: & nullo erroris angulo à prædicationis ſuæ via retinetur: ex omni parte voluitur: quia inter aduerſa & proſpera, & recte, & humiliter incedit: & modo ſurſum, modo deorſum eſt: quia quę perfectioribus ſpiritualiter dicuntur, infirmis iuxta literam congruunt. Et rota vna ſuper terrã eſt vetus teſtamentum. Rota quoq; in medio rotæ eſt vetus teſtamentum in nouo: vel vnum euãgelium in alio. Eze. 1. d. Rota etiam, in qua vox tonitrui Dei auditur, eſt Moſes, vel ipſa lex: vel vtrunq; teſtamentum. pſal. 76. Et quatuor rotæ ſub baſibus, ſunt quatuor euangelia. 3. Reg. 7. e. pſal. 82. Eze. 3. c. 10. c. Dani. 7. c. Rota etiam in medio rotæ eſt Iudæa intra eccleſiam: vel annus in anno: & tempus in tempore. Rota etiam, in qua vox tonitrui Dei auditur, eſt mundus ſeu orbis: in quem exiuit ſonus prædicatorum.

Iudęa intra eccleſiã. Annus in anno. Orbis.

Perfecti. Prædicatores. — Baſi. ſ. pſ. 28. ho. 1. Hiero. ſ. Eze. 16. Gre. ſ. Eze. ho. 5.

Rota, quæ parum attingit terram, & ad anteriora tendit, vitam perfectam habentes ſignificare poteſt: ex quibus fiunt prædicatores. Vel ſunt, qui terrena pertranſeunt, & vix ſummis veſtigijs terram contingunt. pſal. 76. 82. Eze. 1. d. Hi ſunt lapides ſancti, qui voluuntur ſuper terram, minimeq; in ea figuntur. Zac. 9. d. Rotæ etiam Dei, quæ ſunt ignis accenſus, deſignant prædicatores: qui cum ex Dei deſiderio per varia diſcurrunt, vnde ipſi ardent, alios accendunt. Dani. 7. c.

Homo. Vita humana. — Hie. ſ. Eccltẽ. 12. Amb. de virgi. 3. & 2. de Abra. 8. Euch. form. ſp̃ual. 8.

Rota, quæ confringitur ſuper ciſternam, hominem, aut corpus humanum deſignare poteſt. Eccl'tę. 12. c. Et rota ſuper terram eſt vita corporis ad animæ virtutem aptata. Et rota in medio rotæ eſt, veluti vita intra vitam: quòd ſanctorum ſibi vita non diſſonet; ſed qualis fuerit ſuperioris ætatis, talis ſit & ſequentis: vel quòd in hac vita corporis, vitæ voluatur vſus æternæ. Eze. 1. Canti. 6. d.

Cõpoſita ex elemẽtis. Sol. Elementa. Corpora cœleſtia. — Hiero. ſ. Eze. 1. 41.

Rotæ quatuor deſignant compoſita ex quatuor elementis; ideo ponuntur quatuor. Ezech. 1. d. Vel deſignant ſolem: qui diuiditur in quatuor rotas, propter quatuor anni tempora. Rotunda quoque platea templi typus eſſe poteſt elementorum: & etiam corporum cœleſtium. Eze. 41. b.

Peccatores. — Gre. 1. regiſ. 5. Aug. ſ. pſ. 82.

Rota ex poſteriori parte attollitur, & in anterioribus cadit. Poſteriora autem nobis ſunt bona præſentis mundi, quæ relinquimus. Anteriora vero ſunt æterna & permanentia, ad quæ vocamur, Paulo atteſtante. Philip. 3. c. Quæ retro ſunt oblitus, in ea, quæ ſunt priora me extendens. Peccator ergo quum in præſenti vita profecerit, vt rota ponitur: quia in

bb anterioribus

anterioribus corruens, ex poſterioribus eleuatur. Nam quum in hac vita gloriam percipit, quam relinquit, ab illa cadit, quæ poſt hanc venit. pſalm. 82. Rotæ etiam curruum deſignant ſtrepitum & volubilitatem malorum. Exod. 14. f. Ezec. 26. b. Et rotarum vox in Niniue eſt volubilitas generis humani, qua raptantur homines in mūdo. Nahum. 3. a. quia erroribus ducuntur humanis, & non habent ſolida veſtigia; ſed circunferuntur omni vento doctrinæ: & eiecti de paradiſi firmitate, habitant in regione Naid, quæ interpretatur fluctuatio, merentur linguæ mendacis ferre ſententiam, quæ inflammat rotam natiuitatis noſtræ. Iacobi. 7. b. pſal. 76. [Hiero. ſ. Eze. 26. Gre. 16. mor. 30.]

## Ruben.

RVben, id eſt videns filium, vel viſio filij, aut viſionis filius: primogenitus Iacob & Liæ: qui liberare nitebatur Ioſeph de manu fratrum. Dormiuit cum concubina patris: cuius gratia amiſit ius primogenituræ. Eius tribus accepit hæreditatem trans Iordanem. Interpretatur etiam videns per medium.

[Philo. de ſacrifi. Abel & Cain. Geor. vene. canti. 2. tono. 7. cap. 6. Beda. ſ. gen. 30.] [Opera vitæ actiuæ. Opera corporis.] Ruben primogenitus Liæ, fœcunditatem operum vitæ actiuæ deſignat: ab eo reperiuntur Mandragoræ, hoc eſt, bona fama, quæ ſequitur bona opera. Vel deſignat opera corporis, quæ ſunt quidem priora, ſed inferiorem ſortiuntur locum: vnde Rubenitis præponuntur Leuitæ. Gen. 29. g. 30. b. [Intentio ſancta.] Vel deſignat intentionem ſanctam: quæ omnia recto itinere in Deum dirigit, ne declinet ad dexteram, neq; ad ſiniſtram. Debet autem hæc intentio eſſe primogenita, ſi filios & fructus dignos vitæ æternæ producere deſideramus. [Prælati.] Poteſt etiam deſignare prælatos: per quos venit & dilatatur bona opinio contemplatiuorum.

[Beda. ſ. gen. 30.] [Doctor perfectus.] Ruben, vt interpretatur videns filium, eſt doctor perfectus in eccleſia, videns filios ipſius eccleſiæ, quos erudire laborat: vel videt filios hæreticorum, non permittens eos habitare in eccleſia. Gen. 30. b.

[Ori. ſ. gen. ho. 17. & ſ. Num. ho. 26. & ſ. Ioſu. ho. 3. 26. Amb. de benedic. patriar. 2. Beda. ſ. gen 35. 49.] [Iudæi.] Ruben præterea primogenitus deſignat Iudæos, qui primogeniti dicebantur. Gen. 29. g. 49. a. Vt autem dormiuit cum concubina patris, deſignat Iudæos adulterantes legem, & etiam inſultantes Chriſto, ipſumq; crucifigentes. Vnde licet eſſet primogenitus, caruit priuilegijs primogenituræ. Vt autem accepit hæreditatem trans Iordanem per Moſen, eſt populus Iudaicus, qui terrena pro præmio appetebat. Num. 32. a. Ioſu. 13. c. 22. a.

[Glo. ord. ſ. gen. 37.] [Sermo propheticus. Nicodemus.] Ruben volens liberare Ioſeph ſermonē propheticum deſignare poteſt: qui Iudæos à Chriſti nece deterrebat. Poteſt etiam figura eſſe Nicodemi. Gen. 37. d. 42. d.

[Amb. de Ioſeph. 9.] [Lex vetus.] Ruben intercedens vt mitteretur Beniamin in Aegyptum, eſt lex vetus, intercedēs pro Paulo apoſtolo per promiſsionem, vt traderetur eccleſiæ ex gentibus, quarum factus eſt doctor. Gen. 42. d.

[Ori. ſ. gen. ho. 17. Rup. 8. ſ. gen. 16. & 9. ſ. gen. 26.] [Lucifer. Literatus ambitioſus. Hæreticus adulterās ſcripturas.] Ruben aſcendens cubile patris, primum angelum, qui cecidit, ſignificare poteſt, qui gloriā Dei ſibi vſurpare voluit. Gen. 49. a. Deſignat etiam literatum affectantem dignitatem, cum prælati ſui depoſitione. Poteſt etiam ſignificare hæreticos adulterantes ſcripturas ſacras. Deut. 33. a.

[Ori. ſ. gen. ho. 17.] [Animalis homo.] Ruben vt interpretatur filius qui videtur, animalem & carnalem hominē deſignare poteſt.

[Ber. ſer. de triplici genere cogitationū.] [Carnalis cōcupiſcētia.] Ruben etiam eſt carnalis & ſanguinea concupiſcentia: quæ tunc cubile noſtrum aſcendit, quum non ſolum memoriam tāgit cogitatione: ſed & ipſum voluntatis ſtratum ingreditur, & polluit praua delectatione. Et dicitur primogenitus noſter: quia ab initio vitæ noſtræ in nobis pullulat. Et dicendum illi: Non creſcas, quia aſcendiſti cubile patris tui. Gen. 49. a.

[Ricar. de ſ. victo. de 12. patriar. 8.] [Timor.] Ruben vt eſt primogenitus Iacob & Liæ, typus eſſe poteſt timoris, qui eſt initium ſapiētiæ.

## Rubicundus, Rubrum, Rubricatum, Rufus. Fuluus, Rubrica.

RVbeus & rufus color, ſeu rubicundus generalia ſunt nomina ad diuerſos colores inter album & nigrum medios: vt eſt color ſanguineus, croceus, aureus, oſtrinus, &c.

[Ambr. de virgi. 1. Gre ſ. 1. Reg. 16. & ſ. pſ. 50 & ſ. canti. 5. Aug. q. in Num. 33. Hiero. ſ. Iſa. 63. & ſ. Zach. 1.] [Chriſtus. Caro Chriſti. Sanguis Chriſti.] Rubicundus dicitur dilectus, hoc eſt, Chriſtus: quia natus ex virgine. Cant. 5. c. Et rufus Dauid eſt Chriſtus proprio ſanguine rubricatus. 1. Reg. 16. b. De quo Iſa. 63. a. Quare rubrum eſt indumentum tuum? Et rufa vacca eſt caro Chriſti proprio ſanguine tincta. Num. 19. a. Rufus etiam equus eſt corpus ipſius Chriſti, ſuo ſanguine rubefactum. Zach. 1. c. Rubricatę etiam pelles ſanguinem Chriſti effundendum deſignabant. Exo. 25. a. [Gre. Nyſſe. de vita Moſis.]

[Gre. 32. mo. 23.] [Apoſtoli.] Rubicundiores ebore antiquo. Thre. 4. b. erant apoſtoli: qui feruore ſpiritus antiquos patres ſuperabant. Quod & de his dicitur, qui ſæpe ante humanos oculos nonnullis præcedentibus patribus ſtudij feruentioris exiſtunt.

[Glo. inter. ſ. Exo. 25] [Martyres. Martyrium.] Rubrum veſtimentum Chriſti. Iſa. 63. a. ſignificare poteſt martyres: qui pro fidei defenſione ſanguinem ſuum fuderunt. Rubricatæ etiam pelles ipſum martyrium deſignant. Exo. 25. a. 26. c. 35. a. 36. c.

Rubricatæ



[Pœnitentia. Verecundia.] [Hier. prolo. ſ. origē. in Ieſum Naue.] Rubricatæ etiam pelles pœnitentiam deſignare poſſunt: & frontis verecundiam. Exod. 25. a. 26. c.

[Paſsio Chriſti.] [Aug. 1. q. in euāg. 26] Rubicundum cœlum veſpere, paſsionem Chriſti, ſeu tempus paſsionis eius deſignare poteſt. Rutilabit autem mane in iudicio. Matth. 16. a.

[Angeli.] [Dionyſ. cœleſ. Hierar. 15.] Rufi equi angelos deſignare poſſunt, vigorem ignis, & ſtrenuam efficaciam habentes.

[Confuſio ex alieno peccato.] [Hier. ſ. Iſa. 61.] Rubor, qui fit ex confuſione, erat in ſanctis ſuper peccatis infidelium. Iſa. 61. c.

[Baptiſmus.] Rubrum mare baptiſmum ſignificare ſolet. Exo. 10. e. 23. d.

[Charitas.] [Gre. ſ. 1. Reg. 16.] Fuluus color charitatem ſignificare ſolet. gen. 30. e. Et rufus Dauid eſt feruidus charitate, & labore piorum operum: quia vt qui nimiū laborat, ex labore rubeſcit: ita qui ex charitate operatur, magis ad operandum accenditur. 1. Reg. 16. b.

[Inanis gloria.] [Glo. inter. ſ. Leui. 14] Rubor parietum leproſæ domus. Leui. 14. e. virorem inanis gloriæ deſignat.

[Homicidium. Homicida. Iudæi. Carnalis obſeruatio legis. Paſsio Chriſti.] [Beda. ſ. gen. 25. Rup. 7. ſ. gen. 5. 7.] Rubra peccata ſunt homicidium, eiq; ſimilia. Iſa. 1. e. Et rufus Eſau eſt vir ſanguinum. Gen. 25. c. Deſignat etiam Iudæos ſanguinem in ſacrificijs offerentes: & quia ſanguinolenti erant, & polluti ſanguine Chriſti & prophetarum. Et rufa decoctio. Gen. 25. d. eſt carnalis obſeruatio legis: & etiam Chriſti paſsio.

[Trāſgreſsio euāgelij. Inuidia. Cōcupiſcētia.] [Iſyc. ſ. Leui. 13.] Rufus color in capite tranſgreſsionem euangelij ſignificat. Leui. 13. f. Et ſubrufa cicatrix eſt error contra Chriſtum, & etiam inuidia, aut concupiſcentia. Leui. 13. d. 14. e.

## Rubigo, uide Aurugo.

## Rubus.

[Philo de vita Moſis] RVbus eſt frutex ſpinoſus, vel ſolo contactu vulnerans, mora proferens: cuius folia ſerpenti ſuperiniecta, ipſum ſerpentem occidere feruntur.

[Eccleſia. Virgo Maria.] [Hier. de manſio. Gre. Nyſſe. de vita Moſis & ſermo. de natiui.] Rubum vidit Moſes ardere, nec abſumi ignis voraci natura. Exo. 3. a. qua ratione ſignificare poteſt eccleſiam, quæ non conſumitur tribulationibus. Significat etiam beatam virginem Mariam, quæ peperit ſine virili ſemine. [Euch. form. ſpūal. 4.]

[Reſurrectio carnis. Corpus cōpunctiōe. Litera cū ſpiritu.] [Hiero. de manſio. Beda. ſ. Exo. 3.] Rubus quoq; ardens, & non combuſtus, typus eſt reſurrectionis carnis prius extinctæ. Rubus item cum igne eſt corpus vniuſcuiuſque ſancti cum igne compunctionis: vel litera cum ſenſu ſpirituali.

[Synagoga iudæorū.] [Aug. ſer. 86. Euch. form. ſpūal. 4. Gre. ſ. Eze. ho. 7. Bed. ſ. Exod. 3.] Rubus etiam ardens & non cōbuſtus eſt ſpinoſa ſynagoga Iudæorum: in quibus multo tempore fuit flamma, & feruor ſpiritusſancti: & tamen perinde contra Dei gratiam rebelles ſemper ſpiritui ſancto reſtiterunt: vt eorum peccata vel ſacrilegia igne ſancti ſpiritus cōſumi non valuerint: nec eorum duricies ipſa lege tanquàm flamma, eſt emollita: nec etiam doctrina Chriſti.

[Peccata. Mortalis infirmitas] [Glo. inter. ſ. Exo. 3.] Rubus etiam ſenticoſus & vulnerans, peccata ſignificare poteſt. Et vt eſt debilis, eſt ſimilitudo carnis peccati: & etiam mortalis infirmitatis.

[Gre. 28. mo. 5. & ſ. Eze. ho. 7.] Per ſuccenſum rubum Moſen dominus alloquens, deſignauit quòd eius populi ductor fieret, qui & legis flammam perciperet, & tamen peccati ſpinam nequaquàm vitaret. Vel quòd ex illo populo exiret, qui in igne deitatis carnis noſtræ dolores, quaſi rubi ſpinas ſuſciperet: & inconſumptam humanitatis noſtræ ſubſtantiam, etiam in ipſa diuinitatis flamma ſeruaret.

## Rudens, uide Funis.

## Rudis.

[Doctrina noua.] [Glo. ord. ſ. Mat. 9.] RVde eſt, quod impolitum eſt, & imperfectum, vt rudis pannus, qui nondum paratus eſt ad veſtimentum. Matth. 9. b. Significat autem rudis pannus doctrinam, quæ ad nouæ vitæ temperantiam pertinet.

## Ruere, Ruina, uide Cadere. Rufus, uide Rubeus.

## Ruga.

RVga eſt vallicula, quæ fit in cute præ ſenectute, quæ etiam in veſtibus dicitur.

[Ori. ſ. Eze. ho. 13.] Ruga indicium eſt ſenectutis: & quia Chriſtus eccleſiam renouat, rugas ab ea tollere dicitur. Ephe. 5. f.

[Duplicitas.] [Gre.] Rugæ duplicitatem ſimplicitati contrariam deſignare poſſunt. Et rugæ ſanctæ eccleſiæ per Iob deſignatæ, ſunt omnes, qui in ea dupliciter viuunt: qui fidem vocibus clamant, operibus denegant. Iob. 16. b.

## Rugire, Rugitus.

RVgitus eſt propriè vox leonis clamantis, quanquàm etiam de alijs animalibus dicitur.

[Protegēs Deus eccleſiā aduerſus hoſtes] [Hie. ſ. Iſa. 31. & ſ. Hoſe. 11. & ſ. Amos. 1. Rup. ſ. Hoſ. 11. & 6. ſ. Apo. & 13. ſ. Matt.] Rugiens leo dicitur Deus protegēs eccleſiam aduerſus principes gentiū. Iſa. 31. b. Amos. 1. a. 3. b. Et rugit dominus de excelſo, quum grauiter minatur. Iere. 25. f. Et rugiet in iudicio de Sion. Ioel. 3. c. Et rugit nunc per doctores in euangelio & lege. Natura autem leonum

 eſſe di

eſſe dicitur:vt cum infremuerint & rugierint,omnia animalia contremiſcant, & fixo gradu ſe mouere non poſsint. Itaq; & dominus cum inſtar leonis rugierit,& intonuerit,ac dederit vocem ſuam,cunctæ aues & vniuerſa volatilia perhorreſcent:hoc eſt, diabolus & dogmata peruerſa hæreticorum conticeſcent.Hoſe.11.d. Apoca.10.a.

Gre.30.mo.21. Hiero.ſ.Iob.39.

Rugire dicuntur ceruæ in partu, quum prædicatores per incuruationem ſuam in conuerſatione lucis auditorum animas gignunt:quia ab æternis nos ſupplicijs remouere, niſi flendo & dolendo non poſſunt. Iob.39.a.

Baſi.ſ.ps.37. Gre.7.mor.4.&.27 mor.15. Ori.ſ.cant.ho.3. — Gemitus pœnitentię & deſiderij.

Rugitus datur interior,quum quis vere dolet de peccatis.pſal.37. Iob.3.d. Poſt eum rugiet ſonitus:quia quum mentem Deus ingreditur,conſtat proculdubio,quòd mox pœnitentis gemitus ſequatur : vt etiam ſalubriter flere libeat, quæ prius de iniquitatibus flenda iucunditate gaudebat.Iob.37.a. Et rugitus ceruarum.Iob.39.a. deſignat eos, de quibus dicitur. pſalm.125. Euntes ibant,& flebant,mittentes ſemina ſua. Rugitus onagri eſt gemitus populi gentilis expectantis præſentiam Chriſti vt herbam.Iob.6.a.

Geor. vene.canti. 2. tono.7.cap.4. — Remurmurans appetitus.

Irrugiēs Eſau pro benedictione data Iacob minori.Gen.27.deſignabat animalem hominē, ſeu appetitum ſenſitiuū,qui contriſtatur, cū ſubijcitur ſpiritui :quouſq; veluti nouellus equus ſub domitore manſueſcat.

Arno.ſ.ps.21. Hiero.ſ.Eze.22.& ſ.Iere.2. Gre.5.mo.16. 17.& 27.mor.19. Hiero.ſ.Iſa.59. — Caiphas. Dæmones. Hæretici. Impetus tentationū.

Rugiens leo erat Caiphas in paſsione aduerſus Chriſtum.pſal.21. Et rugientes catuli leonū, ſunt dæmones,& hæretici prædicantes: vel nequiſsimarum, ſed tamen eminentium poteſtatū miniſtri ſpiritus,importunis tētationibus inſurgentes: & etiam ipſi impetus tentationum. Iob. 4.b.pſal.103.Iere.2.c. Ezech.22.f. Amos.3.a.1.Petri.5.c.Iob.4.b. Clima.grad.25.

Rugiunt Iudæi quaſi vrſi aduerſus Chriſtianos.Iſa.59.c.

## *Ruminare.*

RVminare dicuntur animalia, quæ cibum iam deuoratum è ſtomacho ad os reuocant, ac remandunt,rurſumq; deglutiunt.

Tert.de cibis iudai. Cle.Alex.5.ſtroma. Ori.ſ.Leui.ho.7. Hier.ſ.ps.95. Iſyc.ſ.Leui.11. Aug.ho.45. Gre.ſ.cant.7. — Meditari in lege dei.

Ruminare ad prudentiam refertur,vel ad ſapientiam:iuxta illud.Pro.21.c. Theſaurus deſiderabilis requieſcit in ore ſapiētis; vir autem ſtultus deglutiet illum. Ruminat autem, qui verbum,quod eſt iuſtitiæ nutrimentum,in cogitationem tanquàm in ventrem introductum,inde ipſum ad rationalem reminiſcentiam reuocat.Canti.7.d. Et animalia ruminantia ſunt, qui in lege Dei meditantur die ac nocte,eamq; non ſolum ſecundum literam,ſed ſpiritualiter intelligunt.Leui.11.a.Deut.14.a. Cyril.cōtra Iulia. Geor. vene.canti 1.tono 7.cap.32.

Cle.Alex.7.ſtrom. — Vulgus Iudæorū.

Qui ruminant & non diuidunt vngulam, ſunt vulgus Iudæorum : qui eloquia Dei habent quidem in ore : fidem autem & baſim non habent,quæ tranſmittit ad patrem per filium:& innititur veritati.

Hiero ſ.Hoſe.7. Rup.ſ.Hoſe.7. — Hæretici. Iudæi.

Ruminant hæretici ſuper tritico & vino,quum tractant de euchariſtia. Hoſe. 7. d. vel ſunt Iudæi orantes ſolum pro temporalibus.

## *Rumpere, uide Abrumpere.*

## *Runcina.*

RVncina eſt maior ſerra,qua fabri materiarij ſecant arborum moles in cantherijs.

Hiero.ſ.Iſa.44. — Rationes Hæreticorum.

Runcina fabri,qua formatur idolum.Iſa.44.b.deſignare poteſt rationes dialecticas hæreticorum:quibus ſuos formant errores.

## *Rupis, uide Lapis. Rurſum, uide Iterare.*

## *Ruta*

Glo.ord.ſ.Luc.11.

RVta eſt herba odorem grauem habens, ſed vtilis in medicaminibus, maxime contra venenum. Luc.11. g. Ponitur pro re vili, quando phariſæi decimabant mentham & rutam.

## *Ruth.*

RVth,id eſt,ſaturata,vel inebriata:mulier Moabitis,vxor Mahalon,quā poſtea duxit Booz, ſoluto calceamento propinquioris,genuit autem Obed.

Ambr.3.de fide.5.& ſ.Luc.3. Hier.prolo.in Hoſ. — Eccleſia ex gētib.

Ruth ducta à Booz,ſoluto propinquioris calceamento,typus eſt eccleſiæ ex gentibus, quæ facta eſt ſponſa Chriſti:quę à pedibus aſcendit ad caput,ſicut Ruth,quæ antequàm duceretur à Booz,ad pedes lecti eius iacuit.Ruth.1.c.2.3. Erat autem Moabitis,ex ijs videlicet, qui non intrabant in eccleſiam Dei.

## *Rutilare, uide Fulgere.*

Saba,



# Saba, Sabæi.

SAba, id eſt, conuerſio ſiue captiuitas,aut canities, vel ſeſsio: filius Regma, à quo ciuitas regalis Aethiopiæ, cuius incolæ dicuntur Sabæi. Scribitur autem Hebraicè per ש. Saba autem per ס eſt filius Chus. Gen.10.a. à quo Saba Metropolis Arabiæ fœlicis, cuius incolę etiam dicuntur Sabæi. Regina autem Saba venit ab illa Saba, quæ eſt in Aethiopia, quæ dicitur Meroe. Sunt tamen,qui dicant ipſam veniſſe à metropoli Arabiæ:vt diximus in Arabia.

Gentilitas. Anima conuerſa. — Hiero.ſ.Iſa.60.& ad Aglaſiam.

Saba vt interpretatur conuerſio,in bonum ſignificat gentilitatem venientem ad fidē. Et regina Saba eſt anima ad Deū cōuerſa.3.Reg.10.a.Iſa.43.a.60.b.Eze.38.d.Mat.12.d.Luc.11.d. Et Sabaim,hoc eſt,circuitiones aut ebrij,ſunt viri Saba,deſignantes gentiles ad fidem tranſeuntes.Iſa.45.c.

Hypocritæ. Hæretici. — Hiero.Aglaſiæ.& ſ.Iob.2.

Saba etiam,vt interpretatur conuerſio,in malum ſumitur,vt ſit auerſio, & deſignat hypocritas,aut hæreticos qui ferunt in Tyrum aromata falſa. Eze.27.e. Et vt interpretatur captiuitas, ſeu captiuantes,Sabæi ſunt hæretici perſecutores eccleſiæ.Iob.1.c.

Implicatio temporalium. — Gre.7.mor.17.

Saba iuxta Gregorium interpretatur rete, & deſignat implicationem,qua quis rebus temporalibus aut cognatorum,quas iam reliquerat,rurſum ſe implicat.Iob.6.c.

Doctores eccleſiæ. — Hiero.ſ.Ioel.3.

Sabęi in bonū dici poſſunt doctores eccleſiæ,cōuertentes peccatores aut infideles.Ioel.3.b.

Dæmones. — Gre.2.mor.25. Rup.ſ.Ioel.3.

Sabæi vt interpretantur captiuantes, immundos ſpiritus deſignant : qui cunctos, quos ſibi ſubijciunt in infidelitatem & in infernum captiuos ducunt.Iob.1.d.Ioel.3.b.

## *Sabaa.*

Natura humana. — Gre.ſ.1.Reg.13.

SAbaa, id eſt captiua, interpretatur naturam humanam, in huius ſeculi ærumnis ligatam. 1. Reg.13.d.non tamen eſt in Hebræo.

## *Sabama.*

Superbia hæreticorum. — Hiero.ſ.Iſa.16.

SAbama,id eſt,attollens altitudinem,ſiue captiuitas nimia, aut canicies,vel ſeſsio multa: ciuitas Moab, quam ædificauerunt filij Ruben : typus eſt ſuperbiæ hæreticorum. Num.32. g.Ioſu.13.c.Iſa.16.c.

## *Sabaoth.*

SAbaoth,id eſt exercitus,ſiue militiæ,aut fortitudines.Iere.11.d. Sumi ſolet pro multitudine angelorum,quę dicitur exercitus domini,& militia cœleſtis.

## *Sabarim.*

Angeli vel ſancti. — Hiero.ſ.Eze.47.

SAbarim, id eſt, circuitus montium ſiue altitudinis: ſcribitur per ס,ponitur terminus aquilonaris terræ promiſsionis.Eze.47.c.Deſignat eos montes,de quibus dicitur.pſal.124.Mōtes in circuitu eius.

## *Sabat.*

Rigor correctionis. — Hiero.ſ.Zach.1.

SAbat,id eſt, ſceptrum,vel virga,aut tribus:eſt menſis Februarius : & deſignat rigorem correctionis.Zach.1.b.

## *Sabbatum.*

Epipha.1.cōtra hæreſes.tomo.2.

SAbbatum.i.requies,ſiue ceſſatio:ſic dicebatˉ ſeptima dies,in qua Deus ceſſauit,ab omni opere,quod patrarat:& ex pręcepto Dei obſeruabatˉ à Iudęis,ab omni ſeruili opere ceſſantibus,

Varia autem ſabbata decreuit lex. Aliud quod ſecundū ſeptenarium dierum numerū reuoluitur,natura ſabbatū:aliud vero propter ſubiacentes nouilunio ſecundū lunā,& cōſequētes feſtiuitates:velut dies fixorum tentoriorū:& dies paſchatis,quando agnū mactant,& azyma comedunt.Sumitur autē ſabbatū aliquando pro ipſa hebdomada.Luc.18.b.Ieiuno bis in ſabbato. Inter pręcepta autē decalogi ſolum ſabbatum ſeruari pręcipitur figurate,iuxta Auguſtinum. Aug.epiſt.19.

Requies æternæ fœlicitatis. — Ori.ſ.Num.ho.23.& ſ.ps.36.ho.3. Hier.ſ.Iſa.58.66.& ſ.Eze.46. Iſyc.ſ.Leui.23. Cyril.4.ſ.Ioan.51. Philo de Cherubim. Gre Nyſſe. de vita Moſis. Aug.epiſ.119.

Sabbatum æternę gloriæ quietem deſignare ſolet,qua Deus ſanctos in ſe requieſcere facit. Gen.2.a.Exo.16.c.f.20.b.31.c.35.a.Num.28.b.Deut.5.b.Iſa.58.d.Ezec.46.a.Matth.11.b. Deſignat etiam requiem ſanctorum ſine corporibus: vt die dominica, quæ eſt octaua,ſit reſurrectio corporum.Et ſabbatum ex ſabbato dicit perpetuam requiem ſuccedentē operibus.Iſa.66 g.Leui.23.a.ps.36.Ioā.7.c.Solus autē deus eſt in ſabbato & feſto perpetuo:quia ſemp etiā operādo quieſcit,& lætatur. In ſabbato autē Dei neq; mane,neq; veſpera eſt : quia nec initiū, nec finis perfectionis. In perfectis autē eſt mane,ſed nō veſpera:quia initium,ſed nō finis perfectionis.Iudæi celebrabant ſabbatum : quia iam erat requies mortuorū:ſed dies dominicus, nō niſi poſt reſurrectionem Chriſti celebratur:quia tūc eſt etiam requies corporum.Sabbatum, quod eſt medium in Phaſe,cui ſuccedit prima ſabbati, quæ eſt octaua, deſignat requiem, ad quam

bb 3 tranſitur

Rup.2.ſ.gen.19.

rranſitur ex hac vita:ſed ſuccedit ei octaua,quæ eſt prima ſabbati, vt deſignetur operatio fœlicitatis, quæ non perturbet requiem, ſed perficiat: ideo ſeptima dies ſine veſpera nominatur. Gen.2.a.Sanctificatur autem hæc requies per ſpiritum ſanctum:nec in alio eſt tanquàm in obiecto,niſi in Deo:quia omnis creatura eſt mutabilis.

Epipha.1.cōtra Ebionitas tomo.2. Geo.ven.cāt.1. ton. 7 cap.12. — Chriſtus.

Sabbatum etiam vere eſt Chriſtus,quia veram & perfectam præſtat quietem. Ipſe enim eſt, in quo Deus quieſcit:quem dedit nobis finem,in quo quieſcamus. Et eſt ſabbatum ex ſabbato:quia qui ceſſant à peruerſo opere,illi quieſcunt in cœleſti retributione.Iſa.66.g.

Gre.ſ.Eze.ho.6. Ori.ſ Num.ho.23. Hiero.ſ.Eze.22.44.&.ſ Iſa.56.58. Iſyc.ſ.Leui.19. Rup.2.ſ.gen.19. — Ceſſatio à peccato. Vita cōtemplatiua. Notitia ſcripturarū

Sabbatum quoque Dei eſt, quando ceſſatur à peccato: & perpetuum obſeruat ſabbatum, qui ſpe futuri omnia bona operatur. Ezec.44.f. Num.28.b. Leui.19.a.Et ſabbatum agit,quicunq; ſpiritualibus vacat,& à malis operibus abſtinet. Qua ratione ſabbatum eſt requies vitæ contemplatiuæ, quæ optima pars eſt:& requies, quæ in notitia ſcripturarum habetur: & hoc eſt ſabbatum delicatum.Iſa.56.a.58.d.Iere.17.e.Ezec.22.f.

Ori.ſ.Leui.ho.13. — Memoria Dei.

Sabbata ſingula,in quibus offerendum eſt ſacrificium,deſignant memoriam continuā Dei habendam.Luc.24.b.

Ori.ſ.Matt.ho.29. Amb.ſ.Luc.21. Hiero.Aglaſiæ.&.ſ. Mat.24. Aug.q.in euang.32.&.2.de cōſenſ.euange.77.Gre.5.mor.22.Euch.q.in Matth. — Ocioſitas. Lætitia de temporalibus.

Sabbatum interdum dicit ocium & quietem ab agendo:& ſabbato fit fuga, quum quis torpet in opere virtutum. Matth. 12. a. 24. b. Et ſabbata deriſa dicunt quietem malam & ocioſitatem. Thre. 1. c. Sabbatum etiam, in quo non debet fieri fuga, deſignare poteſt lætitiam de temporalibus, & quietem in eis: & crapulam & ebrietatem: quæ omnia impedimenta ſunt fugæ.

Amb ſ.Luc.6.17. Iſyc.ſ.Leui.26. — Quies à lege veteri.

Sabbatum ſecundo primum deſignabat quietem à lege veteri: ſed quod maneat in noua per bona opera, quibus ad ſecundam quietem gloriæ veniatur. Luc. 6. a. Et ſabbatum, quod dedit Deus terræ Iudæorum, expulſis Iudæis, eſt vacatio literæ legis, quæ nunc non ſeruatur.Leui.26.e.

Hie.& Aug.ſ.ps.47 — Firmitas eccleſiæ in fide.

Secunda ſabbati ſignificare poteſt firmitatem eccleſiæ in fide poſt Chriſti reſurrectionem: quæ eſt velut prima ſabbati.pſal.47.in titulo.

Lyra.ſ.Iſa.1. — Peruerſa quies iudæorum.

Sabbata Iudæorum & non Dei dicebantur.Iſa.1.b.quia non ea ſecundum voluntatem Dei, ſed ſecundum ſuas traditiones colebant:nec vacabant à peccatis.

## *Sabec.*

Iſyc.ſ.Leui.16. — Crux Chriſti.

SAbec,id eſt venia:erat virgultum,aut vepres, in quibus aries oblatus pro Iſaac hærebat cornibus.Gen.22.c.deſignat crucem Chriſti.

## *Sabulum, uide Arena. Saccus, uide Cilicium.*

## *Saccus, Sacculus, Sitarchia.*

SAccus eſt,qui fit è groſsiori tela,ad continendum & portandum frumentum,aut alia grana. Sacculus autem eſt paruus ſaccus,& ſumitur pro marſupio. Sitarchia vero eſt ſaccus vel pera,in qua cibus poni conſueuit in viaticum.

Beda.ſ.Pro.7. Aug de tēis.ſer.42. Gre.ho.17. — Gloria Chriſti. Occultatio ſapientiæ.

Sacculus pecuniæ gloriam reſurrectionis & immortalitatis Chriſti deſignare poteſt. Pro.7. c. Poteſt etiam deſignare occultationem ſapientiæ,quæ eroganda eſt:ideo non portandus ſacculus.Luc.10.a.12.d.22.d.Iſa.46.b.

Glo.ord.ſ.gen.42. — Anima ſapiens. Litera legis.

Sacci impleti tritico. Gen. 42.c. animam ſapientia plenam ſignificare poſſunt:& etiam literam legis myſterijs plenam.

Amb.de Ioſeph.11. — Corpus Pauli. Velamen legis.

Saccus iunioris, hoc eſt, Beniamin.Gene.44. a. corpus apoſtoli Pauli deſignare poteſt: & etiam velamen legis.

Gre.ſ.1.Reg.9. — Memoria.

Sitarchia memoriā ſignificare poteſt:in qua non habent quod offerant, qui eam non excoluerunt.1.Reg.9.b.

Hier.ſ.Agge.1. Gre.ſ.Eze.ho.4. — Amiſsio bonorum operum.

Sacculus pertuſus. Agge.1.b. inanitatē operum ſignificat: quum videlicet quis facit aliquod bonum opus,& illud amittit per opus malum.

## *Sacer, Conſecrare, Dedicare, Initiare.*

SAcrum eſt id,quod eſt venerabile & conſecratum:vt veſtes dicuntur ſacræ.Et ſacrum interdum dicitur ſacrificium.Exo.31.b. quum ſacerdotes funguntur officio ſuo in ſacris, hoc eſt, in ſacrificando. Conſecrare autem eſt ſacrum facere,vt videlicet res non amplius in vſus humanos aſſumatur, ſed in obſequium Dei conſignetur. Dedicare eſt per verba conſecrare, aut honoris gratia deputare, aut dicendo deferre. Initiare vero eſt conſecrare, offerre, & dedicare.

Baſi.& Arn.ſ.ps.29. Hie.& Aug.ſ.ps.28. — Incarnatio Chriſti. Reſurrectio. Renouatio eccleſiæ.

Dedicatio domus Dauid. pſalm. 29. in titulo, incarnationem ſignificabat: & etiam reſurrectionem, in qua omnia vitæ corpora dedicantur, Vel renouationem eccleſiæ per Chriſtum:quæ etiam dedicabitur in reſurrectione,quando immortalitatem acceptura eſt:quæ nūc vſque ad illud tempus ædificatur. Dedicatum templum octauo anno.3.Reg.7.g. eſt eccleſia tradita Deo patri in reſurrectione.

Conſecrationes



Bona opera ſacerdotum. Manꝰ Chriſti in cruce. — Lyra.ſ.Exo.19. Iſyc.ſ.Leui.21.

Conſecrationes ſacerdotum figura erant conſecrationum nouæ legis. Exod. 28.g. 29. a. e.Leui. 8. b. Conſecrabant autem manus,vt ſacra eſſent opera:idq; ſeptem diebus,vt omnium operum mundicia monſtraretur. Conſecratæ quoq; manus pontificis, manus Chriſti in cruce deſignabant,Leui.21.b.

Glo.ord.ſ.Exo.39.

Sacræ venerationis lamina dicitur,quam ferebat ſacerdos in fronte:quia erat conſecrata nomini Dei in ea ſcripto,ad honorem & cultum ipſius Dei.Exo.39.e.Leui.8.b.

Perfectio operum. — Glo.ord.ſ.Exo.13. Iſyc.ſ.Leui.27.

Cōſecrata primogenita maſculina domino.Exod.13.b.ſunt opera perfecta recognoſcenda & reddenda autori Deo. Et conſecratum, quod non redimitur.Leui. 27.d. eſt habens integram perfectionem.

Adſcribere Deo bona opera. — Glo.ord ſ.Exo.40. Glo.inter.ſ. Leui. 7. Iſyc.ſ.Leui.27.

Conſecrare omnia oleo.Exo.40.b.eſt quicquid agimus,gratiæ ſpiritusſancti tribuere.Et cōſecrare domino adipem & pectuſculum.Leui.7.d. eſt adſcribere illi bonum deſiderium,& fidem. Conſecrat etiam agrum domino.Leui.27.b. qui doctrinā ſuam dedicat in obſequiū dei.

Oro voluntaria. — Glo.inter. ſ.Exo.35

Dedicanda ſunt domino voluntaria. Exo.35.d. quia in tabernaculo eccleſiæ non ſuſcipitur oratio coacta.

Caſtigatio corporis — Philo.de temulen.

Conſecrabant leuitæ manus domino per occiſionem fratrum.Exod.32.f.caſtigando videlicet corpora, vt munda eſſent opera.

Arno.ſ.ps.105.

Conſecrationis aries dicebatur. Leui.8.d. quia immolabatur in conſecratione ſacerdotum. Initiari Beelphegor eſt ſeruire libidini,aut colere eos,qui ventri noſtro ſeruiunt.pſal.105.

## *Sacerdos, Sacerdotium.*

SAcerdos eſt,qui Deo dicatus eſt ad ſacrificia offerenda, à ſacris dictus, qui & ſacrificus. Sacerdotium autem eſt munus & dignitas ſacerdotis. Sunt autem ſacerdotis munera: Primo orare pro populo, vt mediator, ſecundo offerre ſacrificia, tertio docere populum, quarto eſt dux populi in bello, quinto deductor ad deſtinatum finem,ſexto eſt iudex,ſeptimo paſtor & miniſter ſacramentorum.

Chriſtus. — Ori.ſ.Ioſu.ho.27.et ſ.Leui.ho.5.12. Amb. de fuga. ſecu. 2.&.ſ.Luc.1. Hie.ſ.Agge.1 &.ſ. Zach.3. Aug.12.ciui. dei, 17. &.ſ.ps.26. Geb.vē. cant.2.ton.3.cap.2. Iſyc.ſ.Leui.2.4.21. Euch.form ſpūa.1.Rup.1.ſ.Reg.10.

Sacerdos Dei altiſsimi Melchiſedec typus eſt Chriſti veri ſacerdotis ſecundum naturā humanam. Gen.14.d. qui dictus eſt ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec. pſal. 109.Heb.7.c. Ipſe eſt ſacerdos magnus rogans pro populo: ad quem pertinet hoſtia pro peccato.Leui.2.b.4.a.5.c.6.c.7.a.21.b. Num.35.d. Eze.45.f.Eundem deſignabat ſacerdos Zacharias.Luc.1.a. Sacerdos comedens ſacrificium pro peccato,eſt Chriſtus, qui eſt ignis conſumēs peccata noſtra.Leui.6.c. Et ſacerdos fidelis ſuſcitatus pro Eli.1.Reg.2.g.Ipſe eſt ſacerdos magnus Ieſus,cuius typum geſsit Ieſus filius Ioſedec.Zach.3.a.6.c.Agge.1.a.Chriſtus autem optime impleuit omnia ſacerdotis munera ſuperius poſita.

Verbū diuinum. — Philo.q deus ſit immutabi. Ori.ſ.Ioſu.ho.18.

Sacerdos ſcrutās lepram eſt diuinum verbum,per quod diſcernuntur peccata. Leui.13.a.14.a.15.b.Et ſacerdos Eleazar ſignificat arcanum & myſticum ſermonem.Ioſ.14.a.

Offerētes ſua Deo. Mens. Fideles. — Ori ſ. Leui.ho.1.15. Iſyc.ſ.Leui.1. Philo.de ſomnis. Amb.4.de ſacramēt. Hiero.epiſ.Quis dabit capiti. Gre.25.mo.7. Iſyc.ſ.Leui.6.

Sacerdos eſt, qui offert ſe & opera ſua Deo in ſacrificium:& peculiariter ipſa mens,quæ dominatur in homine. Et debet nutrire ignem,vt habeat lucernas ardentes in manibus.Vnus autem ſacerdos offert ſacrificium volucrum, quia non eſt contemplatiua vita plurimorum, ſed paucorum,qui tota mente ſe offerunt Deo,nil humanum vltra cogitātes.Leui.1.c.2.a.12.c. Et ſacerdos Heliopoleos eſt cultor mentis. Gen.41.f.47.e. Sacerdotes autem gementes ſunt partes animæ ſuperiores,quæ diuinum cultum exercere debent.Thre.1.b.Et omnes fideles ſunt ſacerdotes,ſi cuſtodierint dignitatem vnctionis, de qua Ioannes dicebat:Et vos vnctionem habetis à ſancto.1.Ioan.2.d.1.Petr.2.a. Et quia ſunt membra ſummi ſacerdotis.Et ſacerdos, qui offert ſacrificium,eſt animus ſanctus:qui autem non ſic offerunt,ſunt virgines fatuæ. Et ſacerdotes Chriſti ſunt eius miniſtri ex gentibus: qui ſunt ſacerdotes religione perpetua. Exod.29. b. pſalm. 131. Iſa. 66. g.

Perfectè ſapiens. Sacerdotes noui teſtamenti. — Gre.ſ.1.Reg.2.

Sacerdos, qui holocauſtum offert, eſt vnuſquiſque perfectè ſapiens: quia ſacerdotium perfectionis exemplum eſt. Leui. 6. b. Sacerdotale quoque regnum eſt in eccleſia. Exod. 19.a. Et ſacerdos fidelis eſt ſacerdos noui teſtamenti: & etiam quilibet bonus. 1. Reg.2.g.

Apoſtoli. Prælati. Doctores. Prædicatores. — Hiero.ſ. Iſa.61.&.ſ. Eze.40. Ori.ſ.Ioſu. ho. 4.7. Gre.ſ.Eze.ho.22.& ſ.1.Reg.6.14.

Sacerdotes peculiariter dicuntur apoſtoli, & eorum ſucceſſores, ac doctores:ſicut filij Dauid erant ſacerdotes.2.Reg.8.d. Iſa.61.c. Et ſacerdotes,qui accedunt ad dominum, ſunt perfecti,& participes myſteriorum.Exod.19.d.Ipſi præcedunt populum in tranſitu Iordanis,exemplo videlicet & doctrina.Ioſue.3.c.4.b. Ipſi accendunt lucernam verbi Dei. Ezechiel.40. Ipſi canunt tubis.Ioſu.6.a. Ipſi ſunt cuſtodes templi.Num.3.f. Horum etiam officium eſt, dare conſilium accedendi ad Deum:quia ſacra debent ſemper conſulere: ideo qui hæc conſulit, ſacerdos eſt. 1.Reg.14.c.f.Iob.12.c. Sacerdotes quoq; Philiſtinorum dici poſſunt prædicatores,& ſacerdotes eccleſiæ,qui pollere debent ſanctitate.1.Reg.6.a.

Angeli. — Hiero.ſ.Eze.46.

Sacerdotes interdum dicuntur angeli:qui offerunt pro nobis orationes.Eze.46.a.

Ori ſ.Leui.ho.6. Gre.ſ.Eze.ho.22.

Sacerdotes minores paucioribus indumentis vtuntur: quia non ita perfecti vt maiores. Hi ſunt,qui excubant ad miniſterium altaris:quia intendunt inueſtigandis & corrigendis peccatis populi, vt eos ad pœnitentiæ lamenta perducant, & quaſi incendant carnem in ſacrificio,

bb 4 quam

quam prius viuere permiſerant in peccato.Eze.40.g.

Beda.ſ.Exod.2.
Deus pater. Chriſt⁹. Diabolus. Princeps ſecularis.

Sacerdos Madian, apud quem manſit Moſes, ſignificare poteſt Deum patrẽ, & etiam Chriſtum patrem animarum eruditarum: & è diuerſo diabolum, & principem ſecularem. Exod. 2.c.3.a.18.a.

Iſy.c.ſ.Leui.4. Rup.1.ſ.Leui.14.
Chriſtus. Adam. Pontifex. Senſus pietatis.

Sacerdos peccans intelligi poteſt Chriſtus in membris ſuis: qui etiam eſt ſacerdos offerens pro peccato. Vel fuit Adam, qui peccauit, & peccare fecit totum genus humanum. Vel eſt pōtifex alios ad peccatum trahens: vel ſenſus pietatis & religionis. Leui.4.a.

Primates.

Sacerdotes ad literam dicuntur aliquando primates. Gen.41.f. Filiam Putipharis ſacerdotis Heliopoleos. Exod. 2.c. Erant autem ſacerdoti Madian. Et filij Dauid erant ſacerdotes 2.Reg.8.d.

Ricar.de.ſ.victo.de extremi mali.21. Arn.ſ.ps.73.
Inueſtigatio & retractatio. Corpus & anima.

Sacerdotes portantes arcam. Ioſu.3.d. ſunt ignotorum inueſtigatio, & cognitorum retractatio: qui portant arcam contemplationis in Iordanis fluenta, quum per inueſtigationis & retractationis ſtudiũ, ad deſideriorum noſtrorum conſiderationem, noſtræ contemplationis oculũ reflectimus. Poſſunt etiam deſignare corpus & animam. pſal.73.

Ori.ſ.Luc.ho.34. Hil.ſ.Mat.cano.7.
Lex non ſaluans.

Sacerdos qui tranſiuit relicto vulnerato, eſt lex: quæ non ſufficiebat ſaluare. Matth. 8. a. Luc. 10. e.

Sacerdotes & doctores mali.

Sacerdotes polluẽtes ſanctum, ſunt mali ſacerdotes Eccelſię: & etiam mali doctores. Soph. 3.a. Mala.1.b.

Gre.ſ.1.Reg.1.2.
Sacerdotes & principes iudæorũ.
Rup.5.ſ.Reg.9.

Sacerdotes domini Ophni & Phinees, Scribas & Phariſæos deſignant: qui habebant fidem, & non opera: ideo erant vt ſepulcra dealbata. Qui ideo dicuntur eſſe in Silo: quia occidendo Chriſtum inuenerunt redemptionẽ generis humani: licet malo animo ipſi occiderint. 1.Reg.1 a.4.b. Et ſacerdos Eli eſt populus Iudaicus cum ſacerdotio: vel etiam patriarchæ. Et ſacerdotes impij ſunt principes Iudæorum. 1.Reg.2.g. Ipſi dicebant: vbi eſt Deus: quia non quæſierũt Chriſtum. Iere.2.d. Et ſacerdotes Baal ſacrificantes, & clamantes, & incidentes ſe, fuerunt principes & ſacerdotes Iudæorum: qui coluerunt latronem Barabbam, & clamauerunt: Crucifige: & perfuderunt ſe ſanguine dicentes: Sanguis eius ſuper nos. Occiſi ſunt autem, cum deſtructa eſt Hieruſalem. 3.Reg.18.f.

Ori.ſ.Gen.ho.16. Gre.ſ.1.Reg.5. Hiero.ſ.Iſa.28.&.ſ. Hoſ.5.6. Anton. epiſ.2.
Seruientes diabolo. Sacerdotes hæreticorum & iudæorũ. Principia operationis prauæ.

Sacerdotes Pharaonis ſunt ſeruientes diabolo: qui liberas habẽt poſſeſſiones: quia diabolus eos paſcit terrenis. Contrà ſacerdotes Chriſti nihil habent, ſed ſunt pars domini. Gene. 47. e. Et ſacerdotes Dagon ſeu Iudæorum ſunt, qui adhuc ſeruiunt diabolo per praua deſideria. Iudi.17.d.18.a.1.Reg.5.b.3.Reg.13.a. Et ſacerdotes Iſrael erant ſacerdotes hæreticorũ & idolorum: qui ſunt ſacerdotes interficientes. Hoſe.5.a.6.d.7.c. Et ſacerdotes ebrij ſunt ſacerdotes hæreticorum & Iudæorum praue intelligentes ſcripturas. Iſa. 28.b. Sacerdotes etiam Baalim ſunt principia operationis aduerſæ ſeu prauæ. 3.Reg.18.e.

Gre.ſ.1.Reg.2.
Societas fidei. Beatitudo.

Sacerdotalis pars vna, ad quam admitti petent Iudæi, eſt ſocietas fidei. 1.Reg.2.f. Vel eſt beatitudo, de qua dicitur. Apo.5.c. Feciſti nos Deo noſtro regnum & ſacerdotes.

## *Sacramentum.*

SAcramentum à ſacro dictum, eſt quod iuriſiurandi ſacratione interpoſita geritur: & interdum ponitur pro arcano & myſterio, quaſi ſacrum ſecretum, vt Tob.12.b. Sacramentum regis abſcondere honorificum eſt. Sapi. 2. d. Neſcierunt ſacramenta Dei. Ephe. 1. b. Notum faceret nobis ſacramentum voluntatis ſuæ. Dani. 2. c. Vt quærerent miſericordiam à facie Dei cœli ſuper ſacramento iſto. Apoc. 17. d. Ego dicam tibi ſacramentum mulieris & beſtiæ.

## *Sacrarium.*

SAcrarium eſt locus ſacer in templo, in quo ſacra reponuntur: de quo. 1.Cor.9.b. Qui in ſacrario operantur, de ſacrario viuunt.

Philo.1.allego.
Anima.

Sacrarium, in quo non eſt plantandus lucus, eſt anima, in qua reponuntur ſacræ virtutes: & ipſe Deus requieſcit.

## *Sacrificare, Immolare, Libare, Delibatio, Sacrificium, Hoſtia, Holocauſtum, Libamen, Victima.*

SAcrificare generale nomen eſt: vt ſit idem quod ſacrum facere: & ſacrificium res diuina. Immolare autem eſt quaſi mola, id eſt, farre molito & ſale hoſtiam fuſam ſacrificare. Libare autem eſt leuiter deguſtare, & quaſi ſummis labris attingere: quod quia fiebat in ſacrificijs, ſumitur pro ſacrificare. Porrò hoſtia erat animal, quod immolabatur & mactabatur: quæ etiã victima dicitur. Holocauſtum autem erat hoſtia, quæ tota igne comburebatur, & abſumebatur. Libamen vero & libamentum eſt, quicquid in ſacris libatur: & peculiariter quæ adiungebantur hoſtiæ: vt ſimila, oleum, thus, &c. Oblatio etiam ſimilæ & olei: quæ additur holocauſto, dicitur ſacrificium. Eze.46.b. Sacrificium quoq; dicitur fieri de ſimila: libatio vero de vino, & generaliter de liquidis. Ioel.1.b.

Hier.ſ.Ioel.1.

Sacrificium



Chriſtus. Euchariſtia. Caro Chriſti.
Ori.ſ.Leuit.ho.1.5 &.ſ.gen.ho.8. Aug.ſ.ps.19. Chry.in.ps.95. Ori.ſ.Rom.11. Gre.ſ.1.reg.1. Aug.ſ.ps.140.

Sacrificium ſalutare, quod & hoſtia pacifica dicitur, ſignificare ſolet in primis Chriſtum, & euchariſtiã. Leui.1.3.7.9. Ipſe eſt hoſtia, quam Deus præparauit. Sopho.1.b. Exo.10.f.18.b.34. c. Et hoſtia expiationis. Exo.29.c. Et hoſtia, quæ eſt ſancta ſanctorum. Leuiti.14.b. Ipſe etiam Chriſtus, vel eius caro eſt holocauſtum tam de ariete, q̃; de agno anniculo. Gen.22.a. Leuit.9. b.16.a.ps.19. Ipſe eſt delibatio ſancta. Roma.11.b. Et ſacrificium veſpertinum: quia ad veſperã paſſus eſt. ps.140. Ad immolandum autem aſcendens Elcana, deſignat Chriſtum, qui obtulit ſemetipſum pro nobis. 1.reg.1.a. Et immolatio eius eſt ipſa paſsio: quum tanq̃; ouis ad occiſionem ductus eſt. Iſa.53.c. Immolauit quoq; victimas ſapientia, quãdo Chriſtus ſuis paſsionibus eccleſiam conſecrauit: vel vitam prædicantium mactari in perſecutione permiſit. Pro.9.a. Sacrificium autem coctum in clibano eſt Chriſtus in vtero virginis formatus. Deſignare etiam poteſt doctrinam, quę ex charitate procedit. Leui.2.b. Et ſacrificium de craticula mortẽ Chriſti deſignat: & etiam patientiam in multiplici paſsione. Leui.2.c. Sacrificium quoq; voluntariũ fuit paſsio Chriſti. ps.53. Immolatio etiam vaccę extra caſtra, deſignabat Chriſtum extra portã Hieruſalem paſſurum: & immolabatur coram omnibus, ex quorum genere fuerunt, qui ipſum publicè immolaturi erãt. num.19.a. Decima autem die agnus tollebatur & non immolabatur vſq; ad quartam decimam diem. Exo.12.a. quia per legem quidem Chriſti paſsio prefigurabatur: & tamen per euangelij quadrigam narratur paſſus. Denarius enim numerus ad legem pertinet, propter decem verba legis. Quaternus vero ad nouum teſtamentum propter euãgelia. Hoſtiæ multiplicantur iuxta multitudinem peccatorum. Et ſancti diuerſi diuerſæ ſunt hoſtiæ: Sed in his omnibus vnus eſt agnus, qui totius mũdi potuit auferre peccata: & ideo ceſſauerunt cęteræ hoſtiæ: quia talis hæc fuit hoſtia, vt vna ſola ſufficeret pro totius mũdi ſalute. Cęteri enim precibus peccata, hic ſolus poteſtate dimiſit. Immolare paſſerem ĩ vaſe fictili deſignabat paſsionem Chriſti: vel fidem paſsionis eius. Leui.14.a.

Chriſt⁹ in vtero virginis. Doctrina ex charitate. Mors Chriſti. Patiencia. Fides paſsionis.
Beda.ſ.Pro.9. Glo.int..ſ.Leui.2. Hila.ſ.ps.53. Aug.q.in.num.33. Beda.ſ.Exo.11. Ori.ſ.num.ho.24. Ori.ſ.Leui.ho.8.

Prẽſentatio humanitatis chriſti i cœlo. Prædicatio. Contemplatio æternitatis.
Gre.ſ.1.reg.1.

Hoſtia ſolẽnis Elcana. 1.reg.1.c. deſignauit preſentationẽ humanitatis Chriſti ĩ cœlo: & etiã ineffabilem amorẽ eruditionis. Immolat etiam hoſtiam ſolemnem, qui per eloquia prædicationis auditorum corda in amorem conditoris accendit: & qui ſublimia æternitatis gaudia cõtemplatur.

Solidus doctrinæ cibus. Oblatio ſanguinis Chriſti. Martyrium. Feruor dilectionis. Perfectio.
Baſi ho. in princ. Gre.17 mor.14. Iſy.ſ.Leui.23. Hie.ſ.Hoſe.9. Aug.ſ.ps 65. Lyra.ſ.Exo.29.

Victimæ quas mactauit ſapientia. Pro.9.a. ſunt ſolidus doctrinæ cibus: vel ipſe Chriſtus. Et liba vini deſignant oblationem ſanguinis Chriſti: & virtutem gratiæ ſpiritualis: & poculum doctrinæ, vel paſsionis & martyrij: & ferorem dilectionis: & perfectionem quam infert ſpiritusſanctus. Exo.29.g. Leui.6.7.23.c. Non libant autem domino vinum hæretici: quia eorum nec doctrina nec opera placẽt domino. Hoſe.9.a. Holocauſtum quoq; dicitur ipſum martyrium, quo totus homo offertur Deo. ps.65. Et immolare arietem alterum eſt offerre Deo martyres, & peculiariter Petrum. Exo.29.c.

Confeſsio fidei. Fides. Corpus Chriſti. Corpus & anima.
Gre.ſ.1.reg.2. Iſyc.Leui.6. Hie.& Aug.ſ.ps.65.

Sacrificium domini eſt confeſsio humanitatis & diuinitatis Chriſti. 1.reg.2.d. Et immolare victimas eſt offerre Deo veræ fidei confeſsionem. Exod.24.b. Sacrificium autem ſacerdotum crematur totum, quando totam fidem paſsionis & incarnationis Chriſti offerimus, nec quicq̃; pretermittimus. Leui.6.c. Holocauſta quoq; medullata ſignificãt fidem: vel interiora cum charitate: vel corpus Chriſti: vel corpus & animam. ps.65.

Eccleſia.
Aug.q.in iudi.49.

Holocauſtum, quod obtulit Iephte, offerens filiam ſuam virginem, eſt eccleſia: quam offert Chriſtus patri, ſine macula & ruga. Iudi.11.g.

Homo conſecratus Deo. Corpus & anima.
Aug.10.ciui. Dei.6. Ori.ſ.Leuit.ho.4.& ſ.Roma.12. Hier.ſ.Iere.12. &.ſ. Mar.9. Chryſ.in ps.95. Amb.3.offi.14. Tho.1.2.q.102.ar.3.

Sacrificium eſt homo Dei nomini conſecratus, & Deo deuotus, quatenus mundo moritur, vt Deo viuat. Ipſum quoq; corpus, quum per temperantiam caſtigatur: & multo magis anima, quum ſe refert ad Deum, vt igne eius amoris accenſa, formam concupiſcentiæ ſecularis amittat. Exo.29.40. Leui.6.d.8.9.10.c.14. ps.4.50. Rom.12.a. Et mali fiunt victima quando conuertuntur. Ier.11.a. Mar.9.d. Hoſtia autem offertur ſine macula, quando non vna ſola virtus offertur, vt virginitas ſine humilitate: ſed omnes ſimul. Hoſtia quoq; ꝓ peccato eſt homo in baptiſmo, & pœnitentia. Leui.4.7. Iob.42.b. Sacrificium autem pro peccato diuidebatur in duas partes: vna comburebatur: altera cedebat in vſum ſacerdotum, ad ſignificandum expiationem peccatorum fieri miniſterio ſacerdotum: niſi quando offerebatur ſacrificium pro peccato totius populi.

Lex cum ſenſu ſpirituali.
Ori.ſ.Leui.ho.4. Glo.int.ſ.Leui.1.

Sacrificia domini ſempiterna, duplicem ſenſum ſacrę ſcripturę ſignificare poſſunt: ſed principalius ſacrificium ſempiternum eſt lex ſpiritalis. Leui.6.c. Hoſtia quoq; dici poteſt litera legis: cui detrahitur pellis, hoc eſt, velamen literæ. Leui.1.b.

Inferior cognitio. Sapientia.
Glo.int.ſ.Leui.2. Iſy.ſ.Leui.6.

Sacrificium de ſimila eſt inferior cognitio. Leui.2.a.b.6.c.7.14.b. Vel quum ſimila ſit delicatiſsima farina, poterit deſignare ipſam ſapientiam: & ſacrificium de ſimila erit oblatio ſapientiæ, quæ eſt præcipua inter dona ſpirituſſancti. Sacrificium perpetuum, quod die ac nocte crematur, offerunt ſacerdotes: vt à perfecta ſapientia incipiens, in eadem finiatur: & tota vita componatur ad perfectionem. Leui.6.b.

Deuotio fidelium.
Gre.ſ.1.reg.9.

Sacrificium populi in excelſo, & hoſtia, quam benedicebat Samuel. 1.regũ.9.b. eſt deuotio electæ plebis, ad audienda excelſa verba Dei. Sed anteq̃; benedicatur à Samuele, & audiat verbum Dei,

bum Dei,eſt quidem munda,ſed poſt benedictionem, eſt etiam mundans:quia augetur chari-tas,quæ operit multitudinem peccatorũ.Iaco.5.d. Hoſtia quoq; gratiarũ eſt oratio.Leui.7.b. Oratio.

Rup.7.ſ.gen.25. Chry.in.ps.95. Aug.ſ.ps.49.

Hoſtiæ pacificæ ſunt victimæ labiorum confitentium nomini Dei : vt ad ipſum pacem habeamus.Gen.28.d.Holocauſta etiam erunt laudes, quæ offerentur in patria,ſine alicuius defectus admiſtione.ps.50.In hac autem vita eſt ſacrificium laudis honorificans Deum.ps.49. Ad hæc etiam referri poteſt holocauſtum adipis. Leui.3.4.5.8.9. Hoſtia quoq; vociferationis eſt ſacrificium laudis.ps.26.Sacrificat autẽ voluntariẽ Deo,qui eum laudat, non propter aliquod creatum,ſed ſolum quia bonus eſt. ps.53. Sacrificium quoq; iuſtitiæ eſt hoſtia laudis,qua redditur Deo,quod ſuum eſt.ps.4.1.reg.2.d. Laudes Dei.

Hie.ſ.ps.26. Aug.ſ.ps.26.53. Gre.ſ.1.reg.2.

Aug.10.ciui. Dei.6. &.ſ.ps.49. Ori.ſ.1.reg.ho.1. Arn.&.Hil.ſ.ps.140 Chry.in.ps.95. Amb.apol.Daui.17. Baſi.ſ.ps.115. Hie.ſ.Ionam.2. Ori.ſ.Leui.ho.9. Hila.ſ.ps.65. Iſyc.ſ.Leui.22. Glo.int.ſ.Exo 25. Gre.ſ.1.reg 14.15

Sacrificium ſunt etiam opera miſericordiæ:& ſacrificium veſpertinum,quod fit per eleuationem manuum,ſunt opera miſericordiæ cum oratione:& etiam quæ fiunt proxima iam morte. ps.49.140.Et ſacrificium iuſtitiæ eſt,quale obtulit Abel:quum quis exercet opera iuſtitiæ.Sacrificium etiam iuſtitiæ,eſt ſacrificium paſsionis Chriſti.ps.4.50.115.Offeruntur quoq; ſacrificia in iuſtitia,hoc eſt,per opera iuſtitiæ.Mala.3.a.Iſa.19.d.Ion.2.d. Holocauſtum etiam eſt opus omnino perfectum:ideo in holocauſto offerebatur maſculus, & non fœmina.Exod.20.d. Leui.1.c.Hoſtia etiam pro gratiarum actione eſt euangelica cõuerſatio:quæ comedi debet eodem die:quia nunc eſt implenda:& non eſt expectandum futurum ſeculum. Leuit.22.d.Libamina quoq; ex liquidis,ſunt vota bonorum operum.Gene.35.b.Exo.25.c.37.Leuit.14.d.Sunt etiam victimę eorum,qui ſe à communi publico,nequaq̃; ſeparant,ſed ſingulari virtute agunt, vt virtutes aliorum diſtrictius tranſcendant.1.reg.15.c.

Opera miſericordiæ. Opera iuſtitiæ. Opera perfecta

Chry.in.ps.95.

Holocauſta propriè erunt in fœlicitate,quando nihil reſtabit offerendum, quod non offeratur. Exo.20.d.Leui.1.c. Fœlicitas.

Sacrificium de ouibus,quod obtulit Abel,innocentiam cum fide noui teſtamenti Deo gratam ſignificat.Sacrificium vero Cain de fructibus terræ, terrena opera veteris teſtamenti , quæ non erant accepta Deo. Gen.4.a. Innocentia cum fide. Opera terrena veteris teſtamenti.

Gre.ſ.1.reg.10.

Victimæ pacificæ obedientiam Deo gratam ſignificare poſſunt. Exod.24.b.Leui.4.g.7.b. 1.Regum.10.b. Obedientia.

Philo. de profugis.

Victima holocauſti , quam ſibi prouidet Deus , dici poſſunt actus potentiarum ordinati à Deo. Gen.22.b. Actus potentiarum

Iſyc.ſ.Leui.1. Ori.ſ.Leui.ho.5. Gre.ſ.1.reg.15. &.ſ. Eze.ho.10. Hier.ſ. Iere.17. &.ſ. Mich.6. Aug.ſ.ps.49.

Holocauſtum de volucribus & pecoribus mundis,puritatem vitæ,& contemplationem cœleſtium ſignificare poteſt.Gen.8.d.Exo.10.f.35.38.a.Leui.1.c.6.b.7.b.14.b.15.c.Holocauſtum autem eſt omnimoda ſeculi renunciatio, & voluptatum pleniſsima abnegatio : totum ſe enim quis Deo ꝑ intelligibilem ignem ſpiritus offert,non iam terrenus,ſed ſpiritalis,& quodammodo cœleſtis effectus.In holocauſtum etiam offertur corpus proprium,quum per pœnitentiam caſtigatur.Exod.24.b.In holocauſtum quoq; offeruntur interiora.Holocauſta enim ſunt eorum qui ſe omnino ſubtrahere volunt à publico operis,vt Deo ſe totos per amorem inflammatos offerant in ſecreto contemplationis.1.reg.15.c.Ier.17.d.Michęæ.6.b.ps.49. Holocauſtum etiam offert,qui cœlibem agit vitam. num.28.a. Holocauſtum autem iuge ſunt orationes continuæ cum vita immaculata, & non interruptæ per peccatum . Et holocauſta Salomonis ſunt orationes in eccleſia.3.Reg.10.a. Et holocauſta medullata ſunt orationes cordis & oris.ps. 65. Oblatio autem munda ſacrificatur Deo in omni loco in eccleſia,hoc eſt, orationes & euchariſtia.Malac.1.c.Eze.40.e. Holocauſtum quoq; offerre eſt totam mentem igne compunctionis incendere:vt in ara amoris cor ardeat,& quaſi delicta propriæ ſobolis, inquinamenta cogitationis exurat.Offert etiam holocauſta per ſingulos filios,vt Iob,qui ꝓ vnaquaq; virtute, vt pura eſſe debeat, preces domino fundit.Iob.1.a. Fiebat autem holocauſtum de turture & columba,ob excellẽtiam volatus:& etiam offerebantur pro peccato,ob gemitum.

Puritas vitæ. Contemplatio cœleſtium. Perfecta ſeculi renunciatio. Pœnitentia. Vita cœlebs. Orationes cum vita immaculata. Euchariſtia.

Ori.ſ.num. ho.23. & ſ.canti.ho.2. Arno.ſ.ps.65. Hiero.ſ.Mala.1.&.ſ. Eze.40. Chry.in ps.95. Gre.1.mor.35.

Ori ſ.Leui.ho.2. Iſych.ſ.Leui.1. Tho.1.2.q.102.ar.3. Rup.ſ.Leui.12.

Hoſtia pacifica ſignificat perfectos:& communia vota fidelium : & ſpiritualem cõuerſationem.Hoc ſacrificium erat proficientium:& ex eo fiebant tres partes: vna incendebatur: altera erat ſacerdotum:tertia offerentium:quia ſalus eſt à Deo,dirigentibus miniſtris,cooperantibus hominibus,qui ſaluantur.Huius hoſtiæ pectuſculum & armus dexter erant ſacerdotis:vt deſignaretur ad ipſum pertinere ſapientiam & fortitudinem.Leui.1.3.7.9. Perfecti. Communia vota fidelium. Spiritualis couerſatio.

Gre.ſ.1.reg.6. Chry.in pſal.95. Glo.int.ſ.gen.31.

Holocauſtum de vaccis offert doctor, quum nihil de ſcripturis intelligit, quod non amoris flamma comburat.Eodem referuntur holocauſta Bethſamitarum.1.Reg.6.d. Sacrificium etiã eſt ipſa prædicatio.Immolatio autem Iacob cum Laban.Gen.31.g. Deſignauit communicationem doctrinæ & ſacramentorum gentilibus factam.Vnde victimæ dici poſſunt ipſa ſacramenta.Gen.43.d.46.a. Prædicatio ex charitate. Communicare doctrinam & ſacramenta gentilibus.

Glo.int.ſ.Exo.13.

Immolare primogenita eſt offerre Deo primordia bonorum operum. Exo.13. c. Offerre Deo principia operum.

Hie.ſ.Iſa 56.

Holocauſtum de armento offerre, eſt coniugatorum, vt Iob: qui ſub iugo coniugij domui ſuæ benè præfuit:& filios ſuos in omni pietatate ſubditos erudiuit,holocauſta per ſingulos offerens,& Deo gratias agens totum bonũ illi tribuendo.Leui.1.a.Iob.1.a. Victimæ quoq;,quæ nonpenitus comburebantur,pertinent ad coniugatos.Iſa.36. c. Oblatio cõiugatorũ

Victima



Iudicium Dei.

Victima domini in Boſra, deſignat iudicium vindictæ Dei in terra faciendum.Iſa.34.b.Immolauit quoq; Deus victimam auibus & beſtijs:quando tradidit hæreticos & Iudæos dæmonibus. Et eiſdem immolauit victimam de Gog.Eze.39.c. Hiero.ſ.Iſa.34.&.ſ. Eze.39.

Sacrificium pro delicto eſt ſacerdotis:quia conuertit peccatorem.Leui.7.a.Eze.44.g. Ori.ſ.Leui.ho.5.

Munera ſimoniaca. Idololatria. Pactum cum dæmonibus. Opera hæreticorũ.

Sacrificia mortuorum ſunt munera Simoniaca malorum : & etiam hoſtia pacifica, & holocauſtum,quod offertur idolo:quæ ſunt, quum quis pactum habet cum dæmonibus.Exo.32.b. 4.Reg.10.d.ps.105.Eccl'ici.35.b.2.Mach.4.c. Victimæ quoq; meretricis ſunt hæreticorum opera,quibus arbitrantur ſe obſequium præſtare Deo, etiam perſequendo fideles.Prou.7.c.Ad hæc pertinet holocauſtum de rapina,quod odit Deus.Iſai.61.c.Et ſacrificium & holocauſtũ, quod non vult dominus,ſunt eleemoſynæ & alia opera cum errore fidei.Hoſe.6.c. Arno.ſ.ps.105. Beda.ſ.pro.7. Hie.ſ.Hoſe.6.

Quum dicit Deus , ſe non pręcepiſſe ſacrificiorum & holocauſtorum legis veteris oblationem,oſtendit ſe potius eam permiſiſſe:ne videlicet offerretur idolis. Item quia intentionem legiſlatoris hi, qui acceperunt, tranſgreſsi ſunt. Cum enim ſubtilis eſſet,& valde ſublimis lex:& propterea abſconſa eſſet in ſuperficie literæ, quatenus perſcrutantes eam diſcerent, oportebat prius,vt ſuos ſenſus emendarent:quod ſi non agerent, non poterant ad veros ſenſus peruenire: ſed ipſi fingebãt ſenſus & traditiones,quas Deus nõ pręceperat.Iſa.1.c.Ier.7.e.Hoſe.5.f.ps.49. Hie.ſ.Iere.7. Iſyc.ſ.Leui.1.

Frænatio concupiſcentiæ. Sitis ſanguinis chri.

Libans Dauid aquã domino,quam prius concupiuerat.2.reg.23.c. Typus eſt rationis præcedentem concupiſcentiam frænantis.Vel ſignificauit ſe ſitire ſanguinem Chriſti:quam ſitim nulla temporalis conſolatio ſedare valebat. Amb.1.de Iaco.1. & apolo.Dauid.7.

Seruire Deo pura mente. Simplicitatem offerre.

Sacrificare petebat Moſes in deſerto & non in Aegypto: quia in tenebris ſecularibus,& negotiorum obſcuritate non poteſt ſeruiri domino:ſed in ocioſa mente,& longe ſecedente à mũdanis moribus:Sacrificant autem in Aegypto, qui ſola fide ſeruiunt Deo:ſacrificãt in deſerto, qui fidei addunt puritatem vitæ.Exo.5.a. Immolare autem ſuper montem eſt in ſublimitate vitæ & perfectionis offerre.Exo.3.b.Immolare quoq; abominationes Aegyptiorum,eſt virtutes operari:& ſimplicitatem offerre , quam reprobi abominantur: vel mactare concupiſcentias & vitia,quæ Aegyptij colunt.Exo.7.c.8.f.Immolare quoq; vitulum eſt mortificare carnem:idq; coram domino,non ad inferiorem gloriam,ſed ad ſuperna intendendo.Leui.1.4.8.16. Ori.ſ.Exo.ho.3. Cyril. de adorati.in ſpiritu ſancto. Glo.int.ſ.Exo.3. Amb.epiſt.4. Gre.10.mor.27. Ori.ſ.Leui.ho.1. Iſych.ſ.Leui.1.

Mactare concupiſcẽtias.

Pœnitentia. Mortificatio carnis.

Immolant domino greges & armenta Amalec, quando lubrici & incontinentes ad confeſſionem veniunt:& quod nequiter egerunt,pœnitendo delere ſatagunt. Primitias autem cæſorum reſeruant ad immolandum, qui peccata deſerunt,nec plangunt.1.reg.15.e. Sic victimas offerre eſt carnis concupiſcentias domare.Exo.8.f.30.a. Quaſi autem viua,ſed bruta caro mactatur,quando quilibet irrationabilis appetitus vel affectus in nobis,carnis contritione mortificatur.Dani.2.g.Immolat etiam paſſerem in vaſe fictili,qui carnem ſuam mortificat.Leui.14.a. Gre.ſ.1.reg.15. Ricar.de.ſ. victo.ſ ſomnio Nabuch. 37 Ori.ſ.Leui.ho.8.

Immolare agnum ad latus altaris eſt à malo ceſſare: vel paſsionis Chriſti memoriam pro gẽtibus offerre.Leui.1.c.Immolare autem hoſtiam pacificam in introitu tabernaculi,erat imperfectorum & à malo ceſſare incipientium.Leui.3.a. Glo.ord.ſ.Leui.1.3.

Immolatur hoſtia pro peccato vbi offertur holocauſtum: vt nouerit homo ſe ſanctificatum eſſe per peccati remiſsionem.Leui.4.e.6.d.14.b. Ori.ſ.Leui.ho.5.

Imitatio Chriſti.

Immolant vitulum Anna & Elcana:quia quod prædicator docet , Chriſtus infundit in corde benè proficientis.1.reg.1.d.Tunc quoq; immolat prædicator, quãdo electa corda per amorem ſuſcipiunt hoc , quod in verbo & exemplo doctoris radiat de imitatione redemptoris.1. Regum.16.a. Gre.ſ.1.reg.1.16.

Emendatio infamię

Immolare hircum pro peccato principis.Leui.4.e.eſt per emendationem tollere infamiam: quia hircus ductor eſt gregis. Lyra.ſ.Leui.4.

Obedientia.

Immolare victimas eſt internæ iucunditatis bonum Deo offerre:& obſequium obedientię, quo dæmones ſuperantur,præſtare.1.reg.6.c.10.b. Gre.ſ.1.reg.6.

Non immolandus eodem die fœtus cum matre.Leui.22.d. Deſignat non debere ſeruare ſimul legem euangelicam cum lege veteri: ſed vtrãq; ſuo tempore.Item ꝙ Chriſtus non eodem die erat occidendus,quo immolabatur agnus,ſed poſtero. Iſy.ſ.Leui.22.

Iudęi immolãtes dęmonibus.

Immolantes Philiſtim hoſtias magnificas Dagon,capto Samſone.Iudic.16.f. Deſignant Iudæos,qui poſt mortem Chriſti iam non Deo ſed dæmonijs immolabant. Rup.ſ.Iudi.25.

Tollentes diuinam prouidentiam. Cultus errorum.

Libant ſuper menſam fortunæ,qui diuinam prouidentiam tollunt.Iſa.65.b. Hie.ſ.Iſa.65.

Libant dijs fruſtra, qui colunt errores. Iſai.11.c.18.c.Et immolant fruſtra bobus in Galgala hæretici:qui in errorum voluptatibus inſtar boum pro terrenis laborant.Hoſe.12.d.Exo.22.c. 32.b.34.b.Et ſacrificant homines vitulis,qui ipſos in errorem inducunt.Hoſe.13.a.Et ſacrificãt filios & filias ſculptilibus Chanaan,qui tradunt ſimplices irriſoribus legis Dei.ps.105.Et ſacrificant idolis libamina,qui diabolo & erroribus diſcipulos dedicant.Iſa.57.b.Eze.16.c.Sacrificant autem ſuper lateres hæretici:qui errores ſuos dialectica nituntur arte firmare.Iſa.65.a.Et ſacrificant ſuper montes,aut ſuper capita montium, quando ſuperbè colunt ſuos errores. Iſai. 65.b.Hoſe.4.c.Et etiam in agro.Ier.17.a. Hoſe.11.a. Item in hortis,quando erroribus ſuis addunt voluptates,quaſi Deo gratas.Iſa.65.a. Victimas quoq; declinant hæretici in profundum, Hie.ſ.Hoſe.12. Arno.ſ.ps.105. Hier.ſ.Ezec.16.&.ſ. Iſai.65.&.ſ.Hoſe.5. Ori.ſ.Eze.ho.7.

qui decep

qui deceptos à ſe dæmonibus tradunt. Hoſe.5.a.Item qui opera pœnitẽtiæ & laborioſa faciũt ob aliquem terrenum finem.Immolat quoq; filios Hieruſalem, qui fideles in errorem inducit. Iſa.57.b.Eze.16.c. Et immolant filios & filias dæmonijs, qui ſenſus & cogitationes illis offerunt.Pſalm.105.

Hie.ſ.Hoſe.4. — Colere libidinem.
Sacrificat cum effęminatis,qui colunt libidinẽ:& qui errorũ magiſtros ſequuntur.Hoſ.4.d.

Rup.ſ.Haba.1.
Sacrificat diabolus aut hæreticus reti ſuo,quum fraudes & ſermonẽ ſuum quaſi Deum adorant.Haba.1.d.Item qui aurum & argentum colunt,tanq; per illa imperantes.

Glo.int.ſ.Exo.23. — Hoſtia impura.
Immolare ſanguinem ſuper fermẽto.Exo.23.c.34.c. eſt offerre hoſtiam impuram, nec Deo placentem:ideo prohibetur.

Hoſtia gratiarum eſt ſecularis ſcientia.Leui.7.b.

Immolare cæcum & claudum,vide cæcus & claudus.

## *Sacrilegium, Sacrilegus.*

SAcrilegium eſt ſacrorum furtum,aut ſacrorum violatio.Et ſacrilegus,qui ſacra,aut de loco ſacro legit,hoc eſt,furatur aut violat.

Ori.ſ.Roma.2. Amb.ſ.Roma.2. — Iudæus perſequẽs & negans Chriſtum.
Sacrilegium commiſit Iudæus,quando tẽplum corporis Chriſti violauit, aut ipſum Chriſtum negauit.Roma.2.d.

Sacrilegium etiam committit,qui occultat verbum Dei,quando publicandum eſt.Et etiam hæretici,qui precioſas ſcripturarum margaritas furantur, & illis ad peruerſos ſenſus abutũtur.

## *Sadducæus.*

SAdducæus.i.iuſtus,aut iuſtificatus: erat ſecta inter Iudæos eorum,qui reſurrectionem negabant:&,tamen ſibi iuſtitiam arrogabant.Matt.22.c.Mar.12.e.Luc.20.e.acto.5.c.23.b.

Ori.ſ.Mat.cap.16. — Iudæi.
Typum gerunt Sadducæi populi Iudaici:qui negant reſurrectionem Chriſti:& iuſtitiam legis ſibi arrogant.Matth.16.a.

## *Sadoc.*

Gre.ſ.Eze.ho.22. — Deus. Chriſtus.
SAdoc.i.iuſtus,aut iuſtificans,ſiue iuſtificatus:pontifex filius Achitob.2.reg.8.d.1.Para.6.a. Typus eſſe poteſt Dei,vel ipſius Chriſti: de cuius ſemine ſunt ſacerdotes & leuitæ noui teſtamenti.Eze.40.g.43.f.48.b.

Hie.prol.frater Ambroſ. — Nouum ſacerdotiũ.
Sadoc ſacerdos ſuccedens cum Dauid poſt extinctos Eli & Saulem, deſignat nouum ſacerdotium cum nouo imperio ſuccedens.

## *Seculum, Secularis.*

Hie.ſ.Eze.27.
SAEculum,aut iuxta aliquos ſeculum ſine diphthõgo,eſt tempus,quod ſolent homines viuere:vt Tyrus non erit vſq; in ſeculum, hoc eſt, per ſeptuaginta annos. Eze.27.g.Seculũ etiã, tota vita.Exo.21.a.Erit ei ſeruus in ſeculum.Spatium temporis.ṗs.17. Dauid,& ſemini eius vſq; in ſeculum.Principium.Gen.6.a.potentes à ſeculo viri famoſi.

Hila.ſ.ṗs.118. Aug.ſ.ṗs.9.71. — Duratio æterna. Vita præſens. Vita futura.
Seculum interdum dicere poteſt durationem æternam:ſicut dicuntur ſecula æterna.Iſai.26. a.Et ſeculi dies.Mala.3.b.Seculum quoq; dici poteſt vita præſens : ſeculum ſeculi vita futura. ṗs.9.71.118.142.144.

Hie.ſ.Iſa.9. Glo.int.ſ.Iſa.51. — Tẽpus poſt aduẽtũ Chr̃i,aut poſt iudiciũ. Tẽpus liberationis de Aegypto.
Seculum futurum dicit tempus poſt aduentum Chriſti:aut etiam poſt iudicium.Iſai.9.b.

Secula,quorum ſunt generationes.Iſa.51.d. Deſignare poſſunt tempus, quo liberauit Deus populum de Aegypto.

Ori.ſ.Mat.ho.24. Glo.or.ſ.2.Timo.2. — Mundus. Negocia pecuniaria.
Seculum interdũ dicitur mundus: qui conſummatur in perfectis,quibus eſt crucifixus.Mat. 24.a.Inde dicuntur ſeculares,qui rebus mundanis vacant.Et ſecularia negotia ſunt,quum animus occupat cura colligendæ pecunię,ſine corporis labore:vt fit à negociatoribus.2.Tim.2.a.

Hie.Cypriano.
Seculum pro ignorantijs, tranſtulerunt ſeptuaginta.ṗs.89.Seculum noſtrum in illuminatione vultus tui.

## *Sæuus, Sæuire, uide Crudelis. Sagena, uide Rete.*

## *Saginatus, uide Adeps.*

## *Sagitta, Sagittarius, Iaculum, Spiculum, Spiculator.*

SAgitta eſt iaculi genus,quod arcu iacitur à ſagittario . Iaculum autem generalius eſt ad oĩa, quæ iaciuntur.Porro ſpiculum eſt lancea breuis ſeu telum miſſile: à quo dicuntur ſpiculatores ſatellites ferentes ſpicula.Et aliquando carnifices.

Hila.ſ.ṗs.119. Ori.ſ.ṗs.36.ho.2. — Chriſtus.
Sagitta Dei interdum dicitur Chriſtus à patre miſſus vnde & ſagitta potentis dicitur.ṗs.119. Et ipſe dicitur ſagitta electa.Iſa.49.a. Hie.ſ.Iſ.44 &.ſ.Zach.9.

Aug.ſ.ṗs.44. Ber.ſ.cant.ſer.29. — Charitas Chriſti.
Sagittæ acutæ Chriſti,vim charitatis eius deſignant.ṗs.44.quibus ſagittis vulnerata erat ſpõſa,quum diceret.Cant.2.a.4.c.Vulnerata charitate ego ſum.

Ori.ſ.ṗs.36.ho.2.3. Hila.ſ.ṗs.126. — Homines obediẽtes.
Sagittæ Dei ſunt homines ad omne præceptum implendum parati, pennis virtutum recta itinera



Apoſtoli. Prædicatores. Euangeliſtę. — Arno.ſ.ṗs.119. Aug.ſ.ps.7.17.126. Euch.q.in pſal.
itinera tranſuolantes:quos Deus ponit ſicut ſagittã electam.Iſa.49.a. Et generaliter omnes boni,& obtemperantes Deo ſunt ſagittæ in manu potentis.ṗs.126. Peculiariter autẽ ſagittæ ſunt apoſtoli,& prædicatores,& etiam euangeliſtæ.ṗs.7.17.119.

Caſtigatio Dei. — Baſi.ſ.ṗs.7. Hila.ſ.ṗs.119. Hier.ſ.Haba.3.&.ſ.Iob.6. Gre.7.mor.2.3. Aug.ſ.ṗs.37.
Sagitta quoq; Dei eſt animaduerſio & punitio Dei , & caſtigatio ad emendationem.ṗs.7. 37.119.Iſa.5.g.49.a.Iere.4.g.Haba.3.c. Et ſagittę domini dicuntur ebibere ſpiritum.Iob.6.a. quando indignatio & caſtigatio Dei electos,quos in peccatis inueniũt,dum vulnerant immutant:vt duriciam ſuam tranſfixa mens deſerat:atq; ex ſalutifero vulnere ſanguis confeſſionis decurrat.4.Reg.13.c.

Verba Dei. Præcepta Dei. Verba iuſti. Prædicatio. Oratio. — Ori.ſ.nu.ho.7.&.ſ.ṗs.36.ho.2. Gila.ſ.ṗs.126.143. Baſi.ſ.ps.37. Tert aduer.Iudæos Aug ſ.p..76.119.143
Sagittæ præterea Dei ſunt verba Dei animam penetrantia.ṗs.17.44.37.63.76. nume.24.b. Iob.6.a.Et ſagittæ in manu potentis dicũtur ipſa ſacra verba.ṗs.126. Sagittæ quoq; acutę Chriſti ſunt precepta Dei peruolantia:ṗs.119.143.Sagittæ rurſus ſunt verba iuſti:quæ penetrant cor peccatoris,vt conuertatur ad pœnitentiam.Ipſa quoq; prædicatio & etiam oratio ſagittæ dici poſſunt.Hæc ſunt iaculum quaſi fulgur.Zach.9.d.

Virtutes. Stimuli amoris. — Gr.7.m.2.&.34.m.5 Hie.ſ.Haba.3.& ad principian.
Sagittæ in luce ſplendentes ſunt virtutes in anima iuſti fulgentes.Haba.3.c.Sic erant virtutes in Iob.Sagittæ quoq; acutæ ſunt ſtimuli amoris.ṗs.44.

Pœnitentia. — Arno.ſ.ps.119.
Sagittæ pręterea ſunt pœnitentia,& carnis afflictio.ṗs.119. Baſi.ſ.ps.37.

Deſideria ſancta. Defenſio fidei. Plagæ Iudęorum in Chriſtum. — Arn.& Hila.ſ.ps.63. Aug.ſ.ps.63.
Sagittæ paruulorum dici poſſunt ſancta deſideria de nouo habita: vel defenſio fidei.ṗs.63. Sagittæ etiam paruulorum cum ſint debiles,ſeu à debili manu prodeuntes ſunt plagæ Iudęorũ in Chriſtũ:quę licet graues fuerint,tamen debiles fuerunt in eum,qui poſtea reſurrexit.

Fides Ionathæ. — Rup.2.ſ.reg.20.
Sagitta Ionathæ,quæ non abijt retrorſum,fidem Ionathæ,quam erga Dauid ſeruauit, deſignare poteſt.2.Reg.1.d.

Timor. — Ber.ſ.cant.ſer.29.
Sagitta poteſt etiam aliquando timorem ſignificare:qui pungit mentem.

Detractio. Incitatio ad pctũm. Hæreſis. Fallacia malorum. Tẽtatiões dæmonũ. Falſus teſtis. Concupiſcentia manifeſta. Verba maledica. Inanis gloria. Conſilia & cogitationes peſſimæ. — Ori.ſ.ps.36.ho.2.3. Au.ep.139.&.ſ.ps.10 Hie.ſ.ps.10. Iſy.ſ.Leui.16. Arn.& Hie.ſ.ps.90. Ber.ſer.3.d.ſ.Andr. &.ſer.6.ſ.qui habit. &.ſ.cant.5. Ori.ſ.cantic.ho.3.&ſ.ps.36.ho.3. Hie.ſ.Iere.9.
Sagitta mala ſunt verba peccatorum,vel quibus detrahit proximo, & eius vulnerat famam: vel quibus incitat iuſtum ad peccatum,eumq; morti tradit ſpiritali.Item illa, quæ ſunt concupiſcentiarum,aut alterius nequitiæ organa:& hæreſes:& fallacia malorum:tentationes dæmonum.ṗs.10.63.Iere.6.f.Thre.3.b.Eze.39.a.Sagitta quoq; acuta dicitur, qui loquitur cõtra proximum falſum teſtimonjum.Pro.25.c.Et ſagitta volans per diem.ṗs.90.eſt concupiſcentia manifeſta:vel tentatio leuis in ſciente,vel cognoſcente.Vel ſunt verba hæreticorum,quibus promittunt lucem veritatis,& occidunt animam: & verba maledica,& conuicia, & inanis gloria. Sagittæ quoq; impiorum ſunt conſilia & cogitationes peſſimę:& peccata.ṗs.10.Et ſagitta vulnerans eſt lingua hæreticorum.Iere.9.b. Et dentes eorum dicuntur ſagittæ.ṗs.56. Demum ſagittæ ſunt Antichriſtus & omnes mali.

Mortalitas. Miſeria — Gre.ſ.ps.37.
Sagittæ dicuntur mortalitas & miſeriæ huius vitæ.ṗs.57.

Ablatio verbi Dei. — Hie.ſ.Eze.5.
Sagittæ famis mortiferæ ſunt ablatio verbi Dei.Eze.5.d.

Prædicator. — Gre.34.mor.5.
Sagittarius vir in bonum eſt, qui per ſanctæ intentionis arcum audientium cordibus verba rectæ exhortationis infigit.ṗs.41.

Iudæi. — Beda.ſ.gene.21.
Sagittarius Iſmael deſignat Iudæos inſurgentes aduerſus chriſtianos : vel iugulantes hoſtias legis.Gene.21.c.

Hæretici. — Glo.ordi.ſ.Iſa.21.
Sagittarij Cedar ſunt hæretici.Iſa.21.d.Amos.2.d.Hi ſagittant in obſcuro rectos corde,quãdo fraudulenter inducunt in errores.ṗs.10.

## *Sagma, uide Lectus. Sagum, uide Cilicium.*

## *Sain.*

Habitatio dæmonũ — Hie.ſ.Eze.30.
SAain.i.tentatio:ciuitas Aegypti,eadem quæ Peluſium: ſignificat habitationem dæmonum, qui ſunt tentatores.Eze.30.d.

## *Sal, Salire, Salinæ, Salſugo, Inſulſum.*

SAl eſt ex mineralibus illud,quo vtimur in condiendis cibis:quod ſeruat carnes à corruptione. Aliquando ſumitur pro cibo condito 1.Eſd.4.c.Memores ſalis quod in palatio comedimus.Et ſalire eſt condire.Salſugo autem eſt in ſalinis tota liquida:& aqua maris ſalſior:& humor cum ſapore ſalis.Salinæ vero ſunt vbi ſal fieri,aut congelari ſolet.

Chriſtus. — Hie.ſ.Eze.16. Aug.cont. Fulgent.
Sal miſſum in aquam,poteſt Chriſtum ſignificare:qui eſt Dei ſapientia: & miſſus eſt in tribulationes,quas reddit dulces. Vel dicitur ſal,quando aſſumpſit naturam humanam prius ſterilem,quam etiam dulcem reddidit,& fructiferam.4.Reg.2.d.Ipſe autem non ſolum eſt ſal terræ,ſed etiam cœli:& dicitur ſal miſſum in fictile vas,quia ſapientia Dei miſſa eſt in carnem.

Apoſtoli. Prædicatores. — Hie.ſ.Mat.5.& epiſ ignota vultu. Amb.ſer.37. Au.1.ſer.dñi.ĩ.mõt. Hila.ſ.Mat.cano.4. Chry.ſ.Ioan.ho.51. Rup.4.ſ.Mat.
Sal etiam miſſum in aquam ſunt apoſtoli & prædicatores miſſi ad gentes.Vt enim ſal eſt vtilis alijs,ſic ſancti doctores.Infatuatur autem ſal, quando per peccatum prædicatores pereunt à regno cœlorum.4.reg.2.d.Mat.5.b.ṗs.59.In titulo.Sal autem præſtat incorruptionem,& condit ſaporem:ſic apoſtoli prædicando ad immortalitatem conferunt diſcipulos. Continet autẽ ſal in ſe aquæ & ignis elementum:& licet non poſſit ſuam mutare naturam: tamen qui comparantur illi,poſſunt mutare mores.

Sal in

Hie.ſ. Ezec.43.&.ſ. Mar.9. Tho.1 2.q.102.ar.3. Gre.7. mor.4.&.6. regis.epiſt.39. Iſyc.ſ.Leui.2.

Sal in ſacrificijs ſignificare poteſt doctrinam euangelicam additam legi: & dicitur ſal fœderis domini.Leui.2.d.Eze.43.g.Vnde inſulſum eſt ipſa litera legis,ſine ſale ſpiritualis intelligentiæ.Iob.6.a.Et etiam verba carnalia, & ad malum trahentia, quæ ſunt fabulationes.ps.118.Et quia ſal impedit corruptionem,poteſt diſcretionem ſapientiæ ſignificare:& ipſam ſapientiam: & etiam carnis mortificationem.Mar.9.g.Coloſſe.4.a.Vt autem omnis cibus ad nutriendum aptus omni modo ſale conditur:ita & omnis ſermo vtilis, vt proſit animabus,neceſſarium habet ſapientiæ condimentum.

Doctrina euãgelica. Litera legis. Verba carnalia. Diſcretio. Sapientia.

Ori.ſ.Eze.ho.6. Hie.ſ.Eze.16. Baſ. regu.breui.266

Sal interdum dicitur gratia Dei:& qui gratiam habent ſunt ſale ſaliti,quaſi gratioſi.Ezechi.16.a. Vnde prouerbio dicitur ſalſus gratioſus:& inſulſus,qui non habet gratiam.Hic ſal humorem peccati noxium deſiccat. Significare etiam poteſt gratiam ſermonis & conuerſationis: & quandoq; amicitiam deſignat.Mar.9.c.Coloſ.4.a.

Gratia Dei. Gratia ſermonis. Amicitia.

Ori.ſ.gen.ho.5. Hie.ſ.Sopho. Cyril.de adorati.in ſpiritu ſancto. Rup.ſ.gen.12.

Sal,in quem conuerſa eſt vxor Loth facta ſtatua, deſignare poteſt prudentiam, quæ defuit ei.Gen.19.f.Poteſt etiam ſignificare hæreticorum doctrinam,quę habet ſimilitudinem veri:& tamen eſt ſal infatuatum:quale ſal eſt Sodomis,vbi eſt mare ſalis.Gen.14.a.Sopho.2.b.Eſt etiã condimentum peccatorum,vt eius pœna conſpecta reſipiſcant:nec retro conuertantur:quẽadmodum petram ſalis lingentibus aĩalibus,palatum ſapidum redditur, & edẽdi auiditas reparat̃.

Prudentia. Doctrina hæreticorum. Condimentum peccatorum.

Hie.ſ.Mar.9.

Sal etiam eſt mordicans correctio,quæ amore proximi temperanda eſt.Mar.9.d.

Correctio.

Gre.30.mor.30.

Sal aliquando pro ſterilitate ſumitur.Gen.14.a.Et ſalſuginis terra erat gentilitas, quæ nullã viriditatem boni intellectus proferens peruerſa ſapiebat.Iob.39.a.

Sterilitas. Gentilitas.

Philo.de victimis. Geor.vene.can.1.to no.7.cap.7.

Sal cum panibus propoſitionis ſignificare poteſt perpetuitatem. Salſedo autem maris huius mundi ſapientiam deſignat.

Perpetuitas. Sapientia ſeculi.

Hie.ſ.Mar.9.

Sal inſulſum eſt,qui amat principatum:qui increpare non audet nec confiteri:ne de ſynagoga eijciatur:diligens magis gloriam hominum q̃; Dei.Mar.9.c.

Ambitioſus.

Aug.ſ.ps.59.

Salinarũ vallis ſaporem humilitatis deſignat: nam humilitas ſine ſale fatua eſt.ps.59.ĩ titulo.

Humilitas.

Hie.ſ.Mar.9.

Saliri igne eſt tentationibus exerceri.Mar.9.g.

Hie.ſ.Ezec.47.&.ſ. Iere.17. Aug.ſ.ps.106.

Salinę ſunt,vbi terra eſt inutilis,& ſine fructu:& deſignant eos,qui ſunt ſine fructu operum. Ezec.47.c.Salſugo etiã cum ſit humor ſalſus,reddit terrã,in qua eſt,ſterilem:hic humor eſt in ſynagogis Iudæorum & hæreticorum.Iere.17.a.ps.106.

Steriles operum. Synagogę iudeorũ & hæreticorum.

Gre.30.mor.25.

Salſugo accendere ſitim ſolet.Et quia ſancti viri, quandiu in huius vitæ tabernaculis degũt, ad ſupernam patriam deſiderij ſui quotidianis æſtibus accendũtur, in terra ſalſuginis habere tabernacula perhibentur.Iob.39.a.

Peregrinatio ſanctorum.

## *Salathiel.*

Hie.ſ.Agge.1.

SAlathiel.i.lætitia Dei:pater Zorobabel: qui typus eſt patris Chriſti: & deſignatur non poſſe nos venire ad Chriſtum,niſi petamus à patre:ſicut ad Zorobabelis generationem ventum eſt p Salathielem.Agge.1.a.

Pater Chriſti.

## *Salem.*

Hie. epiſt.ad Euag.

SAlem.i.pax:ciuitas quæ poſtea dicta eſt Hieruſalem: cuius rex fuit Melchiſedec,iuxta communem Hebræorum opinionem.Gene.14.d. Verum iuxta Hieronymum ea eſt iuxta Scythopolim:quæ vſq; hodie appellatur Salem:vbi oſtenditur palatium Melchiſedec. Ad hanc venit Iacob in regione Sichen.Gen.33.d.Hæc eſt etiam Salim, iuxta quam baptizabat Ioães: Poteſt eſſe typus eccleſiæ,cuius rex eſt Chriſtus.

Eccleſia.

## *Salire, Subſilire.*

SAlire eſt ſaltu iactari,ſeu moueri:quod etiam eſt ſubſilire.

Ori.ſ.cant.ho.2.3. Ambr. de Iſaac.4.& ſ ps.118.ſer.6. Gre.ſ.canti.2. Ber.ſ.cant.ſer.53.54

Salire dicitur verbum Dei in montibus,quum delectat perfectos:vel cum Chriſtus prædicatur in prophetis & apoſtolis:vel quum per incarnationem omnes ordines angelorũ deſcendendo tranſilijt:& à cœlo venit in virginem,à virgine in præſepe,vſq; ad paſsionem & aſcẽſionem:& inter homines mira operatus eſt,ad quæ nemo valet aſcendere. Vel ſalit in mõtibus, quum diuerſa declarat ſcripturarum myſteria.Cant.2.b.

Chriſtus prædicatus à pphetis & apoſtolis. Incarnatio & alia opera Chriſti. Declarans Chřs myſteria.

Gre.ſ.1.reg.10.

Salientes magnas foueas.1.Regũ.10.a. ſunt contemnentes honores,& cætera huius mundi. Verum in Hebræo non habetur: nec in emendatioribus libris. Apud ſeptuaginta vero legitur ἀλλογμένους μεγάλα.i.ſalientes grandia.

Cõtemptus mundi.

Glo.ordi.ſ.Leui.11.

Salientes ſuper crura longiora.Leuiti.11.c.ſunt reſilientes à peccato,& à ſordidis & terrenis actionibus.

Reſilire à peccato.

Glo.ordi.ſ.2.reg.6.

Subſiliens Dauid coram arca.2.Regũ.6.c. deſignat diligentiam operandi cum letitia opera domini,ſimul cum laudibus.

Diligenter bene operari.

Ori.ſ.Matt.cap.15. Hie.ſ.Iſa.35.

Saliens claudus ſicut ceruus. Iſaiæ.35. b. deſignat gentiles: qui imitantur apoſtolos & doctores.

Gentiles imitantes apoſtolos.

Hie.ſ.Mala.4.

Salient ſicut vituli liberati à vinculo. Malac.4.a.quum iuſti in iudicio reſurgent in corpore glorioſo.

Reſurrectio iuſtorũ.





## *Saliua, Sputum, Expuere, Conſpuere.*

SAliua dicitur ſputum,quod fere ſalis ſaporem habet:vel dicitur à ſaliendo,q̃ in ore ſaliat & creſcat.Sputum autem dicitur ſaliua,quum ex ore emittitur. Expuere autem ſeu ſpuere eſt ſaliuam emittere.Conſpuere vero eſt aliquem ſputo inſpergere.

Gratia ſpũſſancti. Verbum Chriſti. Verbum patris. Sapientia.

Sputum Chriſti,quo liniuit cæcum.Ioan.9.a.Deſignare poteſt gratiam ſpiritusſancti:& verba Chriſti,quibus illuminat mentem.Vel pertinet ad ipſum verbum, quod mixtum eſt puluери,quando verbum caro factum eſt:de quo Eccl'i.24.a.Ex ore altiſsimi prodij. Deſignat etiã ſapientiam,quæ tangit linguam ad rectè loquendum.Mar.7.d.

Ori.ſ.Iſa ho.6. Amb.epiſ.5.7. Cyril.ſ.ſ.Ioan.15. Aug.ſ.Ioã.trac.44.&.ho.43. Gre.ſ.Eze.ho.10.

Infirmitas carnis in Chriſto. Infãtilia verba chři.

Saliua defluens in barbam Dauid.1.Reg.21.d.eſt infirmitas carnis, quam dignatus eſt ſuſcipere filius Dei.Vel ſunt infantilia eius verba,quæ eius virtutem tegebant.

Hie.ſ ps.33. Aug.ſ.ps.33.

Sapor contemplationis.

Saliua in os ex capite labitur:ab ore vero ad vẽtrem ducitur,quum glutitur. Saliuæ ergo nomine ſapor intimæ contemplationis accipitur:quę ad os à capite defluit: quia de claritate conditoris adhuc in hac vita nos poſitos,vix gutta reuelationis tangit.Ideo dicitur. Iob.7.d.Nec dimittis me,vt glutiam ſaliuam meam: vnde & redemptor noſter veniẽs ſaliuam luto miſcuit: & cæci nati oculos reparauit: quia ſuperna gratia carnalem cogitationem noſtram per admiſtionem ſuæ contemplationis irradiat: & ab originali cęcitate hominem ad intellectum reformat.Ioann.9.a.

Gre.8.mor.12.

Verbum malum.

Saliua feminiflui ſignificare poteſt verbum malum,quod audientes inficit.Leui.15.b.

Iſyc.ſ.Leui.15.

Abrenuntiãs errori.

Expuens mulier in faciem nolentis ſuſcitare ſemen fratris. Deut.25.c.deſignat abrenuntiantem omni dogmati peruerſo:vel eſt eccleſia exprobrans ei, qui curam proximorum ſuſcipere renuit,quum poſsit.

Ori.ſ.Matt.ho.22. Gre.1.paſto.5.

Repudiatio ſynagogæ.

Expuere in faciem Mariæ ſororis Moſis. Numer.12.d. deſignabat Deum repudiaturum ſynagogam.

Ori.ſ.nume.ho.7. Rup.1.ſ.num.35.

Conſpuentes in Chriſtum fuerunt principes Iudæorum. Iſai.50.c.Expuunt etiam in faciem Ieſu,qui iniuria afficiunt aliquem de eccleſia:& qui non ſolum in abſentia detrahunt, ſed etiã vnumquẽq; iuſtum in pręſentia confutant.Matt.26.g.Iob.30.b.

Ori.ſ.Matt.ho.35 Gre.20.mor.12.

## *Saliuncula.*

Exiſtentes in pc̃tõ. Terrena cogitatio.

SAliuncula,quam Græci στοιβὴν vocant, eſt arbor ſenticoſa vt rubus, & deſignat exiſtentes in peccato.Iſaiæ.55.d.Vel ſignificat terrenas cogitationes, pro quibus in cordibus ſanctorũ aſcendit abies.

Hie.ſ.Iſa.55. Gre.18.mor.11.

## *Salix.*

SAlix arbor ſemper virens:cuius ſeminis hanc aiunt eſſe naturam:vt qui illud in poculo hauſerit,liberis careat:vnde ſancti,qui propter peccata in confuſione huius mundi eſſe cęperũt, in ſalicibus Babyloniorum fluminum, ſuſpenderunt organa ſua.ps.136.Iſa.15.d.

Hie.ſ.Iſa.15.

Iuſti. Credentes ex gentibus.

Salix ſemper virens ſignificare poteſt iuſtos,& credẽtes ex gentibus:aut ediuerſo ex Iudęis. Iſa.44.a. Et vt ſalix abſciſſa & arida reuiuiſcit:ita qui à vita veteri in nouum hominem tranſmutantur.ps.136.

Hie.ſ.Iſa.44. Hila.ſ.ps.136. Gre.33.mor.6.

Lex & myſteria.

Salix pręterea legem & myſteria ſignificare poteſt.Leui.23.g.Iſa.44.a.

Ori.ſ.Exo.ho.5.

Caſtitas.

Salix etiã virtute & nomine virgultum eſt caſtitatis. Aiunt medici,& hi,qui de arborũ & herbarum ſcripſere naturis,q̃ ſi quis florem ſalicis mixtum aqua biberit, omnis in eo frigeſcat calor,& libidinis vena ſiccetur,vltraq; filios generare non poſsit.Et ipſum ligni nomẽ,quod Grę cè dicitur ἄγνος indicat caſtitatem.Leui.23.g.

Ori.ſ.Exo.ho.9. Hie.ſ.Zach.14. Iſyc.ſ.Leui.23.

Oratio. Lachrymæ.

Salices etiam deſignant orationem & lachrymas:in quibus ſuſpenduntur organa:quia vt vacemus orationi,ceſſandum eſt à carnali concubitu & actione.ps.136.Iſa.15.d.

Iſyc.ſ.Leui.23.

Corpora humana.

Salices torrentis indicant corpora noſtra,quæ infructuoſa ſunt: imo & noſmetipſi infœcundi ſumus,niſi irrigati ab aquis ſuperioribus,& plantati ſimus ſecus decurſus aquarum, vt poſsimus fructum dare in tempore ſuo. Nec abſq; myſterio feſta celebrantes nunc per ſalices,nunc per arbores frugiferas deſcribuntur: quia vnuſquiſq; infœcundus eſt ſibi ipſi dimiſſus, fœcundus autem,irrigatus ab illa ſupra mundana aqua,quę ait:Sine me nihil poteſtis facere.

Geor.venet.canti.& ton.7.cap.27.

Mali. Amatores vitæ mortalis.

Salix ſterilis ſignificat malos,& in ſalicibus in medio Babylonis ſuſpẽdimus organa noſtra. ps.136.Babylonis quippe medio ineſſe ſalices deſcribuntur: quia nimirũ infructuoſi quiq;,atq; ab amore patriæ cœleſtis alieni, totis viſceribus cordis in hac ſeculi confuſione radicantur.Et ſalices torrentis ſunt amatores vitæ mortalis,à bonis actibus quaſi à fructibus alieni.Iob.40.c. Qui more ſalicum fructus non ferunt,ſed in folijs viridеſcunt:quia ea, quæ grauia ad dicendũ non ſunt,aliquãdo honeſtatis verba proferunt: ſed nullum vitæ pondus ex operibus oſtendũt.

Gre.33.mor.6. Aug.ſ.ps.136. Cyril.de adorati.in ſpiritu ſancto.

Verba hæreticorũ.

Salix viridis & ſterilis ſignificare poteſt verba hæreticorum nitorem eloquentiæ ſine fructu veritatis habentia.Iſa.44.a.

Hie.ſ.Iſa.44.

## *Salmana.*

Hie.ſ.Hoſe.10. — Hæreſiarchæ.

SAlmana.i.vmbra prohibita, aut vmbra vel imago commotionis: princeps Madian: typus eſſe poteſt hæreſiarcharum.Iudi.8.b.ps.82.Hoſe.10.d.

*Salmanaſar.*

Lyra.ſ.4.reg.17. — Diabolus.

SAlmanaſar.i.pax ligata, ſiue perfectio, vel retributio ligata: rex Aſſyriorum, qui captiuum duxit Hoſee regem Iſrael, & populum tranſtulit in Medos.4.Regum.17.a. Typus eſſe poteſt diaboli.

*Salmon.*

Glo.ord.ſ.Mat.1. — Chriſtus.

SAlmon.i.pacificus, ſiue perfectus, aut retribuens: filius Naaſon, pater Booz: fuit princeps tribus Iuda, qui duxit Rahab vxorem deſignans Chriſtum, qui adiunxit ſibi eccleſiam ex gẽtibus.Ruth.4.d.Matth.1.a.

*Salmona, uide Selmona.*

*Salomon.*

Hie.ſ.Eze.43.

SAlomõ.i.pacificus: filius Dauid & Bethſabe, rex ditiſsimus & ſapiẽtiſsimus: qui tamen amore mulierum, etiam in idololatriam lapſus eſt: de quo ſic ait Hieronymus: Salomon offendit Deum: licet poſtea egerit pœnitẽtiam ſcribens prouerbia: in quibus ait. Nouiſsime ego egi pœnitentiam: & reſpexi vt eligerem diſciplinam.Pro.24.d.

Ori.ſ. Ioſue.ho.3.& ſ.canti.3. Hie.de iudicio Salo. Aug.ſ.ps.71.126. Ber.ſer.paruo.6. Geor. venet.cant.2. tono 3.cap.13. — Chriſtus.

Salomon iudicans inter meretrices, typus eſt Chriſti inter eccleſiam & ſynagogam iudicantis.3.Reg.3.c.In multis autem locis Chriſtum refert: vt.Cantic.1.b.3.c. Matth.12.d.Lucæ.11.d. Idem fœliciſsime regnans typus fuit Chriſti reſurgentis & fœliciſsime poſt reſurrectionẽ regnantis.ps.61.Item ædificando templum.ps.126.Et ſcribendo parabolas.Prouerbi.1.a.Tria quoq; eius nomina competunt Chriſto: Salomon.i.pacificus: Idida.i.dilectus: Coeleth.i. Eccl'ſtes ſeu concionator.

Amb.ſ.Luc.3. — Populus chriſtian.

Salomon natus è Dauid & Bethſabe, typum tenet chriſtiani populi ex gentili populo prodeuntis.Matth.1.a.

*Salphaad.*

Ori.ſ.num.ho.22. Amb.exhor. ad virgi.& epiſt.16. — Bene operãs per ſenſus. Carens verbo veritatis.

SAlphaad.i.vmbra in ore eius: vir de tribu Iuda, qui ſolum filias genuit: typus eſt eorum, qui parum valent intellectu, ſed operantur bona per ſenſus. Nume.27.a. Vel interpretatur oris obumbratio: & deſignat eos, in quorum ore non eſt verbum, nec in ſermone veritas. Vel deſignat vmbram futuræ hæreditatis in Chriſto.

*Salſugo, uide Sal.*

*Saltare, Tripudium,*

Ori.ſ.Mat.cap.14. Baſi.ſ.ps.29. Hila.1.Matt.cão.11. Amb.2.de pœni.6. — Bene operari & proficere.

SAltare eſt tripudiare, quaſiq; frequenti ſaltu exilire.

Eſt bona quædam ſaltatio: qualis fuit Dauid ante arcam.2.reg.6.c. Et ſaltare ad cantum tibiæ eſt apte operari ad verba & exhortationes prophetarum: & ad anteriora ſe extẽdere. Eſther.8.d.Matth.11.b.Luc.7.e.Philip.3.c.

Ori.ſ.Mat.cap.14. Amb.ſer.65. Hilá.ſ. Mat.cão.14. — Motus Iudeorum in Chriſtum. Promptitudo ad illecebras. Dęmones exultãtes in obſtinatis.

Saltatio filiæ Herodiadis ſignificat motus ad peruerſa dogmata, habentes ſpeciem veritatis. His motibus ſaltant Iudæi: vnde & ſaltatrix illa typus eſt ſynagogæ, quæ Chriſtum occidit, vt illa Ioannem.Mat.14.a. Deſignat etiam illa ſaltatio promptitudinem ad illecebras.

Saltant piloſi in domibus Babylonis, hoc eſt dæmones in obſtinatis, aut hæreticis. Iſa.13.d.

*Saltus, uide Nemus.*

*Saluare, Saluator, Salus, Salutaris, Soſpes.*

SAluare eſt à periculo liberare, aut incolumen reddere: & ſalus eſt incolumitas: & ſaluus eſt ſanus. Salutare autem eſt, quod eſt ſalubre: quod videlicet ſalutem affert: & ſaluator qui ſaluat. Saluare quoq; eſt adiuuare.1.Reg.10.d.Num ſaluare nos poterit iſte? Protegere. Deute.29.c.Populus qui in ea eſt ſaluabitur. Exaudire.2.Reg.22.d.Clamabunt, & non erit qui ſaluet. Glorificare.Iob.36.a.Sed non ſaluat impios. Vincere.1.Reg.17.g.Nec in haſta ſaluat dominus. Salus autem eſt auxilium.1.Reg.11.c. Cras erit vobis ſalus, quum incaluerit ſol. Fœlicitas.2. Macha.1.a.Salutem dicunt fratres, qui ſunt Hieruſalem. Gloria.ps.36.Salus autem iuſtorum à domino. Lex noua.ps.73.Operatus eſt ſalutem ĩ medio terræ. Pax animi.ps.68.Exaudi me in veritate ſalutis tuæ. Proſperitas.Eſter.2.b.curam agens ſalutis Eſter. Refugiũ. Exo.13.a.Et factus eſt mihi in ſalutem. Victoria.Iudic.14.d. Dediſti in manus ſerui tui ſalutem. Vita.Gene.45.b. Pro ſalute veſtra miſit me dominus.

Gre.14.mor.19. — Deus ſaluans.

Salus bonorum dicitur Deus.Exod.15.a.ps.3.Michæ.6.c.Ipſe enim eſt ſalus noſtra, contra malum videlicet infirmitatis.Pſalm.26.Et ſaluat Deus Sion, hoc eſt, eccleſiam, vel animam.Sophoniæ.3.d.

Salus



Chriſtus. — Hila.ſ.ps.66.66. Hiero.ſ.Iſa.19.&.ſ. Eccl'tn.9. Baſi.ſ.ps.7.29.61. Gre.26.mor.31. Aug.ſ.ps.4.7.

Salus Dei dicit̃ Chr̃s, & ſaluator Dei: q̃a p ipſum nos ſaluat Deus. Et idẽ dicit̃ ſalutare Dei, & ſalutare nr̃m.gẽ.49.c.1.reg.2.a.ps.7.29.30.39.50.52.68.96.118.131.Iſa.12.19.d.33.a.45.b.46.d.49.b.51.d.62.c.63.c.Haba.3.d.Zac.9.b.Luc.2.e.Et eſt ſaluator Iſrael, ſalute æterna.Iſa.45.c. Et ſaluat Deus non in arcu &c: ſed in dño Deo: quia per Chriſtum ſaluauit genus humanũ. Hoſe.1.c.Saluat Deus de ore anguſto latiſsime eum, qui poſt iniquitatum iugum ad libertatem boni operis reducitur. Iob.13.c.19.c.36.b.39.b. Salus autem ex Iudæis eſt Chriſtus ex Iudæis. Ioan.4.c.Saluator mundi dictus eſt Ioſeph, in figuram Chriſti.Gen.41.f.Et ſaluati ſunt multi populi per Ioſeph, hoc eſt, per Chriſtum.Gen.50.d. Et ſalus Aegyptiorũ erat in manu Ioſeph, hoc eſt, Chriſti.Gen.47.f. Vir pauper ſaluans ciuitatem eſt Chriſtus.Eccl'tæ.9.d.

Apoſtoli. — Hie.ſ.Abdi.

Saluatores dicuntur apoſtoli, qui nomen Chriſti aſſumunt: ſicut etiam dicuntur lux mundi: quod propriè cõpetit Chro. Abdi.g. dicuntur autẽ ſaluatores propter eos, quos cõuerterunt.

Paſsio Chriſti. — Baſi.ſ.ps.115.

Salutaris calix, eſt calix paſsionis Chriſti & laborum.ps.115.quia operatus eſt ſalutem generi humano: & eſt ſalutaris Chriſtum imitantibus.

Redemptio Iudæorum & gentium. — Hiero.ſ.Iſa.49.&.ſ. Eze.16. Aug.epiſt.120. Ori.ſ. Luc.ho.36.& ſ.Iere.ho.2.3. Hie.ſ.Iſa.31.63.66. Gre.ſ.1.reg 14.

Salus in anima eſt liberatio & emundatio à peccatis: & ſalutis dies ſunt dies redemptionis p Chr̃m factæ.Iſa.iæ.49.c.Et hæc ſalus eſt promiſſa in nouo teſtamẽto.ps.21.Lucę.17.g.Reſaluare animam eſt eam, quæ poſt ſalutem lapſa eſt ad ſalutem reuocare. Ieremiæ.50.b.51.a.e. Et ſalui fiunt per gratiam & fidem.Ephe.2.a.In ſalutem lauatur, qui accipit gratiam in baptiſmo. Ezech.16.a.Iob.5.a.Salus filiorum Iacob, pro qua miſſus erat Ioſeph, deſignat ſalutem populi Iudæorum. Geneſ.45.b. Et hanc ſalutem prædicauit Chriſtus.Iſaiæ.52.b.Et ſaluati ex Iudæis fuerunt diſcipuli Chriſti.Iſa.66.f.Saluat dominus Iſrael in die gratiæ, hoc eſt, tempore paſſionis.1.Regum.14.a.Et ſaluat de ore leonis.Et ſaluat timentes ſe.Pſalm.21.137.144.Saluari vnam turmam Iacob, eſt ſaluari vnam partem Iudæorum.Gene.32.b.Et ſaluati de domo Iacob, ſunt credentes ex Iudęis: ad quos non legatus, nec angelus eſt miſſus: ſed Deus factus homo.Iſa.10.c.63.c.Iere.31.b.

Hie.ſ.Iſa.26.

Salutes dicuntur opera digna miſericordia Dei.Iſa.26.d.

Liberatio Iudæorũ & gentilium. — Arno.ſ.ps.35. Hie.ſ.Iſa.49. Aug.ſ ps.19.137. Gre.6.mor.15.

Saluat Deus homines & iumenta, hoc eſt, Iudæos & gentiles.ps.35. Et ſaluatur captum à forti, quum gentiles, qui à diabolo tenebantur, ſaluantur per Chriſtum.Iſaiæ.49.g.Iob.5.b.Et ſaluare dicitur Deus dextera ſua, quos ſaluat in aĩa ad vitam æternam: ſaluat autem ſiniſtra, quos temporaliter ſaluat.ps.137.Saluauit aũt Deus regem, quum ſuſcitauit Chriſtum.ps.19.Et ſaluauit egenum de gladio oris Iudæorum, & de manu violenti pauperem.Iob.5.c.

Saluãs De⁹ ſine meritis. — Hila.ſ.ps.55. Hie.ſ.Ioel.2.

Saluat Deus in nihil, vel pro nihilo, quos ſuſcitat ad pœnã.ps.55. Vel ſaluat pro nihilo, quos quantũuis malos, ſine labore mutat in bonum: vel nullis præcedentibus meritis.

Gloria peruerſorũ. — Gre.20.mor.23.

Salus, quæ pertranſit vt nubes, eſt peruerſorum gloria: quæ quo ſublimior eſt, eò minus habet firmitatis.Iob.30.c.

Reſurrectio Chr̃i. — Hie.ſ.Iſa.63. Hila.ſ.ps.5.

Saluauit Chriſtum dextera eius in reſurrectione: quia propria virtute ſurrexit.ps.59.97.Et ipſe ſaluauit liberando bonos, & puniendo malos.Iſa.63.b.Et ſaluauit pater filium à puſillanimitate ſpiritus, & tempeſtate: quia liberatum à paſsionis laboribus ſuſcitauit. Dicitur etiam pater virtus ſalutis eius.ps.54.139.

Hila.ſ.ps.68. Hie.ſ.Ioel.2.

Saluat dominus Sion, quum reſuſcitat corpora ſanctorum. ps.68. Et ſalutatio eſt in Sion & in Hieruſalem: quia multi ſaluati ſunt, & ſaluabuntur ex Iudęis: Vel eſt ſaluatio in eccleſia, extra quam non eſt ſalus.Ioel.2.g.

Chry.ſ.1.Cor. ho.9.

Saluus quaſi per ignem, dicitur malus.1. Cori.3.c.quia non conſumitur per ignem: vt ſalutis nomen in malum accipiatur: quia in ſupplicio perpetuò manebit. Sicut & nomen captiuitatis aliquando ſumitur in bonum.

Saluari ĩ eccleſia, aut in ſublimitate perfectionis. — Cyril.de adorati.in ſpiritu ſancto.

Saluari in mõte eſt ſaluari in eccleſia.Gen.19.d. Eſt etiam ſaluari in ſublimitate perfectionis.Saluari vero in Segor, eſt ſaluari in vita coniugali, ſiue in vita mediocri.

Prædicator malus aliquãdo ꝓdeſt bõis. — Gre.ſ.1.reg.9.

Saluans Saul populum.1.reg.9.c.deſignat prædicatorem: qui licet ſit malus, tamen aliquãdo prodeſt populo, meritis ipſius populi.

Infirma virt⁹ hominis ad ſaluandum. — Hier.ſ.Mich.6. &.ſ. Amos.2.

Non ſaluantur rex neq; gigas, nec equus in virtute ſua.ps.32. quia ſalus hominis dicitur vana: quum homo inutilis ſit ad ſaluandum.ps.59. Et non ſaluat Aſſur Iſraelem, hoc eſt, diabolus.Hoſe.14.b.Et non ſaluat apprehendens hæreticus: quia non inuenit ſalutem in ſuis erroribus.Mich.6.c.Et non eſt ſalus in filijs hominum.ps.145.Et non ſaluat rex neq; princeps, relinquente Deo. Hoſe.13.c.Non ſaluat animã ſuam robuſtus, quum non poteſt effugere iram Dei. Sic neq; velox pedibus, nec aſcenſor equi. Amos.2.d. Sed nec Deus ſaluat impios.Iob.36.c.

*Salutaris hoſtia, uide Sacrificium.*

*Salutare, Salutatio.*

SAlutatio eſt alicuĩ ſalutem dicere, viſitare, ac colloqui: vnde ſalutatio.

Charitas vtriuſq; poopuli.

Salutantes ſe mutuò Moſes & Iethro, deſignarunt mutuam charitatem vtriuſq; populi fidem amplectentis.Exo.18.b.

cc Salutãtes

Gre.ſ.1.reg.10. — Annunciantes ſalutem æternam.

Salutātes tres viri Saulē.1.reg.10.a. deſignāt viros magnos,q̨ minoribus bona ſalutis æternæ annuntiant:quæ ſalutatio fit inclinato capite,hoc eſt,è ſublimi contemplatione deſcendendo.

Amb.ſ.Luc.10. Aug.de ſanctis.ſermo.41. Gre.ho.17. Aup.2.ſ.nu.19. — Tollere obſtacula prædicationis. Prædicare euangelium ex occaſione.

Neminē ſalutare in via,eſt impediendæ deuotionis obſtaculū abolere:vt quādo diuina mādant,ſequeſtrent humana.Mat.10.b.Luc.10.a.4.reg.4.e.Vel ſalutare ĩ via eſt per occaſionē ſalutem annunciare.Salutem autem annuntiare eſt euangelium prędicare.Debent ergo prædicare per dilectionē,non per occaſionem:vt non quęrant quæ ſua ſunt,ſed quæ Ieſu Chriſti. Qui ergo non amore æternæ patriæ ſed præmiorum ambitu ſalutem audientibus prædicant, quaſi in itinere ſalutant:quia ex occaſione, non ex intentione ſalutem audientibus exoptant. Salutant etiam per viam, qui verbum Dei,quod ore decātant,auditoribus proficere non deſiderāt.

## Sama.

SAma.i.audiens:frater Dauid:qui non fuit electus in regem.1.reg.16.b.Typus eſt humiliū & obedientiū ſed imperitorū.Non eligiſ in regem:quia humiles imperiti non debēt fieri p̄lati.

## Samaria, Samaritanus.

SAmaria.i.cuſtodia,vel adamas,aut vepres,vel ſpina ſeu,fæx eius: Nomen mōtis in tribu Ephraim:vbi conſtructa eſt ciuitas eiuſdem nominis:quæ fuit metropolis decē tribuū.Ibi reges Iſrael fuerunt idololatrę. Poſt tranſlationē autem Iſrael in captiuitatē,culta fuit à gentilibus,qui ſimul legem Moſis amplectebanſ.Inde Samaritanus,qui interpretatur cuſtos.

Ori.ſ.Luc.ho.34. Amb.ſ.Luc.10. Aug.ſ.Ioan.trac.43 — Chriſtus.

Samaritanus,hoc eſt,cuſtos propriè dicitur Chriſtus: qui curauit genus humanū, quod inciderat in latrones.Luc.10.f.p̄s.114.Ideo non negauit ſe Samaritanum, quando Iudæi illud obiecerunt ei conuicium.Ioan,8.e.

Hie.ſ.Iere.31. — Apoſtoli.

Samaria etiam,hoc eſt,cuſtodia:& Samaritani cuſtodes dicuntur apoſtoli & apoſtolici viri.Ieremiæ.31.a.

Tert.aduer.Iudæos Augu.83.a.64.&.ſ.Ioan.trac.15. Ambro.ſer.31.& de Iſaac.4. — Gentilitas. Idololatria. Eccleſia ex gētibus.

Samaria præterea gentilitatis typus eſſe poteſt:& etiam idololatrię:& Samaritana mulier deſignat ipſos idololatras.Iſa.8.a.Ioan.4.a.Samaritana etiam mulier dici poteſt eccleſia ex gentibus.Nam & Samaritani alienigenæ erāt.vnde & de leproſo Samaritano curato dixit dn̄s.Luc.17.d.Non eſt inuentus qui rediret,& daret gloriam Deo,niſi hic alienigena.

Hie.ſ.Iſa.2.8. Ori.ſ.Iſa.ho.8. Hila.ſ.Matt.cāo.10 Rupert.ſ.Hoſe.7.& ſ.Abdi. — Hæretici. Hæreſiarchæ. Populus Iudæorum

Samaria in typū hæreticorū poni ſolet:q̨ promittūt verba diuina q̄ nō habēt.Eius principiū fuit diuiſio & ſchiſma populi:quia ſepararūt ſe decē tribus à tribu Iuda:vt hęretici ſeparanſ ab eccleſia.Et vt oſtendaſ grauitas iniquitatis Hieruſalē:diciſ Samaria eſſe ſoror eius,& ſoror maior,q̨a prius peccauit.Iſa.8.a.9.b.10.b.Eze.16.f.Hoſe.8.b.10.b.14.a. Amos.3.e.6.a.8.d.Abdi.g.Mich.1.a.Mat.10.a.Luc.14.c.Et rex Samariæ typus eſt hęreſiarchę.2.Par.20.g.Sumiſ etiā ꝓ populo Iudæorū:& p̄cipue ꝓ principibus:& reuelata diciſ eſſe malitia eorū,quādo occiderūt Chr̄m volentē eos ſanare.Hoſe.7.a. Sumiſ etiā pro ipſo vulgo decepto à principibus. Abdi.g.

## Sambuca.

Lyra.ſ.Dani.3.

SAmbuca eſt inſtrumenti muſici genus, quod erat triangulū: quod ex inæqualibus lōgitudine ſicut & craſſitudine neruis conſtat.Dani.3.b.Aliqui vero volunt eſſe fiſtulā carneam.

## Samgar.

Ori.ſ.Iudi.ho.4. — Iudices boni.

SAmgar.i.aduena:fuit iudex Iſrael, qui percuſſit hoſtes vomere.Iudi.3.d.Typus eſt iudicum qui in hac peregrinatione percutiunt errantes moderata correctione.

## Samium.

Hie.ſ.Iſa.45. — Homo fragilis.

SAmium eſt vaſis genus,à Samo inſula dictum. Erat vas terreū & fragile.Teſta de Samijs terræ.Iſa.45.b.deſignat hominem fragilem & terreum:quales ſunt cæteri homines.

## Samſon.

SAmſon.i.ſol eius vel eorum, aut nominis iteratio vel ſecundatio, ſiue mutatio, vel nomen dormientis,aut ibi dormiens:filius Manue.Fuit Iudex Iſrael,qui perſecutus eſt Philiſtæos, à quibus,inſidijs Dalilæ concubinę, quę eum totondit,captus,& exoculatus eſt,& irriſus:quorum maximam multitudinem ſecum interfecit in templo Dagon.Iudi.14.15.16.

Ori.ſ.Mat.ho.35. Ambr.2.de ſpū ſancto prologo. Hie.Euagrio.& aduer.Iouinian. Aug.ſ.p̄s.80.107. Gre.ho.21. Hie.ſ.Iob.12. — Chriſtus.

Samſon ſolet eſſe typus Chriſti.Et vt occidit leonē,eſt Chrſtus cōuertens gentiles.Et vt ingreſſus eſt ad meretricē,eſt Chr̄s veniens ad gētes.Idem ligatus & illuſus &c. eſt Chr̄s à Iudęis illuſus.Et vt Samſon multo plures occidit in morte,q̄; viuens,manifeſtè oſtendit excellentiam victoriæ Chriſti in morte habitæ de dæmonibus & cæteris hoſtibus. Et vt obſeſſus in ciuitate Gazę ſurrexit media nocte, & tulit portas ciuitatis, eſt Chr̄s reſurgens ex mortuis.Et vt Samſon fuit fortis & infirmus,ita Chriſtus apparuit fortis & infirmus.Vel ipſa eccleſia,quæ eſt corpus Chr̄i,habet fortes & infirmos.In Samſon etiā, qui leonē tenuit & occidit,& in ore mortui leonis fauū mellis inuenit,ſignificatū eſt,ꝙ in ſuperbis,in quorum ore putor fuerat blaſphemię, eſſet poſtmodum dulcedo laudis,& gratiæ Dei.Et vt ille Samſon ſitiens de molari dente aſini, inuocato Deo,aquā eduxit,vt biberet: ita & Chriſtus de immundo & duro gentium populo fide cre-



fide credentium, tanq̄; refrigerij poculo ſaturatus eſt.Maxilla quoq; eiuſdē aſini, de cuius molari aquæ copioſæ effluxerāt: occidit mille viros. In maxillis & dētibus,oris eloquiū intelligiſ. Doctrina igitur eorū,qui ex gentibus crediderūt,perfecto quodā numero finiſ.Sāſon vero hoſtes ſuos atq; aduerſarios tribus modis interfecit,& occidit: dū alij non credēdo pereūt:alij vero credēdo fidei moriunſ p̄ctō.Opus hoc maxillę eleuatio appellaſ.Ita enim doctrina & p̄dicatio euāgelij magnificata ſuper eſt omnē terrā,vt eam oēs gentes vbiq; eleuatā mirenſ. In illis ergo vulpibus figuratū eſt,vt p doloſos & ſanæ fidei inimicos,quorū principatus in caudis eſt, pars poſt tergum relicta,pars circa fructus Chriſto aduerſantium vaſtaretur.

Doctores. — Ori.ſ.cant.ho.4. Aug.ſ.p̄s.80.

Sāſon capiēs vulpes ſignificare poteſt bonū doctorē reuincentē hæreticos.Iudi.15.b.

## Samuel.

SAmuel.i.poſtulatus à Deo,aut nomen eius à Deo,vel vbi ipſe Deus: leuites filius Elcana & Annæ prius ſterilis.Fuit dedicatus Deo,& Nazaręus,& propheta inſignis:qui poſt mortem Eli iudicauit filios Iſrael.

Chriſtus. — Dyril.cont.Iulia.8.

Samuel offerens ſacrificia agnorū,& ſuperās hoſtes ſine prælio typus eſt Chr̄i.1.reg.7.c.

Ioannes Baptiſta. — Gre.ſ.1.reg.16.

Samuel veniens ad vngendum Dauid regem, typus eſſe poteſt Ioannis Baptiſtæ Chriſtum pręnunciantis.1.Reg.16.a.

Bonus prælatus. — Gre.ſ.1.reg.7.

Samuel iudicās Iſrael typus eſſe poteſt boni pręlati ſeculari faſtu carentis.1.reg.7.c.8.a.

Prędicatores & prophetæ ex gentibus. Præcedens bona fama prædicationem. Perfectus non affectibus vacans. — Gre.ſ.1.re.1.2.rā.16. Philo.de temulent.

Samuel vt interpretaſ nomen eius à Deo, deſignat nouū ordinē prædicatorū & prophetarū ex gētibus,quorū veneratio dat illis nomē Dei.1.reg.1.c.2.e.16.a.Sic dixit Deus Moſi. Exó.7.a.Poſuite Deū Pharaonis.Et.Exo.22.d.Dijs non detrahes.Erat prius puer:quia principia conuerſionis ſemper ſunt parua.Vt autem oſtendit ſe innocentem anteq̄; reprehenderet populum, deſignat prædicatorē prius debere lucere per bonam famam, q̄; prædicet.1.reg.12.a. Vt autem fuit ordinatus à Deo,nec bibit vinum,typus eſt perfecti non vacantis affectibus.

Prophetia peccatū reprehendens. Verbum Dei. — Gre.ſ.1.reg.13. Rup.ſ.1.reg.1.

Samuel veniens poſtq̄; ſacrificauit Saul,figura eſt ſermonis prophetici peccatum reprehendentis:qui etiam venit,ne peccemus.1.reg.13.b.Ipſe abiecit Saulis regnum, & inſtituit Dauid, deſignans verbum Dei,quo mediante tollitur regnum peccati,& firmatur regnum iuſtitiæ.

Opera perfecta contemplationis & gr̄æ — Ori.ſ.1.reg.ho.1.

Samuel filius Annæ,hoc eſt,gratiæ,typus eſt perfectorum operum contēplationis:vnde genitus eſt poſt filios Phenennę:quia opera perfecta gratiæ & contemplationis non gignuntur,niſi præcedentibus actiuæ vitæ & conuerſionis operibus.1.reg.1.c.

Diaconorū ordo. — Hie.ſ.p̄s.98.

Samuel etiā leuitici ordinis typū gerit.p̄s.98.Samuel inter eos,qui inuocant nomen eius.

## Sanaballat.

Diabolus. Hæretici. — Glo.ordi.ſ.Nehe.4.

SAnaballat.i.rubus in abſcondito,vel in inuolutione:princeps eorum,qui impediebant recōſtructionem templi & Hieruſalem.Nehe.2.d.4.a.Manifeſtè typus eſt diaboli ſpirituale ædificium eccleſiæ impedientis.Deſignare etiam poteſt hæreticos.

## Sanare, Curare, Sanus, Sanitas, Inſanabilis.

SAnus dicitur integer,& incorruptus,ac bene ſe habens,incolumis,& ſalubris.Sanare autem eſt ſanum facere,redintegrare,& incolumitati reſtituere:quod & curare dicitur. Cōſiſtit autem ſanitas corporis in quatuor principalium humorum debita proportione.

Bona diſpoſitio mētis. Integritas à peccato — Baſi.q. Deus nō eſt cauſa mali. Hie.ſ. Eccl'tn.3.&.ſ. Iſa.1.19. Ori.Iere.ho.2. Gre.ſ.1.reg.6.&.ſ.mor.34.&.ſ.p̄s.6. Aug.ſ.p̄s.59.&.ſ.Ioan.tract.17. Rup.ſ.Hoſe.7. Ricar.de.ſ.victo.de ſtat.interi.hoī.34.

Sanitas in anima eſt bona mentis diſpoſitio, & integritas à peccato: quam ſanitatem infert Deus,qui ſanator dicitur.Exo.15.d.p̄s.6.29.59. Eccl'tæ.3.a.Iſai.6.c.Iere.3.g.17.b.Et ſanatum vlcus eſt peccatum ab anima deletum.Leui.13.c.Hæc ſanitas non erat in Iudæis. Iſa.1.b.Sanata vero filia Chananęæ, deſignat liberationem animæ à peccato.Matthæ.15.c.Sanat autem Deus contritos corde,hoc eſt,pœnitentes:qui & omnes infirmitates ſanare dicitur: quia aut omnia peccata remittit,aut nullum.p̄s.59.103.146.Iſa.19.d.Ioann.5.a.7.c.Non ſanata Babylon,deſignat peccatorem corrigenti non obtemperantem, in eiſdem permanere peccatis.Iere.51.a.Eze.34.a.Sanatus Ezechias à vulnere,deſignat curationem à peccato Iſa.38.d.39.a. Curari reddendo debitum pro peccato,eſt à vitijs mundari: & tunc quaſi quis ſanatur, quum perfuſæ indulgentiæ gratiam,magnitudo doloris de pœnitentis afflicta mente remouetur.1.reg.6.a.Sanat autem Deus contritiones,quum liberat à peccatis.Hoſe.7.a.14.c.Iob.34.b.Sani quoq; dicūtur, qui integram habent fidem, nulla hæreſi maculatam. Tit.1.c.Sanitas autem cordis eſt,vbi non eſt inuidia.Pro.14.d. Conſiſtit ſanitas cordis in debita proportione quatuor affectuum,nempe amoris & odij,gaudij & triſtitiæ.

Caro non obtemperans ſpiritui. — Ori.ſ.p̄s.37.ho.1. Baſi.&.Aug.ſ.p̄s.37

Sanitas carnis eſt, quum caro eſt fortis aduerſus ſpiritum: & tunc non eſt ſanitas in carne, quum affligitur,vt obtemperet ſpiritui.Vel non eſt ſanitas in carne,quamdiu dolores & mortē pati poteſt.p̄s.37.

Roborat.virt.ad o. — Beda.ſ.pro.3.

Sanitas vmbilici,eſt roboratio infirmæ virtutis ad bene operandum.Pro.3.b.

Mundicies cogitanum. — Hie.ſ.Eccl'tn.10.

Sanitas requieſcere faciens peccata maxima eſt mundities cogitationum,quæ non progrediuur ad prauam operationem.Eccl'tæ.10.a.

Bonus ſtatus plebis — Glo.ord.ſ.apo.22.

Sanitas dicitur ſtatus bonus plebis.Apo.22.a.Et folia ligni ad ſanitatem gentium.Sanata eſt

enim multitudo gentium verbis Chriſti.

Hie.ſ.Iſa.57. Aug.ſ. ps.28. — Reſurrectio Chriſti

Sanaſſe dicitur Deus Chriſtum,quando ipſum à mortuis ſuſcitauit.Iſa.57.d.ps.28.

Ori.ſ.Matt.ho.7. Amb.ſ.Luc.9.&.1. de ſpūſſancto.7. Tertu.de baptiſmo. Hie.ſ.Eze.47. — Mundatio per baptiſmum.

Sanauit Chriſtus turbas trans Iordanem:vt deſignetur oīa peccata in baptiſmo deleri. Prius autem ſanat,q̄; det cibum ſpiritualem:qui cibus debet dari habētibus ſalutem,vt reficiat.Matthæ.14.b.Luc.9.a..Liuore autem Chriſti ſanati ſumus.Iſa.53.b.Sanabatur autem vnus in piſcina,hoc eſt,in ſacramentis & baptiſmo:quia per vnitatem fidei eccleſiæ.Ioann.5.a. Et ſanantur aquę maris aduenjente torrente.Eze.47.b.quando peccatores per baptiſmum & doctrinā euāgelicam mundantur.

Hie.ſ.Iſa.30. Aug ſ.ps.146. — Reſurrectio ſctōrū.

Sanabit Deus percuſsionem plagæ populi ſui,in reſurrectione videlicet,quando mortui reſurgent incorrupti.Iſa.30.f.57.d. Tunc etiam ſanabit contritos corde.ps.146.quia vera ſanitas erit in patria.Nam hic alligatio tantum eſt cōtritionum.

Gre.6.mor.18. — Percutit Deus vt ſanet.

Sanare dr̄ Deus percutiendo:quia corda nr̄a quę prius male ſana ſunt,quū nullo Dei amore ſociętur: quū peregrinationis ſuæ ærūnam non ſentiūt, quū erga infirmitatē proximi,nec quā libet minimo affectu lāgueſcunt.Sed vulnerātur vt ſanent: quia amoris ſui ſpiculis inſenſibiles mētes Deus percutit:moxq; eas ſenſibiles per ardorē charitatis reddit.Deut.32.f.Iob.5.c.Curatio aūt in medicaminibus cōſiſtit in triplici cōminatione.Cōminatio correptionis,de qua dicitur.Quem diligit Deus caſtigat.Cōminatio reprobationis,de qua dicitur. Cui vult miſeret,& quem vult indurat. Cōminatio dānationis, de qua ſcribitur.Tunc dicet ijs,qui à ſiniſtris erūt. Ite malidicti in ignem æternum.De his.Iſa.1.b.Non eſt ſanata medicamine.

Ricar.de.ſ.victo de ſtatu.inte.hoīs.47.

Glo.ordi.ſ.gen.20. Rup.6.ſ.gen.16. — Curatio principum mundi & gentilitatis orāte Chriſto.

Sanauit Deus Abimelech,orāte Abrahā.Gen.20.d.quia orāte filio prēm,ſanat infœcūditas mundanorū principum, & ſubditorum populorū. Deſignatur etiam ſanata ſterilitas gētilitatis.

Ori.ſ.Matt.cap.14. Hil.ſ.Mat.cāo.11.14 Aug.cot. Fulgentiū Glo.ord.ſ.4.reg.1. Hie.ſ.Hoſe.11. — Curans Chriſtus gētes & Iudæos.

Curauit Ieſus languidos,hoc eſt,gentiles ad ſe venientes:& etiam infideles ex Iudæis.Matt.14.b.Idem curās dæmoniacum cæcum,deſignauit curationē gentiliū.Matt.12.b.Dicuntur aūt aliquādo ſanari etiam inanimata.Vt ſanauit Deus aquas ſteriles Hierico,quādo reddidit gentiles bonorum operum fœcundos.4.Reg.2.d. Curabat etiam Deus Ephraim,portās eum in brachijs,quādo Chriſtus peccata noſtra portauit in cruce. Hoſe.11.b. Vnde & ſanitas dicitur eſſe in pennis Chriſti:quia portauit in humeris timentes ſe.Malach.4.b.

Hila.ſ.Mat.cāo.8. — Integritas fidei.

Sanari puerum verbo,eſt fide ſalutem acquirrere.Mat.8.a.Et ſanari domū leproſam, & etiā ſeminifluum,eſt hæreticos ad integritatē fidei reſtitui.Leui.14.g.15.b.Vnde & ſana verba ſunt verba ſynceræ fidei.2.Timot.1.c.

Ori.ſ.Ioſu.ho.6. — Deleri habit⁹ vitiorum.

Sanari poſt circuncisionem,eſt prauos vitiorum habitus penitus aboleri.Ioſu.5.c.Vnde qui ſic ſanati ſunt,merito faciunt paſcha.

Cyril.2.ſ.Ioan.125. — Lex vet.vni po.coll.

Sanabatur vnus in probatica piſcina:quia lex vetus vni tantū populo collata erat.Ioā.5.a.

Hila.ſ.Mat.cāo.9. — Gētiles præcedētes fide Iudæos.

Sanata mulier Aemorrhouſa priusq̄; filia principis.Matt.9.c. Deſignat gentiles & publicanos in regno fidei & eccleſiæ præcedere Iudæos.

Hie.ſ.Hoſe.5. Cyril.7.ſ.Ioan.5. — Diabolus non ſanās animas.

Sanare ęgrotos ab infirmitatibus animi nō poteſt rex vltor,hoc eſt,diabolus.Hoſe.5.d.Eze.34.a.Sic non ſanat quod contritum eſt paſtor ſtultus.Zach.11.d.quia lapſos in ęgritudinem animæ ad ſanitatem per pœnitentiam nec diabolus,nec mali paſtores reuocant.

Fouere vitia.

Curare dicūtur cum ignominia,q̄ fouent vitia:& qui leui pœnitētia vitā promittūt.Ier.6.d.

Hie.ſ.Titum.1. — Doctrina ſalubris & ſine errore.

Sana doctrina dicitur ſalubris,quę videlicet ſalutem animæ affert: dicitur etiam ſana doctrina,quæ nullo errore maculata eſt:& etiam ſani ſermones.1.Titum.1.

Hie.ſ.Iſa.14. — Deus ſol⁹ curat peccata.

Inſanabilis plaga dicitur,quā infert diabolus:quia ipſe non emendare vult,ſed occidere.Iſai.14.b.Ierem.15.d.Dicitur quoq; inſanabilis plaga Hieruſalem:quia nemo poteſt curare plagam peccati,niſi ipſe Deus.Iere.30.b.

Rup.13.victo. verbi Dei.10.

Sanata dicitur plaga mortis beſtiæ. Apoca.13.a.quia diabolus eiectus adhuc ſuperbit,& ſe adorari contendit.

## *Sancire, Sanctus, Sanctitas,*

Sancire eſt aliquid ſanctum,vel conſecratum facere,&firmum ac ratum conſtituere.Sanctū autem dicitur,quod omni obſeruatione inuiolatum eſt:& mundum,& purificatum,atq; expiatū.Sāctus item cœleſtis.ps.23.Quis ſtabit in loco ſancto eius.Excelſus. Leuiti.20.a.Polluerit nomen ſanctum meum. Conſecratus. Exodi.3.a. Locus in quo ſtas, terra ſancta eſt. Fidelis.1.reg.21.b.Fuerunt vaſa puerorum ſancta.Mundus.Leui.20.b.Sanctificamini,& eſtote ſancti.Sanctificatus. Leuit.21.a.Sancti erunt Deo ſuo.Selectus.Deut.7.a.Populus ſanctus es domino Deo tuo.Solemnis. Exo.12.c.Dies prima erit ſancta & ſolemnis.

Glo.int.ſ.Iſa.40. Hie.ſ.Amos.4. — Deus ſanctus.

Sanctitas principaliter attribuitur Deo, à quo eſt omnis ſanctitas: de quo dicitur.1.reg.2.a. Non eſt ſanctus,vt eſt dominus.ps.29.144.Et quū dicitur ſanctus abſolutē,ſumitꝰ ꝑ Deo,q̄ eſt ſingulariter ſanctus.Iſa. 40.f.Iob.6.a.In ſancto aūt ſuo iurat dn̄s: quādo iurat ī ſemetipſo, vel in filio:vel in tēplo,vel in om̄i,qui ſanctus eſt,& appellatur templum Dei.Amos.4.a.

Hier.ſ.Iſa.29.52.63. &.ſ.Iere.1. Arno.ſ.ps.59. Amb.apolo.Dauid.11.&.ſ.Luc.1. — Chriſtus ſanctus.

Sāctus quoq; dicitur Chr̄s:& ſāct⁹ Iſrael:& ſanctus Iacob.Iſa.5.f.10.d.29.g.30.c.54.b.Et dr̄ ſanctū brachium Dei.Iſa.52.c.Et ſanctus,in quo loquutus eſt dn̄s,eſt ꝓprie ipſe Chriſtus:licet etiam dici poſſit de Moſe,& de Iacob.ps.59.62.67.76. Interdum autem ſanctus Iſrael dicitur de patre



de patre.Iſa.43.c.47.b.49.c.52.a.Hoſe.11.b.Et ſanctum dn̄o,& ſanctus Dei dicitur de Chriſto.Luc.1.d.2.d.Iſa.63.c.Haba.3.a.Sancta quoq; via eſt Chr̄s.Iſa.35.c.Et ipſe dicitꝰ ſanctus ſanctorum.Dani.9.g.Sanctificauit autē Deus Ieremiā in typum Chri.Ier.1.a. Sanctum quoq; nomē Dei peculiariter dicitur Chr̄s:& demū quicquid de Deo rectē intelligimus.ps.32. Iſa.27.c.

Aug ſ.ps.59. Glo.ord.ſ ps.32.

Humanitas Chriſti. Corpus hominis. Anima pura. Eccleſia. Cœlum. Paradiſus. Euchariſtia. — Arn.& Hila.ſ.ps.64. Ori.ſ. Leui.ho.13.& ſ.Ioſue.ho.6. Glō ord.ſ. Sopho.3. Lyra.ſ.Sopho.3.

Sanctū tēplum & ſanctus locus interdū dicitur humanitas Chri, & etiā corpus hominis: & anima pura:& eccleſia.ps.23.64.67.Exo.29.e. Leui.6.7.a.10.b.14.b.24.c.Ioſue.5.d.Mat.24.b.Sāctus mons de eiſdem dicitur.Iſa.27.d.57.c.65.b.Ioel.3.d. Sopho.3.c.Et ſanctū habitaculū Dei dicitur:quia Deus nō habitat,niſi in ſanctis.Iſa.63.d. Sanctū quoq;, in quo habitat Deus, eſt cœlum,& paradiſus.Eze.28.d.Ioel.2.a.Abdi.f. Sanctū etiā aliquādo ſumitꝰ pro ſacramento euchariſtiæ:quod ſanctum polluunt mali ſacerdotes:qui etiam polluunt templū.Soph.3.a.

Dogmata veritatis. Confeſsio trinitatis. Vtrūq; teſtamentū. — Hie.ſ.Iſa.56. &.ſ.Zachar.8. Aug. q. in Exo.112.

Sanctus mons quandoq; ſignificat dogmata veritatis,& trinitatis confeſſionem: & etiām ipſum dominum.Iſa.56.b.Zach.8.a.Sanctum quoq; dicitur vetus teſtamētum,intra quod eſt ſanctum ſanctorum, hoc eſt,nouum teſtamentum.

Pertinens ad ius ſacerdotum. Coorpus Chriſti. Verbum Dei. Chriſtus. Gloria æterna. — Ori.ſ.Leui. ho.5.13. Hier. de veſte ſacer.&.ſ. Eze.41. Iſych.ſ.Leui.24.

Sanctum ſanctorū videbatur eſſe,quod pertinebat ad ius ſacerdotū:vt ſanctum ſolum ſit ius leuitarū.Eze.48.b.Sāctum quoq; ſanctorum erāt panes propoſitionis, deſignātes corpus Chriſti,& verbum Dei,& ipſum Chriſtū.Poteſt etiā ſanctum ſanctorum æternā gloriam, & ipſum cœlum ſignificare.Exo.26.g.29.f.30.b.40.c.Leui.6.d.7.a.10.c.14.b.24.b.Sancta etiā requies eſt,quę ad æternā gloriam pertinet.Exo.31.d.In deſcriptione tabernaculi dicuntur ſancta ſanctorum,plurali numero.In Ezech.41.a.ſanctum ſanctorū numero ſingulari:vt poſt ſancta veniamus ad ſanctum:quomodo poſt multa cantica peruenimus ad canticum canticorum:quod omnium carminum carmen eſt:& quod canentes,ſponſi copulamur amplexibus. Eze.43.d.

Gre.ſ.1.reg.14.

Sanctitatem petens Saul pro culpa populi.1. Reg.14.f.deſignat prælatos ſubditorum culpas ad hoc tantum appetere ſcire:vt pro ijs,quos inueniunt praua agere,orātes, eos ad veniam per lamenta perducant.

Vouentes ſe Deo. Mundi à peccato. — Ori.ſ.Leuit.ho.11.& ſ.num.ho.24. Hie.ſ.Zach.9.

Sanctus vir eſt ſegregatus ab omnibus mundanis,& Deo cōſecratus:vt ſunt, qui ſe vouerūt Deo,& hoc eſt pſallere Deo.ps.29.115.131.Iſa.4.a.Exo.22.d.Leui.11.g.Et ſancti lapides ſunt fideles.Zac.9.d.Et ſanctificatum vas eſt exiſtens ſine peccato.2.Timot.2.

Apoſtoli & ꝑdicatores. Prælati. — Gre.ſ.1.reg.2. Arno.ſ ps.49. Hie.ſ ps.86.

Sancti etiam dicuntur peculiariter apoſtoli,& doctores,prędicatores,& prælati.1.Reg.2.b. ps.49.Sancti etiam montes dicuntur apoſtoli.ps.86.

Angeli. — Glo.ordi.ſ.iſa.10.

Sācti ſępe dicūtur angeli:ī q̄bus eſt ſyncera ſanctitas.Iob.15.b.Tob.3.d.Iſa.10.d.Dani.4.b.

Imago cœleſtis. — Glo.ordi.ſ.Exo.28.

Sanctum domini in fronte portare,eſt imaginem cœleſtis in mente habere.Exo.28.f.

Opera iuſtitiæ. — Glo.int.ſ.Exo.26. Hie.ſ.iſa.23.

Sancta veſtimenta ſacerdotum & etiam aliorum,deſignare poſſunt opera iuſtitiæ & ſanctitatis.Exo.28.a.Leui.16.b.Sācta quoq; merces Tyri dn̄o,eſt per bona opera.Iſa.23.d.

Initium fidei. — Glō int.ſ.Exo.12.

Sancta dies prima in feſto azymorum. Exod.12.c.deſignat initium fidei ex paſſione Chriſti in qua ſanctificatur fides.

Signum ſanctitatis.

Sancta dicitur vnctio ſacerdotum. Exo.37.d.Leui.10.b.quia eſt ſignum ſanctitatis illis infuſæ.Sic dicitur ſanctum oleum.Exo.30.d.

Præcepta. Sacramenta. Euchariſtia. — Amb.2 depœni.9. Aug.2.ſer.dn̄i ī mō. Hila.ſ.Mat.cāo.6.

Sanctum non dandum canibus.Matth.7.a.ſunt pręcepta,& promiſſa Dei,& ſacramenta,& euchariſtia:quæ non debet dari non plenè pœnitentibus.Deſignat etiām id quod integrū eſt, non dandum corruptoribus.

Sacra ſcriptura. — Hie.ſ.Zach.14.

Sancta gazophylacia ſunt ea,quæ continent ſacramenta ſcripturæ ſacræ.Eze.42.c.Sanctum quoq; frænum domino eſt ſacra ſcriptura.Zach.14.d.

Sanctificatio. — Hila.ſ.ps.55.

Sancta ſignificant aliquando ſanctificationem,quæ fit in eccleſia.ps.55.in titulo.

Iudæi. — Aug.epiſt.58.

Sancti in terra Dei dicuntur Iudæi, qui ex ſanctis deſcendunt.ps.15. Sanctificare autem voluit Deus Iudæos,quum eis Chriſtus prædicauit.Iſa.42.d.

Hæreſes. Cultus idolorum. — Hie.ſ.Iſa.16.

Sancta Moab ſunt errores hæreticorum,quos ſanctos ipſi putāt.Iſa.16.d.Et ſanctificationes Iſrael ſunt cultus verborū & errores.Et dicūtur ſanctificatio regis, & non Dei,quia Deo ſunt abominatio,& quia rex Ieroboam ſanctificauerat vitulos.Amos.7.b.

Malæ cogitationes — Arno.ſ ps.42.

Non ſancta gens dici poſſunt malæ cogitationes.ps.42.

## *Sanctificare.*

Sanctificare interdum eſt confirmare. Sophon.1.b.Sanctificauit vocatos ſuos. Innoteſcere. Mat.6.a.Luc.11.a.Sāctificetur nomen tuum.Sāctum habere.Exo.29.b.Sanctificabis eos,eleuās coram domino.Sanctum oſtendere.Eze.36.e.Sanctificabo nomen meū magnū.Mundare. Leui.6.a Qui tetigerit illa ſanctificabitur.Præparare.Ioſu.7.c.Surge ſanctifica populum.

Sanctificatio chriſti — Cyril.7.ſ.Ioan.12.

Sanctificauit pater filium,non q̄ vnq̄; ille ſanctus non fuerit:ſed quia ſanctū illū genuit atq; vt ſanct⁹ eſſet,gignendo ei dedit.Sicut enim Deus Deū immēſus, immēſum, ſic ſanctus ſanctū pater filiū genuit:& miſit in mundū:quia eum incarnari conſtituit pro ſalute hoīum. Aut ſanctificauit ſecundū hoīem,& humanam in eo naturā.i.cum ſanctitate immunitateq; & ſyncera puritate eum incarnari conſtituit pro ſalute mundi: quemadmodum angelus dixit ad ſacroſanctam virginem. Lucæ.2.d. Et quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius Dei.Et beatus

Paulus.Roma.1.a. Qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute ſecundum ſpiritum ſanctificationis. Aut demum ſanctificauit eum.i.ſanxit,& conſtituit ipſum ſacrificari,& oblationem offerri pro mundi ſalute. Nam id ſanctificari in ſcriptura plerũq; dicitur, quod tẽpli vſui deſignatũ Deo offertur,& conſecratur:quemadmodum ibi.Sanctifica mihi omne primogenitum.Sanctificare quoq; altare & tabernaculum ad ſanctificationẽ carnis Chriſti refertur. Et ipſe Chriſtus ſanctificat per Moſen ſignificatus.Exo.19.g.40.d.ps.45.

Baſi.ſ.ps.45. Cyril.4.ſ.Ioan.40.

Sanctificare Deum eſt bene operãdo illi gloriã dare,ipſumq; laudare & timere:& per bona opera facere,vt Deus ab infidelibus non blaſphemetur, ſed potius glorificetur. Et ſanctificare nomen Dei,vel ſanctum Iacob,eſt dare gloriam Chriſto.Iſa.8.c.29.g.Matth.6.b.Lucę.11.a.Et ſanctificat Deus nomen ſuum,quando ſanctificando populum ſuum, eſt occaſio vt ab ipſis benedicatur: & quando conuertuntur gentes, & remiſsionem accipiunt per nomen eius. Ezec.36.e.Sãctificatus etiam dicitur Deus ad aquas cõtradictionis:quia ſanctificatur in eis, qui baptiſmi gratiam percipiunt.Num.20.d. Et ſanctificatur in ijs,qui appropinquant ei.Leui.10.a.Et ſanctificatur in iuſtitia,quum oſtendit ſe iuſtè caſtigaſſe.Iſa.5.d. Et ſanctificatio Dei eſt pœna peccantium:qua ratione in malis ſanctificari dicitur.Ezechi.28.f.38.e.Nam in bonis ſanctificatur,quando eorum miſeretur.Ezechie.29.g.

Gre.Nyſſen.de oratione. Glo.int.ſ.Iſa.8. Aug.q.in num.36. Hie.ſ.Iſa.5,&.ſ.Ezechie.28. Iſyc.ſ.Leui.10. — Dare gloriã Deo. Sanctificatio in baptiſmo. Caſtigatio malorũ. Miſericordia Dei in bonos.

Sãctificare interdum eſt ſanctum facere:vt ſanctificans Moſes populum, deſignauit Chriſtũ per ſuum ſanguinem ſanctificantem credentes:vnde per aſperſionẽ ſanguinis ſanctificabat Moſes populum.Exo.19.b.Leui.8.f.Et ſanctificat Deus filios Iſrael,hoc eſt,fideles:quibus dicitur eſſe in ſanctificationem.Exod.31.c.Iſa.8.c.Sanctificare autem pectuſculum arietis eſt mentem mundare.Exo.29.e.Sanctificari etiam ad immolãdum eſt odium de corde proijcere:& ad audiendum prædicationis verbum intentionis puritatem prępararе.1.reg.16.b.

Iſych.ſ.Leui.8. Gre.ſ.1.reg.16. — Sanctũ faciens Deo populum.

Sãctificare interdum eſt conſecrare:vt ſanctificatio primogenitorum,quę typus erat ſanctificationis & conſecrationis ſacerdotum. Sanctificauit autem Deus primogenita in die,quo occidit primogenita Aegypti:quia quũ renunciat improbitati,aſciſcit virtus.Exo.13.a.19.d.28.f.29.d.Leu.8.b.nu.3.c.Sãctificatio quoq; Eleazar.1.reg.7.a.cõſecrationẽ ſacerdotũ deſignauit.

Amb.2.de Cain.4. Gre.ſ.1.reg.7. — Cõſecratio ſacerdotum.

Sanctificans Iob filios ſuos.Iob.1.a.deſignauit Chriſtum ſanctificantem apoſtolos. Et tam ipſi q̃; prædicatores dicuntur ſanctificati Dei:quos miſit Deus ad prædicandum.Iſa.13.a.Et dicitur Deus ſanctificaſſe vocatos ſuos,hoc eſt,*apoſtolos*.Sopho.1.b.

Gre.1.mor.22. Hie.ſ.Iſa.13.&.ſ.Sopho.1. — Apoſtoli & prædicatores.

Sanctificat Deus in die interfectionis.Iere.12.a.quia quos diligit caſtigat,& caſtigando cõuertit,& pctõ mori facit.Sãctificare quoq; dicitur Deus malos in die occiſionis:quia tũc ſctã, quę debuerãt agere,ſentiunt,quum digna prauitatis ſuæ ſupplicia iam declinare non poſſunt.

Ori.ſ.Iere.ho.8. Hie.ſ.Iere.12. Gre.17.mor.18. — Caſtigatio Dei.

Sanctificatum de terra,dicitur eccleſia ex hominibus aſſumpta.Eze.45.a. — Eccleſia.

Sanctificare dicitur Deus eum,qui interficiebat virum de Hieruſalem.Iere.22.b.quia ſecundum eius voluntatem Iudæi occidebantur.

Hie.ſ.Iere.22.

In ſanctificationem modicam dicitur fuiſſe Deus diſperſis Iſrael.Ezec.11.c.vel quia ſeruauit aliquos ab idololatria:vel quia ad breue tempus erant in proprio loco manſuri.

Hie.ſ.Eze.11.

Sãctificatio regis Tyri,quam ipſe dicitur polluiſſe.Eze.28.e.eſt ſtatus luciferi ante pctũm.

Hie.ſ.Eze.28. — Primus ſtat⁹ luciferi.

Sãctificatio Dei interdum dicitur ſanctuarium, ſeu tẽplum: quod etiam appellatur ſanctum Dei & ipſa eccleſia dicitur ſanctificatio Dei,in templo figurata.Iſa.63.d.64.d.Thre.2.e.Eze.37.g.Mala.2.c.

Glo.int.ſ.Iſa.63. — Templũ Eccleſia.

Sanctificat domum Deo,qui familiam ſuam,& cognationem,& intelligibilẽ domum in ſanctimonia conſeruare curat:vt eccleſia ſit,& appelletur: ſicut multi fidelium ſanctificabant domos ſuas.Leui.27.b.vbi intelligi poteſt ſanctificatio omnium potentiarum.

Iſych.ſ.Leui.27. — Sanctificatio potentiarum animæ.

Sanctificata non comedenda per ignorãtiam, deſignant corpus & ſanguinem Chriſti:quod non eſt comedendum,niſi diligenti pręmiſſo examine.Leui.2.b.

Iſyc.ſ.Leui.22. — Euchariſtia.

Sanctificauit Dauid aurum, argentum, & vaſa in theſauris domini.3.Reg.7.g. quum Deus eloquentes & ſapientes,& cæteros fideles illuminauit,ad conſideranda mirabilia de lege dñi. — Illuminans Deus.

Sanctificare quandoq; eſt celebrare,& dedicare: vt ſanctificatio ſabbati eſt applicatio eius ad diuina obſequia.Gen.2.a.Exo.20.b.35.a. Sãctificatum autem eſt in paſsione Chriſti & morte,in qua omnes recipimus ſanctificationem.Sanctificauit autem Deus diem quietis,non operis:vt oſtendat ſe ita beatum eſſe poſt opus,vt erat antea. Sanctificat etiam ſabbatum Dei,qui non portat onus peccati.Ezec.44.g.Iere.17.d. Sanctificata autem ſolẽnitas erit in gloria:vbi verum eſt ſabbatum,verum paſcha,& ſanctus dies domini.Iſa.30.f.58.d.

Augu.4.de gene.ad lite.17. Hie.ſ.Ezec.44.&.ſ.Iſa.30. — Dedicare ſabbatum Deo. Non portare onera peccati. Solemnitas gloriæ cœleſtis.

Sanctificatio interdũ eſt præparatio:vt ſanctificatio mõtis, in quo apparuit dominus:quod etiam erat oſtendere illum ſanctificatum.Exo.19.d.

Glo.int.ſ.Exo.19. — Præparatio.

Sanctificantes filij Iſrael dona domino.Exo.28.f.Leui.5.d.ſunt pœnitentiam agentes:ſanctificabantur autem omnia ad tabernaculum,ſeu cultum Dei ſpectantia vnguento, ſeu oleo,hoc eſt,per gratiam ſpirituſſancti.Exo.30.c.40.

Glo.int.ſ.Exo.28. — Pœnitentia.

Sãctificatur tangens ſacrificium,aut hoſtiã pro pctõ. Leui.6.c.vt deſignetur per tactũ Chriſti veram haberi ſanctificationem.Sic etiam ſanctificatur tãgens altare. Exod.29.f.30.c.vbi etiam deſignatur

Ori.ſ.Leui.ho.4. Iſych.ſ.Leui.6. — Vera ſanctificatio p Chriſtum.



deſignatur,tractãtes theologica ipſa cognitione ſanctificari. Sãctificat etiã templũ aurũ,quod in ipſo eſt:& altare donũ:hoc eſt,Chriſtus laudes & preces,quæ per ipſum offerunt. Mat.23.b.

Aug.q. in euan. 34.

Sanctificare bellum eſt contra vitia pugnare. Ioel.3.b. Sanctificat etiam bellum,quũm quis baptizatur:quia tunc aſcribitur in militiam contra ſerpentem.

Pugna contra vitia. — Ori.ſ.Ioſ.ho.8. Rup.ſ.Ioel.3.

Sanctificant mali prælium contra bonos,qui non dant quippiã in ore eorũ. Ioel.3.b. Mich.3.b.quando iudices diſtrictis ſententijs terrent iuſtos, qui non dant eis munera. Sanctificarunt etiam bellum contra Hieruſalem:qui eam ex imperio domini vaſtarunt.Iere.6.a.

Impij contra iuſtos. Deſtructio Hieruſalem. — Gre.ſ.1.reg.1. Hie.ſ.Ioel.3.&.ſ.Iere.6.

Sanctificatæ reliquiæ ſacrificij deſignant ſanctificationem Iudæorum in fine mundi, quando reliquiæ conuertentur. Exo.29.f.Iſa.6.d.

Cõuerſio Iudæorũ in fine mundi.

Sanctificari ad immolandum,quum rex deberet eligi.1.Reg.16.b. Deſignauit ad eligendum antiſtitem,ſiue ad eum vngendum,plures ſapiẽtes atq; religioſos viros debere vocari:qui tunc ſanctificantur & veniunt,quum proponunt in electione illa,nihil carnale ſequi.

Electio prælati. — Gre.ſ.1.reg.16.

Sanctificabat Iob prius filios ſuos, & poſtea pro eis ſacrificiũ offerebat. Iob.1.a.vt oſtendat ſanctificãdos prius eſſe,qui ad euchariſtiæ ſacramentũ acceſſuri ſunt:vt fiat quod ait apoſtolus.1.Cor.11.g.Probet autem ſeipſum homo. Peracto autem orbe dierũ cõuiuij,mittebat, & ſanctificabat filios:quod eſt poſt virtutum ſenſum intẽtionem cordis erigere: & omne,quod agitur, diſtricta retractationis diſcuſsione mundare ne bona æſtimentur,quæ mala ſunt.

Examen ad euchariſtiam. — Ori.ſ.Iob.1. Gre.14.mor.24.

Sanctificari domino fructus quarti anni.Leui.19.e.eſt gratias agere de omnibus.

Gratiarum actio. — Philo.de plãt.Noe.

Sanctificari dicitur populus,ſi ad ipſum non præparatũ offerant ſacrificia:non aliter,q̃; quũ ſanctum datur canibus,aut margaritæ porcis proijciũtur.Eze.46.f. Sic ſanctificant ſacerdotes populum in veſtimentis ſanctis,quãdo reuelant myſteria indignis.Eze.44.e.

Reuelare myſteria indignis. — Hie.ſ.Eze.46. Glo.int.ſ.Eze.44.

Sanctificare ieiunium eſt ſanctè ieiunare.Ioel.1.c.2.d.Et ſanctificat ſe,qui ieiunat.Zac.7.a.

Sanctè ieiunare. — Hie.ſ.Zac.7.

Sanctificata caro ſignificare poteſt doctrinam noui & veteris teſtamenti. Agge.3.c.Caro autem,quæ non ſanctificat tãgentes,eſt corpus Chriſti,quod non ſanctificat indignè ſumentes.

Doctrina vtriuſq; teſtamenti. — Hie.ſ.Agge.3.

Sanctificata dicuntur thuribula in mortibus & pœna peccatorum: quia per eos exemplũ datum eſt cæteris,vt timerent dominum.num.16.e.

Aug.q.in num.30.

Nemo ſanctificat primogenita pecorum:quia iam ſunt ſanctificata à Deo,nec alterius egent ſanctificatione.Leui.27.d.

Iſych.ſ.Leui.27.

Sãctificari dicuntur in hortis:qui voluptatibus vacãtes,mundos ſe putant.Iſa.66.e.

Glo.ord.ſ.Iſa.66.

## *Sanctuarium.*

SAnctuarium eſt ſacer locus,vt templum & ſacrarium.

Sãctuarium Dei dici poteſt humanitas Chriſti.Exo.15.c.25.a.Leuit.4.b.5.d.6.c.16.c. Itẽ ſpũſſanctus:& dicit polluere ſanctuariũ Dei:q peccãdo cõtriſtare dicitur ſpũm ſctũm.Le.21.c.

Humanitas Chriſti. Spirituſſanctus. — Ori.ſ.Exo.ho.6. Iſych.ſ.Leui.21.

Sanctuarium quoq; dici poteſt eccleſia tam militans,q̃; triumphãs: ſed ſanctuarium dicitur eccleſia militans:ſanctuarium vero ſanctuarij,eccleſia triumphans. Exo.15.c.26.g. Diuidebant autem hæc ſanctuaria velo ac tabulis,hoc eſt,cœlo.3.reg.6.c.Sanctuarium autem expiandum, eſt ipſa eccleſia militãs:vel etiam anima.ps.77.Eze.45.f.E ſanctuario autem exteriori ſumebat ſacerdos ignem,thimiama,& reliqua, quę mittebat ĩ interius:vt deſignetur hic eſſe locũ bonorum operum,quæ ferantur in cœlum.Exo.28.c.29.e.35.b.36.a.38.d.39.g.Leuitic.10.ps.73.82.Thre.1.d.2.c.4.a.Eze.25.a.Sanctuarium etiam dici poteſt corpus noſtrum.Leui.26.a.

Eccleſia militans & triumphans. Anima. Corpus humanum. — Ori.ſ.Exo.ho.9.&.ſ.Leui.ho.9. Arno.ſ.ps.77.82. Hie.ſ.Eze.25.45. Aug.ſ.ps.77. Iſych.ſ.Leui.26.

Sanctuarium pręterea Dei dici poteſt ipſe mundus,& etiã tota maſſa generis humani: quod ſanctuarium expiauit Chriſtus ſummus pontifex per ſanguinem ſuum.Leui.16.b.

Mundus. Genus humanum. — Philo.de plãt. Noe. Iſyc.ſ.Leui.16.

Sanctuarium interdum ſumi videtur pro ſtatu miniſtrorum eccleſiæ: vt à ſanctuario incipit vindicta,hoc eſt,à ſacerdotibus & miniſtris eccleſiæ.Eze.9.c.

Status miniſtrorum eccleſiæ. — Hie.ſ.Eze.9.

Sanctuarium exterius dici poteſt ſublimior cognitio diuinorũ:ad quæ ſolus Chriſtus attingit:ideo porta eius dicitur clauſa,& ſoli principi peruia.Eze.44.b.eſt etiam ſublimior cõtemplatio diuina,ad quam non quicũq;,nec ſemper debet ingredi.Leui.16.a.

Sublimior cognitio & contemplatio diuinorum. — Ori.ſ.Eze.ho.14. Iſych.ſ.Leui.16.

Mulier poſt partum,non intrat ſtatim in ſanctuarium.Leui.12.b.

## *Sandalia.*

SAndalia erant calceorum genus plantam pedis muniens, non autem totã partem ſuperiorẽ.

Sandalia quibus pes neq; tectus eſt,neq; nudus ad terram:quibus vti debebãt apoſtoli,deſignabãt neq; occultãdum eſſe euãgelium,neq; terreni cõmodi gratia prędicãdum.Mar.6.b.

Prędicatio euãgelij citra lucrũ terrenũ. — Auguſ.2.de conſen.euange.30.

Sãdalia,q̃ induit Iudith,euãgelica pręcepta, & meditatiões ſacras ſignificare pñt.Iudit.10.a.

Euãgelica præcepta — Glo.int.ſ.Iudic.10.

## *Sanguis, Cruor.*

SAnguis eſt humor rubẽs,per venas aĩalis diffuſus,quo totũ corpus nutrit. Cruor autẽ eſt ſanguis effuſus,aut ſanies.Sãguis aũt interdũ pro cognatione ſumitur.Leui.10.a. Ad ꝓximã ſanguinis nõ accedet.Sãguinis vſus prohibebat in lege:primo ad excludẽdã idololatriã:quia gẽtiles bibebãt de ſanguine victimarũ:vt dicit.deut.32.e.De quorũ victimis comedebant adipes,& bibebant vinum libaminum.Secundo vt horrerent humani ſanguinis effuſionẽ.Tertio quia

Iſych.ſ.Leui.3.

ſanguis eſt maximè neceſſarius ad vitam: ratione cuius dicitur anima eſſe in ſanguine, Ideo vt oſtẽderetur à Deo nobis eſſe collata vita, in honorem Dei effundebatur ſanguis. Quarto quia per hoc ſanguinis Chriſti effuſio figurabatur.

Cle. Ale.1.pæd.6 Ori.ſ.gen ho.17. Amb.de bñe pẽiar. Aug.ſ.ps.39. Gre.13.mor.11. Chry.ſ. Ioan.ho.84 Aug.q.in num.53.& de cathechi.29. Ori.ſ.Leuit.ho.3.& ſ.nu.ho.16.&.ſ. Ier. homi.11. Hiero.ſ Iſa.59.&.ſ. Ezec.13.&.ſ.Ioel.2. &.ſ.Zach.9. Arno.ſ.ps.67. Ori.ſ.Exo.ho.4. Gre.13.mor.11. &.31 mor.36.&.ho.22. Iſyc.ſ.Leui.16. Gre. Nyſſe. de vita Moſis. Beda.ſ.Exo.11.

Sanguis Chriſti. Paſsio Chriſti. Conuerſatio Chř

Sanguis Abel,typus fuit ſanguinis Chriſti: vnde & habebat vim verbi,& clamare ad Deum dicebatur:ſicut & ſanguis Chriſti ſemper clamat ad Deum, in aliquorum remiſsionem, & aliorum vindictam.Gen.4.b.Idem ſignificat ſanguis Ioſeph:qui exquiri dicebatur.Gene.42.d.Et ſanguis Iob non operiendus,eſt ſanguis de latere Chriſti,& myſteriũ ſacrificij eius manifeſtandum,vt fructificet.Iob.16.d.Et ſanguis vuæ eſt ſanguis Chriſti. Gen.49.b.Et ſanguis qui offerebatur pro peccato,ſanguinẽ Chriſti deſignabat,qui pro peccatis noſtris effuſus eſt:vt ſanguis vituli,arietis,agni,hirci,& paſſeris,& etiam vaccæ rufæ. In his enim omnibus paſsio Chři exprimebatur,Exo.23.c.24.b.30.b.34.b.Leui.1.b.3.a.4.a.5.b.7.a.8.c.9.b.10.d.14.a.c.16.c.17.c. Et dicebatur ſanguis fœderis:quia ipſum factum eſt fœdus inter Deum & hoĩes. Sanguis autẽ vaccæ cõburebatur:vt deſignaretur mortalitatem Chriſti abſorbendam fuiſſe in reſurrectione. nu.19.a.Poteſt autem ſanguis vaccæ conuerſationem interiorẽ Chriſti deſignare.Sanguis autẽ ad baſim altaris effuſus,deſignauit paſsionẽ Chriſti in fine mũdi Iudæis profuturã. Et ſanguis, quo pollutæ ſunt manus Iudæorũ,eſt ſanguis Chriſti,quem ipſi effuderunt.Iſa.59.a.Sãguis aũt Chriſti dictus eſt quaſi inutilis:quia multi ſunt , quibus ob proprias culpas non prodeſt.ps.29. Sãguis,quo intingitur pes,eſt paſsio Chriſti. ps.67.Eze.43.f.45.f.Colo.1.e.1.Pet.1.c.Hunc ſanguinem dedit Deus in prodigium.Ioel.2.g.dicitur etiã ſanguis teſtamẽti, per cuius pactũ liberamur.Zac.9.c.Sãguis,in quem mutata eſt aqua,paſsionem Chriſti deſignat:& ſanguis in tota terra Aegypti,eſt paſsio Chriſti in toto mũdo.Exo.4.b.7.c.Sãguis agni ponebatur in limine: vt deſignaretur Chriſtum eſſe ianuam vitæ.Exo.12.a.Sãguis occiſorum, quem bibit Iſrael, eſt ſanguis Chriſti.Num.23.d.Hunc ſanguinem lambunt pulli aquilæ, quum infirmi auditores doctrinam crucis Chriſti ſuſcipiunt.Iob.39.d.Eſt autem ſanguis Chriſti fons recreans.

Chry.ſ. Ioan.ho.45 Ori.ſ. Matt.ho.26. Amb.epiſt.2.

Veritas. Sapientia. Vtrũq; teſtamentũ.

Sanguis Abel quandoq; ſignificat veritatem,quæ ſemper clamat, & emergit. Matt.23.d.Idẽ deſignat ſanguis Ioſeph:& effundere ſanguinem Ioſeph,eſt negare veritatem.gen.37.f. Eſt etiã ſapientia:& ſanguis in cratere eſt ſapientia moralis.Sanguis vero in altari ſunt myſteria diuino munere infuſa.Quum dicitur Moſes ſponſus ſanguinum. Exo.4.d.Per duplicem ſanguinẽ vetus & nouum teſtamentum ſignificari poteſt.Sãguis occiſorum dici poteſt doctrina Chriſti & apoſtolorum:quem ſanguinem bibit Iſrael,hoc eſt,fideles in eccleſia.nu.23.d. Et ſanguis vuæ eſt eadem doctrina:& etiam ſacramenta.Gen.49.b.Deut.32.b.

Ori.ſ.nu.ho.16. Chry.ſ.gen. ho.67. Hie.ſ.Iſa.63. Aug.ſ.apoc.ho.11. Rup.9.ſ.apoca.

Sacramenta. Diuina vindicta.

Sãguis nonnunq; ponitur pro diuina vindicta,& punitione ꝓ peccato.ps.57.77. Eze.14.e. Et ſanguis aſperſus eſt ſuper veſtimẽta Chriſti , quando in malos vindictam exercuit.Iſa.63.a. Huic ſanguini traditur mons Seir . Et ſanguis perſequens eſt ſanguis ſanctorum , qui clamant: vindica domine ſanguinem noſtrum. Eze.35.b. Apo.8.b.14.d.19.a. Sic mare fit ſanguis quum diuina vindicta venit in malos. Apo.16.a.

Hiero.ſ. Iere.7. &.ſ. Eze.35.&.ſ. Mich.3.

Vita ſimplicium.

Sanguis innocens eſt vita ſimplicis:quem effundit,qui ſimplicem ſcãdalizat, aut in errorem inducit.Iere.7.d.19.a. Qui ſic ſcandalizant dicuntur ædificare Sion in ſanguinibus. Mich.3.d. Et ſanguis,quem odit mons Seir,eſt vita fidelium & ſimplicium. Eze.35.b.

Cle. Ale.1. pædago. 6.&.2.pæria.2, Gre. Nyſſe. de vita Moſis.

Spes. Fides.

Sanguis Chriſti ſignificare poteſt ſpem, quæ eſt ſanguis fidei: qua videlicet fides cõtinetur, vt caro ab aĩa:& quũ ſpes expirauerit,perinde ac ſi ſãguis effluxerit,vitalis fidei facultas diſſoluit.Ioã.6.g.Duplex eſt aũt ſanguis dñi:alter carnalis,quo redẽpti ſumus ab interitu: Alter ſpiritalis,quo ſcilicet vncti ſumus.Et hoc eſt bibere ſanguinẽ Ieſu, eſſe participẽ incorruptionis domini.Sãguis etiam agni, quo tingitur ſuperliminare,hoc eſt,ratio.eſt fides Chriſti.Exo.12.a.

Vnio eccleſiæ.

Sanguis,eccleſiæ vnio dici poteſt.Matt.26.c. Mar.14.c.Zach.9.c.In ſanguine teſtamẽti tui emiſiſti vinctos tuos.

Hie.ſ.Eze.19.

Decor ſynagogæ vel animæ.

Sanguis vuæ dicitur vinum.Deut.32.b.Poteſt autem ſanguis vuæ ſeu vineę, vel flos malorũ granatorum ſignificare decorem ſynagogæ,vel animæ.Eze.19.c.

Hie.ſ.Ioel.2.

Sanguis aliquando ſumitur pro ſimilitudine ſanguinis:vt quum luna conuerſa dicitur in ſanguinem.Ioel.2.g.quod factum eſt,quando Iudęi dixerunt:Sãguis eius ſuper nos,& ſuper filios noſtros.Ita in ſanguinem conuerſa ſunt flumina.Exod.4.c.7.c.

Correctio.

Sanguis,à quo non eſt prohibendus gladius,eſt correctio peccatorum.Iere.48.b.

Caſsia.coll.20.ca.8 Ber.ſe. in octa.reſu. Arno.ſ.ps.9. Chry.ſ.gen ho.67. Rup.ſ.Ioel.2.

Martyrium. Vita.

Sanguis dans teſtimonium,eſt martyrium, quod dat teſtimonium veritati fidei Chriſti.Ioã. 5.a.Et ſanguis animarũ,quẽ requirit deus de manu beſtiarum,eſt ſanguis martyrũ,quẽ requirit de manu perſecutorum.Gen.9.a.49.b.Exo.4.ps.9.Ezec.3.e. Et ſumitur ſanguis pro vita.Dat autem Deus ſanguinem,quum dat martyres fortes vſq; ad ſanguinem.Ioel.2.f.Leui.1.b.

Mych.ſ.Leui.6.

Baptiſmus.

Sanguis hoſtiæ pro peccato,eſt baptiſmus,quo aſpergitur ueſtis, quãdo caro baptizati aqua perfunditur.Leui.6.d.

Gloſ.int.ſ. deut.27.

Periculum. Homo.

Sanguis interdum ſumitur pro periculo.2.Regũ.23.b.Num ſanguinem illorum hominũ,qui profecti ſunt,bibam?Et etiam pro ipſo homine.Ephe.6.b.Deut.27.d. Vt percutiam animã ſanguinis innocentis.

Sanguis



Anima ſenſitiua. Senſibilia. Vita corporis. Anima carnalis. Inordinati motus. Appetitus. Carnalis generatio. Alimenta.

Philo.q. āterior pō ſtoriſiudiæ. Aug.q. in Leui.57. Iſyc.ſ.Leui.1. Amb.ſ.Luc.17. Ori.ſ. Leui ho.1.& ſ.Mat.ho.1. Baſi.ſ.ps.29.

Sanguis quandoq; ſignificat animam ſenſitiuam,& etiam ſenſibilia ipſa. Et ponitur quandoq; pro vita corporis:vt anima, hoc eſt, vita corporis dicitur eſſe in ſanguine. Leui.1.b.17.d. Sic ſumitur pro anima carnali:cui ſanguini non eſt parcendum. Sanguinem autem comedit cũ carne,qui appetitui rationem ſubiecit:quod prohibetur.Gen.9.a.Leui.3. Et ſanguines à quibus petit liberari propheta,ſunt inordinati motus appetitus.pſal.50. Sanguis etiam dicitur carnalis generatio: quæ non docet myſteria fidei. Matth.16.c. Sanguis etiam dicitur alimentum vitæ corruptibilis.pſal.29.

Senſus carnalis legis

Ori.ſ.Leui.ho.5. Gre.21.mo.1.

Sanguinem dicitur comedere,qui ſectatur Iſrael ſecundum carnem.Vnde & ſanguis eſt ſenſus carnalis datus ſcripturæ:quem elicit,qui vehementer emungit.Pro.30.d.

Caſtitas mentis.

Beda.ſ.Pro.30.

Sanguis vituli caſtitatem mentis Deo offerendam ſignificare poteſt.Leui.1.3.

Curæ ſeculi.

Ori.ſ.Leui.ho.1.

Sanguis auis,curas ſeculi ſignificare poteſt.Leui.1.d.

Merces mercenarij.

Gſo.inter.ſ. Leui.1. Aug.q.in Leui.57.

Sanguis dicitur merces mercenarij : quam qui fraudat, dicitur effundere ſanguinem: quia mercenarius mercede viuit vt ſanguine.Eccl'i.34.d.

Effuſio ſanguinis.

Sanguis aliquando dicitur ipſa ſanguinis effuſio.2.Reg.16.b.Reddidit tibi dominus vniuerſum ſanguinem.

Falſa teſtimonia Iudæorum.

Amb.de Ioſeph.3. Beda.ſ.gen.37.

Sanguis hœdi,in quo fratres Ioſeph eius tunicam tinxerunt. Gen.37.f. Falſa teſtimonia Iudæorum aduerſus Chriſtum ſignificare poteſt:quibus eius famam maculare conati ſunt.

Inanis gloria.

Gre.ſ.1.Reg.14.

Sanguis cum quo comedebat populus carnem,deſignat intentionẽ vanitatis , quam addunt aliqui bonis operibus.1.Reg.14.e.

Oblatio de rapinis.

Hiero.ſ.Iſa. 1.

Sanguis quem non vult Deus, ſunt dona eorum, qui Dei præcepta non faciunt:aut qui offerunt & dant eleemoſynam de rapinis.Iſa.1.b.

Peccatum. Homicidium. Grauiora peccata.

Ori.ſ.ps.16.ho.3.& ſ. Ier.ho.15.&.ſ.mat. ho.35.&.ſ.Eze.ho.6 Hie.1.Iſa.9.15.&.ſ. Hoſe.4. Amb. de Iſaac. 1. & apolo. Dauid.17. Aug.ſ.ps.50. Gre.13.mor.10 &.ſ. Eze.ho.11.&.ſ.ps.50 Hila.ſ.ps.138. &.ſ. Mat.ca.no.9. Ori.ſ.Mat.ho.19. & ſ.Rom.3. Hie.ſ.Iſa 26.33. &.ſ Mich.7. Arno.ſ.ps.105. Aug.ſ.ps.54.58. Gre.7.mo.24. Iſyc.ſ.Leui.17. Beda.ſ.gen.5. Hie.ſ.Eze.33. Aug. de plagis Aegypti.1. Gr.7.regiſ.epiſ.128.

Sanguis interdum ſignificat peccatum:& peculiariter homicidium:Et comedit carnem cum ſanguine , qui peccat , & qui homicidium perpetrat. Et requirit Deus ſanguinem , hoc eſt, mortem animę de manu omnium beſtiarum,hoc eſt,eorum qui alios peccare fecerunt,aut ſcãdalizauerunt. Gen.9.a.Eze.3.7.g.9.d.16.a.Et ſanguis comparatus ſordibus,ſignificat grauiora peccata. quæ igne purgantur.Iſa.4.b.9.e.15.b.33.c.34.d.59.a.Mich.7.a. Et ſanguinis reus dicitur committens peccatum. Et ſanguis ſanguinem tangit, quum peccatum additur peccato. Hoſe.4.a. Sanguis purificationis mulieris, peccatum Adæ ſignificare poteſt. Et ſanguis menſtruatæ eſt turpis cogitatio : & voluptates carnis. Leui. 12.a.15.c.20.b. Et ſanguines ſunt peccata carnalia.pſalm.50.Thre.4.c.1.Cor.15.f. Ad hæc refertur ager ſanguinis.Matth.27.a.Sanguinum viri ſunt generaliter peccatores : & peculiariter Iudæi in Chriſtum , & homicidæ , & hæretici , & adulatoriè docentes. pſalm. 5.54.58.138. Sanguis etiam dicitur odium fraternum : ideo prohibita eſt eius effuſio. Leui.17. c. Sanguinem etiam effundere , eſt in peccatum inducere , aut in errorem per ſcandala ſiue verbo , ſiue exemplo. Deut.22.b. pſalm.105.Iſa.26. d. Roma. 3. c. Sanguinem autem effundere in bonum eſt confiteri peccatum : alioqui eſt ſuffocatum. Sanguis etiam dicuntur interiores ſordes : qua ratione mulier ſanguinis fluxum patiebatur. Matth.9.c. Ciuitas ſanguinum dicitur Hieruſalem,propter homicidia : & etiam hic mundus. Ezech.24. b. Nahum. 3. a. In ſanguine comedunt hæretici , qui alios ſcandalizant. Et ſanguinem fundunt, dum non viuificant eos , quos deceperunt. Eze.33.f. Haba.2.b. In ſanguinem conuertitur aqua apud Aegyptios , quando diuinus cultus vertitur in idololatriam. Exod.7.c. Sanguis quoq; in tota terra Aegypti, ſignificare poteſt perſecutionem eccleſiæ ſub Nerone factam.

Hiero.ſ. Eze.39.

Sanguis victimæ Gog, qui datur beſtijs in potum,eſt is,qui regnum Dei poſsidere non poteſt.Eze.39.e.

Inuidia.

Hiero.ſ.Iob.39.

Sanguis interdum eſt liuor inuidiæ , & lambunt ſanguinem , qui inuidiæ liuore tenentur. Iob. 39. d.

Menſtruum.

Sanguis aliquando pro menſtruo. Leui. 12. a. b.Manebit in ſanguine purificationis ſuæ.

Vtilitas.

Lyra.ſ.Ecli.33.

Sanguis,vtilitas.Eccl'i.33.d.Quoniam in ſanguine animę comparaſti ſeruum,hoc eſt,ad neceſsitatem, vel vtilitatem.

## *Sanguiſuga.*

Sanguiſuga eſt vermis in aqua degens,qui hirudo dicitur : ſolet ſanguinẽ ſugere:vnde nomẽ accepit.

Diabolus.

Hie.1.aduer. Ioninia. Bed.ſ.Pro.30.

Sanguiſuga diabolum ſignificare poteſt : qui verbum Dei & ſpiritalia bona ab anima conatur auferre : qui ſiti peccandi , ac peccata ſuadendi incenſanter accenditur. Cuius filiæ ſunt luxuria & philargyria. Nam & luxuriæ quò liberius fræna laxantur , eò noxius delectatur. De auaritia vero ait poëta. Creſcit amor nummi, quantũ ipſa pecunia creſcit.Pro.30.b.

Voluntas.

Ber.ſer.de verbis.In ſtum deduxit.&.ſ. Ecce nos reliquim' omnia.

Sanguiſuga deſignat etiam voluntatem:cuius filię ſunt vanitas & voluptas:quæ ſemper clamant: Affer,affer.

## *Sanies.*

Sanies idem eſt,quod ſanguis corruptus.

Sanies Iob

[Gre.3.mo.14. — Peccata. Illicitę cogitatiões.]
Sanies Iob peccata noſtra ſignificare poteſt: & præcipuè carnis ex longa vetuſtate facta peiora. Iob.2.c. Vulnus enim in ſaniem vertitur, quum neglecta culpa vſu ipſo deterius grauatur. Eſt etiam ſanies fluxus illicitæ cogitationis: quæ tunc raditur, quum poſt pollutionem cogitationis illicitę noſmetipſos aſperè dijudicando mundamus.

[Hiero.ſ.Iſa.14. & ſ. Eze.32. — Turpitudo pcti.]
Sanies proijcienda eſt ipſa turpitudo peccati. Iſa.14.e. vbi ad literam dicitur eſſe virgultum, quod ad radices arborum naſcitur. Sanies quoq; draconis eſt turpitudo luciferi. Eze.32.b.

## Sanir.

[Hie.ſ.Eze.27. Gre.ſ.cant.4. — Potentes ſeculi.]
SAnir, id eſt, via lucernę, aut dens vigiliarum: eſt mons, qui & Hermon & Sanior dicitur: deſignat omnem nauis proſperitatem & illuſtrationem ex vero lumine venire. Ezec.27.a. Poteſt etiam deſignare potentes huius ſeculi. Canti.4.c.

## Saphan.

[Hiero.ſ.Eze.8.]
SAphan, id eſt, iudicium, pater Iezoniæ. Ezech.8.e. Deſignat ipſum filium eius merito iudicandum propter ſcelus idololatriæ: quod & ad hęreticos refertur, ſuas ſententias adorantes.

## Saphat.

[Deus pater.]
SAphat, id eſt, iudicans: pater Eliſæi prophetæ. 3. Reg.19.d. typus eſt Dei patris, qui omne iudicium dedit filio.

## Saphir.

[Hier.ſ.Mich.1.]
SAphir, id eſt, pulchra. Mich.1.c. Secundum quòd eſt in vulgata editione. Sumitur ibi pro Samaria, cuius habitatio erat pulchra.

## Sapiens, Sapere, Sapientia, Inſipiens.

[Ori.ſ.Iere.ho.5.]
SApere propriè quidem ad ſenſum guſtus pertinet: ita tamen vt res ipſa, quæ in ſe saporem
aliquem habet, ſapere dicatur. Transfertur tamen ad animam: vt ſapere ſit ſapientem eſſe.
Porro ſapere interdum eſt comprehendere. Matth.16.d. Non ſapis, quæ Dei ſunt. Diſcernere.
Deut.32.d. Vtinam ſaperent, & intelligerent. Inueſtigare. Roma.11.c. Noli altum ſapere. Su-
perbire. 1. Timo.6.d. Præcipe non ſublime ſapere. Sapiens autem dicitur, qui ſcientiam ali-
quam optimè tenet: & qui per longam ætatem multarum rerum cognitionem eſt adeptus: &
qui circa præcepta bene viuendi, & cognitionem verſatur. Sapientia vero eſt rerum diuinarũ
atq; humanarum ſcientia, cognitioq;, quæ cuiuſq; rei cauſa ſit. Interdum autem ſumitur pro
induſtria, & etiam verſutia. Sapientia quoq; aliquando ſumitur pro dono ſpiritusſancti. Deut.
34.c. Sap.1.b. Sapientia autem & inſipientia datur bona & mala.

[Aug.epiſ.119. & 17. ciui Dei.10. Ori.ſ.cant.ho.2. Hil.ſ.Mat.cano.11. Hie.ſ.Iere 16. Gre.18.mo.24. Ber.ſer paruo.9. Beda ſ.Pro.1.21. — Deus. Chriſtus.]
Sapiens abſolute pro Deo ſumitur, aut Chriſto. Iſa.31.a. Eccl'i.27.b. Et Chriſtus eſt ſapiens qui aſcendit ciuitatem fortium. Pro.21.c. Et ſapienter incantans eſt Chriſtus prædicando. pſal. 57. Iere.16.b. Matt.11.c.12.d. Sapientia Salomonis typus eſt ſapientiæ Chriſti. 3. Reg.10.a. Iob. 9.a. Et ſapientia ædificans ſibi domum eſt verbum patri coęternum, in vtero virginali carnem aſſumens. Pro.1.c.9.a. Ipſe Chriſtus eſt ſapientia, cuius homo precium neſcit. Iob.28.b. Qui & Dei virtus & Dei ſapientia dicitur. 1. Cor.1.d.

[Ori.ſ.Exo.ho.13. Hiero.ſ.Iſa.19. & ſ. Ecclē.12. — Prophetæ. Apoſtoli. Doctores.]
Sapientes corde ſunt prophetæ, & apoſtoli, & doctores: quorum typum gerebat ſapiens Beſeleel. Exo.28.b.31.a.35.b.36.a. Horum ſapientum filios ſe dicunt hæretici. Iſa.19.b. Eoſdem deſignat ſapiens architectus: qui eſt ille, qui ſcit ædificare eccleſiam Dei. Iſa.3.a. 1. Cor.3. b. Hi ſunt ſapientes, qui ædificant ſupra petram: & qui ſapiunt, quæ ſurſum ſunt, non quę ſuper terram: quorum verba ſunt quaſi ſtimuli. Iob.17.c. Eccl'tę.12.d. Matt.7.d. Coloſ.3.a.

[Baſi.ſ.pſ.48. Gre.31.mor.17. Arno.ſ.pſ.106. — Fides. Recta ratio.]
Sapientia interdum dicitur fides. Pſal.48. Hac ſapientia priuat Deus ſtruthionem. Iob.39. c. Et ſapientia eſt deuorata, aut etiam nulla, quando quis à recta deuiat fide, aut à recta ratione. pſal.106. Iere.8.d.

[Hiero.ſ.Iob.15. — Confitētes peccata.]
Sapientes, qui non abſcondunt patres ſuos, ſunt, qui confitentur peccata & errores, autores eorum manifeſtando. Iob.15.b.

[Hiero.ſ.Eccliaſtē.4. — Homo interior. Chriſtus.]
Sapiens puer dicitur homo interior, quando iam peruenit ad decimum tertium annum. Vel dicitur de Chriſto, Eccl'tę.4.d.

[Baſi.ſ.pſ.48. Hil.ſ.Mat.cano.11. Hier.ſ.Iſa.19. & ſ. Ierem 8 10. & ſ. Ezechi.27. & ſ. Amos.2. & ſ. Abdi & ſ. Zac. 9. & ſ. Iob.39. Aug.epiſ.59.120. — Philoſophi. Hæretici. Superbi. Sapientia mundana.]
Sapientes Aegypti dicuntur philoſophi, & hæretici, & ſuperbi: qui ſunt ſapientes huius ſeculi. Gene. 41. b. Exod. 7. b. pſalm. 48. Iſa. 19. b. 40. c. 47. c. Hi ſapientes ſunt confuſi, & capti. Iere. 8. d. 10. a. His ſapientibus abſconduntur myſteria fidei. Matth. 11. d. Luc.10. a. 16, b. Horum ſapientia dicitur ſapientia huius mundi. 1. Cor. 1. c. Coloſ. 2. d. Horum eſt altum ſapere, hoc eſt, ſuperbire. Rom. 11. c. Hi ſunt ſapientes ad faciendum malum: qua ratione ſerpens erat callidior cæteris animantibus. Gen. 3. a. Iere. 4. f. Eoſdem deſignant ſapientes Tyri, & ſapientes Idumęæ. Ezech. 21. b. Abdi. c. Et ſapientia quam ſibi aſſumpſerunt Tyrus & Sidon, eſt inanis ſapientia philoſophorum. Zach. 9. a. Hos ſapientes comprehendit Deus in ipſorum aſtutia. Iob.5. b. Hac ſapientia mundana priuauit Deus ſtruthionem, id eſt eccleſiam. Iob.39.b.

Sapientes

[ſcrutinia mundanæ philoſophiæ. Acuta cõſilia. — Ricar.de.ſ.victo.de ſecuri.cõſciē.4.34.]
Sapientes Babylonis dici poſſunt peracuta ſcrutinia mundanæ philoſophiæ: & peracuta conſilia carnalis prudentiæ, & acerrima acumina, ac peracuti ſenſus cordis humani. Dani.4.a.

[Scribæ & Phariſæi. — Hier.ſ.Iſa.5.29.]
Sapientes in oculis ſuis & prudentes erant ſcribæ & phariſæi: qui habentes clauem ſcientiæ, nec ipſi ad Chriſtum introierunt, nec alios intrare permiſerunt: quorum ſapientia perijt. Iſa.5.c.29.e.

[Ori.ſ.pſ.38.ho.2. & ſ.Iere.ho.4. Hiero.ſ.Iſa.19.32. Aug.ſ.pſ.75.]
Inſipiens dicitur diabolus: qui in nouiſsimo erit inſipiens: quia non proderit ei tunc ſapientia ſua. Peccator etiam quilibet, & phariſæus, & hæreticus inſipiens eſt. pſal.38. Iſa.32.a. Iere.17.b. Inſipiens quoq; conſilium eſt ſapientum Pharaonis: quia hæretici & philoſophi ſua doctrina diſcipulos ad inferos detrahunt. Iſa.19.b. Demum inſipientes corde ſunt nolētes credere in Chriſtum. pſal.75.

[Gentilis. Peccatum. — Baſi.ſ.pſ.37.48. Ori.ſ.pſ.37.ho.1.]
Inſipiens eſt carens prudentia ad agibilia ſalutaria: qua ratione gentilis inſipiens erat: & inſipientia iumenta dicuntur, qui ratione non vtuntur. pſal.48. Inſipientia autem eſt peccatum, & id quod per inſipientiam fit.

[Chriſtiani. — Ori.ſ.Rom.10.]
Inſipiens gens dicuntur Chriſtiani, propter ſtultitiam prædicationis. Deut.32.c. Rom.10.d.

[Crux Chriſti. — Hila.ſ.pſ.68.]
Inſipientia Chriſti dici poteſt crux eius, quæ gentibus eſt ſtultitia. pſal.68.

[Verſutia. — Glo.o.d.ſ.Exo.1.]
Sapienter opprimere volens Pharao populum Iſrael. Exo.1.b. typus eſt aſtutiarum diaboli, & ſapientiæ carnis, quę nititur ſpiritum opprimere. Hæc ſapientia eſt verſutia, de qua. pſal.106. Omnis ſapientia eorum deuorata eſt.

## Sapor.

[Guſtus ſapientiæ.]
SApor eſt qualitas illa, quam guſtu dignoſcimus: quæ dicitur obiectum ipſius guſtus.

[Gre.11.mor.4.]
Sapor quē iudicant fauces comedentis. Iob.12.b. deſignat guſtum ſapientiæ, qui eſt apud electos: nam verba ſapientiæ, quæ reprobi audiunt, electi non ſolum audiunt, ſed etiam guſtãt: vt eis in corde ſapiat, quod reproborum non mentibus, ſed ſolummodo auribus ſonat.

[Sermo Dei omnib9 congruens. — Gre.6.mor.7. Beda.ſ.Exod.16.]
Omnis ſapor erat in manna. Sap.6.d. quia in ore ſpiritualium diuinus ſermo, & omnibus cõgruens, & à ſemetipſo non diſcrepans, qualitati audientium condeſcendit: quem dum electus quiſq; vtiliter iuxta modum ſuum intelligit, quaſi acceptum manna in voluntarium ſaporem vertit. Habet etiam omnem ſaporem: quia ad omnia mala tribulationum & vitiorum habet remedium.

## Sapphirus.

[Plini.37.natu.hiſt.9.]
SApphirus eſt lapis precioſus coloris aerei aureis punctis collucens.

[Secreta Dei. Supremi ordines angelorum. Firmitas cœleſtium Angeli. — Gier.ſ.Eze.1. Gre.ſ.Eze.ho.8. Rup.1.ſ.Eze.16. Aug.de eſſent. diui. Gre.18.mo.30.]
Sapphirus ſuper firmamẽtum, in quo erat thronus Dei, deſignare poteſt abſcondita & incomprehenſibilia ſecreta Dei. Eze.1.g. Exod.24.c.28.c. Canti.5.d. Apo.21.f. Ideo dicitur pſal.17. Poſuit tenebras latibulum ſuum. Deſignat etiam celſitudinem ſuperiorum ordinum angelorum: vt thronorum. Item firmitatem cœleſtium. Generaliter autem ſapphirus ſignificat angelos, & creaturas cœleſtes. Iob.28.c.

[Miracula Chriſti. — Gre.ſ.Canti.5. Rup.ſ.Canti.5.]
Sapphiri, quibus diſtinctus erat venter ſponſi. Canti.5.d. deſignare poſſunt miracula Chriſti, quæ etiam inter paſsiones operabatur: ea pręcipuè, quæ eius excellentiam demonſtrabant, vt apparitio ſtellæ.

[Hier.ſ.Iſa.54. Aug.q.in Exo.102. Gre 18.mor.20. Geor.vene.canti.3. tom.8.cap.3.]
Sapphirus ſecundum quòd cœli refert colorem, vitam cæleſtem ſignificare poteſt, & conuerſationem eorum, qui dicere poſſunt: Conuerſatio noſtra in cœlis eſt: & ipſos, qui ad ſuperna per cœleſtem conuerſationem tendunt. Exod.24.c.28.c. Iſa.54.c. Thre.4.b. Iob.28.a.

[Prædicatores. Gentiles. — Gre.18.mor.30. Hiero.ſ.Iob.28.]
Sapphirus quandoq; ſignificat prædicatores noui teſtamenti: qui carnalis propaginis deſideria poſtponentes, cœleſtia ſola ſectati ſunt. Iob.28.c. De his dicitur. Iſa.60.b. Qui ſunt hi, qui vt nubes volant? Sgnificat etiam gentiles ad fidem venientes.

[Iuſtitia cõmutatiua. Mundus. Paulus. — Glo.ord.ſ.Exo.39. Philo.de cõfuſ.ling. Aretas.ſ.Apo.21.]
Sapphirus in ſecundo ordine rationalis in pectore pontificis, iuſtitiam ſignificare poteſt, præcipuè commutatiuam. Exod.29.b. Eze.28.c. Poteſt etiam ſapphirus in pectore pontificis, mundum ſenſibilem ſignificare. Sapphirus autem in ſecundo fundamẽto ciuitatis cœleſtis cõparari poteſt Paulo, qui raptus eſt, vſq; in tertium cœlum.

## Sara, Sarai.

SAra, id eſt, domina vel princeps: vxor Abrahæ, quæ prius Sarai, id eſt, domina mea, vel princeps mea dicebatur. Genuit Iſaac iam nonagenaria, quum prius fuiſſet ſterilis: & iam natus eſſet Iſmael ex Agar ancilla. Dixit autem Abraham eam eſſe ſororem ſuam, cauſa vitandæ mortis, quum eſſet filia fratris ſui. Fecit autem vt Abraham eijceret Agar ancillã ſuam cum filio ſuo.

[Sapientia. Virtus. — Philo.2.allego.& de Abr.& de cõgr. &c. Cle.ale.1.ſtroma. Ori.ſ.gen.ho.6 7. Amb.2.de Abra.4. Beda.1.gen.12.25.]
Sara, ſiue Sarai, id eſt princeps mea, typum gerit ſapientiæ & virtutis, quæ ſterilis eſt malorum operum, fœcunda vero bonorum. Quæ non tan cito parit: ideo prius eſt acceſſus ad Agar, hoc eſt, ad diſciplinas: & poſtea parit Deo, & parit Iſaac, hoc eſt, iucunditatem bonorum operum. Gen. 12. b. 16. a. 17. c. Eadem dicta eſt ſoror Abrahæ, vt ſit illud Prou. 7. a.

Dic ſapiẽtiæ

Dic ſapientiæ ſoror mea es. Eadem communicata eſt Aegyptijs: quia ſapientia & virtus communicatur à Deo his, qui ſunt in mundo: ne quis ſibi eam arroget. Generat in Abraham, hoc eſt, in intellectu bono: non in Pharaone. Concepit contra ſpem, hoc eſt, contra diffidentiam carnis. Vt autem mandauit eijci ancillam & filium eius, virtus eſt carnis repellens blanditias. gen.21.b. vel eſt ſacra ſcriptura docens apoſtolos tranſitũ ad gentes, eiecta ſynagoga. Deſignat etiam fidem: ideo interpretatur princeps, quia fidei magnus eſt principatus apud Deum.

Rup.6.ſ.21.36.&.5. de gloriſi.trinit. — Sacra ſcriptura. Fides.

Sarai, hoc eſt, princeps mea eſt eccleſia: quæ dicta eſt ſoror Abrahæ, hoc eſt, Chriſti. Et mutatur illi nomen, vt dicatur Sara: quia eccleſia eſt vniuerſalis princeps. Iſa.51.a. Eſt autem eccleſia domino Ieſu Chriſto in occulto vxor. Occulte quippe atq; intus in abſcondito ſecreto ſpiritali anima humana inhæret verbo Dei. Eadem generat Iſaac, hoc eſt, lætitiam bonorum operum. Gala.4.c. Quum dicitur de parte eſſe ſororem Chriſti eccleſiam, non de matre, gratiæ cœleſtis, quæ in æternum manebit, cognatio commendatur: ſecundum quam genus mortale non erimus, accepta poteſtate, vt filij Dei vocemur & ſimus. Neq; enim hanc gratiam de Synagoga matre Chriſti ſecundum carnem, ſed de Deo patre percepimus. Occultatur autem cuius vxor ſit alienigenis, cuius autem ſoror non tacetur: quia occultum & difficile ad intelligendum eſt, quomodo anima hmmana, verbo Dei copuletur, ſiue miſceatur: qua vero cognatione ſint fratres Chriſtus & omnes ſancti, gratia diuina non conſanguinitate terrena, hoc eſt, de patre, non de matre, & effabilius dicitur, & capacius auditur.

Amb.2. d Abra.11. Hie.ſ.Iſa.51.&.ſ. Gala.4. Bed.ſ.gen.18.20. Aug.22.cõtr. Fauſt. 38.39.40. — Eccleſia.

Sara, cuius amorẽ tranſtulit Iſaac in Rebeccã. Gen.24.g. typus eſt ſynagogæ, cui prætulit Chriſtus eccleſiam. Deſignat etiam ſynagogam in hoc, quòd erat ſterilis: quia pauci ex Iudæis crediderunt: ideo Chriſtus per apoſtolos tranſijt ad Agar, id eſt ad gentes. Vt etiam fuit capta ab Abimelech, captiuitatem Babylonicam ſynagogæ deſignauit. Gen.20.a.

Aug.ſer.75. Bed ſ.gen.15. Rup.5.ſ gen.15. — Synagoga.

Sara præterea ſignificat rectam rationem: quæ eſt princeps, & princeps mea: quæ condeſcẽdit carni, quando dicit: Ingredere ad ancillam meam. Gen.16.a.

Lyra.ſ.gen.16. — Recta ratio.

Sara pariens Iſaac, hoc eſt, gaudium, eſt bona voluntas, quæ, ablatis humanis cupiditatibus, fœcundatur ſobole virtutum, quæ gaudium afferunt. Gen.21.a.

Philo.2.allego. — Bona voluntas.

Sara etiam typus eſt gratiæ noui teſtamenti, vnde prius ſterilis, non per naturam genuit, ſed ex promiſsione: quia gratia noui teſtamenti non eſt ex meritis: alioqui iam non eſſet gratia. Gen.16.a. Gala.4.c.

Glo.ord.ſ.gen.16. Rup.5.ſ.gen.8. — Gra. noui teſtamẽti.

Sara poſt oſtium manens. Gen.17.b. typus eſſe poteſt carnis rationi ſubiectæ, & ad exteriora minime vagantis. Vel eſt cura carnis, quæ non foris apparet, & videri iactanter erubeſcit: vt quaſi poſt tergum viri ſub diſcretione ſpiritus, ſolis neceſſarijs intenta, nequaquàm ſciat procaciter detegi, ſed verecunde moderari. Indicat etiam mulierum honeſtatem: & ꝙ infirmi in publicum prodire non debeant.

Gre.9.mor.31. Beda.ſ gen.18. — Caro rationi ſubiecta.

## Saraballum, uide Induere. Sarcina, uide Onus.

## Sarcire, Sartatecta.

SArcire eſt integrum facere: & Sartatecta erant opera publica, quæ locabantur, vt integra præſtarentur: qualia erant ſartatecta templi, quæ ſarciebantur, ſeu reſtaurabantur. 4. Reg.12.a. 22.b.2.Par.24.a.34.c. Et ſartatecta eccleſię ſunt ſciſſuræ errorum & vitiorum: quæ ſarcienda ſunt per prædicatores & ſacerdotes.

Glo.ord.ſ.2.Par.24 — ſciſſuræ errorum.

## Sarculum, Sarrire.

SArculum eſt genus raſtri, hoc eſt, crates illa dentata, qua ſegetes ab herbis purgantur. Sarrire autem eſt ſarculo ſegetes purgare, & ſcalpere.

Sarrire montes ſarculo eſt meditari in ſacra ſcriptura, ad eius myſticos ſenſus eliciendos. Iſa.7.d.

Hiero.ſ.Iſa.7. — Meditari in ſacra ſcriptura.

Sarrire terram eſt digna caſtigatione corpus affligere, & præparare ad verbum Dei ſuſcipiẽdum. Iſa.28.g.

Hiero.ſ.Iſa.28. — Caſtigare corpus.

Sarculum virtutem diſcretionis ſignificare poteſt, qua ſeparare debemus vitia à virtutibus. 1.Reg.13.d.

Gre.ſ.1.Reg 13. — Diſcretio.

## Sardius, Sardonyx.

SArdius ſiue ſardonix eſt lapis coloris rubei, ad vnguis colorem tendens: & rubræ terræ ſimilis, qui vulgo corneolus dicitur. Acuit ingenia, mitemq; reddit, & animum accendit ad gaudium, caſtumq; efficit. Hunc non ſolum timori eſſe ferunt beluis atq; monſtris: ſed etiam vim habere curandi dolores ac moleſtias, quæ noſtris corporibus innaſcuntur. Cæterum ſardius & ſardonix diuerſi lapides ponuntur apud Plinium, licet non multum diſsimiles: & etiam in fundamentis ciuitatis cœleſtis. Apoc.21.c.

Plini. 37.natu.hiſtõ. 67. Geor. vene.canti.3. ton 8.cap.3. Aretas.ſ.Apoc.4.

Sardius in iudice Chriſto ſimilitudinem habens ignis, iudicium vniuerſale futurum per ignem deſignat. Apoc.4.a. Et in Deo eſt argumentum iuſti iudicij: quia terret, & ignis præfert ſpeciem.

Aug.ſ.apoc.21. — Iudicium vniuerſale

Sardius



Sardius in primo ordine rationalis pontificis, memoriam ſignificare poteſt. Exo.28.c.39.b

Memoria. — Glo.ord.ſ gen.39.

Sardius in ornatu regis Tyri, vnum ordinem angelorum ſignificare poteſt. Eze.28.c. Vt autem eſt rubeus, crucis cruorem indicat.

Vnus ordo angelorũ. Crux chriſti. — Glo.inter.ſ.Eze.28

Sardonycus lapis terræ rubræ ſimilitudinem tenens, homines deſignare poteſt: quia & Adam primus homo à terra rubra nomen habet. Vel deſignat patres veteris teſtamenti: qui quãuis magnam iuſtitiæ vitam tenerent, carnali tamen propagini ſeruiebant. Iob.28.c. Sardonyx autem in quinto fundamento ciuitatis cœleſtis: Iacobum Zebedæi deſignat, primum omnium apoſtolorum ſanguine rubricatum. Sardius vero in ſexto fundamento Philippum indicat habentem ignitum affectum erga Chriſtum. Apo.21.c.

Homo. Antiqui patres. Iacobus Zebedæi. Philippus. — Gre.17.mo.29.30. Geo.vene.cant.3.tono.8.cap.3. Aretas.ſ.Apo.2.

## Sarepta.

SArepta, ſi ſint duæ dictiones, interpretatur anguſtia buccellæ ſeu panis: ſi vna, interpretatur incendiũ: eſt ciuitas inter Tyrum & Sydonem, vbi vidua pauit Eliam. Typus eſſe ſolet gentilis populi. 3.Reg.17.a. Abdi.g. Luc.8.d.

Gentilitas. — Ori.ſ.Luc.ho 33. Hiero.ſ.Abdi. Rup.5.ſ.Reg.7.

## Sargon.

SArgon, id eſt princeps horti, vel auferens protectionẽ, ſiue hortum: rex Aſſyriorum. Typus eſt diaboli, qui princeps eſt voluptatum. Iſa.20.a.

Diabolus. — Hiero.ſ.Iſa.20.

## Saron.

SAron, id eſt planicies, aut canticum eius: eſt regio fertilis inter Itaburium montem, & lacum Tiberiadis, & inter Cæſaream & Ioppem. Typus eſt Hieruſalem, quæ facta eſt vt deſertum, nullos habens homines fructum facientes. Iſa.33.b.35.a.

Hieruſalem. — Hiero.ſ.Iſa.33.

## Sarrire uide Sarculus.

## Sartago.

SArtago eſt patella ferrea frigendis carnibus, piſcibus, aut alijs pulmentis deſeruiens.

Sartago ferrea fortem iram Dei contra Hieruſalem ſignificare poteſt. Eze.4.a. Leui.2.b.6.c. Per hoc autem, quòd eſt ſartago, eſt ibi frixura: per hoc vero, quòd ferrea, fortitudo: qua ratione poteſt etiam deſignare fortem zelum prædicatoris aduerſus peccantes: qui dicit frixuram patiens cum Paulo. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur & ego non vror?

Ira Dei. Zelus prædicatoris — Hiero.ſ.Eze.4. Gre.26.mo.5.&.2.paſto.30.&.ſ.Ezec.ho.12.

Sartago crucem Chriſti deſignare poteſt, in qua ipſo amoris igne frixus eſt. Leui.2.b.6.c.7.a. Poteſt etiam ſignificare anxietatem Chriſti, quam habuit in oratione. Sartago autem intantum eſt fortis, vt ſuperpoſita igni, ipſa quidem nõ conſumatur, nec aliquam corruptionem ſuſtineat, aut imminutionem: ſuperpoſitos autẽ cibos eſui aptos reddat. Sic crux Chriſti fortis, omnem creaturam ſubiecit crucifixo, & carnem Chriſti eſui aptam reddidit. Fuit poſita ſartago contra Hieruſalem: quia Iudæi in crucem offenderunt. Eze.4.a. Poteſt etiam ſignificare ſolicitudinem publicè docentium: conſtantiam & robur animi: fletum & carnis macerationem, zelum: item ea, quæ intelligi poſſunt, ſi frequenter verſentur: & ſenſum moralem.

Crux Chriſti. Anxietas Chriſti. Solicitudo docẽtiũ. Conſtantia. Fletus. Zelus. Senſus moralis. — Ori.ſ.Leui.ho.45. Iſyc.ſ.Leui.2.6.7.

Sartago in malum ſignificare poteſt fraternæ æmulationis incẽdium, interius perſonante ac perſtrepente falſorum fratrum inuidia. Leui.2.b

Aemulatio. — Rup.1.ſ.Leui.9.

## Sartatecta, uide Sarcire.

## Sarthan.

SArthan, id eſt, tribulatio eorum: locus iuxta Iordanem, vſque ad quem intumuerunt aquæ Iordanis. Ioſu.3.d. Deſignat voluntarias tribulationes: vſque ad quas creſcit meritum tribulatorum.

Tribulationes. — Ricar.de.ſ.victo.de extremi mali.16.

## Saſai.

SAſai, id eſt, extra me: filius Enach, id eſt, inanis humilitatis. typus eſt ſermonis extra veritatẽ exiſtentis. Ioſ.15.c.

Sermo falſus. — Ori.ſ.Ioſ.ho.20.

## Sata, Satum.

SAta ſunt ſeminata: de quo vide ſeminare. Satum autem eſt genus menſuræ iuxta morem prouinciæ Paleſtinæ, vnum & dimidium modium continens.

Hiero.ſ.Mat.6.13.

Sata ſimilæ tria ſignificare poſſunt tres filios Noe, à quibus genus humanum eſt propagatũ: qua ratione ſignificant etiam multitudinem gentium, ſeu genus humanum. Poſſunt etiam ſignificare myſterium trinitatis. Gen.18.a.

Tres filij Noe. Genus humanum. Miſteriũ trinitatis. — Amb.1.de Amb.5.

Sata farinæ tria Matth.13.e. ſignificare poſſunt legem, prophetas, & euangelium. Vel ſignificant confeſsionem trinitatis: vel dilectionem Dei, quæ eſt ex toto corde, tota anima,

Sacra ſcriptura. Cõfeſsio trinitatis. Dilectio Dei. — Hila.ſ.Mat.cano.13 Hier.ad Furiã.&.ſ.Mat.13.

& totis

Aug.1.q.in euāg.12. &.ſ.Ioan.trāct.9.& ſer.70. Iſyc.ſ.Leui.20. Beda.ſ.gen.18. Ber.ſer.2.nati.dñi.

& totis viribus. Vel deſignant fructum triceſimum, ſexageſimum, & centeſimum. Vel tres viros inſignes, Noe, Daniel, & Iob. Vel ſpiritum, animam, & corpus: in quibus lex Dei abſconditur, vt in bona operatione vniantur. Vel fidem, ſpem, & charitatem: vel cogitationem, verbum, & opus: quæ commiſcentur in fide. Vel deſignant in Chriſto deitatem, animam, & carnem.

Triplex fructus. Triplex ſtatus. virtutes theologicæ. Triplex natura in Chriſto.

## *Satagere.*

Hier.ſ.Mich.4.

SAtagere eſt anxium eſſe, & diſtorqueri difficultate alicuius rei conficiendæ.

Satagere in dolore eſt viriliter ſuſtinere pœnam ad pœnitentiam. Mich.4.c. — Patientia.

Gre.ſ.1.Reg.14.

Satagens Martha circa frequens myniſterium. Luc.10.g. deſignat nimiam ſolicitudinem vitæ actiuæ. — Solicitudo vitæ actiuæ

## *Satan, Satanas.*

Hiero.ſ.Iſa.27.&.ſ. Zach.3. Aug.ſ.apo.ho.2.

SAtan, id eſt aduerſarius, pro diabolo ſumi ſolet, & pro eius corpore, quod eſt multitudo malorum. Iob.1.b.2.b.Zach.3.a.Apo.2.c. Vide Aduerſarius. — Diabolus.

## *Satelles.*

SAtelles idem eſt, quod miles mercede cōductus: qui lateri principis, aut imperatoris aſsiſtit. Sumi poteſt pro miniſtris ad vitia. 1.Reg.19.b.Iudith,7.b.10.d. — Miniſtri ad vitia.

## *Satiare, Satietas, Saturare.*

SAtiare eſt explere aliquem appetitum: quod ad omnes ſenſus refertur, & etiam ad animam. Satietas autem plerunq; pro faſtidio ſumitur.

Glo.ord.ſ.Iſa.53. Hiero.ſ.ps.16.

Saturari attribuitur Chriſto: quia laborauit: qui etiam ſaturari dicitur fide gentium. Iſa.53.d. Idem eſt ſaturatus opprobrijs. Thre.3.d. Iob.10.c. Dicitur etiam ſaturari in membris, quādo manifeſtatur gloria patris. pſal.16.

Ori.ſ.Leui.ho.16.& ſ.ps.36.ho.3. Gre.ſ.1.Reg.2.&.18 mor.7. Hila.ſ.Matt.cano.15 Amb.ſ.Luc.9. Hiero.ſ.ps.147.

Saturitas panum, quam dat dominus, eſt abundantia verbi Dei. Exo.16.c.Leuit.26.a.Iſaiæ.55.a. Et ſaturati famelici, ſunt gentiles, quibus data eſt myſteriorum fidei plena cognitio. 1.Reg.2.a. Saturantur etiam famelici, quando humiles virtutum munera recipiunt. Saturantur præterea iuſti in diebus famis: quia non deeſt illis verbum Dei. pſalm.36. Et ſatiatur turba à Chriſto, per doctrinam & dona ſpirituſſancti. Matth.15.d. Luc.6.d.Ioel.2.f.Iob.27.c. Satiat Deus adipe frumenti, quum dat myſteriorum cognitionem. pſal.147. Et melle de petra, hoc eſt, diuina ſapientia. pſal.80. — Abundantia verbi Dei.

Aug.17.ciui.Dei.4. & epiſ.120. Arno.ſ.ps.21.103.

Saturantur famelici, quando mundi à peccatis euchariſtiæ ſacramentum ſuſcipiunt. 1.Reg.2.a. Qui etiam adipe frumenti ſatiari dicuntur. pſalm.147. Sic ſaturantur pauperes corpore Chriſti. pſalm.21.103.121. *Diuites autem, hoc eſt, ſuperbi manducant, & adorant, ſed non ſaturantur.* Iob.31. — Sūptio Euchariſtiæ.

Aug.ſ.ps.147. Beda.ſ.pro.3.

Satiabit dominus adipe frumenti, viſione videlicet diuina in cœleſti Hieruſalem. Nam hic ſolum eſt guſtus. pſal.147. Ibi implentur horrea ſaturitate. Pro.3.b. — Fœlicitas.

Ori.ſ.ps.36.ho.3. Aug.ſ.ps.36.

Satiantur iuſti in diebus famis. pſal.36. quia veniunt cum operibus ad iudicium, quibus ſaturabuntur, malis remanētibus in fame. Vel ſaturantur, quando gloriantur in tribulationibus. — Merces bonorū operum. *Gloriari in tribulatione.*

Hiero.ſ.Amos.4.

Saturati erant hæretici in eccleſia; quando participes erant doctrinæ eius & ſacramentorum: quæ poſtea ſuis meritis tribuentes, eleuati ſunt, & inanes dimiſsi. Hoſe.13.b. Et dicuntur non ſatiati, quando non toto corde ad eccleſiam reuertuntur. Amos.4.c. — Participatio doctrinæ & ſacramentorū eccleſiæ.

Glo.ord.ſ.Iere.5. Aug.epiſ.59. Gre.13.mor.7. Euch.q.in pſal. Hila.ſ.ps.58. Hiero.ſ.Iſa.56.

Saturauit Deus Iudæos, quando dedit eis temporalium abundantiam. Iere.5.b. Dicuntur Iudæi etiam ſaturati filijs, hoc eſt, malis operibus: vel ſaturati porcina, id eſt, dogmatum immundicia. pſal.16. Saturati quoq; dicuntur pœnis Chriſti. Iob.16.c. E diuerſò dicuntur Iudæi non ſaturati: quia non habent templum & ſacrificia. pſal.58. Et neſciunt ſaturitatem: quia ſuis non ſaturantur erroribus. Iſa.56.d. — Abundantes Iudæi temporalibus & malis operibus.

Hiero.epiſ.beatitudinis.&.ſ.Hoſe.4. Cle.alex.1.pæda.11.

Saturitas carnium dicit abundantiā voluptatum. Exod.16.b. Et etiam ſaturari pane eſt frui voluptatibus temporalibus. Thre.5.b. Hæc ſaturitas panis fuit iniquitas Sodomæ. Ezech.16.g. Non ſaturabatur autem filius prodigus ſiliquis: quia nec vitia, nec inanis philoſophia, nec res temporales ſatiare mentem poſſunt. Luc.15.d. Saturati autem ſurrexerunt ludere filij Iſrael, quod Græcè dicitur χορτασθέντες, quaſi dicas fœno repleti, nempe qui à ratione alienam alimenti plenitudinem χόρτασμα, hoc eſt, fœni repletionem, non autem cibum dixerit. Exod.32.b. Non ſatiari dicitur Hieruſalem fornicationibus, quando ſemper anima peccare appetit. Ezech.16.d. Et non ſaturantur comedentes: quia peccata ſunt vana. Hoſe.4.c. Saturati è diuerſò dicuntur diuites, & qui conſolationē ſuam habent in hoc mundo, qui calcant fauum diuinæ conſolationis. Pro.27.a. — Abundantia voluptatum.

Beda.ſ.Pro.27.

Hie.ſ.Iſa.9.&.ſ.miche.6.&.ſ.Iob.27. Gre.18.mor.7.

Non ſaturatur hæreticus erroribus tanquàm inanibus. Iſaiæ.9.d. Nec ſaturatur, quando ſacram ſcripturam legendo nullum percipit fructum. Michæ.6.c. Nec ſaturatur pane viſionis Dei: nec ſacræ doctrinæ, quàm ad quæſtionem quærunt, non ad refectionem. Iob.27.c. Inſaturabilis — Inſatiabilitas hæreticorum in erroribus.



turabilis etiam dicitur venter impiorum, id eſt hæreticorum. Pro.13.d. quia ſemper ſunt diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes. 2.Timo.3.b. — Beda.ſ.Pro.13.

Inutiliter operari.

Non ſaturantur, qui comedunt, hoc eſt, qui pauca aut leuia bona opera faciunt, & quæ eis non ſufficiant ad ſalutem. Agge.1.b. — Hiero.ſ.Agge.1.

Viſio malorū moleſta. Pœna malorum.

Satietas erit viſionis malorum: quia eorum viſio potius erit moleſta, quàm iucunda. Iſa.66.g. Saturantur autem mali conſilijs ſuis, quum propter praua conſilia puniuntur. Pro.1.b. — Beda.ſ.Pro.1.

Fames ex diuitiis.

Non ſaturant animum aurum & argentum: quia eorum amatores in æternam inducunt famem. Ezec.7.f. Non ſatiatur etiam venter iniqui: quia auaritia ignis more nunquàm expletur. Iob.20.c. — Hiero.ſ.Eze.7. Gre.15.mor.10

Gaudentes dæmones de lapſu magni viri.

Saturat Deus volatilia & beſtias terræ de dracone, & etiam de carnibus & ſanguine Gog, quando dæmones gaudent de lapſu magni viri: & etiam hæretici. Eze.32.a.39.e. — Glo.ord.ſ.Eze.32.

Detractio. Malitia iudæorum in Chriſtum. Sūptio euchariſtiæ.

Saturantur carnibus Iob, aut aliorum, qui alienæ vitæ detractione paſcuntur. Iob.19.c. Proueb.23.a. Saturari etiam cupientes carnibus Chriſti, fuerunt vel Iudæi perſequentes, vel gētiles credentes: quia & illi moliti ſunt corpus eius, quaſi conſumendo extinguere: & iſti eſurientem mentē ſuam deſiderant quotidianæ immolationis ſacrificio, de eius carnibus ſatiare. Iob.31.d. — Gre.14.mor.25.& 22.mo.11.

## *Satisfacere, Satisfactio.*

SAtisfacere eſt tantum facere, quantum ſatis ſit irato ad vindictam: & ſatisfacit, qui ſe verbis purgat.

Cuſtodia præceptorum. Cuſtodia eccleſiæ.

Satisfactio Aaron erga Moſen. Leui.10.d. cuſtodiam præceptorum deſignare poteſt, qua ſatisfit legi. Vel cuſtodiam eccleſiæ, quam Chriſtus accepit. — Glo.inter.ſ.Leu.10.

## *Satrapa.*

Prædicatores.

SAtrapa idem eſt apud Perſas, qui præfectus.

Satrapæ Philiſtinorum. 1.Reg.5.c. ſignificare poſſunt prædicatores eccleſiæ: de quibus dicitur pſal.46. Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham. — Gre.ſ.1.Reg.5.

Principes dæmonū.

Satrapæ etiam Philiſtinorum congregati contra Iſrael. 1.Reg.7.b. deſignant principes dæmonum aſcendentes contra fideles ad tentandum. — Gre.ſ.1.Reg.7.

Principes Iudæorū.

Satrapæ regi Darij quærentes perdere Danielem; ſunt principes Iudæorum contra Chriſtum. Dani.6.a. — Rup.ſ.Dani.11.

## *Saucius, uide Vlcus.*

## *Saul.*

SAul, id eſt, poſtulatus, ſiue commodatus, aut fouea, ſiue ſepulcrum, vel *infernus: filius Cis* de tribu Beniamin, qui fuit primus rex Iſrael: cui ſucceſsit Dauid, quem ipſe perſequebatur.

Vel interpretatur petitio: quia contra voluntatem Dei expetierunt eum regem.

Chriſtus.

Saul vnctus in regem, & altior cæteris ab humero ſurſum, Chriſti fuit typus, qui eſt caput noſtrum. 1.Reg.10.a.

Perfectus imitator ſanctorū.

Saul filius Cis eligendus in regem, deſignauit perfectum imitatorem ſanctorum patrū eligendum eſſe in prælatum. 1.Reg.9.a.13.a. Interpretatur autem petitio, deſignans prædicatorē veritatis tantæ eſſe debere charitatis, vt propter inſtans deſiderium, non petitor, ſed petitio eſſe cenſeatur: vt omnem motum cordis in affectum ducat ſupplicationis. — Gre.ſ.1.Reg.9.13.

Malus prædicator.

Saul tranſgrediens præceptum domini. 1.Reg.15.d. typus eſt malorum prædicatorum: de quibus dicitur. Mat.5. Si ſal euanuerit in quo ſalietur? — Gre.ſ.1.Reg.15.

Prælatus male operans.

Saul vt ingreſſus eſt ſpeluncam ad purgandum ventrem. 1.Reg.24.a. Typus eſt mali prælati: qui conceptam corde malitiam, vſq; ad opera miſeri odoris extendit. — Gr.3.paſto.ad Ma.5

Regnum peccati.

Saul, vt datus eſt rex à Deo irato peccanti populo. 1.Reg.9. deſignat regnum peccati & mortis: vnde abiectus eſt: ſicut & Chriſtus deſtruet regnum peccati & mortis. — Rup.1.ſ.Reg.2.

Saul inter prophetas; dicebatur admirando. 1.Reg.10.c. vt deſignetur, quæ ſtulta ſunt mundi, deum elegiſſe, vt confunderet fortia. Dicitur etiam de Paulo inter apoſtolos, quaſi de lupo inter oues. Acto.9.

Iudæi. Diabolus. Mors. Tēporale regnū.

Saul perſequens Dauid typus erat Iudæorum perſequentium Chriſtum: & etiam diaboli. 1.Reg.26. pſal.17.51.56.58. in titu. Deſignat etiam mortem perſequentem vitam: aut mortem peccati, & inferni. Item temporale regnum perſequens regnum Chriſti. — Aug.ſ.ps.51.53.56 Arno.ſ.ps.17. Hila.ſ.ps.58. Amb.de fuga ſecu.5. Hie.ſ.ps.17.51. Hie prolog. Fr. Ambro.

Saul mortuus deſignauit ceſſationem imperij legis veteris. 1.Reg.31.b. — Aug.17.ciui dei.7.

## *Saulus, uide Paulus. Saxum uide Lapis.*

## *Scabellum.*

Ori.ſ.Iſa.ho.5. Amb.3.d.ſpūſcō.12 Hie.ſ.pſ.98.

SCabellum eſt paruum ſcamnum,quod ſub pedibus ponitur.

Humanitas Chri.

Scabellum pedum Dei dici poteſt humanitas Chriſti,aut eius caro. pſal.98.Eandem poteſt ſignificare ſcabellum aureum ſolij Salomonis.2.Par.9.c. Aug.ſ.pſ.98.Euch.form.ſpūa.8.

Ori ſ.gen.ho.1. Hiero.ſ.Iſa.66. Rup.ſ.Iere.36.

Terra. Anima. Peccatores.

Scabellum pedum Dei dicitur terra:vt intelligatur Deum omnia concludere.Iſa.66.a.Anima quoq; dicitur ſcabellum Dei,in qua ſunt veſtigia Dei,hoc eſt,præcepta.Thre.2.a.Scabellū quoq; Dei ſunt homines peccatores,quos deſerit Deus.

Ori.ſ.Mat.ho.23. Euch.form.ſpūal.8.

Conuerſi ad Chrm.

Scabellum pedum Chriſti ſunt,qui prius erant inimici,& conuertuntur,& fiunt ei ſubiecti. pſal.109.Iſa.66.a.Mat.22.g.Hebræ.1.d.10.c.

## *Scabies,uide impetigo.*

## *Scala.*

SCala à ſcandendo dicta eſt, continens in ſe plures gradus,quibus ad altiora aſcendimus.

Aug.12.cōt.Fauſ.26 Beda.ſ.gen.28. Geo.ven.cant.2.to.8.cap.7. Rup.7.ſ.gen.22.&.1 ſ.Mat.

Chriſtus.

Scala quam vidit Iacob.Gen.38.c. Chriſtum deſignare poteſt: per quem in Deum aſcēderet ipſius Iacob videntis electa poſteritas. Huius enim ſcalę inferius extremum figebatur in terra: quia mediatoris anima fixa fuit, ſicut & cæteræ animæ in terrea carne: quam comitabatur ipſa diuinitas, vt alterum extremum ſcalę,penetrans vſq; ad Deum patrem,qui illi cacumini innitebatur, quaſi in ipſo quieſcens, & eundem ipſum ſuſcipiens, iuxta illā eiuſdem filij Dei ſententiam:Ego in patre,& pater in me eſt. Deſignat etiam ſeriem generationum Chriſti vſq; ad Ioſeph: & dominus innitebatur ſcalę:quia Ioſeph curam infantiæ eius habuit. Latera autem ipſius ſcalæ dici poſſunt patriarchæ Abraham & Dauid.

Series generationū Chriſti.

Hie.ſ.pſ.91. Aug.ſer.80. Cyril.8.ſ.Ioan.17.

Crux Chriſti.

Deſignare etiam poteſt crucem Chriſti: in qua angeli aſcendebant, & deſcendebant, & per eam deſcendunt Iudæi & aſcendunt gentiles. Item apoſtoli & prædicatores prædicando.

Hiero.epiſ.Et factū eſt. Aug.ſ.pſ.44. Beda.ſ.gen.28.

Sacra doctrina.

Significat etiā ſacram doctrinam: per quam in cognitionem Dei & cœleſtium aſcendimus. Gradus autem eius ſunt ordo mandatorum. Aſcendunt autem per eam doctores, quum loquuntur ſapientiam inter perfectos:deſcendunt vero quum præbent lac minus capacibus. Poteſt etiam ipſa ſcala fidem & charitatem ſignificare.

Fides & chraritas.

Lyra.ſ.gen.28. Bene.in regul.cap.7 Bern.ſ.Ecce nos reliquimus omnia. Theoph. Alex.1.pa ſchalr Baſi.ſ.pſ.1.

Altitudo religionis Humilitas. Progreſſus ab imperfecto ad perfectū.

Deſignat præterea altitudinem religionis: cuius gradus ſunt pœnitentiæ opera, latera vero lectio & oratio. Item gradus humilitatis, quibus in cœlum aſcenditur: latera vero eius ſunt corpus & anima. Eſt in his ſcala, progreſſus ab imperfecto ad perfectum. Et vt in ſcala prius eſt receſſus à terra, vt fiat acceſſus ad cœlum, ita prior eſt receſſus à vitijs. Vnde & gradus virtutum ſunt gradus ſcalæ Sunt etiam gradus creaturarum per quas aſcenditur in Dei cognitionem. Geo.vene.cant.2.ton.7.cap.5. Chryſ.ſ.Ioā.ho.82. Ricar.d.ſ.vict.de extemi.mali.50.

Philo de ſomnijs

Aer. Anima.

Scala etiam ſignificare poteſt aeremires naturales, animam, & vitam, ſeu conuerſationem.

## *Scalpellum.*

Lyra.ſ.Iere.36.

SCalpellum eſt ferrum, quo aptatur corium,& raditur. Eſt etiam gladiolus vel cultellus ſcriptoris.Iere.36.e.

## *Scandalum, Scandalizare.*

Hiero.ſ.Matth.15.

SCandalum eſt offendiculū, in quod quis impingens periclitatur de lapſu. Interdum autem eſt damnum.Exod.10.b. Vſquequo patiemur hoc ſcandalum? Lapſus.Exod. 23. g. Quod tibi certè erit in ſcandalum. Impedimentum. pſalm. 139. Iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi. Scandalizare autem eſt ſcandalum ſeu offendiculum præbere. Item lædere charitatem. Matth. 17. d. Vt autem non ſcandalizemus eos. Inferre iniuriam. Eccleſiaſtici. 32. c. Qui inſidioſè agit ſcandalizabitur ab eo. Quando legimus: quicunque de minimis iſtis ſcandalizauerit quempiam, hoc intelligimus, qui dicto factoue occaſionem ruinæ cuiquàm dederit.

Ori.ſ.Mat ho.1.

Peccans in Chriſtū.

Scandalum eſt Chriſto,quicunq; peccat: & qui alium ſcandalizat.Matth.16.d.

Aug.1.ſer.dñi in mōte.&.ſ.pſ.139.

Dans occaſionem à Chriſto recedendi. Docēs errores. Error.

Scandalizans oculus eſt dans occaſionem,vt recedamus à Chriſto: vel docens aliquam hæreſim. Matth.5.e. Sic ſunt ſacerdotes ſcandalizantes plurimos in lege. Mala. 2. b. Et ſcandala operantium iniquitatem ſunt in eccleſia omnis frater contumelioſus, aut auarus, aut ebrioſus,aut turpis. pſalm.140. Et via eſt ſcandalum,quum quis ſequitur errores.pſalm.48.Et ſcandalum iuxta iter eſt; quum hæretici de ſcripturis proferunt teſtimonia, quæ videntur quaſi rationem aliquam habere, vt ita decipiant: vel ſcandalum iuxta iter eſt iuxta præcepta.pſalm. 139. Ipſe quoque hæreticus ſcandalum eſt, & generaliter mali. Matth. 13. f. Scandalizat etiam oculus dexter, quum quis labitur in vita contemplatiua, cui ineptus erat. Et ſcandalizat oculus ſiniſter, quum quis labitur in vita actiua, cui etiam ineptus erat. Vnde dicitur ſcandalizare vnum de puſillis, qui vltra intelligentiam ſe contemplationi tradit: & non ſolum ſe, ſed infirmos quoſque in errorem inducit, & à gremio vnitatis diuidit. Matth. 18. Ezech.7.e.

Hiero.ſ.Mat.13. Gre.6.mo.26.

Herętici. Mali. Labi circa vitā contemplatiuam vel actiuam.

In ſcandalum



Incredulitas Iudæorum

In ſcandalum fit menſa Iudæis,quando quæ videbant in Chriſto, credebant eſſe ſcripturæ contraria:& de cruce Chriſti ſcandalizabantur.pſ.68.Rom.11.b.Iſa.8.c. Ori.ſ.Rom.11. Hie.ſ.Iſa.8.

Iudæi perſequentes apoſtolos

Scandalizans vnum de puſillis,dicitur de Iudæis perſequentibus apoſtolos, hac intentione, vt eos alienarent à Chriſto.Mat.18.a. Hila.ſ.Mat.can.18.

Idololatria. Angeli Satanæ

Scandalum eſt aurum & argentum,hoc eſt,idola.Et dicitur ſcandalum iniquitatis idololatria.Eze.7.f.14.a.Et ſcandalum filiorum Iſraël.Exo.23.d.Scandala quoq; venientia ſunt angeli Satanæ.Mat.18.a. Hie.ſ.Eze.7. Ori.ſ.Mat.ho.5.

Paſsio & crux Chri

Scandalum dicebant ſe pati Aegyptij,quum affligebantur.Exo.10.d.Scandalum autem mūdi ſeu Aegypti erat paſsio & crux Chriſti.Quod ſcandalum non eſt diligentibus legem Dei. pſ.118.Nam illi non ſcandalizantur:quia non ſunt puſilli. Hila.ſ.Mat.cano.18. Amb.ſ.pſ.118.ſer.21.

Offendiculum non ponendum corā cæco.Leui.19.c.eſt non faciendū opus,per quod ignorans incidat in peccatū.Non habet autē offendiculum,qui ſequitur ſapientiam.pro.4.b. Iſy.ſ.Leui.19. Beda.ſ.pro.4.

## *Scandere,uide Aſcendere.*

## *Scapha.*

SCapha eſt nauicula ex ligno cauata,vnde paruæ naues ad piſcandum deſeruientes ſcaphæ dicuntur:& illę quæ ſunt velut miniſtræ amanuenſes magnarum nauium.

Dogmata hæreticorum

Scaphæ Ioppitarum,quibus ſubmerſerunt Iudæos.2.Mach.12.a.ſunt dogmata hæreticorum,quibus ſubuertunt ſimplices. Glo.or.ſ.2.Mach.12.

## *Scapulæ,uide Humerus.*

## *Scarabeus.*

SCarabeus animal paruum volatile ex inſectorum genere,habēs alas veluti teſtaceas: ſoletq; pedibus auerſis pilas è fimo volutare.

Sol.

Scarabeus apud Aegyptios ſignum erat ſolis:quoniam quum rotundam ex bubulo ſtercore effingit figuram,eam vultu auerſo conuoluit.Aiunt autem hoc quoq; animal ſex quidem menſibus ſub terra,alteram vero partem anni vitam degere ſuper terram: & ſemen in globum mittere: & non naſci fœminam ſcarabeum. Cle.Alex.5.ſtromat.

Hæreticus Propheta

Scarabeus loquens ſeu clamans de ligno,eſt hæreticus habens dogmata ſtercori comparanda.Habacuc.2. c. Iuxta ſeptuaginta. Scarabeus etiam clamans domino de ligno dici poteſt propheta. Hie.ſ.Haba.2. Euch.for.ſpūa.5.

## *Scatere, Scaturire.*

SCatere eſt emanare,erumpere,& ebullire,& ita plenum eſſe,vt exiliat quod continetur.

Pœna indignè communicantium Pœna guloſi Pœnitentia volūtaria

Scatens vermibus manna.Exo.16.a.deſignat pœnam æternam indigne manducantium corpus Chriſti.Deſignat etiam conſcientiam guloſi quaſi vermibus vrgeri. Amb.ſer.34

Scatens putredo ſubter hominem. Haba.3. c. deſignat pœnitentiam libenter acceptandam pro peccatis. Hie.ſ.Haba.3.

## *Scelus, Sceleſtus, Sceleratus.*

SCelus eſt flagitium & facinus,ſeu graue crimen:vnde ſceleſtus,qui ſcelus committit, qui & ſceleratus.Et ſcelus quidem in opere videtur eſſe:delictum vero plerumq; in ſola cogitatione.Iob.13.d.35.d.36.b. Gre.11.mor.23

Grauiora peccata

Scelus appellatur peccatum ciuitatis Sodomorum:quia grauiſsimum.Et generaliter grauiora peccata dicuntur ſcelera.gen.19.d.Exo.32.g.34.a.Iſa.50.a.Et ſcelerata via Hieruſalem dicit propter grauia peccata.Eze.16.c. Hie.ſ.Eze.16.

Occiſio Chriſti per Iudæos

Scelus fratrum Ioſeph ſignificat ſcelus Iudæorum occidendo Chriſtum commiſſum. gene. 40.c.Et ſcelus populi Dei,propter quod percuſsit pater filium,ſunt grauia peccata Iudæorū. Iſa.53.c. Hie.ſ.Iſa.53.

Scelera tria & quatuor Damaſci.Amos.1.a.deſignant, primum quidem cogitationem malam:ſecundum conſenſum:tertium ipſum opus:quartum complacentiā in ſcelere: & hæc ſunt in hæreticis:qui etiam doctrina ſua ſimplices decipiunt.Vel tria ſcelera ſunt voluntas, opus, conſuetudo:quatuor vero ſunt,quando additur defenſio,ſeu obſtinatio. Hie.ſ.Amos.1. Rup.ſ.Amos.1.

Latrones.

Scelerati,cum quibus reputatus eſt Chriſtus,erant latrones, cum quibus crucifixus eſt. Vel generaliter ſunt mali,inter quos computatus eſt à Iudæis,ac ſi eſſet vnus eorum.Iſa.53.d. Hie.ſ.Iſ.53.

## *Scenofactoria.*

SCenofactoria ars,erat ars, quia fiebant vmbracula vel tabernacula, ē quacunq; re fierent. Vel faciendi funes,cuius artis erat Paulus.Acto.18.a.

## *Scenopegia.*

Ad Sceno-

Ori.ſ.nu.ho.23 Aug.ſ.Ioan. tra.28. Gre.Nyſſen. ſer.de Natiuitate. — Peregrinatio huius vitæ. Incarnatio

SCenopegia erat feſtum tabernaculorum, in quo filij Iſrael in vmbraculis, aut tabernaculis habitabant, in memoriam habitationis, qua morati ſunt quadraginta annis in tabernaculis in deſerto. Hanc ſolemnitatem celebramus, quum nos reputamus tanquam aduenas & peregrinos ſuper terram. Num.29.1.Mach.10.b.2. Macha.1.a. Ioan.7.a. Eſt etiam ſcenopegia, quando Chriſtus carnem induit, vt peregrinaretur in terra.

Cyril.3.ſ.Ioan 11. — Reſurrectio corporum.

Deſignat etiam ſolemnitatem futuram in reſurrectione, quando ſancti ſua recuperabũt corpora, in quibus perpetuo gaudebunt.

## *Sceptrum, uide Baculus.* *Schiſma, uide Abſcindere.*

## *Sciniphes, uide Culex.*

## *Scintilla.*

Hie.ſ.Eze.1. Gre.ſ.Eze.ho.3. Rup.1.ſ.Eze.3. — Lumen diuinum. Verba pdicantium. Dona ſpũſſancti

SCintilla eſt fauilla ardens: vt quæ exilire ſolet è ſilice.

Scintillæ ęris candentis in animalibus, quæ vidit Ezechiel, deſignant in diuinis cuncta eſſe plena luminis. Eze.1.b. Vel ſunt verba prędicantium, quæ audientium corda penetrant, & inflammant: & quia non poſſunt diuina ſufficienter explicare, ſcintillæ dicuntur. Vel ſunt dona ſpirituſſancti, quę cum feruore charitatis igneę longe audibilem reddiderunt tinnitum euangelicę prædicationis.

## *Scire, Scientia.*

SCientia eſt certa & euidens cognitio. Interdum autem cogitatio. Iob.13.a. Secundum ſciẽtiam veſtram, & ego noui. Cultus. pro.15. a. Lingua ſapientum ornat ſcientiam. Doctrina. Leui.10.b. Vt habeatis ſcientiam diſcernendi. Scire autem, ſcientiam habere. Item approbare. Nu.16.d. In hoc ſcietis, quòd dominus miſerit me. Natura cognoſcere. gen.3.a. Scit enim Deus quòd in quacunq; die. Compertum habere. gen.18.c. Scio quòd præcepturus ſit filijs ſuis. Credere. deut.4.e. Vt ſcires, quoniam dominus ipſe eſt Deus. Diſcere. gen.15.d. Scito prænoſcens quòd peregrinum. Experiri. gen.24.c. Scire volens, vtrum proſperum iter. Intelligere. Exo.23. b. Scitis enim aduenarum animas.

Aug.1.de gen. con. Mani.22. Hie.ſ.Iob.31. Gre.21.mor.6. Hila.ſ.ps.138. Hila.ſ.ps.68. — Scientia Dei

Scire dicitur Deus, non vt accipiat cognitionem à rebus: ſed potius res ſunt, quia Deus eas ſcit. Et quum dicit Deus ſcire, quaſi de nouo, *intelligitur quòd faciat nos ſcire*. gen.18.c. Exo.3. b.33. Iob.31.a. Scientia autem Dei dicitur mirabilis, quia extenditur ad infinita. ps.138.

Sciẽtia patris & filij

Scit Deus inſipientiam Chriſti, hoc eſt, paſsionem eius. ps. 68. Conſcius autem filij dicitur pater: quia vna voluntate, vno conſilio pater cum filio ſemper operatur. Iob.16.d.

Gre.13.mor.12. Gre.30.mor.21. — Sciens Deus cogitationes.

Scire tempus partus ceruarum dicitur competere Deo: qui dum occulta cordis conſpicit, futurum foris effectum operis, intus in pondere cogitationis penſat. Iob.39.a.

Gre.13.mor.13 — Chriſtus accipiens infirmitates nr̃as

Sciens infirmitatem eſt Chriſtus, qui pro nobis expertus eſt infirma, & paſſus eſt grauia. Sed idem ſcit iuſtificare. Iſa.53.a.d. Ipſe quoq; dicitur conſcius noſter. Iob.16.d. quia naturam noſtram non ſolum creando nouit, ſed etiam aſſumendo. Qui etiam dicitur noſſe figmentum noſtrum. ps.102. quia ipſum corpus in ſeipſo ex pietate ſuſcepit, & miſerias noſtras expertus eſt.

Hie.ſ.Hoſe.6. & ſ. Iere.3. & ſ.Iſa 51. Gre.ſ.1.reg.2. Rup.2.ſ.Iſa.8 Hie.ſ.Ezec.29. & ſ. ps.86 — Fides. Doctrina noui teſtamenti. Humilitas

Scientia Dei, quam vult Deus pluſquam holocauſta, eſt fides. Hoſe.6.c. Iob.9.d.19.d.42.a. Et ſcientia & doctrina, quæ paſcunt iuxta cor Dei, deſignant doctrinam noui teſtamenti. Ier. 3.c. Dicitur autem Deus ſcientiarum dominus, hoc eſt, ſecretorum ſacræ ſcripturæ. 1. regũ.2.a. Iſa.32.a. Sciunt autem iuſtum, qui habent legem Dei in corde. Iſa.51.c. Scientia etiam domini eſt humilitas. Iſa.11.a. quam ſcientiam docuit dominus, quando dixit: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Scientia autem Dei, aut nominis Dei eſt in mundo poſt Chriſtum incarnatum, ſicut & ſcire diuina promiſſa. gen.15.b. Exo.33.c. Iſa.52.d. Et ſcientes Deum in Babylone ſunt fideles ex gentibus in ſeculo. ps.86. Scire autem quod Deus ſit dominus dicitur tertio. Eze.29. Vt prima cognitio ſit in corde: ſecunda in anima: tertia in ſpiritu. Primo ſuper terram: ſecundo mundi huius conuerſatione finita: tertio poſt reſurrectionem. Scire autem veſpere, quòd Deus eduxerit de terra Aegypti, eſt cognoſcere redemptionem in fine ſeculorum factam. Exo.16.b.

Chryſ.ſ.gen.ho.16 Au.8.de gẽ.ad lit.14 Gre.15.mor.23 Glo.inte.ſ.Exo.7. — Cognitio experimẽtalis

Scientia boni & mali dicta eſt eſſe in ligno: quia ex illo intrauit ſcientia & erubeſcentia, tranſgreſsione facta: & cognouit homo bonum, quo careret, & malum, quo afficeretur, per experientiam. gen.2.b. Ita dicitur tunc ſcire malus, quãdo punitur. Iob.21.c. Et Aegyptij & Pharao ſciuerunt quòd ſit dominus, per experientiam flagellorum. Exo.7.a.29.g.31.a.

Glo.or.ſ.Exo.1. — ſcientia pdicandi

Scientia obſtetricandi eſt ſcientia doctorum, animas ad bona opera inſtruentium. Exo.1.d. Et ſcientia Beſeleel conſtruendi tabernaculum, eſt doctorum conſtruentium eccleſiam Dei. Exo.31.a.35.d.36.a. Scientia quoq; diſcernendi quid comedendum, &c. eſt ſacerdotũ & prælatorum. Leui.10.b.11.g. Qui etiam ſcire debent, quo tempore mundum quid, vel immundum ſit, hoc eſt, cognoſcere an peccauerit quis ignoranter, an ſcienter. Leui.14.f.





Scire præcepta — Glo.inte.ſ.Iſa.58.

Scire vias domini eſt cognoſcere præcepta eius: vel occulta iudicia & voluntates, & actiones. Iſa.58.a. Hanc ſcientiam nolunt impij. Iob.21.b.

Iudæi venientes ad fidem. — Hie.ſ.Iſa.29.

Scient errantes ſpiritu intellectum, quando Iudæi venient ad fidem. Iſa.29.g.

Cognitio poſt hanc vitã. Cognitio ſui. — Gre.27.mor.24.

Scientiæ perfectæ & magnæ ſunt, quæ poſt hanc vitam habentur: aut quum hic doctores ad alta ſe eleuantes, deorſum ſe humiliter per cognitionem ſuæ ignorantiæ inclinant. Iob.37.c

Reuelatio Ioannis Baptiſtæ facta — Arno.ſ.ps.18.

Scientia indicata nocti eſt reuelatio facta Ioanni Baptiſtæ adhuc in vtero exiſtenti. pſalm.18.

Cognoſcere bonũ diuinæ caſtigatiõis — Gre.ſ.1.reg.6.

Scire quare non recedat manus domini à puniendo, eſt tunc intelligere vtilitatem compunctionis, & afflictæ carnis bonum, quando de fiducia diuinæ indulgentiæ ineffabiliter lætantur. 1.reg.6.b.

Cognitio beatifica. — Rup.ſ.Hoſe.2. Hie.ſ.Iſa.8.

Scire dominum datur pro pręmio. Hoſe.2.d. Vnde Ioan.17.a. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te, &c. Scit vocare patrem cœleſtem & matrem, qui videt Deum: nondum autem ſcit, qui ex parte cognoſcit. Iſa.8.a.

Hie.ſ.ps.88. Aug.ſ.ps.88.

Scire iubilationem eſt ſcire vincere dæmones, & exultare de victoria. pſalm.88. Vel eſt ſcire vnde debet iubilare, hoc eſt, gaudium habere, quod explicare non poſsit: vt non de ſe, ſed de Deo gaudeat.

Principes Iudæorũ. — Hie.ſ.Iſa.29

Scientes literas erant principes Iudæorum. Iſa. 29. d. qui ideò magis culpantur, quòd non intelligerent ſcripturas, quæ de Chriſto erant.

Scientia philoſophorum & hæreticorũ — Glo.inter.ſ.Iſa.47.

Scientia Babylonis eſt ſcientia philoſophorum, & hæreticorum; & diuinatio, & aſtrorum inſpectio. Iſa.47.c. Eſt etiam ſcientia arrogantium, quæ ſine charitate inflat: qualis erat ſcientia Elihu. Iob.36.a.

Dæmones. Detectio fraudum diaboli. — Rup.1.victor.verbi Dei.14. Gre.31.mor.11

Scientes bellum ſunt dæmones, qui ſuperbia ſua erecti ſunt contra Deum. Baruch.3.c.

Abſq; ſcientia celat conſilium Leuiathan. Iob.42.a. quia quamuis contra infirmitatem noſtram multis fraudibus occultetur, protectoris tamen noſtri ſancta nobis inſpiratione detegitur. Abſq; ſcientia celat conſilium: quia licet tentatos lateat, latere tamen tentatorum protectorem minime poteſt.

## *Scirpus, uide Iuncus.* *Sciſcitari, uide Interrogare.*

## *Scopæ, Scopare.*

Præcepta. Confeſsio. — Ber.ſer.1. Aſſumpt.

SCopæ ſunt inſtrumentum, quo pauimenta verruntur.

Scopæ ſignificare poſſunt præcepta legis: & etiam confeſsionem: quibus animæ ab omni vitiorum ſorde mundantur. Matth.12.d. Luc.11.c. ps.76.

Curæ ſupſtitionis. Caſtigatio Dei — Euch.for.ſpũa.8. Hie.ſ.Iſa.14.

Scopæ etiam ſunt curæ ſuperſtitionis per vanam gloriam exercitatę.

Scopat Deus terendo, quum puniendo mundat ſordes ab anima. Iſa.14.f.

## *Scoria.*

SCoria eſt purgamentum & fęx metallorum: ſicut ſpuma, quę ex ferueſcente *materia* tollitur.

Traditiones Iudæorũ. Peccator — Hie.ſ.Iſa.1.

Scoria ſignificare poteſt falſas & ineptas traditiones Iudęorum: vel hominem peccatorum ſordibus inquinatum. Iſa.1.f. Eze.22.d.

## *Scorpius, Scorpio.*

Scribæ & phariſæi. Blandi & malitioſi. Hoſtes Iſrael — Gre.ſ.Eze.ho.9. Rup.5.ſ.apoc.

SCorpius eſt animal venenoſum brachijs amplectens, & cauda feriens.

Scorpiones erant ſcribæ & phariſæi aduerſus Chriſtum: qui verbis fallacibus & blandiẽtibus eum capere in ſermone nitebantur. Scorpio enim eadem plaga cutem aperit, & venenum infundit. Qua ratione Ezechieli dictum eſt. Eze.2.c. Fili hominis, in medio ſcorpionũ tu habitas. Generaliter autem ſcorpiones ſunt omnes blandi & malitioſi: qui bonis quidem in faciẽ non reſiſtunt: ſed mox vt receſſerint, derogant: alios quos valuerint inflammant: quæq; poſſunt noxia immitunt: mortifera inſerre occulte non deſinunt. Hoſtes etiam Iſrael erant ſcorpiones, quando blandicijs eos inducebant in errores, & idololatriam: & poſtea occidebant. Apocalypſ.9.a.

Dæmones — Baſi.ſ.ps.28 Euch.for.ſpũa.5.

Scorpiones quandoq; dicuntur dæmones: vt quum dicit Chriſtus. Luc.10.d. Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones.

Violenti. Deſperatio. Hæreſes — Baſi.Exae.ho.10. Aug.epiſ.111. & de verbis domi.ſer.29. Rup.7.ſ.Ioan.

Scorpiones etiam dici poſſunt violenti in proximorum iniurias.

Scorpio cauda nocens deſperationis eſt typus: & qui in deſperationem inducit, ſcorpionem porrigere dicitur. Lucæ.11.b. Vbi etiam hæreſes ſignificare poteſt, ſub blandis verbis venenum inferentes.

## *Scortari, Scortum, uide Meretrix.*

## *Scrabro.*

Aug.q in Exo.93. Rup.3.ſ.Exo.39. — Aculei timoris. Cōtēptibiles mūdi

SCrabro,quem crabronem dicunt,veſpis eſt ſimilis:& vbi communis tranſlatio habet ſcrabrones,ſeptuaginta dicunt veſpas. Aiunt eos de equino ſtercore naſci. Deſignant autem aculeos timoris.Item contemptibiles mundi,qui ſe omnium peripſema reputabant:per quos fugauit Deus principem mundi.Exo.23.d.deut.7.c.Ioſu.24.c.

## *Scribere, Scriptor, Scriba, Deſcribere, Exarare.*

SCribere notæ ſignificationis eſt.Eſt autem eorum proprie , qui aliquid condunt , vel aliquod opus faciunt:vnde ſcriptores.Scribit autem,qui exarat,ſeu format characteres:& qui dat literas,aut mandat & ordinat:& qui memoriæ mandat:& qui ſculpit.Exod. 34.d. Scripſit in tabulis verba fœderis.Scribæ autem apud Hebræos erant literati.

Aug.ſ.ps.44. — Deus pater

Scriba ſcribens velociter,dici poteſt Deus pater producens verbum.ps.44. Et dicitur ſcribere producendo filium:quia quod lingua loquitur,ſonat & tranſit:quod vero ſcribitur,manet.Cum ergo dicat Deus verbum,quod non ſonat & tranſit,ſed dicitur & manet,ſcriptis hoc maluit Deus comparare,quam ſonis. Velociter autem Dei tale eſt,vt velocius nihil ſit.In ſcripturis enim ſcribitur litera poſt literam,ſyllaba poſt ſyllabam,verbum poſt verbum:nec ad ſecundum tranſitur,niſi primo preſcripto.Ibi autem nihil velocius:vbi nō multa ſunt verba:nec tamen aliquid pretermiſſum eſt:quum in vno ſint omnia.

Euch.q.in ps. — Cognoſcens Deus voluntates hominis

Scribuntur omnes in libro Dei.ps.138.quia omnes homines non abſq; voluntate Dei naſcūtur:vel omnes voluntates noſtræ apud Deum pleniſsime deſcribuntur.

Scripſiſſe dicitur Deus legem:quia eam tradidit Moſi deſcribendam.Exod.24.c. Leui.11.a. Scribit autem in corde.Iere.31.f.quia neq; qui plantat,eſt aliquid,neq; qui rigat,ſed qui incrementum dat Deus.

Cle.Ale.6.ſtrom. Hie.ſ.Haba.2. — Formatio mundi. Formatio hominis.

Scripſit Deus tabulas,quando formauit mundum. Scriptæ quoq; tabulæ digito Dei , & ex vtraq; parte ſcripturam habentes,deſignant primum hominem à Deo formatum , & gratia ac virtutibus ornatum.Exo.31.d.32.b.Sic & homines dicebantur epiſtola ſcripta in tabulis cordis 2.Corinth.3.a.Scripſit quoq; Deus teſtamētum nouum in cordibus:quia dat gratiam ſpirituſſancti.Iere.31.f.Et ſcribit viſum propheta:ſed quod explanari debeat in tabulis cordis. Habacuc. 2.a.

Ori.ſ.Eze.ho.2. Hie.ſ.Iere.31. — Liber p̄deſtinatorū

Scripſit Deus librum prædeſtinatorum.Exo.32.g.Scriptura quoq; domus Iſrael eſt liber p̄deſtinationis:in quo non ſcribuntur mali prophetæ.Ezec.13.b.Huc referri videntur ſcripturæ populorum.ps.86.Et ſcribuntur agri in libro,hoc eſt,fideles in libro viuentium.Iere.31.b.Scribi autem in libro Dei,aut in vita,eſt eſſe de beatorum numero:vbi mali non ſcribuntur cum iuſtis.ps.68.138.Iſa.4.a.apoc.13.c.

Ori.ſ.Ioſu.ho.9. Gre 22.mor.19. Aug.ſ.ps.101. Beda.1.pro.7. Hie.ſ.Iſa.8. Gre.22.mor.29.&.ſ Eze ho.9. Hila.prolo.ſ.ps. Aug.ſ.apoc.ho.4. Hie.ſ.Ezech.1.&.ſ. ps.86. — Inſtitutio nouæ legis

Scribens Moſes eadem verba in ſecundis tabulis,quæ erant in prioribus,deſignauit renouationem legis per Chriſtum faciendam.Exo.34.d.Idem deſignauit Ioſue ſcribens ſuper lapides Deuteronomium,hoc eſt,nouam legem.Ioſu.8.g. De hoc dicitur ps. 101. Scribantur hæc in generatione altera.Scribenda eſt autem lex Dei in tabulis cordis:vt latiſsime & ſemper in memoria habeatur.pro.3.a.7.a.Scribens Iſaias ſtylo hominis,deſignat ſcripturam intelligendam ab hominibus.Iſa.8.a.Scribit autem librum ipſe,qui iudicat,hoc eſt,Chriſtus nouum teſtamētum,per quod iudicaturus eſt.Iob.31.b.Ipſe eſt vir habens atramentarium ad renes.Ezech.9.a. Scriptus liber intus & foris eſt ſacra ſcriptura continens preterita & futura,vel literam & ſpiritum:vbi paſcit hiſtoria ſimplices,myſterijs vero eruditiores.Eze.2.d.apoc.5.a. Scripturę populorum deſignant ſacram doctrinam:quæ omnibus eſt expoſita.ps.86.

Arno.ſ.ps.39. — Scriptura de Chro.

Scriptum eſt in capite libri de Chriſto,hoc eſt,in initio pſalterij: vel in tota ſacra ſcriptura, quæ eſt caput,vel capitulum.ps.39.

Hie.ſ.Eze.16. — Triplex ſenſus ſcripturæ.

Scribitur tripliciter ſcriptura.pro.22.c.hoc eſt,ſecundum literam , ſecundum tropologiam, quando recedimus à litera, & paululum ad altiora conſcendimus,dicente apoſtolo : Scriptum eſt:Non alligabis os boui trituranti:ſtatimq; ſequitur : Nunquid de bobus cura eſt Deo ? An propter nos vtiq; loquutus eſt?Extrema.i.tertia eſt ſublimis ſacraq; intelligentia , iuxta illud eiuſdem apoſtoli:Propterea relinquet homo patrem ſuum & matrem,& adhęrebit vxori ſuæ. Sacramentum hoc magnum eſt:Ego autem dico in Chriſto & eccleſia.

Scripſit Moſes ob monimentum pugnam Amalec contra Iſrael,& victoriam aduerſus eos. Exod.17.d.Vt videlicet admoneamur pugnandum nobis eſſe contra diabolum , mundum & carnem:& reportandam victoriam per orationes.

Cura Dei erga eccleſiam.

Deſcripſiſſe dicitur Deus Sion in manibus ſuis:vt perpetuam & peculiarem eccleſiæ curam ſe oſtendat habere.Iſa.49.d.

Gre.12.mor.26 — Præcepta data Iudæis & gentibus

Scripti ſunt ſermones Iob in plūbi lamina.Iob.19.c.quando data ſunt præcepta Iudęis:q ea & ſine labore perceperūt,& celeriter trāſgrediēdo pdiderunt.Exarati vero ſunt in ſilice,quādo gentilitati præcepta ſunt tradita, quæ vix ea cuſtodienda ſuſcipere potuit, ſed tamen fortiter ſuſcepta ſeruauit.



Amb.1.de pœnit.6. Gre.ſ.Eze.ho.9

Scriptæ lamentationes,& carmen,& væ.Eze.2.d. deſignant illum ſaluum eſſe in futurum, qui in hoc ſeculo fuerit de numero lugentium.Vel lamentationes ſunt pœnitentium , carmen laudantium : Væ autem eſt comminatio æternæ pœnæ : quæ omnia in ſacra ſcriptura continentur.

Condemnatio hæreticorum — Hie.ſ.Iſa.10.

Scribit puer paruulus reſiduos Aſſyriorum,quando Chriſtus diſcernit à ſuis hæreticos cōdemnandos.Iſa.10.c.

Chſianorū nomen. — Aug.ſ.apoc.ho.3.

Scribit Chriſtus nomen ſuum ſuper fideles.apocaly.3.c. quando facit vt à Chriſto dicantur Chriſtiani.

Flagella generis humani — Gre.11.mor.24.

Scribere dicitur Deus amaritudines contra genus humanum. Iob. 13.d. quia diu ſuper nos eius flagella perdurant.Et quia ſententia de mortalitate noſtræ carnis aduerſus Adam lata,vſque ad vltimum mutari non valebit. Quod enim loquimur tranſit : quod vero ſcribimus manet.

Reformare imaginem Dei. — Glo.or.ſ.Exo.28.

Scribere ſanctum domini in lamina. Exo.39.e.eſt reformare imaginem Dei in corde.

Prædicator — Gre.ſ.1.reg.10. Ori.ſ.Matt.cap.13. &.ho.26. Hie.ſ.ps.44.

Scribens Samuel legem regni.1.regū.10.d.deſignat prædicatorem admonentem ſubditos, vt obediant prælatis.Sic dicebat Chriſtus.Ioan.15.c.Mementote ſermonis mei , &c. Et Paulus Hebręor.13.b.Mementote præpoſitorum &c.Et.1.Corinth. 9.b. Qui euangelio ſeruit , de euangelio viuat.Scriba eſt prædicator : &.ſcribit velociter , quum adeſt virtus ſpirituſſancti. pſalm.44.Et ſcriba doctus eſt habens literam legis,à qua tranſit ad ſpiritum. Matthæi.13.g.Et ſcribæ,quos mittit Chriſtus,ſunt qui ſequuntur literam euangeli,quæ non occidit.Mat.23.d.

Hie.A glaſiæ

Scribere quinquaginta batos olei,eſt accipere remiſsionem. Scribere autem octoginta coros tritici,eſt confiteri reſurrectionem.Luc.16.b.

Firmitas fidei. Aeternitas. Firmitas regni chri. — Hila.ſ.ps.55. Baſi.ſ.ps.59.

In ſcriptio tituli deſignabat firmitatem fidei:vel æternitatem,quæ habetur ex morte Chriſti. Item firmitatem regni Chriſti:vnde non potuit corrumpi.ps.55.56.59.in titulo.

Inſigne animæ — Aug.ſ.ps.56. Ori.ſ.Mat.ho.25.

Superſcriptio numiſmatis eſt inſigne in anima,quo lucet in ea: Vel nomen Dei , vel principis huius mundi.Mat.22.c.

Condemnatio malorum — Ori.ſ.Iere.ho.4. Amb.epiſt.76. Hie.ſ.Iere.17. Aug.ſ.Ioan trac.33.

Scribi in terra eſt pręponendo terrena cœleſtibus condemnari,& deleri de libro viuentium Iere.17.b.Sic ſcribebat Ieſus in terra condemnans peccatores.Iterum autem ſcribens deſignat ſe eos tam veteri quam noua lege condemnare. Scribens autem digito in terra,indicat ſe eſſe, qui prius ſcripſit legem in petra:ſed nunc ſcribit in terra:quia fructum quærit. Ioan.8.a.

Scribæ & phariſæi. Hæretici — Ori.ſ.Mat.ho.11.25. 31. Hie.ſ.Iſa.10.

Scriba ſumitur pro ſcribis & phariſæis.Iſa.33.c.Scribæ autem Iudæorum ſunt,qui non recedunt à litera legis:& qui diuinas literas ſe ſcire arbitrantur.Matth.20.c.23.a.26.a. Et ſcribentes iniuſtitias erant ſcribæ & phariſæi,& hæretici.Iſa.10.a.

Peccata punienda in iudicio. — Hie.ſ. Malac.3.&.ſ. Iſa.65. Ori.ſ.Iere.ho.12.

Scriptus liber monumenti coram domino erat blaſphemiarum , quas ipſe puniturus eſt in iudicio.Malach.3.d.Qua ratione ſcriptæ ſunt iniquitates coram Deo.Iſa.65.a. Secundum autem ſcripta in volumine volante iudicabitur vnuſquiſq;. Zachar. 5.a. Scriptum peccatum Iuda ſtilo ferreo eſt peccatum Iudæorum in nece Chriſti. Vel Chriſtianorum impœnitentium: quorum peccata non delebuntur,nec abſcondentur in iudicio.Iere.17.a.

Certitudo prophetiæ. — Hie.ſ.Iſa.30.

Scribere ſuper buxum eſt prophetare certum & futurum eſſe,quod dicitur. Iſaiæ. 30.b. Sic ſcribere iubetur Iuda & Iſrael in lignis,ob maiorem certitudinem.Eze.37.d.

Gloriari in fide. — Hie.ſ.Iſa.44.

Scribit manu ſua domino,qui de nouo fidei tyrocinio gloriatur. Iſa.44.a.

## *Scrupulus.*

Lyra.ſ.1.reg.25.

SCrupulus proprie eſt lapillus aſper,qui in calceo latens plerumque nos lædit : preſſuſq; dolorem infert.Vnde pro ſolicitudine & difficultate ponitur: & pro eo quod cōſcientiam remordet,nec quietam eſſe finit.Ita dixit Abigail ad Dauid.1.reg.25.e. Non erit tibi hoc in ſingultum,& in ſcrupulum cordis.

## *Scrutari.*

SCrutari eſt inquirere inueſtigando,vt ea quæ latent inueniantur.

Examinans Deus animam — Hie.ſ.Sopho.1. Ber ſ.cant.ſer.55. Rup.ſ.Sopho.1. Aug.ſ.ps.7.

Scrutabitur Deus Hieruſalem lucernis , quum animam etiam iuſti examinabit : & quum de ſermone & cogitationibus exiget rationem.Amos.9.a.Sophoniæ.1.c.Iob.10.b.Scrutatus eſt etiam Hieruſalem lucernis , quando ſegregauit ex Iudęis fideles , antequam Hieruſalem deſtrueretur. Scrutatur etiam corda & renes , hoc eſt , cogitationes & delectationes.ps.7.

Detegens Deus fallacias. — Hie.ſ.Iſa.22. Baſi.ſ.ps.7.

Scrutatur Deus murum hæreticorum,quum eorum fallacias & munimenta detegit. Iſa.22. b.Quum autem ſcrutari ſit tortura veritatem elicere,Deus ſcrutari dicitur,quum,quę cognoſcit,in lucem profert.

Gre.8.mor.23. Hie.ſ.Iob.28.

Scrutatur Deus per doctores profunda fluuiorum, quum dicta legis, quæ caligoſa nimis hiſtoria obſcurat, ſpiritali interpretatione illuminat, & patefacit. Iob.28.b. Scrutatur etiam profunda fluuiorum, quum ſecreta conſcientiæ examinat.

Dans Deus ſenſum ſpiritalẽ legis. Examinãs cõſciam

Arno.ſ.ps.108. Aug.ſ.ps.108.

Scrutatur fęnerator ſubſtantiam peccatoris. ps. 108. Quum Chriſtus exigit vſuras verborum prudentiæ, quibus malè vtuntur hæretici: vel quum omnia debita exiguntur à Iudæis, qui non expectant remiſsionem peccatorum per Chriſtum, per quem ſolum rẽmitũtur peccata.

Rup.ſ. Abdi.

Scrutantur fures abſcondita Eſau, hoc eſt, gentiles fruuntur myſterijs Iudæorum, quæ ipſi neglexerunt. Abdi.b.

Gentiles fruentes myſteriis.

Am.& Hila.ſ.ps.118 Glo.or.ſ.Iob.36.

Scrutantur teſtimonia Dei, qui conſiderant Deum, angelos & dęmones teſtes eſſe ſuorum operum. Beatificantur autem, qui ſcrutantur teſtimonia Dei: non qui alia. ps.118. Scrutari autẽ vias Dei, videtur eſſe eius conſilia & iudicia inquirere. Iob.36.c.

Inquirere conſilia Dei.

Scrutans diſpenſator Ioſeph ſaccos fratrum eius, eſt miniſter Chriſti inquirens & examinãs fideles. gene.44.a.

Examinãs miniſter Chriſti fideles

Scrutans Laban tabernacula Iacob. gen.31.e. eſt diabolus quærens vitia in homine: qui etiã circuit quærens, quem deuoret.

Am.de fuga ſecu.4. &.2.de Iacob.5. Hila.ſ.ps.63. Hie.& Aug.ſ.ps.63.

Scrutatores terræ ſunt principes & philoſophi. Iſa.40.f. Et ſcrutantes iniquitates, qui defecerunt, ſunt philoſophi & hæretici aduerſus Deum. ps.63. Scrutantur autem hæretici iniquitates, quum ſcripturas ſacras ad peruerſos ſenſus trahere conantur. Scrutantes etiam ſcrutinia fuerunt Iudæi, quærentes calumnias aduerſus Chriſtum.

Philoſophi. Hæretici Iudæi quærentes calumnias in Chriſtũ.

## *Sculpere, Sculptile, Sculptor, Cælare, Anaglyphon.*

SCulpere eſt cædendo imaginem aliquam efficere: & proprie in marmore & alijs lapidibus ac etiam in lignis ſculptura fieri dicitur. Conflatura vero in metallis, quæ igne ſolui poſſunt atq; conflari: vt in auro, argento, ęre, & cęteris.

Glo.or.ſ.Exo.28. Glo.or.ſ.Exo 32. Hie.ſ.Zach.3. Glo.or.ſ.Eze. 40.

Sculpere ſanctum domini in lamina, eſt in corde reformare imaginem cœleſtis. Exo.28.f.

Sculpta ſcriptura Dei in tabulis lapideis. Exo.32.d. eſt data lex in cordibus hominum.

Sculptura lapidis, quem cælat Deus, eſt paſsio Chriſti. Zach.3.d.

Sculpturæ portarum templi deſcriptionem myſteriorum ſignificare poſſunt: & etiam cęlata Cherubim, & palmæ: quæ etiam deſignant memoriam victorię Chriſti, & martyrum. Ezech. 40.c.41.e.

Reformatio imaginis. Lex in corde. Paſsio Chriſti. Myſteria. Memoria victoriæ Chriſti.

Hie.ſ.Iſa.54.

Sculpere nomina filiorum Iſrael in lapidibus, eſt ornare virtutibus mentes. Exo. 28.b.35.d. 39.b. Iſa.54.c. Cęlaturę quoq; capitum colũnarum, ſunt varia virtutum opera. Exo.27.b.38.c. Cælaturę etiam tabularum templi ſunt eminentia ſanctorum opera, quę alijs in exemplũ proponũtur. 3.reg.6.c. Sculpuntur autẽ tornis, quũ in tantũ virtutibus operã impendunt, vt ab harum tramite nullis circunſtantium rerum cõtrarietatibus, nullis poſsint blandimentis auerti. Sculpturę quoq; in mari ęneo ſunt exempla tam bonorum, quam malorum: bonorum ad imitandum: malorum ad vitandum. 3.reg.7.d.

Ornare mentes virtutibus. Exempla

Anaglypha prominentia in portis templi interioris. 3.reg.6.d. ſunt in prælatis certiſsima bonorum operum documenta: & quæ nemo in ſiniſtram partem interpretari valeat.

Perfecta opera prælatorum.

Gre.14.mor.26. Gre.18.mor.20.&.ſ Eze.ho.18.

Sculpuntur verba Iob in ſilice, quum ſacra eloquia gentilitati traduntur. Iob.19.d.

Sculpti lapides in eccleſiæ ſtructura, ſunt ſancti doctores: qui id, quod loquentes aſſeruut, operibus oſtendunt. Iſa.54.c.

Sacra eloquia gentilitati tradita Doctores ſancti.

Hie.ſ.Haba.2.

Vt ſculptura fit in lapidibus & marmoribus, & conflatura in metallis, quæ ſolui poſſunt, & conflari: Ita ſculptura dicitur eſſe in his dogmatibus, quæ ſtultitiam prima fronte demonſtrant: Conflatio vero eſt, vbi videtur eſſe aliqua ratio ſapiẽtiæ ſecularis, & veluti quodam auro diſciplinis philoſophorum & ſplendore eloquentiæ, idolum conflatum eſt. Haba.2.d.

Dogmata falſa

Ori.ſ.Iſa.ho.8. Hie.ſ.Iſa.30. 40. & ſ.Iere.14. Philo.2.allego. Beda.ſ.Exo.20

Sculptile, quod gentiles pro Deo habebant, ſignificare poteſt adinuentiones proprias, & peccata, & hęreſes: quę ſunt ſculptilia non dantia pluuiam. Exo.20.a. Iſa.10.c.21.c.30.c.40.e. 42.c.44.b. Iere.10.c.14.d. Mich.1.b.5.c. Nahum.1.d. Dicuntur autem ponere ſculptilia in abſcondito, qui prauas de Deo in corde habent opiniones. Cogitationes etiam prauæ dici poſſunt ſculptilia.

Adinuentiones propriæ. Peccata Hæreſes Cogitatiões prauę.

Arno.ſ.ps.105.

Sculptilia Chanaan dici poſſunt irriſores legis Dei. ps.105.

Irriſores legis Dei

## *Scurra, Scurrilis.*

SCurra eſt, qui riſum ab audientibus captat, non habita ratione verecundiæ, aut dignitatis. Michol reputauit Dauid ſcurram. 2.reg.6.d. Deſignauit autem ſynagogam contemnentem humilitatem Chriſti. Prohibetur ſcurrilitas. Ephe.5.a.

Synagoga.

## *Scutum, uide Clypeus.*

## *Scutulata.*

Scutu-



SCutulata veſtis dicitur, quæ habet quoſdam orbes vel circulos, quaſi ſcutulis diſtincta. Et vbi noſtra tranſlatio, pſalm. 44. dicit: Circumamicta varietatibus: Alia tranſlatio habet, ſcutulatis.

Hie. ad Principiam.

Orationes hæreticorum

Scutulata ſignificare poſſunt orationes hæreticorum & philoſophorum, arte dialectica cõfectas. Eze.27.c.

Hie.ſ.Eze.27.

## *Scyphus, uide Calix. Scytropodes, uide Olla.*

## *Seboim.*

Sancti.

SEboim. i. caprea, nomen vallis. 1.reg.13.d. deſignat ſanctos, qui per magna merita, quaſi per magnos ſaltus cœlum aſcendunt.

Gre.ſ.1.reg.13.

## *Sebolet.*

SEbolet. i. ſpina. Iudi.12.c. Sic dicitur punctus in litera Hebraica Sin ad dexteram, qui facit ipſam proferri, vt. S. noſtra. Punctus vero Cibolet ponitur ad ſiniſtram eiuſdem literæ, & facit eam proferri, vt Samach.

Lyra.ſ.Iudi.12.

## *Secare, uide Abſcindere.*

## *Secedere.*

SEcedere eſt ſeorſum ire, & ab hominum frequentia recedere.

Tranſitus Chriſti & apoſtolorũ ad gẽtes

Secedens Chriſtus in deſertum locum. Mat.14. b. deſignauit tranſitum ſuum ad gentes. Idem deſignauit ſeceſſus eius in partes Tyri & Sidonis. Mat.15.b. Secedẽs etiam Ioſeph in partes Galilęæ, tranſitum apoſtolorum ad gentes adumbrauit. Mat.2.c.

Or.ſ.Mat.cap.14.15 Hila.ſ.Mat.can.2.

## *Secretum, uide Arcanum.*

## *Secta, Factio.*

Cõiuratio principũ Iudæorũ in Chr̃m.

SEcta eſt inter philoſophos, aut philoſophis ſimiles, qui eadem dogmata & opiniones ſequũtur: vt ſecta Epicureorum, aut Academicorum: & inter Iudæos ſecta Phariſæorum, & Sadducæorum. Eſthe.8.b. Gala.5.d. Factio etiam ad ſectam refertur: & eſt veluti coniuratio malorum in aliquod facinus: vt factio laſciuientium fuit coniuratio principum Iudęorum aduerſus Chriſtum. Amos.6.b.

Rup.ſ.Amos.6.

## *Sectari, uide Sequi.*

## *Securis.*

SEcuris eſt inſtrumentum ad ſecanda ligna idoneum: vnde & à ſecando nomen habet.

Iudicium de infidelitate Iudæorum. Chriſtus

Securis ad radices arborum poſita, deſignabat abſcindendos eſſe Iudæos per infidelitatem: aut iudicium de infidelitate Iudæorum, cæterorumq; peruerſorum. Mat.3.c. Luc.3.b. Deſignatur etiam ipſe Chriſtus, qui ſecuit omnes malos: qui velut ex manubrio & ferro tenetur ex humanitate, ſed incidit ex diuinitate.

Hila.ſ.Mat. cano.2. Gre.ho.9.

Sermo euangelicus.

Poteſt etiam deſignare ſermonem euangelicum, quo ſecantur hæreſes. Iere.46.f. Mat.3.c.

Hie.adue. Heluidiũ &.ſ.Mat.3.

Ira Dei

Securis etiam eſt ira Dei, qua abſcindentur mali: & etiam zelus eius. Iere.46.f.1. reg.13.d.

Gre.ſ.1.reg.13.

Mors.

Securis quoq; ad radices arborum poſita, dici poteſt mors.

Vis diſcretiua angelorum.

Secures in angelis ſignificant vim diſsimilia diuidendi, diſcernentiumq; virtutum habilitatẽ & efficientiam, atq; ſtrenuitatem.

Diony.cœle.hier.15

Adam & genus humanum.

Securis, quæ cecidit in aquam. 4.reg.6.a. Adam & ipſum genus humanum ſignificare põt: quod in abyſſum peccatorum lapſum eſt.

Aug.ſer.110.

Increpatio.

Securis interdum eſt increpatio. deuteronomi.19.d. Quæ fugere dicitur de manu, quando excedit modum.

Gre.10.mor.9.

Diabol'. Hęretic'. Concupiſcentia.

Securis etiam ſignificare poteſt diabolũ, aut hęreticum: & etiã concupiſcentiã. Iſa.10.d. ps.73.

Hie.ſ.Iſa.10.

## *Securus, Securitas.*

SEcurus dicitur, qui ſine cura eſt, quaſi ſeorſum à cura, & tranquillus.

Tranquillitas in eccleſia.

Securitas in tabernaculo eſt tranquillitas in eccleſia: & habitant ſecuri, qui ſunt in eccleſia. Iſa.4.b.32.d. Eze.28.g.38.d. Zach.14.c.

Hie.ſ.Iere.23. &.ſ. Eze.28.

## *Secus, uide Iuxta.*

## *Sedada.*

Cauenda ira Dei

SEdada. i. latus eius, ſiue cibarium aut venatio eius, vel inſidię eius: terminus terræ Iuda, aut promiſsionis à parte aquilonari: deſignat cauendam eſſe iram Dei à parte aquilonari veniẽtem. Num.34.b. Eze.47.c.

Hie.ſ Eze.47.

## Sedare.

SEdare eſt mitigare, placare, lenire, & tranquillum reddere: Maxime autem refertur ad motus animi. 2. Mach. 4. c. 13. g. Eze. 16. b. acto. 14. c. 19. g.

## Sedechias.

Hie. ſ. Iere. 22.

SEdechias. i. iuſtus domini, vel iuſtitia domini: filius Ioſiæ regis Iuda: qui quum rebellaſſet contra regem Babylonis, à quo rex fuerat inſtitutus, ab eodem captus, & occiſis prius filijs coram ſe, oculis orbatus ductus eſt in Babylonem. 4. reg. 25. b. 2. par. 36. b. Iere. 22. c. Volunt aliqui ipſum typum eſſe Chriſti, qui in hunc mundum ductus eſt. Sed ait Hieronymus allegoriam eſſe incongruam.

Ricar. de. ſ. victo. de ſecuri. cõſci. 26. — Captus à peccato

Deſignare poteſt eum, qui per peccatum captus eſt à diabolo: cuius filij. i. opera bona virtutum, quos diu nutriuit, ſuſtolluntur: quibus amiſsis lumen oculorum eruitur: quia ſæpe ex deprauatione voluntatis acumen intelligentię obducitur, & obnubilatur.

## Sedere.

SEd ere dicitur, qui ſic in aliquo loco quieſcit, vt tamen nec ſtare dicatur, nec iacere: ſed cũ quadam autoritate. Sedere autem indicare ſolet quietudinem mentis. Lucæ. 14. f. Nonne prius ſedens computat ſumptus? &c. Eſt etiam inſidere. Num. 22. e. Balaam ſedebat aſinæ. Manere. Lucæ. 1. g. In vmbra mortis ſedent. Placere. Exod. 16. a. Quando ſedebamus ſuper ollas carnium.

Baſi. de ſpũſctõ. 6. Gre. ſ. 1. reg. 4. Aug. de eſſen. diui. & ſ. ps. 46. 79. Ori. ſ. Iſa ho. 1. Hie. ſ. Dani. 4. Euch. for. ſpũal. 1. Glo. inte. ſ. Iſa. 40. — Stabilitas naturæ diuinæ. Imperium Dei. Iudiciaria poteſtas.

Sedere in Deo ſtabilitatem & firmitatem diuinæ naturæ indicat: & etiam imperium & iudiciariam poteſtatem: Vnde ſedebit ad iudicandum dominus. Ioel. 3. c. Dani. 7. c. apoc. 4. a. Et ſedet ſuper Cherabim, hoc eſt, habitat in plenitudine ſcientiæ, & præſidet mentibus ſpiritualium. 1. reg. 4. b. ps. 46. 79. 98. Et ſedet ſuper ſolium excelſum, quum regnat ſuper virtutes angelicas. Iſa. 6. a. Et ſedebit conflans & emundans argentum. Mala. 3. a. pro. 31. c. Dicitur Deus ſedere ſuper gyrum terræ: quia totum vndiq; comprehendit. Iſa. 40. f.

Hila. ſ. ps. 138. Hie. ſ. Iſa. 6. 9. 16. & ſ. Zach. 6. & epiſ. Et factum eſt. Amb. ſer. 60. Ori. ſ. Mat. ho. 12. 35. Rup. 6. ſ. Ioan. Aug. ſ. ps. 46. 138. Hila. ſ. ps. 121. Aug. ſ. ps. 121. & 17. ciuit. Dei. 4. Gre. 6. mor. 4. Ber. ſ. Ecce nos reliquimus omnia. — Doctrina Chriſti. Imperium Chriſti. Requies Chriſti. Iudiciaria poteſtas Chriſti. Paſsio Chriſti.

Seſsio Chriſti doctrinam eius aliquando ſignificat: quia doctorum eſt ſedere in cathedra. ps. 138. Seſsio etiam eius eſt imperium eius, ſecundum ꝙ dicitur ſeſſurus ſuper ſolium Dauid. Iſa. 9. b. 16. b. Sedet etiam Chriſtus ad dexteram patris: quia victori poſt laborem datur quies. ps. 109. Coloſ. 3. a. Sedet autem vt iudex, qui ſtat vt aduocatus. Zach. 6. d. 9. b. Et ſedebit ſuper ſolium in veritate: quia iuſte iudicabit. ps. 9. Iſa. 16. b. Sedere autem dicitur Chriſtus in ſede gloriæ: quia deſtructo peccato, & omni principatu & poteſtate alienarum virtutum, omnium habet imperium: & ſedent à dextris, & à ſiniſtris, qui appropiant eminentiæ Chriſti: ad dexteram quidem intelligibilia dici poſſunt: Ad ſiniſtram vero ſenſibilia. Mat. 20. c. Seſsio etiã à dextris fundationem & firmitatem regalem eius indicat. Mat. 26. f. Iſa. 6. a. Ioan. 6. a. 12. f. Sedet autem ſuper ſedem ſanctam ſuam, hoc eſt, ad dexteram patris. ps. 46. Seſsio etiam Chriſti paſsio eius dici poteſt. ps. 121. Sedent etiam ſedes in iudicio: quia qui ſunt ſedes Dei, ſedebunt ad iudicandum cum Chriſto. Ipſe ſedebit cum ſenatoribus terræ. pro. 31. c. Seſsio autem illa quietem imperturbatam deſignat. Mat. 19. d.

Gre. ſ. 1. reg. 2. Hie. ſ. Hoſe. 14. — Habere locum apoſtolorum in eccleſia. Quies in fœlicitate.

Sedere etiam cum principibus, eſt prædicatores ex gentibus locum apoſtolorum in eccleſia habere. 1. reg. 2. a. Eſt item cum beatis in æterna gloria quieſcere. Sic dicuntur filij filiorũ Chri ſeſſuri ſuper ſedem eius in fœlicitate. ps. 131. Sedent in vmbra oliuæ, qui quieſcunt in Chriſto, & in fœlicitate. Hoſe. 14. c. Et ſedet Hieruſalem ſecura in fœlicitate. Zach. 14. c.

Hie. ſ. Eze. 44. Ori. ſ. Eze. ho. 14. — Chriſtus ſeruãs myſteria. Chriſtus quieſcen in virgine.

Sedens princeps in porta clauſa, eſt Chriſtus ſeruans myſteria, quæ alijs ſuo tempore reſeraret. Eze. 44. a. Vel eſt Chriſtus quieſcens in virgine. Qui etiam quieſcere dicitur in ſublimiori diuinorum cognitione.

Ori. ſ. Mat. h. 14. 27. & ſ. Lu. ho. 33. Hila. ſ. Mat. cano. 21. Amb. ſ. Luc. 19. Hie. ſ. Iſa. 32. Gre. ſ. Eze. ho. 17. Amb. ſ. ps. 118. ſer. 22. — Quieſcens Chriſtus in animabus & in eccleſia ex gentibus.

Sedens dominus ſuper aſinam & pullum. Matth. 21. a. Luc. 19. c. Ioan. 12. b. eſt verbũ Dei quieſcens in animabus, & regens mentis veſtigia. Sedens etiam ſuper pullum erat Chriſtus in gentibus. Nemo autem ſederat ſuper pullũ: quia nullus eis inſederat ſenſus rationalis: vel quia nullus ante Chriſtum nationum populos ad eccleſiæ fidem vocauerat. Sedet iuſtitia in Charmel, quum Chriſtus quieſcit in gentibus. Iſa. 32. d. Sedet etiam Chriſtus in monte Oliueti, hoc eſt, in eccleſia ex gentibus. Mat. 24. a. ps. 28. Sedere dicitur Chriſtus in hortis, hoc eſt, in animabus in hoc mundo clauſis. canti. 8. d.

Hie. ſ. Mat. 5. Augu. 83. q. 64. & ſ. Ioan. tra. 15. Rup. 4. ſ. Ioan. — Humiliatio Chriſti

Sedens Chriſtus ad puteum, deſignauit ſuam humiliationem ad noſtras miſerias. Ioan. 4. a. Sedit autem vt magiſter: & vt qui ſedet, contractus manet, ita Chriſtus contraxit ſe factus homo: quia non poterant homines eum intelligere in ſua maieſtate fulgentem. Matth. 5. a. Ad hoc referri poteſt, quum ſedit Moſes iuxta puteum. Exo. 2. c. Sedit etiam Ieſus ſupra puteum: quia ſubiecit ſibi omnem ſcientiam humanam.

Hie. ſ. Iſa 47. Aug. ſ. ps. 126. 138. Beda ſ. pro. 31. — Humiliari

Sedere ſæpe humilitatem deſignat: vt ps. 126. 138. Hoſe. 14. c. Matth. 12. d. Et ſedere in puluere eſt humiliari & abiectum eſſe. Iſa. 47. a. Et ſedent humiliati, qui dolentes ceſſant à peccato. Iere. 13. c. 15. d.

Sedit



Quieſcẽs virt⁹ Chriſti in Deo.

Sedit in forti arcus Ioſeph, quando virtus Chriſti quieſcit in Deo. gen. 49. c.

Firmitas in fide. Expectatio mortis. Quies in eccleſia. Quies in contemplatione. — Ori. ſ. cant. ho. 2. Ricar. de. ſ. victo. 4. de arca myſti. 10. 11. Gre. ſ. 1. reg. 14. & ſ. cant. 2. Ber. ſ. cant. ſer. 48.

Sedens Abraham in oſtio tabernaculi. gen. 18. a. deſignat firmitatem & ſoliditatem, quam habebat in fide. Eſt etiam expectans patienter egreſsionem ab hac vita. Sedet etiam in tabernaculis, qui eſt in eccleſia deſiderans atria domini. Hoſe. 12. c. Sedens item Abraham ad quercum Mambre, quietem in contemplatione deſignat. Et ſedens Iacob ſuper lectum. gen. 48. a. eſt cõtemplationi vacans, aut conſcientiæ mundandæ. Sedere etiam ſub vmbra ſponſi eſt in eius contemplatione quieſcere: & in protectione ſpiritusſancti: & in fide. canti. 2. a. 1. reg. 14. Sedet etiã in domo, qui in hoc corpore poſitus eſt in eccleſia.

Quies in Chriſto — Lyra ſ. gen. 49.

Sedere in forti dicitur, qui habet firmitatem in Chriſto. gen. 49. c. Et ſedet populus in pulchritudine pacis, quum quieſcit in Chriſto. Iſa. 32. d. 52. a.

Seruans proximum à peccato. — Lyra. ſ. gen. 19.

Sedens Lot ad fores ciuitatis Sodomorum. gen. 19. a. deſignat volentem ſeruare proximos à periculo peccati.

Percipere doctrinã Chriſti. — Gre. ſ. canti. 5.

Sedere coram Ioſeph eſt percipere doctrinam Chriſti. gen. 43. g. Sedent autem iuxta fluenta pleniſsima vt columbæ, qui tractantes ſacram ſcripturam cognoſcunt inſidias dæmonum. canti. 5. d.

Veniens eccleſia ad baptiſmum. Profect⁹ in dilectione proximi. — Beda. ſ. gen. 38.

Sedens Thamar in biuio itineris. gen. 38. c, deſignat eccleſiam ex gentibus venientem ad fontes baptiſmi. Vel eſt proficiens in dilectione proximi, & velut ambulando ad perfectionem tendens.

Lex qeſcẽs i eccleſia. — Gre. ho. 33.

Sedens Moſes in lapide eſt lex quieſcens in eccleſia. Exo. 17. d.

Docere legẽ Moyſi. Honor Iudaici ſacerdotij. Dare ſenſus falſos legi. — Ori. ſ. Mat. ho. 24. Gre. ſ. 1. reg. 1. Glo. inte. ſ. gen. 21.

Sedere ſuper cathedram Moyſi eſt docere legem Moyſi. Matth. 23. a. Et ſedens Eli in ſella. 1. reg. 1. b. honorem Iudaici ſacerdotij & populi deſignabat. Sedebat autem ante fores templi, & non intus: vt indicet carnale miniſterium, quod non intrat ad ſpirituale. Et ſedens Agar ꝓcul & contra puteum, eſt lex accipiens ſenſus falſos à Iudæis. gen. 21. b.

Humilitas pœnitentiæ — Beda. ſ. gen. 31. Hila. ſ. ps. 136. Hie. & Au. ſ. ps. 136. Gre. 30. mor. 31. Amb. epi. 13. Ori. ſ. ps. 36. ho. 5. Hie. ſ. Hoſe. 12.

Sedens Rachel ſuper ſtramenta camœli, & operiens idola. gene. 31. e. deſignat humilitatem pœnitentiæ, per quam teguntur peccata. Sedere etiam ſuper flumina Babylonis. ps. 136. eſt vitiorum recognitionem habere, & dolere de rebus huius mundi ſeparantibus à cœleſti patria, quaſiq; priori fluxui reſiſtere. Et ſedens mulier in domo diebus triginta eſt anima agens pœnitentiam. deut. 21. c. Et ſedere in tabernaculis ſicut in diebus feſtiuitatis, eſt pœnitentiam agere, ſicut quando filij Iſrael habitabant in deſerto. Hoſe. 12. c. Sedere etiam in cinere eſt pœnitentiã agere. Ione. 3. c.

Quies ſanctorũ in tribulationibus

Sedentes aues in ſpina ſunt ſancti omnes quieſcentes in hoc mundo in tribulationibus cum Chriſto. Baruch. 6. g.

Quies iudicantis — Philo. de gigantib.

Sedens Moſes ad iudicandum. Exo. 18. b. deſignat tranquillitatem animi habendam ab eo, qui iudicaturus eſt. Sedebat autem ſolus: vt deſignetur paucorum eſſe quiete iudicare.

Angeli vel ſancti — Lyra. ſ. Mat. 13.

Sedentes ſecus littus ad eligendos piſces. Mat. 13. f. erunt angeli, vel ſancti in iudicio.

Prophetæ. Apoſtoli — Hila. ſ. Mat. cano. 11.

Sedentes pueri in foro erant prophetæ prędicantes in ſynagoga: vel etiam apoſtoli ipſis Iudæis prædicantes. Mat 11. b.

Chriſtus eligens infirma mundi, & manens in pœnitẽtib⁹. Pœnitentes. Cognoſcere ꝓpriã infirmitatem. Amare mundana — Gre. 3. mor. 14. 23.

Sedens Iob in ſterquilinio. Iob. 2. c. deſignare poteſt Chriſtum, qui ad carnem veniens, infirma mundi elegit, vt confunderet fortia: qui etiam relictis Iudęis ſuperbientibus, in ea, quam diu dum abiecerat gentilitate requieſcit: & qui poſt perpetratas culpas libenter corda pœnitentiũ poſsidet. In ſterquilinio etiam ſedere, eſt de ſe vilia quæpiam & abiecta ſentire. In ſterquilinio nobis ſedere eſt, ad ea, quę illicite geſsimus, mentis oculos pœnitendo reducere: vt quum ante nos peccatorum ſtercora cernimus, omne quod in animo de elatione ſurgit, inclinem⁹. In ſterquilinio ſedet, qui infirmitatem ſuam ſolicitus reſpicit, & ſeſe de bonis, quæ per gratiam percepit, non extollit. Sic ſedebat Abraham, quum dicebat: Loquar ad dominum meum, quum ſim puluis & cinis. gen. 18. d. Sedet etiam in ſterquilinio, qui rebus huius ſeculi afficitur.

Mori — Hila. ſ. ps. 126.

Sedere dicuntur, qui mortui ſunt, qui ſurgent in reſurrectione. ps. 126. Surgite poſtquam ſederitis.

Ignorantia Dei.

Sedebant in vmbra mortis, qui à diuini amoris notitia in obliuione latebant. Luc. 1. g.

Separari a vitiis. Magna operari. Tranquillitas mẽtis. Conſiderare. Meditatio mortis — Gre. 4. mo. 20. Ori. ſ. Iere. ho. 11. Amb. de obit. Valẽ. & ſ. ps. 118. ſer. 2. & ſ. Luc. 10. Beda. ſ. pro. 21. 25. Lyra. ſ. Iſa. 47.

Sedet ſolitarius, aut ſolus, qui multorum vitijs non communicat. Iere. 15. d. Sedet etiam ſolitarius, qui opera facit, ad quę alij non attingunt. thre. 3. d. Deſignat etiam quietem iuuenis, qui vult fieri ſapiens, anima enim quieſcendo fit ſapiens. Sedet etiam in angulo domatis, qui eſt in tranquillitate religionis, & in altitudine virtutum. pro. 21. b. 25. d. Sedere etiam in his eſt conſiderare. Iſa. 47. a. Et ſedere in puluere eſt meditari mortem. Et ſedere in tenebris, & in vmbra mortis. Luc. 1. g.

Recipere Dei beneficia vel euchariſtiam. Audire ſacram doctrinam. — Amb. 1. offici. 32. Chry. ſ. ps. 22.

Sedere interdum eſt accumbere: & ſedere ad menſam potentis eſt recipere beneficia Dei, & etiam euchariſtiam ſumere: & audire ſacram doctrinam à doctore. pro. 23. a.

Iudices. — Aug. ſ. Ioan. tra. 74. Beda. ſ. pro. 23. Aug. ſ. ps. 68.

Sedentes in porta erant iudices, qui in portis ciuitatum ſedere ſolebant: & hi aduerſus Chrm loquebantur. ps. 68. Sunt etiam ſedentes in porta exiſtentes in loco publico.

Acceptio pſonarum — Aug. epiſt. 29.

Sedere facere diuitem eſt tradere dignitatem eccleſiaſticam digniori, aut meliori, ex hoc ꝙ eſt diues. Iacob. 2. a.

Sedere

Hie.ſ.Iſa.28 — Recte iudicare de fide

Sedere dicitur ſuper iudicium, qui rectè iudicat de fide. Iſa.28.b. Vel dicitur de Chriſto iudice iuſto.

Hie.ſ.Iere.21. — Regnare. Imitatio Chriſti.

Sedere in ſolio eſt regnare. deut.17.d. Poſtquam ſederit in ſolio regni ſui. Sedent autē ſuper ſolium Dauid, qui Chriſtum imitantur; & etiam epiſcopi in ſua dignitate. Iere.21.a.

Hie.ſ.Eze.3. — Conuerſans prædicator cum populo.

Sedens Ezechiel vbi populus ſedebat, antequam exponeret verbum Dei, deſignat prædicatorem prius conuerſantem cum populo, quàm prædicet: vt ſciat, quid reprehendere debeat. Ezech.3.d.

Gre.3 diabo.34. — Imperium animæ.

Sedens Axa ſuper aſinam eſt anima præſidens irrationabilibus motibus. Ioſu.15.d.

Hie.ſ.Ionam.4. Ori.ſ.Mat.ho.13. Gre.ho.2. — Iudæi expectantes meſsiam.

Sedens Ionas contra Orientem deſignat Iudæos expectantes aduentum Chriſti: ſedebat aūt ſub vmbraculo, nempe legis. Ionæ.4.b. Sedentes etiam cæci ſecus viam ſunt Iudæi, & Iſraelitæ iuxta legem & prophetas. Matthæ.20.d. Sedens rurſus cæcus ſecus viam eſt credens iam in Chriſtum. Luc.18.f.

Hie.ſ.Mich.4. Rup.ſ.Mich.4 — Diſcere ſcripturam. Contentus proprijs rebus.

Sedet ſub vinea, qui diſcit ſacram doctrinam: & ſub ficu, qui quieſcit in donis ſpiritusſancti. Vel ſedet ſub vinea ſua, qui proprijs rebus contentus eſt, nec multa quærit in mūo. Mich.4.a.

Hie.ſ.Ecclten.10. — Abiectio bonorum

Sedent diuites in humilitate, quando viri docti & virtute præclari abiecti habentur in eccleſia. Eccl'tę.10.d.

Gre.20.mor.4. — Iudicare. Dn̄s regens mentē

Sedere interdum, iudicare: & ſedens Iob quaſi rex deſignat dominum, qui quaſi rex ſedet in corde, & circumſtrepentes regit animorum motus in noſtra cogitatione: & ſedet primus, quādo primum locum habet in mente, circunſtantibus virtutibus. Iob.29.d.

Ricar.de.ſ.victo.de ſecuri.conſcien. — Securitas cōſciētiæ

Sedet in domo ſua ille, quem conſcientia ſua minime remordet. Dani.4.a.

Glo.or.ſ ps.25. — Conſentire.

Sedere quandoq; eſt conſentire. ps.25. Non ſedi cum conſilio vanitatis. i. etſi intraui, non tamen conſenſi.

Hie.de manſio. Ori.ſ.num.ho.15. Hie.ſ.Iere.15. Gre.6.mor.9.&.14 mor.9. Amb.epiſ.82. — Vacare voluptatib. & doctrinæ ſeculari

Sedere ad comedendum panem interdum eſt vacare voluptatibus: vel nimium vacare ſapiētiæ ſeculari & poeticæ. gen.37.e. Sic ſedebat populus in Aegypto ſuper ollas carnium, quando quieſcebat in voluptatibus: & ſedit populus manducare & bibere. Exod.16.a.32.b. Sedere etiā ſuper flumina Babylonis eſt vacare libidini & confuſioni vitiorum inſiſtere. ps.136. Sedentes quoq; mulieres ſunt in vitijs quieſcentes. Ezec.8.f. Sedet in concilio ludentium, qui cum alijs vacat voluptatibus ſeculi. Iere.15.d. ps.25. Et ſedent in terra, qui carnis deſiderijs inhærent, & qui praua operantur. Sedent vero in puluere, qui terrenis cogitationibus aſperſi in infimis reſident. Iſa.47.a. thre.2.d. Qui ſedet quaſi in ocio, & reſoluitur corpore, & intentionem mentis relaxat. ps.49. Ocioſorum autem fabulę ſunt, quibus obtrectatio ſeritur, malignitas proditur.

Hila.ſ.Mat.can.15.

Sedentes turbæ in terra. Mat.15.d. ſunt qui nullis operibus legis fidunt, ſed peccatorū & corporum ſuorum origini hærent.

Rup.3.ſ.Exo.9. — Volentes ſeruari legem cum euāgelio.

Sedentes filij Iſrael ſuper ollas carnium. Exo.16.a. deſignant eos ex Iudæis, qui volebant legem ſeruari cum euangelio.

Arno.ſ.ps.25. Baſi.& Hila.ſ.ps.1. Hie.ſ.Iſa.42.&.ſ.Iere.3.&.ſ.Mich.7.& ſ.ps.25. Aug.ſ.ps.9. Aup.1.l.Eze.29. Gre.3.paſt.admo.33 Beda.ſ.pro.9. — Quieſcere in vana gloria. Docere errores. Incitare ad peccata. Quieſcere in dignitatibus ſecularibus

Sedens ſeminifluus eſt quieſcens in inani gloria: vel hæreticus in cathedra peſtilentiæ. Leui.15.a. Et ſedet cum concilio vanitatis, qui cum hęreticis in errore quieſcit. ps.25. Sedere autem in cathedra peſtilentię eſt habere firmum habitum peccandi: Ita vt alios ad eadem peccata & errores pertrahat. Vel eſt quieſcere in dignitatibus ſecularibus. ps.1. Et ſedentes in tenebris ſunt quieſcentes in ſuis erroribus & ignorantia. Iſa.42.b. Mich.7.b. Et ſedet in vijs, qui omnes amplectitur errores: & cæteros ad eos pertrahere conatur. Iere.3.a. Sedere autem dicuntur, qui manentes in peccatis non reſipiſcunt. Iere.8.e. Sedēs in inſidijs cum diuitibus, eſt Antichriſtus, vel hæreſiarcha. ps.9. Sedere etiam in cathedra peſtilentię eſt ex iudicio praua committere: ex ratione videlicet mala diſcernere, & tamen ex deliberatione ea perpetrare. Sedētes mulieres plangentes ad hæc referri poſſunt. Eze.8.f. Et ſedet mulier ſtulta in ſella, quum hæretici præſumūt ſuos errores docere. pro.9.d.

Hie.ſ.Nahum.3. Aug.l.apoc.ho.5. Rup.10.ſ.apoc. — Dæmones in malis. Hæretici in ſpinoſis

Sedentes locuſtæ in cunctis finibus Aegyptiorum, ſunt dęmones in omnibus mūdanis quieſcentes. Exo.10.d. Et conſidentes locuſtæ in ſepibus, ſunt hæretici habitātes in ſpinoſis. Nahū 3.c. Sedens etiam ſuper equum rufum eſt diabolus in malis. apoc.6.b. Sedens meretrix ſuper aquas eſt quieſcens iniquitas in populis. apoc.17.a.

Amb.ſ ps.118. — Perſecutio malorū in bonos, & Iudæorum in Chriſtum

Sedent principes aduerſus bonos, quando mali in hoc mundo iudicant, & perſequuntur bonos. Idem de dæmonibus. Sunt etiam ſacerdotes & phariſæi aduerſus Chriſtum. ps.118. Et ſeſſio Iudæorum fuit concilium, quando Chriſtum occidere decreuerunt. thre.3.g.

Ori.ſ.Mat.ho.29. Hie.Aglaſi.&.ſ.Iere.21. — Superbia Antichriſti & diaboli.

Sedens Antichriſtus in templo Dei, eſt imperium exercere volens in eccleſia: Vel ſunt hæreſes in ſcriptura ſacra, ſibi ſedem vſurpantes. 2.Theſſa.2.b. Sic ſedere volebat lucifer in monte teſtamenti. Iſa.14.d. Et ſedens princeps Tyri in cathedra Dei, eſt diabolus vſurpans ſibi diuinitatem. Eze.28.a. Sedet etiam in Libano, qui ſuperbia tumet. Iere.22.f.

Glo.inte.ſ.thre.1. Rup.ſ.Iere.13. — Anima ſine Chriſto. Hieruſalē deſtructa. Eccleſia ſine redemptore.

Sedens deſolata vrbs eſt anima ſine Chriſto. Iſa.3.d. Et ſedens ſola ciuitas eſt Hieruſalem deſtructa: & anima in peccato exiſtens ſine Deo: Vel eccleſia in afflictione, quæ peccante primo homine, ſedit ſola ſine redemptore. thre.1.a.

Hie.ſ.Iſa.47. — Cognitio ſui

Sedet tacens Babylon, quando anima non habet vnde ſuperbiat: vt ſic ſaltem ſuorū recordetur



criminum. Iſa.47.b.

Audire verba Dei ſine opere. — Hie.ſ.Eze.33.

Sedere dicuntur coram propheta, qui oſtendunt ſe velle quidem libenter audire verba Dei & tamen non ea faciunt. Eze.33.g.

Niti rationibus naturalibus — Lyra.ſ.Iſa.47.

Sedere dicuntur ad focum incantatores. Iſa.47.d. quum hæretici rationibus naturalibus nituntur. Et non eſt focus vt ſedeant, quum non ſunt illis rationes ſufficientes. Vel in igne inferni non erit locus ad ſedendum.

Superbia ſcribarum — Gre.ſ.1.reg.4.

Sedens Eli ſupra ſellam, etiam poſt mortem ſuorum filiorum. 1.reg.4.c. deſignat ſuperbiam ſcribarum, etiam poſt templi ſubuerſionem audentium errores docere.

Defenſio impietatis — Ori.ſ.Iſa.ho.6. Rup.ſ.Zach.5.

Sedere ſuper talentum plumbi, aut in amphora. Zach.5.c. grauitatem indicat peccati: & eſt complacere ſibi in impietate, ipſamq; defendere.

Simulatio hæreticorum. Fides incarnationis — Gre.3.mor.19.

Sedentes amici Iob cum eo in terra ſeptem diebus & ſeptem noctibus. Iob.3.d. deſignant hæreticos, qui in his, in quibus verum lumen intelligunt, vel in his, in quibus ignorantiæ tenebras patiuntur, quaſi infirmanti ſanctę eccleſiæ ſe condeſcendere ſimulant: eiq; ſub blandimētorum ſpecie dolos deceptionis parant. Vel ſedent in terra cum Iob, quando verām redemptoris carnem cum ſancta eccleſia credunt.

## Seditio, Seditioſus.

Seditio eſt diſſenſio ciuium, quum videlicet populo diſcordante, venitur ad manus. Vnde ſeditioſus, qui ſeditionem mouet.

Seditiones eccleſiæ — Lyra.ſ.num.16.

Seditio filiorum Iſrael contra Moſen & Aaron. Num.16.f.26.a.26.b. Seditiones eccleſię inferiorum contra prælatos deſignat.

## Seducere, uide Decipere.

## Seges.

Segetes propriè ſunt fruges eorum ſeminum, ex quibus cōficitur panis nondum demeſſæ.

Sacra ſcriptura. Auditores proficiētes. — Hila.ſ.Mat.can.15. Gre.6.regiſ.epiſ.8. Rup.1.ſ.deut.17. Beda.ſ.pro.14.

Segetes quandoq; videntur ſignificare ſacram doctrinam: vel profectum in ea: ex quibus colligendæ ſunt ſpicę. deut.23.d. Vel ſunt auditores proficientes. Ideo vbi plurimę ſegetes, ibi manifeſta eſt fortitudo bouis. pro.14.a. Mat.12.a. Et ſegetes ſtantes ſunt boni, ſed recētes in fide. Exo.22.a.

Bona opera. Praua opera. — Gre.ſ.1.reg.8.

Segetes regis. 1.reg.8.c. In bono quidem ſignificare poſſunt bona opera, & virtutes ſingulorum. In malo vero ſunt praua opera ſubditorum, quæ placent malo prælato.

Errores hæreticorū. Decepti ab hæreticis. Traditiones phariſæorum. — Ori.ſ.cant.ho.4. Aug.ſ.ps.80. Rup.ſ.Iudi.17.

Segetes Philiſtinorum, quas combuſſit Samſon. Iudi.15.b. deſignare poſſunt generationes errorum: vel deceptos ab ipſis hæreticis. Deſignant etiam opera Iudæorum, ſtudia ſcribarum, traditiones Phariſęorum, quæ combuſſerunt dæmones.

## Segor.

Segor. i. parua, erat oppidulū regiōis Sodomorū, quod & Bala dicebat: vbi Lot ſaluari voluit.

Status coniugalis — Gre.3.paſt.admo.28. Cyril.de ador.in ſp. Beda.ſ.gen.19.

Segor, vbi ſaluari voluit Lot, typus eſt pręceptorum & ſtatus inferioris vitæ coniugalis: quæ non quidem in virtutibus mira eſt, tamen à ſupplicijs ſecura: quem ſtatum amplectuntur, qui ad altiorem perfectionem aſcendere non valent. gen.14.b.19.a.

Litera legis — Ori.ſ.gen.ho.5. Beda.ſ.gen.19

Deſignat etiam literam legis, & obſeruantiam carnalem: quæ parua eſt, nihil magni habens in carnali obſeruatione.

Pœnitentia. — Hie.ſ.Iſa.15.

Segor præterea parua pœnitentiam deſignare poteſt: ad quam confugiens peccator ſeruatur. Iſa.15.b.

Senſus viſus — Philo.de Abrah.

Segor, quę eſt ſeruata, deſtructis alijs ciuitatibus, typus eſt ſenſus viſus, qui ſeruatur alijs perditis: quia maxime cum anima congruit.

## Segregare, uide Separare.

## Seir.

Seir. i. hiſpidus, ſiue piloſus: ſic dictus eſt Eſau, eo ꝙ eſſet hirſutus in modum pellis: à quo cepit nomen mons Seir.

Culmen mundanæ proſperitatis — Geor.vene.cant.3.ton.7.cap.9.

Mons Seir deſignare poteſt culmen proſperitatis mundanę datæ Eſau: cuius pars quoq; data eſt Iſraeli, quanuis portio rerum diuinarum data ſit ei in funiculum hæreditatis ſuæ: non tamen deſtituti ſunt in bonis temporalibus, quę fortunæ dicuntur: quę bona veri Iſraelitæ non poſſederunt ſeiuncta à patrono ſuo, qui Deus eſt: ſed ſimul cum ipſo, qui dixit Abrahæ: Ego ero merces tua magna nimis.

Iudæi — Rup.2.ſ.deut.9.&.ſ.Iudi.8.

Seir piloſus & hiſpidus deſignat Iudæos peccatis hirſutos & aſperos: vnde ortus eſt dominus: quia Chriſtus natus eſt ex Iudęis. deut.33.a. Iudi.5.a.

Peccatores. Gentiles — Aug.q.in deut.56.

Seir etiam ſignificare poteſt peccatores vitijs horrentes: ex quibus ortus eſt Chriſtus: Vel gentiles, ſeu eccleſiam ex gentibus: vnde orietur Chriſtus Iudæis, quando conuertentur. deuterono.33.a.

Seir

Seir terra ſignificare poteſt ſacrificia veteris legis.gen.14.a.32.a.

Seir piloſus & hiſpidus ſignificare poteſt antiquum errorem gentilium.Iſa.21.c.Eze.25.d.

Seir hiſpidus typus eſſe poteſt cõtrariȩ fortitudinis:quæ præſidebat gẽti Iudȩorũ.Eze.45.a.

Hie.epiſ.beatitudi. Hie.ſ.Eze.45.

Sacrificia vetera. Error gentilium Diabolus

## Sela.

SEla.i.diſſoluens,ſiue diſcalcians,vel dimiſsio eius:filius Iudæ,cui debebat tradi Thamar ad ſuſcitandum ſemen fratris:ſed differente patre non eſt tradita.gene.38.a.ſignificare poteſt tempus,quo defecerunt principes de Iuda.Ideo erat ille quidem filius Iudȩ,ſed eum maritum Thamar non accipiebat:quia erat eadem tribus Iuda,ſed iam populo inde nemo regnabat.Vnde & nomen eius interpretatur dimiſsio eius.

Aug.22.con.fau.84. Beda.ſ.gen.38

Temp⁹ quo defecit rex de Iſrael,

## Sella,uide Cathedra.

## Sellum,aut Salum.

Sellum.i.pacificus,ſiue perfectus,aut retribuens:filius Iabes:qui coniurauit cõtra Zachariam regem Iſrael:quo occiſo,ipſe regnauit vno tantum menſe,occiſus à Manahen.4.reg.15.c.

## Selmon.

SElmon.i.obſcuritas,aut imago eius,ſiue vmbra muneris,aut tinnitus numeratiõis,vel muneris:Mons imminens Sichimis.Iudi.9.f.Significare poteſt locum purificationis,& pacem cœleſtem,vel diuinæ vmbræ protectionem.ps.67.

Arn.& Hila.ſ.ps.67 Aug.ſ.ps.67.

Locus purificatiõis. Pax cœleſtis. Protectio Dei.

Vel interpretatur vmbra offendiculi,vel imago fortitudinis:ſignificatq; Ghriſtum, qui non credentibus lapis offenſionis,credentibus autem imago eſt fortiſsimi Dei patris.

Rup.6.ſ.gen.43.

Chriſtus

## Selmona, Haſmona.

SElmona. i.vmbræ munus,vel numerus,ſiue tinnitus numeri,vel muneris,aut imago noſtra, ſeu imaguncula:trigeſima quinta manſio filiorum Iſrael in deſerto:quo peruenerunt è mõte Hor,vbi ſerpentes vexarunt filios Iſrael.Deſignat ꝙ, qui in vmbra Chriſti & ſpiritusſancti viuit & protegitur,perfectus eſt,& ab ȩſtu tentationum munitus.Ibi ſerpens ȩneus erectus eſt, qui paſsionis Chriſti expreſsit imaginem.Num.33.c.Hebraicè iuxta Hieronymũ dicitur Haſmona:& interpretatur feſtinatio.

Ori.ſ.num.ho.27. Hie.de manſio.

Diuina protectio.

## Sem.

SEm.i.nomen vel fama,vel nominatus,ſeu ponens,aut poſitus,aut ibi:filius Noe, qui ſecundum ſuum nomen typus eſt Chriſti,cui datum eſt nomen ſuper omne nomen.gen.8.d.Deſignat etiam quòd fructus operum noſtrorum debent eſſe expreſsi & nominati cognitiq; Deo qui omnibus nomina vocat,& capillos capitis enumerat.

Aug.16.ciui.Dei.2. Geor.vene.canti.1. ton.6.cap.15.

Chriſtus. Opera.

Sem figura poteſt eſſe gentilium,& etiam è diuerſo Iudȩorum:Peculiariter autem typus eſt fidelium ex Iudæis,in quibus primo fundata eſt eccleſia.

Ori.ſ.Ioſu.ho.3. Chry.ſ.gene.ho.29.

Gentiles. Fideles ex Iudæis

Sem vt auerſa facie cum Iaphet operuit patrem,typus eſſe poteſt ſolis auertentis lucem cum luna in paſsione Chriſti ad ipſum operiendum.

Beda.ſ.gen.9.

*Sol abſcondens radios in paſsione*

## Semeber.

SEmeber.i.nomen,vel fama robuſti,aut nomen animȩ,vel pennati,ſeu deſtruens fortitudinem,vel pennam:rex Seboim.gen.14.a.Vel interpretatur perditio:& eſt rex Seboim, hoc eſt,cinguli mȩroris,deſignãs eos,q vacant iracũdiȩ,& inuidiȩ:Ideo capitur à quatuor regib⁹.

Glo.or.ſ.gen.14.

Vacantes iracundiæ

## Semei.

SEmei.i.nomen meum,aut deſolatio ſiue perditio mea,vel ſtupefactio,aut cœli.Fuerũt multi huius nominis:Fuit autem quidam Semei filius Gera de tribu Beniamin, qui maledicebat Dauid fugienti filium ſuum:qui typus eſt Iudæorum Chriſto maledicentium:& etiam hȩreticorum:& malorum Chriſtianorum,per quos nomen Dei blaſphematur.2.reg.16.b.

Iudæi. Hæretici Mali Chriſtiani.

Semei familiȩ.Zach.12.d.doctores ſignificare poſſunt.

Hie.ſ.Zach.12.

Doctores

## Semias.

SEmias.i.audiens dominum:vel obediens domino.Fuit quidam Semias Neelamites pſeudo propheta:qui typus eſt hæreſiarcharum.Iere.29.f.

Hæreſiarchæ.

## Seminare, Semen, Seminator, Serere, Satum, Seminarium, Diſſeminare, Sementis.

SEminare eſt ſemen in terram ſpargere,vt germinet. Semen autem eſt, quod eſt principium generationis animalis,vel plantæ, quod Grȩcè ſperma dicitur. Aliquando autem ſemen dicitur filius,aut hæres.

Semen



Semen Abrahæ,inquo benedicendæ erant gentes,eſt Chriſtus:qui etiam dicitur ſemen Iacob.gen.22.a.Nu.24.a.ps.21.Iſa.1.c.53.b.Rom.9.b.Et ſemen longȩuum,quod vident credẽtes,eſt Chriſtus:cuius ſemen eſt in ſeculum ſeculi:& regni eius non erit finis. Luc.1.c. Ipſe etiã eſt ſemen Dauid.ps.88.Et ſemen mulieris habens inimicitias cum ſerpente.gen.3.d. Diciturq; ſemen mulieris:quia ſine ſemine viri natus eſt de virgine,cum ſolo eius ſemine.

Chriſtus.

Ori.ſ.nu.ho.17.&.ſ. Rom.9. Hie.ſ.Iſa.53. Amb.ſ.Rom.9. Aug.ſ.ps.88. Beda.ſ.gen.3.

Semen Abrahæ etiam dicuntur fideles imitantes fidem Abrahæ.gen. 14.d.15.c. 26. Exodi. 32.c.33.Iſa.27.b.41.b.Dicitur ſemen Abrahæ multiplicandum ſicut puluis terræ; & ſicut arena maris in Iudæis:ſicut ſtellȩ cœli vero in fidelibus:quæ multiplicatio non tam ad multitudinem refertur,quantum ad ſplendorem,ornatum,& perſeuerantiam.Semen etiã Iacob & Iſrael ſunt ipſa eccleſia,& imitatores Iacob,& credentes per prædicationem apoſtolorum.gen.28.c. 35.b.48.b.Iſa.43.a.44.a.45.d.48.d.66.g.Et ſemen longȩuum,quod vidit Chriſtus,eſt multitudo fidelium in eccleſia perſeuerantium.Iſa.53.d.Ipſi ſunt ſemen,cui benedixit dominus. Iſa. 61.d.Semen etiam Aaron ſunt credentes in eum,in quem ipſe credidit. Exod. 28.f.30.c.ps.21. 36.68.Iſa.59.d.Et ſemen aliud Annȩ eſt multiplicatio fidelium in eccleſia.1.reg. 2.d. Et omne ſemen verum vineȩ eſt anima tota bona.Iere.2.c. Et ſemen regni Hieruſalem ſunt exiſtentes in gratia:qui etiam ſunt ſemen bonum.Eze.17.a.Mat.13.f.Dicuntur etiam ſemen Dauid.ps.88 Et ſemen mulieris.gen.3.d.apoc.12.d.Seminat eos Deus in populis, quando multiplicantur. Zach.10.c.Semen etiam hæreditans gentes dici poſſunt apoſtoli:& reliquiȩ Iudȩorum credẽtes.Iſa.54.b.Et ſemen Iacob & Abrahæ ſunt credentes ex Iudæis:ſemen quidem nondum formatum in filios ſunt,qui ſunt ex genere Iacob,ſed non ipſum imitantes: formatum vero ſunt imitantes.Iſa.65.d.Iere.23.b.Et ſemen quod reliquit Deus,ſunt credentes ex Iudæis. Iſa. 1. b. Dicuntur etiam ſemen Ephraim.gen.48.d.

Fideles Eccleſia.

Apoſtoli Credẽtes ex Iudȩis

Rup.3.ſ.gen.19. *Philo.quis rerũ diui.hæres.* Hie.ſ.Iſa.41. Aug.epiſt.120. Beda.ſ.gen.15. Hier.ſ.Iſa.53.59.61. &.ſ.Zach.10. Orig.ſ.ps.36.ho.4. &.ſ.Iere.ho.13 &.ſ. Eze.ho.12. Ru.2.vict.ver.d.17 Hie.ſ.Iſa.54.65.

Semen hæreditans gentes dici poteſt verbum Dei traditum gentibus. Iſaiæ. 1.c. 27.b. 30.e. 54.b.55.c.Leuit.15.a.Matth.13.b.Luc.8.a.Generaliter autem ſemen eſt doctrina vera, & ſacra ſcriptura:& ſemen in terram proijcere eſt doctrinam abſcondere.gen.38.b.47.c. Ecclˈtȩ.11.d. Rom.9.b.Et ſemen iuſti eſt verbum Dei.ps.36. Et ſemen verum eſt vera doctrina in Iudæa. Iere.2.e.Dicitur ſemen pacis.Zach.8.c.Et ſemen domus Iſrael eſt doctrina eccleſiæ. Eze. 44. f.Et ſemen multiplex eſt fœcunditas verbi prȩdicationis.Iob.5.d.39.b.Leui.27.c. Semen autẽ coriandri ſunt inferiora prȩcepta.Exo.16.g.

Verbum Dei Sacra doctrina.

Hiero.ſ.Iſa.54 &.ſ. Zac.8.&.ſ.Eze.44. Ori.ſ.Leui.ho.12.& ſ.ps.36.ho.4.&.ſ.cã ho.2.&.ſ.Mat.ca.33. Tert.de preſcriptio Amb.ſ.Rom.9. Gre.6.mor.24.&.31 mor.5.

Semen dici poteſt aptitudo ad bene operandum:& principium operandi: & cuiuſque rei exordium:& ſementis non requieſcens eſt tempus nunc operandi vſq; ad mortem.gen.1.b.8.d. Semen etiam ſunt ipſa opera:& ſemen mulieris.i.mentis, inter quod & ſemen ſerpentis ſunt inimicitiȩ,eſt fructus boni operis,qui peruerſȩ ſuggeſtioni renititur. gen.3.c. Et ſeminis Agar multiplicatio eſt bonorum operum carnis multiplicatio.gen.16.c.21.b. Et ſemen fratris ſuſcitandum ſunt opera,quæ dicuntur facta ſecundum legem Dei.deut.25.c.Matth.22.c. Sementis & meſsis ſunt ſimul:dum contendit homo inchoatum opus ad finem perducere:& illo finito, aliud inchoare.gen.8.d.Semen etiam montium Iſrael ſunt virtutes.Eze.36.c.Et ſemen iuſti eſt in benedictione,quum multiplicantur virtutes.ps.36.Et ſemen hæreditat terram, quum quis per vana opera adipiſcitur vitam æternam.ps.24.Et eſt potens in terra:quia per opera miſericordiȩ acquiritur regnum cœlorum.ps.101.111.

Principiũ operandi. Opera.

Virtutes

Iſy.ſ.Leui.15.27. Ori.ſ.gen. ho.1.&.ſ. Mat.ho.22. Aug.de gene.cont. Mani.18. Beda.ſ.gen.3. Gre.ſ.Eze ho.15. Amb.de Noe.23. Hie.ſ.ps.24.36. Aug.ſ.ps.36.111. Gre.ſ.ps.101.

Semen interdum dici poteſt fides antiquorum pattum de Meſsia.Iſa.17.c.Mala.2.d.

Fides Chriſti.

Rup.ſ.Mala.2.

Semen dicuntur aliquando verba:& fluxum ſeminis patitur,qui nimium & imprudenter loquitur,qui & ſeminifluus dicitur.Leui.15.a.

Verba

Gre.13.mor.15. Iſy.ſ.Leui.15

Sementis dici poſſunt baptizandi,qui ſunt ſemen non perfuſum aqua: ſemẽ vero perfuſum aqua ſunt baptizati.Leui.11.f.

Catechumeni

Iſy.ſ.Leui.11.

Semen non dandum idolo Moloch,eſt non dare actiones & doctrinam ad ſeruiendum cupiditati,quȩ eſt idolorum ſeruitus.Leui.18.c.20.a.Semen autem fundit in terram,qui non vult prodeſſe alijs.gen.38.b.

Non operari,ſeu inutiliter operari.

Iſy.ſ.Leui.18.20. Beda.ſ.gen.38.

Semen diaboli eſt praua eius ſuggeſtio:inter quam & ſemen mulieris, hoc eſt, fructum boni operis ſunt inimicitiæ. geneſ. 3. c. Leuitic. 12. a. Semen quoque ſeu extrema Amalec ſunt perſuaſiones diaboli. Numer. 24. d. Et ſemen colubri ſunt prauæ cogitationes. Iſaiæ.14.e.

Suggeſtiões diaboli Cogitationes prauȩ

Hie.ſ.Iſa.14. Aug.2.de gen.con. Mani.18. Ori ſ.num.ho.16. Beda.ſ.gen.3.

Semen coitus eſt doctrina Iudæorum:& verba inhoneſta.Leui.15.c.19.d. Et ſemen negociatorum eſt doctrina hæreticorum:aut decepti ab eis.Iſa.23.a. Et ſemen impiorum ſunt mala verba.ps.36.Sementis irrigua dicuntur errores.Iſa.19.b.Serunt autem Iudæi & hæretici ſemen ſuum fruſtra,quando ſine fructu laborant in ſcripturis legis & prophetarum.Leui.26.c.

Doctrina Iudæorũ & hæreticorum. Verba inhoneſta

Ori.ſ.ps.36.ho.4. Iſy.ſ.Leui.15.19.26.

Semen Chanaan eſt,qui vincitur à carnis illecebris. geneſ.13.e. Et ſemen peſsimorum ſunt diſcipuli diaboli:& ſemen impiorum ſunt ipſorum imitatores.Iſa.14.c.ps.20.36.Et ſemen nequam ſunt Iudæi à vero patre deciſcentes.Item qui malum dat exemplum. Et ſemen Semei pſeudoprophetȩ,ſunt auditores hȩreticorum.Iere.29.g.Iob.18.d. Semen etiam ſerpentis ſunt

Mali

Ori.ſ.Ioſu ho.22.& ſ.ps.36.ho.4. Hie ſ.Iſa.1.14.&.ſ. Iere.29. Amb.ſ.Ephe.2.

imita-

imitatores diaboli,qui ex patre diabolo dicuntur eſſe.gen.3.g.

[Hie.ſ.Iſa.57. | Iudæi. Hæretici.]
Semen adulteri & fornicariæ ſunt Iudæi,ex patre diabolo & Hieruſalem idololatrante.Iſa. 57.a.Iidem ſunt ſemen mendax:quod etiam de hæreticis dicitur.

[Amb.2.de interp.4. Aug.ſ.ps.36. | Mala opera.]
Semen impiorum ſunt mala ipſorum opera. ps.20. 36. Et ſemen eorum dicitur permanere coram eis,quando vident ſua praua opera.Iob.21.a.

[Glo.inte.ſ.Eze.17. | Rex Sedechias.]
Semen terræ Libani.Eze.17.a.ſumitur pro rege Sedechia.

[Hie.ſ.Iſa.1.28.32.& ſ.Mat.13. Amb.epiſ.72. Rup.7.ſ.gen. Gre.21.mor.7.10. Hie.ſ.Hoſe.10.& de veſte ſacerdotali. Ori.ſ.Leui.ho.16 | Chriſt⁹ prædicans. Prædicare]
Seminator dicitur Chriſtus:qui dicitur ſeminare quando prædicat.Matthæ.13.d. Luc.8.a. Iſa.30.c.1.Cor.9.b.Et ſeminans Iſaac eſt Chriſtus,aut prædicator.gen.26.c. Quum autem tacetur ſementis genus,varia virtutum genera intelliguntur. Diuerſa quoq; ſemina diuerſi ſunt gradus perfectionis.Iſa.28.g.Seminat autem ſuper omnes aquas,qui prædicat Iudęis & gentibus:& qui vtitur verbis & doctrina veteris & noui teſtamenti.Iſa.32.d.55.c. Serere quoque agros eſt prædicare.gen.47.e.Exo.23.b.Hoſe.12.d.Serit autem quod alius comedat,qui prædicat,& non operatur.Iob.31.a.Seminant in iuſtitia,qui docent per legem veterem, & eius intelligentiam.Hoſe.10.d.Vel ſeminandum eſt prius in iuſtitia per bona opera:vt deinceps illuminemus docendo.Sationem autem occupat vindemia,quum quis docet,quæ didicit.Leu.26.a.

[Hie.ſ.Iere.31. Glo.ord.ſ.Hoſe.2. | Producens De⁹ doctos & ſimplices]
Seminauit Deus domum Iſrael,& domum Iuda ſemine hominum,& ſemine iumentorum, quando produxit in eccleſia fideles doctos & ſimplices.Iere.31.e.Seminat autem Deus terram ſibi,quando facit homines benè operari.Hoſe.2.d.

[Ori.ſ.gen.ho.12. | Lex producens martyres.]
Serens Iſaac,& inueniens centuplum,eſt lex producens martyres qui ſunt fructus centeſimus.gen.26.c.

[Aug.ſ.ps.125. Gre.27.mor.5. | Bene operari. Largiri.]
Seminare interdum eſt bene operari,& largiri,& dare eleemoſynam:& ſeminator eſt operator:& ſeminare parcè,aut in benedictionibus, eſt paruas aut magnas eleemoſynas dare.2. Cor.9.b.Mat.13.b.Luc.8.a.Gala.6.b.Et ſeminat in lachrymis,qui opera pœnitentiæ exercet. ps.125.Et ſeminat terram ſex annis,qui tempore huius vitæ benè operatur.Exo.23.a.Non ſeminat,qui ventum obſeruat,hoc eſt,qui tentationes metuit,cor ad bona opera non diſponit.

[Ori.ſ.Iudi.ho.7. | Facere opa carnis. Perdere bona opera]
Seminantes Iſraelitę,quæ vaſtant Madianitæ &c.Iudi.6.a.deſignant, quod qui ſeminat in carne,de carne metet corruptionem:qui vero in ſpiritu,de ſpiritu metet vitam ęternam.Galat. 6.b. Vel deſignantur,qui ſeminant bona opera,quę poſtea perdunt in peccatum incidentes.

[Rup.ſ.Agge.1. Hie.ſ.Agge.1. Gre.ſ.Eze.ho.10 | Fides pſiarcharum. Facere opus bonum inter multa peccata. Multa cognoſcere pauca operari]
Seminarunt Iudæi multum,& intulerunt parum.Agge.1.b.quia patres multam habuerũt fidem de Chriſto,quem poſteri pręſentem non ſuſceperunt.Seminant etiam multum, & inferũt parum,qui inter multa peccatorum opera,nonnulla faciunt bona,quæ non pereunt, nec tamẽ ſatiant.Item ſeminat multum,& parum infert cordi ſuo,qui de mandatis cœleſtibus,vel legendo,vel audiendo multa cognoſcit:ſed parum operando fructificat.

[Ori.ſ.Iere.ho.7. Aug.2.ſer.do.ĩ mõ. | Bene docere ſine operibus. Dare ſenſus erroneos ſcripturę]
Seminant triticum,& metunt ſpinas.Iere.12.c.Qui bona pręcipiunt, & mala faciunt. Vel qui *ex ſacra ſcriptura erroneos* proferunt ſenſus,eam deſtruentes,& quantum in ipſis eſt,inutilem reddentes.

[Amb.ſer.2. | Ioſeph ſepeliẽs Chriſtum.]
Seminans homo ſinapi in agro ſuo,fuit Ioſeph ab Arimathęa ſepeliens Chriſtum in ſepulcro ſuo.Mat.13.d.

[Iſy.ſ.Leui.25. | Colere legẽ veterẽ]
Serere agrum ſex annis,eſt colere legem veterem vſq; ad aduentum Chriſti.Leui.25.a.

[Iſy.ſ.Leui.19 Rup.1.ſ.deut.16 | Diſparitas cultus]
Serit terram vel vineam diuerſo ſemine,qui ſimul vult colere Deum & diabolũ:vel qui vult ſeruare legem & euangelium.Item qui inducit hæreſes in eccleſiam:& religioſus implicans ſe negocijs ſecularibus.Leui.19.d.deut.22.b.

[Hie.ſ.Iere.13 | Leuitas malorum.]
Diſſeminat Deus malos ſicut ſtipulam.Iere.13.d.quia ipſi ſunt ſicut puluis,quem proijcit vẽtus à facie terræ.

[Glo.inte.ſ.Nahũ.1. | Generare]
Seminare interdum eſt generare.Nahum.1.d.Non ſeminabitur ex nomine tuo.Quod dicit de Sennacherib,qui occiſus eſt à filijs ſuis.

Non ſerere ſponte naſcentia,eſt initia naturalia non eſſe à nobis,ſed à Deo.Leui.25.b.

[Philo.de profugis | Vacare delicijs]
Seminare terram interdum eſt indulgere cibis & potibus.Leui.25.a.qua ratione terra, quæ non ſeminatur,hoc eſt,quę delicijs caret,eſt monaſterium.Iere.2.a.

[Ori.ſ.num.ho.23. Hie.ſ.Iere.4. Gre.5.mor.15. | Vitioſus prædicãs.]
Seminat ſuper ſpinas,qui non mundat cor à vitijs & peccatis.Iere.4.a. Item qui ſuper vitia incultoſq; mores,prędicat verbum Dei.Mat.13.a.Luc.8.a.

[Rup.ſ.Hoſe.8.]
Seminare dolores eſt fraudulenta dicere.Dolores autem metere eſt dicendo pręualere.Vel certe dolores ſeminant,qui peruerſa agunt;dolores metunt, quum de eadem peruerſitate puniuntur.Vel dolores ſeminat,quum peruerſa agit:dolores metit,quum ex eiſdem peruerſitatibus temporaliter excreſcit.Iob.4.a.Seminant etiam ventũ,qui opera faciunt inutilia.Hoſ.8.b.

[Ori.ſ.Iere.ho.1.& ſ.Mat.cap.13. Tertu.de proſcri. Hier.ſ.Hoſe.8.& ſ.Mich.6.& ſ.Nahũ.1.& ſ.Iſa.17. | Diabolus miſcẽs vitia virtutibus. Docens errores.]
Superſeminans zizania eſt diabolus intermiſcens vitia virtutibus, & prauos ſermones, & cogitationes,& hæreſes,vbi prius ſeminatum fuerat à Deo ſemen bonum.Matthæi.13.d.Seminant etiam ventum,qui docent inania.Hoſe.8.b.Seminat hęreticus, & non metit: quia docet ſine fructu.Mich.6.c.Non ſeminatur autem amplius ex nomine hęreticorum,quando non amplius docent errores.Nahum.1.d.Seminat etiam ſynagoga alienum germen, quum nõ credit in filium Dei.Iſa.17.c.

Sata



[Multitudo ſanctorũ. Nouum teſtamentũ | Amb.de Iſaac.&.& ſ.Luc.5.]
Sata ſignificare poſſunt fœcunditatem numeroſam ſanctorum:& etiam doctrinam noui teſtamenti.Vnde per ſata ducit Chriſtus diſcipulos,idq; ſabbato:Moſes vero per deſertũ.Lu.6.a

[Lyra ſ.Iſa.40.]
Non ſatus dicitur eſſe in terra truncus iudicum. Iſa.40.f.quia nihil firmum in terra.

[Glo.or.ſ.gen.37]
Seminarium eſt principium alicuius rei.gen.37.b.Vt autem ſomnia Ioſeph ſeminarium fuerunt odij fratrum:ita doctrina Chriſti inuidiæ Iudæorum.Vtrobiq; autem fuit ſcandalum acceptum,non datum,quum ex bono opere ſcandalizarentur.

## *Semita, uide Via.* *Semiuiuus, uide Viuere.*

## *Semper Sempiternus, uide Perpetuus.*

## *Sen.*

[Mali eiecti. | Gre.ſ.1.reg.7.]
SEn.i.excuſsio,ſeu dens,aut ebur,vel mutatio,aut dormiens: nomen loci, vbi percuſſerunt filij Iſrael Philiſtæos.1.reg.7.c.eſt figura malorum,qui eijcientur,& excutientur in iudicio: vel dæmonum è cœlo proiectorum.

## *Senator, Senatus.*

[Apoſtoli. | Gre.6.mor.4. Beda.ſ.pro.31.]
SEnatores erant ſenes,qui in concilio dicere ſententiam poterant.Senatores autem terræ,cũ quibus ſedebit Chriſtus in iudicio,ſunt apoſtoli.pro.31.c.2.Mach.11.f.

## *Sene.*

[Delectatio. Vtrunq; teſtamẽtũ. | Glo.or.ſ.1.reg.14.]
SEne.i.rubus,aut ſol,ſiue auditio:nomen alterius è duobus ſcopulis,iuxta quos erant caſtra Philiſtinorum.1.reg.14.a.eſt typus peccati,ſeu eius delectationis,vbi aperti ſunt oculi primorum parentum.gen.3.b.Vel deſignat cum altero ſcopulo vtrunq; teſtamentum: Inter quæ aggrediendi ſunt hoſtes,inter proſpera & aduerſa.

## *Senex, Senectus, Seneſcere, Senior.*

SEnex eſt,qui iam maiori ætatis ſuę parte peracta, morti propinquior eſt. Senectus autem eſt ipſa ętas ſenilis,quæ ſexta computari ſolet.Senior autem interdum eſt antiquior. geneſ. 24.a.Dixit ad ſeruum ſeniorem domus ſuę.Sapientior.1.Mach.11.a.Elegit de ſenioribus Iſrael. Senator.deut.19.c.Mittent ſeniores ciuitatis illius.

[Aeternitas Dei. | Rup.8.ſ.gen.25.]
Senectus Iacob,in qua genuit Ioſeph.gen.37.a.deſignat æternitatem Dei patris,in qua genuit filium.

[Deus pater non placat⁹ ſacrificijs legis | Rup.3.ſ.reg 2.]
Senex Dauid non valens calefieri veſtibus.3.reg.1.a.eſt Deus pater antiquus dierum ęternitatis,non placatus ſacrificijs & operibus legis.

[Chriſtus æternus & incarnatus | Ori.ſ.Ioſu.ho.16. Rup.7.ſ.gen.15. Hie.ſ.Iſa.53.]
Senex Ioſue typus eſt Chriſti,qui eſt æternus,& princeps ſeniorum. Ioſu.13.a. Senectus etiã Iſaac deſignat Chriſtum ſenio noſtræ naturæ indutum in fine ſeculorum.gen.27.a.Semen etiã longęuum eſt Chriſtus,aut fideles.Iſa.53.d.

[Apoſtoli & pdicatores. Prælati. Eccleſia primitiua. | Aug.ſ.apoc.ho.3. Rup.d vict.ver.di.7 Arno.ſ.ps.104. Hie.ſ.Iſa.3. Hila.ſ.ps.118. Ori.ſ.Iudi.ho.1. Gre.ſ.1.reg.8.&.12. mor.15.]
Seniores viginti quatuor.apoc.4.a.ſunt pręlati eccleſiæ cum apoſtolis. Vel ſunt duodecim iudices legis veteris,qui ponuntur in libro iudicum:& duodecim apoſtoli legis nouæ. Seniores etiam domus Pharaonis apoſtolos ſignificare poſſunt.gen.50.b.ps.104.Et ſenes presbyteri ſunt principes & epiſcopi cum ipſis apoſtolis.Iſa.3.c.Et ſeniores,cum quibus itur ad ſacrificãdum,ſunt apoſtoli,& primitiua eccleſia.Exo.3.e.4.g.10.c.17.b.18.b.ps.118.Et ſeniores,qui fuerunt cum Ioſue,ſunt apoſtoli & doctores cum Chriſto.Iudi.2.a.Hos ſenes dicunt hæretici eſſe apud ſe,quaſi ſenſerint idem,quod ipſi ſentiunt.Iob.15.b.

[Viri eruditi. Prudentes. Prudentia | Gre.ſ.1.reg.16. Baſi.hõ.in prin.pro. Hie.ſ.Eze.9. Cyril.de ado.in.ſ.]
Seniores Bethlehem.1.reg.16.a.ſunt viri eruditi:& qui in Iudæa ad maturitatis ſenſum peruenerunt.Senes ſunt etiam valentes prudentia:vt Daniel ſenex erat, licet eſſet puer: vnde ipſi ſenes vel ſenectus,typum gerunt prudentię.Eze.9.b.Et ſenes,qui iacent in terra, ſunt illi, qui videbantur conſilio plebem regere,terrenis deſiderijs incumbentes: qui propter facinoroſam vitam de ciuitate domini eiecti terræ cui inhæſerant,coęquantur.thre.2.g.

[Perfectio virtutum | Philo de reſipiſcen. Noe.& de ſacrifici. Abel & Cain. Amb.2.de Cain.1.& 2.de Abrahã.9. Ori.ſ.Ioſu.ho.16.& ſ.ps.36.ho.4. Hie.epiſ.ad Nepot.& ſ.Iſa.3.24.& ſ.Eze.17.& ſ.Ioel,1. Gre.19.mor.13. Ori.ſ.Exo.ho.11.]
Senectus Abraham,quæ dicitur bona & non longa,deſignat perfectionem virtutum; quæ etiam erat in Sara:vnde boni etiam iuuenes ſenes dicuntur.gen.15.c.18.b.25.a.Senectus quoq; Lot eſt rigor virtutis.gen.19.f.Et ſenex Ioſue:& etiam Dauid deſignant viros perfectos.Ioſu. 13.a.3.reg.1.a.ps.36.91.Hos ſenes ſecundum virtutem abſtulit Deus ab Iſrael.Iſa.3.a. Senes ſeptuaginta deſignant perfectos donis ſpũſſancti per obſeruationẽ decalogi.Exo.24.c.Iſa.24.b. Ier.31.c.Ea vero bona eſt aĩę ſenectus,quã nulla pfidię inquinamẽta macularũt. Senect⁹ quoq; quę eſt corona glorię,eſt eorũ,q̃ deſtruxerũt ea,quę ſunt paruulorũ:& poſt ętatẽ viri perfecti venerunt ad ſenectutem & patrum nomina.pro.17.a.Senes quoq; ſunt morum & iudicij maturitatem habentes.Ioel.1.a.2.g.Hi ſunt ſenes aſſurgentes eccleſiæ.Iob.29.b.42.d.

[Patriarchæ. Prophetæ. | Beda.ſ.pro.17.]
Seniores cum quibus itur ad ſacrificandum,dici poſſunt patriarchę & prophetæ, & primitiui populi.Exo.3.c.4.g.Et ſeniores Iſrael, qui erant cum Moſe in eductione aquæ de petra, ſunt prophetæ legi coniuncti.Exo.17.b.Horum ſenum corona ſunt filij filiorum quãdo à ſucceſſoribus apoſtolorum,ipſi digna laude celebrantur.pro.17.a.

Senio-

Ori.ſ.Mat.ho.35
Amb.ſ.pſ.118.ſer.13
Gre.11.mor.9.10.&
ſ.1.reg.2.

Seniores populi ſunt principes Iudæorum:& vetuſtatem literæ ſequentes.Leui. 4.c.Matth. 26.a.Super hos ſenes intellexit Chriſtianus.pſ.118.Horum ſenum doctrinā abſtulit Deus, quū relicti ſunt in incredulitate,propter ſuam perfidiam.Iob.12.d.Et ſenex valde Eli.1. reg.2.c. deſignat doctrinam antiquorum patrum,quæ ſenuerat in Iudæis,quum Iudæa deuotionem obſeruandæ promiſsionis amiſit:vt deſideratum à patribus ſuis redemptorem coram ſe miraculis ſe probantem cerneret,& omnino cæca,in tanta eius luce,de veritatis præſentia dubitaret.Vnde Ioan.7.b.Alij dicebant,quia bonus eſt,alij non,ſed ſeducit turbas.Et Ioan.10.c. dicebant: Vſquequo animas noſtas tollis?Si tu es Chriſtus,dic nobis palam.Et Matth.12.c.Volumus à te ſignum videre.Senior quoq; frater typus eſt Iudæorum inuidentium conuerſioni gentium.Et dicitur ſenior:quia inuidia ſeneſcere facit.Luc.15.f.

Principes Iudæorū.
Doctrina antiquorum patrum
Iudæi inuidi
Amb.ſ.Luc.15.
Hie.epiſt.Beatitudi.

Beda.ſ.gene.22.27.
Hie.ad Damaſ.q.2.
Aug.ſ.pſ.70.91.

Senectus Abraham & etiam Saræ ſextam mundi ætatem,in qua natus eſt Chriſtus, ſignificare poteſt.gen.21.a.24.a.Senectus etiam Iſaac & Iacob conſummationem & finē mundi ſignificare poteſt.gen.27.a.37.a.48.b.Iſa.46.b.Sic ſenecta & ſenium deſignant vltima tempora eccleſiæ.pſ.70.91.

Sexta mundi ætas
Finis mundi

Gre.ſ.1.reg.2.

Senex Eli deſignat ſacerdotem,in quo debet eſſe ſenilis grauitas:& non eſſe ſenem in domo Eli,dicit euacuationem veteris ſacerdotij.1.reg.2.e.g.

Sacerdos

Gre.ſ.1.reg.8.

Senex Samuel typus eſt ſacerdotum,qui iam ſeneſcente mundo male viuunt.Sunt autem ſenes & prophetant,qui male agunt, & recta docent.1.reg.8.a.Senex, qui non erit in fœlicitate eſt deficiens à perfectione.Iſa.65.c.

Sacerdos male viuens

Gre.ſ.1.reg.4.

Senex mortuus Eli vetuſtatem literæ legis indicat:quæ ceſſatura erat, adueniente nouitate euangelij.1.reg. 4.d.

Vetuſtas literæ legis

Gre.ſ.1.reg.2.

Non eſſe ſenem in domo Eli.1.reg.2.g.deſignat non eſſe conſilium in inferno. Qui enim in infernum iuerunt non ſumpſerunt conſilium bonum, vt operarentur, dum tempus habebant: nec ſeruarunt,quod admonet ſapiens Eccl'tę.9.c.Quodcunq; poteſt manus tua, inſtanter operare, &c.Et.2.Cor.6.a.Ecce nunc tempus acceptabile.Et ſenes Hieruſalem conſumpti ſunt, quum maturitas conſilij deſerit animam.thre.1.g.2.d.

Conſilium

Glo.inte.ſ.Exo.20.

Longęuus ſuper terram eſt,vel in vita præſenti diu viuens:vel verius in terra viuentium perpetuo beatus.Exo.20.b.Ephe.6.a.

Aeternitas fœlicitatis.

Gre 12.mor.3.

Seneſcere dicitur radix iuſti in terra,quando apud corda prauorum eius prædicatio deſpecta,cunctiſq; viribus effœta creditur.Iob.14.a.

Gre.34.mor.11.

Senectus interdum pro finis propinquitate ponitur.Vnde apoſtolus.Hebrę.8.d. Quod antiquatur,& ſeneſcit,prope interitum eſt.Leuiathan autem ęſtimat abyſſum quaſi ſeneſcentem: quia reproborum corda ſic infatuat,vt ſuſpitionem eis de venturo iudicio,quaſi finiatur infundat. Abyſſum nempe ſeneſcere ęſtimat,qui terminari quandoq; in ſupplicijs ſupernam animaduerſionem putat.Iob.41.d.

Propinquitas finis.

Aug.ſ.pſ.70.
Hiero.ſ.Iſa 20.&.ſ.
Eze.27.

Senectus ad veterem hominem pertinet,qui deficit & corrumpitur.pſ.70.Et ſenectus mala Sodomorum,& etiam Aegyptiorum inueterationem in vitijs deſignat. gen.19. b. Iſa.20.b. Et ſenes Biblij ſunt prudentes ad malum.Eze.27.b.

Vetus hōmo

Hie.ſ.Ecclten.4.

Senex ſtultus eſt diabolus,vel fomes peccati:qui ineſt homini ab infantia vſq; ad ſenectutem.Eccl'tę.4.c.

Diabolus.
Fomes peccati

Hie.ſ.Eze.8.

Seniores domus Iſrael colentes idola,ſunt principes eccleſiæ ſacrilegia cōmittētes.Eze.8.d.

Principes eccleſiæ ſacrilegi

## *Sennaab.*

Glo.or.ſ.gen.14.

SEnnaab.i.dormitio patris:aut dens patris:Rex Adamæ,hoc eſt,terrenæ: deſignat eum, qui terrenis delicijs incubat:vnde captus eſt à quatuor regibus.gen.14.a.

## *Sennaar.*

Philo.de confu. lin.
Hie.ſ.Zach.5.

SEnnaar.i.excuſsio,vel dormientis vigilia,aut ſuſcitatio:campus Babylonis, vbi conſtructa fuit turris Babel.Deſignat eum ſtatum mundi,aut mundanorum,vbi excutiunt à ſe non ſolum virtutem,ſed etiam imaginem eius.gen.10.b.Iſa.11.c.Zach.5.d.

Status mundanorū

Gre.14.mor.28.
Rup ſ.Zach.5.

Vel interpretatur fœtor,vbi ponitur anphora auaritiæ:quia fœtor auaritiæ eſt grauis coram Deo:& ibi eſt turris Babel,hoc eſt,confuſio.Poteſt etiam deſignare infernum, vbi eſt domus iniquitatis.

Fœtor auaritiæ
Infernus

## *Sennacherib.*

Glo.or.ſ.Iſa.36

SEnnacherib.i.rubus deſtructionis,aut rubus gladij,ſiue rubus ſolitudinis, vel ſiccitatis:rex Aſſyriorum,qui voluit debellare Hieruſalem.Typus eſt diaboli,qui conatur ſibi ſubijcere terram Dei,hoc eſt,eccleſiam.4.reg.18.d.Iſa.36.a.

Diabolus

## *Sennan.*

Hie.ſ.Mich.1.

¶Sennan.i.exitus,vel abundantia:videtur ſumi pro Samaria.Mich.1.c.

## *Sentes,uide Spina.*

Sentire



## *Sentire, Senſus.*

SEntire eſt ſenſu aliquid percipere : quod præcipuè refertur ad ſenſus exteriores : extenditur tamen etiam ad interiores. Et interdum ſentire eſt intelligere. Sapi. 1. a. Sentite de domino in bonitate.Cognoſcere. pſalm. 130. Si non humiliter ſentiebam. Olfacere, ſeu deprehendere. Gen. 27. b. Si attractauerit me pater meus, & ſenſerit. Pati. Num. 25. b. Hoſtes vos ſentiant Madianitæ. Velle. Philipp.1.a. Sicut eſt mihi iuſtum hoc ſentire. Senſus autem interdum eſt auditus.Iudith.14.d. Sed quum nullum motum iacentis ſenſu aurium caperet. Conſcientia. Rom.14.a. Vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abundet.Diſcretio.Iere.4.e.Senſus cordis mei turbati ſunt Induſtria. Sapi. 8. a. Si autem ſenſus operatur. Intellectus. Gene.8.d. Senſus & cogitatio humani cordis. Iudicium. Rom.1.d. Tradidit illos in reprobum ſenſum. Sapientia.Sapi.7. a. Datus eſt mihi ſenſus.Secretum.Eccl'i.19.c.Noli narrare ſenſum tuum.Significatio.Iudith. 11.d. In pulchritudine,& in ſenſu verborum.

Sentiens Iſaac veſtimentorum Iacob fragrantiam, deſignat recognoſcentem Deum in populo Chriſtiano veteris legis myſteria.Gen.27.d.

Amb.2.de Iacob.2.

Portare onera pximorum.
Humiliari.

Sentire in ſe,quod eſt in Chriſto, eſt portare onera proximorum, ſicut ipſe portauit noſtra: & humiliari ſicut ipſe.Philip.2.a. Et hoc eſt ſentire humiliter.pſal.130.

Aug.83.q.71.

Ignorātia mali operis.
Lex non probans ſenſus carnales.

Sentire interdum eſt aduertere:vt non ſenſit Lot,quando accubuerunt filiæ.Gen.19.g.Deſignat autem ignorantiam mali operis:& etiam legem non cognoſcentem, nec approbantem ſenſus carnales,quos dabant Iudæi.

Ori.ſ.gen.ho.5.

Senſus interiores.

Senſus exercitati ſunt ſenſus interiores,aut ipſa mens.Heb.5.d.

Ori.ſ.canti.ho.1.

Litera legis.

Senſus carnis dicitur litera legis.Coloſ.2.d

Ori.ſ.Rom.8.

Diabolus.

Senſus magnus dicitur diabolus aſtutiſsimus:qui facit ſapientes huius ſeculi. Iſa.10.c. Iuxta ſeptuaginta. Vbi nos legimus,fructum magnifici cordis.

Ori.ſ.Iſa.ho.8.

## *Sententia.*

SEntentia interdum dicit iudicium,hoc eſt,id quod animus ſentit:quod & credulitas,& opinio vocari ſolet. Item id quod animo ſtatuitur:& etiam iudicatum,hoc eſt, quum lege, vel ex æquo & bono aliquid decernitur.

Præcepta Dei.

Sententia Dei dicuntur præcepta Dei:& lex æterna.Exo.18.c.

Glo.ord.ſ.Exo.18.

Veretas inſignis.

Sententia quãdoq; eſt dictum inſigne veritatis,aut ſapiētiæ:quas ſententias dicebat ſe Elihu puras loquuturum.Iob.33.a. Sed reprehenditur à Deo,quòd inuolueret ſententias ſermonibus imperitis. Imperitiæ quippe vitium eſt, rectum non recte ſapere, hoc eſt, cœleſte donum ad appetitum terrenæ laudis inclinare.Iob.38.a.

Gre.18.mor.7.

Blaſphemiæ hæreticorum.

Sententia iniqua amicorum Iob contra ipſum,ſunt blaſphemiæ hæreticorum contra eccleſiam.Iob.21.b.

Gre.15.mor.26.

## *Seon.*

SEon,id eſt,eradicatio, ſiue conculcatio, vel arbor infructuoſa,ſeu elatus:rex Amorrhæorū occiſus à filijs Iſrael.Num.21.e.pſal.134. Typus eſt diaboli, qui occiditur à fidelibus, quos ipſe peruertere cōnatur. Iuxta Auguſtinū interpretatur tentatio oculorum,eundē deſignãs.

Ori.ſ.Nu.ho.12.
Hil.& Aug.ſ.pſ.134.

Diabolus.

Seon etiam,vt eſt rex Amorrhæorum,typus eſt ſophiſtæ,qui princeps eſt loquentium.

Philo.2.allego.
Hiero.ſ.Abos.2.

## *Seorſum.*

SEorſum dicitur eſſe,quod loco ſeparatum eſt ab alijs.

Singularitas doctrinæ Chriſti.

Seorſum exiſtens Chriſtus. Matth.14.b. ſingularitatem doctrinæ ſuæ ſignificauit. Hoc etiam deſignauit Ioſeph quando ſeorſum veſcebatur.Gen.43.g.

Ori.ſ.Mat.cap.14.

Seorſum fecit poni Ioſeph cibos ſibi & fratribus & Aegyptijs. Gen.43.g. vt deſignetur ſecundum auditorum diuerſitatem diuerſa eſſe prædicanda.

Lyra.ſ.gen.43.

Curari p gratiā dei.

Seorſum offerre ſextarium olei.Leui.14.b.eſt recognoſcere pinguem Dei miſericordiam & gratiam,per quam lepra peccati curatur,& non ex noſtris meritis.

Glo.ord.ſ.Leui.14.

Singularis fortitudo pdicatoris.

Seorſum poſita pars,quæ danda erat Sauli,quæ erat armus,deſignat ſingularem fortitudinē debere eſſe in prædicatore.1.Reg.9.d.

Gre.ſ.1.Reg.9.

Continentia.

Seorſum plangentes familiæ,& ſeorſum vxores.Zach.12.d. admonent tempore pœnitentiæ abſtinendum eſſe ab actu coniugali,ſicut in arca ſeorſum erant viri & fœminæ.Gen.6.7.Et in oratione monet apoſtolus ita faciendum.1.Cor.7.a.

Glo.ord.ſ.Zach.12

## *Separare, Segregare.*

SEparare eſt vnum ab altero ſeu alijs diuidere, & amouere. Segregare autem eſt ab aliorum numero,vel ſocietate ſeu grege ſeparare.

Eleuãs deus ad altam cōuerſationem.

Separauit Deus populum ſuum à cæteris gentibus.Leui.20.d. quia vult baptizatos ſublimiorem ſectari cōuerſationem:nec ea quærere,quæ gentes inquirunt.

Iſyc.ſ.Leui.20.

Deus dans filium &

Segregauit Deus pluuiam voluntariam hæreditati ſuæ.pſalm.67. Quando angeli ceciderunt:

Arno.& Hil.ſ.pſ.67

ce

nerunt: Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Vel quando imber ſacræ doctrinæ rigauit eccleſiam. — ſacram doctrinam.

Hiero ſ.Iob.39. Gre.30.mor.22. — pfectio diſcipulorũ. Tranſitus ad cœleſtem gloriam.

Separantur filij ceruarum ad paſtum.Iob.39.a. quando diſcipuli apoſtolorum iam ſufficiunt per ſe ſacram doctrinam percipere. Vel quando exeuntes de corpore, ad cœleſtem gloriam tranſeunt.

Glo.inter.ſ.Exo.35 Amb.epiſ.14. Aug.ſ.Gala.1. — Mẽs dedicata dño.

Separatum vas aureum in donaria domini.Exo.35.c.eſt mens bene ſenſata offerenda domino. Sic erat Paulus vas electionis ſegregatus ab vtero matris ſuæ,hoc eſt,ſeparatus à ſæculo,& à ſynagoga.Gala.1.c. Segregatur etiam quodammodo de ventre matris, quiſquis à carnalium parentum cæca conſuetudine ſeparatur.

Hiero.ſ. Amos.6. — Separatio fidelium ab infidelibus.

Separator erit Chriſtus in iudicio.Zach.9.b. Ad quod pertinere videtur ſeparatio,quam faciebat Iacob, ouium variarum ab alijs.Gen.30.e. Et ſeparatio partium montis Olıueti, eſt ſeparatio fidelium ab infidelibus. Zach.14.a. Separantur in die malo, qui puniendi ſunt in iudicio.Amos.6.a.

Glo.inter.ſ.Exo.13 — Offerre Deo initia operum.

Separare quod aperit vuluam,& ſeparare primitias,eſt offerre domino initia operum. Exo. 13.b.35.a.Ezech.45.48.b.

Glo.ord.ſ. Exo.28. — Fides cum opibus.

Separari non poſſe rationale & ſuperhumerale.Exo.28.c.eſt copulari debere fidem & opera,ad acquirendam cœleſtem gloriam.

Gre.2.Paſto.3. — Excellẽtia operationis ſacerdotum.

Separatus armus de ariete ad ſacerdotem pertinens. Exo.29.d.Leui.7.d.8.e.9.d.10.c. deſignat operationem ſacerdotum non ſolum debere eſſe vtilem,ſed etiam ſingularem.

Iſyc.ſ.Leui.20. Gre.18.mo.23.&.33. mor.22. — Separare vitia à virtutibus.

Separare mundum ab immundo debent fideles:vt vitia fugiant, & virtutes ſectentur. Leui. 20.d. Separat etiam precioſum à vili,qui loquendo quæ poteſt, animam humanam ab amore præſentis ſeculi euellit,& à reproba antiqui hoſtis imitatione diſiungit.Iere.15.d.

Gre.1.Reg.15. — Pœnitentia.

Separare dicitur amara mors, quando ſenſus carnis per pœnitentiam ab ipſa carne ſeparatur.1.Reg.15.g.

Hiero.ſ.Iſa.29. Iſych.ſ.Leui.13. — Sepatio hereticorũ.

Separans Abraham filios concubinarum,deſignauit vitationem hæreticorum à fidelibus faciendam.Gen.25.a.Titum.4.c. Sic ſeparauit Deus domum Iacob ab Abraham, hoc eſt, ſcribas & phariſæos fidem Abrahæ non habentes abiecit.Iſa.29.g. iuxta ſeptuaginta. Separatum conuiuium Ephraim, eſt ſeparatio hæreticorum ab eccleſia.Hoſe.4.d.Separatur autem leproſus,hoc eſt, hæreticus,ne alios in errorem inducat:idq; ad arbitrium ſacerdotis.Leui.13.f.Huc pertinet ſeparatio menſtruatæ.Leui.15.c.

Ori.ſ. Num.ho.7. Hiero de manſio. — Abiectio ſynagogæ.

Separatio Mariæ ſororis Moſis ſeptem diebus. Num.12.d. deſignauit abiectionem ſynagogæ,donec plenitudo gentium intraret.

Hiero.ſ.Leui.12,15. — Eiectio Adæ & gentilium.

Separationis dies,vel ſeparatio mulieris menſtruatę,Leui.12,a.15.c. deſignant ſeparationem Adam à paradiſo:& ſeparationem gentilium vſq; ad aduentum Chriſti.

Aug.ſ.ps.44. — Separari à diabolo.

Separatur filius à patre,quum peccator relinquit patrem diabolum:& filia aduerſus matrem ſuam,hoc eſt,credentes ex Iudæis aduerſus ſynagogã:& nurus aduerſus ſocrum,hoc eſt,plebs gentilis aduerſus ſynagogam matrem Chriſti.Mat.10.

Gre.ſ.1.Reg.14. — Exponens ſe prælatus iudicio.

Separatio populi ex vna parte, & Saulis cum Ionatha ex altera, vt mitterentur ſortes ſuper eis. 1. Reg. 14. f. Indicat prælatum debere etiam iudicio ſe exponere: quia difficile eſt ſeipſum cognoſcere.

Glo.inter.ſ.Leui.1. — Miſeria huius vitæ.

Separatus locus,in quem effunduntur cineres.Leui.1.d. eſt ſtatus miſerię huius vitæ: vbi agẽda eſt pœnitentia. Eſt autem ſeparatus:quia non eſt in cœleſti gloria.

Hier.ſ.Iſa.56.

Non ſeparatur filius aduenæ à populo Dei.Iſa.56.a.hoc eſt, gentiles non ſeparantur ab eccleſia, ſi fidem ſuſcipiant.

Glo.ord.ſ.Eze.41. — Gloria cœleſtis.

Separatum ædificium templi,deſignat ſeparationem ſupramundanorum à mundanis:& gloriam cœleſtem,quæ ſperatur.Eze.41.b.

Hier.ſ.Iob.41. Gre.33.mo.33. — Defenſio vitiorum.

Non ſeparantur ſquamæ Leuiathan.Iob.41.a. quando mali perſiſtunt in mutua defenſione ſuorum vitiorum.

## *Sepelire, Sepulcrum, Sepultura, Monumentum, Funus, Tumulus.*

SEpelire eſt humo iniecta cadauer contegere, aut tumulo mandare. Sepulcrum autem ſeu tumulus, eſt locus, in quo corpus ſepelitur, quod & monumentum dicitur. Sepultura vero quandoq; eſt ipſum ſepulcrum,interdum ipſe actus ſepeliendi. Funus autem eſt pompa, quæ fit in exequijs mortuorum.

Beda.ſ.gen.23. Rup.6.ſ.gen.37. — Mori mundo. Scriptura poſita in cõſcientia.

Sepeliri in ſepulcro duplici dicitur anima,quum moritur mundo,vt Deo viuat:quę in geminata requie ſuſcipitur,id eſt,in actione boni operis,& in contemplatione diuinitatis.Gene.23. a.Sepelitur etiam Sara,hoc eſt,ſacra ſcriptura in conſcientia,vt monumento.

Glo.inter.ſ.gen.25. — Amor dei in corde. Suſcipere fidẽ Chri

Sepelire Abaraham. Gene. 25. b. eſt amorem Dei in corde figere. Vel eſt fidem Chriſti ſuſcipere. Sepeliunt autem cum Iſaac & Iſmael, hoc eſt, credentes ex circunciſione, & prępucio.



præcipuo.

Remiſſio p Chrm. — Aug.q.in gen.161.

Sepeliri Iacob in terra promiſſionis. Gen. 49. d. 50. a. deſignabat remiſſionem peccatorum per Chriſtum futuram. Ideo curabant ſepeliri,vbi Chriſtus paſſurus erat.Ita ſepeliri Iſaac. Gen.35.d.47.g.

Ceſſatio legis veteris. — Rup.8.ſ.Reg.23.

Sepeliri Abraham in ſenectute bona,eſt legem veterem quantum ad literam ceſſare, introducta lege noua. Gene.15.c. Idem deſignauit ſepulta Debbora ad radices Bethel, hoc eſt, in primo introitu domus Dei:& ſub quercu,hoc eſt,ligno crucis:Gen.35.b.

Baptizare, vel Baptizari. — Rup.5.ſ.reg.36.

Sepelientes mortuum,ſunt,qui conuertunt aliquos à vita veteri: vel qui declinant vniuerſa peccata,ipſa ſepelientes in baptiſmo. Proijciunt autem ipſum in ſepulcro Eliſæi: quia in baptiſmo peccator conſepelitur Chriſto.4.Reg.13.d.

Abſcõdere myſteria indignis. — Amb.ſ.Luc.9.

Sepeliuntur boni, & ſepeliunt Chriſtum, quando eius myſteria ab indignis abſcondunt. Luc.9.g.

Oppreſſio hereticorum. — Hier.ſ.Eze.39.

Sepelire Gog & multitudinem eius, eſt non dare locum hæreticis ad defendendos errores: nec aerem liberum eis permittere,vt capiant.Eze.39.c.

Mors cõmunis omnibus.

Sepeliri inter infideles eſt mortem eſſe communem fidelibus & infidelibus.Gen.23.a.

Iacere in profundo malorum. — Gre.18.mo.7.

Sepeliri in Aegypto eſt in profundo malorum iacere.Gen.47.g.Exo.14.c. Sepeliuntur autem in interitu,qui in infernum merguntur.Iob.27.c.

Mergi in infernum. Fauentes peccatori. — Amb.ſ.Luc.9. Gre.4.mor.29.

Sepeliunt mortui mortuos ſuos.Luc.9.g. Quando exiſtentes in peccato ſepeliunt alios corpore mortuos. Vel quando peccatores peccatorem fauoribus premunt. Qui enim peccantem laudibus proſequuntur,extinctum ſub verborum aggere abſcondunt. Lazarus non à mortuis, ſed à viuis eſt ſepultus:ideo ſuſcitatus.Ioan.11.

Sepulcrum Chri. Anima iuſti. Sacra ſcriptura. Corda gentilium. — Amb.ſe.57.& de virgi.&.ſ.Luc.23. Ori.ſ.Rom.6.&.ſ. Mat.ho.35.& in diuerſ.ho.2.10. Hil.ſ.Mat.cano.22 33.

Sepulcrũ Eliſæi typus eſt ſepulchri Chriſti. 4. Reg. 13. d. Sepultus eſt autem Chriſtus in alieno ſepulcro: quia pro alijs mortuus eſt, mox reſurrecturus: ideo victor mortis proprium monumentum non habebat. Sepultus autem manſit Chriſtus tribus diebus: vt deſignetur notitia trinitatis, quam habent conſepulti cum ipſo: & tribus noctibus, quando deſtruimus patrem mendacij cum mendacio eius filio, ſpiritu erroris prophetico. Monumentum etiam Chriſti eſt anima iuſti: in qua tamen varijs modis exiſtit. Matth. 27. g. Item ſacra ſcriptura: quo intrant Petrus & Ioannes. Ioan.20.a. Monumentum etiam Chriſti nouum, erant corda gentilium cum prima fide: & erat exciſum in petra, quum de illis lapidibus ſuſcitati ſunt filij Abrahæ. Luc.23.g. In ſepulturam eius erat vnguentum Mariæ: quando videlicet gentes illi, commoriuntur in baptiſmo.Matth. 26.a. Sepulcrum autem Chriſti diciturglorioſum. Iſa.11.c. quia mors eius prædicata eſt in vniuerſo orbe. Sepultura iuſti, hoc eſt, Chriſti dicitur eſſe in pace:quia eius caro non vidit corruptionem.Iſa.57.a. Iuxta ſeptuaginta.Sepulcrum etiã Chriſti mortui deſignat mentem cum fide mortua.

Hiero.ſ.Iſa.11.57. Ber.ſer.1.poſt reſurrect.

Baptiſmus. — Rup.5.ſ.Reg.36.

Sepulcrũ Eliſæi poteſt etiam ſignificare baptiſmũ,in quo vitia noſtra ſepeliuntur, & nouus homo reſurgit.4.Reg.13.d.Conſepulti autem ſumus nunc Chriſto per fidem in ipſo baptiſmo, qui dicitur ſacramentum fidei.Rom.6.a.Coloſ.2.b.

Quies æterna. — Gre.6.mo.19.

Sepulcrum dici poteſt quies æternæ & intimæ retributionis: in qua tanto verius quieſcitur, quanto in nobis corruptionis vita perfectius necatur.Iob.5.d.

Stat⁹ cõtẽplationis — Amb.epiſ.18.&.2.de Iacob.7. Aug.epiſ.119. Gr.5.mo.3.&.6.mo 14. Rup.7.ſ.gen.32.

Sepulcrum Rachelis eſt ſtatus contemplationis: deſignat autem eccleſiam in Chriſto per baptiſmum ſepultam. Eſt autem in via: quia eccleſia viatores habet. Gene. 23. d. 47. g. Eodem referri poteſt ſepultura nutricis Rebeccæ. Gene.35.b.1. Reg.10.a. Hoc ſepulcrum contemplationis & quietis interioris ſancti gaudent inuenire.Iob.3.d.5.d.

Sepulcrum quod emit Abraham, quum proprium non haberet, deſignat iuſtos nihil aliud velle in terra, niſi locum, vbi ſepeliantur.Gen.23.a.

Deſertio legis. — Hila.ſ.Mat.cano.14.

Sepultura Ioannis Baptiſtæ deſignat deſertionem legis.Matt. 14.b. ſepulta Debbora ſubter quercum,deſignat ceſſationem legis per Chriſti crucem.Gen.35.b.

Litera legis. — Ori.ſ.Matt.ho.25. Hier.Iſa.22.

Sepulcra prophetarum ſignificare poſſunt literalem hiſtoriam ſcripturæ prophetarum: quæ ſenſum ſpiritualem velut corpora ipſorum continet.Mat.23.c. In hac litera legis dicuntur ſacerdotes Iudęorum excidiſſe ſibi ſepulcrum.Iſa.22.e.

Locus peccatorum. Baptiſmus. Requies in Chriſto. — Ori.ſ.Mat.ho.35. Hila.ſ.Mat.cano.32. Amb.ſer.51. Aug.3.de cõſen euãgeliſ.7.

Sepultura peregrinorum, in quam emptus eſt ager figuli, deſignare poteſt locum peccatorum. Matth.27.a. Vel ſignificat baptiſmum,in quo baptizati velut peregrini commoriuntur,& conſepeliuntur Chriſto:vel requiem in ipſo Chriſto,ſeu permanſionem quietis baptizatorum. Luc.23.g.Rom.6.a.

Limbus. — Gr.2.9.mor.43.

Tumulus interdum dici poteſt limbus:in quo ſancti patres quieſcebant.Iob.10.d.

Status perfect[illegible]us. — Philo. de ſacrifi. Abel.& Cain.

Sepulcrum Moſis incognitum deſignat ſtatum perfectiſſimæ animæ imperfectis eſſe ignotum.Deut.34.b.

Hiero.ſ.Eze.39.

Sepulcrum Gog dicitur eſſe nominatum in Iſrael, quando in eccleſia eſt memoria cõfuſionis,ſeu confutationis hæreticorum.Eze.39.c.

Glo.ord.ſ.Iere.22.

Sepultura aſini ſepeliri eſt inſepultum relinqui.Iere,22.c.

Captiuitas. — Lyra.ſ.Eze.37.

Sepulcrum interdum eſt captiuitas.Eze.37.c.Educam vos de ſepulcris veſtris.

Ori.ſ.Nu.ho.27. Hiero de manſio. — Extinctio cõcupiſcẽtiæ. Lapſus in malum. Cõcupiſcentia.

Sepulcra cõcupiſcentiæ: vbi populus cõcupiuit carnes eſt decimatertia manſio filiorũ Iſrael in deſerto: quo venitur è Sina: quia poſt conſolationes diuinas & profectus extinguitur omnis concupiſcentia carnis. Vel in malum deſignat lapſum multorũ poſtquàm ſaturati ſunt carnibus.Num.33.b. A ſeptuaginta dicitur memoria deſiderij. Ipſa quoq; concupiſcentia ſepulcrum dici poteſt.pſal.77.Iſa.65.a.

Ori.ſ.canti ho.3. & ſ.Rom.3. Aug.ſ.pſ.5. — Loquentes verba mortifera. Prędicãtes ſua pc̃tã. Dogmata hæreticorum. Adulatio.

Sepulcrum patens eſt guttur eorum, qui proferunt verba mortis:& qui manifeſtè peccata de promunt abſq; vllo pudore: & etiam machinamenta & dogmata hæreticorum. pſal. 5. Iere.5. d. Rom.3.b. Vel refertur ad voracitatis ſignificationem,propter quam plerunq; homines adulatione mentiuntur. Et mirabiliter dixit:Patens ſepulcrum,quoniam ſemper inhiat illa voracitas,non vt ſepulcra,quæ receptis cadaueribus muniuntur. Dicitur etiã de his,qui blanda adulatione trahunt ad ſe,quos ad peccata illectant, & eos quaſi deuorant,quum in ſuam vitam cõuertunt,& exanimes ſunt, non habendo vitam veritatis.

Amb.ſer.57. — Apoſtoli.

Sepulcrum etiam patens in bonum, dici poſſunt apoſtoli, qui habebant Chriſtum in corde & in ore.

Ori.ſ.Mat.ho.25. Baſi.ſ.pſ.48. Hila.ſ.pſ.67. Arno.ſ.pſ.67. Hiero.ſ.pſ.87. — Habentes opera mortua. Corpora exculta. Magicæ artes. Status peccati. Diuitiæ.

Sepulcra dealbata dicuntur habentes opera mortua,quæ videntur viua,quum non ſint. Itẽ ipſa corpora bene exculta,exiſtente anima mortua.Mat.23.c.pſal.48.67. Euch.form.ſpũal.5.

Sepulcra interdum ſignificare poſſunt magicas artes.pſal.67.Qui habitant in ſepulcris.

Tumulus mortuorum interdum ſignificat ipſum ſtatum peccati:quo quis tenetur,quaſi ſine ſpe vitę æternę.2.Reg.3.d.18.d.g.2.Par.34.a.Ioan.11.a.Iob.10.d.Ab his ſepulcris educit Deus. Eze.37.c.dicuntur Sepulcra etiam diuitiæ.pſal.87.

Beda.ſ.pro.12.

Monumentum peſſimorum dicitur deſiderium impij. Pro.12.b.quia deſiderat præcedentes malos imitari:& de illorum vita,atq; actibus loqui:vel quia cũ prioribus iniuſtis æternæ mortis carcere claudetur.

Aug.83.q.65. Cyril.7.ſ.Ioan.23. — Occultatio peccato à Deo. Grauis cõſuetudo.

Monumentum Lazari deſignare poteſt occultationem Adæ & peccatorum à Deo. Ioan. 11.e Sepulcro conditus dicitur peccator, quando ingenti mole & pondere conſuetudinis obrutus eſt, & faciendo quod malum eſt,etiam ſe mala conſuetudine implicat, vt nec ipſum malum intelligat,quin etiam defendat.

Ori.ſ.Mat.ho.35. Amb.ſ.Luc.8. Hiero.epiſ. Ignota vultu. Aug.ſ.pſ.87. Gre.9.mo.50.&.15.mor.29. — Corpora pc̃tõrum. Corda reprobõrum.

Monumenta dici poſſunt corpora mortuarum animarum:quæ tunc aperiuntur, quum animæ reſurgũt à peccatis:& quaſi de ipſis exeunt animæ,quum è monumentis mortuarũ animarum,fiunt corpora ſanctarũ.Mat.27.f.Luc.8.d. Sepulcra etiã dicuntur corda reproborum: in quibus extinctæ à *vita beatitudinis animæ,velut in* ſepulcris latent. Et iniquus ad ſepulcra ducitur,quãdo in prauorum cordibus diabolus recipitur.Iob.21.d.pſal67.87. Et ſepulcra Aſſur ſunt corda prauorum:in quibus mortuus iacet diabolus.Eze.32.d.

Hie.ſ.Iſa.14.&.ſ.Eze.32 &.ſ.Hoſe.9.& ſ.pſ.48. Gre.18.mo.7. — Requies nulla in inferno. Infernus.

Sepulcra vnde proiectus eſt Nabuchodonoſor.Iſa.14.e. ſignificant quietem, quæ non conceditur malis in inferno. Vnde non ſepeliuntur,qui in infernum proijciuntur.Iere.25.g.Quandoq; tamẽ ſepultura dicitur pœna inferni.Et ſepulcra interfectorum Aſſur dicuntur eſſe in circuitu eius:quia decepti à diabolo vel hæretico erunt ei ſocij in inferno: qui & ſepeliri dicuntur in nouiſſimis laci.Eze.32.e. Vnde & diues ſepultus eſt in inferno. Luc.16.f. Sepelit autem Memphis hæreticos:quia iuxta ſuas blaſphemias hæretici puniuntur.Hoſe.9.b. Dicuntur autem hęretici ſepeliri in interitu:quia dum ad lucem veritatis non redeunt,in pœna perpetua intelligentiæ terrenæ deprimuntur. Iob. 27.c.Sepulcra malorum dicuntur domus eorũ in æternum.pſal.48.Quia non reſurgent vt habeant perpetuam vitam:ſed vt damnentur in inferno.

Hie.ſ.Iſa.65.&.ſ.Nahum.1. — Hæreſiarchæ. Mori erroribus.

Sepulcra vbi habitant hæretici, ſunt hæreſiarchæ, vel errores eorum. Iſa. 65.a. Sepulcrum autem hæretici fit ipſum conflatile, quando erroribus ſuis ipſe moritur, conuerſus ad veritatem.Nahum.1.d.

## *Sepes, Sepire.*

SEpes eſt,quę obiecta prohibet introitum in agrũ,aut in hortum. Sepire autem eſt ſepibus munire.

Ori.ſ.Mat.ho.19. Hila.ſ.Mat.cano.22 Hiero.ſ.Iſa.5. Ori.ſ.Mat ho.19. Baſi.Exae.ho 5. Hie.ſ.Ecclẽ.10.1 Hier.ſ.Iſa.58. Hiero.ſ.Mat.21. — Cuſtodia dei & angelorum. Apoſtoli pphetę,& doctores. Præcepta. Litera legis. Orationes. Muri Hieruſalem. Pudor virginalis.

Sepes vineæ dici poteſt cuſtodia Dei,vel etiam angelorum: & ſanctitas patriarcharũ: & prętera apoſtoli,pphetæ,& doctores eccleſiam munientes.Matth.21.e.Iſa.5.a.

Sepes etiam vineæ dici poſſunt diuina præcepta mentes fidelium munientia. Et præterea litera ſacræ ſcripturæ ſpirituales intus continens ſenſus. Item dogmata eccleſiaſtica. pſalm. 88. Eccleſiaſtæ.10.d.

Sepes quoq;, quam ædificat Chriſtus,aut ſancti: ſunt orationes, quibus nos ab ira Dei protegunt.Iſa.58.d.

Sepes vineæ,hoc eſt,Hieruſalem dicitur murus ipſius vrbis.Mat.21.d.

Sepes pudorem virginalem quandoque ſignificare poteſt.Eccl'tę.10.b. Qui diſſipat ſepem, mordebit eum coluber. In ſepibus autem dicuntur eſſe, qui diuidunt & ſeparant virtutes à vitijs. Luc.14.e.

Hiero.ſ.Nahum.3. — Doctrina hæreticorum. Schiſmata.

Sepes ex ſpinis doctrinam hæreticorum ſignificare poſſunt, & ſpineta philoſophorum: vbi conſident



Aug.2.cõt.Gaudẽ.17.

conſident locuſtæ.Nahum.3.c.Deſignant etiam ſchiſmata,quæ diuidunt eccleſiam diuerſis opinionibus.Luc.14.e.

Munire mentem. — Amb.1.officio.3.& ſ.pſ.118.ſer.22.

Sepire poſſeſsionem ſpinis eſt mentem bonis ſolicitudinibus munire. Et ſepire aures ſpinis eſt contritione cordis & timore iudicij mentem munire.Eccl'i.28.d.

Flagella Dei. Dans deus tribulationes. — Gre.14.mo.18. Hiero.a.Iſa.23. Gre.34.mo.1.& ho.36.

Circunſepit Deus ſemitam, quando quis tranſire ad ſecuritarem cupiens, euadere flagella non valuit. Iob. 19. a. Thre. 3. a. Sepit etiam Deus vias meretricis ſpinis. Hoſe. 2. b. quando dat animæ tribulationes, ne vltra ſequatur peccata: & ſepit maceria, ne poſsit appetitus implere.

## *Sepher.*

Accinctus ad bellũ. Chriſtus. — Ori.ſ.Num.ho.27. Hiero.de manſio.

SEpher, id eſt, tubicinatio ſeu tuba: vigeſima manſio filiorum Iſrael in deſerto Pharan, vbi eſt mons,quo peruenitur poſt Ceelatha. Deſignat accinctum eſſe ad bellum,& tubam prædicationis exercere. Vel Sapher interpretatur pulchritudo:& deſignat Chriſtum, ad quem peruenitur per frænos & eccleſiam.Num.33.c.

## *Sephora.*

Diuina ſapientia. Lex. Euangelium. Sciẽtia rationalis. Eccleſia. Impedimẽta temporalia. Philoſophia. — Ori.ſ.Exo.ho.2. Beda.ſ.Exo.5. Gre. Nyſſe. de vita Moſis. Rup.1.ſ.Exo.10.

SEphora,id eſt,paſſer, obſtetrix Aegyptia. Exo.1.d. deſignare poteſt diuinam ſapientiam, quæ ſublimia parit: vel legem ſpiritualiter intellectam:vel euangeliũ,vel etiam ſcientiam rationalem, qua mentes obſtetricantur.

Sephora,id eſt pulchritudo,vel placans: fuit vxor moſis.Exo.2.d.18.a. deſignat eccleſiam: & quia reliquit Moſen euntem in Aegyptum, deſignat impedimẽta temporalia relinquenda à tractantibus res diuinas. Deſignat etiam philoſophiam mundanam coniunctã Moſi.

## *Septentrio, uide Aquilo.*

## *Sequeſter, Sequeſtrare.*

SEqueſter eſt,apud quem plures eandem rem, de qua controuerſia eſt, depoſuerunt, vt ipſe decernat:vnde aliqui deducũt ſequeſtrare.

Lex. — Glo.ord.ſ.Deut.5.

Sequeſter fuit Moſes inter Deum & populum. Deut.5.a. Quando videlicet ipſe referebat verba Dei ad populum, & è diuerſo: ipſa lex eſt velut ſequeſter inter Deum & homines.

## *Sequi, Sectari, Subſequi.*

Ori.ſ.Rom 9.

SEqui eſt poſt alium ire: aut alium imitari. Sectari autem eſt frequenter, aut continuè ſequi:vt fit, quum quempiam in ſermonibus, in *ſententijs*, *in diſciplinis*, & *cæteris factis* ſedulo perpetuoque ſequimur, ac imitamur: vnde dictæ ſunt ſectæ philoſophorum.

Obedientia Chriſti — Hiero.ſ.Iſa.41.

Sequitur iuſtus Deum,hoc eſt,Chriſtus obtemperans patri.Iſa.41.a.

Imitari Chr̃m. venire ad fidem. — Ori.ſ.Matt.cap.19.&.ho 7.9.13.14.& in diuerſ.lio.5. Hil.ſ.Mat.cano 14. Amb.de virgi 3. Aug.5.q in euan.28. Rup.2.ſ.Ioan. Cyril.7.ſ.Ioan.2.

Sequentes diſcipuli Chriſtũ erãt ſecundũ omnes virtutes ipſum pro viribus imitantes: qui ſequebantur, & vt fierent diſcipuli, & vt ad altiora myſteria admitterentur.Ioan.1.f.Matth.9. a.19,c. Sequebantur autem turbæ Chriſtum, ſed non ſicut diſcipuli: vnde ſequutæ ſunt cum deſcendentem de monte, quem in montem ſequuti non valebant. Sequentes autem turbæ ſunt fideles ex gentibus, vel ſimplices ex Iudæis. Matth. 8. a. Sequentes autem Chriſtum non laborant. Iere. 17. c. Hoſe. 6.a. Philip. 3. c. Sequentes ipſum exeuntẽ de Hierico, ſunt præcedentis exemplum imitantes: vel poſtquam ille mundum reliquit, ad fidem venientes.Matth.20.d. Sequuntur autem oues paſtorem imitando: non ſequuntur vero alienum,hoc eſt,hæreticum aut diabolum.Ioan.10.b. Sequitur pes veſtigia Dei, quum voluntas ſequitur præcepta Dei.Iob.23.c.

Acceſſus ad fidem. Sequens gentilitas Chriſtum. — Glo.ord.ſ.gen.24.

Sequens Rebecca cum puellis ſeruum Abrahæ, deſignat acceſſum ad fidem & charitatem. Gene. 24. g. Vel deſignatur gentilitas ſequens Chriſtum, aut ſermonem propheticum: & etiã minores animæ.

Relinquere mundũ. Ingredi religionem — Ori.ſ Mat.ho.35. Lyra.ſ.Iere.2.

Sequentes mulieres Ieſum à Galilæa. Matth. 27. f. deſignant eos, qui deſerto mundo adhærent Chriſto. Sequuta eſt etiam Hieruſalem Deum in deſerto. Iere.2. Quia eius præcepto populus Iſrael egreſſus eſt de Aegypto in deſertum. Sic ſequitur Deum in deſertum,qui ingreditur religionem.

Cura prælatorum. Charitas p̃dicatoris — Gre.ſ.1.Reg.6.11.

Sequentes ſatrapæ Philiſtinorum arcam vſque ad terminos Bethſames. 1. Regum. 6. c. deſignãt prælatos curam ſubitorum habentes, donec doctrina & operibus perficiantur. Et ſequens boues Saul. 1. Reg. 11. b. deſignat prædicatorem habentem charitatem Dei & proximi.

Intelligere legẽ ſpiritualiter. — Ori.ſ.Mat.ho.35. Gre.ſ.Eze.ho.7.

Sequi portantem amphoram aquæ, eſt ſequi Moſen ſpiritualiter intellectum. Marc.14. b. Sequuntur etiam rotæ animalia, & ſpiritum. Ezech. 1. e 3. c. quia verba ſacri eloquij iuxta ſenſum legentium per intellectum creſcunt. In vna enim eademque ſententia alius ſola hiſtoria paſcitur, alius typica, alius vero intelligentiam per typum contemplatiuam quærit.

Ori.ſ.Iudi.ho.5. — Sectans Iſrael literã legis.

Sequens Barach Siſaram,ſed non aſſequens. Iudi.4. deſignat Iſraelem, qui ſectando legem iuſtitiæ,in legem iuſtitiæ non peruenit.Rom.9.g.

Aug.epiſ.105.

Subſequi dicitur miſericordia aliquem,per gratiam ſubſequentem.pſal.22.

Lyra.ſ.Ecclẽ.10.

Sequi dicitur ſapientia poſt induſtriam. Eccl'tæ. 10.b. Quia magna opus eſt diligentia ad acquirendam,vel recuperandam virtutem.

Ori.ſ.Rom.14. — Diligentia in pace ſeruanda.

Sectari dr̃ pacẽ,qui ea,quibus pax cõſtare poteſt,etiam cum labore ſuo, cum damno, cum opprobrio quoq;,& ,ſi ita neceſſe ſit etiam cum periculo vitæ famæq; cuſtodit.Rom.14.

Ricar de.ſ. vict. 5.ď arca myſti.13. — Sequi inſpirationẽ.

Sequens Petrus angelum. Acto. 12.b. deſignat mentem ſequentem diuinam inſpirationem, ad acceſſum contemplationis,etiam extra carcerem corporis.

Gre.5.mo.29.

Sequi non valens Aegyptius Amalecitam.1.Reg.30.d. eſt peccator non valens ſequi mundum:qui conuerſus fit dux Chriſti.

Glo.ord.ſ. Exo.21. — Scandalizari. pſeuerare in errore.

Subſequuta mors alicuius pręgnantis eſſe dicitur,per ſcandalum alterius.Exo.21.c. Hoc eſt ſequi turbam ad faciendum malum:quod eſt perſeuerare in errore.Exo.23.a.

Gre.ho.33. Hiero.ſ. Hoſe.12. Rup.ſ.Hoſe.12. — Sequi diabolum aut hæreticos.

Sequi dicitur *meretrix amatores ſuos*.Hoſe.2.d.Quando anima ſequitur diabolum aut hæreticos. Et ſequitur alienum,qui audit diabolum,aut hæreticum.Ioan.10.a. Et ſequitur æſtum Ephraim,dum ſequitur diabolũ omnia bona & virtutis virorem exurentem : & etiã quũ libidine quiſpiam corrumpitur. Hoſe.12.a.Sequi autem idola eſt ſequi errores.Iere.2.b.

Glo.ord.ſ.Eze.13. — Prophetare ď corde ſuo.

Sequi dicuntur ſpiritum ſuum,qui prophetant de corde ſuo:& etiam hæretici.Eze.13.a.

Hiero.ſ.Iſa.1.

Sequi dicuntur retributiones,qui non dant,niſi vt accipiant:vel qui ſe vindicant. Iſa.1.f.

Hiero.ſ.Iſa.5. Gre.26.mo.38. — Sequi vitia.

Sectari ebrietatem eſt ſequi vitia,& affectus inordinatos.Iſa.5.c. Sequitur iniquitatem poſt miſeriam, qui poſt mala, quæ pro correctione ſuſtinet,feruenti corde impatientiæ ſe facibus inflammat.Iob.36.c.

Gre.21.mo.7.

Sequitur oculus cor, quum tentatio concepta intrinſecus,compellit ſibi extrinſecus oculos deſeruire.Iob.31.a.

Glo.ord.ſ.Thre.1.

Subſequens dicitur diabolus adigens aliquem ad vitia & errores.Thre.1.b.

Aug.ſ.Apo.ho.6. — Diabolus tentans.

Sequi dicitur infernus equum pallidum. Apo. 6. b. quia expectat deuorationem multarum animarum.

## *Sera, Valuæ.*

SEra eſt inſtrumentum,quo clauduntur oſtia. Valuæ aũt dicuntur geminæ portæ, quæ ſeris & repagulis retinentur,à voluendo dictæ.

Arno.ſ.p̃s.147. Hie & Aug.ſ.p̃s.147 Euch.form. ſpũa.8. — virtutes theologicę. Præcepta. Doctores.

Seræ portarum Hieruſalem, quas confortat dominus.pſal.147.ſignificare poſſunt virtutes theologicas,quas Deus confortat in anima. Item repagula diuinorum præceptorum ad*uerſus impios munientia*. Vel deſignant viros eruditos & prædicatores, quos inſtituit dominus ad defenſionem prophetarum aduerſus hæreticos. Vel quòd in cœleſti Hieruſalem nõ admittentur,niſi qui erunt de prudentibus virginibus.

## *Seraphim.*

SEraphim,id eſt ardentes,aut igniti:ſolet eſſe nomen ſupremi ordinis angelorum : qui ab ardore charitatis ſic appellati ſunt.

Ori.ſ.Iſa. ho.1.4. Hie.ad Pãmachium & Oceanũ. & epiſt. Et factum eſt. Aug.epiſ.119. — Duo teſtamenta.

Seraphim duo.Iſa. 6. a. deſignant iuxta Origenem filium & ſpiritum ſanctum.Verum hoc eſt periculoſum, vt ait Hieronymus:ne videamur eos ponere minores patre. Sed melius eſt,vt dicantur duo teſtamenta:quæ incendũt in amorem Dei:& ſunt principium oris,quia in prima lingua ſunt tradita : vt videlicet Seraphim interpretetur ardor.aut incendium, aut principium oris eorum

Rup.1.ſ.Iſa.28. Ber ſer. 3. de verbis Iſaiæ. — Apoſtoli. Duplex creatura rationalis.

Seraphim etiam iuxta dominum,ſunt apoſtoli iuxta Chriſtum,qui erant ardentes,& incendentes,& clamantes,hoc eſt,prædicantes Chriſtum. Vel deſignant duplicem creaturam rationalem,angelicam videlicet & humanam.

Ori.1.periar.3. Diony.cœleſ.Hierar.4. Rup.9.de glorifi. trini.18. — Euangelium.

Seraph vnus accedens,& mundans labia Iſaiæ,deſignat filium Dei in humanitate apparentem,iuxta Origenem.Iſa.6.b.Vel eſt euangelicum teſtamentum:vel eſt angelus faciens officiũ Seraphim, qui dicuntur incendentes:qui etiam purgare dicuntur inferiores:vel fuit Petrus apoſtolus prædicans Iudæis.

## *Serenus.*

SErenus ſignificat tranquillum,& ſine nubibus & imbre exiſtentem aerem,quaſi ſationi aptum Solet autem ſerenitas tempus pacis,liberumq; à turbine tribulationum ſignificare.

Aug.de eſſent.diui — Eccleſia electorum.

Serenum cœlum ſignificat eccleſiam electorum hominum,ſine nubibus ignorantiæ & peccatorum.Exo.26.c.

Aug.1.q.in euan.20. — Remiſsio pc̃torum.

Serenũ,quod fit apparente cœlo rubicũdo veſpere, ſignificat remiſsionem peccatorum per ſanguinem Chriſti dandam.Mat.16.a.

## *Serere, uide Seminare.*





## *Sericum.*

Opera terrena. — Hiero.ſ.Eze.27.

SEricum Hebraicę dicitur ראמות Ramoth, quod viſio mortis interpretatur.Eſt autem ſericum genus veſtis delicatæ,apud Seres populos inuentæ : cuius fila ex arboribus colliguntur: diciturq; Hiſpanicé, Algodon.Sumitur autem aliquando pro veſte bombycina,quæ fit ex filis,à bombyce verme confectis. Aliqui autem dicunt Ramoth eſſe lapidem precioſum, nempe coralium. Sericum autem in mercatu Tyri deſignat opera terrena, quæ ad interitum properant. Eze.27.c.

## *Sermo, Sermocinari, Eloquium, Verbum.*

SErmo loquelam ipſam ex multis ſimul contextis verbis ſignificare ſolet:vt ſit conſertio orationis,& confabulatio duorum vel plurium. Verbum autem pro ſingulis orationis partibus ſumi ſolet:peculiariter vero pro ea parte orationis,quæ dicitur verbum. Sæpe tamen ſermo & verbum pro eodem accipiuntur. Sermo autem interdum dicitur,quod eſt certum. 1. Reg.9.b. Optimus ſermo tuus:veni eamus. Sententia.Gen.42.d. Vt poſsim veſtros probare ſermones. Somnium.Dani.2.a. Sermo receſsit à me. Verbum autem,carmen. Iudi.15.d. Quum hæc verba canens compleſſet. Clamor.Iob.6.a. Vnde & verba mea dolore ſunt plena. Contumelia.2. Reg.19.d. Nunquid pro his verbis non occidetur Semei? Imperium.1.Eſdr.9.a. Omnes qui timebant verbum Dei. Iudicium. Exo.23.a. Et ſubuertunt verba iuſtorum. Querela.1.Reg. 11.b. Narrauerũt ei verba virorum Iabes. Relatio.2.Regũ.13.d.Cum audiſſet rex Dauid verba hæc. Reſponſio.3.Reg.21,a. Indignans & frendens ſuper verbo.

Chriſtus. — Hiero. ſ.Iſa.9. & ad Principiam. Baſi.ſ.p̃s.32. Arno.1.p̃s.118. Ori.ſ.Eze.1. Aug.de eſſen.diui. &.1.p̃s.44. Gre.5.mor.20. Amb.ſ.p̃s.118. ſer.3.

Verbum dicitur Chriſtus,qui eſt verbum non tranſiens:quia ſemper manet in patre:& dicitur verbũ,quod miſit Deus in Iacob.Iſa.9.b.Et dicitur verbum oris Dei:quia à patre genitus: & verbum bonũ è corde bono patris prolatũ.p̃s.44.137. Matth.17.c.Luc.6.g.Ipſum eſt verbũ rectum,quo cœli firmati ſunt.pſal.32.106. In hoc verbo dedit Deus nobis ſpem.p̃s.118.Verbũ domini factum ad Ezechielem eſt, quum verbum caro factum eſt. Ezec.1.a. Ioan.1.a. Ipſum eſt verbum abſconditum,Iob.4.c. Idem,ſermo.Deut.30.a.Iuxta te eſt ſermo valde.Sapi.18.c. Omnipotens ſermo tuus domine. Qui vnum verbum cognouerit, multa verba cognoſcet. In vno multa ſunt,& in multis vnum eſt. Probandum eſt igitur quomodo vnum verbum multa ſint,& multa verba vnum verbum ſit. Nec difficile doceri,cum dixerit apoſtolus:Quia ipſe eſt imago Dei inuiſibilis,*primogenitus omnis creaturæ*, in quo creata ſunt omnia in cœleſtibus & in terra, ſiue *viſibilia & inuiſibilia*,ſiue ſedes,ſiue dominatiões,ſiue principatus, ſiue poteſtates,omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt. Vnum eſt igitur verbum, quod operatur in ſingulis:& cum in ſingulis operatur, operatur omnia,& in omnibus.Hoc verbum vnicum apud patrem,ſe diffundit in plurima:quia de plenitudine eius omnes accepimus.Itaq; ſi videas ſingula omnium,quæ creata ſunt in ipſo,videbis in ſingulis vnum verbum eſſe omnium: cuius pro captu noſtro participes ſumus. In me verbum eſt humanum : in alio verbum cœleſte, verbũ angelorum:pleriq; ſunt,qui habent verbum dominationum & poteſtatum. Verbum eſt iuſtitiæ, verbum caſtitatis,verbum prudentiæ,verbum pietatis, verbum etiam virtutis : ſic vnum verbũ multa ſunt,& multa verba vnum ſunt.

Prædeſtinatio. Promiſsio. — Grẽ.ſ.1.Reg.1.

Verbum domini implendum eſt prædeſtinatio.1.Reg.1.d.Et etiam promiſsio.1. Eſdr.1.a. Vt compleretur verbum domini.

Lex Dei. Præcepta. — Ori.ſ.Iere.ho.1. Hiero.ſ.p̃s.16. Hila.ſ.p̃s.118. Gre.14.mor.26.

Verba decem fœderis ſunt lex & præcepta.Exod.34.d. quæ dicuntur verba labiorum Dei. pſal.16. Et verbum permanens in cœlo.pſal.118. Et verbum, quod miſit dominnus in Iacob. Iſa.9.b. Hæc verba dat Deus in ore prædicatorum. Iere.1.b. Sermo quoq; domini dicuntur, quę reuelata aut præcepta ſunt à domino. Gen.15.d.Exod.19.b.24.f.31.d.35.a. Sic dicitur ſermo, quem iuſsit dominus,Leui.8.a.9.a. Et ſermones Dei ſunt veteris teſtamenti per nouum declarati.pſal.118. Hi ſunt ſermones veritatis,quibus detrahunt hæretici. Iob. 6. d. Et ſermones ſancti. Et ſermones, quos ſcribi optabat Iob, ſunt doctrina noui teſtamenti. Iob. 19.c. 22. d. 26. d. Dicuntur etiam verba oris Dei. pſalm. 138. Verba eadem erant in ſecundis tabulis,quas ſcripſit Moſes.Exod.34. d. vt deſignetur idem contineri in lege noua,quod ſub veteris litera latebat.

Doctrina noui teſtamenti. — Glo.ordi.ſ.Exo.34.

Prædicatio Chriſti. — Ori.ſ.Mat.ho.30.

Sermo ſancti Iſrael eſt prędicatio Chriſti. Iſa.5.f. Et eſt ſermo velociter currens.pſalm.147. Verbum etiam ſumendo pro facto,ſignificat prædicationem Chriſti.Exod.2.c.9.a. Verba autem eius non tranſeunt : quia implentur.Matth.24.c.Iob.29.d.Verba eius dicũtur eloquia pulchritudinis.Gen.49.c.

Gre.ſ.1.Reg.3.

Sermo dñi nondũ reuelatus.1.Reg.3. deſignat nondũ habitã doctrinã ad alios inſtruendos.

Promiſsio gloriæ. — Gre.ſ.1.Reg.3.

Sermo Samuelis veniẽs vniuerſo Iſraeli ſignificat ſermonẽ veritatis prędicatoris:vel promiſsiones ęternę glorię in nouo teſtamento factas,cum abiectione ſynagogę.1.Reg.3.a.d.

Gre.11.mora.4.

Verba quę dijudicat auris,ſunt verba ſapientiæ & doctrinæ.Iob.12.b.34.Verba quoq; apoſtolorum ſunt eruditior doctrina.pſal.18.Rom.10.d.

Sermo legis. Prophetia.

Sermo Moſis eſt ſermo legis veteris.Exo.32.f.33.d. Verba etiam ſignificant aliquando propheтiam.Iſa.9. Verbum miſit dominus in Iacob.

Gre.ſ.1.Reg.3.

Sermo domini dicitur pretioſus, hoc eſt, rarus.1. Reg. 3. a. Quia dum mali paſtores ſuperbiunt, auferuntur ab eis verba ſublimia, quæ etiam per ſuperbiam vellent dicere : ſed nõ poſſunt. Efficiuntur enim canes muti, non valentes latrare. Iſa.56.d. Vel dicitur pretioſus : quia auditores boni quanto rarius habent, qui eis ſublimia prędicent: tanto ſolicitius ea recondunt, ceu prętioſas margaritas.

Glo.inter.ſ.Exo.33. Ber.ſer.3.ſ.Qui habitat. — Comminationes diuinæ. Vindicta Dei.

Sermo peſsimus domini comminationes diuinas & vindictam ſignificat.Exo.33.a. Et verbum aſperum erit ſententia iudicij, quia Chriſtus dicet malis. Ite maledicti in ignem æternum: & ſimilia ſpectantia ad punitionem malorum.pſal.90.

Arno.ſ.pſ.135. — Laudes Dei.

Verba cantionum dici poſſunt laudes Dei in ſtatu gratiæ decantatæ.pſal.135.

Amb.ſ.Rom.9. Hila.ſ.Mat.cano.7. — Fides.

Verbum breuiatum eſt fides, quæ in lege & ceremonijs fuſius tendebatur.Rom.9.f. Et verbum, quo ſanatur puer, eſt eadem fides.Matt.8.b.

Hiero.ſ.Zach.1. — Promiſsio pfectionis.

Verba bona & conſolatoria ſunt, quę quum dent nunc cognitionem Dei ex parte, promittunt in futurum quod perfectum eſt.Zach.1.c.

Lyra.ſ.Iere.7. Glo.ord.ſ.Exod.5. — Falſum. Veritas eccleſiæ.

Verbum aliquando pro falſo, aut mendacio Matth.28.c. Diuulgatum eſt verbum. Et verba mendacia ſunt, quæ Dei fauorem ſine pœnitentia promittunt. Iere.7.a. Verba autem mendacia videntur diabolo & membris eius verba bona & ſancta.Exo.5.b.Atq; ita verbum, quod reprobant hæretici, eſt veritas eccleſiæ.Iſa.39.c.Iob.15.b.

Gre.5.mor.20. Beda.ſ.pro.3. — Inſpiratio diuina.

Verbum abſconditum eſt alloquutio intimæ aſpirationis. Iob. 4.c.de qua dicitur. 1. Ioan. 2.d. Vnctio docet vos de omnibus. Dicitur autem verbum abſconditum : quia ſentiri poteſt, ſed ſtrepitu loquutionis exprimi non poteſt. Sermocinatio autem Dei dicitur eſſe cum ſimplicibus.Pro.3.d. quia illos cœleſtis ſapientiæ ſecretis illuſtrat, quos terreni faſtus, ac duplicitatis nihil habere conſiderat.

Gre.ſ.1 Reg.10. — Dignitas paſtoralis.

Sermo regni ad dignitatem paſtoralem referri poteſt.1.Reg.10.c.

Hiero.ſ.Iere.32. — Res. Opus.

Verbum ſæpe pro re ponitur: & pro facto, geſto aut opere: vt verbum, quod non abſconditur à Deo, eſt res vel opus.Iere.32.c.3.Reg.3.b. Placuit ſermo coram domino.4.Reg.20.c. Nõ fuit verbum, quod non oſtenderit eis Ezechias.

Verba philoſophorum.

Verba Abimelech deſignant verba philoſophorum. Gen. 20. b. Idem deſignant verba Iethro.Exo.18.c.

Cõiunctio gentium & Iudæorum.

Verba pacifica, quibus ſe mutuo ſalutauerunt Moſes & Iethro.Exo.19.a. Deſignant cõiunctionem gentilium & Iudæorum in vnitatem fidei.

Cle Alex. adhor. ad gentes. Glo.inter.ſ.pſ.137. — Verba mentis.

Verbum eſt in corde, ore & manibus : quum eſt in conſilio, verbo & actione.Roma.10. b. Verba autem oris dicuntur verba mentis. pſal.137.

Gre.7.mo.24.&.33.mora.27. — Verba ocioſa.

Verba quæ in ventum proferuntur, ſunt verba ocioſa.Iob.6.d.16.a. Verba quoq; potentia, & ad deprecandum compoſita, inanitatem orationis oſtendunt.Iob.41.a. Veraciter nanq; orare eſt amaros in compunctione gemitus; & non compoſita verba reſonare.

Gre.ſ.1.Reg 8.

Sermo diſplicens in oculis Samuelis eſt ſermo alienus à ſpiritu.1.Reg.8.a.

Hiero.ſ.Iſa.58. Hila.ſ.pſ.1.8. Aug.ſ.pſ.63.90. Gre.8.mo.28. Arn.ſ.pſ.90 Hiero.ſ.Iſa.22.&.ſ. Hoſ.10.&.ſ.Ecclẽ.8 — Peruerſa doctrina. Suggeſtiones dæmonum.

Eloquium Iudæorum & hæreticorum eſt peruerſa doctrina, & ſermo mendacij.Iſa.29.a.32.b. Hic eſt ſermo non loquendus in Sabbato.Iſa.58.a. Sermo autem Iudæorum & philoſophorum dicitur altus : quando falſa dogmata corum non percipiuntur. Iſa.33.c. Hi ſunt ſermones molliti: qui ſunt iacula, quando decipiunt.pſal.54. Non eſſe ſermonem in lingua, eſt non eſſe dolum.pſal.138.Verba autem iniquorum, & ſermo nequam, fuit Iudæorum in Chriſtum, quãdo dixerunt: Crucifige, crucifige.pſal.63.64.Dicunt hæretici verbum abſconditum: vt videantur docti apud imperitos.Iob.4.c. Verbum etiam aſperum ſunt ſuggeſtiones dæmonũ, & doctrina hæreticorum.Hoſe.10.a.Item verba increpantia.Iob.6.d.Verbum quoq; malũ eſt verbum hæreſeos, & opus peccati & infidelitatis.Sermo etiam nequam ſunt inſultationes infidelium & malorum Chriſtianorum in bonos pſal.63.

Gre.27.mora.7.

Sermonibus imperitis inuoluit ſententias, qui & de Deo rectum, quod dicat nouit, & tamẽ de ſemetipſo dicta illius elatio ſtulta infatuat.Iob.38.a.

Hil & Hie.ſ.pſ.51.

Verba præcipitationis ſunt verba, quæ dixerunt Iudæi: Non habemus regem, niſi Cæſarem. Sunt etiam verba, quibus peccantes ſemetipſos præcipitant.pſal.51.

Aug.epiſ.120. — Cupiditas huius vitæ & pſperitatis.

Verba delictorum ſunt cupiditas huius vitæ, & humani diei ſeu proſperitatis: & verba carnalium deſideriorum.pſal.21.

## *Sero, Serotinus.*

SEro ſignificat tempus veſpertinum & tardum. Vnde ſerotinus. Sero etiam fieri dicitur, quod fit tranſacto tempore opportuno.

Hiero ſ.Iere.3.&.ſ. Hoſ.6.&.ſ.Amos.7 &.ſ Zach.10. Gre.10.mo.2. — Tempus doctrinæ euangelicæ. Dona ſpũſancti.

Serotinus imber dicitur, qui eſt in vere, quum omnia virent, & fructus apparere incipiunt. Deſignare poteſt tempus doctrinæ euangelicæ: & prædicationem vltimi tẽporis : & dona ſpiritusſancti: & fruges beatitudinis, & perfectam cognitionem. Iob.29.d.Iere.3.b.5.f. Hoſe.6.a. Amos.7.a.Zach.10.a.

Sero ſeu



Terminus laboris. — Ricar.de.ſ.victo.de ſtat.int.hoĩs.36.

Sero ſeu veſpera, eſt diei finis terminus laboris, hora quietis, tempus retributionis. Ad veſperam denarius accipitur: quia poſt conſummatum laborem, retributioniſq; tempore, omnis ſenſus hominis ad perfectionis integritatem ſublimatur.

Serotina admiſſura vel conceptus.Gen.30.g.Significat eos, qui ſero volunt bene operari: & fiunt alba, quæ inde naſcuntur.

Tempus iuuentutis — Chry.ſ.Mat.h.30.31

Sero quandoq; iuuentutis tempus ſignificat. Mar.13.d.Sero an media nocte &c.

Mens inculta. — Glo.int.ſ.Ier.2.

Serotina terra eſt mens, quæ non recipit imbres doctrinarum, nec euãgelij diſciplinam: quæ plena erat ſentium: quia exculta non fuerat.Iere.2.f.

Serotinum triticum & far non eſt læſum à grandine.Exo.9.g.Poteſt autem ſignificare eos, qui non temere ſe exponunt periculis & tentationibus, vnde fit, vt minus lædantur, illis aduenientibus.

## *Seron.*

Diabolus. — Glo.ord.ſ.1.Mac.3.

SEron, id eſt, princeps mœroris, vel cantans triſtitiam, aut planities: fuit princeps exercitus Syriæ.1.Mach.3.b. Poteſt eſſe typus diaboli: & principis mundani: & ſuperbiæ.

## *Serpere, uide Reptare,*

## *Serpens, Coluber.*

SErpens generale nomen eſt ad omnia, quæ ſerpunt citra pedum vſum: vel quæ tam exiguos habent pedes, vt repere potius quàm incedere videantur. Coluber autem eſt ſerpens, qui vmbras nemorũ incolit, ſicut anguis & hydrus, q in aqua degunt: ſed confunduntẽ hæc vocabula.

Imago ſerpentis. Chriſtus. — Ori.ſ.Ioſue.ho.4. Amb.3. de ſpũſctõ.9.& de Salomo.2.& ſ.pſ.118.ſer.3. Tertu.aduer.Iudæ. Gre.Ny. de vi.mo. Aug.3. de tri.&.ſ.pſ 73.&.ſ.Ioan.trac.12. Chry.ſ.Ioan ho.26.

Serpens aliquando ſumitur pro imagine ſerpentis: vt ſerpens æneus : qui typus fuit Chriſti: & vt nõ verus ſerpens, ſed æneus ſuſpenſus eſt: ita Chriſtus in veritate quidem corporis: ſed ſine veritate peccati ſuſcepit ſpeciem peccatoris.Sicut autem aſpicientes ſerpentem æneum curabantur: ita credentes in Chriſtum.nu.21.b. Ioan.3.b. Serpens etiam ex virga Moſis, eſt verbum caro factum: rurſus autem facta conuerſio ſerpentis in virgam deſignat Chriſtum reſurgentem. Exo.4.a.Coluber in via erit Chriſtus in iudicio, comprehendens malos in nequitia ſua. Gene. 49.c.Qua ratione coluber erit etiam in morte vniuſcuiuſq; mali. Cyril.de incarn.vnige.14.

Crux Chriſti. Sapientia. Veritas. — Amb. 3. de ſpũſancto.9. Aug ſer.86.

Coluber etiam ex virga Moſis factus, crucem Chriſti ſignificare poteſt, in qua apparuit ſapientia Dei.Exo.4.a.7.b.Vel deſignat ſapientiam, vel prudentiam, ſicut admonet Chriſtus diſcipulos, vt ſint prudentes ſicut ſerpentes. Matthæ.10.b.Ipſa quoq; veritas & ſpiritualis intelligentia ſerpens dici poteſt.

Temperantia. Vis iudicatiua. Fortitudo. — Philo.de agricult.

Serpens vt eſt animal agilitate varium, & cum primis callidum, paratumq; ad vim, q ſe facile poſsit tueri à laceſcentibus, temperãtiam, & partem animæ iudicatiuã ſignificare poteſt, & fortitudinem vitam præſtantem.Gen.49.c.Exo.4.a.

Prudentes. — Ori.ſ.Ioſ.h.4.&.ſ.ez.h.1.&.ſ.exo.h.4. Aug.13.confeſ.21.& 2.doctri.chriã.16. Hila.ſ. Mat.cão.10. Amb.de fuga ſecul.7.& epiſt.42. Beda.ſ.gen.1.

Serpentes dicuntur prudentiam habentes, ad diſcernendum bonum à malo: qui non ſunt perniciosi ad nocendum, ſed aſtuti ad cauendum: & tantum explorantes tẽporalem naturam, quãtum ſufficit, vt per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciatur æternitas. Matth.10.b.Dicitur ſerpens caput occulere, & pro eo corpus exponere: ita nobis faciendum pro Chriſto : & vt ſerpẽs mutat vetus exuuium per anguſta trãnſiens: ita nos veterem hominem per viam arctam ambulantes.Gen. 49.c.Exo.4.a.

Voluptas. — Philo.de mũ li opif. Cle. Al.adho ad gẽ. Ambr. de paradi.21.& epiſt.42. Gre.ſ.1.reg.1.

Serpens dicitur ipſa voluptas: primũ, quia pedibus carens pronus ventri nititur: deinde, quia terræ glebis pro cibo vtitur: tertio, quia venenum geſtat in dentibus, quo ſolet morſos tollere. Sic homo voluptati deditus ægrè caput attollit, grauatus depreſſuſq;, ſubuertente ſupplantanteq; ipſum intemperantia. Veſcitur quoq; non cibis cœleſtibus, quos ſapientia viris contemplatiuis per ſermones & opiniones porrigit: ſed his, qui quotannis è terra proueniunt: vnde ortæ ebrietates, cupedinarij guloſiq; appetitus ventris. Poſtq̃ auctæ totum hominẽ dediderint huiuſmodi ſtudio, ea quoq;, quæ ſub ventre ſunt, excitant, & in furores quoſdam erumpere faciunt. Vnde venenum in dentibus circũfert: quia congeſtio ciborum, læthifera. Vocem humanam ſerpens emiſiſſe dicitur: quia plurimos ſui ſtudioſos, ꝓpugnatoreſq; voluptas habet.

Gula. Suggeſtiones. — Ber.ſer.1. Aſcenſio. Beda.ſ.gene.3.

Eſt etiam ſerpens ipſa gula: quæ reſpectu iuſtæ neceſsitatis repit : & virus impiæ delectationis ſpargit.Serpẽs itidẽ ſuadens Euæ peccatum, ſuggeſtiones diaboli ſignificat.Gen.3.a.Mar.16.b.

Diabolus. — Ori.ſ. Ioſu.ho.4.& ſ.canti.ho.4. Amb.de para.2.&.ſ.1.cor.10. Hie.ſ.Iſ.14.27.55.& ſ.Ie.8.&.ſ.eccle.10. Baſi.ſ.pſ.28. Gre 17.mor.18. Chry.ſ.gẽ.ho.12.17 Epiph.1.cõt.hę.to.3 Beda.ſ.pro.30. Cyri.de inc.vnig.14

Serpens decipiens Euam diabolum indicabat: qui veneno inuidiæ genus humanum occidit. Et generaliter dæmones ſunt ſerpẽtes pennati & tortuoſi. Gen.3.a.49.c.num.21.b. Prou.30.c. Eccl'ici.10.b.Iſa.14.g.27.a.65.d.Ier.8.f.Amos.5.f.9.a.Mich.7.d. Luc.19.c.1.Cor.19.d.Serpẽs autẽ non ſolum tortuoſus eſt, ſed etiam lubricus. Qui ergo in rectitudine veritatis non ſtetit, merito tortuoſum & lubricũanimal intrauit.Iob.26.c.Sicut aũt clemẽtiſsimus pater puniẽs eũ qui filium ſuum occiderit, & gladium & enſem, per quem filius ſuus occiſus eſt, deſtruit, & in multas partes diuidit: eodem modo & Deus egit. Quippe ſerpens quaſi gladius diabolicæ ſeruiuit malitiæ: vnde & perpetua illi pœna intentata eſt. Quo per viſibile & ſenſibile hoc ratiocinemur, & expendamus in quãta ignominia ſit diabolus.Serpẽtem aũt ſcriptura vocat diabolũ,

non q

Hila.ſ.Mat.cão.6. Amb.ſ.ps.118. ſer.6. & de bñe pſiar.7. Aug.2. de gen.cõtr. Manich 25. Hie.ſ.Iob.26. Beda.ſ.gen 3.49. Gre.31.mor.18.

non q́ omnino talis ſit formæ,ſed propter apparentem, fraudis ſtructuram. Apo.12.c.Serpẽtes etiam magorũ,quos deuorauit ſerpens Moſis,ſunt dęmones deuorati,aut victi à Chriſto. Exo. 7.d. Deſignant etiam doctores erroris impedientes conuerſionem fidelium. Demum ſerpẽtes peſtifero veneno inficientes,ſunt hæretici prætextu veritatis decipientes:& etiam Iudæi Chriſtum occidentes:qui fuerunt velut viperæ,latens venenum & malitiam diffundentes. Gen.3.a. Iob.26.d.ps.57. Mat.3.b.7.b.Coluber in via fit Dan.i. Antichriſtus,aut hæreticus: quia in pręſentis vitæ latitudine eos ambulare prouocat,quibus quaſi paſcendo blanditur.Sed in via mordet:quia eos,quibus libertatem tribuit,erroris ſui veneno conſumit.Gen.49.c.Amos.5.f.

Hæreſes. Iudæi. Antichriſtus.

Serpens vt ſuaſit non credere Deo,typus eſt infidelitatis.Gene.3.a. deſignat etiam ipſos deceptores retrahentes à fide:ideo opponitur piſci fidem deſignanti. Luc.11.b. demum ſerpentes ſunt decetpores & frauduletī:& etiam indurati:& furioſi:& iracũdi:hi autem exuunt ſenium, quando conuertuntur.ps.57.Mat.3.b.Luc.3.b.

Aug.epiſt.121. & de verbis dñi.ſer.29. Cle.Alex.adhor.ad genres. — Infidelitas. Deceptores. Indurati. Iracundi.

Serpẽs eſt peccatum,quod genus humanum depaſcebatur:quodq; varijs modis venenũ hominibus infundit.num.21.b.

Hie.ſ.Eze.8. — Peccatum.

Serpẽtes magorum deuorati à colubro Moſis,ſunt mortui ſeculi,ſeu mundani:qui deuorantur,quando per diuinam ſententiam in infernum detruduntur.Exo.7.b.

Cyril.2.ſ.Ioan.50. Chry.ſ.Ioan.ho.26 Aug.3.de trinit.10. — Mundani.

Serpẽs interdum eſt typus mortis,quia p ſerpẽtem homini mors eſt illata.Gen.3.a.

Beda.ſ.Exo.4. — Mors.

## *Serra, Serrare.*

SErra eſt inſtrumentum dentatum,quo ligna & lapides ſecãtur.Sumitur etiam pro inſtrumento,quo triticum ſeu paleæ triturantur.

Serra interdũ dicitur grauior Dei caſtigatio.Iſa.28.g. Vbi gith non ſerris trituratur,hoc eſt, leuiter peccantes non grauiter puniuntur.

Hie.ſ.Iſa.28. — Grauior caſtigatio.

Serrantia roſtra plauſtri.Iſa.41.d.Deſignant prædicationem corda dura diuidentem,& triticum à paleis ſeparantem.

Hie.ſ.Iſa.41. — Prædicatio.

Serra etiam dicitur diabolus,aut hæreticus:qui ſeparare nituntur fideles ab eccleſia:qui eleuantur contra Deum ſecantem.Iſa.10.d.

Glo.ord.ſ.Iſa.10. — Diabolus. Hæreticus.

## *Sertum, uide Corona.*

## *Seruare, Conſeruare.*

SEruare eſt liberare,cuſtodire,& diligenter obſeruare.Item cauere,implere,præſtare,reponere,& retinere.

Seruauit pater filium ſecundum humanitatem:qui tamen cum patre cuncta conſeruat.Iſaię. 42.a.49.c. Conſeruari autem petẽs Dauid.Pſalm.15. Deſignauit Chriſtum in cruce ad patrem clamantem.

Hiero.ſ.Iſa.42.&.ſ. ps.15.

Seruat Deus pedes ſanctorum ſuorum.1. Regũ.2.b.quia niſi ipſe ſeruet,facile cadunt.Seruat etiam vineam Meri,hoc eſt,ſynagogam die ac nocte.Iſa.27.a.Seruat quoq; depoſitum,& pacem fidelibus ſuis.2.Timo.1.c.Iſa.26.a.Quia dat illis quietem animæ & corporis in fælicitate.

Gre.ſ.1 reg.2. Hie.ſ.Iſa.27. Glo.ord.ſ.Iſa.26. — Dãs De⁹ fœlicitatẽ

Seruat ſponſa noua & vetera poma.Cant.7.d.Hoc eſt,eccleſia cõtinet myſteria noui & veteris teſtamenti.Sic enim nouum teſtamẽtum eccleſia recipit, vt vetus non abijciat:ſic vetus veneratur,vt nouum ſemper in ipſis ſacrificijs carnalibus per ſpiritũ intelligat. Huc pertinet, quũ Ioſeph ſeruabat frumentum in vrbibus.Gen.41.d.

Amb.epiſt.8. Gre.ſ.cant.7. — Continens eccleſia myſteria vtriuſq; teſtamenti.

Conſeruare mares eſt cuſtodire virtutes:vel occulta Dei myſteria ſcrutari.Exo.1.c.

Cuſtodire virtutes.

Seruare agnum,vel hœdum immolandum in phaſe vſq; ad quartam decimam diem.Exodi. 12.a.aduentum Chriſti Hieroſolymam,& paſsionem eius deſignauit.Vel q́ is, qui fuit prophetatus in lege & prophetis,tanq̃; in decimo die,occiſus eſt tẽpore euangelij quadruplicis.

Philo.2.allego. Glo.ordi.ſ.Exo.12. — Aduentus & paſsio Chriſti.

Seruare mãna in generationibus. Exo.16.g.eſt ſeruare euchariſtiam & myſteria in eccleſia. Seruare autem in diẽ alterum,aut vſq; ad ſolis ortum,& non amplius,eſt adueniente Chriſto figuras veteris teſtamenti ceſſare.

Amb epiſt.62. — Seruare euchariſtiã. Ceſſatio figurarum

Seruat Deus filijs dolorem patris.Iob.21.c.Vt pater acrius vratur,& dolor patris carni filiorum reddatur:quatenus per filiorum pœnas mens patris iniqua puniatur.

Gre.15.mor.22. — Pater punitur i filijs

Seruat mandata Chriſti,qui in eis faciendis perſeuerat.Ioann.14.c.& dicitur ſeruare ficum, qui cuſtodit legem Dei.Pro.27.c. Reprehenduntur autem ſacerdotes, qui non ſeruarunt vias domini.Mala.2.b.

Aug.ſ. Ioan.trac.75 Beda.ſ.pro.27. — Perſeuerare in mandatis.

Seruare manus innoxias.Gen.37.e.eſt cauere ab homicidio,& effuſione ſanguinis fratris:demum cauere ab omni nocumento proximi.

Non nocere pximo

Seruantes filiæ Lot ſemen ex patre ſuo. Gen.19.g.Deſignant abundantiam temporalium & carnem:quæ ſeruant carnale ſemen in eis,quos inebriant.

Lyra.ſ.gen.19.

Seruare dicitur Satan animam,quando in eam irrumpere non audet,aut tentando eam ſuperare cohibetur.Iob.2.b.Seruare quoq; dicitur animã Chriſti,quaſi ei dicatur:Licẽtiam contra corpus eius accipe:& ab electis illius, quos apud ſe ante ſecula pręſciens poſsidet,ius prauæ dominationis

Gre.3.mora.13. — Repreſsio diaboli.



minationis perde.

Seruari dicitur malus in diem perditionis.Iob.21.d.Quando non punitur in hac vita,ſed imminet illi pœna æterna.

Pœna reſeruata malis. — Gre.15.mor.27.

## *Seruire, Seruus, Famulus, Mancipium.*

SEruire pro prie ad ſeruos pertinet,dum heri præceptis obſequuntur. Eſt item ſeruire miniſtrare.Gen.25.c.Maior ſeruiet minori. Obſequi.deut.15.d.Per ſex annos ſeruiuit tibi. Sacrificare.Exo.4.f.Dimitte filium meum,vt ſeruiat mihi.Subijci. Deut.20.c.Seruiet tibi ſub tributo.Serui autem erant,qui in bello ſeruabantur,ne occiderentur:& fiebant ipſius ſeruantis.Iidẽ dicuntur famuli.Seruus etiam eſt ſeruilis. Nehe.9.g. Ecce nos ipſi hodie ſerui ſumus. Et ſubditus.gen.26.e.Propter ſeruum meum Abraham.Seruitus autẽ eſt latria, ſubiectio, obſequium, vinculum,vſus.

Seruire fecit Iſrael Deum in peccatis ſuis: quia Deus ea patienter ſuſtinebat. Vel ideo,quia filius Dei propter ſalutem Iſrael & generis humani formam ſerui ſuſcepit.Iſa.43.b.

Patientia Dei. Incarnatio. — Lyra.ſ.Iſa.43.

Seruientes Deo ſunt angeli.Iob.4.d. Ipſi ſunt ſerui patris familias,qui colligere volunt zizania.Matth.13.c.

Angeli. — Glo.ord.ſ.Iob.4.

Seruire interdum eſt colere:& ſeruire domino in diebus Ioſue indicat non poſſe quempiam cum lumine gratiæ ſeruire diabolo. Iudic.2.a.Sic dicitur.2. Corint.6.c. Quæ ſocietas lucis ad tenebras?

Colere Deum. — Ori.ſ.Iudi.ho.12.

Seruire dicitur maior populus minori quando Iudæi ſeruiunt chriſtianis: vel cum caro ſeruit ſpiritui,aut vitia virtutibus.Gene.25.c.Galat.5.a.Et ſeruiunt Hebræi Philiſtijm,hoc eſt,Iudæi chriſtianis.1.Reg.4.b.

Seruiũt Iudæi chr̃ianis,caro ſpiritui,vitia virtutibus. — Ori ſ.gene.ho.12. Gre.ſ.1.reg.4. Tert.aduer.Iudæos

Seruire Naas eſt miniſtrare corpori neceſſaria.1.Reg.11.a.

Gre.ſ.1.reg.11.

Seruiens Iacob Laban.Geneſ.29.d.30.31.Deſignat Chriſtum,qui factus eſt ſeruus aſſumpta forma ſerui pro ſynagoga.Seruit etiam Labani.i.gratiæ Dei pro Rachel ſeptem annis: ſed datur illi Lia:deinde ſeruit pro Rachel alijs ſeptem annis: vt intelligatur obſeruatio ſeptem beatitudinum.Seruiens præterea Iacob Laban deſignare poteſt partem Iudæorum reprobam ſeruientem diabolo,aut mundo.

Chriſtus ſeruiens p ſynagoga. Fidelis ſeruiens gratiæ Dei. Seruientes Iudæi reprobi diabolo aut mundo. — Rup.7.ſ.gen.29. Beda.ſ.gen.29.31.

Seruire ad oculum eſt ſeruire in pręſentia dominorum,vt illis placeant:& non ex bona voluntate.Ephe.6.b.

Glo.int.ſ.Ephe.6.

Seruire dicitur carne legi peccati,qui motus concupiſcentiæ in carne habet,quos nollet habere.Romanor.7.d.

Aug.de conti.8.

Seruientes hæreditario iure in æternum, ſunt hi,quos prædicator conuertit ad fidem:quos commendare poteſt diſcipulis:vt Paulus Timotheo & Tito.Leui.35.g.

Conuerſi à prædicatore. — Iſych.ſ.Leui.25.

Seruit rhinoceros Deo,quum ſuperbi & elati,& per prauæ voluptatis campum vagantes,ab ipſo Deo conuertuntur:& religantur,vt pabulum vitæ accipiant.Et cum populus gentilis obtemperat fidei.Iob.39.b.Seruus etiam centurionis ſanatus à Chriſto ſignificat gentiles. Luc.7. a.Et ſerui Iacob ſunt gentiles ſubiecti doctoribus eccleſiæ.Iſa.14.a.Gen.30.g.Sic ſeruiunt Aegyptij Aſſyrijs : vt prædicatores ſubditis. Iſa.19.d. Famulæ quoq; filiæ Pharaonis ſunt animæ credentium ex gentibus.Exo.2.a.

Conuerſio ſuperborum. Gentiles obtemperantes fidei. — Gre.31.mor.2. Hiero.ſ.Iob.39.&.ſ. Iſa.14.19.

Seruiens non vt ſeruus,ſed vt mercenarius,aut colonus, eſt, qui licet fuerit in peccato,tamẽ per conuerſionem priſtinam recuperauit libertatem.Leui.25.f.

Reſipiſcens à pctõ. — Iſych.ſ.Leui.25.

Non dicitur ſeruiſſe Iſrael Deo in ſacrificijs.Iſai.43.d.quia illa non erant p ſe accepta Deo.

Hie.ſ.iſa.43.

Seruire Baalim eſt peccare.Iudi.2.b.Et ſerui dominorum ſunt peccatis ſeruiẽtes.ps.122. Seruiunt quoq; dijs alienis in terra non ſua,qui docent errores in eccleſia:vnde expelluntur,vt ſeruiant eis in terra non ſua.Ier.5.d.Iob.3.d.Seruitus quoq; idolorũ dicitur auaritia: quia vt idololatria aufert deo gloriã:ita auaritia res dei.Coloſ.3.a.Seruire Chodorlahomor,eſt ſeruire diabolo : & quinq; reges ſeruire quatuor regibus eſt per quinq; ſenſus miniſtrare quatuor præcipuis affectibus animæ. Eſt autem verè ſeruus, qui ſeruit peccatis & affectibus.Gen.14.a.Serui Abimelech traditi Abrahæ erant, qui prius ſeruiebant concupiſcẽtijs. Gen.20.b.Seruiunt etiã tributis,qui obtemperant affectibus.Gen.49.c. Seruitus autem dura ſeruitus Aegypti dicitur. Iſa.14.a.Gen.47.f.Exo.1.c.6.a.14.b.20.a.Leui.26.b. Ioan.8.d. Et ſeruitus regia in malum eſt ſeruitus diaboli.Gen.47.d.Iob.3.e.Serui etiam Pharaonis ſunt miniſtri diaboli.Exod.7.d.ps. 134.Dicẽtes autem filij Iſrael,ſe ſeruos eſſe Pharaonis,deſignant eos, qui reuertuntur ad vitia. Exo.5.c.Seruit inimicis ſuis,qui ſubijcitur dæmonibus.Ier.17.a. Seruire quoq; Nabuchodonoſor eſt ſeruire diabolo.Ier.25.c.27.b.Item ſeruire populo aquilonis. Zacha.2.c. Seruientes filij Iſrael Aegyptijs,qui prius erant liberi ſunt ſponte ſe ſubijcientes diabolo & peccatis. Qui etiã ſi violenter opprimantur,non tamen libertatem ſuam in perpetuum perdunt:ſicut Aegyptij,q perpetuo ſe ſubdiderunt Pharaoni.gen.47.d.Exo.6.a.Serui in equis,ſunt peccatores in dignitatibus. Eccl'tę.10.b.

Peccare. Docere errores. Auaritia. Seruire diaboli. — Ori.ſ.Iudi.ho.2. Hie.ſ.iere.5. Philo.de Abra.& q ſolus probus liber. Ori.ſ.gene.ho.16. Hie.ſ.Iſa.14. Aug.ſ.Ioan. trac.41 Gre.4.mor.42. Cyril.6.ſ.Ioan.2. Fulgen.epiſt.3. Gre.31.mor.18. Cyril.de adorati.in ſpũſancto. Beda.ſ.Exo.6.

Serui regis ſunt,qui per abundantẽ iniquitatẽ, ſic ſe tyrãnorum voluntatibus obligant,vt ab eis vlterius

Subijcientes ſe tyrãno. — Gre.ſ.1.reg.8.

Imitatores malorū. Obtemperantes bono prælato.

eis vlterius non recedant:Item imitatores malorum.1.Reg.8.c.Serui quoq; regis fiunt ipſi boni,quando ſub malo prælato male agunt. In bonum vero ſerui regis ſunt,qui in omnibus bono obtemperant prælato.Serui quoq; regis ſunt,qui prælati vitijs obſequuntur.

Gre.ſ.1.reg.12. — Diligere Deum ꝓ temporalibus.

Seruit domino non in veritate,qui de bono opere temporalem mercedē à Deo expetit:quē falſo propoſito in ſua operatione non diligit.Seruit autem in veritate,qui non pro temporalibus eum diligit:qui etiam ſpiritu ſeruire dicitur.1.Reg.12.c.Ioan.4.d.Roma.1.c.

Arno.ſ.ps.104. Hier.ſ. Iſa.42.49.& ſ.Agge.2. Gre.2.ſ.mor.22. Beda.ſ.gene.30. — Chriſt' fact' homo

Seruitus Ioſeph deſignauit Chriſtum, qui formā ſerui accepit.gen.39.a.41.b.ps.80.88.104. Eundē deſignat ſeruitus Eliacim.Iſa.22.f.42.a.43.b.49.a.52.d. Et ſeruus Dei dictus Zorobabel deſignat Chriſtum ſecundum humanitatem.Agge.2.d.Zacha.3.d.Iob quoq; dictus eſt ſeruus Dei in typum Chriſti.Iob.1.b.Seruiens etiam Iacob pro Rachel eſt Chriſtus factus ſeruus pro eccleſia.Seruiuit autem non pro Lia,ſed pro Rachel:quia non pro vita actiua, ſed pro cōtemplatiua.Idem ſeruiſſe dicitur pro vxoribus & liberis.Gen.29.d.30.

Baſi.ſ.ps.116. Hila.ſ.ps.134. Rup.2.ſ.Sopho.3.& 2.ſ. Exod.22.&.11.ſ. Ioan. — Chriſtianus.

Serui Dei dicti ſunt Abraham,Iſaac,Iacob, Dauid & Iob propter creationem & redēptionem:& deſignant fideles in eccleſia.gen.26.c.Exo.32.c.Iob.2.a.42.b.ps.116.134.Iſa.41.b.44.a.53.d.65.c.Et ſerui Dei,in quibus Deus conſolatur,ſunt Chriſtiani.ps.142.Seruiūt autē Deo humero vno,qui Chriſti iugum ſuſcipiūt:& qui in gloria cœleſti laudant Deum cōcordi charitate abſq; vlla diuiſione.Soph.3.b.Seruus quoq; emptitius dicitur Chriſtianus,qui per baptiſmum ſuſcepit redemptionis Chriſti ſacramentum. Exo.12.g.Seruitus regia in bonum eſt ſeruitus Chriſti.Gen.47.d. Et ſerui iuſtitiæ ſunt ſerui Chriſti,qui eſt iuſtitia.Roma.6.c. Notandū autē non paruam eſſe diſtantiam,cum relatiuè dicitur ſeruus domini:vel abſolutè ſeruus.Magnum quippe eſt ibi vocari ſeruum meum,ait dominus.Idem cum dicit ſeruus non manet in domo in æternum,non vtiq; dicit ſeruus meus. Ita cum dicit,Iam non dico vos ſeruos, profecto idē eſt ac ſi dixiſſet:Iam non dico vos inimicos.Addit enim ex oppoſito:vos aūt dixi amicos.

Aug.epiſt.120. Amb.ſ Roma.6. Ori ſ.Mat.ho.19.20 Hila.ſ. Mat.cāo.22. Hie.ſ.Mat.21.22. Aug. d verbis domini.ſermo.33. Gre.ho.36. Rup.ſ.Reg.2. — Apoſtoli & prædicatores. Prophetæ.

Serui Abrahæ ſignificare poſſunt apoſtolos & prędicatores.Itē ſerui Iſaac: & etiam ſerui Salomonis.Gen.12.d.26.c.3.reg.10.a.Seruire etiam Ioſeph eſt ſeruire Chriſto.Gene.43.d.44.d. Et ſeruit ſemen Chriſti Deo, quum apoſtoli & diſcipuli illi ſeruiunt.ps.21.133.Serui autē,quos miſit pater familias ad agricolas,ſunt prophetæ:qui dicebantur recipere fructus,quando per orationes ſuas offerebant opera populi domino.Matth.21.c. Iidem ſunt qui mittuntur ad vocandos inuitatos ad nuptias.Matth.22.a. Vel ſerui primo loco miſſi ſunt apoſtoli:ſecundo vero loco ſucceſſores eorum.Vel ſi ſeruus primo miſſus eſt vnus, eſt Moſes:ſerui vero ſecundo miſſi, ſunt prophetæ.Seruus etiam,quem miſit dominus ad vocandos inuitatos,eſt ordo prædicatorum.Luc.14.d.Serui quęrentes puellam Dauid,ſunt prophetæ quęrentes fidem.3.Reg.1.a.Serui Salomonis ſunt apoſtoli,& diſcipuli Chriſti ex Iudęis.Serui Hiram ſunt doctores ex gentibus:q ſunt cum ſeruis Salomonis:quia eidē operi,conuertendorū populorū inſiſtunt.3.reg.5.b.

Aug.1.q. in euan.25. — Eccleſia condēnans malos.

Conſerui accuſantes ſeruum crudelem & ingratum apud dominum ſuum, deſignant eccleſiam,condemnantem malos.Matt.18.g.

Hier.ſ. Iere.21.&.ſ. Eze.48. Gre.ſ.1.reg.8. — Fideles ſub epō. Miniſtri eccleſiæ.

Serui regis de domo Dauid,ſunt fideles ſub epiſcopo degentes.Ier.21.a. Famuli etiam regis ſunt,qui adhuc actiuæ vitæ ſtudijs ſub aliena cura inſeruiunt.1.Reg.8.c. Et ſeruientes ciuitati ſunt miniſtrantes in eccleſia.Eze.48.c.

Aug.ſer.71. Beda.ſ.gen.22. — Iudæi.

Serui Abrahæ,qui remanſerunt cum aſina,typum gerunt populi Iudæorū: qui pro eo ꝙ nō erant in Chriſtum credituri,ideo ad locum,vbi immolandus erat aſcendere vel peruenire non poterant.Gen.22.a.Secundum autē quod erant duo, deſignāt populum Iſrael diuiſum in duas partes,Salomone peccante.

Orig.ſ.gen ho.16.& ſ.Ioſue.ho.3. Philo.de ciſip. Noe Amb.de Iacob.3. Aug.ſ.ps.46.78. Geor.venet.cant.2.ton.7.cap.4. Beda.ſ.gen.9.25.27. — Iudæi ſerui chriſtianorum. Mali ſerui bonorū.

Seruitus Chanaan deſignat miſetiam Iudæorum:& etiam ſeruitutem Aegyptiorum & malorū:vt nequitiam arguat conditio ſeruitutis.Gene.9.d.Sic Eſau conſtitutus eſt ſeruus Iacob: vt deſignetur malos & imprudentes naturaliter ſeruos eſſe bonorum & eruditorum.Gen.25.c.27.d.Vbi etiam deſignatur appetitus,vel animalis homo:qui eſt maior, vel prior:qui ſeruus eſt rationis,ſeu ſpiritualis hominis.Seruit etiā maior minori,hoc eſt, ſuperbus humili: & quia major eſt numerus malorum q̃; bonorum.Seruiunt autē mali bonis:vt tyrāni martyribus, & mallei auro,& clybanus pani coquendo . Seruus dominorū dicitur populus Iudaicus,ſeruiēs chriſtianis baiulando legē & prophetas.Iſaiæ.49.b.

Hila.ſ.Matt.can.32. Aug.ſ.Ioan.trac.112 — Iudæi ſeruientes veteri ſacerdotio.

Seruus pontificis, cui abſciſſa eſt auricula,eſt populus Iudæorum veteri ſeruiens ſacerdotio. Matth.26.c.Ioan.18.b.Ideo pertinet ad illam vetuſtatē,quæ in ſeruitutē generat,quæ eſt Agar. Sed quum auricula eſt ei reſtituta,deſignatur renouatio per Chriſtum facta.

Hie.ſ.Iſa.42.& epiſto. Beatitudinis. & ſ.Iere.2. Gre.ſ.1.reg.7.&.14.mora.21. — Iudæus cum iuſtitia legis.

Seruus Dei dictus eſt populus Iſrael:quia Deo ſeruire debebat.Iſa.42.d.Exo.4.f.13.c.Debebāt autē ſeruire ſoli Deo:ne admiſceret praua opera.1.Reg.7.a. Seruire ſe dicēs filius ſenior patri,deſignat Iudæos allegantes iuſtitiam legis : quum tamen iuſtitiæ Dei non eſſent ſubiecti. Luc.15.g.Non ſeruituram ſe dicēs Hieruſalem. Ier.2.d. Deſignat ſynagogam non velle ſubijci præceptis Dei,vt viri.Iob.19.c.21.b.32.b.ps.135.

Ori.ſ.gene.ho.16.& ſ.ioſue.ho.10. Amb epiſt.1. — Diſcipulus. Peccator pœnitens.

Seruus Hebræus,qui non perpetuo ſeruit,eſt diſcipulus doctori cōmiſſus:vel peccator pœnitens.Perpetuo aūt ſeruiens propter amorē vxoris eſt, qui diligit carnē ſuam: cuius gratia eſt in

perpetua



Perſeuerans in vita actiua. Perſeuerans in peccato. — Philo.2.allego. Hie.adue.Ioui.2. Gre.ſ.1.regū.8.&.ſ. Ezec.ho.3. Beda.ſ.Exo.21. Iſy.ſ.Leui.25.

perpetua ſeruitute peccati.Exo.21.a.Deut.15.c.Seruus quoq; ſempiternus eſt,qui perſeuerat in vita actiua.Item qui in infernum detruditur. Appetitus quoq; debet eſſe ſeruus rationis in ſeculum. Seruit etiam ſex annis, qui laborat in vita actiua: & qui in hac vita perſeuerat in ſtatu peccati.Serui & ancillę ſunt,qui nobis ad diſcipulatum ſeipſos ſubdiderunt: vel à nobis empti ſunt de exteriori ſeruitio.Leui.25.b.

Seruientes timore. — Gre.ſ.1.reg.8. Hie.ſ.Ioel.2. Aug.ſ.ps.122.

Serui dicuntur,qui adhuc timore bene operantur.Gen.32.a.Exodi.10.a.20.b.21.a.Ioel.2.g. Item qui per opera miſericordiæ robuſti ſunt in miniſterium bonorum.1.Reg.8.c.Item qui vapulant ab eo,& oculos habent in manibus percutientis domini.ps.122.

Sermo propheticus Chorus apoſtolorū Lex. Seruientes pro temporalibus. — Ori.ſ.gen.ho.10. Aug.ſer.75. Beda.ſ.gen.24. Rup.6.ſ.gen.40.

Seruus Abrahæ,qui deduxit Rebeccam ad Iſaac.gen.24.a. Typus eſt ſermonis prophetici, & chori apoſtolorū,& prædicatorum:qui ducunt animas ad Chriſtum.Deſignat etiam legem, per quam eccleſia ſponſa Chriſti deſpondebatur:quæ propter antiquitatem ſeruus ſenior nuncupatur.Alij autem ſerui,qui erant cum ſeruo præcipuo Abrahæ, deſignāt eos,qui pro temporalibus ſeruiunt Deo.Gene.24.c.

Prælati. Iudæi. Gentiles. — Ori.ſ.Mat.ho.7.33. Hila.ſ.Mat.cano.27

Seruus debens decem milia talentorū deſignat prælatos & doctores malos in eccleſia.Matt.18.c.Prælati etiam ſunt ſerui,quibus committit pater familias bona ſua.Mat.25.a.Vel ſeruus accipiens quinq; talenta,deſignat Iudæos venientes ad fidem: accipiens autem duo,gentiles:accipiens vero vnum,Iudæos in infidelitate remanentes.

Humilitas. — Fulgen.epiſto.3.

Seruitus peregrinorum humilitatem indicat:qualis erat in Abraham.Gene.15.c.18.a.

Lex. — Ori.ſ.Ioſu.ho.15.

Famulus domini dictus Moſes deſignat legem,quæ eſt velut Dei miniſtra.Ioſu.8.f.

Corpus. — Caſsia.coll.7. cap.5.

Seruus Centurionis,cui præcepit,fac hoc,& facit,eſt corpus bene inſtitutum obtemperans animæ.Luc.7.a.Hunc ſeruum ſi quis delicatè nutriat,ſentiet contumacem.Pro.29.c.

Infideles. Hæretici.

Serui Abimelech,qui abſtulerunt puteum aquæ ab Abraham. Gene.25.c.ſunt infideles,aut hæretici repudiantes myſteria.Iidem ſunt mancipia Tyri.Eze.37.c.

Amb.ſ.1.cor.7.

Serui hominum dicuntur.1.Cor.7.d.qui humanis ſe ſubijciunt ſuperſtitionibus.

Seruientes peccatis. Humiles. — Hie.ſ.Eccleſiaſtn.10.

Serui ambulantes in equis ſunt,qui ſeruiunt peccatis: aut qui ita ſunt humiles,vt ſerui reputentur.Eccl.tæ.10.d.

Diabolus inuitus faciens voluntatē dei — Hiero.ſ.Iere.25.&.ſ. Iob.40. Gre.33.mor.19. Rup.6.ſ.victo. verbi Dei.

Seruus Dei dictus eſt Nabuchodonoſor.Iere.25.b.27.a.Non quia bonus:ſed quia exequutus eſt voluntatem Dei in euertenda Hieruſalem. Sic ſeruus ſempiternus accipitur Leuiathan à Deo,quando & in hac vita vſibus electorum diabolus ſeruit, & poſtea æternis gehennæ ignibus ante eorū oculos mancipatur.Iob.40.d.Inuitus tamen ſeruit voluntati Dei:nec vnq̃; tranſit in adoptionem filij.

Bona operatio. — Lyra.ſ.Exo.21.

Famula eſt anima operans ſpe mercedis æternæ:vel ipſa operatio.Exo.21.a.

Phantaſmata. — Beda.ſ.gen.30.

Famula Rachelis eſt Bala.Gene.30.a. quia phantaſmata ſeruiunt contemplationi.

Peccatum. — Iſyc.ſ.Leui.23. Aug.de ſpū & litera 15.&.ſ.ps.80.

Seruile opus eſt opus peccati.Leui.23.a. De quo ſaluator ait.Ioan.8.d. Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.Et ſeruiunt manus in cophino, quando quis exercet opera peccati:cuius efficitur ſeruus.ps.80.

## *Seſac.*

Mundus. — Hie.ſ.Iere.26.

SEſac.i.linum,vel byſſus tua,aut gaudium tuum,ſiue ſenarius tuus:rex Babylonis. Iere.25.e.51.e.Et ſumitur pro Babylone,& pro hoc mundo,cuius rex eſt diabolus.

## *Seth.*

Reſurrectio Chriſti — Aug.15.ciui. Dei.18. Beda.ſ.gen.4.

SEth,id eſt,poſitus,vel poſuit,aut,iuxta Auguſtinū, reſurrectio: filius Adam natus poſt mortem Abel.Typus eſt reſurrectionis Chriſti:ſicut Abel mortis eiuſdem.Gen.4.a.Num.24.c. Lucæ.3.g.

## *Sethim.*

Hiero.ſ. iſa.41.&.ſ. ioel.3. Geor. vene.canti.1. ton.4.cap.32.&.tono.7.cap.23.

SEthim.i.ſpina:eſt genus arboris in eremo ſpinæ albæ ſimile, colore & folijs,non magnitudine.Alioqui tam grandes arbores ſunt,vt latiſsima ex illis tabulata cædantur:lignumq; fortiſsimum eſt,& incredibilis leuitatis ac pulchritudinis:ita vt ex his etiam vaſa torcularium,quę ἀρσωνασ και θηλιασ vocant,ditiſsimi quiq;,& ſtudioſiſsimi faciant:quę ligna in locis cultis,& in Romano ſolo abſq; Arabiæ ſolitudine non inueniuntur.Dicitur etiam Sitta,ex qua ligna arcę,& tabernaculi facta ſunt inſtrumenta.Aliqui aiunt Sethim eſſe cedrum,& eſſe lignum illud, quod nos laricem dicimus:quanuis pro larice interpretatio noſtra habeat cedros.

Vita incorrupta. Fides. Membra Chriſti. — Geor.ven. can.1.tono.7.cap.27.

Sethim vt ſunt ligna incremabilia & imputribilia, ſignificare poſſunt incorruptibilitatem vitæ,& fidei firmitatem:& vt ex illis conſtituitur tabernaculum, ſignificant Chriſti membra, ex quibus conſtituitur eccleſia.Exo.25.a.27.30.36.37.a.38.a.

Angeli. Doctores. — Glo. ord.ſ. Exo.25

Columnæ de lignis Sethim,& vectes ſignificare poſſunt angelos : & doctores.Exodi.25.b.26.f.30.a.

Curæ ſeculi. Peccata. Voluptates. — Glo.ord.ſ. Mich.6.

Sethim vt interpretatur ſpina, curas huius ſeculi ſignificare poteſt. Mich.6.b.Vbi eſt nomē loci montis Sinai:vbi erant multæ arbores ſpinæ albæ.Significat etiam ſpinas peccatorū, & voluptatum,à quibus exuuntur ſancti.Exo.26.a.f.

Sextarius.

## Sextarius.

SExtarius eſt menſura, & dicitur eo ꝙ ſit ſexta pars congij : ſeruiebatq; hæc menſura tam liquidis, q̃; aridis rebus. Continet autem ſextarius duas heminas. Aliquibus videtur tantum eſſe menſura liquidorum.

Iſych.ſ.Leui.14.

Sextarius olei menſuram fidei ſignificare poteſt: quæ nec plus nec minus capit, q̃; credendũ eſt: quia exceſſus & defectus pertinet ad infidelitatem. Leui.14.b.19.g.

Menſura fidei.

## Sexus, uide Genus.

## Siba.

Zyta.ſ.2.reg.16.

SIba.i.exercitus vel militia, aut fortitudo, vel ceruus, ſiue nauis veniens : ſeruus Saulis & Mephiboſeth: qui detraxit domino ſuo coram Dauid: qua ratione typus eſt detractorum. 2. Regum.9.a.16.a.

Detractores.

## Sibilare, Sibilus.

SIbilare eſt ſibilum edere. Sibilus autem eſt, qui fit ore, compreſsis dentibus & parũ diductis atq; conſtrictis labris: quod ſolent facere, qui equos, boues, & huiuſmodi ad bibendum ducunt, vt libentius bibant: & ſolent paſtores ſibilo oues vocare.

Hie.ſ.Iſa.7.

Sibilaſſe dicitur Deus, quando mouit & impulit Aegyptios, & Aſſyrios, & etiam exercitum Romanorum aduerſus Iudæos. Iſa.5.g.7.c.

Puniens Deus.

Gre.5.mor.26. Rup.5.ſ.reg.11.&.ſ. Zacha.10. Hier.ſ.Mich.6. &.ſ. Zach.10.

Sibilus auræ tenuis, in quo auditur Deus, eſt quum ſaporem incircũſcriptæ veritatis contemplatione ſubita ſubtiliter deguſtamus. 3.reg.19.c. Poteſt etiam deſignare primũ aduentũ Chriſti, quando latuit ſub carnis infirmitate. Sibilus etiam paſtoris boni eſt Chriſti, & prædicatoris vocantis oues, & Dei interius inſpirantis. Mich.6.d. Zach.10.c.

Inſpiratio. Primus aduentus Chriſti.

Hie.ſ.Sopho.2.

Sibilare dicuntur boni angeli, plangẽtes animas peccatrices. Sopho.2.d. E diuerſo dæmones ſibilant, quando animam peccatricem irrident. Thre.2.e.

Amb.ſ.ps.118. ſer.15

Sibilant homines vulgi, quum alicui inſultant: ita ſibilabant Iudæi in Chriſtum crucifixum. Et vt ſibilus eſt vox inconditaːita Iudæi non loquebantur, quia verbum Dei amiſerant: ſed ſibilabant. Thren.2.e.

Iudæi inſultantes Chriſto.

Hie.ſ.Mich.6.

Sibilus draconis eſt in interitum carnis: vt ſpiritus ſaluus ſit in die domini. Mich.6.d.

Hie.ſ.Iere.18. Gre.18.mor.13.

In ſibilum redacta eſt Iudæa, hoc eſt, in contemptum & in ſtuporẽ. Iere.18.c.19.b.25.b. Eze.27.g. Sibilat autem ſuper peccatorem, aut ſuper populum Iudæorũ intuens locum eius, qui admiratur eius interitum. Iob.27.d. Et ſtringit os in ſibilo, qui ad ea, quæ contempſerat, verba ſpiritualia conuertitur: vt iam credere & prædicare incipiat, quæ prius, dum iniquũ florere cerneret non credebat. Nam fit plerũq;, vt infirmorum animus de auditu veritatis trepidet, quando florere contemptores veritatis videt. Sed dum iuſta vltio iniuſtos ſubtrahit, alios à prauitate compeſcit. Vnde per Salomonẽ dicitur. Pro.21.b. Multato peſtilente, Sapiẽtior erit paruulꝰ.

Admiratio de interitu malorum.

## Sica, Sicarius.

Glo.int.ſ.Iudi.3.

SIca eſt genus gladij breuioris. Sicarius autem, qui ſica.i. gladio hominem interficit: vel ſicã maleficij alicuius gratia gerit. Sica, qua Ehud occidit Eglon, ſermonem euangelicum deſignat, quo occiditur diabolus, aut peccator. Iudi.3.d. Iere.50.f. Acto.21.g.

Sermo euangelicus.

## Siccare, Siccus, uide Arere.

## Siceleg.

SIceleg.i. effuſio ſextarij, vel menſuræ, aut coanguſtans ſextarium vel menſuram: ciuitas Paleſtinorum, in qua habitauit Dauid profugus à Saule: quę poſtea facta eſt tribus Iuda. Ioſu.15.e.19.a. 1.Reg.27.b. Typus eſſe poteſt gentilitatis, ad quam venit Chriſtus per ſuos diſcipulos: q̃ coniuncta eſt eccleſiæ per fidem ſuſceptam.

Gentilitas.

## Sicera.

Hie.ad Nepotia.

SIcera eſt apud Hebræos omnis potio, quæ inebriare poteſt: ſiue illa quæ frumento conficitur, ſiue pomorum ſucco, aut aliquo alio genere.

Beda.ſ.pro.31.

Sicera danda mœrentibus. Pro.31.a. eſt conſolatio ſpiritualis: & doctrina triſtibus & pœnitentibus proponenda, ne abundatiori triſtitia abſorbeantur.

Conſolatio ſpũalis.

Hie.ſ.Iſa.5.

Sicera eſt ebrietas omnium vitiorum, omnes continens paſsiones. Iſa.5.e.

Paſsiões inordinatę

Hie.ſ.Iſa.28. Euch form. ſpũa.8.

Sicera inebriantur hæretici, quando abutuntur doctrina philoſophorum. Eſt autem illis ſicera confectio malitiæ & nequitiæ. Iſa.28.b.

Abuſus philoſophię

## Sichar, Sichẽ, Sichima.

SIchar.i. concluſio, vel clauſura, aut inebriatio, vel merces. Sichen autem interpretatur humerus, ſiue pars, vel labor, aut matutina vitia: Filius Emor, qui oppreſsit Dinam filiam Iacob.

Ab eo



Ab eo dicta eſt ciuitas Sichen, quæ poſtea corrupto vocabulo, iuxta Hieronymum, dicta eſt Sichar. Videtur autem appellari Sichen per anticipationem, quando ait Moſes Abraham veniſſe in Sichen.

Iugum obedientiæ. Labores. Opera Chriſti.

Sichen, ad quam venit Abraham egreſſus de terra ſua, vt interpretatur humerus, ſignificat iugum obedientiæ religioſorum: & diligentem exequutionem, & labores. Gene.12.b.33.d. Deſignat etiam bona opera, quæ dat Iacob Ioſepho in hæreditatem. Gen.48.d. Item opera Chriſti, quæ ipſe diuidit fidelibus. ps.106.

Phil.de migr Abra. Amb.1.de Abra.2.& 2.de Abraham.3. & de bn̄e pr̄iar.3. Hie.ſ.ps.106.

Lex vetus. Infidelitas Iudæorũ

Sichen vt interpretatur humerus, vbi paſcebãt fratres Ioſeph oues, deſignat legem veterem, quæ erat iugum graue. Gene.37.c. Poteſt etiam typus eſſe infidelitatis Iudæorum: qui dorſum verterunt Deo.

Amb.de Ioſeph. Aug.ſer.31.

Opera.

Sichen præterea vt interpretatur humerus, generaliter deſignat opera, ſiue bona ſiue mala: & in Sichen ſacerdotes interficiunt alios, quando prauis operibus illos ſcandalizando occidunt. Hoſe.6.d. Et diuiditur Sichima, quum bona opera ſeparantur à malis. ps.59.

Hie.ſ.Hoſe.6. Aug.ſ.ps.59.

Sichen data à patre Ioſepho in hæreditatem, deſignat teſtamentum Iudæorum: cuius participes fiunt gentes & Samaritani. Vel deſignatur, ꝙ vbi fiebant ſtupra & vitia, traditum eſt Chriſto, vt illi deinceps ſeruiretur: ideo dicitur diuidi Sichima. ps.59.

Baſi.ſ.ps.59.

Ablatio prauorũ affectuum.

Sichen etiam interpretatur ſuccollatio, & deſignat corruptionem, ſeu ablationem prauorũ affectuum. Hanc dat Iacob Ioſeph exercẽti ſe circa ſenſibilia. Cepit eam Iacob arcu & gladio ſuo, hoc eſt, verbis vim ſecandi repugnandiq; habentibus.

Philo.2.allego.

Gentilitas.

Sichen, vbi abſcondit Iacob idola, deſignat gentilitatem: Et diuiditur Sichima, quum credẽtes ex gentibus ſeparantur à non credentibus. Gen.35.a. ps.59.

Aug.ſ.ps.59.

Diabolus. Hæreticus. Temerarius. Hypocrita.

Sichen vt interpretatur ebrius, typus eſt diaboli opprimentis animã vagam: vel hæretici. Eſt filius Emor, hoc eſt, aſini, & deſignat temerarium volentem corrumpere iudicium mentis. Petit autem Sichen vxorem Dinam, quam corruperat: quia malignus ſpiritus feſtinat, vt licenter poſsideat animam, quam prius occulta ſeductione corruperat. Deſignat etiam hypocritam, q̃ laborat pro pudore & honore, non pro Deo: vnde & circunciſus eſt, ſed non pro Deo. Ideo filius aſini: & competit illi interpretatio humeri vel laboris. Gen.34.

Philo.đ migr.Abra. Gre.2.regiſ.epi.62 Beda.ſ.gen.34. Ricar.de.ſ.victo.de 12.pr̄iar.50.

## Siclus, Stater.

SIclus idem eſt, qui ſtater. habet drachmas quatuor: drachmæ autem octo latinam vnciam faciunt: Ita vt vnus panis decem vncias habere dicatur. Eſtq; ſiclus pondus & moneta : & habet viginti obolos: & ſexaginta ſicli faciunt minam, quæ continet obolos ducentos. Exo.30.b. Leui.27.c. Nume.3.g. Ezech.4.c.45.d.

Hie.ſ.Eze.4.45.

Fides.

Siclus ſanctus, quo emendus eſt aries. Leui.27.c. ſynceram fidem ſignificare poteſt. Sicli etiã dimidium fidem & obſeruantiã præceptorum deſignat: quia valet decem obolos. Exo.30.b.

Ori.ſ.Leui.ho.3. Glo.int.ſ.Exo.30.

Præcepta charitatis Opera excedentia legem.

Sicli duo dici poſſunt duo præcepta charitatis : ſicli vero decem ſunt operatio decem præceptorum. Gene.24.c. Exo.21.d. Leui.5.d. Stater etiam ſignificare poteſt opera maiora, q̃; ſint opera legis. Matth.17.d.

Rup.6.ſ.gene.42. Amb.epiſt.1.

Prædicatio.

Stater argenti prædicationem verbi Dei ſignificare poteſt, propter ſonoritatem argenti. 1. Regum.9.b.

G.e.ſ.1.reg.9.

Sapientia. Sacra doctrina. Quatuor euangelia

Siclus Ambroſio dicitur didrachmum: & eſt typus ſapientiæ: & ſtater in ore piſcis deſignat ſacram doctrinam, ſeu vtrũq; teſtamentum: quod per confeſsionem fidei in ore habetur. Matt.17.d. Leui.27.d. Peculiariter etiam deſignat quatuor euangelia propter quatuor drachmas: quę euangelia fuerunt in ore Chriſti.

Amb.epiſt.1. Hila.ſ.Mat.cão.17. Hie.epi. Et factũ eſt Iſych.ſ.Leui.27. Aug.ſ.ps.137.

Confeſsio.

Stater etiam in ore piſcis deſignat confeſsionem, quam obtulit Chriſtus pro nobis: & habet duo didrachma: vt oſtenderetur ſimilitudo carnis: dum eodẽ & ſeruus & dn̄s pretio liberãtur.

Hie.ſ.Matt.17.

Auaritia.

Stater præterea in ore piſcis typus eſſe poteſt auaritiæ : & vt ſtater habebat imaginem Cæſaris, ita auaritia habet imaginem diaboli: non Dei. Mat.17.d.

Ori.ſ. Eze.ho.13.& ſ.Matt.4.

Sicli aromatũ quingenti: & ducenti quinquaginta. Exo.30.c. Vide appendicẽ, de numeris.

## Sidon.

SIdon.i. venatio, aut inſidiatio, ſiue viaticum, aut nauis iudicij: ciuitas Phæniciæ à Sidone filio Chanaan condita.

Exiſtentes ſub lege

Sidon aliquando ſignificat exiſtentes ſub lege. Iſai.23.a. Vel deſignat eos, qui ſecuriorem vitam, & à peccatis liberam agunt: qui tamen à bonis operibus torpeſcũt, innocentiam ſibi ſufficere putantes.

Gre.prolo.mor.3.& 3.paſto.admo.19.

Gentiles.

Sidon ſæpe ſignificare ſolet gentiles. Gene.49.c. 3.reg.17.b. Zach.9.a. Mat.15.b. Luc.4.e.

Ori.ſ.Lu.h.33. Hie.ſ.Zach.9.

Apoſtoli.

Sidonij vt dicuntur venatores, ſignificare poſſunt apoſtolos & prædicatores, qui ſunt venatores peccatorum, conuertendo eos ad pœnitentiam. Gen.49.c.

Beda.ſ.gen.49.

Mercatores.

Sidonij quandoq; dicuntur mercatores propter multam negotiationem, quam Sidonij exercebant. Iſaiæ.23.a.

Amb.de Elia.19.

Sidon

Ori.ſ.Eze.ho.13.& ſ.Ioſue.ho.14.16. Hie.ſ.Iſa.23.&.ſ.Ezech.27.28.&.ſ.Ioel.3. Ruper.ſ.Ioel.3. Ricar.de.ſ.victo.de 12.pſiar.43.

Sidon vt interpretatur venator, ſignificat dęmones venatores animarū:& etiam hæreticos: & mundum.Ioſue.11.b.Iſaiæ.23.a.Ezech.27.b.28.f.32.g.Sidonij præterea dicuntur,Iudæi perſecutores fidelium:& ij,qui ſimplices decipere conantur,ſiue dæmones,ſiue homines.

Dæmones. Hæretici. Mundus. Iudæi.

## Sidus,uide Stella.

## Siene.

Hie.ſ.Eze.29.

SIene.i.gyrus:eſt caſtrū Aegypti,vbi ſunt Nili catarrhactę: vſque ad quem locum Nilus eſt nauigabilis.Deſignat id,vbi nil recti eſt, nihilq; ſtabile.Eze.29.b.30.b.

## Sigillum.

SIgillum eſt paruum ſignum,quod imprimitur alicui rei, peculiariter ad claudendum.

Aug.ſ.Apo.ho.4. Rup.4.ſ.apo. Ber.ſer.1.de reſurre. Areţas.ſ.apoca.6.

Sigilla libri,quem vidit Ioannes.Apo.5.a.6.a. Significare poſſunt myſteria ſub litera latētia:quæ cum eſſent ſeptem,peculiariter deſignarūt ſeptem myſteria de Chriſto prophetata: quæ ſunt,incarnatio,Paſsio,reſurrectio,aſcenſio,miſsio ſpiritusſancti, vocatio gentium,aduentus ad iudicium.Vel ſunt ſeptem ſigilla, quibus claudebatur diuinitas latens in Chriſto.Primū matris deſponſatio,Secundum infirmitas corporis, Tertium circuncisio,Quartum fuga in Aegyptum,Quintum tentationes,Sextum crux,Septimum ſepultura.

Myſteria.

Baſi.ho.in baptiſmū

Sigillum etiam Chriſti dici poteſt baptiſmus,quo in Chriſto ſignamur,

Baptiſmus.

## Signum,Significare,Signare,Signaculum.

SIgnum proprie eſt parua quædam ſignificatio indicans totius rei qualitatem. Interdum autem ſignum dicitur experientia.Iudi.6.g.Signum quærens in vellere. Fœdus.Exo.31.c.Signum eſt inter me & vos.Miraculum.Marc.16.d.Signa autem eos qui crediderint.Similitudo.1.Reg.10.b.Venerunt omnia ſigna hæc in die illo. Vexillum. Iſa.5.g.11.c.Eleuabit ſignum in nationibus.Significare autem eſt ſignum facere,ſiue per ſigna notum facere,demonſtrare,& oſtēdere.Signare vero eſt ſignum imprimere.Item confirmare.Ioan.3.d.ſignauit,quia Deus verax eſt.Notare.Iob.14.d.Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea. Sigillare.3.reg.21.c.Signauit eas anulo ſuo.Signatum autem eſt clauſum.Deut.32.e.Signata in theſauris meis. Diſtinctum.Ephe.1.c.In quo & credentes ſignati eſtis.Impreſſum.ps.4.Signatū eſt ſuper nos lumē vultus tui.Signaculū autem eſt ſignum alicui rei impreſſum,vt lateat quouſq; reſeretur.Apo.5.a.Soluere ſignacula eius.Item ſignatorium.Iob.9.a.Stellas claudit quaſi ſub ſignaculo. Sigillum.Canti.8.b. Vt ſignaculum ſuper brachium tuum.Porro ſignum omnem prorſus conſequentiam & ordinē rerum debet excedere:& nouum debet eſſe in omnibus,atq; ſolēni modo diuerſum : aliter vero ſignum eſſe non poterit.Sic dedit Deus ſignum.Iſa.7.c.

Chry.ſ.Mat.ho.5.

Ori ſ.Ioſue ho.3.& ſ.Iſa ho.2.&.ſ.Mat.cap.16. Arno.& Baſi.ſ ps.59 Hie.ſ.Iſa.7.19 55.& ſ.Iere.4.&.ſ.Eze,9. Amb.ſer.55. Gre 31.mora.1. Cyril.8.ſ.Ioan.17. Aug.ſ.ps.85. Rup.4.ſ.apo.

Signum ſanguinis indicabat paſsionem Chriſti.Exo.12.b.Et ſignum coccineum,quod ſuſpēdit Rahab in feneſtra,eandem paſsionem & crucem deſignabat.Ioſue.2.c.Hoc eſt ſignū æternum:& ſignum poſitum in Sion,hoc eſt,in eccleſia.Iſa.5.g.19.c.55.d.62.d.Iere.4.b.6.a.Et ſignum Ionæ fuit ſignum paſsionis,& mortis,ac reſurrectionis Chriſti.Matth.12.c.16.a.Mar.8.b.Luc.11.d.Signum etiam ſerpentis ænei typus erat paſsionis Chriſti.Nume.21.b.In ſignum autē populorum datus eſt Chriſtus cum cruce. Iſa.11.c.13.a.49.f.66.f.Et.ת.quod interpretatur ſignum,typus erat crucis Chriſti.Ezech.9.b.Vnde apud Samaritanos thau eſt ſignum crucis ✠. Signum in frontibus. Apoca.7.a.eſt aperta confeſsio fidei:& crux.Signum in bono eſt reſurrectio Chriſti,quæ eſt ſignum Dei viui in angelo:& etiam reſurrectio fidelium.ps.59.85.Signum in profundum inferni,ſiue in excelſum ſupra.Iſa.7.b. Deſcenſum & aſcenſum Chriſti,hoc eſt, incarnationem & mortem,& reſurrectionem & aſcenſionem ſignificabat. Signa etiam Dei,à quibus turbantur termini terræ;deſignāt virtutē crucis,& alia Dei mirabilia, quibus viſis compunguntur peccatores.ps.64.Hæc ſunt ſigna,quæ miſit Deus in medio Aegypti.ps.134.Signa etiam nunq; viſa ad tempus Chriſti,& ad diem iudicij referri poſſunt.Exo.34.b.

Paſsio & crux chri. Reſurrectio & aſcēſio Chriſti. Mirabilia Dei.

Hie.ſ ps.64.134. Glo int.ſ.Exo.34.

Amb.ſ.Luc.21.

Signa in ſole erunt,quādo Chriſtus ſol iuſtitię obſcurabitur ob modicā fidem.In luna vero, quum eccleſia peccatis noſtris obſcurat.In ſtellis autē,quum ſancti non lucēt nobis. Luc.21.e.

Gre.ſ.1.reg 10. Hila.ſ.ps.59.

Signum datum Sauli,ꝙ vnxerit eum Deus.1.reg.10.b. deſignat fiduciā datam ſacerdotibus, qua confidant ſe ordinatos eſſe à Deo.Eorum etiam ſigna ſunt apparentia in eis dona ſpiritusſancti.ps.77. Et ſignificatio,quam dat Deus timentibus ſe,eſt eius promiſsio.ps.59.

Fiducia ſacerdotum in Deo. Dona ſpiritusſancti Promiſsio Dei.

Hie.ſ.Iſa.8.

In ſigna & portenta dati pueri,ſunt apoſtoli,quorum doctrina & opera erant in ſtuporē gentibus.Iſaiæ.8.d.

Apoſtoli.

Gre.13.mor.9.

Quaſi ſignum ad ſagittam poſitus dicitur eſſe fidelis populus hoſti ſuo:quia ſemper eum hoſtis ſuis ictibus impetit,ſuis perſecutionibus affligit.Thre.3.b.Iob.16.c.

Afflictio fidelium

Geor ven. cant.1 tono.8.cap.18.

Signa cœli duodecim ſpiritaliter intellecta,duodecim deſignant portas cœli. Nam aries & taurus offerūtur pro peccato,ſine cuius purgatione illuc nemo intrare poteſt. Hinc deuenitur ad geminos charitatis actus,Dei ſcilicet & proximi:quę bina charitas roboratur in brachijs fortiſsimis cancri,quibus homo complectitur omne obiectum diligibile. Poſtea mirum in modū efficitur

Portæ cœli duodecim.



*efficitur validiſsima in leone animalium potentiſsimo* : Quo deueniens homo, debilitat ſuum animal in ſeruitutē illud redigēs,ſterileq; reddit per virginē.Sed in libra pōderat vtriuſq; vires, & actiones,recogitans quotidie quæ ſunt maiora & validiora opera, aut ſecundum ſpiritum, aut ſecūdum carnem.Venit poſtea ad felicem ſcorpionem, qui mordeat cauda, id eſt, ſine omnia opera mala:ſicut myſtice præceptum fuiſſe legimus Moſi:vt ſerpentem & ſuggeſtorem malorum operum apprehenderet per caudam : videnſq; quanta ſit ſerpentis malitia,arrepto arcu & ſagitta,feriat illum per ſagittarium.Venietq; ad capricornum Saturni domicilium, Deo vacans per contemplationem, mente intuens cœlum figuratū per pelles caprarum,ex quibus fieri iuſſum fuit coopertorium tabernaculi:& inde pergat ad aquas illas,quæ ſupra cœlos ſunt quarum porta eſt aquarius cœleſtis,nam per aquas eleemoſynæ & miſericordiæ,quæ opera cœleſtia ſunt, deuenitur ad aquas diuinæ gratiæ , pietatis & ſapientiæ : & tandem applicabimus ad piſces,qui in eiſdem aquis nutriuntur,denotatos per piſces,quos comedit Chriſtus iam in meliorem ſortem per reſurrectionem mutatos.

Virtutes cuiuſq;.

Signa ſecundum quæ caſtrametabantur filij Iſrael.Nume.2.a.Dici poſſunt vniuſcuiuſq; virtutes,aut inclinationes.

Ori.ſ.nu.ho.2.

Perpetua quies.

In ſignum perpetuum datum eſt ſabbatum,& in fœdus perpetuum.Exo.31.c.Eze.20.b.vt deſignetur prius bona opera conſummari debere:vt poſtea in perpetuum quieſcatur.

Glo.int.ſ.Exo.31.

Prædicatio Dei. Prędicatio Antichri

Signum quod non poteſt Hieruſalem vltra dilatare.Iſa.33.d.eſt prædicatio Dei. Vel prædicatio Antichriſti,non valens vltra procedere. Vel dicitur de Sennacherib, qui non poterat cōtra Hieruſalem præualere. Vel de Hieruſalem non reædificanda.

Lyra.ſ.Iſa.33.

Tribulationes hui9 vitæ. Præcepta Chriſti.

Significatio quam Dedit Deus metuētibus ſe.ps.59.ſunt tribulationes huius vitæ,quibus ad monentur fideles fugere à ventura ira.Signa etiam, quæ faciunt luminaria,ſunt præcepta Chri, quæ docent fugere ab ira ſuperuentura.Gen.1.b.

Aug.ſ.ps.59.

Implere præcepta.

Signum in manu.Exo.13.b.eſt quum id , quod in memoria habetur ex præceptis Dei opere completur.Item cum fides pręfertur operibus,vt pendeant ex fide.

Glo.ord.ſ.exo.13.

Circuncisio. Lex.

Signum poſitum in Cain.Gen.4.c.Deſignat in Iudæis vel circuncisionem,vel legem:quam ſeruant, vt teſtes ſint eorum,quæ pro Chriſto nos allegamus. Deſignat etiam ꝙ non auferatur malitia à terra,ſed in ea perſeueret. Et ſignum fœderis eſt arcus cœleſtis: & etiam circuncisio. Gen.9.d.17.b.Signa etiam data Moſi indicant,Iudæos ſigna quærere.Exo.3.c.4.b.Signa autē ſunt data eis in paſsione Chriſti.ps.134.

Aug.epiſt.59.&.12. contra.fauſt.13. Phil. quod deterior potiori inſidietur. Amb.de fuga ſecu.7

Vexillum belli.

Signū quod leuauit Deus in nationibus.Iſai.5.g.eſt vexillum belli contra Iudęos: vel vexillum Antichriſti contra fideles.Et ſigna quę poſuerunt Babylonij in templo,ſunt vexilla bellica in ſignum trophęi.ps.73.

Glo.int.ſ.Iſa.5. Euch,q.in pſalm.

Signum datum Eli,ꝙ filij eius morituri eſſent ambo in vna die.1.Regū.2.g. Deſignat errorem paſtorum ſignum eſſe perditionis gregis.

Gre.ſ.1.reg.2.

Prædicatio hæreticorum.

Signum in montibus eſt ſuperba prędicatio hęreticorum.Iſa.18.a.ps.73.Et ſigna proſtitutionis Hieruſalem,ſunt vitia non occultata,ſed potius prædicata. Eze.16.c.

Hie.ſ.Iſa.18. Gloſ.ordi.ſ.Eze.16.

Memoriale magni mali aut vani.

Signum ſuper collem dicitur,quod ponitur in memoriā alicuius magni mali,aut boni trāſacti.Ita dicit dominus ex perſecutione Iudæorum paucos relinquendos,quaſi ſignum & memoriale grauis caſtigationis Dei.Iſa.30.d.

Hie.ſ.Iſa.30.

Iuſtitia legis Iudęo

Signū ſupbię ī capite Eſther,quod erat diadema,typ9 eſt iuſtitię legis Iudęorū.Eſth.14.d.

Hie.ſ.Iſa.64.

Chriſt9 in corde, in ore, & in operibus.

Signaculum eſt Chriſtus,in corde quidem,vt ſemper eum diligamus:in fronte,vt ſemper eū confiteamur:in brachio vero,vt ſemper bene operemur. canti.8.b.In corde quoq; ſignaculum ponitur,quando fidei eius myſteriū in cuſtodiā noſtræ cogitationis imprimitur.Iob.38.b.Signaculum etiam ſupra cor ſponſi eſt fortitudo animi in defenſione ſcripturarum. Signaculum Zorobabel eſt Chriſtus:quia hunc ſignauit pater. Agge.2.d.Signauit autem pater filium , dando ei proprium quiddam, quo non confunderetur cum genere humano : ſed per ipſum liberaretur genus humanum.Ioan.6.c.Vt ita eſſet illud.ps.44.Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitię præ participibus tuis.

Amb.ſ.de Iſaac.8. Gre.29.mor.2.&.ſ.canti.7. Rup.ſ.cant.7. Hie.ſ.Agge.2. Aug.ſ.Ioan.trac.25. Rup.6.ſ.Ioan.

Excellentia Chriſti ſuper cæteros homines.

Anima per Chriſtū reſtituta. Iudæa

Signaculum quod reſtituetur.Iob.38.b.eſt anima,quæ in Adā diſsipata eſt,& per Chriſtū reſtituta,& ſignaculo fidei inſignita. Vel eſt Iudæa habens ſignata myſteria.

Hie.ſ.Iob.38. Gre.29.mor.2.

Abſconſio ſanctorū & prædicatorum.

Sub ſignaculo claudere dicitur Deus ſtellas.Iob.9.a.quando ſancti latent in hoc mūdo. Vel quando prædicatores ſuos nunc Iudææ oculis ſubtrahit,quos poſt modum oſtendat. Vel quaſi ſub ſignaculo ſtellas claudit, dum prædicatores ſuos per ſilentium intra ſemetipſos retinens, cæcis iniquorum mentibus cœleſte lumen abſconditur.

Hie.ſ.Iob.9. Gre.9.mora.3.4.

Crux Chriſti.

Signaculum emptionis agri,quem emit Ieremias,dici poteſt crux Chriſti. Iere.32.g.

Hie.ſ.Iere.32.

Virgo. Virgo Maria.

Signatus fons dici poteſt virgo, cuius puritatem nemo perturbat.canti.4.d.Peculiariter autem dicitur de virgine Maria.

Amb.exhor.ad vir.

Baptizati. Fides.

Signati ſpiritu promiſsionis ſunt,qui baptizantur,& fidem ſuſcipiūt.Ephe.1.c.4.g.2. Timot.2.c. Signaculum autem dicitur ipſa fides : & reſtituitur ſignaculum vt lutum,quum eos, quos nunc fideles credimus,in perſecutione fidei hoſtes inuenimus.Iob.38.b.

Amb.ſ.2.Timo.2. Gre.29.mor.2.

Ori.ſ.Eze.ho.14. Hie.ſ.Iſa.8.29. Euthim.ſ.plo.10 pſ. Aug.ſ.apo.ho.4.
Abſcondere myſteria Iudæis. Clauſa ſcriptura Iudæis & gentibus.

Signare legem eſt abſcondere myſteria Iudæis.Iſai.8.c.Et ſignatus liber erat ſacra ſcriptura. Iſa.29.d.Apo.5.a.10.b.Erat autem ſignata ſcriptura Iudæis,præcipuè vocatio gentium,& ipſorum Iudæorum diſsipatio: ne eam igni traderent, & vt Chriſti opus redemptionis impleretur.Alijs autem erat ſignata propter diuerſitatem idiomatis Hebraici à Græco & Latino.Vnde in aliam linguam tranſlatus, non plenè exprimitur. Signata etiam erat ſcriptura,propter varios & figuratos loquendi modos:ne porcis traderentur margaritæ.

Greg.12.mor.11.& 27.mora.18.
Seruans Deus peccata punienda. Memoria peccatorũ. Cognitio ſui.

Signantur quaſi in ſacculo delicta noſtra.Iob.14.d.quia hoc,quod nos exterius agimus,niſi pœnitentia interueniente diluamus, in ſecreto iudiciorum Dei ſub quadam occultatione ſeruatur:vt quandoq; etiam de ſigillo ſecreti exeat in publicum iudicij.Vnde etiam per Moſen dicitur.Deut.32.e.Nonne hæc condita ſunt apud me:& ſignata in theſauris meis? In die vltionis reddam illis.Quum vero pro malis,quæ fecimus, diſciplinæ flagello atterimur,& hæc per pœnitentiam deflemus:iniquitatem noſtram ſignat & curat:quia nec inulta hic deſerit:neq; in iudicio punienda reſeruat.Vel certè peccata noſtra ſignantur in ſacculo, quum mala, quæ fecimus, ſolicito ſemper corde penſamus. Sic dicebat Dauid. pſalm. 50. Iniquitatem meam ego cognoſco,& delictum meum coram me eſt ſemper. Signat etiam in manu omnium hominum opera Deus:quia dum virtus incomprehenſibilis maieſtatis agnoſcitur,ab vno quoq; ſubtilius ſua vita penſatur.Vel quia ſic Deus rationabilem creaturam condidit,vt quod egerit,ignorare non poſsit,ſiue prauum id ſit,ſiue rectum.Iob.37.b.

Ori.ſ.Eze.ho.13. Gre.32.mor.24.
Diabolus imprimẽs ſuam imaginem. Perfectior imago Dei in lucifero.

Signaculum ſimilitudinis dicitur diabolus:quia ſuam conatur diabolus imaginem imprimere. Chriſtus autem etiam eſt ſignaculum ſimilitudinis, ſecundum ꝙ imprimit imaginem Dei. Ezech.28.c.Vel dicitur Lucifer ſignaculum ſimilitudinis,ob expreſsionem. De ſigillo quippe anuli talis ſimilitudo imaginaliter exprimitur,qualis in ſigillo eodem eſſentialiter habetur.Angelo maius aliquid tribuitur, quum non ad ſimilitudinem Dei conditum, ſed ipſum ſignaculum ſimilitudinis dicit: vt quo ſubtilior eſt in natura, eo in illo ſimilitudo Dei plenius credatur expreſſa.

## Sijm.

Hie.ſ.Iſa.23.
Dæmones.

SIim fundantes Chaldæam, deſignant peſsimos dæmones inſtituentes proſpera mundi cum multitudine vitiorum.Iſa.23.c.Hebraicè ſcribitur צִיִּים Cijm: quod.pſ.71.ponitur pro Aethiopibus deſerta incolentibus.

## Silere, Tacere, Silentium.

SIlere eſt non loqui:quod & tacere dicitur:differunt tamẽ,ꝙ is ſilere dicatur,qui nondũ cœpit loqui:tacere vero,qui iã cœpit.Cõfunduntur tamen hæc inter ſe.Silere autem interdum eſt ceſſare à bello.1.Macha.9.f.Siluit terra annis duobus. Expaueſcere. Haba.2.b.Sileat à facie eius omnis terra.Expectare.Iob.3.d. Nonne diſsimulaui, nonne ſilui?Negligere.Eſthe.4.d.Si enim nunc ſilueris.Quieſcere.pſ.106.Siluerunt fluctus eius.Idem etiam eſt tacere.Item vita carere.Iob.3.b.Nunc dormiens ſilerem.Repudiare.pſ.27.Deus meus ne ſileas à me. Tacere etiã eſt differre.2.Reg.13.d.Nunc ſoror mea tace,frater tuus eſt.Obliuiſci.Iſaię.62.a.Propter Sion non tacebo.

Hie.ſ.Sopho.3. &.ſ. Iſa.4. Aug.ſ.pſ.34.49.82. & de ouibus.3.
Diſsimulans Deus. Expectans ad pœnitentiam. Dans præcepta. Non miſereri.

Silere quandoq; eſt diſsimulare:& ſilens Iacob iniuriam Sichen,deſignat Deum diſsimulantem peccata ad pœnitentiam. Gene.44.a.Silet etiam Deus in dilectione Sion,quum non caſtigat,ſed ignoſcit,& expectat ad pœnitentiam.Sopho.3.d.pſ.49.Iſa.42.c.57.e.65.a.Demum ſilere dicitur,quia non ſtatim vindicat in proteruos.& quia nondum venit adiudicium.pſ.34.82.Non autem ſilet nunc à præceptis: per quæ ſemper loquitur nobis. Tacere èdiuerſo dicitur Deus aliquando,dum non miſeretur.Iſa.64.d. Nunquid ſuper his continebis te domine,tacebis,& affliges nos vehementer?

Gre.22.mor.17.
Silentium Chriſti.

Tacens Iob ad deſpectionem propinquorum.Iob.31.d. Deſignat Chriſtum tacentem tanq̃; ouem in paſsione.

Ori.ſ.ſ.Luc ho.5. Cle. Alex.adhor.ad gentes.
Ceſſatio prophetarum in Iſrael.

Silentium Zachariæ vſq; ad ortum Ioannis filij ſui.Luc.1.deſignauit ceſſationem prophetarum in populo Iſrael. Vel taciturnitatem ænigmatum prophetarum vſq; ad ortum Ioannis & Chriſti,quando cœperunt manifeſtari.Silebant autem in populo Iudæorum, qui verbum Dei amiſerant.

Fugiendæ tentationes.

Silentiũ populi Hieruſalẽ,ne reſponderent Rapſaci, deſignauit non contendendũ cũ diabolo in tentationibus:nec altercandũ cum hæreticis:ne fallantur ſimplices.4.reg.18.g.Iſa.36.d.

Glo.ord.ſ.Sopho.1.

Silere dicitur terra à facie Dei:quia nemo coram ipſo gloriari debet.Habac.2.d.Sopho.1.b. Ita ſilet omnis caro à facie domini.Zach.2.d.

Amb.1 officia.5.
Non moueri conuitijs.

Silet à bonis,qui bene ſibi conſcius falſis conuitijs non mouetur:non æſtimans plus ponderis in alieno eſſe conuicio,q̃; in ſuo teſtimonio.pſ.38.

Glo.int.ſ.Iſa.47.
Compunctio.

Tacet,qui ſe reũ agnoſcit,& compungitur.Leui.10.a.Sic tacuit Babylon.Iſa.47.b.

Hie.ſ.Iſa.62. Hie.& Gre.ſ.pſ.31.
Laudare Deum.

Silentiũ nõ dandũ deo,eſt nõ ceſſandũ eſſe ab eius laudibus & orõnibus.Sic nõ tacẽt cuſtodes tota



Orare. Confiteri.

ſtes tota die & nocte.Iſa.62.c.Et non tacent oculi,quũ non ceſſant à fletu.Ier.14.c.Thren.2.f. 3.e.E diuerſo tacere dicitur,qui non confitetur peccata ſua,nec laudat Deum.pſ.31.

Tranquillitas à terrenis deſiderijs. Ceſſare à peccatis. Tranquillitas contẽplationis. Breuitas vitę.
Amb.de obit.valẽt. Gre.5.moral.6.7 & 30.mor.24.&.ſ.Ezechie.ho.14.

Silere eſt mentem à terrenorum deſideriorũ voce reſtringere. Iob.3.d.Silebit ſolitarius,reuelata ſibi gaudens myſteria: vel non opus habens excuſatione peccati, quòd matura cõfeſsione præuenit. Vel ſilebit,quia non miſcebit ſe iuuenibus tumultuãtibus: & quia facile ſuſtinebit iniurias. Thre.3.d.Silent etiam,quia nullis prauæ actionis clamoribus perſtrepunt. Omnis namq; iniquitas apud ſecreta Dei iudicia habet voces ſuas:vnde ſcriptum eſt.Gen.18.c.Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus eſt. Deſignatur etiam trãquillitas contemplationis. Silentium autem media hora,deſignat breue tempus huius vitæ. Apo.8.a.

Incredulitas Iudæorum. Ceſſantes dęmones à tentando.
Gre.ſ.1.reg.2. Hie.ſ.Iſa.15. Arno.ſ.pſ.106. Ricar.de.ſ.victo.de vitio mutabilitat.1

Silentium quietum in natiuitate Chriſti incredulitatẽ incarnationis eius apud Iudæos deſignabat.Sap.18.c.Et conticeſcentes in tenebris impij,ſunt Iudæi non confitentes Chr̃m,ſed perſiſtentes in errore.1.Reg.2.b.Sic conticuit Moab nocte.Iſa.15.a. Vbi etiam deſignantur dæmones ceſſantes à tentationibus,in cordibus vero peccatorum manentes.Silent etiam fluctus,cum ceſſant tentationes.pſ.106.Et ſilens terra eſt quies à tentationibus.1.Mach.7.g.

Quies ſctõrum poſt tentationes.
Glo.int.ſ.Exo.14. Hie.ſ.Iſa.14.

Tacere pugnante Deo.Exo.14.d.Indicat tranquillitatẽ,quę habetur in tẽtationis fine. Et ſilens terra mortuo rege Babylonis, deſignat quietẽ ſanctorum eiecto diabolo.Iſa.14.b.

Gloria cœleſtis.
Gre.4.mor.30.

Sileret homo,& dormiens ſuo ſomno requieſceret.Iob.3.b.Dum ad æternę requiem patrię ductus,quaſi ſeceſſum quendam à clamore humanæ infirmitatis inueniret.Poſt peccatum nãq; quaſi clamans vigilat,qui contentionem carnis propriæ repugnans portat.

Doctrina Chr̃i pacifica. Obedientia præceptorum.
Hie.ſ.Iſa.8.32.

Cum ſilentio vadunt aquæ Siloe.Iſa.8.b.Quia doctrina Chriſti eſt pacifica. Silentium quoq; eſt cultus iuſtitiæ.Iſa.32.b.quia fides eſt in ſilentio.Silentium autem,in quo eſt fortitudo,eſt obedientia præceptorum Dei.Iſa.30.d.

Deſolatio Iudęæ. Vanæ interpretationes Iudæorum.
Hie.ſ. Amos.8.&.ſ. Hoſe.4.

Silentium Iudææ deſolationem eius indicat. Silentium autem habent Iudæi in ſcripturis, quando dant eis varias interpretationes,nec ad ſpũs veritatẽ attingentes. Amos.8.a.Hoſe.4.b.

Ori.ſ.Mat.ho.23.

Tacere dicuntur iuſti,non obmuteſcere.Contra mali obmuteſcunt vt Sadducæi:ſed non tacent.Matth.22.d.

Silentium prudẽtis prędicatoris & chr̃i. Silentium diſcipuli.
Hie.ſ.Amos.5. Rup.ſ.Amos.5. Amb.ſ.pſ.118.ſer.2. Hie.ſ.Iſa.42.

Tacet prudens prædicator tempore malo:ne mittat margaritas ante porcos. Tacuit etiã prudens,quando Chriſtus coram perſecutoribus non aperuit os ſuum. Amos.5.c.Iob.16.a.

Tacens adoleſcens eſt prius diſcens q̃; loquatur. Tacere enim eorum eſt,qui diſcere debent. Thre.3.d.Iob.6.d.11.a.13.a.29.d.33.d.Sic tacent inſulæ ad Deum,quum,relictis idolorum ſermonibus,audiunt verbum Dei.Iſa.42.a.

Lyra.ſ.amos.6.

Tacere debent de Deo peccatores:quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Amos.6.d. Vel dicit,tace,ne videlicet dicat aliquod verbum,vnde peccator conuertatur.

Praua exempla doctorum.
Glo.ord.ſ.thre.2.

Conticuerunt ſenes,quum recta animi conſilia perierunt. Et qui debebãt docere populum, ob prauam vitam ſiluerunt.Thre.2.d.

Non inuocare Deũ. Ceſſatio voluptatũ.
Glo.int.ſ.Iere.8. Hie.ſ.Iſa.24.

Silere in ciuitate munita eſt non inuocare Deum,confidendo in terrenis auxilijs.Iere.8.e.

Conticeſcet dulcedo citharæ,quando voluptates in fine mundi ceſſabunt.Iſai.24.b.

## Silex, uide Lapis.

## Siliqua.

SIliqua eſt folliculus,ſiue integumentum leguminum grana includens;& ſi quid leguminibus eſt ſimile.

Verba inania. Carmina poetarum. Ebrietas & luxuria.
Amb.ſ.Luc.15. Hie.epiſ. Beatitud.

Siliqua intus inanis,foris mollis,ſignificare poteſt exilem virtutem inanium hominũ,verborumq; iactantiam,qui nihil prodeſſe poſſunt: ſed inani quadam philoſophiæ ſeductione animos audientium vanis phantaſijs implent:ſicut ſiliquis corpus non reficitur, ſed impletur. Talia ſunt carmina poëtarum. Siliquę etiam ſunt ebrietas & luxuria,quibus ſaturari cupiebat fili? prodigus.Lucæ.15.c.

## Silo.

SIlo,id eſt,diſſoluens,vel diſcalceãs,ſeu pax,aut abundãtia:ciuitas in tribu Ephraim ad ſeptẽtrionem Bethel: in qua primo poſt tranſitum Iordanis poſita eſt arca cum tabernaculo teſtimonij:ibiq; manſit,donec capta eſt arca à Philiſtæis. Videtur eadem cum Galgala, ſeu pars eius.Ioſu.20.a.22.b.Iudi.21.b.

Sacra ſcriptura. Populus Iudaicus.
Gre.ſ.1.reg.4. Rup.1.ſ.reg.17.

Silo vt ibi erat arca domini typus eſt ſacræ ſcripturæ.1.regum.1.a. Secundum aliquos autem interpretatur miſſus:& eſt typus legis Moſis,qui miſſus fuit ad Pharaonem.Exo.3.b.Venire autem dicitur in Silo,qui mittitur ad prædicandum.1.reg.4.a.Et deſtructio Silo eſt diſſolutio cultus legis veteris. Iere.7.c.pſ.77. Repulit tabernaculum Silo. Poteſt etiam ſignificare populum Iudaicum,vbi prius erat arca domini:ſed inde tranſlata,non eſt illuc reducta: ſed tranſijt ad gẽtes:qua ratione interpretatur abruptio,ſeu auulſio.

Auelli à terrenis.
Ori.ſ.1.reg.ho.1.

In Silo,hoc eſt,in auulſione,vel ex calceatione offert̃ ſacrificiũ dño:quia tunc offerimus ſacrificiũ acceptũ Deo,quũ auellimur à terrenis,& ſoluimus calceamenta mortalitatis.1.reg.1.a.

Glo. ordi.ſ.1.reg.1. — Obedientia Chriſti

In Silo vt interpretatur miſſus, aut miſsio, adorauit & immolauit Elcana, deſignãs Chriſtũ, qui tam viuendo, q̃; moriendo patri obediens fuit.1.reg.1.a. De quo.Philip.2.a. Factus eſt obediens patri vſq; ad mortem.

## Siloe.

Hie.ſ.Iſa.8. Epipha.1.contra hæreſiar.tom.3. — Doctrina Chriſti.

SIloe.i.miſſus, vel mittens, aut ramus, ſiue telum: nomen fontis, aut potius torrentis intra ciuitatẽ Hieruſalẽ ad radices mõtis Siõ: cui, ꝙ non aquis iugib⁹, ſed diebus certis tantũ ebulliat, piſcinæ aut natatoriæ nomẽ datũ eſt. Deſignat doctrinã Chri, quæ vadit cũ ſilentio. Iſa.8.b.

Aug.ho.43. Cyril.6.ſ. Ioan 15. Chry.ſ. Ioan.ho.56 Ori.ſ.Iſa.ho.6. Amb.3.de ſacra.2. — Chriſtus. Crux Chriſti. Apoſtoli.

Siloe.i.miſſus deſignat ipſum Chriſtum, qui miſſus eſt ad tollendam noſtram cæcitatẽ: ideo ibi illuminauit cæcũ.Ioan.9.b. Item crucem Chriſti: per quam illuminãtur oculi noſtri. Poteſt etiam ſignificare apoſtolos, & miniſtros eccleſiæ: qui mittuntur ad baptizandum.

## Simeon.

SImeon.i.audiens, vel exauditio: ſecundus filius Iacob & Liæ, qui cum fratre Leui inuaſit Sichimitas, ob ſtuprum Dinæ: qui poſtmodum ligatus fuit à Ioſeph coram fratribus ſuis.gen. 29.g.34.d.42.f. De eius tribu erant ſcribæ & Phariſæi.

Ori ſ.Ioſu.ho.14. Geor.venet.cant.2. ton.7.cap.6. Beda.ſ.gen.30. Ricar.de.ſ.victo.de 12.pſtar.9. — Obedientia. Populus chriſtianus Dolor pœnitentiæ.

Simeon vt interpretatur exauditio, in bonum ſumi poteſt, quum quis audit Deum: & in malum, quum quis audit diabolum, qui dicit: Hæc omnia tibi dabo &c. Generatur poſt Ruben, hoc eſt, poſt rectam intentionem: quia habita recta intentione, per obedientiã exequenda ſunt opere mandata Dei: qua ratione deſignat populum chriſtianum in eccleſia, qui audit legem tẽpore noui teſtamenti. Gene.29.g. Ioſue.19.a. Poteſt etiam deſignare dolorem pœnitentiæ, qui ſequitur timorem: vnde meretur exaudiri à Deo.

Ori.ſ.gen.ho.17. Amb.de bñe pſtia. 3. — Scribæ & Phariſæi. Gula.

Simeon, qui cum Leui inuaſit Sichimitas, typus eſt ſcribarũ & Phariſæorũ aduerſus Chr̄m eiuſq; diſcipulos. Vel deſignat gulam cum luxuria, quę inuadũt hoĩes ocioſos. Gen.34.d.49.a.

Ber.ſer.paruo.8. Fulgẽ.ad Traſimũ.1 — Exercẽtes opera miſericordiæ. Aetas vetuſta.

Fuit alius Simeon ſenex iuſtus & timoratus, qui geſtauit Ieſum in vlnis, deſignans exercentes opera miſericordiæ. Luc.2.d. Typus eſt etiam præſentis æui carnali ſenio iam defeſsi: qui p nouum hominem renouatur vt aquila.

## Simia.

SImia eſt animal figura proximè ad hominem accedens: quæ cauda caret: & humana opera exteriora & geſtus plurimum imitatur.

Hie.ſ.Iſa.2. — Ratiões hæreticorũ Hæretici. Philoſophi.

Simia vt imitatur hominem, falſas hæreticorum rationes ſignificare poteſt, quæ veri ſimilitudinem præ ſe ferunt: & etiam ipſos hæreticos, qui exterius ſanctos imitantur, vt decipiant: & præterea philoſophos.3.reg.10.d.

## Simila.

SImila eſt farina alba, & flos, ſeu deliciæ farinæ triticeæ, vnde delicatus conficitur cibus.

Geor.vene. canti.2. ton.3.vcap 10. — Diuina ſapientia.

Simila cocta diuinam ſapientiam ſignificare poteſt & meliorem ſortem diuinitatis, quam in Dei ſeruitio puro, mundo, atq; fideli, diuina præſtante gratia, comparamus. Leui.7.a.9.a.

Hie.ſ. Eze.16. Rup.1.ſ.Matth. — Chriſtus. Caro Chriſti.

Simila cum melle eſt perſona filij Dei, qui eſt granum frumenti factus homo: vt ſimila eſt pinguedo tritici. Simila refertur ad humanitatẽ, mel ad diuinitatem. Eze.16.c. Et ſimila frixa oleo eſt caro Chriſti à peccati labe mũdiſsima: ſed ob humanę ſalutis amorẽ, cruxis ſartagine toſta. 2.reg.6.d. Leui.6.c.

Ori.ſ.Leuit.ho.2.13. &.ſ.Eze.ho.6. Amb.1.de Abra.5. Iſyc.ſ.Leui.2.6.7. Beda.ſ.Exo.16. Rup.1.ſ.Leui.8. — Puritas. Sapientia. Litera cum ſpiritu.

Simila in ſacrificio domini miſceri ſolita, puritatem, cognitionem Dei, ſapientiam, & myſteria Chriſti, ac etiam theologiam ſignificare poteſt. Gene.18.a. Exo.29.a. Leui.2.a.5.c.6.b.7.a. 24.a. Et ſimila cum melle deſignat delicatos ſenſus ſacræ ſcripturę: vel literam cum ſenſu myſtico. Exo.16.g. Eze.16.c. Abraham offert panes ex ſimila: quia magis ſpiritualis. Lot vero ex farina: quia non ita penetrauit ſecreta. Vel ſimila eſt craſsior cognitio: farina vero ſubtilior: qualis in euangelio. Miſcetur cum oleo, nempe miſericordiæ.

Iſyc.ſ.Leui.23.24. — Cõfeſsio trinitatis. Confeſsio diuinitatis & humanitatis.

Tres decimæ ſimilæ ſignificant confeſsionem trinitatis, & etiam humanitatis Chriſti. Leuitic.14.b. Duæ vero decimæ ſimilæ, confeſsionem diuinitatis & humanitatis in Chriſto. Leuit. 23.b.24.b.

Gre.ſ.Eze.ho.12. — Mens iuſti.

Simila frixa in ſartagine eſt munda mens iuſti zelo ſancti amoris cremata. Leui.6.c.

Glo.int.ſ.gen.18. — Eccleſia. Cõis vita.

Simila præterea ipſam eccleſiam, & cõmunem vitam ſignificare poteſt. Gen.18.a. Leuit.2.a.

Iſych.ſ.Leui.5. — Leuis pœnitentia.

Simila quę offertur à non valente offerre turtures vel columbas, eſt adeò leuis pœnitentia, vt dubiũ ſit an ſufficiat: vnde nõ illi ſuperfunditur oleum, cum dubitetur, an miſericordia & cõpaſsione dignus ſit: nec ponitur thus, quum neſciatur vtrum boni odoris ſit eius oratio, quam frequenter præuaricatus eſt. Leui.5.c.

## Similis, Similitudo, Aſsimilari, Diſsimilis.

SImilia dicuntur, quæ eadem affecta ſunt qualitate: & vnum aſsimilatur alteri, quando ſimilẽ acquirit qualitatem, ſeu affectum. Diſsimilia vero contrario ſe habent modo.

Aſsimilatus



Hie.ſ.Hoſe.12.

Aſsimilat⁹ eſt deus ĩ manibus ꝓphetarũ. Hoſ.12.c. q̃a p multas ſimilitudines ſe manifeſtauit.

Aug.ſ Ioan.trac.24

Similis Moſi dicitur propheta ſuſcitandus, hoc eſt, Chriſtus: nempe ſecundum carnem, non ſecundum maieſtatem. deut.18.d.

Hie.ſ.Iſa.45.

Aſsimilauit Deus Cyrũ. Iſa.45.a. quia fecit ipſum ꝓcedere in figura Chriſti & prædicatorũ.

Verbum incarnatũ autor mundi. — Geor. venet.cant.2. tono.4.cap.3. Gre.2.mora.22.

Similitudo manus hominis in viſione Cherubim, deſignat verbum humanatũ autorẽ & operatorẽ eſſe mũdi. Eze.1.b. Similis Iob, hoc eſt, Chriſto non fuit in terra. Iob.1.b. quia ipſe Deus & homo: & filius Dei per naturam, quum alij ſint per gratiam: & ſolus ſine peccato. &c.

Glo.int.ſ.gen.1.

Similitudo Dei in homine eſt ſecũdum mores & charitatem: erit autem principaliter in gloria. Gene.1.c.1. Ioan.3.a.

Imitatio Chriſti. Fides. — Hie.ſ.Iſa.44.

Similitudo hominis in aĩalibus deſignat imitationem Chriſti, quam habebant euãgeliſtę, & alij ſancti. Eze.1.b. Aſsimilari etiã dicitur in noĩe Iſrael, qui vere eſt Iſraelita per fidẽ. Iſa.44.a.

Imitatio cœleſtium — Glo.ord.ſ. Exo.25.

Similitudo tabernaculi, vel ſanctuarij, quam oſtendit Deus Moſi. Exo.25.a. eſt imitatio cœleſtium ciuium in charitate Dei & proximi.

Cõuerſio Iudæorũ in fine mundi. — Glo.ord.ſ.Exo.4.

Similis facta caro manus Moſis carni reliquæ, quum prius eſſet leproſa. Exo.4.b. Deſignat Iſrael prius infidelitate affectũ, in fine mũdi ad fidem conuerſum, cũ vniuerſa eccleſia ſaluandũ.

Glo.ordi.ſ. Exo.16.

Similitudo pruinæ in manna. Exo.16.c. Ad Chriſtum refertur, quem ſignificat pruina.

Similitudo virtutũ — Glo.int.ſ.Exo.26.

Similis iunctura tabularum tabernaculi, ſimiles virtutes fidelium, præcipuè autem fidem, ſpẽ, & charitatem, deſignat. Exo.26.e.

Figurę veteris teſtamẽti. Miniſteria angelorum. Cõcordia vtriuſq; teſtamẽti. — Ori.ſ.canti.ho.2. Aug.1.de trint.8. Gre.1.Eze.ho.6.

Similitudines auri, ſunt figuræ veteris teſtamenti: & etiam parabolę: & exempla, quæ proponuntur incipientibus. Item miniſteria angelorũ in eccleſia. Canti.1.c. Similitudo autem vna rotarum. Eze.1.d. Deſignat concordiam veteris ac noui teſtamenti, & partium eorum.

Amb.ſ.Roma.8. Gre.24.mor.2.3.

Similitudo carnis peccati dicitur fuiſſe in Chriſto, & non caro peccati. Roma.8.a. quia cum eadem ſit caro Chriſti, quæ & noſtra, non tamẽ ita facta eſt in vtero, & nata, ſicut caro noſtra: ideo non fuit caro peccati. Vnum autem de ſimilibus dicitur loqui Chriſtus. Iob.33.c. quia per hoc, ꝙ factus eſt ſimilis nobis, interpellat pro nobis.

Peccator reſipiſcẽs. — Arn.& Hil.ſ.pſ.142

Similis eſt deſcendentibus in lacum, qui peccauit, ſed reſipiſcit. Vel eſt ſimilis ijs, qui ſunt in periculo deſcendendi in infernum. pſ.142.

Quatuor genera creaturarum. — Hie.ſ.Eze.1.

Similitudo quatuor animalium, deſignat quatuor genera creaturarũ: cœleſtium, terreſtriũ, infernorum, & ſuper cœleſtium. Et horum vna eſt ſimilitudo hominis: vt omnia in mundo rationabilia demonſtrentur. Eze.1.a.

Hie.ſ.Eze.1. Gre.ſ.Eze.ho.8.

Similitudo gloriæ domini erat, quam vidit Ezechiel: vt declaretur ipſum non vidiſſe gloriã domini in propria ſpecie. Eze.1.g.

Memoria peccatorũ — Gre.ſ.1.reg.6.

Similitudo anorum, 1.reg.6.a. eſt memoria turpitudinis peccatorum in reſipiſcentibus: q̃ iam eſt ſine fœtore, quãdo dolorẽ habent de peccatis. Idẽ deſignabunt ſimilitudines murium.

Hie.ſ.Iob.39.

Similis dicitur eſſe penna ſtruthionis pennis herodij & accipitris. Iob.39.b. quia eccleſia eandem naturam habet, quam mali & rapaces: ſed non vtitur ad malum.

Simulatio dæmonũ & hæreticorum. — Glo.ord.ſ.exo.7. Aug.ſ.apo.ho.7. Hie.ſ.pſ.143.

Similiter facientes malefici ſigna, vt fecerat Moſes, Exo.7.b. Deſignant dæmones aut hæreticos transfigurantes ſe in angelos lucis. Ita ſimiles auro dicuntur coronæ hæreticorum & dæmonũ. Apo.9.b. quia imitant eccleſiam, in qua ſunt coronæ aureæ. Vt ſimilitudo tẽpli dicunt ornatæ filiæ hæreticorũ. pſ.143. quia non habent veram eccleſiã, ſed ſimilitudinem eccleſiæ.

Glo.ord.ſ. Exo.20.

Similitudo ĩ cœlo vel in terra, vel in aquis, deſignat ſuperbiã, auaritiã, & libidinẽ. Exo.20.a.

Superbia. — Glo.int.ſ.Exo.30.

Similẽ cõpoſitionẽ facere ei, quod offert Deo, eſt aſſumere ſibi honorẽ diuinũ. Exod.30.d.

Glo.ord ſ.pſ.48.

Similis fit homo iumentis peccando: quia videtur carere ratione. pſ.48. Similis etiam eſt homo vanitati: quia præterit ex parte corporis. pſ.143.

Hie.ſ.Iſa.14.&.ſ.Ezech.28.

Similis altiſsimo dicitur Lucifer. Iſai.14.d. quia vt Deus habet apoſtolos & ꝓphetas: ita ipſe pſeudapoſtolos & pſeudoprophetas. Idem dicebatur ſignaculum ſimilitudinis Dei ante peccatum. Ezechie.28.c. Similis autem dicitur effectus Lucifer alijs: quia ſimiliter cõdemnatus eſt à Deo. Iſaiæ.14.c.

Glo.int.ſ.Iſa.36.

Similem terram terræ promiſsionis promittebat Rapſaces Iudęis, ſi & aſſentirentur: quũ tamen ſimilis inueniri non poſsit: deſignans diabolum, quando dixit: Eritis ſicut dij. Iſa.36.d.

Vitia in anima. — Hie.ſ.Eze.8.

Similitudo reptilium & animalium in parietibus templi. Eze.8.d. deſignat vitia in anima.

Hie.ſ.Eze.31.

Non eſt aſsimilatum lignum paradiſi cedro: quia angeli non ſe per ſuperbiam extulerunt, vt Lucifer. Ezechi.31.c.

Lyra.ſ.Iere.23.

Diſsimilis dicitur fortitudo malorum prophetarum, patribus videlicet antiquis: qui confidebant in domino, non in mendacijs. Iere.23.c.

## Simon.

SImon.i.audiens, vel obediens: nomen eſt multorum.

Prædicator. — Glo.ord.ſ.1.Mac.2.

Simon frater Iudæ Machabæi, qui inſtitutus eſt à patre princeps conſilij: typus eſt prædicatoris, qui debet ea conſulere, quæ ſunt ad Deum. 1.Macha.2.g.5.b.

Princeps hui⁹ mũdi — Ori.ſ.canti.ho.1.& ſ.Matth.cap.16.

Simon leproſus, cuius domus impleta eſt odore vnguenti, typus eſt principis huius mundi: in cuius

Hie.ſ.Mar.14. Amb.ſ.Luc.7.

in cuius domum ingreſſus Chriſtus,eam odore doctrinæ & gratiæ repleuit.Mat.26.a.Mar.14.a.Ioan.12.a.Vel deſignat ipſum mundum prius infidelem,poſtea vero fidelem.Poteſt etiam ſignificare populum Iudaicum:& legem.

Mundus. Populus Iudaicus. Lex.

Amb.ſ.epiſt.29.

Simon qui iudicauit Magdalenam, & etiam ipſum Chriſtum,typus eſt ſynagogæ iudicãtis & condemnantis Chriſtum & eccleſiam.Luc.7.f.

Synagoga.

Ori.ſ.Mat.ho.35. Hila.ſ.Mat.cão.35. Hie.ſ.Aglaſiæ.

Simon Cyrenæus,qui portauit crucem poſt Chriſtum,deſignare poteſt gentilem populum, qui Chriſti crucem amplexus eſt.Deſignat etiam obedientes.Mat.27.b.Mar.15.b.

Gentiles. Obedientes.

Hie.ſ.Mar.15. Greg.8.mora.30.& ho.32.

Vt autem portauit crucem in angaria,deſignat eum,qui laborat pro laude humana.Cogunt enim homines laudantes ad hunc laborem,ad quem non cogit timor & dilectio Dei. Crucem enim in angaria portat,qui quaſi ad preceptum domini carnem domat,ſed tamen ſpirituale̅ patriam non amat.Vnde & Simon idem crucem portat,ſed nequaq̃; moritur,quia omnis hypocrita corpus quidem per abſtinentiam afficit:ſed tamen per amorem gloriæ mundo viuit.

Hypocrita.

## Simplex.

SImplex dicitur,quod non habet multiplicitatem,ſeu multarum rerum compoſitione̅:& ſimplex homo,qui verus eſt & ſyncerus:& ſimplex cibus,qui purus eſt,& non affectatus.

Beda.ſ.gen.25.

Simplicitas Iacob vnitatem hominis ſpiritualis nequaq̃; in diuerſa diffuſi:& bonam ac ſynceram voluntatem ſignificat:& etiam populum gentium.Gene.25.d.Et ſimplices vt columbæ, ſunt minime fallaces.Matt.10.6.Iob.8.d.9.c.12.a.21.a.33.a.

Spiritualis homo. Gentilis populus.

Gre.1.mora.10.27.

Simplex Iob deſignat eum,qui ſimpliciter ſe habet in operibus,quæ agit. Deſignat etiam ipſum Chriſtum vere manſuetum.Iob.1.a.

Simpliciter operans Chriſtus.

Aug.2.ſerm.domini in monte.

Simplex oculus rectam intentionem ſignificare ſolet:per quam totũ corpus operum illuſtratur.Matthæ.6.c.

Recta intentio.

## Simulacrum, uide Imago. Simulare, uide Fingere.

## Sin, Sinai.

Ori.ſ.Exo.ho.11.& ſ.num.ho.27.

SIn.i.rubus,vel odium,vel tẽtatio : octaua manſio filiorum Iſrael in deſerto:quo peruenerũt de Elim,vel de mari.Inde autem venitur in Raphidim: quia qui reſiſtit tentationi, venit ad cõſolationes.Vnde ibi videtur Deus,& loquitur: ſed eſt ibi tentatio:quia Satanas trãſfigurat ſe in angelum lucis.Exod.17.a.Num.33.b.Scribitur autem per çamach.

Sin,hoc eſt,rubus, vel odium ſignum eſſe poteſt paſsionis & reſurrectionis Chriſti:ideo eſt octaua manſio:& ibi patimur odium,& inimicitias infidelium.Exo.16.a.

Paſsio & reſurrectio Chriſti.

Aug.q.in deut.56. Iſych.ſ.Leui.7.

Sina,hoc eſt,tentatio,eſt vnde venit dominus : quia per paſsionem & tentationem venit ad nos.Deutero.33.a.Similis eſt autem rubo tentatio: aſperum quippe virgultum eſt,& quod difficile manu comprehenditur: ſignificatur autem per hunc , quia quemadmodum eorum , qui in agone contendunt,corona in ſudore & labore eſt : Sic & corona vitæ in tentationibus & tribulationibus conſummatur.Leui.7.d.

Labores & tentationes.

Hie.de manſio.&.ſ.ps.67. Aug.ſ.ps.67.

Sinai,hoc eſt,rubi eſt mons vbi data eſt lex:& deſignat ipſam legem & remiſsionem,& etiã multitudinem fidelium:& vt dicitur tentatio,deſignat ſanctos tẽtatos,in quibus habitat Deus. ps.67.Deſignat etiam carnales & terrenos,& ſynagogam.Exo.19.a.24.d.Leui.7.d.

Lex. Remiſsio. Multitudo fidelium Carnales. Synagoa.

Amb.ſ.ps.118.ſer.19

Moſes exiſtẽs in vertice Sina,deſignat perfectũ ſuperare tẽtationes,quibus populus ſubijcit.

Perfectio.

Hie.de manſio. Aug.ſ.ps.67. Ori.ſ.Ioſu.ho.19.

Sin per çadic trigeſima tertia manſio filiorum Iſrael:& interpretatur mãdatum: dicitur etiã Cades,hoc eſt mutata , quia ibi notatur veteris legis in nouam mutatio.Eſtq; terminus Iudçæ Sic accipit Auguſtinus ſup.ps.67. & ſecundum eum interpretatur menſura: & deſignat menſuram,quã Deus dat vnicuiq; ſecundum menſuram doinationis Chriſti. Sina quoq; eſt finis Iudææ:quia per tentationes venitur ad perfectionem.Ioſue.15.d.

Ori.ſ.nu.ho.13.

E Raphidim quoq; peruenitur in Sina, vbi data eſt lex:quia quum anima eſt laudabilis iudicij,capax eſt ſecretorum cœleſtium.Rurſum quoq; poſt Aſiongaber venitur ad Sin:vt ſit trigeſima tertia manſio:quia ſemper fit reuerſio ad tentationes.Nume.33.d.

Geor.venet.canti.1. ton.7.cap.35.

Sina in quã data eſt lex dicitur coniuncta eſſe ei,quæ nunc eſt Hieruſalem.Galat.4.d. Non loco,ſed quia lex ſeruitutis ſignata per Sina ſeruata fuit in Hieruſalem inferiori : vnde eodem iugo ſeruitutis vterq; locus premebatur : quouſq; deſcẽderet illa noua Hieruſalem de ſurſum libera,quæ eſt mater noſtra.

## Sinapis.

SInapis eſt herba,ſeu ſemen,condimentum præſtans epulis.Ipſum autem ſemen tritum & cõtuſum tanta eſt acrimonia,vt lachrymas excitet cõedẽti:habet vim inciſiuam bilis, & etiam phlegmatis,& contra venena.

Hila.ſ.Matt cão.17. Amb.ſ.Luc.13.

Granum ſinapis ſignificare ſolet Chriſtum, qui contritus per paſsionem exeruit virtutem in ſe latentem.Mat.13.c.Marc.4.c.Luc.13.d.

Chriſtus.

Gre.prolo. mor.4.

Sinapis ſignificat etiam martyres & ſanctos viros. Vt enim ſinapis niſi conteratur, nequaq̃;

Martyres.





Sancti.

vis virtutis eius agnoſcitur:nam non contrita lenis eſt,ſi vero conteratur inardeſcit,& quod in ſe acerrimum latebat oſtendit:Ita vir ſanctus tribulatione contritus clareſcit.

Fides. Humilitas fidei.

Granum ſinapis non vnam ſimilitudinem tenet, regni cœlorũ & habitatiõis auium in ramis ſuis : ſed habet aliam ſimilitudinem vel imagine̅ perfectionis fidei: & vltimus eius vſus eſt iſte, qui habetur apud homines in miniſterio corporali.Mat.17.e.Vt autem ſinapis expellit venena, ſic humilitas fidei vitia.Et vt ſinapis facit plorare,ſed purgat, ſic feruẽs fides,de qua Ioan.16.d. Plorabitis & flebitis vos. Diminuit aũt ſinapis bilem,hoc eſt iram:& incidit phlegma,hoc eſt, faſtum & ſuperbiã. Alias autem teritur fides. Alias premitur . Alias ſeminatur:ſed trita ſpargit odorem,vt in martyribus.Fides autem vt granum ſinapis transfert montes.Luc.17.b.

Ori.ſ.cantic.ho.3 & ſ.Mat.ho.4. Aug.1.q in euan.11. 22.& d ſanctis.ſer.31. Amb.ſer.2. Cle.Ale.1.pæda.11. Hie.ſ.Mat.13.

Prædicatio euangelij.

Sinapis granum prædicationem euangelij ſignificare poteſt: quæ minima eſt omnium diſciplinarum.Ad primam enim doctrinam fidem non habet veritatis, hominem Deum mortuum, ſcandalum crucis prædicans.Confer huiuſcemodi doctrinam dogmatibus philoſophorum,& libris eorum,& ſplendori eloquentiæ,& compoſitioni ſermonum:& videbis quanto minor ſit cæteris ſeminibus ſementis euangelij. Sed ille cum creuerit, nihil mordax,nihil viuidum,nihil vitale demonſtrat:ſed totum flaccidũ, marcidumq; ebullit in olera & herbas, quæ cito areſcũt & corruunt.Hæc autem prædicatio parua in principio, cum ſata fuerit in anima credentis, vel in toto mundo,creſcit in arborem.Matth.13.b.d.

Hie.ſ.Mat.13.

## Sindon.

SIndon eſt velum ſubtiliſsimum ex lino confectum.

Eccleſia ex gentib'

Sindon munda,qua inuolutus eſt Chriſtus , ſignificare poteſt eccleſiã gentiũ in fide Chriſti per apoſtolos collectam.Mat.27.g.

Hila.ſ.Mat.cã.vlti. Amb.ſ.Luc.23.

Prædicatio.

Sindon,quam fecit mulier fortis, eſt ſubtilis ſanctæ prædicationis textura, quæ eſt in eccleſia.Prouerbio.31.d.

Gre.33 mor.22. Beda.ſ.pro.31.

Conuerſatio bona

Sindon,qua veſtitus erat adoleſcens,qui Chriſtum ſequebatur,bonam conuerſationem ſignificare poteſt.Mar.14.e.Ita ſindone munda inuoluitur Chriſtus: vt deſignetur nil immũdiciæ debere afferre eum,qui Chriſto conſepelitur.Mat.27.g.Mar.15.d.

Gre.ſ.1.reg.15. Ori.ſ.Roma.6.

## Sinere, uide Permittere.

## Singuli, Singularis.

SInguli dicuntur vnuſquiſq; per ſe,hoc eſt, ſeparatim ab alijs: vnde ſingulare dicitur,quod eſt vnicum.

Frequentatio doctrinæ percipiendæ.

Singulis diebus colligentes ſinguli Man.Exo.16.e.deſignant frequentationem in diuinæ doctrinæ perceptione faciendam.Debet autem vnuſquiſq; colligere,quod ſibi ſufficiat.

Glo.ord.ſ.Exo.16.

Frequentatio orationum.

Singulis diebus offerre ſacrificium,eſt frequentare orationes & laudes Dei.Exo.29.g.Leui.6.b.ps.144.Per ſingulos autem datur æqua menſura ſacrificij. Leuiti.7.b.quia ſimiliter accipit Deus orationem & bonam deuotionem pauperis & diuitis,ſimplicis & ſapientis.

Lyra.ſ.Exo.29. Glo.int.ſ.Leui.7.

Opera bona ſingulorum.

Singuli dare iubentur pretium.Exo.30.b.quia ſinguli electi ſedulo ſeruire debent in operibus bonis.Ad hæc pertinere poteſt ſingulorum ſacrificium.Leui.9.a.

Glo.ordi.ſ.Exo.30

Pro ſingulis virtutibus orandum.

Per ſingulos filios offerebat Iob holocauſta.Iob.1.a.Vt deſignetur pro vnaquaq; virtute hoſtiam precis immolandam: ne ſapientia eleuet: ne intellectus dum ſubtiliter currit , aberret:ne conſilium,dum ſe multiplicat,confundat:ne fortitudo,dum fiduciam præbet,præcipitet:ne ſciẽtia,dum nouit,& non diligit, inflet: ne pietas dum ſe extra rectitudine̅ inclinat, intorqueat: ne timor dum plus iuſto trepidat,in deſperationis foueam mergat.

Gre.1.mor.35.

Separari à malis. Solitudo Chriſti in paſsione.

Singulariter exiſtere dicitur,qui ſeparatur à malis,vt pœnitentiam agat.ps.140.Singulariter etiam fuit Chriſtus in tribulationibus , donec tranſiret ex hoc mundo ad patrem : poſt quem tranſitum ſecuti ſunt eum martyres.

Hie.ſ.ps.140. Aug.ſ.ps.59.140.

Dona apoſtolorum

Singulorum filiorum Iſrael nomina inſcripta erant ſingulis lapidibus. Exo.28.d.vt deſignarent ſingulos apoſtolos peculiares gratias habentes.

Superbus. Diabolus. Titus imperator.

Singularis ferus,qui depaſtus eſt vineam domini.ps.79.Eſt ſuperbus:aut diabolus:aut Titus imperator,qui exterminauit Hieruſalem.

Euch.q.in pſal.

## Singultus, uide Flere.

## Siniſtra, Læua.

SIniſtra manus , quæ & læua dicitur , eſt velut contraria dexteræ: & infirmior ac ignobilior habetur.Siniſtra quoq; dicitur ea pars,quæ verſus manum ſiniſtram vergit : & fere ſiniſtrum in malum ſumitur.

Memoria bona. Diſpẽſatio incarnationis & merita paſſionis.

Siniſtra quandoq; ſignificat minora bona:vt quum Læua ſponſi dicitur eſſe ſub capite . Canticorum. 2. a. Hoc eſt , diſpenſatio incarnationis & paſsionis eſt ſub capite , nempe ſub fide. In ſiniſtra quoq; eius ſunt diuitiæ & gloria.Pro.3.c.Diuitiæ quidem,hoc eſt, merita paſsionis

Ori.ſ.cant.ho.2.3. Ber.ſer.4.oium ſctorũ & de dilig.deo.1.

Beda ſ. pro. 3.

Chriſti: gloria vero, de qua ipſe Chriſtus dixit: Pater clarifica filium tuum. Ad ſiniſtram quoq; pertinet recordatio illius charitatis: qua nulla maior eſt, ꝙ animã ſuã poſuit pro amicis ſuis. In ſiniſtra quoq; ſapientiæ ſunt diuitiæ & gloria: vt diuitiæ accipiantur illæ, quæ in pręſenti ſcientia ſunt: & gloria ſit ea, quam accipit is, per cuius opera Deus glorificatur in gentibus. Læua etiam ſignificat comminationes diuinas peccatori timorem inferẽtes: quæ tunc eſt ſupra caput, quum quis timore operatur: tunc vero ſub capite, quum non timore, ſed amore bene agit Eadem ratione ſiniſtra Dei dicitur virtus eius punitiua.

Ber. ſ. cant. ſer. 51. Ori. Roma. 1. — Comminationes diuinæ. Vis punitiua Dei.

Gre. ſ. 1. reg. 14. & 3. naſto. admo. 27. Amb. ſ. pſ. 118. ſer. 14 Ori. ſ. Mat. ho. 17. Augu. ſ. pſ. 120. & 2. ſer. dñi in mont. — Vita præſens. Temporalia bona. Appetitus laudis.

Siniſtra quoq; dici poteſt vita præſens. Mat. 6. a. Et lęua ſub capite eſt quies huius vitæ. Canti. 2. a. 8. a. Poteſt etiam ſignificare ſenſibilia & temporalia bona. Matt. 20. c. Sunt autem ſub capite, quando deſpiciuntur, & ſolum neceſsitate ſumuntur. Vbi etiam poteſt ſiniſtra ſignificare appetitum laudis, & commodi temporalis.

Cyril. 12. ſ. Ioan. 62. — Lex vetus.

Siniſtra erat in lege, in qua non capiebantur piſces: ideo Chriſtus iuſſit mitti rete ad dexterã in noua lege. Ioan. 21. b.

Hie. ſ. Eze. 1. Gre. ſ. Eze. ho. 4. — Ceſſatio veteris ſacerdotij. Paſsio Chriſti.

A ſiniſtris animalium erat facies vituli. Ezec. 1. c. Quia ſignabatur ceſſaturum eſſe ſacerdotiũ vetus, & in nouum tranſiturum. Vel quia in ſiniſtra ſunt triſtia, ponitur vitulus indicans paſsionem Chriſti in ſiniſtra.

Arno. ſ. pſ. 9. — Liberum arbitrium

Siniſtra quãdoq; ſignificare poteſt liberum arbitrium. pſ. 90. vbi non nominatur ſiniſtra: ſed ſolum latus. Cadent à latere tuo mille.

Gre. ſ. 1. reg. 6. & 16. mora. 16. Hie. ſ. Iſa. 30. Ori. ſ. Eze. ho. 9. — Nimia carnis indulgentia. Peccata per defectũ.

Siniſtra præterea dici poteſt carnis indulgentia. 1. Reg. 6. c. Item peccata per defectum commiſſa. Iſa. 30. e. Vnde in ſiniſtra dicitur eſſe cor ſtulti. Eccl'tę. 10. a. Et ad ſiniſtram ire eſt peccatorum delectationibus conſentire. Iob. 23. b. Siniſtrum latus Ezechielis, deſignabat iniquitates Iſrael. Eze. 4. a. Vnde à ſiniſtris Hieruſalẽ dicitur eſſe Samaria, quaſi non ſint ita opere perpetrata peccata Hieruſalem, vt Samariæ. Eze. 16. f.

Glo. int. ſ. gen. 13. Ori. ſ. Mat. ho. 34. Geor. venet. cant. 1. tono. cap. 6. Hie. ſ. Iſa. 9. — Aduerſitates. Locus malorum. Hęreticorũ errores

Siniſtra ſæpe aduerſitates & incõmoda ſignificat. Gen. 13. b. 24. f. 48. c. Exo. 14. e. Leui. 14. c.

Siniſtra quoq; eſt locus malorum, qui à ſiniſtris ſtatuendi ſunt. Matth. 25. c. In hac ſiniſtra, q̃ eſt ſiniſtra nauigij, eſt timor, terror, cõminatio, iuſtitia ſeuera, punitio, & ſimilia.

Siniſtra p̃terea deſignat errores hæreticorũ: nã veritas ad dexterã pertinet. Iſa. 9. d. Eze. 39. a.

## *Sinopis.*

Hie. ſ. Iere. 22. — Paſsio Chriſti.

SInopis eſt rubricæ genus excellentiſsimum: poteſt eſſe typus paſsionis Chriſti. Iere. 22. d.

## *Sinus.*

SInus dicitur illa pars, quę eſt intra pectoris brachiorumq; complexum: vnde & ſinus veſtiũ eſt laxitas illa in tunicis ſupra cincturam. Hinc etiam ſinus dicuntur littora curua, ad ſimilitudinem ſinus, & quaſi brachijs mare amplectentia.

Cyril. 1. ſ. Ioan. 22. Chry. ſ. Ioan. ho. 14. Rup. 2. ſ. Ioan. Victo. adue. Ariũ. 4 Gre. Nyſſe. de vita Moſis. Cyril. de incar. vnigenit. 15. Hie. ſ. pſ. 73. Aug. ſ. pſ. 73. — Eſſentia patris. Dilectio. Cura ſeu conſeruatio Dei. Sanctuarium Dei.

Sinus Dei patris, in quo erat vnigenitus. Ioan. 1. b. dicit eſſentiam patris: & dilectionem, quæ eſt in patre. Eſt etiam Chriſtus in ſinu patris. i. in ſumma diligentia, cura & cuſtodia diligentiſſima Dei patris. Victorinus ait κόλπον melius transferri gremiũ, q̃; ſinum. Sinus Moſis, vbi abſcondit manum ſignificat etiam ipſum Deum patrem, ſeu eius eſſentiam, & etiam conuerſationem: in qua eſt manus, hoc eſt, filius. Exo. 4. a. Sinus etiam Dei dici poteſt ſanctuarium eius vbi Deus fouet ſuos. Sicut enim paſtor gregem ſuum fouet, & fœtus in ſinu portat: ſic dñs plebem ſuam vegetat. Iſa. 40. c. Et tunc ab hoc ſinu inſpectionem vel potentiã ſuam auertit, quum peccauerimus ei ſicut abiecit populum Iſrael tanq̃; mannm leproſam. pſ. 73.

Aug. ſ. pſ. 34. — Diuinitas Chriſti.

Sinus Chriſti, in quo ſeius oratio cõuertebatur, eſt eius diuinitas, ad quam intra ſe orabat humanitas. Pſalm. 34.

Hie. ſ. Iſa. 65. Cyril. 1. ſ. Ioan. 22. Glo. ordi. ſ. gen. 16. — Paſsio Chriſti. Amor Chriſti. Futura requies. Honor Iudæorũ.

Sinus ĩ quo portauit Chrs agnos, paſsionẽ eius, vel affectũ amoris ſignificare poteſt. Iſa. 40. c.

Sinus Abrahæ, in quo erat Lazarus. Luc. 16. f. ſignificat futurã requiem: dicitur autẽ fuiſſe in ſinu Abrahæ: quia collocatus eſt cũ filijs Abrahę, qui pater multarũ gentiũ eſt à Deo cõſtitut⁹.

Sinus Abrahę, cui tradita eſt ãcilla. gen. 16. b. eſt honor dat' populo Iudęorũ, vnde ſupbiuit.

Hie. ſ. Iſa. 65. Gre. 14. moral. 33. & 16. moral. 17. & 22. mora. 14. Aug. ſ. pſ. 78. 88. Lyra. ſ. Eze. 43. — Conſcientia. Mens. Affectus amoris. Delitiæ diaboli.

Sinus interdum ſignificat conſcientiam, aut mentẽ, ſiue cor, aut principale animæ. pſ. 34. 78. 88. 128. Pro. 5. d. 6. d. Et ſinus, vbi quieſcit vxor, eſt affectus amoris. Deut. 28. f. Eccl'i. 9. a. Et ſinus altaris cubiti vnius eſt ipſa mens. Exo. 43. d. Iob. 19. d. 23. c. 31. d. In ſinu redditur retributio, quando nondum eſt manifeſta.

Sinus terræ in circuitu altaris. Eze. 43. d. erat fundamentum altaris proxime adhærẽs terræ.

Sinus viri pauperis, in quo quieſcebat ouis. 2. Reg. 12. a. Delicias diaboli ſignificare poteſt.

## *Sion.*

SIon. i. ſpecula, aut ſiccitas, vel aceruus, aut tumulus. Mons in Heeruſalem, vbi erat arx à Dauide conſtructa: quæ & ciuitas Dauid dicta eſt.

Hie. ſ. Iſa. 22. 49. Arno. ſ. pſ. 47. Aug. ſ. pſ. 9. 77. Gre. ſ. pſ. 50. Rup. 9. ſ. apoca. — Eccleſia militans.

Sion ſæpe ſignificare ſolet eccleſiã militantẽ. pſ. 2. 9. 47. 50. 64. 67. 73. 77. 83. 86. 96. 98. 109. 124. 125. 127. 131. 132. Iſa. 12. 14. g. 18. d. 23. d. 29. c. 30. d. 31. c. 33. a. 41. g. 49. d. 51. a. 52. b. 60. d. 62. a. Ie 3. e. 4. b. 8. g. 30. c. 31. a. Amos. 1. a. 6. a. Ioel. 2. a. g. Mic. 3. d. Soph. 3. c. Zac. 1. c. 2. b. Hebr. 12. f. Refert

autem



autem Sion ad eccleſiam militantem, in qua eſt ſpeculatio: Hieruſalem vero ad triumphante, in qua eſt viſio pacis. Apo. 14. a.

Eccleſia triumphans — Ori. ſ. gen. ho. 3 & ſ. Eze. ho. 9. & ſ. Mat. ho. 4. Arno. ſ. pſ. 2. Hila. ſ. pſ. 9. Hiero. Dardano. & ſ. Iſa. 8.

Sion etiam frequenter ſignificat eccleſiam cœleſtem & triumphantem. pſalm. 2. 9. 47. 50. 69. 74. 82. 86. 87. 123. 131. 101. 127. 132. 133. 136. 136. 145. 147. Iſa. 8. d. 24. d. 33. d. 35. d. Iere. 50. a. Mich. 4. c. Zach. 9. c. Matth. 21. a. Ioan. 12. b. Ioel. 3. d. Ibi enim eſt verã ſpeculatio, vbi Deus videtur facie ad faciem: in quo etiam beati vident & contemplantur omnia, tanquàm in nitidiſsimo ſpeculo. Geor. vene. cant. 1. toni. 7. cap. 9 33. Aug. ſ. pſ. 64. 86.

Caro Chriſti. — Hila. ſ. pſ. 52.

Sion quandoq; carnem Chriſti ſignificare poteſt. pſal. 52. Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael? pſal. 68. Quoniam Deus ſaluam faciet Sion.

Virgo Maria. Spũales vires. Anima. — Arno. ſ. pſ. 64. Chryſ. de verb. Gaude & lætare Sion.

Sion præterea in multis locis beatam virginem Mariam ſignificare poteſt. Item ſpirituales viros, & diuina contemplantes. Item ipſam animam, cuius eſt vis ſpeculatiua. pſal. 64. 75. 98. 135. Iſa. 62. a. 64. d. Thre. 1. b. 4. b. Zach. 2. b. 8. a.

Perfectio virtutum. — Hiero. ſ. Zach. 2. Hiero. ſ. Iſa. 51.

Deſignat etiã Sion culmen ſeu perfectionem virtutum. Iſa. 51. d. Venient in Sion laudantes.

Synagoga. Lex Dei. — Hiero. ſ. Iſa. 1. Ori. ſ. Nun. ho. 15.

Sion quandoq; ſumitur pro Iudæis, & pro ſynagoga. pſal. 125. In conuertendo dominus captiuitatem Sion. Iſa. 1. g. 33. b. 40. b. Poteſt etiam quandoq; ſignificare legem Dei.

## *Siren.*

SIren eſt monſtrum marinum, dictum à retinendo, vel catena Græcè: eo quòd libidinis vinculum ſirenes fuerint.

Dæmones. Hæretici. — Hiero. ſ. Iſa. 13.

Sirenes. Iſa. 13. d. ſignificare poſſunt dæmones, aut hæreticos blandientes ſimplicibus, vt eos in errorem inducant, ac deuorent.

## *Siſara.*

Animalis homo. Dæmones. — Ori. ſ. Iudi. ho. Amb. de viduis. Rup. ſ. Iudi. 6.

SIſara, id eſt, hirundinem videns, aut tineam vel equum videns, vel viſio equi.: fuit dux regis Iabin aduerſus filios Iſrael. Typus eſſe poteſt animalis hominis, qui dux eſt Iabin, hoc eſt, diaboli. Iudi. 3. a. pſal. 82. Vel deſignat aduerſarias poteſtates Lucifero ſeruientes: vel ipſum Luciferum, qui eſt equi viſio: quia omne ſublime videt: & eſt dux Iabin, hoc eſt, intelligentiæ: quia videtur ſibi eſſe Cherub, id eſt, plenitudo ſcientiæ.

## *Siſtere.*

SIſtere eſt ſtare facere, ſeu retinere: & quandoq; pręſentare, & quaſi pręſentiam corporis exhibere.

Lyra. ſ. Luc. 2.

Siſtere Chriſtum domino. Luc. 2. d. eſt offerre, & conſecrare, ipſum domino. Siſtitur autem circuncifus: vt deſignetur neminem offerendum coram domino, qui non circunciſus ſit ab omni vitio.

## *Siſtrum.*

SIſtrum eſt muſicum inſtrumentum, hoc eſt, cornu recuruum. 1. Reg. 18. b. 2. Reg. 6. a.

## *Sitarchia, uide Saccus.*

## *Sitire, Sitis.*

SItire eſt potum appetere, aut ſiti laborare. Sitis autem eſt vehemens appetitus potus. Sitire etiam eſt vehementer deſiderare: & ſitis eſt ipſe appetitus. Sitis etiam eſt egeſtas. Nehe. 9. d. aquam dediſti eis in ſiti.

Cupiens Chriſtus ſalutem hominum. — Aug. ſ. pſ. 61. 68.

Sitis Chriſti erat appetitus ſalutis generis humani: cuius gratia omnes patiebatur dolores. pſalm. 61. 68.

Deſiderium Dei. Feruor charitatis Amor opũ iuſtitiæ. — Hila. ſ. pſ. 61. 62. Aug. ſ. pſ. 40. 62.

Sitiunt Deum, qui eius præſentiam deſiderant, & feruent charitate: ſitit etiam caro ad Deũ, dum diſciplinis imbuitur. Et ſitit in Deo, qui ſolum habet deſiderium Dei. Sitis autem eſt in peregrinatione, ſitis in curſu. pſal. 40. 62. Sitis quoq; iuſtitiæ eſt vehemens voluntas ad opera iuſtitiæ. Matth. 5. a. pſal. 61.

Defect' gratię & myſteriorum. — Ori. ſ. Exo. ho. 11. Aug. ſ. pſ. 106. Ori. i. Iſa. 48.

Sitis interdum eſt carentia gratiæ: & ſitiens populus, defectum gratiæ in Iudæis deſignabat. Exo. 17. a. Et ſitis aquæ eſt ſitis myſteriorum legis. Hoſe. 2. a. Sitis quoq; Iſmael erat ſitis Iudęorum ſub lege. Gen. 21. b. Sitiunt Iudæi & hæretici in erroribus, nullam habentes ſpiritualẽ purificationem. Iſa. 29. c. 65. c. pſalm. 16. Non ſitiunt autem in deſerto, qui in hac vita habuerunt fluenta gratiæ. Iſa. 48. d.

Fatigatio laborum. Lugere. — Hiero. ſ. Iere. 2. Aug. ſ. Ioan. trac. 22.

Sitis interdum eſt fatigatio laborum in tentationibus, & tribulationibus: vnde lugentes ſitire dicuntur. Iſa. 32. a. 49. c. Iere. 2. c. Hi ſitientes venire debent ad Chriſtum: ne deficiant à pręceptis Dei. Ioan. 7. f. Vbi etiam ſitis eſt appetitus cognoſcendi & amandi Deum.

Virgo Maria. Gentiles. — Hiero. ſ. Iſa. 53. Hiero. ſ. Iſa. 35. Gre. 6. mo. 4.

Sitiens terra dicitur beata virgo Maria, ſecundum quòd erat ſine vitiorum humore. Iſa. 53. a.

Sitientes erant gentiles, antequàm venirent ad vitales aquas baptiſmi. Iſa. 35. a. 44. a. Ipſi ſunt ſitientes, qui bibunt diuitias ſtulti. Iob. 5. b. quibus venientibus ad fidem collata ſunt myſteria Iudæorum.

Sitientes

Gre.6.mo.4. — Rudes ingenio.

Sitientes etiam,qui bibunt diuitias ſtulti.Iob.5,b.ſunt rudes ingenio,qui per laborem intelligunt diuinæ legis myſteria,quæ ingenioſus per negligentiam non aſſequitur.

Arno.ſ.ps.106. Hiero.ſ.Iſa.5.21. — Defectus prædicatorũ & operum.

Sitis audiendi verbum Dei, dicit defectum prædicatorum : eſt etiam ſitis bonorum operum, quando non eſt, qui bene operetur. pſalm. 61. 106. Iſa. 5. d. 21. d. 32. b. 41. d. Thre. 4. a. Amos. 8. d.

Hiero.ſ.Iſa.65. Gre.14.mo.5. — Appetitus voluptatũ & rerũ tẽporaliũ.

Sitis aquæ eſt appetitus voluptatum. Et ſitiunt mali eiecti in infernum, dum carent voluptatibus, quas appetebant.Iſa.50.b.65.c.Iob.18.b.24.b. In animo enim mali ſitis exardeſcit: quia quo agere peruerſa conſueuit,eo ad bibenda mala vehementius accenditur. Impio quippe ſitire eſt,huius mundi bona concupiſcere.

Gre.16.mo.25. — Appetit⁹ male agẽdi.

Sitiunt calcatis torcularibus. Iob.24.b. qui agendo crudelia ferociores fiunt : & impietatis ſuæ meritis cæcati,eo ambiunt grauiora facere,quo iam grauia fecerunt.

Hiero.ſ.Iob.18. — Diabolus.

Sitis dicitur ipſe diabolus. Iob. 18. c. eo quòd velut in aliquo bono & fideli æſtuans hominis ſitiat mortem.

## *Situla.*

Lyra.ſ.Nu.14. Rup.2.ſ.Nu.22. — Primitiua eccleſia. Studium legis. Chriſtus.

SItula eſt vas ad hauriendam aquam de puteis accommodum.Num.24.a.Iſa.40.d. Deſignare poteſt primitiuam eccleſiam:vel ſtudium legis & prophetarum, quod viguit in Hieruſalem:quo hauriebantur aquæ doctrinæ legis,& effundebantur docendo populum.Deſignat etiam Chriſtum,à quo fluit doctrinæ & myſteriorum aqua.

## *Situs ſita ſitum, quære Ponere.*

## *Smaragdus.*

Geo.vene.canti.3.tono.8.cap.3.

SMaragdus gemma coloris viridis,qua oculorum acies recreatur:confert cognitioni futurorum,auget ſubſtantiam,motus laſciuiæ compeſcit:tempeſtates eliminat,& in cauſis vim eloquentiæ præſtat.

Glo.ord.ſ.Exo.39. — Prouidentia.

Smaragdus coloris viridis in primo ordine rationalis poſitus prouidẽtiam deſignare poteſt: quæ ad futura extenditur:vt virentes plantæ.Exo.28.c.39.b.

Geor.vene.canti.3.tono.8.cap.3. — Crux Chriſti.

Smaragdus poteſt crucem Chriſti deſignare:qua qui delectatur, omnia ſibi commoda cognoſcit,ſubſtantiam ſpiritualem & merita auget:laſciuiam compeſcit,dæmones & aduerſas poteſtates fugat,ſandiq; copiam accipit.

Philo.3.de vit.Moſis — Hemiſpheria.

Smaragdi duo in humeris pontificis,duo hemiſphęria deſignare poſſunt, ſingula ſena ſigna complectentia : ſicut in ſingulis lapidibus erant ſena nomina filiorum Iſrael.Exo.28.b. vbi dicuntur *lapides Onychini.*

Glo.ord.Eze.28. — Vn⁹ ordo angelorũ. Fideles.

Smaragdus in ornatu regis Tyri. Eze.28.c. vnum ordinem angelorum deſignat. Significat etiam fideles:qui ad hæreditatem immarceſcibilem ſpe aſcendunt:& in ꝓximos verbis & exẽplis ſplendorem ſpargunt.

Rup.1.ſ.Apo. Aretas.ſ.Apo.21. — Aeterna fœlicitas. Ioãnes euangeliſta.

Smaragdina viſio in circuitu Dei,virorem æternæ fœlicitatis ſignificat in beatis. Apoc.4. a. Smaragdus erat quartum fundamentum cœleſtis ciuitatis,& deſignat Ioannem euangeliſtam, qui diuino oleo exhilarat exortam in nobis peccati triſtitiam.Apoc.21.c.

## *Smigma.*

SMigma,ſeu Smegma dicitur omne illud,quod purgat: & peculiariter quod valet ad emaculandam faciem,& ad tergenda corporum dehoneſtamenta.Dani.13.b.

## *Soba.*

Cõtẽnentes Deum.

SOba,id eſt,exercitus,ſiue militans,aut præceptum in ea, vel inflatio aut tumor,vel incenſa, ſiue conuertens:prouincia Syriæ aduerſaria Iſraelis. deſignat ardentes in peccato, & contemnentes Deum:& ipſam vaſtationem & exuſtionem virtutum.1.Reg.14.g. 2.Reg.8.a. Pro. 18.a. Impius, cum in profundum peccatorum venerit,contemnit.

## *Sobal.*

Aug.ſ.ps.59. — Vetus homo.

SObal,id eſt ſemita,vel ſpica, aut crura,vel femur,ſeu vana vetuſtas.pſal.59.in titulo:vbi ponitur pro Syria Soba:deſignat autem veterem hominem, qui comburitur,vt reuireſcat.

## *Sobna.*

Hiero.ſ.Iſa.22. — Sacerdotiũ vetus. Litera legis.

SObna,id eſt, ſede nunc, aut conuertere nunc, ſiue captiua nunc, vel ædificans, aut quæ intelligit. Præpoſitus templi, cui minabatur Deus per Iſaiam, ipſum eijciendum de ſtatione ſua. Iſa.22.b. Typus eſt ſacerdotij veteris à Deo eiecti: & etiam ſermonis & rationis literalis legis.

## *Soboles, uide Generare.*

## *Sobrius.*

SObrius dicitur homo ſanæ mentis,quaſi ſine ebrietate:vix recipit allegoriã. Sobrium autem

oportet



oportet eum eſſe,qui vigilare debet.1.Theſ.5.b.

## *Socer, Socrus.*

SOcer dicitur pater vxoris alicuius,aut è diuerſo mariti. Socrus vero mater.

Spũſſanctus. — Hiero.ſ.Mich.7.

Socrus dici poteſt interdum ſpirituſſanctus:cuius filius quodammodo eſt Chriſtus ſecundum carnem:& anima ſponſa Chriſti erit nurus.Mich.7.b.

Synagoga. — Aug.ſ.ps.44.

Socrus etiam eſt ſynagoga, cuius nurus eſt eccleſia ex gentibus, ſponſa Chriſti filij ſynagogæ.Mat.10.d. Ita ſocer Thamar erat Iudas,à quo deſcendit Chriſtus.Gen.38.c.

Prælatus bonus. — Lyra.ſ.gen.30.

Socer Iacob erat Laban. Gen.30.d. Et deſignat bonum prælatum volentem retinere prædicatorem,qui vult redire ad clauſtrum.

Affectio iſidelitatis. Caro. Anima. — Hila.ſ.Mat.cano.7.10. Amb.ſ.Luc.4. Rup.7.ſ.Mat.

Socrus Simonis Petri febricitans, affectionem infidelitatis ſignificare poteſt:& etiam carnẽ. Mat.8.b.Luc.4.f. Socrus autem generaliter infidelitatem poteſt deſignare,quæ tenet animam cum libero arbitrio in errore.Matt.10.d.Luc.12.g. Socrus etiam Simonis eſt anima Chriſtiana aliquo vitio periclitans.

## *Sochoth.*

Peregrinatio huius vitæ. — Ori.ſ. Exo.ho. 5. & ſ.Nu.ho.27. Amb.ſ.ps.118. ſer.5. Hiero.de manſio.

SOchoth, id eſt, tabernacula, vel tentoria: *ſecunda manſio filiorũ Iſrael in egreſſu de Aegypto* : vbi primo fixere tentoria, relicta Rameſſe:eſt recto itinere Paleſtinam verſus. Deſignat relictis omnibus debere nos habitare in terra tanquàm peregrinos : & expeditos debere ſequi Chriſtũ:in quo firmari debemus,& ſemper ad vlteriora pergere.Exo.13.d. Num.33. a. Eſt item Sochoth locus trans Iordanem ad torrentem Iaboc : vbi Iacob à Meſopotamia rediens,fratri Eſau reconciliatus,fixit tentoria : vbi poſtea eiuſdem nominis oppidum conditũ eſt,& tribui Gad aſsignatum.Gen.33.d.

## *Sociare, Socius, Societas, Conſors, Conſortium, Sodalis. Collega.*

SOciare eſt iungere, & quaſi ſocium ſocio apponere.Socius antem eſt,qui eſt eiuſdẽ ſortis: qui & Collega dicitur:vt ſocij dicantur:qui pari conſilio & autoritate rem eandem gerunt: & qui in re ſeria & laborioſa pares ſunt. Sodales vero dicuntur, qui in rebus leuioribus,& fere in conuiuijs ſocij ſunt.

Chriſtus inter Iudæos. Bon⁹ inter malos. — Hiero.ſ.Iob.30. Gre.20.mo.30.

Socius ſtruthionum fuit Chriſtus,hoc eſt,Iudæorum.Iob.30.d.quod etiam de quolibet electo dici poteſt : qui in hac vita inter malos verſatur.

Societas fidelium. — Ori.ſ.Leui.ho. 4. Hie. ad Principiam. Lyra.ſ.Exo.31.

Societas quæ non debet violari, eſt ſocietas ſanctorum,& Chriſtianorum:qui ſunt conſortes Chriſti.pſal.44. Socius Beſeleeli datus Ooliab deſignat Paulum ſocium Petri.Exo.31.a.

Doctrina ſpiritualis — Glo.ord.ſ.Exo. 34.

Conſortium ſermonis domini,dici poteſt doctrina ſpiritualis legis.Exo.34.d.

Prędicatio pfectiõis — Gre.ſ.1.Reg.14.

Sociantes ſe Iſraelitæ,qui prius latebant,cum ſuis,deſignãt eos,qui vitam ſolitariam ducũt : qui exeunt ad prædicandum vitæ perfectionem,quando Philiſtæi fugiunt:quia perfectio vitæ non eſt prædicanda,niſi fugatis Philiſtæis.1.Reg.14.d.

Electio pdicatorũ. — Gre.ſ.1.Reg.14.

Sociatus omnis vir Iſraelita Sauli,innuit non niſi viros adiungi prædicatoribus. Sic ſocians ſibi Saul fortes & aptos ad prælium, deſignat eligendos ad prædicationem eos, qui doctrina pollent,& exemplis.1.Reg.14.g.

Cogitationes bonę. — Ricar. de.ſ.victo.de ſomnio Nabucho.7.

Socij Danielis,id eſt, deuotionis ſunt circunſpectæ, diſcretæ & prouidæ cogitationes:ſine quibus noſtra deuotio non nouit,nec valet orare quomodo oportet.Dani.2.c.

Spũalis iudicans ſeculares ſapiẽtes. — Ricar.de.ſ.victo. de ſecuri cõſcien.7.

Collega ſapientum ſeculi dicitur Daniel.Dani.4.a.qui cum ſit ſpiritualis,cui competit omnia iudicare,iudicat etiam ea,quæ ſeculi ſapientes tractant.

Accedentis ad perfectionem. Angeli. — Ori.ſ.canti,ho.1.

Sodales ſponſi ſunt, qui iam accedunt ad perfectionem. Vel ſunt angeli regimẽ populorum habentes.Canti.1.b.

Hęretici. Philoſophi. — Ori.ſ.canti.ho.2. Aug.epiſ.48. & de paſtor.15. Gre.ſ.canti.1.

Sodales etiam ſponſi dici poſſunt hæretici & philoſophi ſpeciem habentes veritatis, quam reuera nõ habẽt:& peculiariter ſodales Sãſonis,& is,qui eius duxit vxorem,ſunt hæretici vſurpantes ſibi eccleſiam.Iudi.14.c.

Dæmones. Impij. Adam & Eua. Societas pœnarum in inferno. — Gre.13.mo.37.&.14.mo.9.&.ſ.1.Reg.2. Hiero.ſ.Iſa.14. Ber.ſer.1.de aduent.

Socij quibus iniquus, hoc eſt, diabolus prædam pollicetur. Iob. 17. b. ſunt alij angeli apoſtatæ : vel etiam crudeliſsimi quiq;, & omni malitia iam repleti. Et ſocij eius,qui non eſt, ſunt perfidi cum Antichriſto : & etiam ipſi angeli apoſtatæ ſocij Luciferi:& qui iam ſunt in extrema nequitia.Iob.18.c. Et ſocij furum ſunt principes participantes cum Iuda : & adiutores dæmonum. Item Adam & Eua.Iſa.1.f.Conſortium ſepulturæ malorum eſt ſocietas pœnarum in inferno.Iſa.14.e.

Lyra.ſ.Eze.37.

Socij Iuda aut Iſrael.Eze.37.b. Poteſt ad literam intelligi de tribu Beniamin & Leui:qui remanſerunt cum tribu Iuda in regno filiorum Dauid.

Ratio dominãs ſenſui dñio politico. — Philo.2.allego.

In ſociam data Eua,& non in ancillam Adæ,deſignat mentem non dominari ſenſui dominio deſpotico,ſed politico.Gen.3.c.

Societas malorum. — Lyra.ſ.gen.33.

Societas Eſau, quam declinauit Iacob, eſt ſocietas malorum, quam boni vitare debent. Gene. 33. c.

Sodoma.

## Sodoma.

SOdoma, id eſt ſecretum eorum, ſiue calx, aut cemẽtum eorum, ciuitas in qua habitabat Lot: quæ propter habitantium vitia, pręcipuè libidinum ſubuerſa eſt: Eratq; eius regio prius fertiliſsima: vt diceretur eſſe ſicut paradiſus Dei: nunc vero eſt ibi lacus Aſphaltites.

Ori ſ. gen. ho. 5. — Anima.
Sodoma dicta ſicut paradiſus Dei, & ſicut terra Aegypti. Gen. 13. c. deſignare poteſt animã, quæ eſt ſicut paradiſus Dei, quando eſt in gratia, & ſicut terra Aegypti, quando eſt in peccato.

Hiero. epiſ. Menſuram charitatis. — Mundus.
Sodoma quandoque eſt typus huius mundi, & ciuitatis Cain, quæ eſt ciuitas malorum. Deut. 29. d. 32. c.

Ori. ſ. Eze. ho. 9. Hiero. ſ. Eze. 16. — Gentilitas.
Sodoma dicta ſoror minor Hieruſalem, typus eſt gentilitatis: cuius leuiora videntur peccata, quàm Iudæorum. Eze. 16. f. Sopho. 1. b.

Amb. de Abra. 3. Gre. ſ. 1. Reg. 2. — Libido.
Sodoma typus eſt libidinis, & incendij concupiſcentiæ: quam elegit Lot, qui typus eſt iuuenum, qui concupiſcentias ſectari ſolent. Gen. 13. c. 19. e.

Clima. grad. 1. Philo. de temulen. 1. Hiero. ſ. Iere. 23. — Homines perditi.
Sodoma iuxta Philonem interpretatur orbitas, ſiue cecitas: cuius vites ſunt homines vinolentia, gula, turpiſsimiſq; voluptatibus perditi: quorum fructus eſt amarus, ſicut fructus, qui nunc Sodomis oritur. Deut. 29. d. 32. e. Et quaſi Sodoma dicuntur, qui vt Sodoma puniendi ſunt. Iere. 23. d.

Philo. d cõfuſ. ling. — Tentationes carnales. Seruientes prauis affectibus.
Sodomitæ vallantes domum Lot deſignant multitudinem tentationum carnalium, & eos, qui prauis affectibus ſeruiunt. gen. 19. a. Sodomitæ autem igne conſumpti ſunt: quia eorũ peccatum erat contra naturam.

Rup. 6. ſ. gen 8. — Iudæi.
Sodoma etiam & Sodomitæ vallantes domum Lot, typum gerunt Hieruſalem, & Iudæorum, qui oppreſſerunt Chriſtum.

## Sol.

SOl eſt planeta notiſsimus, illuſtrator orbis: cuius præſentia conſtituit diem, abſentia noctẽ: eius effectus eſt illuminare, calefacere, & fouere omnia, & per acceſſum in æſtate adurere, hyeme vero per diſceſſum eius & diſtantiam frigus vigere. Sumitur aliquando Sol pro die, ſeu ſplendore diei. ps. 57. Supercecidit ignis, & non viderunt ſolem.

Ori. ſ. Canti. ho. 2.

Geor. vene. canti. 1. tono. 2. cap. 12. Aug. 18. ciui. Dei. 32. & ſ. ps. 142. — Deus.
Sol eſt perſpicua imago diuinæ intelligentiæ: aut perſpicua ſtatua in hoc mũdano tempore: vnicus eſt in eſſentia & luce: multiplex tamen in radijs: ſicuti ipſum primũ eſſe, vnicũ eſt in ſe: & illud diuinum, æternum, & immutabile: multiplex tamen in creaturis diffuſum. Et ſicut ſole contrahente radios: omnia contenebreſcunt: ita auertente faciem ſuam diuino ſole, omnia turbantur: & in puluerem ſuum, aut in nihilum reducuntur. Deus autem eſt ſol, cui manifeſta ſunt crimina. Exo. 22. d. Apo. 12. a.

Hie. & Aug. ſ. ps. 71. — Deus pater.
Sol aliquando peculiariter deſignat Deum patrem: & filius permanet cum ſole: quia permanet cum patre in æternitate. pſal. 71.

Ori. ſ. Ioſu. ho. 1. 9. & ſ. Iudi. ho. 1. & ſ. Matth. ho. 3. Arno. ſ. ps. 18. Hila. ſ. ps. 57. Amb. 2 d Iacob. 7. & epiſ. 62. & ſer. 16. Hiero. ſ. Iere. 15. & ſ. Iob. 9. & ſ. Iſa. 60. Aug. 1. ſer. dñi i mõte. & epiſ. 119. & ſ. ps. 120. Phil. d ſõnjs. — Chriſtus.
Sol interdum ſignificat diuinitatem Chriſti: aut ipſum Chriſtum, qui eſt luminare maius præſidens diei, hoc eſt, claræ viſioni Dei. Gen. 1. b. 32. g. Iob. 8. c. 9. a. pſalm. 18. 57. 73. 103. 130. Eccl'tæ. 1. a. 2. c. Canti. 1. b. 2. b. d. Ier. 15. Sapi. 5. a. Ion. 4. c. Mich. 3. b. Mala. 4. a. Eccl'i. 27. b Mat. 5. g. 17. a. Luc. 21. c. Ipſe eſt ſol ſtãs, vt tẽpore Ioſue. Ioſu. 10. c. Et ſol ſtãs in habitaculo ſuo, eſt Chrs in gloria, & in eccleſia. Habac. 3. c. Ipſe enim dixit. Matth. 28. d. Vobiſcum ſum vſq; ad conſummationem ſeculi. Et ſol conuerſus eſt in tenebras, quando Chriſtus, qui eſt lux mũdi, reliquit Iudæos in tenebris. Ioel. 2. g. Eccleſiaſtæ. 12. a. 1. Cor. 15. e. Sol in ciuitate Iuda, & in fonte, & in ciuitate Aegypti, eſt ipſe Chriſtus, vel Deus, qui eſt ſol cõmunis. Ioſu. 15. b. Iſa. 60. d. Vt autem ſol indurat lutum, & liquefacit cæram: ſic Chriſtus poſitus eſt in ruinam & reſurrectionẽ multorũ. Luc. 2. e. Ephe. 4. f. Gre. 8. mo. 23 Rup. 5. i. Mat. Cyril. 4. ſ. Ioã. 28. Geo. ve. cãt. 1. to. 6. c. 26.

Amb de Ioſeph. 2. Aug. epiſ. 80. Hie. ſ. ps. 18. Beda. ſ. gen. 37. Ru. 9. ſ. apo. — Virgo Maria. Eccleſia. Excellentia ſctõrũ.
Sol adorans Ioſeph. Gen. 37. c. ſignificare poteſt beatam virginem Mariam adorantẽ Chriſtum: vel ipſam eccleſiam eundem adorantem: vel excellentiam ſanctorum. In hoc ſole poſuit tabernaculum ſuum Chriſtus. pſal. 18. Apo. 16. b.

Ricar. de ſ. victo. de 12. pſiar. 69. — Intentio mentis.
Poteſt etiam ſol ſignificare intentionem mentis: quæ adorat Ioſeph, hoc eſt, diſcretionem, per quam dirigitur.

Ber. ſer. paruo 60. & & ſ. canti. ſer. 27. — Charititas. Gratia. Iuſtitia.
Sol eſt charitas omnes illuſtrans virtutes: vt ſol omnia aſtra. Item gratia: & iuſtitia. Canti. 6. d. Electa vt ſol. Apo. 12. a. Mulier amicta ſole. Hoc enim ad charitatem & gratiam & iuſtitiam applicari poteſt.

Arno. ſ. ps. 135. Hier. ſ Nahum. 3. Aug. ſ. ps. 57. Ricar. de. ſ. vict. 3. d arca myſt. 7. & ſecuri. cõſcien. 18. — Sapientia. Doctrina veritatis. Nouũ teſtamentũ Prædicatio.
Sol etiam ſignificat ſapientiam, ſeu doctrinam, vel intelligentiam veritatis: & peculiariter nouum teſtamentum. Iob. 41. d. pſalm. 57. 135. Nahum. 3. d. Eccleſiaſtę. 1. a. Sol præterea eſt lux prædicationis cum amore cordis. 1. Reg. 11. c. Iob. 9. a. Intelligentia oritur per contemplationem: reuertitur ad locum ſuum, quum ad ſui circunſpectionem oculus cordis reuocatur. Gre. ſ. 1. Reg. 11. & 9. mor. 3.

Ori. ſ. Mat. cap. 3. — Gloria.
Sol quo fulgebunt omnes iuſti. Matth. 13. f. deſignat vnitatem gloriæ, quæ erit in beatis in fine mundi.

Philo. de ſomnijs. — Mens.
Sol quandoq; ſignificat mentem: cuius ciuitatem ædificant, qui creaturã creatori præferunt. Exod. 1.



Ratio. — Gre. 34. mor. 6. 7. Caſsia. lib. 8. cap. 9. Ricar. de. ſ. vict. 5. de arca myſti. 10. Aug. ſ. ps. 88.
Exo. 1. b. Et ſolis radij ſunt ſub ipſo Leuiathan. Iob. 41. b. quum nonnulli etiam docti viri ſapiẽtiæ ſuæ ac umina non libere agendo ſubleuant: ſed ad veſtigia Leuiathan iſtius, & peruerſitate operis, & blandimento adulationis inclinant: vt intelligentia; quæ illis ſicut ſol deſuper fuit ex cœleſti munere, antiqui hoſtis pedibus ſubſternatur ex terrena cupiditate. Eccl'i. 27. b. Apo. 16. b. Electa vt ſol eſt mens, quæ ex claritate cognitionis & contemplationis accenditur in feruorem deuotionis. Canti. 6. d. Hic ſol occidit ſuper iracundiam, cum ratio per iram extinguitur. Ephe. 4. f. pſalm. 88.

Senſus. — Philo. de ſomnijs
Sol etiam dicitur ipſe ſenſus: qui oritur, quando ceſſamus à contemplatione, & ad ſenſibibilia reuertimur; atq; cum hic ſol oritur, celantur cœleſtia: cum occidit, celantur terreſtria, & aperiuntur cœleſtia. Gen. 32. g. Leui. 11. d.

Splendor regni. Populus iudæorum — Lyra. ſ. gen. 1. Rup. 4. ſ. apo. & 5.
Sol quandoq; ſignificat ſplendorem regni. Gen. 1. b. 32. g. 37. c. Exo. 22. d. Leui. 11. d. Ephe. 4. f. Et ſol factus eſt niger, quando Hieruſalem ſubuerſa eſt: & perijt regnum Iudæorum. Apoc. 6. d. Et ſol, cuius tertia pars percuſſa eſt, eſt populus Iudæorum, ex quo naſciturus erat Chriſtus. Apo. 8. d.

Proſperitas. — Hiero. ſ. ps. 120 & ſ. Iſa. 49.
Sol quandoq; eſt ipſa proſperitas: ſeu tempus proſperitatis. pſal. 120. Iſa. 49. c.

Manifeſtatio diuini iudicij. Manifeſtæ viſionis oſtentio. Correptio manifeſta. — Philo. de ſomnijs. Ori. ſ. Nu. ho. 25. Gre. 34. mor. 6.
Solis egreſsio ſuper terram. Gene. 19. e. eſt manifeſtatio diuini iudicij: & etiam aduentus diuini verbi, præbens bonis auxilium: malis perniciem. Sole autem manifeſtæ viſionis oſtentio deſignatur. pſalm. 18. In ſole poſuit tabernaculum ſuum. Ac ſi diceret: Humanitatis aſſumptæ ſacramentum, in lumine manifeſtæ viſionis oſtendit. Et. 2. Reg. 12. c. Tu feciſti in abſcondito: ego vero faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſrael, & in conſpectu ſolis. Sol etiam eſt manifeſta in iudicio correptio. Num. 25. a. Suſpende eos contra ſolem.

Spirituales. Prædicatores. — Aug. ſ. ps. 73. Gre. 9. mor. 3.
Sol quandoq; ſpirituales deſignat: & prędicatorum claritatem: quem ſolem dicitur feciſſe Deus. pſal. 73. Iob. 9. a. Et in extremo tempore ſol fiet quaſi ſaccus cilicinus: quia fulgens vita prædicantium, ante reproborum oculos aſpera & deſpecta monſtrabitur. Apo. 6. c.

Angeli. — Geor. vene. Canti. 1. ton. 4. cap. 10.
Sol fugans tenebras deſignat angelicas poteſtates fugantes dæmones, & omnia ſpiritalia nequitiæ, &c.

Bona opera manifeſtata. — Gre. 22. mor. 6. & 34 mor. 6. Aug. ſ. ps. 18. Ber. ſ. Canti. 53.
Sol quandoq; ſignificat claritatem operis: & ſol in fulgore eſt bonum opus in manifeſtatione. Iob. 31. d. Scriptum namq; eſt. Matth. 5. b. Luceat lux veſtra coram hominibus: vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Et in ſole, hoc eſt, in tempore vel manifeſtatione poſuit Chriſtus tanquàm militare habitaculum ſuum: hoc eſt, diſpenſationem incarnationis ſuæ. pſal. 18.

Tempus. — Glo. inter. ſ. Gen. 15. Aug. ſ. ps. 71. Ori. ſ. Ioſu. ho. 11.
Sol quandoq; ſignificat tempus, ſeu mundi durationem: vt occaſus ſolis ſit vltimum tẽpus. Gen. 15. d. Et permanet Chriſtus cum ſole. pſal. 71. quia durabit cum corpore ſuo, quandiu durabit ſol. Et ſol ſtans eſt tempus gratiæ prolongatum. Ioſu. 10. c.

Ardor cõcupiſcẽtię. Feruor tentationis Iniquitas. — Gre. ſ. 1. Reg. 14. & 9. mo. 40. Ber. ſ. Canti. ſer. 28. Hier. ſ. Eze. 32.
Sol feruens ardorem concupiſcentiæ ſignificare poteſt: Ea enim velut luce candet, & mentem, cui lucet, exurit. Mat. 13. a. Item ardorẽ ſeu feruorem tentationis. Deut. 23. b. Hic ſol decolorat ſponſam. Canti. 1. b. Et ſol, qui tegitur nube, eſt ipſa iniquitas. Eze. 32. b.

Satanas. Antichriſtus. Tyrannus. — Ori. ſ. canti. 6. 3. & ſ. Mat. ho. 3. Glo. int. ſ. apo. 16. & ſ. Iſa. 13.
Sol adurens eſt Satan transfigurans ſe in angelum lucis. pſal. 120. Mar. 4. a. Hic obſcurabitur. Mat. 24. c. Item Antichriſtus. Apo. 16. b. Quartus angelus effudit phialam ſuam in ſolem. Et tyrannus. Iſa. 13. b. Obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo, id eſt Balthaſar.

Perſecutio. Tribulatio. — Gre. 34. mo. 6. & ſ. Ezech. ho. 19.
Sol quandoq; perſecutionem deſignat, vel tribulationem. Mat. 13. a. Quum nata ſine radicibus ſemina orto ſole aruerunt: quia videlicet verba vitæ in corde terrenorum hominum temporali momento virentia, ſuperueniente perſecutionis ardore ſiccantur. Mar. 4. a. Ita Iob. 9. c. Humectus videtur antequàm veniat ſol.

## Solarium.

Cõuerſatio prædicatorum. — Gre. ſ. 1. Reg. 9. Hiero. ſ. ps. 86.
SOlarium eſt locus ſuperior in domo, & planum tectum, vbi ad ſolem manere quiſpiã poteſt.
Solarium eſt alta conuerſatio prædicatorum: quæ tamen adhuc eſt inter infirmos. 1. Reg. 9. d. Sic in ſolario abſcondit Rahab exploratores. Ioſ. 2. b.

## *Solemnis, Solemnitas, uide Feſtum. Solere, Solitum, uide Cõſuetudo. Solicitus, Solicitudo, Solicitare.*

SOlicitus dicitur inquietus & curis affectus: & ſolicitudo eſt ipſa mentis inquietudo. Solicitare autem eſt inquietare, & curam inijcere, ſeu contriſtare.

Cura Chriſti erga prędicatores. — Gre. ſ. 1. Reg. 10.
Solicitus pater Saulis pro eo abſente; deſignat Chriſtum curam habentem prædicatorum: ne, dum alios ſaluos facere cupiunt, ipſi pereant. 1. Reg. 9. a. 10. a.

Vigilãtia huius vitę — Hiero. ſ. Mich. 6. Gre. 16. mo. 19.
Solicitus ambulat coram domino, qui nulla hora dormit, nullo tempore ſecurus eſt: ſed ſemper expectat patrem familias venientem: & diem formidat iudicij. Mich. 6. c. Iob. 23. d.

Solicitudo vitę actiuæ. — Ber. ſer. 3. de aſſũp.
Solicitudo Marthæ deſignat ſolicitudinem prælatorum, & exercentium vitam actiuam. Luc. 10. g.

Non erit

Non erit ſolicitus iuſtus in tempore ſiccitatis : quia ſecum habet verbi Dei flumina. Iere. 17.b.

Infidelitas futurorũ. — Hila.ſ.Mat. cano 6. Hiero.ſ.Iſa.57.

Solicitum eſſe de craſtino eſt non habere fidem futuræ gloriæ. Mat.6.d. Sic ſolicitus timet diues: quia dum Deum non timet, multos timet. Iſa.57.c.

Incitare ad bonum. — Ori.ſ.Exo.ho.5. Beda.ſ.Exo.5.

Solicitantes populum ab operibus laterum, ſunt docentes ceſſare à malo, & renuntiare ſeculo. Solicitant autem Moſes & Aaron, hoc eſt, lex & ſacerdotium.

## Solidare, Solidus.

SOlidum eſt corpus, quod cõſtat trina dimẽſione, nihil concauũ aut vacuũ habens: & quod eſt firmum. Vnde ſolidare eſt roborare & firmare. Solidus etiam eſt ſpecies monetæ. 1. Par. 29.b. Solidos decem milia.

Firmitas ſacræ ſcripturæ. Angeli. Mentes electorum — Hiero.ſ.Iob.37. Gre.27.mo.25.

Solidiſsimi cœli quaſi ære, ſacræ ſcripturæ indicant firmitatem. Iob.37.c. Vel deſignant angelos, qui in diuino amore fixi perſtiterunt: vnde hoc in munere retributionis acceperunt: vt nulla iam rubigine ſurripientis culpę mordeantur: vt in contemplatione conditoris ſine fœlicitatis fine permaneant: & in hoc, quòd ſunt conditi, æterna ſtabilitate ſubſiſtant. Vel ſunt mentes electorum à cunctis terrenis contagijs intimo amore ſuſpenſæ. Qui ſolidiſsimi vt ære fuſi ſunt quia ab integritate cæptæ fortitudinis nulla mutabilitatis rubigine conſumuntur.

Sancti. Doctores. Prophetæ. Intentiones rectæ. — Hiero.ſ.Iob.38. Gre.28.mo.9.13.

Solidatæ baſes terræ. Iob. 38. a. ſunt ſancti in virtute & gratia firmati: doctores, & etiam prophetæ: qui ſuperimpoſitas tabulas ipſi firmi ac fuſiles ſuſtinent: quia apoſtolorum vita, dũ eorum prædicatione inſtruitur, eorum & autoritate ſolidatur. Deſignant etiam intentiones rectas in Chriſto firmatas.

Firmare dogmata eccleſiæ. — Glo.inter.ſ.Iſa.54.

Conſolidare clauos tentorij eccleſiæ. Iſa. 54. a. eſt firmare ratione dogmata eccleſiæ; vel etiam doctrinam ſacram docere: vel firmare ipſam rationem & intellectum, quibus præcepta conſiſtunt.

Roborare debilem in fide. — Hier.ſ.Eze.34. Cyril.7.ſ.Ioan.5.

Solidare infirmum eſt debilem in fide corroborare. Ezechiel. 34.a. Non conſolidant autem infirmum mali paſtores, quando propenſos ad vitia verbo exhortationis non corroborant.

Virtus ſolida. — Glo.inter.ſ. Leui.13.

Solidum veſtimentum dici poteſt virtus ſolida, & vndiq; integra. Leui.13.g.

Regnum Iudæorũ. — Hiero.ſ.Eze.19.

Solida virga vineæ deſignat firmum regnum Iudæorum: & etiam fortes fideles in eccleſia. Ezec. 19. d.

Anima terrenis curis plena. — Glo.inter.ſ.Exo.27

Solidum altare deſignat animam terrenis curis plenam. Ideo Deus nolebat ſibi fieri altare ſolidum. Exod.27.b.38.a.

## Solium, uide Cathedra.

## Soluere, Abſoluere.

SOluere eſt, quod ligatum erat, non ligatum facere: & interdum ſatisfacere. Item deſtruere. Ioan.2.c. Soluite templum hoc. Explicare. Iudi.14.c. Quod ſi ſolueritis mihi. Negare. 1.Ioan.4.a. Omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum. Remittere. Eccl'i.28.a. Deprẹcanti tibi peccata ſoluẽtur. Rumpere. Eze.17.c. Soluit pactum, quod habebat cum eo. Violare. Mat.5.b. Non veni ſoluere legem, ſed adimplere.

Suſcitatio Chriſti. — Arno.ſ.pſ.104. Beda.ſ.gen.49.

Soluens rex Ioſeph eſt Deus pater ſuſcitans Chriſtum. pſal. 104. Soluta ſunt vincula brachiorum eius. Gen.49.c.

Caſtigans Deus. — Gre.7.mo.8.

Soluere dicitur Deus manum ſuam, quando caſtigat: quaſi enim ligatam videtur habere manum, quando ſuſtinet peccantes, & non ſtatim caſtigat. Iob.6.b.

Liberari à peccatis. — Ori.ſ.Mat.ho.14.& ſ.Luc ho 37. Amb ſ.Luc.19. Clima.grad.1. Aug.83.q.65.&.ſ.pſ 145.&.ſ.Ioã.trac.49 Hiero.ſ.Iſa52.&.ſ. Hoſe 5. Cyril.7.ſ.Ioan.23. Gre.ho.26.

Soluere interdum eſt liberare: vt ſoluit Deus à vinculis peccatorum. Mat.16.c. Et ſoluit cõpeditos, cum ex mortalibus immortales facit. pſal.101.145. Et ſoluunt diſcipuli Lazarum, ſed venientem foras, hoc eſt, ſuſcitatum à Chriſto: nullus quippe peccator abſoluendus eſt, antequàm per dignam pœnitentiam correptus, & intrinſecus appareat viuificatus. Soluitur autem anima à vitijs & paſsionibus, vel etiam à vinculis carnis, vt libera ſit in gloria. Ioan.11.f. Soluunt quoq; diſcipuli aſinam, quum abſoluunt à vinculis peccatorum, quod tamen non poſſunt, niſi iubente domino. Matth. 21. a. Luc.19. c. Et ſoluit vincula colli ſui, qui liberatur à ſeruitute peccati. Iſa. 52. a. Soluere autem non poteſt vinculum peccati diabolus, qui ſemper ligare ſatagit. Hoſe. 5. d.

Liberari iudæos ab onere legis. — Hiero.ſ.Iob 39. Gre.30.mo 23.

Soluit Dus vincula onagri, quando liberauit populum Iudaicum à præceptis & ceremonijs legis. Et etiam virum contemplatiuum ab affectibus terrenorum. Iob.39.a.

Cõuerſio iudæorũ. — Amb. de Iacob.3.

Soluet Eſau iugum Iacob, quando Iudæi in fine mundi venient ad fidem. Gene.27.f.

Gre.ſ.Ezec.ho.6.

Soluit Chriſtus medium parietem, quando reconciliauit genus humanum cum Deo: & ex Iudæis & gentibus fecit vnam eccleſiam. Ephe.2.c.

Implens Chriſtus ſcripturas. — Rup.4.ſ.apoc.

Soluit Chriſtus ſignacula libri clauſi. Apo.5.a. quia ipſe impleuit, quæ prophetata erant in ſacra ſcriptura.

Soluiſſe



Aug.epiſ.99.

Soluiſſe dicitur Chriſtus dolores inferni. Acto.2.d. Vt ſolui poſſunt laquei venantium: non quia iam tenuerint: ſed ne teneant. Vel eos dolores ſoluit, quibus ipſe teneri non poterat: ſed quibus alij tenebantur, quos ille nouerat liberandos.

Paſſus Chriſtus pro nobis. — Amb.epiſ.4. Aug.ſ.pſ.68.

Exoluebat Chriſtus, quæ non rapuerat. pſal.68. quia pro peccatis alienis patiebatur. Sic ſoluit didragma, quod non tenebatur. Mat.17.d.

Exequi bonũ propoſitum. — Hiero.ſ.Iſa.19.

Soluere dicuntur vota, qui opere exequuntur bonum propoſitum. Iſa.19.d.

Explicare Chriſti incarnationem. — Amb.inſtit.virgi.14. Gre.ho.7.

Soluere corrigiam calceamenti Chriſti, eſt incarnationem eius intellectam verbis explicare. Ioan.1.d.

Dimiſsio populi iudæorum. — Amb.3.de fide.5.& ſ.Luc.3. Beda.ſ.Exo.3.

Soluens mulier calceamenta nolentis ſuſcitare ſemen fratris: dici poteſt lex dimittens populum Iudæorum, vt duceret eam Chriſtus nouiſsimis temporibus. Deut.25.c. Ruth.4.d. Soluit etiam calceamenta, qui non eſt ſponſus eccleſiæ. Ideo vt oſtendatur Moſes non eſſe ſponſus iubetur ſoluere calceamenta. Exo.3.b.

Auferre peccata. Relinquere mortalitatem. Pellere timorem humanum. — Ori.ſ.1.Reg.ho.1. Amb. de fug. ſecu.6 Epiph.lib. anchorato, Beda.ſ.Exo.3.

Soluere calceamenta eſt auferre peccata: & etiam relinquere mortalitatem. Exo.3.b. Ioſu.5.d. Soluere autem debes calceamenta, vt tranſeas. Soluere etiam calceamenta eſt auferre timorem humanum, qui non ſinit liberam eſſe prædicationem.

Deſtruere hæreſes. — Hiero.ſ.Iſa.58.

Diſſoluit colligationes impietatis, qui doctrinam hæreticorum diſsipat. Iſa.58.b.

Mollitar duricies cordis. — Hiero.ſ.Iob.28. Gre 18.mo.16.

Soluitur calore lapis. Iob.28.a. quum duricies cordis feruore fidei tollitur, & diuini amoris igne tangitur, & in feruore ſpiritus liquatur: vt ad ſequentem vitam deſideriorum æſtu ardeat, quam prius audiens inſenſibilis manebat.

Non reddere opera verbo Dei. Nõ agere gratias. — Ori.ſ.pſ.36.ho.3. Hie.& Aug.ſ.pſ.36.

Soluere pro reddere. Leui.21.c. Votum ex his ſolui nõ poteſt. Sic non ſoluit peccator, quod mutuo accepit. pſal.36. quum non reddit opera verbo Dei, à ſe audito reſpondentia: & quum non agit gratias de donis acceptis.

Poteſtas diaboli & membrorũ eius aduerſus eccleſiam. — Aug.ſ.Apo.ho.9.10 Rup.5.ſ.apoc.

Soluti quatuor angeli. Apo.9.c. deſignant facultatem datam dæmonibus, & eorum membris ad extremam perſecutionem eccleſiæ. Vel ſunt ſoluti principes quatuor regnorum aduerſus filios Iſrael: vel contra eccleſiam. Sic ſoluetur diabolus ad modicum tempus tempore Antichriſti. Apo.20.c.

Mitti in infernum. — Gre.7.mo.13.

Solui dicuntur mali de loco ſuo, quando ex hac vita mittuntur in infernum. Iob.6.c.

Perdens ſalutem fratris. — Amb.ſ.Rom.14.

Soluere dicitur Dei opus, qui fratris ſalutem perdit. Rom.14.d.

## Solitudo, uide Deſertum.

## Solus, Solitarius.

SOlus aut ſolitarius eſt, qui ſeorſum eſt ab alijs: aut ſine ſocio vel comite.

Singularitas Dei. — Glo.ord.ſ.pſ.135.

Solus Deus facit mirabilia. pſal.135. quia omnes alij, ſi quid faciunt, virtute ipſius faciunt: & quædã facit ipſe ſolus. Ipſe quoq; dicitur eſſe ſolus. Iob.23.c. quia ipſe reuera eſt: alia vero ſunt, quaſi non ſint, in conſpectu eius à quo habent ipſum eſſe.

Solitudo Chriſti in paſsione. — Hila.ſ.Mat.cano.14 Hiero.ſ.Iſa.63. Amb.epiſ.76.

Solus Chriſtus fuit veſpere relictus. Matth. 14. c. vt deſignetur ſolitudo eius in paſsione. Et ſolus calcauit torcular: quia ſolus factus eſt homo: & ſolus eſt retributor. Iſa.63.a. Solus etiam remanet Ieſus: quia ſolus peccata remittit. Ioan.8.b. Idem non eſt ſolus: quia eſt cum patre. Ioan. 8.d.

Mittens Deus prędicatores ad gentes. — Gre.9.mo.4.

Solus Deus extendit cœlos, qui ſecreti mira diſpenſatione conſilij prædicatores ſuos, vnde permiſit in vna gente opprimi, fecit in mundi cardines inde dilatari. Iob.9.b.

Cultus ſoli Deo dãdus. — Glo.ord.ſ.1.Reg 6.

Soli Deo ſeruire eſt non ſimul vitijs operam dare. Deut.6.b.1.Reg.7.a. Mat.4.b.6.c. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. 2.Cor.6.c. Quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate? deſignatur autem cultus latriæ ſoli Deo dandus.

Sermo propheticus remanens verax. — Gre.2.mo.25.

Solus euadens nuncius Iob cæteris pereuntibus, eſt ſermo propheticus, qui dum fiunt mala omnia, quæ prædixit, quaſi ſanus ad dominum ſolus redit. Dum enim vera dixiſſe de perditorum caſu cognoſcitur, quaſi inter mortuos vixiſſe monſtratur. Iob.1.c.

Auferri malos à terra. — Glo.ord.ſ.Iſa.24.

Solitudo vrbis erit ſolitudo terræ, quando mali auferentur ex ea. Iſa.24.e. Sumitur autẽ ſingulare pro plurali.

Status contemplationis nõ omnium. — Glo.inter.ſ.gen.32.

Solus Moſes aſcendens in montem, ſtatum contemplationis deſignat non omnibus aptum. Exo.24.a. Idem deſignat ſolus remanens Iacob. Gen.32.f.

Separari à vitijs, & mundanis cogitationibus. — Ori.ſ.Iere.ho.11. Amb.de obit.Valẽt. &.ſ.pſ.118.ſer.2.

Solus ſedet, qui non eſt particeps vitiorum vitæ communis: & qui ſe à multitudine peccantium ſeparat: & qui alios bonis operibus excellit: & qui ſe à tumultu cogitationum mundanarum, & affectuum terrenorum ſeparat. Iere.15.a. Thre.3.d. Hiero.ſ.Iere.15. Gre.4.mo.35.

Glo.ord.ſ.gen.2.

Solum eſſe hominem, quod non eſt bonum. Gen.2.c. eſt vel Chriſtum eſſe ſine eccleſia: vel animam ſine vnione ad corpus, quæ eſt illi naturalis.

Solum ſedere Moſen ad iudicandum populum, & ſolum ſuſtinere negotium populi, ineptè fieri oſtendit Iethro. Exo.18.c.

Carens verbo Dei. — Glo.ord.ſ.Thre.1.

Solus, cui eſt væ, eſt, qui non habet ſocium verbum Dei. Eccl'tæ. 4.c. Sic fuit ſolus Saul, qui proiecit ſermonem domini: ideo cadens non eſt ſubleuatus. 1.Reg.15.f. Dauid vero non erat ſolus: ideo cadens habuit ſubleuantem. 2.Reg.12. Et ſola ſedens ciuitas Hieruſalem deſtructa, eſt

ɛ̃ta,eſt anima exiſtens in peccato à gratia Dei deſtituta,& exiſtens ſine Chriſto. Thre.1.a.

Hero.ſ.Hoſe.8. Iſyc.ſ.Leui.13. — Separati ab eccleſia.

Solus habitans Leproſus deſignat ſeparatos à ſocietate eccleſiæ.Leui.13.f. Et ſolitarius onager eſt hæreticus ſeparans ſe, vel eiectus ab eccleſia.Hoſe.8.c.

Gre.10.mo.25. — Superbi.

Soli homines dicuntur,qui ſe præire omnibus ratione exiſtimant, tumore videlicet mentis. Iob.12.a.

Glo.ord.ſ.Iob.31. — Nõ faciẽs eleemoſynam.

Solus comedit buccellam ſuam,qui non facit eleemoſynam: & etiam qui facit:ſed non habet ſecum pauperes.Iob.31.b.

Gre.12.mo.18.

Solis patribus ſuis dicunt hæretici datam eſſe terram.Iob.15.c.quia ſolos errorum ſuorũ magiſtros rexiſſe veraciter eccleſiam putant.

Gre.4.mo.11.23. — Culpa nõ defenſa. Eiectio diaboli.

Solitaria eſt nox.Iob.3.b. quum culpa , quam quis fecit, ſola remanet:ne dum laudatur , & defenditur,in conſpectu nos iudicis multiplicius aſtringat.Et quum diabolus diſtinctione perpetua à frequentia ſupernæ patriæ ſeparatur. Vel vt hominem , quem ſibi ſocium ad perditionem fecerat,amittat:& ſolus cum ſuo corpore hoſtis pereat:dum multos,quos deſtruxerat,redemptoris gratia reformat.

Hie.ſ.Mic.7.

Soli in ſaltu dicuntur eſſe , qui ſe odio hominum ſeparant. Soli autem ſed nõ in ſaltu , ſunt boni à conſortio malorum ſeparati.Mich.7.c.

## *Somnus, uide Dormire.*

## *Somniare, Somnium.*

SOmniare eſt per quietem ſomni aliquid quaſi vigilando in phantaſia videre.Somniuum autem eſt ipſa viſio ſomniantis.

Glo.ord.ſ.gen.37. — Propheticũ Chriſto. Rup.8.ſ.gen.21. — Parabolæ Chriſti.

Somnia Ioſeph typus erant eorũ,quæ futura erant in Chriſto.Et ſomniator Ioſeph eſt Chriſtus,cui peculiare eſt præuidere futura. Somnia vero dicuntur inuidiæ cauſa, hoc eſt, applicatio ſcripturarum ad Chriſtum:quam Iudęi ferre non poterant.Gen.37.a.Somnia quoq; Ioſeph typum gerunt parabolarum Chriſti,propter quas illi inuidebant principes Iudæorum.

Gre.23.mo.20. — Trãquillitas cõtemplationis. Ricar.de.ſ.victo.de ſomnio Nabuch.1.2.

Somnium aliquando ſignificat tranquillitatem contemplationis:& inſpirationem : & in his ſomnijs apparet Deus:vel potius in ſomnis.Gen.20.a.28.c.Per ſomnium quoq; loquitur deus. Iob.33.b. quando tranquilla mente ab huius ſeculi actione quieſcitur:& in ipſo mentis ſilentio diuina præcepta penſantur. Somnium Nabuchodonoſor , cuius oblitus eſt , ſed poſtmodum etiam eius interpretationem accepit,deſignat contemplationem aliquando auferri à contemplatiuis,ac poſtea multo plenius reddi. Deſignatur etiam gratiam contemplatiuæ vitæ facilius elabi , & difficilius reparari : vt fuit difficile Nabuchodonoſor recuperare ſomnij notionem. *Dani. 2. a.*

Amb.de Ioſeph.6. — Cognitio myſteriorum.

Somnia ſenũ deſignant cognitionem myſteriorum. Ioel.2.g.Et ſomnia eunuchorum Pharaonis erant præuiſiones prophetarum:qui oſtendunt omnem pœnitentiam huius ſeculi eſſe ſomnium:ſicut & ſomnium Pharaonis.Gen.40.a.

Rup 7.ſ.gen.24. — Fides.

Somnium Iacob.Gen.28.a.deſignare poteſt fidem,per quam nunc videmus per ſpeculum in enigmate.

Gre.8.mo.17.

Somnia per quę terret Deus.Iob.7.c. ſunt imaginationes vltimi diſtrictiq; examinis : quod iam vtcunq; per timorem cernimus:ſed tamen vt eſt veraciter non videmus.

Hiero.ſ.Iſa.56. — Voluntas propria.

Somnium etiam quandoq; eſt voluntas propria.Iſa.56.d. Dormientes & amantes ſomnia.

Amb.ſ.pſ.72. — Vita malorum.

Somnium ſurgentis eſt vita malorum:quæ velut ſomnium præterit.Iob.20.a.pſal.72.

Gre.15.mor.3. Gre.9.mo.40. — Occulta tentatio.

Somnium nocturnum dici poteſt occluta tentatio.Deut.23.b.

Hiero.ſ.Zach.10.& ſ.Iſa.29. — Errores hæreticorũ.

Somnia pſeudoprophetarũ deſignant errores capitis hæreticorum: quos ipſi aſcribunt Deo, tanquàm ab eo reuelatos. Iere.23.e.Et ſomniatores ſunt cultores idolorum:& hæretici cultores errorum.Zach.10.a. Et ſicut ſomnium erunt diuitiæ militantium contra Hieruſalem. Iſa. 29.b.Vel quia non proderunt deſtructoribus Hieruſalem: vel quia argumenta & ſtrophæ hæreticorum erunt velut viſa ſomniantium,& ſicut ſomniat eſuriens ſe comodere.

## *Sonare, Sonus, Sonitus, Reſonare.*

SOnus eſt obiectum auditus:vnde quicquid primo & per ſe ab auribus percipitur , ſonus dicitur. Sonare autem eſt ſonum efficere.

Gre.27.mo.13.14.15. — Inſpiratio. Gemit' pœnitẽtiæ. Spiritusſãctus.

Sonus aliquando eſt inſpiratio : & ſonus ex ore Dei eſt vis timoris de ſuperna irruens aſpiratione : quia quum nos de venturis dominus aſpirando replet , proculdubio de male geſtis præteritis terret. Et ſonitus rugit poſt Deũ:quia cum mentẽ Deus ingreditur,mox pœnitentiæ gemitus ſequitur:vt ei iam ſalubriter flere libeat :qui prius de iniquitatibus deflenda iucunditate gaudebat . Iob. 37. a. Sonat etiam inſpiratio. Iere.46. f. Vox eius quaſi æris ſonabit.Quòd ſi os Dei eſt filius, ſonus procedens ex ore Dei erit ſpiritus ſanctus : de quo Act. 2. a. Factus eſt repente de cœlo ſonus tanq̃ aduenientis ſpiritus vehementis.

Sonitus.



Vindicta Dei. — Glo.inte.ſ.Iere.25.

Sonitus rugitus Dei eſt grauis Dei vindicta.Ieremi.25.f.Et ſonitus quadrigarum in iudicio erit angelorum vel dæmonum.Ioel.2.b.Amos.2.a.

Prædicatio. Laudes Dei. — Gre.ſ.cant.2.&.29.mo.16.&.ſ. Eze.li.8 Arno.ſ.pſ.150. Hie.ſ.Eze.1.&.1.li.16.&.ſ.Iob.38 Ori.ſ. cant. ho.4.& ſ.Rom.10.

Sonat vox ſponſæ in auribus ſponſi,quum prædicat Chriſtum proximis , eos hortando ad amorem Chriſti.cant.2.d.Et ſonitus buccinę prædicationem ſignificat.Exo.19.c.20.c.Et laudatur Deus in ſono tubæ,quando,quę in aure audiuntur,prædicantur in tectis ad gloriã Dei. pſ.150.Et ſonitus tintinabulorum eſt prædicatio.Exo.28.f.Et etiam ſonus alarum: & ſonus aquarum ſunt laudes populorum:ſonus vero caſtrorum,eſt maior laus ſublimis Dei:qui omnem ſuperat intellectum.Dicitur autem ſonus ſublimis Dei:quia à Deo habent vt laudent : & quia in fælicitate laudabunt vniti Deo.Eze.1.f.33.a.Sonus apoſtolorum eſt ſimplex prædicatio. pſ. 18.Roma.10.d.Reſonant montes laudem,quum apoſtoli prædicant. Iſa. 44. d. Sonat autem venter quaſi cithara.Iſa.16.d.quando mens prædicantis omnibus virtutibus eſt ornata.: & ſic foris gratum dat ſonum.Et ſonans tonitruum eſt prædicatio apoſtolorum cum virtute ſpiritus ſancti.Iob.38.c.Ideo ſonus factus eſt,adueniente ſpiritu ſancto.acto.2.a.Cum hoc ſonitu perit memoria malorum.pſ.9.

Tuba iudicij. Fortis inſpiratio. Aduentus ſpũſſcti.

Sonitus factus prophetante Ezechiele,deſignat vel ſonum tubę futurum in iudicio:Vel fortem inſpirationem:Vel aduentum ſpirituſſancti in Pentecoſte.Eze.37.b.

Minæ contra prædicatorem. Tentatio — Gre.31.mor.25.38.

Sonare dicitur pharetra ſuper equum.Iob.39.c.quando contra prædicatorẽ ſanctũ occulta prauorum machinatio conſilium ſuum,quod fraudulenter operit,fraudulentius patefacit:vt pmiſsis minis,quaſi ex ſonitu pharetrę terrorem incutiant. Item quando fortiter agenti aliqua occurrit tentatio:vt à forti operatione ceſſet.

Præcepta ſecularium principum. Perſecutiones infideliũ & dæmonum — Hila.ſ.pſ.64. Hie.ſ.Iſa.17. &.ſ.Iere.6.&.ſ.Eze.7. Aug.ſ.pſ.45.64. Gre.ſ.1.reg.4. &.31.mor.25.

Sonitus aquarum ſunt iuſsiones ſublimitatum ſeculi:& commotiones ac perſecutiones infidelium & dæmonum.pſ.9.45.64.82.Iſa.17.d.Et ſonat quaſi mare vox inimicorum:quando graues ſunt tentationes & perſecutiones.Iere.6.f.Et ſonans terra deſignat clamorem Iudęorũ in Chriſtianos.1.reg.4.c.Sonitus etiam populi Iudæorum fuit,quum clamauerunt: Crucifige, Crucifige.Eze.7.c.Et ſonitus equorum ſunt terrores dæmonum & hæreticorum. Ezec.26.b. Et ſonat pharetra ſuper equum,vel contra equum,quando perſecutiones oriuntur aduerſus prdicatores. Vel ſonat in diabolo perſequente.Iob.39.c.28.d.

Fama turpitudinis prælati. — Gre.ſ.1.reg.15.

Reſonare dicitur vox gregum in auribus Samuelis.1.reg.15.d. quando venit fama turpitudinis inferioris prælati ad ſuperiorem.

Prædicatio legis. — Iſy.ſ.Leui.26.

Sonitus folij volantis terret Iudæos.Leuit.26.e. quia terrentur à prædicatione legis per fideles facta.

Inſania voluptatũ.

Sonitus lætantium eſt inſania vacantium voluptatibus.Iſa. 24. b. Ad idem ſonitus organi. Iob.21.b.

Fama lapſi in peccatum — Hie.ſ.Eze.26.31.

Sonitus ruinæ Tyri eſt fama eius,qui lapſus eſt in peccatũ. Eze.26.c.27.f. Et ſonitus ruinæ cedri eſt fama Luciferi lapſi.Eze.31.f.

Inquietudo impij. — Gre.12.mor.19.

Sonitus terroris dicitur eſſe ſemper in auribus impij.Iob.15.c.quia ſemper malum ſuſpicatur:nec in vlla eſt ſecuritatis tranquillitate.

## *Sophar.*

Hæretici — Hie.prol.in cõment.ſ.Iob. Gre.prol.mor. cap. 12.&.3.mor.17.

SOphar.i.ſpeculator,vel buccina:vel diſsipatio ſpeculæ,vel matutinus , aut corona, ſeu circulus:Vnus ex amicis Iob.Iob.2.a. Typus eſt hæreticorũ:qui cum aliqua per naturæ bonũ ſapienter prædicent:ſunt tamen aſſertores mendacij,falſa de Chriſto prædicantes,& mentes cõtemplantium ſubuertentes.

## *Sophim.*

Angeli. Contẽplatio Dei. — Gre.ſ.1.reg.1.

SOphim.i.ſpeculę,vel ſpeculantes,ſiue cooperti,aut natantes,vel expectantes,aut fauus:mõs eſt in tribu Ephraim,vnde erat Elcana pater Samuelis.1. reg. 1. a. deſignare poteſt angelos cognoſcentes Chriſtum:vel contemplationem Dei.

## *Sophonias.*

Hie.ſ.Soph.1.

SOphonias.i.abſconſio domini, ſiue ſecretum domini,aut ſpeculator noſter dominus : vel aquilo domini: Vnus è duodecim prophetis,filius Chuſi,hoc eſt,humilitatis: quia prophetæ & apoſtoli dicunt:Non ſum dignus vocari apoſtolus.Sopho.1.a.Alius Sophonias ponitur. Zachar.6.c.

*Sopire, Sopor, uide Dormire.*

*Sorbere, uide Abſorbere.*

*Sordes, Sordeſcere, uide Immundus.*

*Sorec.*

SOrec.i.vinea,vel vitis,aut ſibilus,vel ſibilans:vel interpretatur electa.Eſt genus vitis optime:quæ vberes fructus facit,atq; perpetuos.Iſa.5.a.typus eſt Iudęæ, vel animæ virtutibus ornatę.

*Hie.ſ.Iſa.5.&.epiſ. Ignota vultu. — Iudæa. Anima.*

## Soror,uide Frater.

## Sors,Sortiri.

SOrs eſt fortuitus aliquis euentus:& interdũ accipitur pro munere vel officio, & conditione. Sapi.3.c.Sors in templo Dei acceptiſsima.Quãdoq; pro patrimonio ſeu hęreditate. Datur etiam ſors diuinatoria.Eſthe.3.b.Miſſa eſt ſors in vrnam coram Haman. Sortiri autem eſt ſortes facere,vel per ſortes aliquid accipere.

Sors eſt res in dubitatione humana diuinam iudicans voluntatem: & poteſt ſignificare ſtatum gratiæ,ſeu gratiam Dei,qua ſaluati ſumus:quæ non eſt in electione humana, ſed in voluntate diuina:vnde ſortes iuſtorum dicuntur eſſe in manibus Dei.ps.30.124.

*Aug.ſ.ps.30. — Gratia Dei*

Sortem mittere inter duos hircos.Leui.16.b. quæ dici poteſt ſors conſultoria, eſt diuidere iuſtos à peccatoribus.Item recognoſcere in Chriſto naturam diuinam & humanam:vt cuique tribuatur,quod ſuum eſt.

*Ori.ſ.Leui.ho.9. Iſy.ſ.Leui.16. — Diuidere iuſtos à peccatoribus. Cognoſcere duplicẽ naturã in Chr̃o.*

Sorte diuiſoria datur terra promiſsionis:ſed aliqui accipiunt ſine ſorte: quia ſicut in bello egregij duces accipiunt aliqua ſpolia ſine ſorte:ita in gloria:vt apoſtoli accipiũt duodecim ſedes.Nu.26.f.33.g.36.b.Leui.16.c.Ioſ.9.b.13.a.17.a.18.b.21.a.ps.141.Col.1.b.Illorũ aũt eſt ſors ſeu portio in terra viuentium,quorum conuerſatio in cœlis eſt.Philip.3.Ad hæc pertinent ſortes ſacerdotum & Leuitarum.1.par.24.b.Omnes ſors ęqualiter diuidat.

*Ori.ſ.nu.ho.21.&.ſ. Ioſu.ho.23.25.*

Sors etiam eſt propria cuiuſq; conuerſatio:& ſortes ſpirituales ponimus, quando per exteriora ſigna operum,ad occultorum notitiam peruenimus.1.reg.14.f.ps.30.Sapi.2.b.

*Gre.ſ.1.reg.14. — Conuerſatio vniuſ. cuiuſq;.*

Sors cadens ſuper Ionam eſt,quando apoſtoli & martyres patiuntur, non propter peccata ſua,ſed propter Chriſtum.Ion.1.b.

*Rup.ſ.Ionam.1. — Pati ꝓpter Chriſtũ.*

Sortes eligendi regis deſignant electionem faciendam de prædicatoribus.1.reg.10.d.

*Gre.ſ.1.reg.10. — Electio ꝓdicatoris.*

Sortes miſſæ ſuper veſtem Chriſti.ps.21.deſignare poſſunt diſtributionem geſtorum Chriſti inter euangeliſtas ea ſcribentes. Vel mittitur ſors ſuper charitate, quæ non diuiditur:ſed ſorte datur deſuper:nempe per diuinum iudicium,non per merita.Mat.27.d.Mar.15.b. Luc.23.a. Ioan.19.d.

*Amb.de Tobi.20. Au.ſ.ps.21.&.ſ.loã.tra.118. — Diſtributio geſtorũ Chr̃i inter euangiſ. Collatio, charitatis à Deo.*

Sorte Zacharias offert incenſum.Luc.1.a. deſignans mittendum & dirigendum eſſe à domino ſacerdotem Chriſtum.

*Amb.ſ.Luc.1. — Miſsio Chriſti ſacerdotis*

Sors idololatrę eſt in torrentibus,hoc eſt,ſors ſacerdotis diaboli eſt in inferno. Iſa.57.b. Ita ſors vaſtantium fideles eſt infernus.Iſa.17.d. Iere.13.d.

*Hie.ſ.Iſa.17.57. — Gehenna.*

Sortem mittunt ſuper populum Dei,aut alterius ciuitatis,qui eum in varios inducunt errores.Ioel.3.a.Nahum.3.b.

*Lyra.ſ.Ioel 3. — Inducere in errores*

## Soſpes,uide Saluare. Spathula,uide Palma.

## Spacium,Spacioſus.

SPacium eſt intercapedo loci ſeu temporis,quæ inter aliquos terminos includitur. Spatioſum autem eſt,quod multum habet ſpatij.

Spacium itineris trium dierum inter oues Labã,& oues Iacod,deſignat fidem trinitatis,qua fideles ab infidelibus ſeparantur.gen.30.f.

*Fides trinitatis*

Spacioſa terra dici põt gloria cœleſtis,quę totũ animi deſideriũ vndiquaq; replet. Exo.3.b.

*Glo.or.ſ.Exo.3. — Gloria cœleſtis*

Spacium factum Sion deſignat latitudinem eccleſiæ,quam inter gentes accepit. Iſa.49.c. Et ſpacioſus locus in domo Laban eſt prõptitudo gentilitatis in ſuſcipienda fide.gen.24.c.Spacioſus etiam locus eſt ipſa eccleſia,in qua ſtatuuntur prædicatores,tanquam pedes Chriſti.ps.30.

*Glo.inte.ſ.Iſa.49. Hie.ſ.ps.30. — Latitudo eccleſiæ in gentibus.*

Spacioſus locus dici põt dilectio,quæ extẽditur ad amicos & inimicos.In loco etiã ſpacioſo pedes ſtabiliti ſunt,qñ & ad cõgruentia bona tendimus,& nulla difficultate ꝑpedimur. ps.30.

*Gre.26.mor.31. — Dilectio amicorum & inimicorum. Promptitudo bene operandi.*

Spacioſa terra eſt huius mundi proſperitas,in qua mali per latam viam mergũtur in infernũ. gen.34.c.Dicitur etiam ſpatioſa via:quia in ea variè contingit errare.Matth.7.b. Spatioſa autem terra apta eſt inundationi: vnde deſignat eos, qui multum merentur caſtigari à Deo. Iſa.28.a.

*Baſi.regu.breu.240 Glo.or.ſ.Exo.3. — Mũdana ꝓſperitas. Graues peccatores*

Spacioſè paſci dicuntur,qui ſine vllo impedimento ſtudio ſacræ doctrinę vacant Iſa.30.c.

*Hie.ſ.Iſa.30. — Vacare ſacrę doctrinæ.*

Spacioſum mare deſignare poteſt leges,multa hominum genera continentes. Vel latitudinẽ mundi ducentem ad inferos.ps.103.

*Arno.ſ.ps.103 Aug.ſ.ps.103. — Leges. Latitudo mundi.*

Spatioſa cęnacula ędificare vult hæreticus:ſed anguſta ædificat.Iere.22.d.

*Hie.ſ.Iere.22.*

## Species,Specioſus,uide Decor.

## Spectare,Spectaculum,Spectabilis.





SPectare eſt ſæpe,ſeu fixè intueri.Spectaculum autem dicitur id,quod ſpectatur: vt ludi:aut etiam ipſa ſpectatio.

Spectans Eli contra viam.1.reg.4.c.deſign at ſcribas:qui dum ſuprbe ſcripturas accipiebant, ei,qui eſt via,per quam ire ad æternam patriam debuerant,contradicebant.Ipſe enim Chriſtus dicit.Ioan.14.Ego ſum via,veritas & vita.

*Cõtradicẽtes ſcribæ Chriſto. — Gre.ſ.1.reg.4.*

Spectaculum fuit paſsio & reſurrectio Chriſti.Iſa.27.c.Iuxta ſeptuaginta.

*Hie.ſ.Iſa.27.*

## Specula,Speculari,Speculator.

SPecula eſt locus editus & eminens:vnde aliquid videri & ſpeculari poteſt: ſiue ſit mons, ſiue turris,ſiue lapis,ſiue arbor,aut aliquid aliud eminens.Speculari autem eſt quaſi è ſpecula proſpectare,vel ad videndum intendere.Per tranſlationem autem ponitur pro ſcrutari,& exacte conſiderare.

Specula dici poteſt eccleſia:& etiam cõtemplatio.Iſa.21.c. Super ſpeculam domini ego ſum ſtãs.Item pœnitentia.Iere.31.d.Statue tibi ſpeculam.Speculam autem ſibi ſtatuere eſt ventura vitiorum certamina ex alta conſideratione prenoſcere.

*Eccleſia. Cõtẽplatio. Pœnitentia Prouidentia — Glo.or.ſ.Iſa.21. Gre.31.mor.31.*

Speculator interdum dicitur propheta.Iſa.21.b.Eze.3.d. Et ſpecula eſt ipſa prophetia, per quam procul intuentur futura.Iſa.21.b.

*Propheta. Prophetia — Hie.ſ.Iſa.21.*

Speculatores qui erant in Gabaa Beniamin.1.regũ.14.c. deſignant apoſtolos, epiſcopos,& doctores in ſublimi ſtatu vitæ poſitos:qui non ſolum ſubditorum facta conſiderant,ſed etiam concionatorum prædicationem.Iſa.52.c.Iere.6.d.31.d.Ezec.3.d.33.a. Quiſquis autem populi ſpeculator ponitur,in altum debet ſtare per vitam:vt prodeſſe poſsit per prouidentiam. Ideo Iſa.40.Super montem excelſum aſcende tu,qui euangelizas Sion.

*Apoſtoli. Prælati. Doctores — Gre.ſ.1.reg.14.&.ſ.Eze.ho.11. Hiero.ſ.Iſa.52.&.ſ.Iere.6. Cyril.in apolo.*

Speculatores cęci ſunt ſacerdotes Iudæorũ & phariſæi,& etiã hęretici.Iſa.56.d.Hoſ.5.a.9.b.

*Sacerdotes Iudæorũ. Hæretici. — Hiero.ſ.Iſa.56.&.ſ.Hoſe.9.*

## Speculum.

SPeculum eſt illud terſum ac politum,in quod aſpicientes imaginem noſtram, aut alterius rei illi obiectę,quam refert,contemplamur.

Speculum dicitur ipſe Chriſtus,& ſapientia,& ſacra ſcriptura: ad quorum aſpectum debemus noſmetipſos contemplari,& maculas tergere.Sapi.7.d.Iacob.1.d.

*Chriſtus. Sacra ſcriptura.*

Specula mulierum,de quibus fiebat labrum ęneum ad lauandum ſacerdotes.Exod.38.a.deſignare poſſunt diuina pręcepta:quæ debemus contemplari,vt ſordes mentis noſtræ abluamus. Significant etiam exempla ſanctorum patrum,qui ob animarum pulchritudinem mulieres dicuntur.Specula etiam mulierum dici poſſunt corpora ſancta virginum.

*Diuina præcepta Exẽpla ſanctorum. Corpora virginum. — Gre.ho.7. Rup.2.ſ.Leui.32 Hie.2.aduẽ.Iouinia.*

Speculum aliquando dicitur cognitio rerum diuinarum obſcura:& fides,quæ dicitur ſpeculum ſine macula.Sapi.7.d.Iſa.3.d.Vnde.1.Cor.13.d.ait apoſtolus:Videmus nunc per ſpeculum in ęnigmate.

*Fides — Hie.ſ.Iſa.3.*

## Specus,Spelunca,Antrum,Cauerna.

SPecus & ſpelunca eſt locus excauatus intra rupem,aut montem obſcuritatem quãdam habens: qui etiam antrum & cauerna dicitur.

Spelunca,in quam confugit Dauid,cum fugeret Saulem.1.reg.21.a.24.a.ps.56.141.in titulo. diuinam protectionem ſignificare poteſt.Deſignat etiam carnem Chriſti: vel eius ſepulcrum, vbi abſconditus eſt à Iudæis perſequentibus.

*Diuina protectio Caro Chriſti. — Arno.ſ.ps.56. Aug.ſ.ps.56.*

Cauerna maceriæ dicitur ſinus Dei patris:vbi filius nota facit omnia ſpõſę. cantic.2.d. Vbi Origenes legit promurale. Vel deſignat vulnus lateris Chriſti. Vel protectionem angelicę cuſtodiæ: Vel loca vacua in choris angelorum,relicta à dæmonibus. Vel contemplationem chororũ cœleſtium. Cauerna etiam laci,quæ videtur Saram ſignificare. Iſaiæ.51. a. dici poteſt latus Chriſti.

*Sinus Dei patris. Vulnꝰ lateris Chr̃i. Cuſtodia angelorũ Latus Chriſti — Ori.ſ.cant.ho.4. Gre.ſ.cant.2. Ber.ſ.cant.ſer.62. Hie.ſ.Iſa.51.*

Spelunca etiam dicitur humanitas vel caro Chriſti.ps.56.141.in titulo.Iere.16.d. Poteſt etiã deſignare hunc mundum,in quem venit Chriſtus pugnaturus contra diabolum, ipſumq; victurus:ſicut Dauid fugiendo vicit Saulem.

*Humanitas chriſti. Mundus. — Hila.ſ.ps.56. Ori.ſ.Iere.ho.12. Hie.& Au.ſ.ps.141.*

Spelunca,in qua habitauit Lot relicta terra Sodomorum,firmitatem & ſoliditatem in virtutibus ſignificare poteſt.gen.19.f.Deſignat etiam eccleſiam,quæ ſanctorum eſt diuerſorium, piè viuentium tegmen:quam inhabitant iuſti,& quicunq; ignis ſupplicium euaſerint.

*Firmitas in virtutibus. Eccleſia — Cyril.de ado.in ſ.*

Spelunca etiam in qua habitauit Lot,templum ſignificare poteſt:& etiam legem: vel ſynagogam.Speluncę enim dicuntur ſynagogę Iudęorum.Iſa.32.c.Et ſpelunca hyęnę plena oſsibꝰ mortuorum eſt ſynagoga Iudæorum.Iere.12.b.

*Templum. Lex Synagoga — Ori.ſ.gen.h.5.&.ſ. Iere.ho 8. Hie.ſ.Iſa.32*

Spelunca rurſum eſt munimentum veritatis:quò confugiendum eſt fidelibus: & ſcripturæ legis & prophetarum.Et cauernæ petrarum ſunt doctrina apoſtolorum, & apoſtolicorũ virorum.Iere.16.d.apoc.6.d.

*Sacra ſcriptura — Hie.ſ.Iſa.1.&.ſ.Iere.16. Aug.ſ.apo.h.5.*

Cauernę petrarum dici poſſunt apoſtoli,& ꝓdicatores:& etiam angeli.Iere.16.d.

*Apoſtoli. Angeli — Ori.ſ.Iere.ho.12.*

Rup.6.ſ.gen.37. Beda.ſ.gen.23. Gre.ſ.1.reg.13.14.& 6 mo.25.&.30.m.11.
Opera bona cũ contemplatione. Conſcientia vtriuſque populi. Studium vitæ remotioris

Spelunca duplex, vbi ſepelitur Sara, operationem bonam contemplationi coniunctam ſignificare poteſt: vbi eſt geminæ vitæ requies. Deſignat etiam cõſcientiã vtriuſq; populi, vbi quieſcit ſcriptura: Vel duas leges interceſſu literæ. gen.23.b.25.a.49.d.50.c. Et cauernæ, vnde exire dicuntur Hebręi ſunt ſtudium remotioris vitæ prædicatorum. 1.reg.14.b. Speluncas autem ingredimur, quando ad mentium ſecreta recurrimus: ne vagantibus oculis concupiſcenda videamus: & quando olfactum ab obſcęnitatibus mundi cuſtodimus. 1.reg.13.b. In antris etiam cubant catuli leęnæ, quando prædicatores quieſcunt ſub ſilentio, opportunum tempus expectantes. Iob.38.d.

Amb de fug. ſecu.5. Gre.5.mor.26. Hie.1.adu.Iouini.& ſ.Iob 30.
Corpus hominis. Senſus hominis

Spelunca pręterea dicitur corpus hominis. pſ.141. Et ſpelunca in cuius oſtio ſtetit Elias, eſt hæc corruptionis habitatio, in qua adhuc ex vetuſtate retinemur. 3. reg. 19.c. Hæc eſt ſpelunca, in qua abſconduntur quinque reges. Ioſue.10.c. Cauernę etiam terræ ſunt ſenſus hominis. Iob.30.b.

Gre.20.mor.14.
Cogitationes prauę. Conſcientia

Cauernæ terræ dici poſſunt cogitationes prauæ: in quibus ſe hęretici, aut praui ab humanis oculis abſcondunt. Praui quippe vt ſunt, videri ab hominibus refugiunt: dumque aliud quàm ſunt ſimulant, ſeſe in conſcientiæ ſuæ latibulis, quaſi in cauernis occultant. Iob.30.a.

Hier.ſ.Iob.30.&.ſ. Eze.33. Gre.20.mo.11.
Sẽſus carnales legis. Conciliabula hæreticorum.

Cauernę præterea dici poſſunt ſenſus carnales legis. Item occultę prædicationes hæreticorum, & conciliabula: quę ſunt penetralia, vbi dicunt eſſe Chriſtum. Iob. 30.b. Ezechielis.33.f. Nahum.2.d.

Hier.ſ.Iob.38.&.ſ. Iſa.11.65. Gre.ho.39. Ori.ſ.Mat.ho.15
Mens peccatoris. Hæreſes. Eccleſia.

Antrum in quo moratur beſtia, mentem peccatoris ſignificat. Iob.37.b.38.d. Et cauerna reguli eſt obſeſſus à dæmone, vel in peccato exiſtens. Iſa.11.b. Spelunca etiam latronum eſt anima malis cogitationibus, peccatis, rapinis &c. plena: hæreſes item ſpelunca latronum dici poſſunt. Speluncam quoq; latronum faciunt eccleſiam, qui in ea male viuunt. Matth.21.b. Iere.7.b. Haba.2.b.

## *Spernere, uide Contemnere.*

## *Sphera, Spherula, uide Globus.*

## *Spica.*

SPica eſt, quę in extremo culmi frumenti aut alterius grani ſemina continet, ariſtis veſtita.

Rup.1.ſ.Leui.11.&.1.ſ.deut.27. Hie.ſ.Iſa.17. Gre 22.mora.20.& ſ.Eze.ho.15. Hila.ſ.Mat.can.12.
Exempla patrum. Apoſtoli. Recentes in virtutibus. Proficientes

Spicę virentes erant exempla patrum ante legem, quos nondum legis ęſtus terruerat: torrentur autem igne ſpiritusſancti, quum additur intelligentia ſpiritualis. deut.23.d. Spicę etiã virentes erant apoſtoli adhuc rudes: & alij neophyti. Leuitic.2.d. Spicę quoq; Iacob dicuntur apoſtoli, & reliqui fideles ex Iudęis. Iſa.17.a. Item aliquando ſpicę ſunt teneri adhuc & recentes in virtute. Exodi. 22. a. Matthæ. 12. a. Aliquando vero proficientes iam & ſolidiores. Marc.4.c.

Philo.de ſacri. Abel & Cain. Aug.1.de gen. ad li. 20. Hier.ſ.Iob.24.&.ſ. Zach.4. Gre.16.mor.25. Hy.ſ.Leui.19.23.
Doctrina probata. Sacra ſcriptura.

Spicę etiam virentes, & toſtæ igne ſermonem doctrinę probatum ſignificare poſſunt. Leui. 2.d. Et ſpicę quas vellebant apoſtoli, deſignant doctrinam ſacrę ſcripturę. Lucæ.6.a. Et ſpicæ duæ oliuarum ſeu rami vtrunq; teſtamentum deſignant. Zach.4.d. Spicę quoq; quas impij tulerunt ab eſurientibus. Iob.24.b. ſunt ſanctorum patrum ſententiæ, & occulta obſcuraq; notitia diuinorum: quia ſæpe dum per figurata eloquia proferuntur, ab eis tegmen literę quaſi ariſtarum paleas ſubtrahimus, vt medulla ſpiritus reficiamur. Spicę etiam remanentes in agro, ſunt doctrinæ legis ad legem nouam facientes: & quod relinquitur cognoſcendum poſt hanc vitã. Leui.19.b.23.d.

Fructus eccleſiæ

Spicę pręterea quas vellebant apoſtoli, fructus eccleſię deſignare poſſunt. Luc.6.a.

Amb ſ.Luc.6. Gre.17.mor.6.
Genus humanum.

Spica multa ſimilia & paria continens grana, genus humanum ſignificare poteſt: cuius ariſtæ ſunt ſuperbi, qui rigiditate tumoris ſuperbię, amiſſa charitatis vnione ſe ab alijs ſeparant. Iob.24.d.

Gre.1.mor.36. Hie.ſ.Mar.4.
Bonę cogitationes. Pœnitentia

Spicę tritici bonas cogitationes aliquando ſignificare poſſunt. 2.reg.4.b.

Spica, vt profert plenum fructum, deſignat pœnitentiam lachrymoſam, quę introducit charitatem. Mar.4.c.

Rup.8.ſ.gen.41.
Virtutes. Abundancia gratiæ. Fideles

Spicę ſeptem plenę in culmo vno. gen.41.a. deſignant virtutes in anima, vel charitate vnitas. Item abundantiam gratiæ: & fideles abundantes doctrina ſpirituali.

Rup.8.ſ.gen.41
Vitia. Tempus Antichriſti. Iudæi.

Spicę vero aliæ tenues & arentes, pulchritudinem priorum tollentes, vitia ſignificant virtutibus cõtraria: & tẽpus Antichri: Item Iudæos aridos & eſurientes, ſine vero ſenſu ſcripturarũ.

## *Spiculum, Spiculator, uide Sagitta.*

## *Spina, Spinoſus, Tribulus, Vepres, Sentes.*

SPina eſt aculeus ſentis vel rubi, aut alterius, quo pungimur, eſt etiam arbor ſpinæ nomine. Spina quoq; dicitur in animali contextus vertebrarum inter ſe, qui eſt à collo vſq; ad extremum os ipſius ſpinæ ſeu dorſi.

Hie.ſ.Iſa.27
Ira Dei.

Spinæ interdum ſignificant duritiam irę Dei: quæ malos grauiter affligit. Iſa.27.b. Iere.12.c.

Spinę



Carnes martyrum
Aug.ſ.Ioan.

Spinæ ſuper caput Chriſti. Mat.28.c. ſignificare poſſunt carnes martyrum laceratas: quibus tamen Chriſtus coronatur.

Doctores ſacri
Gre.ho.20.

Spina in bonum ſignificare poteſt doctrinæ ſpiritalis viros, qui dum de peccatis ac virtutibus diſſerunt, & modo æterna ſupplicia minantur, modo cœleſtis regni gaudia promittũt, corda audientium pungunt, ſicq; mentem dolore compunctionis perforant, vt ab eorum oculis, quaſi quidam ſanguis animæ lachrymæ decurrant. Iſa.41.c.

Stimulꝰ cõſcientiæ. Compunctio
Aug.q.in Exo.154. Gre.ſ.1.reg.6. Amb.ſ.pſ.118.ſe.22.

Spina etiam ſignificat ſtimulum conſcientię, & compunctionem: & tunc configitur ſpina, quum per omnipotentis Dei diſpenſationem ad lachrymas pœnitentiæ anima criminũ recordatione inflammatur. pſ.31. Et ſepiuntur aures ſpinis, quum cor eſt contritum, & habet in ſe timorem diuini iudicij. Eccl'tę.28.d.

Solicitudo ſeculi. Diuitiæ. Quæſtiones
Amb.1.offi.3. Ori.ſ.cant.ho.3. Chry.ſ.Mat.ho.45. &.ſ.gen.ho.59. Baſi.ſ.pſ.45. Aug.2.de gen.cõtra Manich.20.

Spina fere in malum ſumitur: quia pungit, & dolorem infert: ſolet ſignificare ſolicitudines ſeculi animum affligentes: & diuitias ſolicitudinem ingerentes. Mat.13.a. Luc.8.a. gen.3.d. cant. 2.a. Sicut enim ſpinæ non ſinunt ſemen emicare, ſed denſitate ſua ſeminatum ſupprimunt: Ita & curæ temporales ſpirituale ſemen, quod in anima ſeminatur, non ſinunt fructũ afferre: ſed adurunt, & ſuffocant ſicut ſpinæ profectum eius retardantes. Spinæ quoq; ſunt quæſtiones animum pungentes, & excitantes.

Voluptates. Inordinata concupiſcentiæ
Chry.ſ.Matt.ho.45. Aug.2.de gen.cõtra Mani.20. Philo.2.allegor.

Spinæ præterea ſignificant voluptates, & prauas inclinationes: & etiam tribuli ſunt inordinatæ concupiſcentiæ. geneſ.3.d. Matth.13.a. Luc.8.a. Significant itidem ſpinæ dolorem corporis. pſ.57. Spinæ autem non producunt fructum: ſicut ediuerſo ficus non producit aliquid noxium. Luc.6.d. Hila.ſ.pſ.57.

Peccata. Prauæ cogitationes
Am.ſ.Lu.6.&.ſe.38. Ori.ſ.pſ.36.ho.1.& ſ.Mat.ho.35. Hie.ſ.pſ.57.&.ſ.Iſa.33.&.ſ.Ioel.3. Gre.20.mor.12. Iſy ſ.Leui.18.

Spinę præterea ſunt vitia incultiq; mores, & iniquitas nondum firmata: quum ſpina ſit fragilis: & etiam peruerſæ cogitationes. pſ.31.57. pro.24.d. Iſa.5.b.10.33.b.34.c. Iere.4.a. Hæ ſunt ſpinæ ſuper caput Chriſti. Matth.27.c. Ioel.3.d. Et vepres, inter quas hærebat aries. geneſ.22.c. ſunt peccata noſtra, quorum dolorem pertulit Chriſtus. Et vepres vineę ſunt peccata. Iſa.5.b.9.d.10.d. Iob.30.a. Beda ſ.Eze.22.&.ſ.pro.14.

Animæ comparatæ ſponſæ. Gentiles. Hæretici. Animæ peccatrices. Errores hæreticorũ. Exempla mala
Ori.ſ.cantic.ho.2.3. &.1.Ier.ho.7. Amb.ſ.pſ.118.ſer.58. Aug.epiſ.48. Hie.ſ.Nahum.1.& ſ.Hoſe.10. Cyril.12.ſ.Ioan.58. Gre.ſ.cant.2. Hie.ſ.Iere.12.

Spinæ ſunt omnes animæ comparatæ ſponſæ. canti.2.a. Vbi etiam deſignari poſſunt gentiles & hæretici: ſicut Matth.7.c. Et ſpinæ ſuper caput Chriſti: ſunt animæ peccatrices: & gentes prius inutiles. Matth.27.c. Marc.13.b. Ioan.19.a. Et ſpinæ in roſa ſunt ſenſus hæretici in ſacra ſcriptura. Vel ipſi hæretici ab eccleſia prodeuntes: qui & vepres dicuntur. Iere.12.c.34.c. Iſa.9.d.10.d. Et ſpinę ſe mutuo complectentes, ſunt hæretici in conuiuijs doctrinarum ſuarum. Nahum.1.c. Et tribulus ſuper aras hæreticorum eſt fructus errorũ ipſorũ. Hoſe.10.c. Spinæ quoq; ſunt, qui ſolis verbis Chriſtum confitentur: operibus vero nihil, niſi humanas ſolicitudines ſectantur. Spinæ ſunt etiam exempla mala. Iere.12.c.

Tentationes & tribulationes
Amb.3.Exae.11. Hie.ſ.Iſa.23. Gre.34.mo.1. Ber.ſ.cant.ſer.48

Spinæ ſunt tentationes & tribulationes animum affligentes. Baruch.6.g. Hoſe.2.b. Et ſpinis electorum viæ ſepiuntur, dum dolorem punctionis inueniunt, in hoc, quod temporaliter concupiſcunt. Inter has ſpinas eſt lilium ſponſę: quia inter tribulationes candidior & odoratior prodit. Canti.2.a.

Praua verba & opa Iudæorum.
Amb.ſer.73. Hie.ſ.Iſa.7.

Spinæ etiam erant praua verba Iudęorum in Chriſtum: & etiam eorum opera peruerſa. Iſa. 5.b.7d.9.d.

Dolor vbi ſperabatur remuneratio
Gre.22.mor.24. Hie.ſ.Mich.7.

Pro frumento oritur tribulus: & pro hordeo ſpina. Iob.32.d. quando in vltima retributione ex ea re, de qua remuneratio laboris quęritur, punctio doloris inuenitur. Vt autem hordeum à frumento diſtat, quamuis vtrunq; reficiat: ſic à tribulo ſpina, quamuis ſit vtrunq;, quod pungat quia tribulus mollior, & ad pungendum ſemper durior eſt ſpina. Spina quoq; de ſepe eſt dolor vbi ſperabatur auxilium. Mich.7.a.

Dæmones
Hie.ſ.Eze.28.

Spina doloris ſunt populo Dei Sidonij, hoc eſt, dęmones affligentes populũ Dei. Eze.28.g.

Corona Chriſti. Iniqui. Peccata.

Vepres inter quas hærebat aries. gen.22.c. coronam Chriſti ſignificare poſſunt. Vel ſunt iniqui, qui ſuſpenderunt Chriſtum: & etiam peccata, propter quę crucifixus eſt.

Temeritas

Spina aliquando dicitur temeritas. pro.24.d. Operuerunt ſuper faciem eius ſpinę. Et.26.b. Quomodo ſi ſpina naſcatur in manu temulenti. Eccl'tę.7.a. Sicut ſonitus ſpinarum ardentiũ ſub olla: ſic riſus ſtulti.

Cle.Ale.2.pæda.8.

Spinoſa planta eſt rubus: poſtquam verbum legem ferre, & cum hominibus conuerſari deſinit, corona coronatur: vt quod primum per verbum viſum fuerat, per ſpinam rurſum aſſumptũ oſtenderet omnia vnius potentię.

## *Spina arbor, uide Sethim.*

## *Spiritus, Spiritualis, Spirare, Aſpirare. Spiraculum.*

SPiritus halitum ſignificare ſolet: vnde ſpirare dicitur, qui halitũ emittit: Ideo ſpiritus ſumitur pro vento. Spiritus aũt aliquãdo eſt aſpiratio. 3.reg.10.a. Nõ habebat vltra ſpũm. Apparitio. Mich.2.c. Vtinam non eſſem vir habens ſpiritum. Cogitatio. pro.15.a. Quę immoderata eſt

conteret ſpiritum.Cura.Num.11.d.Auferam de ſpiritu tuo,& tradam eis. Donum ſpirituſſancti.Exo.28.a.Quos repleui ſpiritu prudentiæ.Intentio ſpiritualis.pſ.77. Non eſt creditus cum Deo ſpiritus eius.Ira.Iudi.8.a.Requieuit ſpiritus eorum,quo tumebant.Robur.1.regum.30.c. Reuerſus eſt ſpiritus eius.Sol.Eccl'tæ.1.a.In circuitu pergit ſpiritus. Vita. Iob.17. a. Spiritus meus attenuabitur.Voluntas.2.para.36.d.Suſcitauit dominus ſpiritum Cyri. Ponitur ſpiritus diuinus,ſpiritus angelicus,ſpiritus humanus,ſpiritus carnis,ſpiritus mundi, ſpiritus nequitiæ, & ipſe angelus malus.

Ber.ſer.de ſeptem ſpiritibus. Hie.ſ. Mich.2.&.ſ. Haba.2.

Spiritus in bonum. Spiritus in vtroq; teſtamento,iuxta Hieronymum, vbicunq; ſine additamento ponitur, in bonam partem intelligitur.Vt Galat.5.d.Fructus autem ſpiritus charitas,gaudium,pax,&c.Et 6.a.Si ſpiritu viuimus,ſpiritu & ambulemus.Et Rom.8.c.Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis,viuetis.Et in veteri.Dans flatum populo,qui eſt in ea:& ſpiritum calcantibus eam. E contrario malus ſpiritus ſemper legitur cum additamento.Vt Matth.12. d. Cum immundus ſpiritus exierit ab homine.Et Luc.9.e.1.reg.16.c.Mich.2.d. Haba.1.c.2. d. Sed in bonum aliquando ponitur cum additamento: aliquando ſine eo. Pro malo vero nunquam ſine additamento.

Deus. Spiritus principaliter dicitur Deus,ſecundum quod maxime ſeparatus eſt à conditionibus, ſeu proprietatibus corporis.Ioan.4.d.2.Cor.3.d.

Aug.13.confeſ.4.

Voluntas Dei. Spiritus domini,qui ferebatur ſuper aquas,dici poteſt volũtas Dei,quæ ferebatur ſuper voluntates angelorum.gen.1.a.Zach.6.b.

Baſi.ſ.pſ.32. Arno.ſ.pſ.105. Aug.de quanti.aïæ.&.ſ.pſ.50. Hie.ſ.Iſa.32.57.59.&.ſ Ieremi.10.&.ſ. Eze.1.37. Am.1.de ſpũſctõ.6. Aug.ſ.Rom.8. Gre.ſ.pſ.50. Rup.1.ſ.apoc. Hie.epiſ.igno.vult.

Spirituſſanctus. Spiritus domini paſsim accipitur pro ſpiritu ſancto.gen.1.a.6.a.pſ.32.105.142.147.Iſa.42.a. 48.c.Iere.10.c.Ioel.2.g.Ipſe eſt ſpiritus rectus,hoc eſt,director:quem ſequens anima in veritate quærenda deuiare atq; errare non poteſt.Item ſpiritus principalis,potens ad operandum.pſ. 50.Et eſt effuſus de excelſo per ſua dona in Pentecoſte. Et dicitur egreſſus à facie Dei: quia miſſus à patre.Dicitur etiam ſpiritus Chriſti.Iſa.32.d.57.d.59.d.63.c.Spirituſſanctus in baptiſmo dicitur pignus vitæ:vt per virtutem ſpiritus renouemur à morte & vetuſtate peccati: qui etiam eſt ſpiritus adoptionis.Rom.8.c.Vt enim ſpiritus ſeruitutis eſt,qui poteſtatẽ habet mortis:ita ſpiritus adoptionis eſt ſpirituſſanctus.Et ſpiritus impetus eſt impulſus ſpirituſſancti: & ſpiritus inductus in oſſa.Ezech.1.c.37.d.Iob.26.d.32.b.pſ.47. Et ſpiritus ſeptem in conſpectu throni.apoc.1.b.eſt ſpiritus ſeptiformis,quo firmantur angeli. Spiritus autem non extinguendus eſt feruor ſpirituſſancti.1.Theſſa.5.d.1.reg.11.b.

Feruor ſpũſſancti.

Philo.de gigantib⁹ Amb.2.de.ſſ.7.

Aer. Spiritus quoq; domini,qui ferebatur ſuper aquas, aerem ſignificare poteſt: qui ſuperfertur elemento aquæ.gen.1.a.Amos.4.d.

Ber.ſer 3.pentecoſ. Ori.ſ.Ezec.ho 1.

Chriſtus. Deus pater. Spiritus rectus intelligi poteſt filius:ſpiritus vero principalis ipſe pr̃,q̃ à nullo eſt.pſ.50. Spũs etiam auferens eſt Chr̃s tollens pctã.Eze.1.a.Et ſpũs oris noſtri eſt Chr̃s dominus. thre.4.d.

Hie ſ.Iſa.27.40. Beda ſ geneſ.5.&.ſ. pro.1 Lyra.ſ.Iſa 2.

Ira & vindicta Dei. Spiritus Dei aliquando dicitur ira Dei,vel vindicta:& dicitur ſpiritus Dei durus. gene.6.a. Exo.15.b.Iſa.27.b.30.f.40.b.Iob.4.b.pro.1.c.Et ſpiritus in naribus Chriſti,dicitur ira eius.Iſa. 2.d.Quieſcere autem dicitur ſpiritus Dei,quando ceſſat ira Dei.Zach.6.b.

Rup.ſ.Zach.6. Hie.ſ.Iob.15

Sententia Dei. Spiritus oris Dei eſt diuina ſententia,qua vel abſoluit,vel condemnat.Iob.15.d.Et ſpũs oris Chriſti eſt ſententia,quam proferet in malos.Iſa.11.a.

Hie.& Aug.ſ.pſ.10.

Pœna malorum. Spiritus procellarum ſeu tempeſtatis,pœnam æterni iudicij, & verbera indicat peccatorũ: vt quos ignis concupiſcentiæ exurit,tempeſtas examinet.pſ.10.

Chry.ſ.gen.ho.22.

Cura Dei. Spiritus Dei,qui non permanet in homine,eſt vis Dei,qua curam noſtri agit: quæ hominũ interitum ante diluuium prænunciauit.gen.6.a.

Ori.ſ.Iere.ho.13 Hie.ſ.Iſa.4.

In ſpiritu iudicij lauat dominus in hac vita:in ſpiritu vero ardoris in alia.Iſa.4.b.28.b. Spũs iudicij abluit minora delicta.Spiritus vero cõbuſtionis grauiora,quę igne purgari debent.

Philo.de gigantib⁹ Am.de Noe.16.&.ſ Rom.8.&.2.de ſpiritu ſancto.9.12. Hie.ſ.Eze.2.39.&.ſ Haba.2. Fulg.2.ad Monimã.

Gratia. Dona ſpirituſſancti. Conſolatio ſpũſſ. Spiritus domini poteſt etiã ſignificare gratiã,quę nõ permanet in malis:& dona ſpirituſſancti:& gratias gratis datas:qui ſpiritus eſt multiplex ſecundum diuerſa dona.Et ſpiritus inductus ſuper terram,eſt conſolatio & virtus ſpirituſſancti.gen.6.a.8.a.Exo.28.a.31.a.Iſa.11.a.Haba.2. d.Zach.12.c.Hic ſpiritus ſtatuit ſupra pedes.Eze.2.a.39.g.Spiritus adoptionis eſt gr̃a,per quam adoptamur in filios Dei.Rom.8.Et ſpiritus in naribus eſt gratia in anima. Iob.27.a. Et in ſpũ adorare eſt in gratia ſpiritali Deum colere. Ioan.4.d.

Glo.inte.ſ.pſ.103.

Angeli. Spiritus dicitur angelus ratione ſuæ naturæ:quia eſt incorporeus. pſ.103. Qui facis angelos tuos ſpiritus.Eze.8.a. Eleuauit me ſpiritus inter cœlum & terram.

Gre.5.mor.23.

Inſpirationes. Spiritus aliquando dicuntur inſpirationes & reuelationes diuinæ. Iob.4.c .Ezechielis.3.g. Luc.2.d.

Arno.ſ.pſ.103 Gre.11.mor.3.

Apoſtoli. Spũales viri. Spiritus aliquando dicuntur apoſtoli ſpiritum ſanctum habentes:& etiam ſpirituales viri.pſ 103.150.Iſa.11.d.

Am apol.Dauid.14.&.2.de ſpũſctõ.7. Aug.2.de gen.cõt Manic.8.&.ſ.pſ.50.

Anima. Spiritus domini interdum dicitur anima rationalis,quæ eſt domini per creationem: & mẽs & cor:& ſpiritus vitæ eſt anima viuificans corpus.geneſ.6.d.7.d. Exod. 6.b. Ioann.19. e. Et ſpiritus rectus eſt anima cum recta conſcientia.pſ.50.Interdum etiam ſpiritus ſumitur pro aïa Chr̃i.Amos.4.d.Spũs hominis in ſcripturis dicit̃ ipſius animę potẽtia rationalis, qua diſtat à pecoribus,& eis naturæ lege dominatur.



Anima ſenſitiua. Hie ſ.Zach.12. Gre.11.mor.3. Glo.or.ſ.Iſa.2.

pecoribus,& eis naturæ lege dominatur.In ſpiritu autem humilium habitat Deus. Iſaię.57.c. Zach.12.a.Iob.6.a.8.a.9.b.10.c.12.b.15.b.17.a.34.b.Spiritum in naribus dicitur habere qui viuit vita ſimili cæteris hominibus. Iſa.2.d.38,c.pſ.134.Eccl'tę.3.d.

Opera bona. Hie.ſ.Iſa.26. Chry.ſ.Ioan.ho 29.

Spiritus etiam dicuntur opera bona,& ſpiritu ſancto digna.Iſa.26.d. Et quum dicitur Deus dare ſpiritum non ad menſuram,ſumitur pro operatione.Ioan.3.d.

Lex fidei. Intelligentia ſpũalis. Amb ſ.2 cor.3. Rup.1.ſ.Eze.13. Gre.ſ.Eze.ho.7.

Spiritus viuificans eſt lex fidei,quæ animo continetur. Viuificat autem reos mortis conuertentes ſe,vt iuſtificati de cætero non peccent.2.Cor.3. b. Item intelligentia ſpiritualis. pſ.118. Attraxi ſpiritum.Hic ſenſus ſpiritualis eſt ſpiritus vitæ,qui erat in rotis.Eze.1.e.Spiritus autem vitæ erat in rotis:quia per ſacra eloquia dono ſpiritus viuificamur:vt mortifera à nobis opera repellamus.

Lex gratia. Amb.ſ.Rom.8. Aug.ſ.Rom.8.

Spiritus ſeruitutis in timore eſt lex:quia homines peccati cauſà in timore conſtituit.Spiritus autem adoptionis eſt gratia.Rom.8.c. Vel ſpiritus ſeruitutis eſt,qui poteſtatem habet mortis: ſpiritus vero adoptionis,ſpirituſſanctus.

Cognitio peccati. Hie ſ.Iſa.29.65 Gre.4.mor.22

Spiritus compunctionis eſt cognitio peccati.Iſa.29.d.Iuxta ſeptuaginta: vbi nos habemus, ſpiritus ſoporis. Spiritus etiam vehemens conterens naues Tharſis,eſt grauis vis compunctionis.pſ.47.Contritio autem ſpiritus eſt etiam in ijs,qui ſunt in inferno: licet non vere pœnitẽtia.Iſa.65.c.

Rup.5.ſ.reg.18.

Spiritus duplex Eliæ fuit in Eliſęo ſecundum hiſtoriam: quia plures virtutes fecit Eliſęus quàm Elias.Moraliter vero:quia poſt aſcenſionem Chriſti, aduenìente ſpiritu ſancto, duplex intelligentię donum apoſtoli acceperunt,noui ac veteris teſtamenti.Et quum Chriſtus oſtenderit ſpũm mãſuetudinis,apoſtoli in virga & mãſuetudine venerũt:& quia fecerũt opera Chr̃i & maiora.Spũs etiã duplex eſt illuminatio intellectus,& purgatio affectus.4.reg.2.b.

Ber.ſer.3.aſcenſ.

Spiritus grandis & fortis fuit,quando decem tribus ductę ſunt in captiuitatem.3.reg.19.b. Rup.5.ſ reg.19.

Spiritum ſaluari,etiam ſi anima damnetur,tenet Origenes per illud Eccl'tę. 12. c. de omni ſpiritu:quoniam conuertitur ad Deum qui dedit illum. Videtur tamen periculoſum. Ori.ſ Mat.ho.30

Peccans. Diabolus.

Spiritus vadens & non rediens eſt peccans,ſed non valens per ſe reſurgere.pſ.77. Glo.inte.ſ pſ 77.

Gre.ſ.1.reg.2.&.12 mo.10.&.14. mo.28 Hie.ſ.Iſa 37.& ad Demetria. Rup.ſ.Zach.5.

Spiritus domini aliquando dicitur diabolus,qui domini eſt per creationem & miniſteriũ. Sed ſolet addi malus:vt.1.reg.16.c.18.c.Spiritus domini malus exagitabat Saulẽ. Dicit̃ domini per licentiam poteſtatis iuſtæ:Malus autem per deſiderium voluntatis iniuſtæ.Et ſpiritus poteſtatem habentis eſt diabolus: cui data eſt tentandi facultas. Vel ſunt dęmonis ſuggeſtiones. Eccl'tę.10.a.Et ſpiritus quem dedit dominus regi Aſſyriorum,eſt aduerſaria poteſtas. Iſa.37. b.Et ſpiritus fornicationis eſt diabolus ad fornicandũ inducens,qui ligauit Ephraim, hoc eſt, hæreticos.Hoſe.4.b.d.Spiritus in alis mulierum eſt poteſtas diaboli.Zach.5.d. Hic eſt ſpiritus huius mundi.1.Cor.2.c.Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus.Idem eſt ſpiritus immundus.Zach.13.a.Matth.8.c.10.a.12.d.Mar.1.c.3.b.9.b.Luc.6.c.8.a.9.c.10.c.11.c. Spiritalia nequitię ſunt dæmones.Ephe.6.b.

Spiritus mœroris ſtatũ peccati aut pœnitentiæ ſignificare poteſt:& etiã ipſum peccatũ.Iſa. 61.a.Ad peccatũ pertinet ſpũs blaſphemię,& ſeptem ſpiritus nequam.Mat.12.d. Luc.11.d.

Hie.ſ.Iſa 19.

Spiritus Aegypti dirumpi dicitur in viſceribus ſuis,quum aliqui infideles veniunt ad fidem cæteris in infidelitate remanentibus.Iſa.19.a.

Spiritus immundi tres,deſignant magicas artes,poeticam gentilium,& inanem philoſophiã. (apoc.16.c. Rup 9.ſ.apoc.

Cæcitas Iudæorum & blaſphemiæ. Hie.ſ.Iſa.25.29

Spiritus ſoporis eſt grauis ignorantia,& cęcitas Iudæorum.Iſa.29.d. Et ſpiritus robuſtorũ ſunt clamores & blaſphemię Iudæorum in Chriſtum.Iſa.25.b.33.b.

Senſus hæreticorũ. Hie.ſ.Iſa.19.

Spiritus vertiginis eſt reprobus ſenſus hęreticorum.Iſa.19.c.Dicuntur autem hæretici ſequi ſpiritum ſuum,qui eſt erroneus.Eze.13.a.

Superbia. Aug.1.ſe.do.in mõs & ſ pſ 75. Gre.7.mor.3 &.12 mor.21 &.22. mor 20 & ſ.pſ.142.

Spiritus ſumitur pro ſuperbia,quum dicuntur:Beati pauperes ſpiritu.Matt.5. a. Eccl'tę.6.d. Et ſpũs hominis,quẽ aufert Deus,eſt ſuperbia.Iob.32.d. Hic eſt ſpiritus deficiens paulatim in exercitantibus & proficiẽtibus.pſ.73.142.3.reg.10.a.Spũs etiã principũ eſt ſuperbia & audacia ſuperborũ.pſ.75.76.141. Et ſpiritus hominis,quem ebibit indignatio ſagittarum domini. Iob. 6.a.Et ſpũs oris hominis ſunt verba ſupba,aut maledica,&c. Iob.15.d.

Spiritualis eſca & potus dicitur manna:quia ſpiritualem cibum pręfigurabat, 1.Cor.10.a. Amb.ſ.1 cor.10.

Inſanus. Lyra ſ.Hoſe.9.

Spiritualis vir.Hoſe.9.b.ſumitur pro inſano:& eo qui maligno ſpiritu arreptus eſt.

Aug.13.ciui.Dei.20

Sicut ſpiritus carni ſeruiens non incongrue dicitur carnalis: Ita caro ſpiritui ſeruiens rectè appellatur ſpiritalis:non quod in ſpiritum conuertetur:ſed quia ſpiritui ſumma & mirabili obtemperandi facilitate ſubdetur.1.Cor.15.f.

Hie.ſ.Gala.4.

Spiritualem qui omnia iudicet,& ipſe à nemine iudicetur,eum virum dicimus,qui vniuerſa ſcripturarum ſacramenta cognoſcens,ſublimiter ea intelligat,& Chriſtum in diuinis libris videns,nihil in eis Iudaicę traditionis admittat.

Inſpirationes. Gre.33.mor.33.

Spiraculum vitę ſignificare poteſt inſpirationes animam ſpiritualiter viuificantes: vel robur, tenorem,aut vim animę.Iob.33.a.Et ſpiraculum quod non incedit inter ſquamas Leuiathan, ſunt ſanctæ exhortationes.Iob.41.b.

Rup.ſ.canti.3. Ber.ſ.cant. ſer.72.

Aſpirare dicitur dies in reſurrectione Chriſti:& quũ manifeſtatᷣ ęterna fœlicitas.cã.2.d.4.b.

## Spiſſus,uide Denſus. Splendere,Splendor,uide Fulgere.

## Spoliare,Exuere,Spolium.

SPoliare eſt veſtibus exuere,præcipuè hoſtes:vnde dicuntur ſpolia, quęcunq; hoſtibus detrahuntur.Exuere autem eſt ſimpliciter veſtibus priuare corpus,ac detegere.

Arno.ſ.ps.67. Hila.ſ.ps.118. Hie.ſ.Iſa.8.9. Am.ſ.ps.118 ſer.21. Tert.adue.Iudæos. Aug.ſ ps.67.& Epiphania.ſer.4. Beda.ſ.pro.31. Ori.ſ.Eze.ho.4. Gre.18.mor.8.

Spolia,quæ diuidit Chriſtus,ſunt dona ſpiritusſancti:& etiam conuerſi ad fidem. ps.67.Iſa. 9.a.33.d.53.d.Et ſpolia Samariæ,quæ accepit Chriſtus,fuerunt magi:& gentiles qui venerunt ad fidem:& etiam potentiæ,quæ ſeruiebant aduerſarijs.Iſa.8.a.Et ſpolia, quibus non indigebit mulier fortis,ſunt multitudo conuerſorum,qui auferuntur à diabolo.pro. 31.b. Et ſpolia,q̃ inuenit Chriſtianus,ſunt doctrina Iudæorum à fidelibus recepta. ps. 118. Eloquia etiam Dei ſunt ſpolia mulieris fortis,hoc eſt,fidei. Rup.7.de glorifi.trinit.6.

Dona ſpũſſancti Magi & gentiles cõuerſi. Doctrina Iudæorũ. Eloquia Dei

Spolia quæ diuidit Beniamin.gene.49.d. ſignificant munera, quæ ſacerdotibus dabantur: quæ interſe diuidebant:Vel prædicationem Pauli poſt eius conuerſionem: qui ſpolia multa inueniſſe dicitur.ps.118.

Munera ſacerdotũ. Prædicatio Pauli

Beda.ſ.pro.1. Hie.ſ.Iere.21

Spolia quæ diuidit inimicus,ſunt qui prius erant boni,quos diabolus malos facit.Exo.15.b. Et ſpolia quæ diripit Aſſur,ſunt hæretici:& item Iudæi:quos rapit diabolus. Iſa.10.b.33.a.His ſpolijs implere volebant principes Iudæorum domos ſuas:vt auferrent à Chriſto credẽtes.pro. 1.b.Quaſi ſpolium eſt anima transfugienti de Hieruſalem ad Chaldęos, hoc eſt, ab hæreticis ad philoſophos:quia ab vtriſq; diripitur.Iere.21.c.

Mali Hæretici Iudæi.

Hie.ſ.Iſa.8.

Spolia Samariæ deſignant doctrinam hæreticorum:quæ diripit Chriſtus, quando confundit hæreticos.Iſa.8.a.

Doctrina hæreticorum.

Exuit Chrs veſtimẽta ſua,quando depoſuit mortalitatem.Ioan.13.a. Hanc enim indutã habuit vſq; ad mortẽ:poſtquam ſurrexit immortalitate veſtitus.

Deponens Chriſtus mortalitatem

Rup.ſ.Hoſe.2.

Spoliauit Deus fornicariam nudam.Hoſe.2.a.quia plebem Iſraeliticam nudatam gratia Dei etiam ſpoliauit gloria temporali, hoc eſt, regno & diuitijs, quando ducti ſunt in captiuitatem.

Captiuitas Iudæorum

Glo.or.ſ.Exo.3. Rup.1.ſ.Exo.15.

Spoliare Aegyptum eſt auferre veritates à ſcriptoribus mendacibus: ad quos non pertinet veritas.Item omnes ſcientias & eloquentiam ſubijcere in obſequium verbi Dei. Exo.3. g.12.f.

Auferre veritatem ab infidelibus

Glo.or.ſ.Collo.2.

Eruiſſe dicitur Chriſtus principatus & poteſtates, quum principes huius mundi dæmones eiecit foras,& abſtulit eos,qui erant in limbo.Coloſ.2.c.

Eijciens Chriſtus dæmones

Rup.7.ſ.num.9.

Spoliatus Aaron veſtibus ſuis quando mori debebat. Numer. 20. d. deſignat templum & omne ſanctuarium Iudæorum deſtructum:ne Iudæi de vitali virtute ſacerdotij ſui,ſaltem falſo glorientur.

Deſtructio templi.

Iſy.ſ.Leui.6. Amb.de virg.3.& d Iſaac 6. Aug.ſ.Ioan. tra.57. Gre.ſ.cant.5. Rup.ſ.cant.5.

Spoliare prioribus veſtimentis,eſt mutare conuerſationem:vel diuerſam accipere doctrinã. Leui.6.b.Non pro linea indui lanea:ſed quæ prius acta atq; correpta ſunt,non imputari, quãdo tempus eſt alia peragendi.Expoliare etiam ſe tunica,eſt veterem hominem,& corruptelam & paſſiones Adæ,& terrenos mores abijcere.Vel eſt excutere omnia exteriora & temporalia, quæ ornant,& onerant.cant.5.b.Hæc eſt ſpoliatio corporis carnis. Coloſ.2.b.3.b.

Mutare cõuerſationem. Exuere veterem hominem. Abijcere tẽporalia.

Gre.16.mor.2. Lyra.ſ.Mich.1.

Spoliare dicitur nudos veſtibus,qui deceptos ab hæreticis ad veritatem reducit.Iob.22.a.

Spoliatus vadens Micheas dolorem pœnitentiæ deſignabat.Mich.1.c. Sic exuere ſe veſtibus iucunditatis eſt pœnitentiam agere.Iſa.32.c.

Reducere ad veritatem. Pœnitentia.

Hie.ſ.Iſa.3.

Spolians Aaron populum,deſignat prælatum permittentem peccatum in ſubditis. Exo.32. f.Spoliauerunt etiam exactores populum,quando ſacerdotes & phariſæi quæſtum quærebant à populo,nihil de animarum ſalute curantes.Iſa.3.b.

Permittens prælatus peccatum

Hie.ſ.Haba.2. Ori.ſ.Luc.ho.34. Amb.ſ.Luc.10 Hie.ſ.Ezec.26.&.ſ. Ioel.1. Gre.14.mo.19.& 16. mor.24.

Spoliauit multos ſuperbus,hoc eſt,diabolus,vel Antichrs,vel hæreticus:ideo ipſi ſpoliabũtur.Haba.2.b.Spoliantes etiam latrones hominẽ,ſunt dęmones ipſum virtute & gratia nudantes:qui tamen prius cũ ſpoliauerũt,quam plagas impoſuerint.Luc.10.c. Hoſe.7.a. Et ſpoliauit ficum locuſta,hoc eſt,diabolus ſynagogam,vel animam virtutibus.Ioel.1.c.Zach.2.b. Et ſpoliat inimicus gloria,quum priuat aliquem iuſtitia.Iob.19.b.24.b.Exuuiæ autem principũ ſunt virtutes.Eze.26.c.38.d.

Priuans diabolus virtute & gratia

## Spondere, Sponſus, Sponſa, Deſpondere, Deſponſare, Sponſio.

SPondere eſt ſponte promittere:vnde ſponſio promiſsio.Sponſare autem eſt contractum de futuris nuptijs efficere.Vnde dicuntur ſponſus,& ſponſa.

Hie.ſ.Hoſe.2. Amb.epiſ.13.

Sponſauit ſibi Deus in ſempiternum ſynagogam in Abrahã:vt eã perpetuo haberet. Deſpõſauit autem eam in iudicio & miſericordia,in deſerto in monte Sinai,quando dedit legem, in qua eſt iuſtitia & miſericordia:vnde & ipſa ſynagoga dicitur ſponſa. Deſponſauit vero eam in fide,in aduentu filij ſui,& in lege noua.Hoſe.2.d.Iere.2.a.

Coniunctio ſynagogæ cum Deo.

Sponſus



Chriſtus Sponſa eccleſia militans

Sponſus dici ſolet Chriſtus:cuius typum geſsit Moſes:qui dictus eſt ſpõſus ſanguinũ. Exo. 4.f.ps.18.Iſa.62.Iere.16.b.25.c.Mat.9.b.25.a.Deſponſauit autem ſibi eccleſiam, quando verbum caro factum eſt.Sponſauit autem ſibi eam in æternum, per ipſam aſſumptionem naturæ humanæ:In iudicio vero,moriendo,eiecto principe mundi:In iuſtitia, reſurgendo:in miſericordia,remittendo peccata:in miſerationibus,per dona ſpiritusſancti:in fide, quia non per opera legis.Hoſe.2.d.Sponſa autem dicitur eccleſia,& peculiariter eccleſia ex gentibus.:& fideles:& etiam anima.canti.2.b.3.c.4.b.5.a.Matth.25.a.Iſa.49.c.Ioan.3.d.2.Cor.11.a.Item eccleſia triumphans.apoc.21.a.

Anima Eccleſia triumphãs.

Ori.ſ.canti. ho.1.& ſ.Mat.ho.32. Baſi.de ſpũſctõ 8. Hie.ſ.Iſa.62.&.ſ.Iere.16.&.ſ. Mat.9. Aug.83.q.59.&.epi. 120 cap.32. Fulgen.epiſ.3. Ber.ſ.cant.ſer.61. Rup.ſ. Hoſe.2.

Perfecti & impfecti

Perfecti quoq; in eccleſia ſponſi nomine inſigniuntur.Imperfecti vero ſponſæ.Iſa. 61. d.

Hie.ſ.Iſa.61.

Deſpõdere ancillã filio.Exod.21.a.eſt ſubiectionem deuotam tradere docto diſcipulo erudiendam.

Glo.or.ſ.Exo.21.

Litera expoſita

Deſponſata virgo.Exo.22.c.dici poteſt litera ſacræ ſcripturæ ab altero expoſita: non deſponſata vero nondum expoſita.

Glo.or.ſ.Exo.22.

Cura animarum

Spondere pro amico,eſt alienam animam in periculo ſuę conuerſationis accipere. pro.6.a.

Gre.3.paſto.adm.5.

Adhærẽtes hæretici

Sponſæ hæreticorum ſunt animæ adhærentes eorum erroribus, & ſubijcientes ſe ipſis hæreticis.Hoſe.4.d.

Beda.ſ.pro.6. Hie.ſ.Hoſe.4.

Expellere perturbatores

Sponſio ranarum delendarum,quam fecit Moſes Pharaoni.Exo.8.b.deſignat curam amouendi & expellendi loquaces,& perturbatores reipublicę.

Lyra.ſ.Exo.8.

## Spongia.

SPongia eſt velut media inter animalia & plantas:quæ naſcitur in ſaxis marinis, apta ad imbibendam aquam,& ad tergendas ſordes.

Autoritates collectę

Spongia quæ imbibit humorem,in quem mittitur,& poſtmodum expreſſa eundem reddit, ſignificare poteſt autoritates diuerſas in vnum collectas,ad ſenſum aliquem eliciendum. Matt. 27.f.Mar.15.c.Ioan.19.f.

Ori.ſ.Mat.ho.35.

Cor & infidelitas Iudæorum.

Deſignat etiam cor Iudæorum cauernoſis quodammodo atq; tortuoſis latibulis fraudulentum:& etiam cauam eorum infidelitatem.

Aug.ſ.Ioan.tra.119. Euch.for.ſpũa.8.

## Sponte, Spontaneus, Vltroneus.

SPonte dicitur fieri,quod fit ſine requiſitione,ſed propria voluntate,& ſine hominis labore.Vnde ſpontaneum,quod eſt voluntarium,aut naturale:quod & vltroneum dicitur.

Sacrificium Chriſti. Cõſilia euangelica.

Spontaneum ſacrificium principis eſt ſacrificium Chriſti.Spontaneum etiam ſacrificium eſt virginitas,& cætera,quæ ad conſilia pertinent.Eze.46.d.Leui.7.b.Sponte obtulerunt animas ſuas,qui non ſolum ad pręcepta,ſed etiam ad conſilia ſe aſtrinxerunt.Iudi.5.a.

Hie.ſ.Eze.46. Glo.inte.ſ.Leuit.7. Rup.ſ.Iudi.8.

Subita conuerſio Libenter offerre.

Sponte propria offerre neceſſaria ad tabernaculum conſtruendum. Exod.25.a.35.d.36.a.eſt quando quis ſubito conuertitur,& diuinitus inſpiratus compungitur. Vltroneus etiam offert Deo,qui libenter offert.Hilarem enim datorem diligit Deus.Origenes pro vltroneo legit: A vobis ipſis:vt deſignetur, quòd cum lex ſpiritalis ſit, non vult à nobis offerri, niſi quæ ſunt intra nos.

Glo.or.25.

Spontanee diligit nos Deus:quia ſine noſtris meritis.Hoſe.14.c.

Glo.inte.ſ. Hoſ.14.

Reuelatio diuina Principia naturalia

Sponte naſcentia ſunt,quæ à ſolo Deo præceptore & inſtructore diſcuntur.4.reg.19.f.Item principia naturalia omnibus indita.Leui.25.a.

Philo.de profugis Iſy.ſ.Leui.25.

## Sporta, Sportula, uide Caniſtrum.

## Spuere, Sputum, uide Saliua.

## Spuma.

SPuma eſt velut ſordes earum rerum,à quibus eijcitur:vt quum per ebullitionem, vel maximam agitationem fęx quædam ſupernatat:vt muſto,æri,ſali,&c.

Hæreſiarchæ

Spuma ſuper faciem aquæ dicitur rex Samariæ,deſignans hęreſiarchas breui tempore durantes.Hoſe.10.d.Dicebatur autem de ipſis regibus facile vel cito tranſeuntibus, quũ alij alios occiderent.

Glo.or.ſ. Hoſe.10. Rup.ſ.Hoſe.10.

## Spurcus, Spurcitia, uide Immundus.

## Spurius, Manſer.

Ponẽs multos deos.

SPurius eſt incerto patre natus,qui manſer dicitur Hebraicè.

Spurius qui arcetur ab eccleſia,eſt ponens multos Deos,quaſi multos patres:qui manſer dicitur.deut.23.a.1.reg.17.a.

Philo.de migr.Abr. & de victi offerent.

## Squalere, Squalidus, Squalor.

SQualere eſt aſperum & durum & immundum in modum ſquamarum eſſe: vnde ſqualidus eſt ſordidus & incultus.

Squali-

Glo.inte.ſ.thre.1. Gre.20.mor.9.12

Squalidæ virgines dicuntur vires animæ amiſſa continentiæ virtute deturpatæ.thre.1.b. — Vires animæ ſine cõtinentia.

Squalentes calamitate & miſeria.Iob.30.a.ſunt hæretici:quia & morum pernicie, & ſenſuũ prauitate ſunt deſpecti.Item qui miſerijs & calamitatibus huius vitæ abutuntur, ad voluptates capiendas pretextu neceſsitatis. — Hæretici

## *Squama.*

Tert.de cibis Iuda. Ori.ſ.Leui.ho.7. Iſy.ſ.Leui.11. Ber.ſer.1.de.ſ.Andr.

SQuamæ ſunt,quibus corium piſcis aut ſerpentis tegitur & munitur.

Squamæ piſcium ſignificare poſſunt vitam aſperam,pœnitentiam, & protectionẽ à vita carnali:& ſecundum quòd facile amouentur,ignorantiam vincibilem.Leui.11.b. — Vita aſpera. Protectio à vita carnali. Ignorãtia vincibilis

Squamæ ſunt multæ:ſed vna quodammodo ex eis lorica contexitur: deſignant patientiam, quæ vna eſt virtus,licet ſingulis tribulationibus exhibere ſingulas videamur. — Patientia.

Hie.ſ.Eze.27.29.& ſ.Iob.41. Gre.33.mor.31.

Squamæ draconis ſunt defenſiones vitiorum.Eze.29.a.Et corpus omne diaboli, hoc eſt, multitudo reproborum,cum de iniquitate ſua corripitur, quibus valet tergiuerſationibus, ſe exuſare conatur:& quaſi quaſdam defenſionis ſquamas obijcit:ne trãsfigi ſagitta veritatis poſſit. Quiſquis enim dum corripitur,peccatum ſuum magis excuſare appetit,quàm deflere, quaſi ſquamis tegitur,dum à ſanctis prædicatoribus gladio verbi iaculatur.Iob.41.a. Hoc deſignabant ſquamæ,quæ ceciderunt ab oculis Pauli.acto.9.c. — Defenſiões vitiorũ.

## *Stabilire, Stabilis, uide Firmare.*

## *Stabulum, Stabularius.*

STabulum eſt locus,in quem longo itinere feſsi diuertere ſolent: quod diuerſorium & hoſpitium dici ſolet.Inde ſtabularius,qui curam ſtabuli habet.

Ori.ſ.Luc.ho.34.

Stabulum eccleſiam ſignificare ſolet,in qua recreantur peregrinantes,& vulnerati curantur. Luc.10.f. — Eccleſia.

Amb.ſ.Luc.10. Fulgen.2.ad Monimum.

Stabularius eſt quilibet prælatus eccleſiæ:qui curam habet ſubditorum, qui in hac vita peregrinantur.Item prædicator,vt Paulus.Luc.10.f. — Prælatus. Prædicator.

## *Stacte, uide Gutta.*

## *Stadium.*

STadium eſt curriculum,ſiue locus,in quo equi homineſue currũt,& athletę certant:eratq; menſura centum viginti quinq; paſſuum,quos hercules vna reſpiratione currebat.

Geor.vene.cant.3. ton 8.modu.3.cõ.3.

Stadium,in quo curritur,vitæ præſentis ſolet eſſe typus.1.Corint.9.d.Deſignatur etiam ſtadio omnis nobis poſsibilis affectus:quo tanquam pedibus feramur in Deum. Et iſti debent eſſe fortis,magni,& ſtrenui animi:& vnico flatu,hoc eſt, vnica intentione delati. Hæc menſura pertinet ad cœleſtem Hieruſalem:vbi etiam affectus cum operibus proportione geometrica menſurantur. — Vita præſens. Affectus

Aug ſ.Ioan.tra.25.

Stadia viginti quinq; aut triginta,impletionem legis deſignare poſſunt.Ioan.6.c. — Impletio legis.

## *Stagnum, uide Lacus.* *Stamen, uide Filum.*

## *Stannum.*

Plini.34.nat.hiſt 16

STannum eſt metalli genus,quod in fodinis inuenitur cum argento: & in fornace primùm liqueſcit,parum diſtans à plumbo:vnde & appellari ſolet plumbum album.

Hie.ſ Zach.4.

Stanneus lapis eſt Chriſtus,aut eius caro:quia fortis:vel quia ſeparabit malos à bonis,vt ſtãno ſeparantur metalla.Zach. 4.c. — Chriſtus. Caro Chrĩ

Hie.ſ.Iſa.1. Hie.1.ſ.Eze.22.27. Geor vene.canti.1. ton.7.cap.6.

Stannum peccata,erroreſq;, & traditiones humanas ſignificare poteſt.Iſa.1.f. — Peccata

Stannum degenerat ab argento,cuius gerit ſimilitudinem:deſignat Iudæos & hęreticos,qui ſanorum verborum ſimilitudinem aſſumunt:cum longe abſint à rectitudine. Ezec.22.d.27.c. Generaliter autem deſignat peccatores,ſecundum quòd ſtannum degenerat ab argento. — Iudæi. Hæretici. Peccatores.

## *Stare.*

STare dicitur,qui in ſe & ſua mole conſiſtit:vt animal ſtat,quum ſupra pedes conſiſtit. Etiã inanimata ſtare dicuntur,quum non iacent, ſed ſunt erecta: vt arbor ſtat: Columna ſtat, currus ſtat:& ſimilia:Stant etiam quæ firma ſunt.Stare item,accedere.1. regũ.10.d. Nunc ergo ſtate coram domino.Adeſſe.1.reg.10.d.Stetitq; in medio populi.Aſsiſtere.4.reg.5.d.Viuit dominus,ante quem ſto.Collocari.Exo.26.g.Menſa ſtabit in parte aquilonis. Conſiſtere. Exo. 33.d.Stabis ſupra petram.Conſiderare.Exo.14.d.State & videte magnalia Dei.Conuerſari.Ier. 14.a.Onagri ſteterunt in rupibus.Expectare.Num.16.c.State ſeorſum coram domino. Fauere.Matth.20.d.Stetit Ieſus,& vocauit eos.Miniſtrare.1.par.6.a.Stabant autem iuxta ordinem ſuum.Occurrere.Exo.7.c.Stabis in occurſum eius ſuper ripam.Parere.deutero. 4.b. Diem in

quo



quo ſteti coram domino.Permanere.Exo.40.c.Candelabrum ſtabit cum lucernis.Perſeuerare.Leui.13.d.Si autem ſteterit in loco ſuo.Præſentari.Iob.20.b.Donec ſtet ante iudicium. Sic ſtabunt iudicandi.Iſa.44.b.Stabunt & pauebunt.Immorari.geneſ.19.d. Ne ſtes in omni circa regione.Vigilare.Eze.33.f.Stetiſtis in gladijs veſtris.

Immutabilitas Dei. Expectans Deus ad pœnitentiam. Suſtentans in contẽplatione. Manens cũ eccleſia. — Gre.5.mora.25.&.1.reg.3. Euch.for.ſpũa.1. Aug.de eſſen diuini. Amb.ſ.Luc.6.

Stare ſolius eſt creatoris,ſecundum quòd eſt firmus,& immutabilis:per quem non tranſeũtem cuncta tranſeunt:& in quo aliqua ne tranſeant retinentur.Sic ſtetit quidam,hoc eſt,Deus. Iob.4.c.Stat etiam Deus,quum nos infirmos expectat ad pœnitentiam. Haba.3.a. Stare rurſus dicitur dominus,poſtquam venit,quum quis in ſuſcepta gratia perſeuerat. Et ſtat in contemplante,quum eum in interna dulcedine ſuſtentat.Sed quum ſic ſtat,monſtratur ad tempus,receſſurus,vt magis deſiderium accendat. 1.reg.3.b. Stat præterea cum prædicatoribus eccleſiæ, & non ſynagogę:quia de ſynagoga dicit.Matth.23.d.Relinquetur vobis domus veſtra deſerta.Et.21.d. Auferetur à vobis regnum Dei.De eccleſia vero. Matth. 28. d. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus,vſq; ad conſummationem ſeculi.Stare etiam in Deo dicit promptitudinem ſolicitudinis eius.Zach.2.a. — Solicitudo Dei

Chriſtus manifeſtatus mundo. Præbens auxilium. Manens cũ eccleſia. Prolongatio tẽporis gratiæ. Compatiẽs laborãti. Chriſtus aduocatus. — Ori.ſ.Ioſu.ho.1. Amb.3.de fide.7. Hie.ſ.ps.81. Gre.2.mor.2. Ber ſ.cant.ſer.56. Aug.18.ciui.Dei.32. Rup.9.ſ.apoc. Hie.ſ.Iſa.32. Rup.11.ſ.apoc.

Stans Ioſeph coram Pharaone,typum gerit Chriſti,qui ſe manifeſtauit mundo. geneſ.41.f. Et ſtare dicitur Chriſtus,quum præbet auxilium. Exod. 17. b. Sic ſtetit columna inter caſtra Iſrael & Aegyptiorum,& poſt tergum defendendo:& ad oſtium tabernaculi.Exod.14.d.33.d. Et ſtans ſol vſque ad victoriam.Ioſu.10.c.Deſignat Chriſtum manentem nobiſcum vſque ad conſummationem ſeculi.Deſignat etiam prolongationem temporis gratiæ.Et ſtat Chriſtus à dextris Dei,compatiens laborantibus.actor.7.g.Stat autem vt aduocatus,qui ſedet vt iudex. Sed & vt iudex ſtetit in ſynagoga Deorum. pſalm. 81. Stetit ſol in habitaculo ſuo, quando Chriſtus illuſtrauit fideles.Habacuc.3.c.Et ſtetit in loco campeſtri,ad docendos videlicet imperfectos verbo & exemplo.Luc.6.c.Et ipſe eſt ſtans ſuper ſpeculam domini. Iſaiæ. 21. c. Et ſuper murum litum,ſiue adamantinum.Amos.7.b.Et ſuper montem Sion. Apocalypſ. 14.a. quando regit eccleſiam,Stat etiam in monte Olíueti.Zachari.13.a.quum illuſtrat,& miſeretur. Stare autem dicitur bonis,qui mouetur malis.Ipſe eſt princeps ſtans ſuper duces, hoc eſt, ſuper apoſtolos. Iſaiæ.32.b. Stans angelus in ſole, eſt Chriſtus manifeſtatus Iudæis. Apocalypſ.19.d.

Chriſtus mediator — Ori.ſ.num.ho 9. Hie.ſ. Iſa.11. Phil.q. re.diu.hęres Aug.ſer.98. Cyril.de trini.1. Rup.ſ. Amos.9.&.ſ.apoc. Hie.ſ.Haba 3. Rup.3.ſ.reg 28.

Stans Moſes in confractione,eſt Chriſtus in paſsione.pſal.105.Et ſtans Aaron inter mortuos & viuentes,deſignat Chriſtum in cruce,vel in iudicio: Item verbum Dei dirimens ſanctos à profanis.Numer.16.Stetit etiam ſuper altare,hoc eſt,in cruce.Amos.9. a. Apocalypſ. 8. a. Et ſtat Chriſtus in ſignum populorum:quia per ipſum omnes ſunt ſaluandi.Iſaiæ. 11.c, Zachariæ. 3.a.Stetit etiam Chriſtus,quando pugnauit contra diabolum.Habacuc.3.b. Idem dicitur ſtare in porta:quia per eum eſt nobis aditus ad patrem.Ezech.40.a.Mich.5.a. Stans Salomon corã altari.3.reg. 8.b.eſt Chriſtus in cruce orans pro populo.

Ori.ſ Mat.ho.13. Aug.1.q.in euan.28 & de verb.do.ſe.18. Gre.19 mo.3.&.11.

Stetit Ieſus vt curaret cæcos,deſignauit ſe expectare, vt noſtram operaretur ſalutem. Stat autem, quum inſtanter vocatur. Matthæi. 20. d. Lucæ.18.g. Stans autem illuminat cæcos in ijs,quæ ad diuinitatem ſpectant.Stetit etiam,quando peruenit ad dexteram patris, ne amplius tranſiret.

Chriſtus inter angelos — Hie.ſ Zach.1. Rup ſ.Zach.1.

Stans vir inter myrtheta,eſt Chriſtus inter angelicas poteſtates:Vel inter iuſtos. Zacha.1.b. Stat etiam inter myrtheta.i.in ſacra ſcriptura.

Occultatio Chriſti. — Ori.ſ.cant.ho.3. Aug 2.de viſit.infi. Gre.ſ.cantic. 2.& ſ. Eze.ho.13. Rup.ſ.cant.2. Ber ſ.cant.ſer.56.

Stabat ſponſus poſt parietem.canti.2.c.quando Chriſtus erat occultatus in veteri teſtamento.Deſignat etiam myſteria,quæ neq; penitus latent,neq; omnino ſunt in promptu. Item diuinitatem intra parietes humanitatis latentem.Sic ſtetit in porta, quum partim ſe manifeſtauit, partim abſcondit.Eze.40.a.Stetit etiam poſt parietem:quia propter peccata detinebatur, ne veniret.Item cum adeſt nobis,vt nil nobis impediat eius aſpectum,niſi corpus noſtrum. Nam ſi adſint peccata,tot parietes eum ſeparant à nobis,quot ſunt peccata.

Firmitas diuini decreti. — Hie.ſ.Iſa.40.46.

Stare dicitur verbum domini in æternum.Iſa.40.b.quia quod ab eo decretum eſt,non poteſt per aliquem aboleri:Ita etiam ſtant,qui verbo Dei adhærent. Sic itidem dicitur ſtare conſilium Dei.Iſa.46.c.quia firmum & immutabile.

Altitudo Chriſti & myſteriorum. — Glo.ordi.ſ.gen.28.

Stans ſuper terram ſcala Iacob.gen.28.c.deſignat firmitatem & altitudinem Chriſti,& myſteriorum,& religionis.

Chriſtus aduerſus Iudæos. — Hie.ſ.amos. 9.&.ſ. Iſa.59.

Stetiſſe dicitur dominus ſuper altare.Amos.9.a.quando volebat deſtruere templum. Stetit de longe iuſtitia apud Iudæos.Iſa.59.c.quando Chriſtus eis relictis,ad gentes tranſijt.

Iudicium Chriſti — Hie.ſ. Iſa.3.

Stare ſimul in iudicio cum alijs vult Chriſtus.Iſa.50.c.Vt eius oſtendatur iuſtitia, & aliorũ iniuſtitia:& vincat cum iudicatur.Et ſtare dicitur ad iudicandum dominus: quia etiam de ſe reddet rationem Iudæis.Iſa.3.c.Et ſtabit ſicut in monte diuiſionum: quia in iudicio ſeparabit malos à bonis.Iſa.28.f.

Obſequium angelorũ & immutabilitas — Ori.ſ Iſa.ho.1. Ber.ſe.4.in vig. Iſa.

Stantia Seraphim dicuntur.Iſaiæ.6.a.quia manent cum Deo ipſum venerantia. Eadem dicuntur volare,quantum ad manifeſtationem Dei.Non ſedent autem: quia domini eſt ſedere: ſed ſtant immutabilia.

Firmitas beatorum

.6.ſ Ie.15.1& ſ.Iſa. 6&.ſ.p.ps. 3. Amb.ſ.ps 118.ſe.12 Hila.ſ. .133. Ricar.de.ſ. victo.3. de arca m, ſti.10.

Stant ante faciem domini,& in loco ſancto Dei,qui ſunt in fœlicitate. pſalm. 23. Ieremiæ. 15.d.Stans autem terra in æternum:& etiam cœlum & terra:& ſemen Iſrael, ſtabilitatem indicant iuſtorum,in fœlicitate.Eccl'tæ.10.pſalm.118.Iſaiæ.66.Et ſtantes pedes in atrijs Hieruſalem , firmitatem in beatitudine deſignant. pſalm.121.133.134. Stant ſol & luna in habitaculo ſuo.Habacuc. 3. c. quando cognitio , quæ hic habetur de angelis & de Deo , perficitur in fœlicitate.

Eccleſia coniuncta Chriſto.

Cle.Ale 2. pæda.10. Gre.ho.29.

Aſtans regina à dextris Chriſti eſt eccleſia ſponſa Chriſti.ps.44. Stetit luna in ordine ſuo, eleuato ſole:quia poſtquam Chriſtus aſcendit in cœlum,ſancta eius eccleſia in autoritate prędicationis excreuit.Haba.3.c.

Opponere ſe diuinæ iræ

Hier.ſ.Iere.15. &.ſ. Eze.13.

Stare pro occurrere:vt ſtare coram domino eſt iræ eius placandæ ſe opponere:ſic ſteterunt Moſes & Samuel.Ieremiæ.15.a.Idem ſtare contra dominum: ſicut ſtetit Chriſtus in paſsione: Ieremi.18.d.Eze.22.g.Et ſtant in prælio domini , qui ſe opponunt orando diuinæ vindictæ. Eze.13.a.

Recognoſcere præcepta & virtutē di. Diligere veritatem

Glo.inte ſ. Iere. 23. Hie.ſ Eze.1. Gre.ſ. Eze.ho.8. Rup 8.ſ.Ioan.

Stare in conſilio Dei,eſt cognoſcere,quæ pręcipit Deus,eaq; facere, illiq; acquieſcere. Ieremi.23.e.Stantia autem animalia ſunt recognoſcentia & admirantia virtutem & potentiam Dei.Ezechielis.1.f.Stare in veritate eſt diligere veritatem : ſic non ſtetit diabolus in veritate. Ioan.8.f.

Firmitas fidei

Chry.ſ.ps.25. Aug.ſ.ps.25. Rup.ſ.Zach.14 Gre.ſ.1.reg.6.&.20. mor.25.

Stare interdum eſt firmum eſſe:vt ſtat fundamentum fidei : quia à nullo perſecutore poteſt labefactari.2.Timoth.2.c.Et ſtat pes in directo,quum fides recte incedit inter proſpera & aduerſa.ps.25.Vel cum voluntas non recedit à iuſtitia Dei.Stant pedes Chriſti in monte Oliuarum,hoc eſt,apoſtoli in fide patriarcharum.Zach.14.a.Stare etiam in conſpectu domini eſt nō incidere in errorem:& eius myſteria ſanctē contrectare:& fortem eſſe in ordine diuini miniſterij.1.reg.6.d.Stat eccleſia in fide fortis.Iob.30.c.

Firmitas ſpei & charitatis. Firmitas eccleſiæ. Cōuerſio infideliū. Firmitas fidei.

Lyra.ſ.ps.121. Aug.ſ.ps.131. Hier.ſ.Ecclten. 1.& ſ.Zach.14. Gre.17.mor.3. Rup.ſ.Hoſe.13. Philo de gigantib9 Amb.epiſ.82. Aug.2.de trinita.17. Ori.ſ.num.ho.16.& ſ.Eze ho.2. Gre.35.mor.6. Rup.4.de glori.tri.

Stantes pedes,hoc eſt,affectus in atrijs Hieruſalem,certam ſpem deſignant , & firmitatem in amplitudine ſpei & charitatis.ps.121.133.Et ſtant pedes Chriſti,hoc eſt , apoſtoli in euangelio fixi:& fideles in eccleſia.ps.131.Et ſtat terra in æternum , hoc eſt , eccleſia firmata in Chriſto. Eccl'tæ.1.a.Stant etiam alieni,quum gentiles prius in infidelitate iacentes efficiuntur fortes in fide.Iſa.61.b.Sic ſtant perſecutores Hieruſalem ſuper pedes ſuos,quum conuertuntur. Zacha. 14.c.Et ſtant,qui rectam habent fidem,licet moribus non concordent.Vnde Iob.24.d.quum ſteterit,non credet vitæ ſuæ.Stant in contritione filiorum,qui caſtigati à Deo tanquam patre, conteruntur & conuertuntur:ſic non ſtetit Ephraim.Hoſe.13.d.Stans Moſes ſupra petram,deſignat firmum in fide Chriſti,& in reſurrectionis ſpe:& in eccleſia:& in quieta contemplatione.Exod.33.d.deuteronomi.5.d.Non ſtare autem in firmamento, eſt non eſſe fixum in Chriſto.Ezech.13.a.Stans Abraham ſub arbore,eſt firmus in fide crucis Chriſti.gen.18.a.

Angeli ſeparantes ſe à peccatoribus

Baſi.& Arno.ſ.ps.37

Stantes de longe ſunt angeli,qui ſeparantur à peccatore :,quem tamen non penitus derelinquunt.Qui etiam aduerſus peccatorem ſtare dicuntur. Eadem dicuntur de ſermone diuino. pſalm.37.

Eſſe in gratia. Promptitudo ad operandum

Arno.ſ.ps.35. Hie.ſ.Eze.2. Philo.de Cherub. Gre ſ.1.reg.10.12.& 20.moral. 15.&.27. mor.23. Ori.ſ Mat.ho.3. Amb.ſ.Luc.9.

Stare interdum eſt in gratia eſſe:Vnde ſtare dicuntur boni,qui non ſunt in peccatis. pſalm. 35.133.Et ſtant,qui ex merito magnæ actionis de ſuperna conditoris gratia ſunt ſecuri.3.regum. 17.a.Stans autem Ezechiel audit ſermonem domini,non iacens.Ezech.2.a. Stare etiam coram domino eſt mentem eleuatam in contemplatione habere :& ſtabilem eſſe in virtute Deo placente.gene.18.c.Item præparare cor ad eius præcepta.Stant etiam,qui à maioribus an ſint digni ad regimen conſiderantur.1.reg.10.c.Et hirci ſtant coram domino.Leui. 16.b.Stantes autem apud Chriſtum ſunt varij:& perfecti ſunt,qui non guſtant mortem. Matth.16.g. Luc.9.d. Et ſtat ſuper cuſtodiam ſuam,qui per ſolertiam diſciplinæ terrenis deſiderijs non ſuccumbit, ſed ſupereminet:vt dum ſemper aſtantem appetit æternitatem,infra ſe ſit ei omne quod tranſit Haba.2.d.Stare etiam eſt rite agere.Iob.37.c.Et ſtant coram domino,qui eius imperio faciendo parati ſunt.Zach.6.b.Stantes ſegetes ſunt,qui ſurrexerunt à peccato. Exodi.22.a. Et ſtantia oſſa ſunt à peccato reſurgentes.Eze.37.c.

Contemplatio

Gre.ſ.1.reg. 6.&.ſ. Eze.ho.9-13. Rup.4.ſ.Exo.34 Ricar.de.ſ. victo.4. de arca myſti.11. Hie.ſ.Ier 6.

Stetiſſe dicitur Moſes,nempe in contemplatione:& etiam Ioſue.Exo.3.b. 17.b.32.f.33.d.34. a.Ioſu.5.d.Et ſtantes & adorantes per fores tabernaculorum.Exo.33.b.ſunt contemplantes ſpiritualia:& conantes iam habitacula carnis relinquere,& ad ſuperna gaudia, quæ audiunt,progredi.Sic ſtat multitudo ad oſtium tabernaculi.Leui.9.a.Et ſtans arca in agro Ioſue. 1. reg.6. c.eſt manens in contemplatione:ſed ita,vt in pręlio.Idem deſignat ſtans Elias in oſtio ſpeluncę,quaſi paratus ad pugnam.3. reg.19.c.Stant ſuper vias , qui conſiderant doctrinam legis & prophetarum.Iere.6.d.

Perfectio.

Cle.Ale.1. pæda 5. Amb ſ.Rom.5. Hie.ſ.Gala.5. Gre.12.mor.21

Stantes pueri ſunt,qui humi non amplius volutatur:neq; vt antea ſerpentum more ſerpunt, toto corpore in ſtultis cupiditatibus prouoluti:ſed mente ſurſum erecti, mundoq; & peccatis renunciantes,ſuſpenſo pede eatenus terram tangentes,quatenus in mundo eſſe videantur,ſanctam perſequentes ſapientiam.Roma.5.a.1.Corint .10.c.Gala.5.a.Stat Daniel,ſed tremēs:quia

iuſti



Glo.inte.ſ. gen.41.

iuſti perfecti ſemper in hac vita timent.Dan.10.b.Stare ſupra flumen eſt ſupra temporalia exiſtere:gen.41.a.

Promptitudo audiēdi & obediendi

Gre ſ.1.re.12.&.19. mor.13.

Stans populus ad radices montis.Exo.19.c.deſignat ſimplices habere initium ſapientiæ in timore domini.Stare autem auditoribus,eſt intentionem mentis ad verbum prædicatoris erigere.1.reg.12.b.Et ſtantes ſimul cœli vocante Deo,deſignant paratos ad obediendum. Iſa.48. c. Et ſtantes coram Ioſeph,deſignant paratos ad obediendum Chriſto. gen.43.d. Item coram Iob.Iob.29.b.30.c.35.c.Ad idem referri poſſunt ſtantes tabulæ tabernaculi: & ſtans candelabrum.Exo.36.40.a.

Fortitudo aduerſus diabolum

Ori.ſ.Exo.ho.3. Gre.ſ.1 reg.3. Hie.ſ.Ecclten.4.

Stantes Moſes & Aaron ex aduerſo contra Pharaonem,deſignant fortes in tentatione , reſiſtentes diabolo,ipſumq; vincentes.Exo.5.7.8.e.14.d.Stare autem ad laborem pertinet,& ad pugnę neceſsitatem.Ephe.6.c.State ſuccincti lumbos in veritate.Stant duo aduerſus vnū, hoc eſt,Chriſtus cum eo,quem defendit,aduerſus diabolum.Eccl'tę.4.c.

Lex iuxta baptiſmū

Beda.ſ.gen.24.

Stans ſeruus Abrahæ prope fontem,eſt lex iuxta baptiſmum.gen.24.b.

Diligentia prælatorum & prædicatorū

Gre.ſ.1.reg.10.14. Amb.epiſ.32.

Stans etiam ſeruus Abrahæ prope fontem,deſignat prædicatorem conſiderantem doctrinā prędicandam,& promptum ad operandum & prædicandum.gen.24.b.Et ſtans Abraham ſub arbore,eſt prædicator ſub cruce.gen.18.a.Stans Saul in medio populi.1.reg.10.d. deſignat fortitudinis opera,& rectam intentionem prælati eſſe ſubditis in exemplum expoſita.Et ſtans Ionathas in loco ſuo.1.reg.14.b.deſignat prædicatorem:qui quum non eſt locus prædicationi,in ſua bona conuerſatione perſiſtit:vel in domino perſeuerat : vt nulla prauorum exempla ad ſe perueniant.Stat autem prælatus vt ſpeculator prouidus,explorator impiger &c.

Fortitudo eccleſiæ.

Stetiſſe Annam coram Eli.1.reg.1.d.eſt nō corruiſſe eccleſiā ad minas principum ſynagogę.

Pœnitentia

Gre ſ.1.reg.1. Ly.ſ.Leui.27. Gre ho.33. Ori.in diuer ho.10. Glo.inte.ſ.Leui.13.

Stare dicitur pauper coram ſacerdote.Leuiti.27.a.quando peccator confitetur peccata ſua ſacerdoti,& expectat ab eo pœnitentiam.Et ſtat Maria retro ad pedes domini.Luc.7.f.quum pœnitendo eius veſtigia ſequitur,quem prius impugnabat.Stans eadem extra monumentū plorans. Ioan.20.c.deſignat peccatorem deflentem ob amiſſum Chriſtum.Stans in loco ſuo cicatrix,deſignat eum, qui peccauit :ſed ſanatus eſt,nec amplius peccat. Leui.13.c.

Zelus martyrum

Arno.ſ.ps.105.

Stans Phinees aduerſus adulteros,deſignat zelum martyrum pro gloria Dei.ps.105.

Baptiſmus

Arno.ſ.ps.133. Rup.9.ſ.apoc. Arno.ſ.ps.103.

Stare dicuntur in domo domini baptizati:catechumeni vero in atrijs domus domini.ps.133 134.Stantes etiam ſupra mare vitreum ſunt baptizati,qui omnia vitia reliquerunt in baptiſmo. Apocalypſ.15.a.Stant aquæ ſuper montes,hoc eſt,baptiſmus & fides in perfectis corde.ps.103.

Ceſſatio idololatriæ & peccatorum.

Hie ſ Nahū. 2.&.ſ. Ion 1.& ſ.ps.106.

Stare dicitur ſanguis quando ceſſat idololatria.Leui.15.d,Sic ſtetit vnda fluens.Exodi.15.a. Et generaliter ſtare eſt ceſſare à peccato.Nahum.2.d.Et ſtetit mare à feruore ſuo , miſſo in ipſum Iona:quia poſt Chriſti paſsionem ceſſarunt errores in mundo: nec amplius nauicula humani generis periclitata eſt.Ion.1.d.Stat autem ſpiritus procellæ,quum ceſſant mundanę tentationes.ps.106.

Impfecta cognitio.

Glo.or.ſ.Exo.20. Hila.ſ.Mat cano.13. Rup.8 ſ.apoc.

Stantes procul à monte.Exo.20.d.ſunt imperfecti & carnales,& allegoriam non penetrantes.Sic ſtetit procul ſoror Moſis,quando filia Pharaonis inuenit Moſen in flumine. Exod.2.a. Et ſtans turba in littore,deſignat ſine fructu exiſtentes : & indignos cognitione myſteriorum Chriſti.Matth.13.a Stans Ioannes ſuper arenam maris.apoca.12.d. Vacillantes tempore Antichriſti.Stans princeps in limine portæ templi.Eze.46.a.deſignat nos nunc ex parte videre,& ex parte cognoſcere.

Cuſtodia cordis

Hie ſ.Haba.2. Rup.ſ. Haba.2. Ricar.de.ſ. victo de exterm. mali.24.

Stat ſuper cuſtodiam ſuam,qui diligenter cuſtodit cor ſuum:& firmam tenet humilitatem. Haba.2.a.Stat ſtatua contra Nabuchodonoſor,ſeu in proſpectu eius.Dani.2.e. quū quis propriam recogitat vitam.Stantes ſacerdotes cum arca in alueo Iordanis , donec tranſiret populus.Ioſue.3.d. deſignant tamdiu nos in noſtri conſideratione debere morari,& indignari: donec internorum amor intumeſcat:Inferiorum autem omnino deficiat : totaque deſideriorum noſtrorum turba pertranſeat,terramque promiſsionis ſpei ſuæ certitudine tangat , & teneat.

Iudicium rectum

Hie.ſ.Eze.44.

Stare debent ſacerdotes in iudicijs Dei.Eze.44.f.quia debent iudicare ſine perſonarum acceptione.

Firmitas & ſacra ſcriptura.

Amb.3.de.ſpūſa.22. Gre.ſ.Eze.ho.7.

Stantes rotæ deſignant tempora præterita,vel futura. Ezechi.1.e.Stant autē cū ſtantibus deſignantes ſacram ſcripturam,per quam fideles confirmantur in fide,& contra omnia diaboli tētamenta roborantur.

Solicitudo vitæ actiuæ.

Gre.ſ.1.reg.14

Stare dicta eſt Martha,& non ſedere ſicut Maria.Luc.10.g.quia actiui non niſi breuiter vacare poſſunt contemplationi:ſed ſemper parati ſunt ad actionem.

Virtutes in mente Audiētes pdicatorē

Gre.20.mor.4.

Circunſtans exercitus regem.Iob.29.d.deſignat virtutes in mente,in qua pręſidet Chriſtus: vel multitudinem fidelium audientium prędicatorem.

Meditatio mortis

Stare dicitur Elias in oſtio ſpeluncę.3.reg.19.c.quia mortalitatis anguſtias exire meditatur.

Inhęrere vitijs voluptatibus.

Aug.de quinq; hæreſibus.4. Cyril.de ado.in ſp.

Stare dicitur in regione circa Sodomam,qui terrenis inhæret voluptatibus : vel qui in alijs vitijs immoratur : vel in periculis vitiorum : Item qui ignauiter operatur, quia facile cedit. geneſ.19.d.

Saret

Hie.ſ.Mala.3.

Stare ad videndum Chriſtum in iudicio non poterit,qui lippientibus eſt oculis mentis.Mala.3.a.Iob.29.b.

Tertu.de car.Chri. Hila.ſ.Mat.can 12. Gre.ſ 1.reg.4.&.29 mor.18. Hie.ſ.Abdi. Aug.ſ.ps.103.106.& ſ.apoc.ho.9.10.
Perfidia Iudæorum

Stantes foris mater & fratres Ieſu,deſignant ſynagogam & Iudæos,qui non ingrediuntur in eccleſiam Chriſti.Matth,12.d.Luc.8.c.Et ſtantes mulieres iuxta nurũ Eli.1.reg.4.d. ſunt ęquales perfidia & ſocietate mentes plebis Iudaicę:quæ ſtant non veritate fidei, ſed præſumptione & iactantia religionis.Steterunt onagri in rupibus.Iere.14.a.quum Iudæi confiſi ſunt in ſummis poteſtatibus ſeculi aduerſus Chriſtum. Stant aduerſus populum Dei Iudæi & hæretici in perſecutionibus eccleſiæ per infideles factis:vt Edom aduerſus Iudam.Abdi.d. Et ſtant in exitibus Edom hæretici,ad occidendos,quos potuerint ab eccleſia ſeparare. Abdi.e. Stant aquæ ſuper montes,quum perſecutiones infidelium comprehendunt ſublimiores eccleſiæ. ps.103.Et ſtant ſpiritus procellæ.ps.106.Stat etiam diabolus ſuper arenam, hoc eſt, ſuper hæreticos aduerſus fideles.apocalypſ.12.d.Stare autem non valentes malefici Aegyptiorum coram Moſe. Exod.9.b.ſunt non valentes reſiſtere fidelibus. Steterunt proximi, hoc eſt, Iudæi aduerſus Chriſtum in paſsione.Sed proximi,qui ſteterunt à longe,fuerunt eius diſcipuli: qui relicto eo fugerunt.ps.37.

Perſecutiones Iudæorũ & hæreticorum

Aug.& Gre.ſ.ps.37

Hila.& Arn.ſ.ps.1. Aug.ſ.ps.1. Rup 1.ſ.Eze.29.
Delectari in pctõ.

Stare in via peccatorum eſt adhærere vitijs inclinationem naturæ ſequentibus: vt ſuperbiæ, auaritiæ,libidini &c.Vel figere pedem in mala ſuggeſtione.Vel ſtat,qui delectatur iam in peccato:vel qui peccatum opere perpetrauit.ps.1.

Hie.ſ.Eze.8.33. Ori.ſ.Mat.ho.13 Hie.ſ.Hoſe.10 Gre.ho.19.
Obſtinatio in erroribus

Stant in gladijs ſuis hæretici:qui perſeuerant decipere animas. Ezec.33.f.Et ſtantes Iezonias & ſeniores coram idolis,ſunt confirmati in defendendis erroribus. Ezech.8.c. Stantes in foro ocioſi,ſunt in infidelitate perſiſtentes.Mat.20.a.Sed per hoc quòd ſtant, videntur parati ad operandum.Et ſteterunt in Gabaa,qui perſeuerarunt in errore.Hoſe.10.c.Et ſtat in verbo malo,qui perſeuerat in errore,detractione,turpiloquio.Eccl'tæ.8.a.

Gre.8.mor.32
Infirmitas hæreticorum.

Non ſtare dicitur conſilium hęreticorum aduerſus eccleſiam.Iſa.7.b.quia non habet effectũ aut firmitatem.Et non ſtat domus hypocritæ.Iob.8.c.quia in terrore diſtricti examinis omnis ante actæ vitæ fiducia ſanctitatis cadit.

Aug.epi.19.
Cõtempt⁹ pauperũ

Stare facere pauperem in loco inferiori,eſt cenſere ipſum indignum,& minus bonum ad dignitatem eccleſiaſticam,ex hoc quòd eſt pauper.Iacob.2.a.

Steterat quercus inter ligna ſaltus,hoc eſt,dogma hæreticum inter dogmata philoſophorũ. (Iſa.44.b.

Stat Babylon cum incantatoribus ſuis,quando in illis habet fiduciam.Iſa.47.d.

Hie.ſ.Eze.27 Gre.29.mor.2.
Quies
Deformitas & breuitas vitæ malorũ

Stantes in terra nautæ Tyri,ſunt quieſcentes aliquando,qui erant in motu.Eze.27.e.

Stare ſicut veſtimentum dicitur aliquis.Iob.38.b.vt per hoc non poſſe ſtare mõſtretur: quia ſicut induta veſtis in viſionis ſuæ ſpecie per corpus tenditur,exuta autem fracta complicatur: Ita vnuſquiſq;,qui à ſanctæ eccleſiæ ſtatu receſſerit,tenſus prius ac decorus quaſi dum induebretur fuit:ſed exutus poſtmodum confractus atq; abiectus iacebit.Si vero ſtare intelligimus perdurare:ſicut veſtimentum ſtat quiſq; reprobus,quia in hac vita, quam diligit, breuiter durat: Iuxta illud.ps.101.Omnes ſicut veſtimentum veteraſcent.

Stare dicuntur,qui non fugiunt imminentia tentationum pericula: quum deberent fugere.

Rup.ſ. Zach.3.&.7. ſ.apoc.
Diabolus aduerſus Chſm & eccleſiam.

Stans Satan aduerſus Ieſum.Zach.3.a.eſt diabolus aduerſus Chriſtum, quando erat in veſte ſordida,hoc eſt,mortalis.Stat autem à dextris,vt dextram impugnet: & quia nihil ſiniſtrum in Chriſto.ps.37.Et ſtans draco aduerſus mulierem,eſt diabolus aduerſus eccleſiam. apoca.12.b. Stat etiam diabolus aduerſus eum,qui fuerat in peccato,quum vincitur ab eo:vt à Paulo. Stat autem accuſans:& à dextris:quia dexteram vincit.ps.108.

Arno.ſ.ps.108

Ori.ſ.Mat.ho.29. Amb.ſ.Luc.21. Hier. Aglaſiæ. &.ſ. Mat.24 Hie.ſ.Mat.can.12 Hie.ſ.Hoſe.8.
Hæreſes
Antichrs in eccleſia

Stans abominatio deſolationis in loco ſancto,deſignat hæreſes,quas hæretici ponunt in ſacra ſcriptura.Vel Antichriſtus in mentibus fidelium,quos peruertit:aut in eccleſia. Matth.24. b.Luc.21.d.

Deſtructio Hieruſalem
Infirmitas hęreticorum

Non ſtans ciuitas eſt Hieruſalem deſtructa.Matth.12.b. Et non ſtat culmus ſementis hæreticorum:quia nihil firmum docent hęretici:nec ſtat Ephraim.Hoſe.8.b. 13. d. Nec ſtat tenens arcum. Amos.2.d.

Ricar.de.ſ. vict de vitio mutabi 7. Hie ſ.Dani.7. Aug.ſer.106.
Superbia cũ inuidia

Stans beſtia ſuper pedes ſuos quaſi homo.Dani.7.b.deſignat erectionem in ſuperbiam cum murmuratione inuidię de profectibus aliorum.

Stetit in porta vrſus.Dani.7.b. quia Perſarum populus non nocuit filijs Iſrael.

Stetit oleum,quum non oblata ſunt vaſa. 4.reg.4.a.quia non augetur charitas,quando ceſſatur à prædicatione.

Gre.ſ.Eze.ho.5.

Stabilis dicitur ſapientia.Sapi.7.c.quia in mente iuſtorum quantum ad virtutes theologicas & morales ad vitam animæ neceſſarias,permanet:licet quantum ad gratias gratis datas, aliquãdo adſit,aliquando abſit.

## Statio.

STatio eſt locus,in quo naues aut milites tuto ad tempus ſtant:vel in quo frequenter conſiſtitur;& etiam locus ad cuſtodiam aſsignatus,in quo milites ſtantes vigilant.

Statio



Securitas eccleſiæ. Habens perfectum zelum.
Beda ſ.gen.49 Ricar.de.ſ.victo.de 12.pſiar.43.

Statio nauium.gen.49.b.deſignat ſecuritatem eccleſiæ recipientis & ſeruantis eos, qui e fluctibus huius ſeculi ad ipſam ſe recipiunt.Vel deſignatur habẽs perfectum zelum,qui exponit ſe periculo,vt alij in tuto recipiantur.

Cultus ſacerdotalis Litera legis
Glo.inte.ſ.Iſa.22

Statio Sobnę.Iſa.22.f.deſignat cultum ſacerdotalem,& literam veteris legis.

Tentationes cõtra virgines
Gre.ſ.1.reg.13.

Statio Philiſtinorum in Gabaa.1.reg.13.a.deſignat tentationes dæmonum contra virgines. Et dicitur ſtatio:quia ſtare malignis ſpiritibus eſt in electorum pugna magnas vires exercere. Nam ſtando validius vnuſquiſq; quam ſedendo conari ad aliquid faciendum poteſt.

Dęmões & hęretici
Gre.ſ.1.reg.10

Statio Philiſtinorum in colle.1.reg.10.a.deſignat dæmones, qui per ſacram ſcripturam Iudæos & hæreticos decipiunt:Deſignat etiam hæreticos contra Chriſtum conſiſtentes:qui poſitus eſt in ſignum,cui contradicetur.Luc.2.e.

## Stater, uide Siclus.

## Statera.

STatera à ſtando dicta eſt,quia aliquid penſatur,aut ponderatur,vt ad æquilibriũ ducatur.

Deus. Iuſtitia Dei Iudicium
Cle.Alc.adhor.ad gentes. Lyra.ſ.Iſa.40

Statera ęqua in ſacculo,eſt Deus verus:qui menſura & numerus eſt omnium in animo. Item iuſtitia Dei,qua dependuntur bona & mala:& etiam iudicium, ſecundum quod omnia diſponit Deus in numero pondere & menſura.Iſa.40.c,Iob.31.a.

Chriſtus
Crux Chriſti
Gre.7.mor.1. &.21 mor.6. Rup.2.de operi.ſſ.8

Statera etiam dicitur mediator Dei & hominum Chriſtus Ieſus:qui ad penſandum vitę noſtræ meritum venit:ac ſecum iuſtitiam ſimul & miſericordiam detulit: ſed miſericordiæ lance pręponderans,vt culpas noſtras parcendo leuigaret.Iob.6.a.30.a.In ipſo etiam ęqua lance omnia merita noſtra penſantur:& in eius pręceptis agnoſcimus, quid in noſtra vita minus habeamus.Crux etiam Chriſti ſtatera eſt;in qua appenſa ſunt peccata noſtra cum Chriſto.

Ratio Verba iuſtitiæ Voluntas.
Amb.1.offi.3.& epiſ 44 Hila.& Baſi.ſ.ps.61

Statera eſt ſpecies iuſtitię : & interdum eſt ipſa ratio, qua iudicamus bonum & malum : & etiam ipſa verba,vel menſura verborum iuſtitię : vt lingua ſit ſubdita menti. Item voluntas in vtranq; partem libera:aut ipſum liberum arbitrium. Mendaces ſunt filij hominum in ſtateris: qui non ſeruant iuſtitiam.ps.61.pro.11.a.Eccl'i.28.d.Eze.45.d.

Iudicia peruerſa. Prauitas Iudæorũ.
Beda.ſ.pro.11. Rup.4.ſ.apoc. Ricar.de.ſ.victo.de ſtatu inte.homi.25. Aug.ſ.apoc.ho.6. Hie.ſ.Hoſe.12.& ſ. Mich.6. Cle.Alc.adhorta.ad gentes

Statera doloſa eſt in omni iudicio non recto:& quum quis aliorum facta iudicat mala ; & non videt trabem in oculo ſuo:& qui imponunt alijs onera grauia,quæ digito ſuo nolunt contingere.pro.11.a.Et ſtatera in manu equitis equi nigri.apoc.6.b.deſignat prauitatem Iudęorũ, quando dederunt pecuniam cuſtodibus,vt mentirentur in Chriſti reſurrectione.Deſignat etiã ſimulationem iuſtitiæ:quia diabolus & eius membra transfigurant ſe in angelum lucis; dicentes bonum malum,& malum bonum.Statera etiam doloſa ſunt hæreticorum dogmata, & falſæ rationes.Hoſe.12.b.Mich.6.c.Hæc eſt ſtatera,qua ponderatur argentum idolorum.Iſa.46. b.Et ſtatera iniuſta in ſacculo eſt idolum & deus falſus in anima. In his ſtateris ſunt mendaces filij hominum.ps.61.

Dogmata hæreticorum

## Statua, Statuarius.

STatua eſt imago,ex lapide,vel luto,ſeu ligno,aut aliquo metallo alicubi ſtatuta, quæ fieri ſolebat in alicuius rei ab aliquo bene geſtę memoriam. Statuarius aũt eſt, qui ſtatuas fingit.

Inſipientia peccãtiũ Luc. Temporalib⁹ dedi
Ori.ſ.gen.ho.5. Philo.de ſomnijs. Geor.vene.canti.12 ton.6 cap.14. Rup.6.ſ.gen.12.

Statua ſalis facta eſt vxor Lot,in monimentum & condimentum peccatorum : vt videlicet eius inſipientia,& cuiuſuis peccantis deſignetur.Inſenſatus enim inutilis ſibi efficitur : ſed alijs vtilis,qui eius finem attendentes corriguntur.gen.19.c.Statua etiam ſalis eſt anima temporalibus dedita,& in ſeipſa tabeſcens.

Prolabentes in vitia Conditio naturę humanæ Actio bona ſine recta intentione
Ricar.de.ſ.victo.de ſomni.Nabuc.2.12

Statua quam vidit Nabuchodonoſor.Dani.2.c.eos deſignat, qui à virtute ad vitia prolabuntur:qui paulatim in deterius deficiunt.Deſignat etiam conditionem naturę humanę.Dicitur grandis ex ea parte,qua ſubiacet corruptioni ſublimis ex ea parte,qua reſeruatur reparationi:terribilis ex ea parte,qua patet perditioni.Magnitudo in conſideratione culpę: Altitudo in conſideratione gratiæ:terror in conſideratione pœnæ.Cum autem ſtatua ſit humana figura ſine humana vita:deſignat actionem congruam ſine intentione recta.

Hæreſis
Hie.ſ.Eze.26

Statuæ Deorum,imagines & falſitatis & erroris ſignificant:& etiam ſtatua Tyri. Exo.23.c. 34.b.Eze.26.b.Mich.5.d.Et ſtatua aurea,quam fecit Nabuchodonoſor, eſt dogma hæreticũ ſeculari ornatum eloquentia.Dani.3.a.

Deus
Glo or.ſ. Zach.11. Rup.ſ.Zach.11.

Statuarius eſt figulus,à quo emptus eſt ager triginta argenteis in ſepulturam peregrinorum. Zach.11.c.Poteſt etiam deſignare Deum,qui examinabit opera crucifixorum Chriſti.

## Statuere.

STatuere eſt deliberare,ordinare,dedicare,cõſtituere,decernere.Itẽ cõponere.gen.9.b.Statuã pactũ meũ.Imponere.gen.21.d.Statuit Abraham ſeptem agnas.Inſtituere. Numer.8.b. Statueſq; Leuitas in conſpectu Aaron.Iudicare.gen.34.b.Quæcunq; ſtatueritis dabo.Ponere. ps.30.

ps.30. Statuiſti in loco ſpatioſo pedes meos.

Arno ſ.ps.105. — Liberãs De⁹ à pctõ

Statuit Deus procellam in auram, quando liberat à peccato, ſeu tentatione, aut tribulatione. ps.106.

Hie. ſ.ps.17.30.39. Aug. ſ.ps.17.39. — Firmati in eccleſia vel Chriſto.

Statuit Deus pedes alicuius in loco ſpatioſo. ps.30. quando præcipit diligi amicos & inimicos; vel quando firmat in eccleſia. Et ſtatuit ſupra petram, quando firmat in Chriſto. ps.39. Et ſtatuit ſuper excelſa. ps.17. hoc eſt, vel Chriſtum ſuper eccleſiam: vel eccleſiam in ſpe cœleſtiũ: Vel figit intentionem in ſupercœleſtem habitationem.

Gre. ſ. Eze. ho.9. Rup.1.ſ. Eze.17. — Erigere. Cõfirmatio apoſtolorum

Statuere interdum eſt erigere. Et ſtatuit ſpiritus Ezechielem ſuper pedes: quia niſi ipſe ſtatuat, ſolum liberum arbitrium ſe in bono ſtatuere non poteſt. Eze.2.a.3.g. Deſignat autem erectionem & confirmationem apoſtolorum factam in pentecoſte. Ad idem referri poteſt ſtatuere columnas templi. Exo.40.b. (4.a. Luc.4.b.

Amb. ſer.26. Iſy. ſ. Leui.16. — Manens Chriſtus in anima. Confiteri diuinitatẽ in Chriſto

Statuitur Chriſtus ſupra pinnaculum templi, quando manet in anima viri ſtudioſi. Matthæ.

Statuere caprum emiſſarium viuum coram domino, eſt confiteri diuinitatem impaſsibilem in Chriſto. Leui.16.b.

Aug. ſ.ps.77. — Continere. Cohibens De⁹ cõcupiſcentias

Statuere pro continere: Et ſtatuit Deus aquas quaſi in vtre. ps. 77. quum per gratiam ſuam, cohibet fluxus concupiſcentiarum carnalium.

Rup. ſ. Hoſe.2. Glo. or. ſ. Hoſe.2. — Captiuitas Iſrael

Statuit Deus ſecundum diem natiuitatis. Hoſe.2.a. quando reduxit Iſrael in captiuitatem: & priuauit regno, ſicut quando erant in Aegypto. Vel quando relinquit in erroribus Ethnicorũ: vel hæreticos in nihilum redigit.

Gre. ſ.1.reg.1. Gre.10.mor. 30.31. — Impletio prophetiarum Chriſti. Miracula. Illuſtratiões mẽtis. Dies iudicij

Statuti dies. 1.reg.1.a. ſunt teſtimonia prophetarum de Chriſto, quibus Chriſtus ea implendo aſcendebat, & cognoſcebatur. Sunt etiam miraculorum fulgor. Item illuſtrationes in contẽplatione, quas dat Deus, quando vult: Ideo dicuntur dies ſtatuti: quia non ſunt in noſtra facultate. Quum autem eas quis habet, dicit cum Petro: Bonum eſt nos hic eſſe. Matth.17.a. Ad idem pertinere poteſt ſtatutũ tempus. Exo. 13.b. Et ſtatutum tempus eſt dies iudicij. Iob.12.a.

Gre.31 mor.31. — Prænoſſe certamina vitiorum.

Statuere ſibi dicitur ſpeculam. Iere.31. d. qui ventura vitiorum certamina ex alta conſideratione prænoſcit.

Iſy. ſ. Leui.27. — Dans ſacerdos formam viuendi

Statuit precium animalis immundi ſacerdos. Leuiti.27.b. quando dat formam viuendi ei, q̃ non valet ſacras ſcripturas meditari.

Ori. ſ. Leui. ho.8.

Statuit ſacerdos leproſum coram domino. Leui.14.b. quia ſacerdotis eſt officium cõuerſos à peccato ſtabilire, ne fluctuent. Sic ſtatuit caprum viuum coram domino. Leui.16.b.

Amb. ſ.ps.118. ſer 5. Beda.1.pro.23. — Prudẽtia in ſermõe.

Statuit eloquium Dei in eius timore, qui fundat ſapientiam in timore. ps.118. Et ſtatuit cultrum in gutture. pro.23.a. qui diuina ſedulo meditans eloquia, diſcreta ex ore verba depromit: nec alia ſępius in lingua, quàm cœleſtis oraculi dicta reuoluit.

Philo. de Cherubim

Statuere mulierem coram domino eſt animæ arcanum, vt iudicetur, aperire.

Hie. ſ. Iere.31. Lyra.1.gen.47. — Inſtitutio plató[rum]

Statuit ſibi Ephraim ſpeculatores. Iere.31.d. quum ex gentibus eliguntur prælati & doctores, qui annuncient futura bona. Statuere quoq; coram rege eſt ad altiora promouere. gen.47.b. Vel eſt quum prælatus prædeceſſorem ſuum veneratur, & pro eo orat, vt digne pręſentetur regi cœleſti.

Hie. ſ. Iſa.23.

Statuere dicuntur Sijm propugnacula Chaldęorum. Iſa.23.c. quando dæmones fundant ſuperbiam in defenſione errorum.

Hie. ſ. Eze.14. — Deſperatio.

Statuere dicuntur ſcandalum iniquitatis contra faciem ſuam. Eze. 14.a. qui meliora deſperant: & parati ſunt ad ſupplicium.

Hie. ſ. Eze.39. — Detegere [...]

Statuunt titulum doctores iuxta os alicuius heretici, qui ipſius hæretici notant & produnt errores. Eze.39.d.

Hie. ſ. Iſa.40. — Firmantes hæretici ſua dogmata.

Statuere dicitur artifex ſimulacrum. Iſa.40.e. quando firmat hæreticus ſua dogmata. Et ſtatuentes laqueũ ſunt hæretici, q̃ ſub veritatis ſpecie inducere nitunt̃ ſimplices in errores. ps.140.

## Statura.

STatura corporis quantitatem ſignificat ſecundum longitudinem ſeu altitudinem.

Hie. ſ. Eze.1. Gre. ſ. Eze. ho.6. — Directio euangelij ad cœleſtia

Statura rotarum. Eze.1.e. progreſſum euangelij in cœlum deſignat: vel ſtatura ſacrę ſcripturæ eſt ſecundum quòd mores ad ſtandum dirigit: vt auditorum mentes ad terrenam concupiſcentiam non curuentur.

Amb. ſ. Luc.19. Hie. ſ. Eze.17. — Humilitas gẽtilium

Statura puſillus Zachęus gentiles abiectos ſignificat. Luc.19.a.

Statura humilis vincę ſignificat humile regnum Iudæorum ſub rege Sedechia. Eze.17.b.

Gre. ſ.1.reg.16. & ſ. cant.7. — Altitudo ſcientiæ & affectus

Statura Eliab multitudinem ſcientiæ, per quã ad ſuperiora quis ſublimatur, ſignificat. 1.reg. 16.b. Statura autem ſponſæ eſt affectus tendens ad ſuperiora. canti.7.c.

## Status.

STatus conditionem & habitum ſignificat.

Gre.11.mor.27. — Mutabilitas hõis

In eodem ſtatu nunquã permanet homo: Iob.14. a. quia per momẽta quotidie ad mortẽ impellit, trãſiens ab infantia ad pueritiã, à pueritia ad adoleſcentiã &c. Mẽs quoq; mutabilitatis

ſuę



ſuæ pondere ad aliud ſemper impellitur: & interdum ad meliora trahitur: ſæpe autem in deteriora dilabitur.

## Stella, Aſtrum, Sidus.

STellæ dicuntur, quæ in cœlo lucent ſingulariter ſumptæ, & non alijs connumeratæ. Sidera vero, ſiue aſtra ſunt, quæ ad aliquod ſignum complurium ſtellarum compoſita ſunt: vt Aries, Taurus. Sed confunduntur hæc vocabula. Influunt autem ſtellæ in hæc inferiora ſimul cum luce vires agendi & generandi.

Diuinitas & humanitas Chriſti. — Ori. ſ. Nu. ho.18. Hila ſ. Mat. cano. 1. Amb. ſ. Luc.2. Rup.2. ſ. Apo. Aretas. ſ. apoc.2.

Stella ex Iacob. Nu.24.c. diuinitatem in Chriſto ſignificare poteſt. Vel ſignificat eius humanitatem, quæ videbatur: item lucem Chriſti ortam gentibus. Idem deſignat ſtella, quæ apparuit Magis. Mat.2.a. Et dicitur ſtetiſſe ſupra vbi erat puer: quia ſemper eſt in Chriſto diuinitas. Ipſe quoq; Chriſtus eſt ſtella matutina, quæ datur vincentibus. Apo.2.g.

Ira Dei. — Rup.5. ſ. apoc.

Stella quæ dicitur Abſynthium, eſt ira Dei malis amara: ſed purgat pœnitentes. Apo.8.c.

Sancti. Prælati. Doctores. Angeli. Filij eccleſiæ. Eccleſia. Ioannes baptiſta. Elias. — Ori. ſ. gen. ho.1.9. & ſ. Ezec. ho.13. & ſ. Mat. cap.13. Arno. ſ. ps.115. Hiero. ſ. Iob.9. Aug. epiſt.48. & ſ. apoc. ho.1. Gre. prolo. mor. 10. & 4. mor.13. & 28. mo.14. Rup.1. ſ. apo. Aretas. ſ. apo.1.2.

Stellæ paſsim ſanctos & prælatos & doctores eccleſiæ ſignificare ſolent: qui dum recta peccatoribus prędicãt, tenebras noſtræ noctis illuſtrant. Gene. 1. b. 15. b. 22. c. 26. a. Iob. 3. b. 9. a. 25. b. pſalm. 8. 135. 146. Dani. 8. d. 12. b. Luc. 21. e. 1. Cor. 15. c. Et aſtra matutina ſunt angeli: quia ſæpe ad exhortandos homines miſsi ſunt: & dum venturum mane nuntiant, ab humanis cordibus præſentis vitæ tenebras fugant. Item filij eccleſię, qui per baptiſmum renaſcuntur Chriſto. Iob.38. a. Iſa.14.d. Eccleſiaſtę. 12. a. Sunt etiam ſancti ſtellæ pleiades. Iob. 38. d. Et ſtellę ſeptem in dextera Chriſti, eccleſiam & prælatos, vel vniuerſitatem ſaluandorum deſignare poſſunt. Apoca. 1. d. 6. d. Peculiariter autem ſtella matutina dici poſſunt Ioannes Baptiſta & Elias præcedentes vtrunque aduentum Chriſti. Apoca. 2. g.

Apoſtoli. Multitudo populorum. Virtutes morales. Prærogatiuę beatę Mariæ. — Amb. de Ioſepæ.2. Hiero. ſ. Iſa.14. Aug. ſ. apoc. ho.9. Beda. ſ. gen.37. Ricar. de. ſ. victo. de 12 pſtiar. 69. Ber. ſer. Signum magnum.

Stellæ vndecim adorantes Ioſeph, deſignant apoſtolos adorantes Chriſtum: & etiam multitudinem populorum: & virtutes morales. Gen. 37. c. Exod. 32. c. Iſa. 14. d. Et ſtellæ duodecim in corona mulieris. Apo.12.a. ſunt apoſtoli: & virtutes ſubiectæ diſcretioni, per quam gubernantur, vt ſint verè virtutes. Deſignant etiam duodecim prerogatiuas in beata Maria: quatuor cœli ſcilicet in Mariæ generatione, in angelica viſitatione, in ſpirituſſancti ſuperuentione, in filij Dei inenarrabili conceptione. Quatuor carnis: quia virginitatis primiceria, ſine corruptione fœcunda, ſine grauamine grauida, ſine dolore puerpera. Quatuor cordis ſcilicet manſuetudo pudoris, deuotio humilitatis, magnanimitas credulitatis, martyrium cordis.

Reſurrectio prima. — Aaug. ſ. apoc. ho.2.

Stella matutina primam reſurrectionem deſignare poteſt, quæ fit per gratiam baptiſmi. Apoca. 2. g.

Dona ſpũſſancti. — Aug.3. confeſ.18.

Stellæ productæ in cœlo, deſignare poſſunt minora dona ſpirituſſancti. Gen.1.b.

Altitudo. — Glo. ord. ſ. Abdi.

Sidera in hyperbolen altitudinis ponuntur. Abdi. b. Iob.22.b. Exaltatur autem ſupra ſidera, qui ſanctos decipit, ſiue ſit hæreticus, ſiue caro.

Sacerdotes & phariſæi. Peccatores. Hypocritæ. — Ori. ſ. Iob.3. Hiero. ſ. Iob.3. Gre.4. mo.13. Rup.4. ſ. apoc.

Stellę quę obſcurantur. Iob. 3. b. ſunt ſacerdotes, Scribæ, & Phariſęi, & etiam reliquus populus Iudęorum. Item peccatores, qui in nocte huius ſeculi diuitijs & honore lucere ſe putant. Item hypocritæ, qui ante humanos oculos quaſi bonis operibus ſplendere videntur. Apoca.6.d.12.a.

Lucifer. — Ori. ſ. Mat. ho.30. Hier. ſ. Ezec.32. Aug. Solilo.16. Gre.32. mor.14. Rup.5. ſ. apoc.

Stellę cadentes ſunt à veritate decidentes. Matth.24.c. Et ſtellę quas trahit draco, ſunt qui prius erant boni: & etiam dęmones: & ſtellę percuſſę ſunt, qui perierũt de populo Iſrael. Apo. 8.d.12.a. Stella quoq;, quę cecidit de cœlo, eſt Lucifer. Apo.9.a.

Sidus dei hæreticorum dici poſſunt errores eorum. Amos.5.g. Hiero. ſ. Amos 5.

## Stellio.

Iſyc. ſ. Leui.11.

STellio eſt reptile ſimile lacertę, tergo depictum, quaſi quibuſdam ſtellis inſperſis. Computatur inter animalia immunda, & habet nonnihil veneni. Leui.11.d.

Simplices boni. — Gre.6. mo.4. Beda. Pro.30.

Stellio vt reptat manibus, & in domibus regum moratur. Pro.30.d. Illorum ſignificat humilitatem, qui quum non ſint iuxta naturam ingenioſi, ſolertia tamen induſtrię ſuę, vel ad diuinarum notitiam ſcripturarum, vel ad virtutum gratiam, quibus ingreſſum regni cœleſtis mereantur, attingunt. Plerumq; etenim aues, quas ad volandum penna ſubleuat, in vepribus reſident: & ſtellio, qui ad volatum pennas non habet, nitens manibus regum ędificium tenet: quia nimirum ſępe ingenioſi quique dum per negligentiam torpent, in prauis actibus remanent. Et ſimplices, quos ingenij penna non adiuuat, ad obtinenda æterni regni mœnia, virtus operationis leuat.

Tertul. de cibis iudaicis.

Stellio vt computatur inter animalia immunda ſignificare poteſt eos, qui in aliena morte, prędam quærunt.

## Stercus, uide Fimus.

## Sterilis, Sterilitas.

Hiero.ſ.Iſa.66. — Fœcunditas Dei.

STerilis eſt infœcundus & fructum non ferens:ſterilitas, infertilitas.

Sterilis non eſt Deus, qui cæteris generationem tribuit. Iſa.66.c. quia præter hoc, quòd pater generat filium ſibi æqualem,etiam in eccleſia filios adoptiuos multiplicat.

Gre ſ.1.Reg.2. Arno ſ.pſ.112. Philo ꝓ deus ſit immuta. Aug.ſ.pſ.112. Ori.ſ.Iere.ho.6. — Eccleſia. Anima conuerſa. Hieruſalẽ cœleſtis.

Sterilis pariens plurimos,eſt eccleſia, vel anima conuerſa, quæ parit ſeptem per ſeptem dona ſpiritusſancti: & parit plurimos, hoc eſt, vſq; ad conſummationem ſeculi. Anima vero producens bona opera parit ſeptem, propter perfectionem numeri. 1. Reg. 2.a. 4. Reg. 4. c. pſal.112. Eſt etiam Hieruſalem cœleſtis,quæ eſt mater noſtra:quæ facta fuerat ſterilis, per peccatum Adæ: pariet autem plurimos in iudicio:de qua Iſa.54.a.Lætare ſterilis, quæ non paris. Gala. 4. d.

Ori.ſ.gen.ho.11. Amb.ſer.87. Beda.ſ.gen.22. Aug.contra Fulgẽ. — Gentilitas.

Sterilis Sara typus erat gentilitatis,quæ genuit in ſenectute Iſaac, hoc eſt, fideles in fine ſeculorum. Eodem referri poteſt ſterilitas Rebeccæ, & Rachelis.Gen.11.d.16.a.18.a.25.c.26.b. 30.a. Et hæ ſteriles genuerunt ſanctos. Steriles etiam aquæ in Hierico,ſignificant gentiles ſine bonorum operum fœcunditate:qui conuerſi fructificauerunt. 4.Reg.2.d.

Hie.ſ.Iob 24.30. Aug.2.doct.Chriſ. 6.&.ſ.pſ.34. Gre.ſ.canti.4. — Anima ſine bonis operibus.

Sterilis dici poteſt anima, quæ non producit bona opera. Et ſterilitas terræ eſt defectus bonorũ operũ.Gen.41.d.Exo.23.d.Iob.15.d.24.30.a.pſal.34.Th.e.4.b. Nõ eſt autẽ ſterilis in gregibus tonſarũ,hoc eſt,in apoſtolis multos cõuertentibus,& eos in fide generãtibus. Cant.4.a.

Hiero.ſ.Iſa.49. — Sterilitas eccleſiæ in Iudæa.

Sterilitas Sion fuit ſterilitas eccleſiæ in Iudæa:in qua pauci conuertebantur.Iſa.49.c.

Gre.17.mor.1. Ber.in apologi. — Caro.

Sterilis quæ non parit,eſt caro,quæ dum ſola præſentia appetit, bonas gignere cogitationes neſcit.Iob.24.b.

Mundus.

Sterilis facta dr̃ Babylõ,quãdo mundus nõ perinde ꝓfert mũdanos, ſicut ſolebat. Iſa.47.b.

Gre.20.mo.8.&.12. mor.27. — Hæretici. Hypocritæ.

Steriles egeſtate & fame ſunt hęretici: quia ea perſcrutari deſiderant, ex quibus bonæ vitæ germina non producant.Iob.30.a.Sterilis quoq; eſt congregatio hypocritarum:quia per hoc, quod agunt,fructum recipere in æterna retributione non appetunt.Iob.15.b.

## *Sternere, Subſternere, Conſternere, Stratum, Stramentum, Stramen.*

STernere eſt humi deijcere,quaſiq; in terra extendere:interdum ornare,ſeu componere.

Hiero.ſ.Iſa.54.&.ſ. Eze.41. Ori.ſ.Matt.ho.35. — Diuerſi gradus & virtutes. Ornatus animæ.

Sternit Deus per ordinem lapides Hieruſalem, quum ordinat diuerſos gradus & virtutes in eccleſia.Iſa.54.c. Et ſtratum ligno templum deſignat ſapientiam in eccleſia.Ezech.41.c. Idem eſt ſtratum cœnaculum:quod etiam deſignat animam virtutibus ornatam.Mar.14.b.

Lyra.ſ.gen.22. Rup.6.ſ.gen.32. — Ornans de⁹ iudæos. Subdere motus irrationales.

Sternens aſinum Abraham.Gen.22.a.deſignat Deum paſcentem populũ Iudaicum, ipſumque lege & prophetis ornantem. Deſignat etiam ſacerdotem ſubiugantem motus irrationales,vt offerat euchariſtiam.

Gre.23.mor.23.&.ſ. 1.Reg.9. — Bene operari.

Sternere dicitur ſibi,qui mercedis cauſas,in quibus requieſcere debeat, operatur. Acto.9.f. Sternens autem ſibi Saul in ſolario.1.Reg.9.d. deſignat prædicatorem proponentem ſibi doctrinam & exempla maiorum ſanctorum.

Gre.ſ.Eze.ho.17. Ber.ſer.d. ſ. Bñdic. — Præbentes exẽpla. Martyres. Caſtigãtes corpora.

Sternentes veſtimenta ſua in via, ſunt præbentes exempla honeſtatis: ita ſternentes ramos. Deſignant etiam tradentes corpora ſua martyrio, aut ea caſtigantes.Mat.21.b.Mar.11.a.

Gre.ſ.Eze.ho.18. — Doctrina vera in eccleſia. Ornatus humilium.

Stratum lapide pauimentum templi, deſignat doctrinam veram de Chriſto in eccleſia. Vel ornamentum fidelium humilium in eccleſia.Eze.40.c.42.a.

Gre.ſ.cant.3.&.ſ. Eze.ho.15. Rup.ſ.cant.3. — Excellentia charitatis.

Conſtrauit Salomon media ferculi charitate. Canti.3.d. quia infirmioribus conceſsit Chriſtus,vt ſaltem haberent charitatem,ſi maiora opera exercere non valerent:vel quia medium & pręcipuum, quod eſt in ſacra ſcriptura,ſunt duo pręcepta charitatis.

Gre.13 mor.21. — Requies ſanctorum in limbo.

Strauit homo in tenebris lectulum ſuum. Iob. 17. d. quando lucẽ iuſtitiæ perſuaſori callido conſentiendo deſeruit. Item quia in ipſis inferni locis iuſtorum animæ quę tormento tenebantur:vt & pro originali culpa adhuc illuc deſcenderent, & tamen ex proprijs actibus ſupplicium non haberent: quaſi enim in tenebris lectulum ſtrauiſſe eſt, in inferno ſibi requiem præparaſſe.

Glo.inter.ſ.gen.31. Rup.6 ſ.gen.46. — Aſperitas pœnitẽtię. Excuſatio auaritiæ.

Stramenta camœli.Gen.31.e. deſignare poſſunt aſperitatem pœnitentiæ. Item excuſationes auaritiæ, quam exercent multi eccleſiaſtici.

Hiero.ſ.Iſa.14. — Pœna conſcientiæ peccãtis.

Sterni dicitur tinea diabolo.Iſa.14.c.quia vt tinea rodit veſtimentum,in quo naſcitur:ita pœna affligit conſcientiam,quę peccauit.

Beda.ſ.pro.7. — Eloquentia hæreticorum.

Sternit meretrix lectum tapetibus Aegypti. Pro. 7. c. quando hęretici ornant ſuos errores eloquentia ſeculari.

Gre.34.mor.8. Hiero.ſ.Iob.41. — Boni in peccatum lapſi.

Sternit ſibi Leuiathan aurum quaſi lutum.Iob.41.d. quando in quibuſdam vitę mundiciam per illicita deſideria conculcat:vt ij etiam ſordidis eius veſtigijs ſeruiant,qui contra illum prius virtutum ſplendore rutilabant.

## *Sternutare, Sternutatio.*

Gre.32.mor.34.

STernutare ſeu ſternutatio eſt, quum ex pectore inſurgens inflatio totum caput concutit. In ſternutatione enim inflatio à pectore exurgit: quæ cum apertos ad emanandum poros non inuenit,



non inuenit,cerebrum tangit: & congeſta per nares exiens totum caput protinus concutit: & ſordes cerebri egerit:& vitia interius concepta depurgat.

Trãſfigurans ſe diabolus in angelum lucis. Perſecutio & miracula Antichriſti. — Hiero.ſ.Iob.41. Gre.33.mor.34.

Sternutatio Leuiathan vt ſplendor ignis.Iob.41.b. deſignat ipſum diabolum ſe transfigurare in angelum lucis:& malitiæ ſuæ ſordes in perniciem hominum cum delectatione operari & effundere. In Leuiathan etiam,hoc eſt,in corpore diaboli,ſeu prauis hominibus,quaſi inflatio ſurgit à pectore,dum elatio ſe erigit ex præſentis ſeculi poteſtate: quæ quaſi ad emanandũ poros non inuenit: quia in hoc, quò contra iuſtos extollitur: diſponente Deo quantum appetit præualere prohibetur. Exurgens autem cerebrum tangit,& concutit: quia collecta elatio Satanæ,ſenſum in fine mundi arctius percutit: & caput turbat: dum ipſum autorem malignorum ſpirituum per eum, qui Antichriſtus dicitur, in perſecutione fidelium vehementius excitat. Tunc congeſta inflatio per eius nares egreditur: quia tota ſuperbiæ eius iniquitas apertis malitiæ flatibus demonſtratur. Et quia commotum caput illius miraculis clareſcere nititur,recte eius ſternutatio ſplendor ignis vocatur.

## *Sterquilinium, uide Fimus.*

## *Stertere.*

Non operari. — Beda.ſ.pro.10.

STertere dicitur,qui dormiendo ronchos emittit.Stertere autem dicitur in æſtate.Pro.10.a. qui in hac vita non operatur:vnde & filius confuſionis dicitur.

## *Stibium.*

Hiero.ſ.Iere.4.

STibium eſt,quo ad venuſtandum oculos peculiariter olim vtebantur,præcipue mulieres.

Studium circa myſteria. — Lyra.ſ.4.Reg.9.

Stibium in bonũ ſignificare poteſt ſtudiũ cognoſcẽdi myſteria & ſecreta Dei.Iere.4.b.

Illecebræ vitiorum. Ornatus curioſus.

Stibium in malum illecebras vitiorum,quas diabolus offert,deſignat: & ornatum curioſum carnis.4.Reg.3.f.Ezech.29.f.

## *Stigma.*

STigma eſt nota,ſiue ſignum,quod inuritur in facie,aut in alia corporis parte.

Aug.ſ.Gala.6.

Stigmata Chriſti in corpore Pauli deſignabãt ipſum pati pro Chriſto:quia verberatus eſt, & reliqua paſſus eſt pro ipſo.Gala.6.g.

Praua dogmata. — Iſyc.ſ.Leui.19.

Stigmata,quę non debent facere in corpore filij Iſrael, ſunt ſigna erroris peccati, & prauæ doctrinæ dogmata:quæ infiguntur animæ per quædam blandimenta,aut ſyllogiſmis, aut alio docendi modo.Leui.19.f.

## *Stillare, Stilla, uide Gutta.*

## *Stimulus, Stimulare.*

STimulus propriè dicitur fuſtis acutæ cuſpidis,quo ruſtici boues excitant ad ambulandum: vnde ſtimulare eſt pungere & incitare.

Increpatio. — Glo.int.ſ.Eccleſ.12. Gre.ſ.1.Reg.13.

Stimuli dicuntur verba ſapientum. Eccl'tę.12.d. quia non adulantur,ſed corrigunt.Stimulus autẽ retuſus eſt increpatio ineruditi pręlati,quæ non ſufficit corrigere.1.Reg.13.c.

Cõcupiſcẽtia carnis — Lyra ſ.2.Cor.12.

Stimulus carnis videtur eſſe concupiſcentia carnis.2.Cor.12.b.vel ſecundum aliquos fuit infirmitas quædam iliaca.

## *Stipare.*

STipare eſt obturare,& condenſare,& claudendo coartare.

Eccleſia abundãs iuſtis,& anima bonis operibus. — Ori.ſ.cant.ho.2. Gre.ſ.cant.2. Ber.ſ.cant.ſe.51.

Stipari dicitur malis ſponſa.Canti.2.a.quum eccleſia abundat iuſtis & perfectis:& quum anima per fidem abundat bonis operibus.

## *Stipendium, uide Præmium.*

## *Stipes.*

Chriſtus. — Glo.ord.ſ.Nu.8.

STipes eſt fuſtis terræ defixus,qui etiam haſtile dicitur:& dicitur de alijs rebus in modũ ſtipitis ſtantibus:vt ſtipes candelabri,qui & vectis dicitur.Exo.37.c.Nu.8.a.Poteſt autẽ ſtipes candelabri deſignare Chriſtum,de quo procedunt calami:quia ab ipſo accipiunt iuſti quicquid habent boni.

## *Stipula, uide Palea. Stirps, uide Generatio.*

## *Stola.*

STola eſt genus veſtis oblonga:quamuis apud græcos generale nomen ſit ad omne indumentum. Dicitur etiam eſſe indumentum honorificum.

Caro Chriſti. Sapientia. Immortalitas — Amb de Ioſeph 3. Chryſ.ſ.gen.ho.67. Hiero.ſ.Iſa.63. Euch.to ſpũa.1.Beda.ſ.gen 41.

S tola byſsina carnem Chriſti maceratam, ſed mundam ſignificare poteſt. Gen.41.c.49.b. Carne autem ſuã Chriſtus,quaſi ſtola,operuit peccata noſtra.Iſa.63.a. Significat etiam ornamentum ſapientiæ Chriſti:& etiam eius immortalitatem.

Eccleſia. — Ori.ſ.gen.ho.17.

Stola etiam Chriſti,quam lauit in vino,eſt eccleſia,quam lauit ſanguine ſuo.Gen.49.b.

Aug.ſ.apoc.ho.6. Aug.ſer.de ſctis.11. Gre.ſ ps.50. Rup.9.ſ.gen.13.

Stolæ albæ ſanctorum ſpiritum ſanctũ deſignare poſſunt. cuius gratia amiciuntur. Apo.7.c. Spiritus ſanctus.

Stolæ ſingulæ datæ ſanctis, fœlicitatem animæ deſignant. Apo.6.c.Iſa.61.d. Stolæ vero du- Fœlicitas. plices, quæ dabuntur in reſurrectione, ſunt fœlicitas animæ & corporis. Hoc deſignarunt ſtolæ binæ datæ à Ioſeph fratribus ſuis. Gen.45.f.

Stola ſeruanda munda eſt gloria conſcientiæ. Ber.ſer.vigil.Sãcti Andreæ.

Amb.ſ.Luc.15. Hiero.ſ. Iob. 8. &. epiſ. Beatitudi. Gre.12.mo.5. Iſyc ſ.Leui.4.16.

Stola prima reddita filio prodigo. Luc.15.e. ſignificare poteſt iuſtitiam originalem, & gratiam, & veſtem innocentiæ, quam homo bene conditus accepit, male à ſerpente perſuaſus perdidit: vel ſapientiam: vel immortalitatem. Vel eſt ipſum baptiſma: ſeu gratia quę recipitur in baptiſmo, quæ redditur reſipiſcenti à peccatis. Iuſtitia originalis. Gratia. Sapientia. Baptiſmus.

Amb.de Ioſeph.13. Beda.ſ.gen.45.

Stolæ binę fratrum Ioſeph. Gen.45.f. confeſsionem diuinitatis & humanitatis Chriſti ſignificare poſſunt: vel intelligentiam myſticam, & moralem ſacræ ſcripturæ: quas dedit Chriſtus apoſtolis & ſucceſſoribus, quum aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas. Cõfeſsio diuinitatis & humani. Chriſti. Intelligẽtia myſtica & moralis.

Amb.de Ioſeph.13. Beda.ſ.gen.45.

Stolæ quinq; beniamin ſapientiam omnium ſenſuum ſignificare poſſunt: vel victoriam eorum contra vitia. Gen.45.f. Sapientia ſenſuum.

## *Stomachus.*

Glo.ord.ſ.Iob.15.

STomachus eſt fiſtula, per quam cibus deſcendit, & poſtremum gulæ, ac principium inteſtinorum. Sumitur autem paſsim pro ipſo ventriculo, vbi cibus concoquitur. Ponitur interdum per metaphoram pro ira, odio, ac faſtidio. Iob.15.a.

## *Storax.*

Plin.13.natu hiſt.25.

STorax ſeu ſtyrax arbor eſt cotoneo malo ſimilis, fructu maiore quàm auellana, ſpecie candidi pruni. Manat ex eo liquor eiuſdem nominis, coloris flaui, ſordidi, reſinoſi, albicantibus fragmentis, odoris perſeuerantis & acris, qui ſuffitu maxime proditur.

Amb.2. d.Iacob. 4.

Storax in incenſo oblatus ſacrificium veſpertinum ſignificare poteſt: & populum Deo gratum. Gen. 43. c. Sacrificiũ veſpertinum. Populus deo grat⁹.

## *Stragulum, Stragulatum.*

Beda.ſ.Pro.31.

STragulum eſt veſtis, quæ ſternitur, & peculiariter in lectis. Stragulatæ autem veſtes, ſeu ſtragulæ dicuntur aulea & tapetia, quæ appenduntur parietibus. 4.Reg.7.d. Pro.31.c. deſignat autem ſtragulata veſtis, quam fecit mulier fortis, fortia virtutum opera. Opera virtutum.

## *Stramen, uide Sternare. Stratum, uide Sternere, & Lectus.*

## *Strenuus, uide Fortis.*

## *Strepere, Strepitus, Perſtrepere.*

STrepere eſt pedibus, aut alio quocunq; modo ſtrepitum aut ſonitum facere. Et peculiariter ſtrepitus fit pedibus aut manibus.

Cyril.3.ſ.Ioan. 3.

Perſtrepens clangor buccinæ. Exo.19.c. fortem & perſeuerantem prædicationem ſignificat, & creſcentem in lege noua: in qua in omnem terram exiuit ſonus apoſtolorum. Prædicatio fortis.

## *Stridere, Stridor.*

STridere, ſeu ſtridor propriè dicitur, quum funes ſonum faciunt: ſed ad alia etiam refertur: vt dicitur ſtridor dentium, & rotarum.

Glo.ord.ſ.Amos.2. Rup ſ. Amos.2.8. Hie.ſ.Amos.8.

Stridere dicitur Deus ſicut plauſtrum. Amos.2.b. quando grauiter caſtigat, idq; lõge ſentiri facit: vt cum deſtruxit Hieruſalem: vnde ſtridor cardinum templi. Amos.8.a. deſtructionẽ ipſius templi præſignabat: quę fuit famoſa, & à longe audita. Grauis vindicta de Deſtructio templi.

Ori.ſ.Mat.cap 13.& ho.20. Amb.ſ.Luc.14.

Stridor dentium prodit indignantis affectum: & dicit indignationem in ſe aut in alium. Et ſtridor dentium apud inferos erit in eis, qui comederunt vuam acerbam malitiæ & peccati. Matth.8.b.13.f.22.b.24.b.25.c.Luc.13.f.pſal 36. Indignatio. Grauitas doloris.

## *Stringere, Aſtringere. Conſtringere.*

STringere eſt arctare, vt quum manu aliquid fortiter tenetur. Aſtringere autẽ eſt iuxta ſtringere. Conſtringere vero quaſi ſimul totum ſtringere, & cogere.

Hie.& Gre.ſ. p̃s. 31.

Cõſtringit Deus maxillas in camo & fræno. pſal.31. quando per prædicationẽ & cõtritionẽ multos ex Iudæis & gentibus ad ſe conuertit: & quum vocem iactantię comprimit. Cõuertẽs deus prædicãdo & flagellãdo.

Glo.inter.ſ.Exo.29.

Stringi rationale cum ſuperhumerali cingulo vel balteo. Exod. 28. e. 29.a.39.f. Eſt omnem domare concupiſcentiam. Stricta quoq; tunica de byſſo eſt continentia firma, & omnium membrorum correctio. Exod.28.g. Lineam autem habent ſtrictam, qui dicunt: concupiſcit & deficit anima mea in atria domini. Continentia.

Gre.2.paſto.2. Beda.ſ.Exo.28.

Stringi etiam rationale cũ ſuperhumerali vittis iubetur. Exo.28.e. vt ſacerdotale cor nequaquàm cogitationes fluxæ poſsideant, ſed ratio ſola conſtringat: ne indiſcretum quid, vel inutile cogitet, qui eſt ad exemplum alijs conſtitutus. Vel vitta hyacinthina ſtringitur rationale cũ ſuperhumerali, Cuſtodia cordis.



ſuperhumerali, quum cognita luce perennis patriæ, in illam gloriam ſuſpiramus: & vt in eã intrare mereamur, concordi fide, & vita, & opere, & profeſsione in tabernaculo præſentis eccleſiæ ſeruire ſtudeamus. Deſiderium patriæ cœleſtis.

Corrigere opa ſua.

Stringere dicitur manus, qui vitæ ſuæ opera in rectitudine confirmat. Et ſtringit ſuper iniquum manus ſuas, qui conſpicit in aliena pœna quid timeat: & dum delinquentem percuſſum conſpicit, diſſoluta ſua opera iuſtitiæ vigore conſtringit. Iob.27.d. Gre.18.mor.13.

Cõſtrictio pctõrum.

Conſtringi vincula malorum dicuntur, quando aliquis fit magis reus peccando. Iſa.28.f. Et aſtrictæ funibus gazę Tyri deſignant conſtrictionem peccatorum. Ezec.27.c. Hiero.ſ.Iſa.28. &.ſ. Ezech.27.

Occultatio iudiciorum Dei. Induratio. Simulatio diaboli. Duricies diaboli & Antichriſti.

Cõſtringi dr̃ ſuperficies abyſsi. Iob.38.c. quãdo iudicia Dei occultant̃: & quũ mẽs in vitiorũ errore induratur: & quum diabolus ſub ſpecie boni fraudulentam malitiam occultat. Hiero.ſ.Iob.38. G.e.29.mor.22.

Stringit caudã Behemoth, quaſi cedrum. Iob.40.b. quum diabolus nec in fine mollitur: & poſterioribus peccatis arctius ligat, ne iam diſcerni poſsint: vel cum ſibi coniungit miniſtros. Item quum Antichriſtus altus erit in veneratione prodigiorum, & durus crudelitate tormentorum. Stringitur etiam Leuiathan quaſi malleatoris incus. Iob.41.c. quia inferni vinculis coarctabitur: vt æterni ſupplicij continua percuſsione tundatur: & quia cor eius durum, & inflexibile fit, quantumuis pœna percutiatur, & à ſanctis vincatur. Hiero.ſ Iob. 40.41. Gre.32.mo.13.17. & 34.mor.3.

## *Struere, Structura, uide Aedificare.*

## *Strues.*

STrues propriè eſt cæſorum lignorum ordinata congeries.

Crux Chriſti. Meditatio ſcripturarum. Dicta pphetarum.

Strues lignorum crucem Chriſti ſignificare poteſt: & ſanctarum ſcripturarum meditationem atq; doctrinam: prophetarum dicta: per quæ nutritur ſpiritus Dei in mente, & continuè accenditur. Gen.22.b.Leui.1.b.4.c. Iſyc.ſ.Leui.1.4.

## *Struthio.*

STruthio dicitur eſſe maxima auiũ, quæ tamẽ à terra non extollitur, collum habens pręlongum, ac etiam crura, formam habens anſeris. Concoquit quæcunque deuorat ſine delectu. Oua eius in pretio ſunt, propter magnitudinem. Inter immundas aues computatur. Plin.10. ntu.hiſt.1.

Eccleſia.

Struthio in bonum ſignificat eccleſiam, quæ ſimilis eſt in pennis accipitri, hoc eſt, hæreticis: ſed non in rapacitate. Iob.39.b. Hiero.ſ.Iob.39.

Hypocrita.

Struthio in malum deſignat hypocritam, qui videtur habere quędã opera iuſtorũ operibus ſimilia: quæ tamen non valent eum à terra ſubleuare, graui peccatorũ pondere depreſſum. Parit ſtruthio oua: ſed non nutrit; ita hypocrita qui quamuis recte prædicet, tamen per exemplũ bonæ vitæ nullos filios generat. Iob.39.b.Iſa.43.c. Gre.31.mor.6. Euch.form.ſpũa.5 Gre.7.mo.15.&.26. mora.29.

Religioſus implicãs ſe negotijs. Dæmones & hæretici.

Struthio habẽs alas, ſed pedibus gradiens, deſignat religioſum implicantẽ ſe negotijs ſecularibus: qui habet ſtatum contemplationis, ſed non eleuatur à terra: ideo cõputatur inter immundas aues. Leui.11.b. Deſignat etiã dæmones & hęreticos. Iſa.13.d.34.c.Mich.1.c.Iob.30.d.39.b. Iſyc.ſ. Leui.11. Hiero.ſ.Iſa.13. Euch.form.ſpũa.5.

Gentiles.

Poteſt etiam ſtruthio deſignare gentiles ad fidem venientes. Iſa.43.c.Iob.39.b. Gre.31.mo.6.

Synagoga.

Struthio quoq; ſignificat ſynagogã pſequentẽ apoſtolos filios ſuos. Iob.39.b.30.d. Thr.4.a. Hier.ſ.Iob.30. Gre.31.mor.15.

## *Studere, Studium.*

STudere eſt alicui rei operam dare, animumque ad aliquid applicare: quæ animi applicatio ſtudium appellatur.

Affectus animi.

Studia dicuntur animi affectus, aut occupationes. Iere.7.a.18.b.Ezec.36.e. Malignas etiã adinuentiones & fabulas ſolet diuina ſcriptura appellare malorum ſtudia. Iſyc.ſ.Leui.18.

Inſidię ſacerdotum in Chriſtum.

Studia Iudæorum aduerſus Ieremiam, deſignabant ſtudia & inſidias ſacerdotum & phariſæorum aduerſus Chriſtum. Iere.11.d. Hiero.ſ.Iere.11.

## *Stultus, Stultitia, Inſanus, Inſania, Fatuus, Amens, Væſanus, Furioſus.*

STultus eſt imprudens, & improuidus: nam & multi non inſipientes aliquando ſtultè quippiam vel agunt, vel loquuntur. Fatuus autem eſt planè inſipiens. Inſanus vero eſt, qui nõ eſt ſani conſilij, & qui non eſt ſanæ mentis. Furioſus quoq; eſt qui graui inſania tenetur. Furor autem eſt inſania, quæ ex aliquo graui affectu, vel morbo concitatur: vnde & grauis ira furor dicitur. Væſanus quoq; dicitur furioſus & crudelis.

Crux Chriſti. Apoſtoli & fideles. Serui peccati.

Stultitia de qua reprehẽditur Iacob à Labã, eſt crux Chr̃i, quæ eſt gẽtibus ſtultitia. Gene.31.d. Et ſtulti, qui non errant per viã Chriſti, ſunt apoſtoli & fideles. Iſa.35.c. Ad hęc pertinẽt ſtulta mundi. 1.Cor.1.d. Et ſtulti nobiles ſunt, qui ſtultitiã Chriſti imitantur: quæ vera ſapiẽtia eſt: dequibus apoſtolus. 1.Cor.2.d. ſi quis videtur inter vos ſapiens, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens. Stulti ignobiles ſunt, quos ab æternæ hæreditatis conſortio repellit ſeruitus mentis. Iob.30.b. Hier.ſ.Iſa.35. Gre.20.mo.16.17.

Simplicitas.

Stultitia parua, quę eſt melior q̃ gloria, eſt ſimplicitas, quã cõtemnunt ſuperbi. Eccl'tę.10.d. Hier.ſ.Eccltẽ.10.

Excedẽtia naturam

Stulta mundi, quæ Deus elegit, dici poſſunt ea, quæ naturæ curſum excedunt: vt virginẽ pe- Amb.ſ.1.Cor.1.

periſſe.1. Cor. 1. d.

Ori. Iere. ho. 5. Hiero. ſ. Iere. 10. — Stultus factus dicitur homo à ſcientia ſua. Iere. 10. c. Quia omnia quæ ſcimus, ad Dei ſapiẽtiam comparata, potius habent rationem ſtultitiæ. Quod enim ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus. 1. Cor. 1. d. — Ignorãtia humana.

Hiero. ſ. Ecclté. 10. — Stultus poſitus in dignitate ſublimi. Eccl'tę. 10. b. vel dicitur de malo: vel de iuſto, qui ſtultus reputatur à malis: & introducitur in regnum cœlorum.

Aug. epiſ. 119. — Stultus, qui mutatur vt Luna, fuit Adam: qui mutatus fuit à ſtatu innocentiæ in ſtatum miſeriæ: in quo omnes peccauerunt. Eccl'i. 27. b. — Adam.

Ori. Mat. ho. 33. Aug. 83. q. 59. & epiſ. 120. — Fatuæ virgines deſignant eos, qui doctrinam ad ſalutem neceſſariam ſuſcipere non curarũt: & eos, qui inani gloria ſunt inflati. Matth. 25. a. — Ignaui. Superbi.

Baſi. ſ. pſ. 48. Hiero. ſ. Iſa. 9. 19. & ſ. Hoſe. 7. &. Amos. 3. &. ſ. Ecclté. 2. 10. Gre. 6. mo. 2. 3. &. 14 mor. 22. — Sultus eſt carens diuinorum cognitione: & Iudæi, gentiles & hęretici ſtulti dicũtur. pſal. 48. Iſa. 32. a. Iere. 4. f. 10. c. Ipſi ſunt ſtulti principes Taneos. Iſa. 19. b. Et ſtulti deſpicientes Iob, deſignãt turbã populi Iudæorum: qui ſequentes conſilium phariſæorũ, deſpexerunt prædicationẽ Chriſti, quem hominem videbant. Iob. 19. c. vnde dicuntur ſtultus populus. Iere. 5. e. Hoſe. 2. b. Et ſtultus firma radice eſt populus Iudæorum. Iob. 5. a. ſtulti etiam dicuntur philoſophi & hæretici: qui verba multiplicant: & quorum labor eos affligit. Eccl'tę. 10. c. Et ſtultus hæres eſt hæreticus: qui abutitur libris doctorum. Eccl'tæ. 2. c. Et fatuus confidens in ſtultitia ſua, eſt hęreticus pertinax in ſuis erroribus. Prouerb. 17. b. Et væſani prophetæ dicuntur, qui ſuperbè impia docent, & agunt: vel qui fidem, quam aſtruunt, factis deſtruunt. Sopho. 3. a. Stultitia vero dicitur doctrina hæreticorum, & gentilium philoſophorum. Iſa. 9. d. 44. d. Iere. 23. c. Et ſtulta mulier eſt hæreſis. Prouerb. 9. d. Et inſaniæ Samariæ ſunt figmenta hæreticorum. Amos. 3. c. Furere autem à vino eſt inſanire per erroneam doctrinam. Hoſe. 7. b. Inſaniæ quoq; falſæ ſunt hæreſes. pſal. 39. — Iudæi. Gentiles. Hæretici. Philoſophi. (Beda ſ. pro. 17. Glo. ord. ſ. Sopho. 3. Beda. ſ. pro. 9. Aug. ſ. pſ. 39.) — Doctrina hæreticorum & gentilium.

Hier. ſ. Ecclté. 4. Rup. 2. ſ. Iſa. 8. — Stultus rex eſt princeps huius mundi diabolus: & etiam fomes peccati. Eccl'tæ. 4. d. Et inſania ſeu ſtultitia Aſſur, vel regis Aſſyriorum eſt ſuperbia, ſeu inſania diaboli contra Deum. Iſa. 37. f. Et inſania Hieruſalem in Aſſyrios, deſignat inſaniam eorum, qui dæmones & hæreticos aſſectantur. Ezec. 23. a. Idem deſignat inſania Ephraim. Hoſe. 9. b. — Diabolus. Fomes peccati. Superbia diaboli.

Hiero ſ. Zach. 11. Gre. 30. mo. 5. Beda. ſ. pro. 30. — Stultus paſtor erit Antichriſtus: qui alios perdet, & ipſe peribit. Zach. 11. d. Idẽ eſt ſtultus, qui incedit fœliciter. Pro. 30. d. Qui non dicitur gradi bene, ſed fœliciter, quantum ad mundanam proſperitatem. — Antichriſtus.

Caſsia. lib. 5. cap. 22. — Stultus dicitur, quem interficit iracundia. Iob. 5. quia voluntariè ſibi mortem iræ ſtimulus incitatus inducit.

Amb. ſ. pſ. 118. ſer. 5. — Inſaniæ falſæ deſignant furioſum amorem temporalium. pſal. 39. circa quę in fine mundi inſanient cultores terrę. Iſa. 24. b. — Amor tẽporalium.

Gre. 11. mor. 8. — Stultus finis, in quem adducit Deus conſiliarios. Iob. 12. c. ſunt temporalia munera, propter quæ aliqui non bona intentione bona opera exercent. — Tẽporalia munera.

Gre. 2. mor. 19. — Stultè contra Deum loquitur, qui inter diuinæ animaduerſionis flagella poſitus, iuſtificare ſemetipſum conatur. Sic dicuntur ſtultæ mulieres, qui impatienter contra Deum loquuntur. Iob. 1. b. 2. c. 6. d. 34. d. 42. b. — Impatientia contra Deum.

Stultus labor dictus eſt labor Moyſi in regendo populo: quia ſolus eum regebat. Exo. 18. c.

## *Stupa.*

Euch form ſpua. 8. — STupa eſt vilius linum, quaſi eius purgamentum. Iudi. 16. d. Eccl'i. 21. c. Iſa. 1. g. Dani. 3. e. Stupæ collectæ deſignare poſſunt cœtum malignantium, ſeu ſynagogam peccantium: qui propter vitia & peccata ad perpetuum incendium parati ſunt.

## *Stupere, Obſtupere, Stupefacere.*

STupere eſt quodammodo ſenſum rerum nõ habere: & ſtupor eſt alienatio quædã ſenſuum, & etiam admirationis ſpecies ex magnitudine miraculi prouẽniens: ita vt etiam impediatur ſenſus ab inueſtigatione cauſæ miraculi. Iob. 17. b. 21. a.

Glo. ord. ſ. Haba. — Obſtupefacere dicitur Deus gentes in furore. Haba. 3. c. quando facit eos admirari de opere redemptionis. — Admiratio de opere redemptionis.

Gre. 11. mor. 9. — In ſtuporẽ adducere dicitur Deus iudices. Iob. 12. c. quando is, qui præeſt, ſubiectorũ vitam nequaq̃ ſolicitè diſcutit: nec quem qualiter corrigat, agnoſcit, nec agnoſcere curat. — Ignauia p̃latorum.

Hier. ſ. Iere. 31. &. ſ. Eze. 18. Gre. 11. mor. 18. — Obſtupeſcere dicuntur dentes, quum non poteſt mens ſentire ſuauitatem eius, de quo dicitur: Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt dominus. Item quum ſenſus interiores ad contemplanda ſpiritualia hebetantur. Iere. 31. c. Amos. 4. b. Obſtupeſcere etiam dentes eſt pœnam exoluere. Eze. 18. a. Dentes filiorum obſtupeſcunt. — Hebetudo mentis ad ſpiritualia. Pœnam pati.

Hiero. ſ. Mar. 16. — Obſtupeſcentes mulieres, viſo angelo in monumento. Mar. 16. a. deſignarunt ſtuporem mentis in conſideratione æternæ gloriæ: quia oculus non vidit, nec auris audiuit, neq; in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. 1. Cor. 2. b — Conſideratio ſupernæ gloriæ.

Hiero. ſ. Iſa. 32. — Obſtupeſcere interdũ eſt pœnitẽdo dolere grauitatẽ culpæ cõſiderando. Iſa. 32. c. Ezec. 39. c. — Pœnitere.

Stupere



Punitio Dei. — Stupere dicitur Aegyptus à facie commotionis manus domini. Iſa. 19. c. quando videt mundus, & ſentit grauem Dei punitionem. Stupor autem eorum, qui puniuntur, quum non ſperabant, in graui punitione cenſetur. Iere. 25. f. Eze. 32. c. Iob. 18. d. Stupet etiam vnuſquiſq; ad proximum ſuum, quum videt eum in eadem eſſe pœna, qua ipſe affligitur. Iſa. 13. b. — Hiero. ſ. Iſa. 13.

Excæcatio iudęorũ. — Stupendum miraculum fecit Deus in Iudæis: quum eorum doctores reddidit ignorantes per excæcationem. Iſa. 29. c. Iere. 4. c. — Hiero. ſ. Iſa. 29.

Cõſternatio mẽtis. — Obſtupefacere dicuntur tenebræ. Iſa. 21. b. quando quis præ magnitudine rei mente conſternatur. — Glo. inte. ſ. Iſa. 21.

Stupor dicitur eſſe in tumultu hæreticorum aduerſus fideles. Mich. 1. c.

## *Stuprum, Conſtuprare.*

STuprum eſt coitus lege vetitus, ſiue ſit cum nupta, ſiue cum virgine.

Diſſentiens Chriſt. à Phariſæjs. — Stuprum, quod recuſabat Ioſeph. Gen. 39. b. deſignat recuſationem Chriſti, qua nolebat conſentire Phariſæis, aut eorum vitijs. — Glo. ord. ſ. gen. 39.

Inducere in errorem. — Conſtuprantes filij Mempheos Iudæam, erant trahentes fideles ad idololatriam & ad errorem: vel polluentes animam vſque ad infidelitatẽ. Idem eſt de Chaldæis. Iere. 2. d. Eze. 23. c. — Hiero. ſ. Iere. 2. Gre. 25. mo. 15.

## *Stylus.*

STylus eſt inſtrumentum acutum, quo ſcribitur in tabulis: & ſumitur pro ipſa forma dicendi ſeu ſcribendi, quæ cuiq; propria eſt. Stylus autem Græcè dicitur columna: & quicquid ligneum vel ferreum, aut alterius materiæ acuminatum eſt ad colũnæ ſimilitudinem.

Sententia Dei. — Stylus ferreus eſt fortis Dei ſententia, quæ in iudicio dabitur, & durabit ſine fine. Iob. 19. c. Et ſtylo ferreo ſcriptum dicitur eſſe peccatum. Ierem. 17. a. quando non deletur, nec abſconditur in iudicio. — Gre. 14. mo. 26. Ori. ſ. Iere. ho. 12. Euch. form. ſpũa. 10.

Stylus hominis. Iſa. 38. a. modum conſuetum loquendi inter homines ſignificare poteſt. — Hiero. ſ. Iſa. 8.

Praua doctrina phariſæorum. — Stylus mendax erat ſtylus Scribarum & Phariſæorum, qui legem prauè interpretabantur. Eſt etiam hæreticorum. Iere. 8. b. — Lyra. ſ. Iere. 8.

## *Suadere.*

SVadere eſt accommodatis & ſuauibus verbis aliquem in ſuam opinionem conari inducere.

Incitare ad lachrymas. — Suadens Othoniel vxori ſuæ, vt peteret irriguum à patre. Ioſu. 15. d. eſt literatus incitans animas ad lachrymas. — Lyra. ſ. Ioſ. 15.

## *Suauis, uide Dulcis. Subcinericius, uide Cinis.*

## *Subdere, Subditus, uide Subijcere.*

## *Subeſſe, Subiacere.*

SVbeſſe eſt ſub alio eſſe: & ſubiacere ſubtus iacere.

Docere falſa & inutilia. — Subiacere dicitur paſsioni fluxus ſeminis. Leuit. 15. a. qui docet falſa, & quæ noxia ſunt & inutilia. — Glo. ord. ſ. Leui. 15.

Subiacere pœnæ, aut damno, aut ſententiæ, aut delicto nota ſunt. Exo. 21. c. d. Leui. 5. a.

## *Subigere.*

SVbigere eſt cogere, ac domare, & interdum attrectare, & agitare.

Caſtigare corpus. — Subigere laterem eſt caſtigare corpus. Nahum. 3. c. — Hiero. ſ. Nahum. 3.

Cultus idolorum. — Subacta vbera Samariæ & Hieruſalem fuerunt, quando fidei ſimplicitatẽ amiſerunt, & Deos Aegypti coluerunt. Eze. 23. a. — Golo. ord. ſ. Eze. 23.

## *Subijcere, Subdere. Subiugare.*

SVbijcere eſt ſupponere, & ſubiugare, & ſubiungere. Subdere etiã idem eſt quod ſubijcere. Ponitur autem multiplex ſubiectio apud Gregorium Nyſſenum tractatu de ſubiectione filij.

Iudęi ſubiecti Chr̃o — Subijci fratres Ioſeph ipſi Ioſeph. Gene. 37. b. eſt Iudæos etiam inuitos ſubijci Chriſto. Subiecta autem ſunt omnia ſub pedibus Chriſti: quia etiam vt homo Chriſtus eſt ſuper omnia. pſalm. 8. Ephe. 1. d. — Glo. inter. ſ. gen. 37.

Cõuerſio infideliũ. — Subijcit Deus gentes ante faciem Tyri. Iſai. 45. a. quando ſubijcit Chriſto vel prædicatoribus infideles fidẽ amplectentes. Et ſubijciens Ioſeph terrã Aegypti regi, eſt Chriſtus ſubijciens mundum Deo patri. Gene. 47. c. Subijcitur quoq; anima Deo, reiecto videlicet peccati dominio. pſalm. 61. — Hiero. ſ. Iſa 45. Baſi. ſ. pſ. 61.

Obedire mandatis Dei. — Subiectus erit Chriſtus patri, quando corpus eius totũ erit beatũ, & ordinatum, vt nil à fœlicitate remoueat: quia dũ aliqua mẽbra nõ ſunt ſubiecta, nõ videtur eſſe ſubiectus. 1. Cor. 15. d. Subiecta mulier viro eſt eccleſia ſubiecta Chriſto. Ephe. 5. d. Subditũ autem eſſe Deo eſt mã- — Ori. ſ. pſ. 36. ho. 2. Aug. 83. q. 69. Ori. ſ. pſ. 36. ho. 7.

 datis eius

datis eius obedire.pſal.36.

Ori.ſ.Leui.ho.1. Hyc.ſ.Leui.1.6. Gre.25.mo.7. Rup.1.ſ.Leui.6. — Sermo de Deo. Accendere mentem. Miniſtrare exẽpla & doctrinam.

Subijcere ignem altari eſt miſcere ſermonem diuinitatis: & accendere mentem: & adminiſtrationem ſpiritus pleniſsime excitare.Leui.1.d. Ipſe enim ſpiritus ignis dicitur.Sic ſubijcit ſacerdos ligna.Leui. 6.b. quando cordi ſuo & auditorum miniſtrat exempla & doctrinam.

Arno.ſ.ps.143. Gre.26.mo.38. — Repreſsio malarum cogitationum.

Subdere dicitur Deus populum ſub aliquo, quãdo ita ſubiecit cordi eius cogitationes malas:vt non valeant ipſum occupare.pſal.143.

Rup.2.ſ.gen.9. — Cõtemnere terrena.

Subijcere terram, quod dictum eſt in benedictione hominis. Gen.1.d. Proprie eſt eorum, quorum etiam eſt terra viuentium. Ipſi enim hanc terram,quã corporibus repleuerunt, libertate animorum ſibi ſubijciunt:quippe qui ſolum Deum prẹponentes,terrena omnia fortiter cõtemnunt. Subijciunt etiam terram reprobi, dum illam aratro vertunt, aut etiam armis capiunt: ſed hic vel ille modus ſubijciendi de benedictione Dei non eſt: quum è contra per peccatum dictum ſit homini:In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.Et arma non benedictionis gratia,ſed cupiditatis inuenit immanitas.

Hiero.ſ.Iſa.14. Arno.ſ.ps.107. Aug.ſ.ps.46. — Cõuerſio infideliũ.

Subijcere dicuntur apoſtoli exactores ſuos, quando conuertunt philoſophos ad fidem.Iſa. 14.a. Et ſubduntur alienigenæ, quum infideles ex gentibus veniunt ad fidem. Et ſubdit Deus populum,quum infideles ſubijcit fidei.pſal.46.107. 143. Subiciuntur etiã infideles ſub pedibus fidelium.

Glo.ord.ſ.Exo.26. — Fũdare fidẽ in lege.

Subijcere baſes tabulis tabernaculi.Exo.26.d. Eſt fundare fidem in verbis legis & prophetarum, aut in vtroq; teſtamento.

Glo.ord.ſ. Rom.8. — Subiectio corruptionis.

Subiecta dicitur vanitati creatura non volens:quia producit corruptibilia propter hominẽ. Rom.8.d.Et homo ipſe ſubiectus eſt paſsibilitati,morti,& incinerationi, in pœnã peccati.

## Subire.

SVbire eſt ingredi & ſuſcipere,aut pati & aſcendere.

Glo.ord.ſ.Iob.31. — Humilitas.

Subiens Iob iudicium cum ſeruo ſuo & ancilla ſua. Iob. 31. b. Demonſtrat humilitatem ſuam:& etiam Chriſti.

Cyril.3.ſ.Ioan.12. — Aſcenſio Chriſti.

Subiens Ieſus in montem cum diſcipulis ſuis.Ioan.6.a. Aſcenſum ſuum in cœlum, & etiam ſaluandorum præſignauit.

## Subitus, Subito, Repentè, Repentinus.

SVbitum dicitur,quod fit repentè,& quaſi ſine medio tempore.

Gre.17.mo.15. — Cita cõuerſio gentium.

Repentè congregata dicuntur maria in fortitudine Dei. Iob. 26. d. quando gentes ſine mora amplexæ ſunt fidem.

Gre.16.mo.29. — Prodiens veritas. Promotio iuſtorum.

Subito apparere dicitur aurora. Iob.24.c. quando lux veritatis apparet ad hæreticorum cõfuſionem. Et quando iuſti ad aliquam ſeculi poteſtatem eriguntur, quod peruerſi vmbram mortis arbitrantur.

Gre.8.mo.20.&.9. mor.11.&.13.mo.8. — Probatio per tribulationes.

Subito probat Deus, quem diluculo viſitat. Iob. 7. d. quia & accedendo, corda noſtra ad virtutes prouehit:& recedendo, concuti tentatione permittit. Repente etiam Deus interrogat, quum nos ad diſtrictionem ſui examinis inopinatos vocat: vel quum duris nos perſecutionibus pulſat:vt quum mens noſtra magna de ſe in tranquillitate exiſtimat, ſemetipſam veraciter qualis ſit, in perturbatione deprehendat.Iob.9.b.16.c.

Ori.ſ.Ie.e.ho.2. Gre.16.mo.4.&.25.mo.1. — Repẽtinus aduent' iudicij.

Subito cadens Babylon deſignat repentinum aduentum iudicij: vel repentinam conuerſionem peccatorum.Iere. 51. a. Illum autem formido ſubita conturbat, qui conſiderare negligit, quid ex diſtrictione iudicis vehementis immineat. Iob. 22. b. 34. c. Iſa. 27. a. 29. b. 1. Theſ. 5. a.

Hiero.ſ.Haba.2.

Repente ſurgent fideles contra diabolũ, aut hæreticum, quaſi euigilantes, qui prius dormiebant. Haba.2.b.

Hila.ſ.ps.63. — Decipere ſimplices. Subita tentatio.

Subito ſagittare dicuntur, qui improuiſum & ſimplicem decipiunt. pſal. 63. Et repente venit ventus vehemens,quum apprehendit ſubita tentatio.Iob.1.d.

Subiti dolores nurus Eli.1.4.d. Vide dolor.

## Subiugare, uide Subijcere. Sublimare, Sublimis, uide Altus.

## Submergere, uide Mergere.

## Submittere.

Gre.35.mo.2. — Humiliari.

SVbmittere eſt clanculum & furtim mittere,& interdum flectere:& etiam deponere.3.Reg. 22. Animalia ſubmittebant alas, facta voce in firmamento. Ezech. 1. d. quia cognita potentia Dei, virtutes proprias humiliant:& conſideratione creatoris, nihil de ſe aliud,quàm abiecta ſentiunt.

## Subſannare, uide illudere.

## Subſiſtere.





SVbſiſtere eſt cõtra ſiſtere,& per ſe exiſtere,& gradum ſiſtere.Item viuere. Iob.32.d.Neſcio quamdiu ſubſiſtam.

Obedientia ordinãdorum. — Gre.ſ.1.reg.9.

Subſiſtens Saul ad præceptum Samuelis.1.reg.9.g.Deſignat obedientiam,quam debent habere ordinandi ad ſuos prælatos.

Fractio virtutis prædicatorum & patiẽtiæ. — Gre.34.mora.5.

Non ſubſiſtit haſta,neq; thorax,apprehendente Leuiathan gladium. Iob.41.c.quia niſi iuſtorum vitam ſuperna gratia ſolidet,non ſubſiſtit haſta:quia prædicatorum virtus frangitur:nõ ſubſiſtit thorax:quia conſtantium patientia dirupta penetratur.

Perditio malorum. — Gre.8.mor.13.23.41. Hie.ſ.Iſa.17.

Non ſubſiſtit peccator,quum reſpicitur à Deo: quia quando diſtrictus iudex merita ſubtiliter inquirit,reus ad tormenta non ſufficit. Iob.7.b.d. Nec tabernaculum impij ſubſiſtit. Iob. 8.d.24.d.Quia vitæ effugientis amatores, dum ſtudioſè ſe in præſentibus conſtruunt,repentè ad æternam pœnam rapiuntur.Ita non ſubſiſtent peccatores in miſerijs inferni.ps.139. Et non ſubſiſtet diabolus in matutino:quia in reſurrectione trudetur in infernum.17.d.

## Subſtantia.

SVbſtantia eſt,quæ per ſe ſubſiſtit,& ſubſtat accidentibus.Quandoq; autem ſubſtantia ſumitur pro materia & ſoliditate,ac neruis cuiuſq; rei.Item ſubſtãtia,diuitię.Gen.13.b.Erat quippe ſubſtantia eorum multa.Stabilitas.ps.68. Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia.Subſiſtentia.ps.38.Subſtantia mea tanq; nihilum ante te.

Fideles. Eccleſia. — Hie.A glaſiæ. Beda.ſ.gene.31.&.ſ. prouer.1.

Subſtantia diuitis, & ſubſtãtia Iob ſunt fideles, qui ſunt poſſeſsio Chriſti.Iob.1.b.Eze.38.d. Luc.16.a.Eoſdem deſignat ſubſtantia Laban,quam tulit Iacob.Gene.31.a. Ipſa quoq; eccleſia ſubſtantia Chriſti eſt.Hanc ſubſtantiam volebant principes Iudæorũ auferre à Chro. Pro.1.b.

Exinanitio Chriſti. — Aug.ſ.ps.68.

Subſtantia dicebatur non eſſe in Chriſto in paſsione.ps.68. quia licet eſſet in forma Dei,tamen ſeipſum exinaniuit vſq; ad mortem crucis. Non erat ſubſtantia in limo profundi,hoc eſt, in peccatis,in quibus infigi voluit,vt nos ab eis eriperet.

Doctrina philoſophorum. — Hie.ſ.Eccl'tæ.2.

Subſtantiæ regum,quas poſſedit Salomon,hoc eſt,Chriſtus,ſunt doctrinæ philoſophorum. Eccl'tæ.2.b:Eodem referri poteſt ſubſtantia Aegyptiorum.Gen.15.c.

Verbum Dei.Fides. Bona opera. Virtutes.Sciẽtia. Bona naturæ. Ornamẽta miſericordiæ. Dona Dei. Vita. — Beda.ſ.pro.10.18. Ambr.ſ.Luc.8.15.& 2.de pœni.3. Hie.epiſt.beatitu. Ber. de Affectu.aĩæ. Iſych.ſ.Leui.15.

Subſtantia diuitis,qua eſt fortis in bonum,eſt verbum Dei,& cętera eius auxilia,& fides,& bona opera,& virtutes,& ſcientia:quæ ſubſtantia aliquando aufertur ab hoſtibus:& aliquando multiplicatur.Gen.14.b.15.c.39.a.Pro.10.b.18.b.Hebræ.3.c.11.a. Et ſubſtantia conſumpta à prodigo,ſunt fides & opera,& bona naturæ. Et ſubſtantia conſumpta à muliere in medicos, ſunt ornamenta miſericordiæ,& dona naturæ,& patrimonium vitale,& generaliter omĩa dona Dei.Luc.8.f.Deſignat etiam vitam,quam quis infidelis expendit in philoſophis ſine fructu.

Peccata. Virtutes neglectæ. — Amb.epiſt.4.

Subſtantia domus Laban ſunt peccata:& etiam virtutes ab ignauis neglectæ. Geneſ.31.a. Et peccata ſunt ſubſtantia,quæ non perſeuerat.Iob.15.c.

Prudentia carnis. Peccata. Sapientia carnalis. Regnum Dei. — Aug.ſ.ps.108. Gre.7.mor.21. Beda.ſ.pro.13.

Subſtãtia peccatoris eſt prudentia carnis:& verba prudentię,quibus vtuntur hęretici:& etiã ipſa peccata. ps.108.Et ſubſtantia amicorum Iob,hoc eſt, hæreticorum eſt carnalis ſapientia: qua dum peruerſè fulciuntur,quaſi in verbis ſe diuites oſtendunt: quam eò ſancta eccleſiã non quærit,quò hanc ſpirituali intellectu tranſcendit.Iob.6.c.Subſtantia autem peccatoris,quæ cuſtoditur iuſto,eſt regnum Dei ablatum à Iudæis,& datum genti facienti fructum.Pro.13.d.

## Subtegmen.

Diuina gratia. Corpus humanum. Intentio. — Iſych.ſ.Leui.13.

SVbtegmen eſt filum,quod ſub ſtamine texitur.

Subtegmen quandoq; ſignificare poteſt diuinam gratiam: quandoq; corpus humanum: & interdum ipſam intentionem.Gen.14.d.Exo.39.a.Leui.13.f.

## Subtilis.

SVbtile dicitur,quod eſt tenue,& craſſo aut denſo oppoſitum:& ſumitur pro acuto.

Dona ſpiritusſancti. Fides imminuta. Errores hæreticorũ — Hie.ſ.Eze.16. Ori.ſ.Eze ho.6. Hie.ſ.Iſa.19.

Subtilia quibus induit dominus animam,ſunt dona ſpiritusſancti.Eze.16.b.

Subtilior ſolito capillus in leproſo eſt fides imminuta.Leui.13.d.

Subtilia idola ſunt errores hæreticorum:& dialecticæ rationes eorum.Iſa.19.a.Eze.16.b.

## Subtrahere, uide Auferre.

## Subucula.

Mortalitas. Ratio ſublimium. Corpus terrenum. — Iſych.ſ.Leui.8.

SVbucula eſt genus veſtis, quæ ex lino fere fit, qua ſub alijs veſtibus iuxta carnem induimur.

Subucula,qua induitur pontifex.Leui.8.a. Mortalitatẽ ſignificare poteſt, & peculiariter in Chriſto:& etiam rationem ſublimium.Item corpus ipſum terrenum:ideo linea,hoc eſt,à terra orta.

## Subuenire, uide Adiuuare.

## Subula.

¶Subula eſt inſtrumentum cerdonum,quo in perforandis corijs vtuntur ipſi ſutores.

Gre.ſ.Eze.ho.3. Beda.ſ.Exo.21.

Subula qua perforatur aures.Exo.21.d.Deut.25.c.Acumē verbi Dei ſignificare poteſt:vel ipſam prædicationem:Vel timorē Dei,& inferni:vt per omne, quod agit,nouerit ingreſſum regni cœleſtis ſemper attendere,& pœnas inferni formidare.

Verbum Dei. Prædicatio. Timor Dei & inferni.

## *Suburbanum.*

SVburbanum dicitur prædium ſeu villa ſub vrbe.

Iſych.ſ.Leui.25. — Suburbana leuitarum,quæ vendi non poterant.Leuit.25.c.deſignant dona data apoſtolis,& eorum diſcipulis:quæ vt gratis acceperant,ita gratis dare debebant:quæ tamen ſemper remanebant illis. — Dōa data apoſtolis.

Hie.ſ.Eze.48. — Suburbana ciuitatis Dei dicuntur,quæ ad ſenſus pertinent.Ezec.48.b. — Pertinētia ad ſēſus

Hie.ſ.Iſa.16. — Suburbana Eſebon ſignificare poſſunt ineptas & erroneas hæreticorum cogitationes : quæ non ſunt ciuitatis Dei.Iſa.16.b. — Cogitationes hæreticorum.

## *Succedere, Succeſſus.*

SVccedere eſt in alterius locum venire,aut poſt alium venire.

Iſych.ſ.Leui 6. — Succedens ſacerdos patri deſignat Chriſtum ſuccedentem veteri ſacerdotio.Leuitic.6.c. — Chriſtus ſuccedens veteri ſacerdotio.

Gre.ſ.Eze.ho.12. — Succeſsiones autem ſacerdotum erant vſq; ad nouam eccleſiam , in qua vnus eſt verè ſacerdos.Exo.27.d.30.c.Succedit etiam ſacerdos patri iure:qui eſſe ſe omnipotentis Dei filium demonſtrat moribus:atq; à nobilitate intima,operum ſuorum ignobilitate non diſcrepat. — Imitatio Chriſti.

Ori.ſ.nu.ho.22. — Succeſsiones hæreditatis diuerſę.Nume.27.b.deſignant diuerſos gradus operum:quibus datur præmium. — Diuerſi gradus operum.

Gre.15.mora.1. — Succedere dicuntur variæ cogitationes. Iob.20.a.quādo mens in diuerſa rapitur:modo mala,quæ egit:modo bona,quæ agere neglexit: modo reprehenſibilia, in quibus eſt:modo recta, quæ ſibi adhuc deeſſe conſpicit,ſolicito pauore perpendens. — Solicitudo mentis

## *Succumbere.*

SVccumbere eſt ſubijci & ſubiugari,vel vinci.

Lyra.ſ.Leui.17. — Succumbens mulier iumento.Leui.18.d.28.b.eſt diſcipulus effœminatus ſubijciens ſe doctori peſtifero. — Subijcere ſe prauo doctori.

## *Sudare, Sudor.*

SVdare eſt per poros corporis vi caloris humorem emittere:qui humor ſudor appellatur.

Amb.prolo.ſ.Luc. — Sudor vultus,in quo homo veſcitur pane ſuo.gen.3.d.Laborem intelligendi ſacram ſcripturam,& alias doctrinas ſignificat. — Labor intelligendi ſcripturas.

Hie.ſ.Eze.44. — In ſudore accingi dicitur,qui non ſponte ſeruat continentiam.Ezc.44.e. — Continentia coacta

## *Sudarium.*

SVdarium eſt linteum,quo ſudor faciei detergitur,& nares purgantur.Dicebatur etiam ſudarium,quo caput mortui inuoluebatur.

Gre.ho.22. Rup.14.i.Ioan. — Sudarium capitis Chriſti in monumento ſeorſum poſitum,& inuolutum. Ioan.20.b. Eſt diuinitas Chriſti,cuius non cognoſcitur initium aut finis. Vel ſunt labores Chriſti ſine culpa. — Diuinitas Chri. Labores Chriſti.

Amb 2.de pœni.7. Aug.83.q 65. Cyril.ſ.Ioan.23. — Sudarium Lazari.Ioan.11.f. impedimentum cognoſcendæ veritatis ſignificare poteſt:ne videlicet periculum videat peccator,in quo verſatur.Deſignat etiam erubeſcentiam peccati:& ꝙ in hac vita non cognoſcimus,niſi per ſpeculum in ænigmate. — Impedimentū cognoſcēdæ veritatis. Pudor peccati. Cognitio obſcura.

Hie.ſ.Mat.25. — In ſudario repoſitum habere dicitur ſeruus neq̄; talentum.Lucę.19.b.quum doctrinā patris familias molliter & delicatè viuendo eneruat. — Ignauia doctoris.

## *Sudes.*

SVdes eſt genus teli militaris:nempe palus igne torridus.

Hie.ſ.Iob.40. Gre.33.mor.11 12. — Sudes quibus perforat Deus nares Behemoth. Iob.40.c. Sunt ſancti vincētes diabolum, propter lignum crucis. Vel ſunt acuta ſanctorum conſilia,quæ nares Behemoth perforāt, dum ſagaciſsimas eius inſidias & vigilando circunſpiciunt,& ſuperando transfigunt . Vel ſunt acuta ipſius per carnem manifeſtatæ ſapientiæ verba . Vt cum eius diuinitatem explorāti dicebat: Non in ſolo pane viuit homo.Et:Non tentabis dominum Deum tuum. — Sancti. Cōſilia ſanctorum. Verba Chriſti.

## *Sue.*

Glo.ord.ſ.gen.38. — SVe vel ſua.i.clamans,vel ſaluans,aut potens,ſeu magnificus: vir Chananæus pater vxoris Iudæ filij Iacob.Gene.38.a.Vt fuit pater vxoris Iudæ, quæ eſt ſynagoga,deſignat terrena bona data ſynagogæ. — Terrena bona.

## *Sufferre, uide Suſtinere.*

## *Sufficere.*

¶Sufficere eſt ſatis eſſe.





Dignitas ad ſumendam euchariſtiam. — Sufficiens numerus ad veſcendum agnum.Exo.12.a.Eſt eorum qui digni ſunt ad ſuſcipiendam euchariſtiam.Non poſſe autem ſufficere dicit indignitatem. — Beda.ſ.Exo.12.

Sufficientia doctrinæ ſalutaris. — Sufficientem panem colligere.Exo.16.d. Eſt de verbo Dei ſumere, quòd ſufficiat ad ſalutē: nec alias curioſum eſſe. — Glo.ord.ſ.exo.16.

Moderata ex actio. — Sufficere oblata ad conſtructionem tabernaculi.Exo.36.a. Admonet ad templorum opera eſſe ſuſcipienda,quæ ſufficiunt:& non ſuperflua. — Lyra.ſ.Exo.36.

Inutilitas ſacrificiorum legis. — Non ſufficit Libanus ad ſuccendendum:nec animalia eius ad holocauſtum. Iſai.40.d.quia non illis colitur Deus:nec omnia illa ſufficiunt ad placandam diuinam maieſtatem: ſed ſolum ſacrificium Chriſti. — Glo.ord.ſ.Iſa.40.

Doctrina & opera neceſſaria ad ſalutē. — Non ſufficere oleum ad vtraſq; virgines.Matth.25.a.Deſignat non omnes habere ſufficientem doctrinam ad alios inſtruendos:Licet ſibi ſufficiat. Vel deſignat in iudicio vix vnumquēq; ſufficientem eſſe ad reddendam de ſeipſo rationem. Vnuſquiſq; enim pro ſe rationem reddet:nec alieno teſtimonio quicq̄; adiuuatur apud Deum,cui ſecreta cordis apparent:& vix ſibi quiſq; ſufficit,vt ei teſtimonium perhibeat conſcientia ſua. Vide & ſufficiens ſibi dicit.Pro. 12.b.qui habet bona opera,quibus ſaluari poſsit:nec ſimilis eſt fatuis virginibus. — Ori.ſ.Mat ho.32. Augu.83.q.59. & de verbis dñi.ſer.21. Beda.ſ.prouer.12.

Tempus præſens ad pœnitentiam. — Sufficere dicitur diei malitia ſua . Matth.6.d. Vt deſignetur tempus huius vitæ neceſſarium eſſe ad pœnitentiam:vt non in vanis aut ſuperfluis expendatur. — Hila.ſ.Matt.cano.15

## *Suffocare.*

SVffocare eſt ſpiritum animalis reſpirantis recludere:vt fit obſtrictis faucibus.

Diuitiæ mentem diſtrahentes. — Suffocant diuitiæ & voluptates verbum Dei:quia importunis cogitationibus ſuis guttur mentis ſtrangulant:& dum bonum deſiderium intrare ad cor non ſinunt, quaſi aditum flatus vitalis necant.Matth.13.c.Marc.4.a.Lucæ.8.a. — Glo.int.ſ.Mat.13.

Martyrium. — Suffocare gentem ſuam dicebatur eccleſia. Eze.36.c.quia fideles filij eccleſiæ in defenſionē fidei & eccleſiæ à tyrannis occidebantur. — Hie.ſ.Eze.36.

Suffocata quæ non comeduntur,dicuntur illi,qui pereunt ſine confeſsione.Acto.15.b. — Beda.ſ.gen.5.

## *Suffodere.*

SVffodere eſt ſubtus fodere,& excauare.

Crucifigētes chrm. Tollentes pudorem — Suffodientes Simeon & Leui murum.Gene.49.a. Deſignāt ſacerdotes & Phariſæos corpus Chriſti crucifigentes.Suffodiunt etiam murum,qui tollunt pudorem. — Lyra.ſ.gen.49.

Diſsipans eccleſiā. — Suffodiens fur murum.Exo.22.a. Eſt hęreticus clanculum diſsipans eccleſiam:vel diabolus aīam.Suffodiūt etiam corui oculū.Pro.30.c.quū dæmones erroris tenebras in aīam ſuffundūt. — Ori.ſ.Matt.ho.31. Hie.ſ.Iſa.22.

peccata ex timore. — Suffoſſa dicuntur peccata,quæ ex timore committuntur.ps.79. — Aug.ſ.ps.79.

## *Suffulcire, uide Munire.*

## *Sugere.*

SVgere eſt ſuccum labijs extrahere:vt lac elicitur ab infantibus ex vberibus matrum.

Chriſtus ſimilis alijs hominibus. — Sugere dicitur ſponſus vbera matris ſponſæ.canti.8.a.ſecundum ꝙ aſſumpta humana carne eiſdem Chriſtus vtebatur,quibus alij homines. — Lyra.ſ.cant.8.

Sugere mel de petra eſt guſtare q̄; ſuauis eſt dominus. Deute.32.b. Suxerunt etiam mel de petra,qui redemptoris noſtri facta & miracula viderunt: Oleum vero de firma petra ſuxerunt, quando effuſione ſancti ſpiritus poſt reſurrectionem eius vngi meruerunt. — Ber.ſ.can.ſer.61. Gre.ho.26. Rup.2.ſ.deut.16.

Accipere ſimplicem doctrinam. — Sugentes lac ſunt ſimpliciorem doctrinam accipientes, quod eſt paruulorum: & ſugunt lac gentium,hoc eſt,vbera doctorum.Iſai.60.a.c.66.d. Ioel.2.d.Sugentes etiam lac fuerunt apoſtoli fruentes conuerſione gentium.Deute.33.c. — Hie.ſ.Iſa.60.66. Rup.2.ſ.Deut.16.

Admittere ſuggeſtiones. — Sugere dicitur caput aſpidū.Iob.20.c.qui initium ſuggeſtionis occultæ primo quidem paruum,in corde libenter ſuſcipit. — Gre.15.mor.8.

## *Suggerere.*

SVggerere eſt ſubminiſtrare,ſuppeditare,aut in memoriam reducere.

Prædicare Chriſtū. — Suggerere Pharaoni de incarceratione Ioſeph.Gene.40.c.Eſt prędicare principibus mūdi Chriſtum crucifixum.

Suggerit mens non carnalia,ſed ſpiritualia. Ideo loquens Iob,quæ mens ſuggeſſerit, oſtendit ſe non carnaliter,ſed ſpiritualiter loqui:quia per ſenſum ſpiritus audit,quę per miniſterium corporis profert.Iob.13.b. — Gre.11.mora.17.

Suggerens Iethro Moſi ordinem gubernandi populi.Exo.18.d.Deſignat ſeculares aut philoſophos quandoq; rectè conſulere. — Glo.ordi.ſ.Exo.18.

## *Sui.*

Loquacitas hæreticorum. — SVi,id eſt, loquens:eſt locus vnde venit Baldad amicus Iob: & deſignat loquacitatem hæreticorum.Iob.2.d. — Gre.2.mor.17.

## *Sulamitis, uide Sunamitis.*

## *Sulcus.*

SVlcus eſt proſciſsio terræ, vel ipſa foſſa, quæ fit aratro.

Gre.22.mor.23. Euch.form.ſpũal.4.
Sulci dici poſſunt corda ſanctorum. Sulci enim ex terra ſunt, & tamen à terrę vocabulo diſtinguntur: ita ij, qui in ſancta eccleſia mentem ſuam labore ſanctę meditationis excolunt, cęteris fidelibus tanto meliores ſunt, quanto per accepta ſemina fęcundiores operum fruges reddunt. Iob.31.d. Corda ſanctorum.

Hie.ſ.Hoſe.10.
Sulci quos confringere dicitur Iacob. Hoſee.10.d. deſignant literam legis circa quam verſantur Iudæi. Litera legis.

Hie.ſ.Hoſe.10.
Sulci agri hæreticorum dicuntur diſcipuli eorum. Hoſe.10.a.12.d.

## *Sulphur.*

Plini.35.nat.hiſ.15.
SVlphur eſt materia quædam ex ardore ignis in venis terrę decocta: cuius ſuffitus fœtidus eſt, & grauis olfactui: Neq; alia res facilius accenditur: quo apparet igneam vim magnã ei ineſſe.

Rup.5.ſ.apoca. Gre.4.dialogo.36. 14.mor.10. Aug.ſ.ps.10.
Sulphur fætorem libidinis & reliquorum vitiorum ſignificare poteſt. Gene.19.d. Apoc.9.d. Et quia Sodomitæ amore illicito corruptibilis carnis exceſſerant, ſimul incendio & fætore perierunt: quatenus in pœna ſua cognoſcerẽt, quia æternæ mortis fętori ſua ſe delectatione tradidiſſent. Peccatum enim carnis dum peruerſis cogitationibus, quaſi quibuſdam fætoribus mentem replet, æterna ei incendia præparat: & dum fætoris ſui nebulam in mente reproba dilatat, contra eam flammis ſubſequentibus quaſi nutrimenta ſubminiſtrat. Iob.18.c. ps.10. Fœtor libidinis.

Hie.ſ.Iſa.30. Rup.6.ſ.gen.10.
Sulphur materia ignis, pœnam inferni perpetuam adumbrat: & etiam ignem iudicij ad puniẽdos malos. Gene.19.d. Iſa.30.g.34.b. Eze.38.g. Pœna inferni. Ignis iudicij.

Aug.ſ.apo.ho.7.
Sulphur egrediens ex ore equitum. Apocalyp.9.c. blaſphemiæ ſunt hæreticorum, & perſecutorum eccleſiæ. Blaſphemiæ.

## *Sumere, uide Accipere.*

## *Summa.*

SVmma eſt rerum de quibus verba fiunt, aut etiam numerantur collectio.

Glo.int.ſ.Exo.30.
Summa filiorum Iſrael numerum electorum deſignat: quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ. Exodi.30.b. Nume.1.a.2.a.4.a.26.a. Numerus electorũ.

## *Summus, uide Altus. Summitas, uide Extremus.*

## *Sumptus, uide Expendere.*

## *Sunam, Sunamitis.*

Rup.3.ſ.reg.2.
SVnam, id eſt, captiuitas, vel mortificatio iuxta Rupertum: ciuitas vnde erat Sunamitis puella, quæ tradita eſt Dauid: & etiam mulier, quæ hoſpitio ſuſcepit Eliſæum. Deſignat autem fidem peregrinantium, quæ accepta eſt Deo. Fides.

Hie.epiſt.ad Nepotianum.
Sunamitis autem interpretatur dormiens, vel mutata, aut vana dormitio, vel iteratio, aut ſecundatio dormitionis. Vel interpretatur coccinea. Puella autem Sunamitis tradita regi Dauid ſenio frigeſcenti, vt eum calefaceret, typus eſſe ſolet ſapientiæ, quæ calet, & feruet. 3.reg.1.a. Sunamitis vero, quæ ſuſcepit Eliſæum hoſpitio. 4. Reg.4.b. eſt eccleſia prius ſterilis, quæ genuit vnicum filium populum fidelem: & tempore famis reliquit Samariam, hoc eſt, Iudæam, & tranſijt ad gentes. 4.Regum.6.f. Sapientia. Eccleſia.

Amb.de obit.valẽt. Gre.ſ.canti.6. Rup.ſ.canti.6.
Sunamitis, aut potius Sulamitis. Canti.6.d.7.a. Interpretatur pacifica, ſiue perfecta, aut retribuens: & deſignat animam piam. Iuxta Gregorium interpretatur captiua: & deſignat ſynagogam, quæ ſub infidelitatis iugo captiua tenetur à dęmonibus: quæ reuertetur ad fidem in fine ſeculi. Deſignat etiam fidem patriarcharum, quam reuerti petebat ſponſus. Anima pia. Synagoga. Fides patriarcharũ.

## *Supellex.*

SVpellex eſt domeſticum patris familias inſtrumentum: & res, quæ dicuntur mobiles, in obſequium domus deſeruientes: vt menſa, lectus, & ſimilia.

Beda.ſ.Gen.45. Glo.ordi.ſ.Iſa.39.
Supellex Iacob. Gene.31.e.45.f. Deſignare poteſt vetus teſtamentum. Et etiam opera. Et ſupellex non dimittenda eſt bonũ inceptum non dimittendum venientibus ad Chriſtum. Et ſupellex regis Ezechiæ. Iſaiæ.39.a. Deſignat myſteria, vel merita: quæ pereunt, quando inaniter oſtentantur. Vetus teſtamentum. Opera. Myſteria.

Suppellectilia tabernaculi, dici poſſunt fideles. Exo.30.c. Leui.8.b. Eze.38.d. Fideles.

Iſyc.ſ.Leui.8
Supellex nauis Tyri deſignare poteſt ſuſtentacula hæreticorum: ſeu rationes & autoritates, quibus ipſi innituntur. Eze.27.b. Ratiões hæreticorũ.

Supellex pellicea. Leui.13.g. vide pellis.

Super,



## *Super, Supra, Deſuper, Surſum, Supernus, Superior, Supremus.*

SVper & ſupra, quantum hic attinet, locum ſuperiorem ſignificant: & ſuperior dicitur, qui eſt in altiori loco.

Chriſtus. Sapientia Chriſti.
Superior mola Chriſtum deſignare poteſt. Deut.24.b. Deſuper autẽ contexta tunica Chriſti, ſapientiam diuinam in Chriſto deſignat. Ioan.19.d. Amb.de.Tobi.21.& ſermo.3.

Sublimitas Ioannis euangeliſtæ.
Deſuper exiſtit aquila. Eze.1.c. propter diuini verbi ſublimẽ natiuitatem. Et quia Ioannes ſupra cęteros euãgeliſtas in cognitione diuinitatis volauit: & etiam ſupra ſeipſum: Ideo dicitur: Deſuper ipſorum quatuor. Hie.ſ.Eze.1. Gre.ſ.Eze.ho.4.

Prędicatio cœleſtiũ
Deſuper extentæ pennæ animalium deſignant prædicationem cœleſtium. Eze.1.c. Hie.ſ.Eze.1.

Præcepta charitatis
Superiora cœli tegi dicunẽ aquis. ps.103. quia ibi recipiunẽ baptizati: & quia ſuperiora ſecreta angelis ſunt nota, qui ea ſeruant. Vel ſuperiora cœli ſunt ipſa præcepta charitatis ſupereminentis ſcripturæ: quã etiam ſupereminentiorem viam appellat Paulus. 1. Corint.12.d. Ad idem referuntur ſuperiora montium. Gre.prolo.ſ.1.reg. &.ſ.Eze.ho.9.17. Aug.ſ.ps.103.

Spiritualia. Perfectiores.
Superiora templi deſignare poſſunt ſpiritualia, & perfectiores, qui habent latitudinẽ cordis: ſunt aũt ſuperiora humiliora, quia quãto quis maior eſt, tãto magis ſe humiliat. Eze.41.b.42.a. Hie.ſ.Eze.41.42.

Superiorem in porta ſe videt, qui ſe melioris partis eſſe in iudicio æquitatis merito cõſpicit. Iob.31.c. Gre.21.mor.14.

Primordia boni operis.
Superior pars tunicæ habens capitium. Exodi.28.e.39.d. Deſignat prima opera, ſeu primordia boni operis. Glo.ord.ſ.Exo.28.

Altitudo cõtẽplati.
Superiora domus. Acto.18.b. altitudinem contemplationis ſignificare poſſunt. Ori.ſ.Leui.ho.7.

Iniuſta poteſtas põ.
Superior porta templi, in qua opprimitur Ieremias, eſt iniuſta poteſtas pontificis. Iere.20.a. Hie.ſ.Iere.20.

Cœleſtia.
Quæ ſurſum ſunt quærenda eſſe monet apoſtolus. Coloſſ.3.a. ſurſum enim ſunt cœleſtia, & quæ ad fœlicitatem pertinent.

## *Superare, require Vincere.*

## *Superbia, Superbus, Superbire.*

SVperbia eſt ſupergrediens elatio mentis: vnde ſuperbus, elatus & arrogans: & ſuperbire elatione ſuper alios ire. Superbia quoq; ambitio. Danie.5.e. Spiritus illius obfirmatus eſt in ſuperbiam. Apoſtaſia. Iſa.9.b. Habitantes Samariam in ſuperbia. Autoritas ps.35. Non veniat mihi pes ſuperbiæ. Contemptus. Deute.17.d. Nec eleuetur cor tuum in ſuperbiã. Contumelia. 2.Para.25.c. Erigitur cor tuum in ſuperbiam. Diuitiæ. Iſa.28.a. Væ coronæ ſuperbiæ. Elatio. Deut.1.g. Tumentes ſuperbia aſcendiſtis in montem. Iactantia. pſalm.16. Os eorum loquutum eſt ſuperbiam.

Superbia ſeculorum in bonum æternæ gloriæ gaudium deſignat. Iſai.60.c. Vnde & ſanctis dicitur. Iſaiæ.61.a. In gloria eorum ſuperbietis. Hie.ſ.Iſa.60.61. Gre.13.mo.8. Rup.2.ſ.Iſa.25.

Diabolus. Antichriſtus. Hæreticus. Doloſus. Contẽptor legis. Opulentus. Phariſæus.
Superbus dicitur diabolus, qui voluit eſſe vt Deus, & à filio Dei adorari tentauit. Superbus etiam dicitur Antichriſtus: & hæreticus. Iob.15.c.26.d.35.c.40.a.41.d. ps.88.118.122.139.141. Iſa.2.c.14.c.51.d. Haba.2.a. Mat.4.a. Et ſuperbia regis Aſſyriorum eſt ſuperbia diaboli. Iſa.37.f. Zach.10.d. Et ſuperbẽ agentes contra filios Iſrael, ſunt dæmones contra fideles. Exod.18.d. Iocl.2.e. Et ſuperbi, quibus Deus reſiſtit, ſunt hæretici. Iacob.4.b. Et ſuperbia Moab, & infidelium eſt ſuperbia hæreticorum, aut diaboli. Iſa.13.c.16.b. Superbus etiam dicitur doloſus. Pro.22.a. Arma & gladij in via ſuperbi. Et legis contemptor. Iob.40.a. Reſpice cunctos ſuperbos. Et opulentus. ps.93. Redde retributionem ſuperbis. Et qui de terrenis gloriantur. Et phariſæi. ps.122.139.141. Arno.ſ.ps.88.118. Hier.ſ.Iſa.2.13.&.ſ.Iob.26.&.ſ.Haba.2.&.ſ.Amos.2. Gre.17.mor.a.15. Ber.ſer.1.de aduẽtu.

Faſtus mundanus.
Superbia imperij Aegypti deſignat faſtum mundanum eorum, qui omnia per arrogantiam loquuntur: & eccleſiaſticam ſimplicitatem pro nihilo ducunt. Eze.30.b. Hie.ſ.Eze.30.

Tẽplũ & fiducia Iudæorum.
Superbia Iordanis eſt impetus grauiorum hoſtium. Iere.12.b. Vel templum Iudæorum: vel fiducia ipſorum. Zacha.11.a. Hie.ſ.Zach.11. Rup.ſ.Zach.11.

## *Supercilium.*

SVpercilia ſunt in hominibus, quæ ſuper oculos eminent, quaſi geminis aggeribus, munimentum oculis præſtantia, pilis breuioribus ornata. Ponitur ſæpe ſuperciliũ pro ſuperbia & grauitate, & etiam accipitur pro rei alicuius ſummitate & loco eminentiori: vt ſuperciliũ mõtis. Ori.ſ.Leui.ho.8.

Contemplatio ſublimium.
Supercilia rerum ſublimium contemplationem ſignificare poſſunt. Leui.14.a Glo.ordi.ſ.Leui.14

Supercilia in angelis, ſtatum illum ſignificare poſſunt, quo diuinæ ſpeculationis ſenſus atq; intelligentias cautiſsime ſeruant. Dionyſ.cœle. Hierar.15.

## *Supererogare.*

Seruare conſilia.
SVpererogare eſt vltra debitum aliquid dare: vt ſupererogat, qui cõſilia ſeruat, & Paulus qui manibus laborabat ſupererogabat: ſic ponitur. Luc.10.f. Fulg.2. ad Monimũ

Supereſſe

## *Supereſſe, uide Reliquiæ. Superextollere, uide Altum.*

## *Superexultare.*

Aug.epiſt.29. SVperexultare eſt ſuper aliud exultare. Et ſuperexultat miſericordia iudicio:quia plures per miſericordiam corriguntur.Iacob.2.

## *Superficies.*

SVberficies dicitur à Mathematicis longitudo & latitudo ſine profunditate:& dicitur ſuperficies ſuperior cuiuſq; rei facies.

Gre.29.mor.2. Superficies abyſsi,quæ conſtringitur,deſignat diuina iudicia,quæ occultantur.Iob.38.c.Poteſt etiam ſignificare tranſfigurationem diaboli in angelum lucis, ſub qua occultat nequitiam ſuarum fraudum. Diuina iudicia. Fallacia diaboli.

Hie.ſ.Iob.38. Superficies terræ voluntatem hominis aut intellectum, qui inſpirationibus irrigatur ſignificare poteſt.Gene.2.a.Et ſuperficies abyſsi eſt conſcientia vel mens.Iob.38.c.Superficies etiam terræ initium operis ſignificare poteſt.Exo.10.a.16.c. Voluntas. Intellectus. Conſcientia.

Glo.ordi.ſ. Leui.13. Superficies veſtimenti,in quo eſt lepra virtutes apparentes ſignificare poteſt.Leui.13.g. Virtutes apparentes

Glo.ord.ſ.Leui.14. Superficies reliqua domus leproſę.Leui.14.e.doctrinam ſyncerã doctoris ſignificare poteſt. Doctrina ſyncera.

Hie.ſ.Eze.27. In ſuperficie dicitur poſuiſſe ſemen aquila.Ezechie.17.b. Vt deſignaretur non multũ firmandum eſſe regnum Iudæorum.

## *Superfluus, Superuacuus.*

SVperfluum & ſuperuacuum eſt,quod minime eſt neceſſarium:& ſuperflui de vulgo transferri dicuntur in Babylonem.Iere.39.c.

## *Supergredi.*

SVpergredi eſt ſuperambulare,& ſuperare.

Beda.ſ.pro.31. Supergreſſa eſt mulier fortis vniuerſas filias in congregãdis diuitijs.Pro.31.d.quia eccleſia catholica in bonis operibus ſuperat eccleſias hæreticorum.

Ori.ſ.ps.37.ho.1. Arno.ſ.ps.37. Supergreſſę dicuntur iniquitates caput.ps.37.quando mens confunditur de peccato:vel quãdo iniquitates tollunt à nobis Chriſtum.

## *Superhumerale, Ephod.*

SVperhumerale erat veſtis genus tangens humeros pontificis: quæ Hebraicè dicitur אפוד ephod:Græcè autem ἐπωμισ:Et ephod bad erat veſtis linea inferiorum etiam ſacerdotum.

Ephod lineum,quo accinctus erat Dauid 2.Reg.6.c.humanitatẽ Chriſti deſignat,cum omnibus laboribus,quos pro nobis ſuſcepit. Humanitas Chriſti

Rup.4.ſ.Exo.23. Superhumerale in pontifice Chriſto, obedientia charitatis eſt,qua idem Chriſtus filius Dei portandis,imo tollendis peccatis noſtris,humeros ſuos ſuppoſuit:& cum illis in crucẽ aſcẽdit. Obedientia Chriſti

Cle.Alex.5.ſtroma. Ori.ſ.Exo.ho.9.13.&.ſ.Leui.ho.6. Hie.ſ.Hoſ.3.& d veſte.ſace.Iſyc.ſ.Le.8. Superhumerale ſignificare poteſt onus euangelicum laborum & bonorũ operum. Fit prius ſuperhumerale q̃ rationale:quia prius debent cognoſci bona opera ſacerdotis:& quia per opera deueniendum eſt ad ſapientiam.Superhumerale autem cum rationali deſignat opera cum ratione facta.Exo.25.a.28.b.Leui.8.a.Hoſe.3.b. Onus euangelicum Bona opera ſacerdotis.

Gre.ſ.1.reg.2. Geor.venet.canti.2.tono.3.cap.6. Superhumerale præterea deſignat puriorem vitam ſacerdotum noui teſtamẽti:in quibus lucet caſtitas,quæ in veteribus non erat.1. Regũ.2.f.14.a.Erat quatuor coloribus contextum:vt iam elementis iſtis alterabilibus cum ſuis elementatis ad animalem partem dimiſsis,ad meliora elementa cœleſtia atq; diuina erigat animum. Puritas noui ſacerdotij.

Gre.2.paſto.3. Superhumerale itidem deſignat ſupportationem infirmitatum ſubditorum: & virtutẽ vtriuſq; fortunæ quærendam:vt inter proſpera & aduerſa ſacerdos ſit fortis:Ideo vtrumq; humerum protegebat.Exo.35.a.39.a.Leui.8.a. Tolerantia prælatorum.

Hie.de veſt.ſacer.& epiſ.Epiſtolare offi. Geor.venet.canti.2 tom.3.cap.5. Superhumerale cum duobus lapidibus,ſignificat duo mundi hemiſphæria:& ipſum cœlum: Aut deſignat hemiſphærium ſuperius,cum duobus magnis luminaribus. Hemiſpheria mundi.

## *Superliminare, uide Limen.*

## *Superponere.*

SVperponere eſt ſuper aliud ponere.

Gre.ſ.Iob.29. Superponebant principes digitum ori ſuo.Iob.29.b.quando in aduentu Chriſti philoſophi ceſſerunt veritati.

Gre.15. moral.18.& 19.mor.14. Superponunt etiam principes digitum ori ſuo.Iob.21.a.quando hæretici falſis quærelis non ratione vocis ſe reprimi:ſed virtutis manu ab eccleſia mentiuntur. Sed ijdem rectè digitum ori ſuperponunt,quando per diſcretionem linguam refrenant:ne per hoc,quod loquuntur,in ſtultitiæ culpam dilabantur. Diſcreta frænatio linguæ.

Superſtes,



## *Superſtes.*

SVperſtes dicitur, qui reliquis mortuis,quaſi ſolus viuus ſuperſtat.

Chriſtus viuens. Superſtes Ioſeph.Gen.46.d. Deſignat Chriſtũ viuentem & regnantẽ,ceſſante ſynagoga. Glo.ord.ſ.Gen.46.

## *Superuacuus, uide Superfluus.*

## *Superuenire.*

SVperuenire eſt,quaſi inopinatò venire,aut ſuper vel poſt alios venire.

Lex noua. Superuenientia noua.Leui.26.b. Deſignant legem euangelicam venientem ſupra veterẽ. Ori.ſ.Leu.ho.16. Hych.ſ.Leui.26.

Philoſophi. Superuenientes paſtores ad impediendam aquam, ſunt philoſophi gentilium impediẽtes veritatis communicationem. Exo.2.c. Glo.ord.ſ.Exo.2.

Superueniens dicitur,qui additur hæreticis.Iſa.13.c. Hie.ſ.Iſa.13.

Punitio malorum. Superueniet malis interitus:quia inopinatò illis eueniet.1.Theſſa.5.a Et ſupuenit impijs inũdatio.Iob.21.b.quando dolorum fructus ex aliqua aduerſitate patiuntur. Gre.15.mor.21.

## *Supinus.*

SVpinus eſt,qui iacet,ventre in cœlum verſo.

Gentes. Supini colles,vbi aperit Deus flumina.Iſa.41.a.dici poſſunt gentes ſuperbę, quibus conuerſis tradita ſunt fluenta doctrinæ & gratiæ. Glo.int.ſ.Iſa.41.

## *Supplere, Supplementũ.*

Noua vita. SVpplere eſt æquare,ſeu addere,vbi quippiam deerat:& ſupplementum eſt, quod additur: vt ſupplementum nouum additum veſtimento veteri,eſt noua vita.Marc.2.c. Glo.ord.ſ.Mar.2.

## *Supplex, Suppilcare.*

SVpplex eſt,qui flexis genibus aliquid precatur.Supplicare autem eſt humiliter precari.

Credentes ex gentibus. Supplices Dei,qui erant vltra flumina Aethiopiæ,ſunt credentes ex gentibus.Sopho.3.b. Hie.ſ.Sopho.3.

## *Supplicium, uide Pœna.*

## *Supponere.*

SVpponere eſt ſub alio ponere.

Seruans Deus. Supponere dicitur dominus manum.ps.36.quando defendit,& à graui lapſu ſeruat.

Applicatio mentis ad Deum. Supponens Iacob lapidem capiti ſuo.Gen.28.c.Deſignauit applicationem mẽtis ad verbum Dei.Vel applicationem Chriſti ad ſuſtentandum principatum Chriſtianum.Vel deſignat reclinationem conſcientiæ in Chriſtum,in quo requieſcat. Philo.de ſomnijs. Beda.ſ.gen.28. Rup.7.ſ.gen.24.

Subijci laboribus. Supponere humerum ad portandum.Gen.49.c.eſt ſubijcere ſe mandatis Dei: & exponere ſe laboribus,propter vitam æternam.Suppoſuit etiam Chriſtus humerũ, quando obediens patri crucem baiulauit,in qua crucifixus eſt. Amb.de bñe pſiar.6 Gre.1.mor.17. Beda.ſ.gen.49.

Tradi ſpiritum ſanctum. Supponere ignem lignis.Leui.1.d.3.b.Eſt tradi ſpiritum ſanctum ad doctrinam. R.i.d.ſ.v.d.12.pa.39

Supponere dicuntur ſtateras doloſas auari,& hæretici.Amos.8.b. Glo.inte.ſ.Leui.1.

## *Supportare, uide Ferre. Supputare, uide Numerare.*

## *Sur.*

SVr, id eſt, murus, aut bos, vel aſpiciens, ſeu anguſtia.Sic dicitur Syria:& etiam ſolitudo inter Aegyptum & Arabiam,& pars Arabiæ iuxta mare rubrum:& videtur idem cum Ethan, inter Rhinocoruram & Hieropoliten, inter quod deſertum & cades peregrinatus eſt Abraham.Gen.20.a.1.Reg.15.b.Vt autem intepretatur anguſtia,figura eſt huius peregrinationis. Peregrinatio huius vitæ.

Via virtutis. Sur vt interpretatur murus,vel directio,deſignat viam virtutis munitã & rectam. Gen.20.a. Philo.de profugis.

Populus Iudaicus. Vt etiam interpretatur murus,deſignat vanam ſpem populi Iudaici:qui cõmiſcendo ſe gentibus,euaſiſſe manum domini,& à lege eius tutum ſe eſſe arbitrabatur.Gen.20.a. Gre.ſ.gen.35.

Sur vt interpretatur anguſtia,vſq; ad quam percutitur Amalec.1.reg.15.b. Deſignat eos, qui cum dolore trahuntur ad amorem pudicitiæ:quia in fætore libidinis vitam finire propoſuerãt. In anguſtia enim ſunt,qui capti iam malæ conſuetudinis laqueo cõſtringuntur.Eſt autem è regione Aegypti:quia ab his tenebris venitur ad exteriores. Gre.ſ.1.reg.15.

## *Sura.*

SVra eſt poſterior pars cruris carnoſa:quæ tantum ineſt homini.

Opera extrema. Surę deſignare poſſunt extrema opera,ſicut & genua, quum dicitur.Deut.28.d.Percutiat te dominus vlcere peſsimo in genibus & in ſuris. Glo.ord.ſ.deut.28.

Suram femori imponere ſignum ſtuporis eſſe ſolebat.Iudi.15.b.Ita vt ſtupentes ſuram femori imponerent. Lyra.ſ.Iudi.15.

Surdus,

## Surdus.

SVrdus eſt,qui ſenſu auditus priuatus eſt.

*Beda.ſ.Exo.5. Hie.ſ.Iſa.43.* — Populus Iudaicus.

Surdus quem fabricauit Deus.Exo.4.c.eſt populus Iudaicus, qui legem habens non au-
diuit.Surdus etiam erat populus Iſrael : qui Chriſtum eiuſq; nuncios audire noluit . Et dicitur
ſurdus habens aures.Iſa.35.b.42.d.43.b.ps,57.

*Ori.ſ.Mat.ho.4. Hie.ſ.Iſa.29.35. Baſi.ſ.ps.37.* — Inepti ad doctrinã. Gentiles.

Surdi ſunt,qui ad ſalutarium verborum ſuſceptionem non ſunt parati:nec ad ea,quę promit
tuntur ſuſcipienda:& qui ſcripturarum verba audire non poſſunt : qui etiam ſurdæ aſpides di-
cuntur.ps.37.57.Matthæ.15.c.Surdi etiam erant gentiles:& ſunt non intelligentes. Exodi.4.c.
Iſeiæ.29.f.35.b.

*Aug.1.q.in euan.19. Iſych.ſ.Leui.19.* — Inobedientes.

Surdi etiam ſunt,qui licet intelligant, non tamen obtemperant imperantibus. Matthæ.15.c.
Ideo ſurdi ſunt inobedientes.Leui.19.c.

Fingens non audire

Surdus interdum dicitur fingens non audire.ps.37. Ego autem tanq; ſurdus non audiebam.

## Surgere, Exurgere, Conſurgere, Aſſurgere, Inſurgere, Reſurgere.

SVrgere eſt iacentem aut ſedentem erigi: aut in inferioribus exiſtentem in ſuperiora aſcende
re.Eſt etiam diſcedere. Gene.13.d.Surge,& perambula terram.Diſponere.Gene.31.c.Surre-
xit itaq; Iacob.Excitari.Exo.12.e.Surrexit itaq; Pharao nocte.Inſurgere.Nume.16.a.26.b.
Surrexerunt contra Moſen.Naſci.Matth.11.b.Non ſurrexit inter natos mulierũ. Reſurgere.4.
Reg.4.e.Non ſurrexit puer.Succedere.Exo.1.b.Surrexit interea rex nouus . Exurgere autem
eſt erigi.Acto.26.d.Exurge,& ſta ſupra pedes.Euigilare.Baru.5.b.Exurge Hieruſalem,& ſta.
Inſtitui.ps.77.Filij qui naſcentur & exurgent.Inſurgere.ps.123. Cum exurgerent hoĩes in nos.
Iuuare.ps.58.Exurge in occurſum meum.Reſurgere.ps.11.Nunc exurgam dicit dominus. Vin-
dicare.ps.7.Exurge domine in ira tua.Reſurgere autem eſt erigi quod lapſum erat:quod præ-
cipuè dicitur,quando mortui reducuntur ad vitam.Datur autem reſurgere ad gloriã.ps.1.Non
reſurgunt impij in iudicio.Ad gratiam.Pro.24.b.Septies in die cadet iuſtus,& reſurget.Ad ſta
tum.Iob.14.b.Sic homo,quum dormierit,non reſurget.

*Glo.ord.ſ.ps.58. Hie.ſ.ps.58.* — Fauens Deus pater filio.

Surgere attribuitur Deo metahoricẽs:& exurgit Deus pater in occurſum filij,quum ei fauit
in tribulationibus:& æqualem ſibi oſtendit.ps.58. Surgit etiam in occurſum Chriſti, quando
reſpondit:Et clarificaui & iterum clarificabo.

*Aug ſ.ps.34. Hie.ſ.Iſa.33.&.ſ.Iere.7.29.&.ſ.ps.58.* — Innoteſcens Deus. Fauens vel puniens.

Exurgit etiam Deus,quum nos excitamur: & quum innoteſcit, & apparet, aut eius ſentitur
auxilium.ps.34.Iſaię.2.d.Et exurgit in ira,ad puniendum:& in præcepto,quod mandauit,hoc
eſt,ad vindictam præceptorum contra tranſgreſſores.ps.7. Et conſurgit in gladio,quum caſti-
gat.Amos.7.b. Et conſurgit contra domum peſsimorum,hoc eſt,cõtra Iudæos,& hæreticos.
Iſa.31.a.33.b.Surgit etiam ad benefaciendum. Zacha.2.d.Et conſurgit mane ad nos admonen-
dos,quia tunc melius poſſumus audire.Iere.7.c.11.b.Et dicitur conſurgere de nocte:vt eius er-
ga nos oſtendatur ſolicitudo.Iere.29.d.Iob.31.b. Surgere etiam dicitur Deus ad delendas ma-
las cogitationes.Iſa.14.e.Surgit lumen Dei ſuper aliquem.Iob.25.a. quando gratia pręueniens
venit in mentem alicuius,ad eius tenebras expellendas.

*Glo.inte.ſ.Iſa.14. Gre.17.mora.8.*

*Ori.ſ.Iſa.ho.5* — Natiuitas æterna. Chriſti.

Surgere dicitur ab Oriente iuſtitia,ſecundum ꝙ Chriſtus oritur à luce ęterna.Iſa.46.d.Vbi
in noſtra tranſlatione dicitur vocans ab oriente iuſtum.

*Baſi.ſ.ps.7. Arno.ſ.ps.16.67. Hila.ſ.ps.56.* — Paſsio Chriſti. Reſurrectio. Aſcenſio.

Exurgere dicitur Deus in ira,quando in paſsione Chriſti vindicauit peccata noſtra:vel etiã
in reſurrectione,quum pręualuit Chriſtus in principes huius mundi.ps.3.7.12.68.138. Iſai.51.d.
Et dicitur Chriſtus ſurrexiſſe diluculo,ob ſpem noſtræ reſurrectionis.ps.56.Conſurgens etiam
manipulus Ioſeph,reſurrectionem Chriſti indicauit.Gen.37.b. Idem deſignat ſurgens aurora.
Iob.3.b.Surgens etiam Moſes deſignauit Chriſtum reſurgentem à mortuis.Exo.2.c.24.c.Cõ-
ſurgens adoleſcens ſecundus pro rege ſtulto,eſt Chriſtus regnans expulſo diabolo. Eccl'tæ.4.
d.Surrexit Chriſtus in requiem ſuam,& arca ſanctificationis eius, quãdo poſt reſurrectionem
cum corpore glorioſo aſcendit in cœlum: cum quo etiam reſurrectura eſt eccleſia.ps.131. Sur-
rexit etiam in Chriſto pſalterium & cithara,quando ſurrexit caro eius, quæ pſalterium fuit,vt
operabatur miracula,& cithara,vt patiebatur humana.ps.56.

*Hier.ſ.Eccl'tæ.4.& ſ.ps.131. Aug.ſ.ps.131.56.*

*Gre.2.mor.29.* — Iudicium Chriſti.

Surgens Iob poſt mortem filiorum Iob.1.Deſignat Chriſtum in vltima reſurrectione veniẽ
tem ad diſtricte iudicandum.

*Gre.ſ.cãti.7.* — Defendens Chriſt' eccleſias.

Surgit mane ſponſus ad vineas. Cant.7.d.quia poſt reſurrectionem ſuam in gloria patris ſe-
dens,eccleſias,quas conſtruit,etiam defendit.

*Aug ſ.ps.7. Hie.ſ.Iob.1.* — Humilitas Chriſti. Patientia Chriſti.

Exurgit Deus in præcepto,quod mandauit.ps.7. quãdo humilitatem pręcipiens humilis ap
paruit:& prior impleuit,quod pręcepit.Surgens quoq; Iob,ad tolerantiam videlicet patientię.
Iob.1.d.Deſignauit Chriſtum ſurgentem ad dandam pacem eccleſiæ per humilitatem & patiẽ-
tiam:& ad vindicandum in perſecutores. Conſurgens etiam Iob diluculo ad offerenda holo-
cauſta pro filijs.Iob.1.b. Eſt Chriſtus, qui per hoc, ꝙ pro nobis interceſsionis ſuæ petitionem
obtulit,

*Gre.1.mora.22.* — Interceſsio Chriſti.



obtulit, diſcuſſa erroris nocte,humanæ mentis tenebras illuſtrauit.

Diſceſſus à legis obſcuritate. — *Glo.int.ſ.Exo.2. Lyra.ſ.gene.22.*

Surgens Moſes de nocte.Exo.34.a.Deſignauit diſceſſum à legis obſcuritate.Et ſurgens A-
gar eſt lex diſcedens à carnali ſenſu.Gen.21.c.Exod.2.c.24.c.Surgens etiam Abrahã de nocte
deſignauit Deum derelinquentem legem in tenebris apud Iudæos.Gen.22.a.

Fides Chriſti. Imperium Chriſti. — *Gre.29.mor.30.*

Conſurgit veſper ſuper filios terræ. Iob.38.d. quãdo paſsio Chriſti & reſurrectio creditur à
gentibus.Vel è diuerſo,quando Antichriſtus ſuſcipit imperium in malos.

Reſipiſcentia. — *Hie.ſ.Mich.6. Gre.1.mora.35.*

Surgere iubetur,vel ꝗ ſedet,vel qui iacet,vel qui dormit,vel qui mortuus eſt.Mich.6.a.Cõ-
ſurgimus autem diluculo,quum compunctionis luce perfuſi,humanitatis noſtræ noctẽ deſeri-
mus,& ad veri luminis radios mentis oculos aperimus.Iob.1.a.Surgit autem, qui prius iacebat
in peccato,quando tranſit ad pœnitentiã.Exo.21.b.Sic ſurrexit prodigus,qui iacebat in vitijs.
Luc.15.d.Iſa.32.c.Sic etiam ſurrexit paralyticus poſt remiſſum peccatum: nempe ad benè ope-
randum:& ſocrus ſimonis.Matth.8.b.9.a.Ioan.5.b.Surgere autem à peccato ad benè operan-
dum non valet quiſpiam per ſeipſum.Iſa.14.e.Conſurgere ab ebrietate hortatur Deus Hieruſa
lem,hoc eſt,vt reſipiſcat,& cognoſcat caſtigationem Dei.Non conſurgunt ab ea,qui caſtiga-
ti perſeuerant in malo.Iſa.51.f.52.a.Iere.25.e.Conſurgere autem in nocte eſt reſipiſcere à pecca
to in tribulatione.Thre.2.f.Acto.9.a.Exurgit etiam à mortuis, qui recedit ab alienatione à ve
ro.Ephe.5.d.Dicuntur etiam hi conſurgere cum Chriſto.Coloſſ.3.a.

*Hie.epiſt.beatitudi. &.ſ.Iſa.14 51. Hila.ſ.Mat.cão.8. Amb.de viduis. Aug.ſ.Ioan.trac.17. Grego.23.mor.23.*

Benè operari à iuuẽtute. — *Hie.ſ.Iſa.5.*

Surgere mane aut diluculo , eſt à tempore iuuentutis ad bene operandum erigi.Gene.28.d.
Exo.8.e.9.c.24.d.1.Reg.5.a.ps.56.Iſa.5.c.Hoſe.6.a.

Pugna cõtra dæmones & vitia. — *Ori.ſ.Iob.1. Hie.ſ.Iſa.21.&.ſ.Haba.2.&.ſ.Abdi.*

Surgens Iob poſt nuntium mortis filiorum. Iob.1.d.deſignat parantem ſe ad pugnãdum cõ
tra diabolum.Sic datur ſurgere ad pugnandum contra vitia,aut infideles.Iſa.21.b.Et ſurgent re
pente contra ſuperbum.Haba.2.b.nempe fideles contra diabolum, hæreticũ , aut Antichriſtũ.
Et aduerſus Edom ſurgit prælium,hoc eſt, fidelium contra hæreticos & carnem.Abdi.a.

Eleuatio prædicatorij ad contemplationem. — *Gre.ſ.1.reg.1.*

Surgens mane ſeruus Abrahæ,vt rediret ad dominum ſuum.Gene.24.f.Eſt prędicator poſt
prædicationem rediens ad contemplationem. Et ſurgere eſt ad nouam contemplationem ten-
dere:vt cum ſurrexit Iacob,vt iret in Bethel.Gen.35.a.Et ſurgens Anna deſignat eccleſiam cõ
fortatam ad prædicationem:& præparantem ſe ad prædicandum gentibus . Surrexerunt autem
iterum mane Anna & Elcana.1.Regũ.1. Vt deſignetur Chriſtum ſemper eſſe cum eccleſia.Eſt
item erectio ad ſtatum ſupernæ intentionis, & contemplationis.Et ſurgentes manè Samuel &
Saul.1.Reg.9.d.ſunt prædicatores erigentes ſe ad ea peragenda, quæ per conſiderationem or-
dinarunt. Et ſurgens Ieremias eſt prædicator parans ſe ad prædicandum , & ad reprehenden-
dum vitia.Iere.1.d.Surgens etiam Samuel poſt reprehenſum Saulem.1.Reg.13.c.Deſignat præ-
dicatorẽ,qui quum ſit in infimis,reprehẽdendo peccata ſubditorum, poſtea reuertitur ad ſubli
mitatem contemplationis. Et ſurgens idem Samuel de nocte eſt prædicator erigens ſe poſt lu-
ctum peccati alicuius ſubditi.1.Reg.15.c.

Parari ad prædicandum & operandũ. — *Hie.ſ.Iere.1. Gre.ſ.1.reg.13.15.*

Surrexiſſe dicitur Samuel,vt vngeret Dauid.1.Reg.16.c.26.a.quia tunc per miniſterium dig
ne tribuuntur ſacramenta vnctionis:quum vngẽdus in alta conſpicitur ſublimitate virtutis.De
ſignatur etiam eum,qui prædicat Chriſtum, debere ſublimẽ eſſe contemplatione & conuerſa-
tione:vt poſsit vngere prædicando.

*Gre.ſ.1.reg.16.*

Eleuatio eccleſiæ ad Chriſtũ,& ad ſpiritualẽ ſenſum,& ad fidem. — *Ori.ſ.cant.ho.2.3. Amb.de Iſaac.5. Rup.ſ.cant.2.*

Surgere ſpõſam eſt eccleſiam poſt Chriſti reſurrectionem ad ipſum eleuari:& à litera ad ſpi-
ritum tranſire:& ad ipſum quærendum intentionem erigere.Canti.2.c.3.a.Surgit etiam vt ape-
riat ſponſo.Cant.5.b.quando prædicator à quiete contemplationis tranſit ad actionem prædi
cationis.Gen.19.a.20.b.Exo.21.b.Iob.7.a.Et ſurgens aurora eſt eccleſia,quę prauitatis priſti-
næ tenebras deſerit:& ſeſe in noui luminis fulgorem per fidem conuertit. Iob.3.b.Cantic.6.c.
Surrexit autem,quando in primitiua eccleſia initia relictis tenebris habuit: Et ſurget in iudicio,
quum ad fœlicitatem pręparabitur.Surgit etiam Hieruſalem,hoc eſt,eccleſia,vt illuminetur in
gentibus,quæ ceciderat in Iudæis.Iſa.60.a.

Tranſiens prædicator ad actionem. — *Gre.ſ.cant.3.5.&.4. mora.15.16. Ber.ſ.cant.ſer.57. Hie.ſ.Iſa.60.*

Tendere ad perfectionem. — *Ori.ſ.num.ho.16.& ſ.Mat.ho.7. Hie.ſ.Iob.29.*

Conſurgere quaſi leænam eſt tendere ad perfectionem. Nume. 23. d. Sic ſurgens ſequitur
Chriſtum,qui relictis omnibus illi adhæret.Mat.9.a.Ioan.14.d.Et aſſurgentes ſenes Iob, ſunt
perfecti ad ſublimia ſe eleuantes.Iob.29.b.

Excutere negligentiam. — *Ori.ſ.Roma.13. Hier.ſ.Iere.31.&.ſ.Iſa 64.*

Surgere de ſomno eſt excutere negligẽtiã.Roma.13.c. Et ſurgere dicũtur,qui humilia & ter
rena,in quibus iacebant,relinquunt:& à terrenis & corporalibus ad ſpiritualia & cœleſtia ele
uantur.Gen.13.d.Iob.7.b.Canti.2.b.Iſa.64.c.Iere.31.a.

Aſſurgere Chriſto. — *Amb.1.de Abra.7. Ori ſ.Mat.ho.32. Gre.ho.12. Beda.ſ.pro.31. Hie.ſ.Iſa.49.*

Surgere interdum eſt aſſurgere:& ſurgentes omnes virgines. Matthæ.25.a.ſunt præparantes
ſe ad recipiendum verbum Dei . Eſt etiam excitari à ſomno mortis in iudicio : quando ſur-
gent filij mulieris fortis.Proue.31.d.Conſurgent etiam tunc principes,hoc eſt,apoſtoli & om-
nes ſancti ad adorandum Chriſtum.Iſa.49.c.

Gratias agere in tribulatione. — *Amb.ſ.ps.118.ſer.8. Aug.ſ.ps.118. Gre.10.mora.20.*

Surgere dicitur media nocte ad cõfitendum Deo,qui in tribulatione illi gratias agit. ps.118.
Et conſurgit quaſi fulgor meridianus ad veſperum,quum in tentatione feruor charitatis in mẽ
te excitatur.Iob.11.d.

Contemplari reſurrectionem Chriſti. — *Ori.ſ.ps.36.ho.5.*

Conſurgens meditari dicitur,qui reſurrectionem Chriſti contemplatur.Deut.6.b.

Rup.ſ.Ion.3.
Surgens rex Niniue de ſolio ſuo.Ionæ.3.c.fuit imperator Conſtantinus ſubijciens ſe fidei.

Glo.int.ſ.gen.31.
Non aſſurgens Rachel Labani.Gen.31.e.Deſignat animam non cedentem diabolo: nec honorantem ſectatorem auaritiæ.
Nõ cedere diabolo

Gre.19.mor.14.
Aſſurgunt ſenes Iob,hoc eſt, eccleſiæ prædicanti.Iob.29.b.quãdo graues moribus atq; perfecti hanc vitæ ſuæ meritis aſſurgendo venerantur.
Honor eccleſiæ.

Gre.ſ.cant.4. Rup.ſ.cant.4.
Surgere iubetur aquilo.Canticor.4.d. nempe diabolus: vt videlicet diſcedat ab eccleſia,vel ab anima,ne ipſam à benè operando impediat. Surgit etiam,hoc eſt,permittitur vt faciat,quicquid poteſt,aduerſus Chriſtum & matrẽ eius:quia non prçualebit,ſed capita eius conterentur.
Eiectio diaboli. Permiſsio eiuſdẽ ad impugnandũ Chriſtum.

Hila.ſ.Matt.cão.12.
Surgere interdum,atteſtari:ſic ſurgent Niniuitæ aduerſus Iudæos,tanq̃; fidem ſuſcipiẽtes aduerſus incredulos.Idem eſt de regina Saba.Matt.12.f. Lucæ.11.d.Conſurget etiam terra aduerſus impium,aut hypocritam.Iob.20.d.
Atteſtari.

Hila.ſ.ps.126. Hie.& Aug.ſ.ps.126 Gre.8.mor.35. Ber.ſ.cant.ſer.62.
Surgere dicuntur ante lucem,qui operantur ante auxilium,aut ſine auxilio Chriſti:quod eſt ſine gratia operari.ps.126.Sic ſurgebant philoſophi.Surgit etiam ante lucem,qui vult prçcedere Chriſtum,& non ſequi.Item qui priuſq̃; claritas æternæ retributionis appareat,in præſentis vitæ nocte gaudere cupit:& gloriam inanem ex operibus quærit. Surgere autem poſtq̃; ſederint,eſt poſt ſomnum mortis reſurgere.
Operari ſine auxilio Chriſti. Quærere mercedẽ in hac vita.

Hie.ſ.Eccl'tæ.12.
Conſurget ad vocem volucris, qui reſurget in iudicio ad vocem tubæ.Vel dicitur hoc de ſene,qui leui ſtrepitu à ſomno excitatur.Eccl'tæ.12.b.Iob.19.d.
Reſurrectio in iudicio.

Lyra.ſ.Exo.32.
Surgere male ad immolandum & ludendum.Exo.32.b.Eſt exercere peruerſas operationes: & defendere hæreſes.
Male operari.

Glo.ord.ſ.Exo.1.
Surgens rex nouus in Aegypto.Exo.1.b.Eſt diabolus,vel ſapientia carnis in mundo. Et ſurgens Pharao nocte eſt diabolus in tenebris errorum.Exod.12.e.Surgent autem principes terræ de ſolijs ſuis,quando in iudicio confundentur de ſuperbia.Iſa.14.c.
Imperium diaboli. Cõfuſio ſuperborũ.

Glo.int.ſ.Exo.13.& ſ.ps.123. Arno ſ.ps.3. Hila.ſ.ps.53.
Conſurgere bella eſt oriri tentationes. Exo.13.d.Sic exurgentes homines in nos,ſunt inducentes nos ad peccata:& etiam perſequentes.ps.123. Inſurgentes autem aduerſus Chriſtum,fuerunt Iudæi ipſum perſequentes in paſsione.ps.3.53.Thre.3.g. Inſurgunt etiam cõtra Deum ore ſuo,qui ipſum blaſphemant.Eze.35.d.
Tentationes & perſecutiones.

Hie.ſ.Iob.24.
Surgere diluculo in malum ponitur.Sopho.3.b.Et ſurgit homicida mane primo,quum iudices audent non occultè,ſed iam manifeſtè minores opprimere.Iob.24.c.
Manifeſtatio iniquitatis.

Ori.ſ.Mat.ho.28. Hier.ſ.Mich.7 &.ſ. Ezech.8.
Surgit gens contra gentẽ, & regnum aduerſus regnum, hoc eſt,hæretici contra hæreticos. Matthæ.24.a.Et conſurgit filia aduerſus matrem.Mich.7.b. quum quis ſcripturas ſacras à ſpiritu ſancto æditas transfert ad nouas hæreticaſq; doctrinas aduerſus eccleſiam . Conſurgens autem vapor nebulæ thuris idolis oblati . Ezechiel.8.e. deſignat creſcentem iniquitatem hæreticorum.
Diſcordia hæreticorum.

Glo.int.ſ.Eze.7.
Surrexiſſe dicitur iniquitas.Ezechie.7.c.In via videlicet impietatis,quando Iudæi crucifixerunt Chriſtum:& quando mali prælati cæduntſubiectos impiè.Vel poteſt dici ſurgere iniquitas,quando vindicatur & punitur à Deo.
Impietas Iudæorũ in Chriſtum & prælatorum in ſubditos. Vindicta Dei.

Lyra.ſ.Thre.1.
Surgere non poſſe de manu,in quam dat Deus, eſt non liberari à pœnis inferni.Thre.1.e.

Hie.ſ.Nahum.1.
Non conſurgit duplex tribulatio, hoc eſt, non vindicat Deus bis idem peccatũ.nahum.1.c. Deus autem vt omnium rerum,ita & ſuppliciorum ſcit menſuras : & non prçuenitur ſententia iudicis:nec illi peccatorem exercendæ dehinc vindictæ aufeatur poteſtas: & magnum peccatũ magnis aut diuturnis eluitur cruciatibus.Si quis autem punitus ſit,vt ille in lege, qui Iſraeliticis maledixerat:& qui in ſabbato ligna collegerat:tales poſtea non puniũtur:quia culpa leuis præſenti ſupplicio compenſata ſit.

Gre.10.mor.20.
Surgunt calamitates ad dexteram orientis. Iob.30.b. quando quis ab aliquibus quaſi fidelibus tentationem cruciamentorum patitur: quia ij, qui ſub Chriſti nomine militant, Chriſti in eccleſia nomen impugnant.

Gre.8.mor.32.
Non conſurgit domus hypocritæ,quãdo eam fulcit.Iob.8.c.quia per omne,quod iuxta prçcepta cœleſtia agere potuit,à terra nunq̃; animã leuauit.Iure igitur in iudicio nequaq̃; ad præmium retributionis erigiť,qui per hoc,quod nunc exhibet,in appetitu tẽporalis gloriæ iacet.

Gre.15.mor.15.
Conſurget terra aduerſus hypocritam. Iob.20.d. quia etiam peccatores ipſum accuſabunt in iudicio.

## *Sus, Porcus.*

SVs ſeu porcus eſt animal notum:eſtq; quidam domeſticus,quidam ſylueſtris:ſoletq; in luto volutari,& roſtro terram fodere. Cõputatur in lege inter immunda animalia:vnde eius:eſus interdictus erat Iudæis:quia diuidit vngulam,ſed non ruminat.Leui.11.a.

Chry.ſ.Gen.ho.16. Ori.ſ.ps.37.ho.1. Cle.Alex.adhor.ad gentes. Amb.ſ.Luc.8.15.
Sus diuidens vngulam,ſed non ruminans,& in luto ſe inuoluens,libidinis vitia ſignificat cõtra temperantiã:& hoĩes voluptatibus deditos:q̃ vt ſues cœno delectãtur potiuſq̃; aqua mũda. Et generaliter pc̃tões non ſentiẽtes fætorẽ peccatorũ,& porcinos mores habentes.Non ruminant:quia non opere complent legem,quam diſtinguunt.Matthæ.7.a.Luc.8.e.15.c.Interdixit autem lex,ne porcina carne vterentur:hoc eſt, ne vitam porcorum imitarentur : qui ad ſolam mortem & interitum pingueſcunt:ne ventri ac voluptatibus ſeruientes, ad faciendam iuſtitiã inutiles eſſent:ac morte afficerentur. Item ne ſe fædis libidinibus immergerent, ſicut ſus, quæ ſe ingurgitat cœno:vel terrenis ſeruiant ſimulacris,ac ſe luto inquinent,&c.Iſa.65.a.66.e.
Vitia libidinis. Libidinoſi. Peccatores.



Iſyc.ſ.Leui.11. Lactã.lib.4.cap.17. Tertul.de cibis iudaicis.

Iudæi.
Grex porcorum,in quos ingreſsi ſunt dæmones.Mat.8.d.Sunt iudæi poſt paſsionem Chriſti:qui ſe præcipitarunt in mare ſeditionum,& perierunt.
Rup.7.ſ.Mat.

Infideles. Heretici.
Porci ſunt etiam,qui necdum euangelio crediderunt : ſed in luto incredulitatis vitijſq; verſantur.Mat.7.a. Et hæretici diuidentes vngulam cognitionis Dei,non tamen ruminando eam diſponentes.Pro.11.c.
Hiero.ſ.Mat.7. Hil.ſ.Mat.cano.8. Gre.31.mor.1.

Dæmones.
Porci prætereą ſunt dæmones,qui vitiorũ turpitudinibus paſcuntur.Luc.15.c. Ideo in ſacrificijs prohibetur hoc animal offerri,q̃ ſpiritus immundos ſpurcoſq; deſignet.
Hie epiſ.Beatitudi. Ber.ſer.d.S.Benedi.

ſenſus.
Porci etiam deſignant ipſos ſenſus : qui volutabro luti & ſpurcitijs oblectantur. Matth.8.d. Mar.5.b.Luc.8.c.15.c.

## *Suſanna.*

SVuſanna,id eſt,lilium,vel roſa,aũt lætitia:vxor Ioacim in captiuitate Babylonica: in quam ſenes dixerunt falſum teſtimonium : quæ nutu Dei liberata eſt per Danielem , dans mirum caſtitatis & fidei exemplum.Dani.13.a. Eſt & alia,quæ Chriſtum ſequebatur.Luc.8.a.

## *Suſcitare, uide Euigilare, & Reſurgere.*

## *Sſpicari, Suſpicio.*

SVſpicari eſt , quum quis timore quodam videtur id aſpicere, de quo dubitat, quaſiq; leuiter opinari: vnde ſuſpicio,quæ eſt ſuſpicandi actus.

Suſpicari montes coagulatos eſt pluritatem deorum eſſe putare : vel hæreticos admirari. pſalm. 67.
Arno.& Hila.ſ.ps.

Suſpicatur opprobrium,qui adhuc erubeſcit de peccato.pſal.118.
Amb ſ.ps.118.ſer.5.

Suſpicari inſidias eſt impiorum:quia qui ſemper dolos agit , ſimpliciter erga ſe agi non exiſtimat.Iob.15.c.
Gre.12.mo.19.

## *Suſpirare.*

SVſpirare eſt ſpiritum ab imo pectore trahere:quod ſolicitudinis aut doloris eſt argumentũ.
Gre.5.mor.4.

Dolor ante cõtemplationem.
Suſpirat antequàm comedat,qui prius gemitibus tribulationis afficitur:& poſtmodũ cõtemplationis refectione ſatiatur. Suſpirat autem qui comedit :quia quos veritatis amor afficit, etiam refectio contemplationis paſcit.Iob.3.d.Sic ſuſpirans comedebat propheta, quum diceret.pſal.41.Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes.

## *Suſtentare, Suſtinere, Tolerare, Sufferre.*

SVſtentare eſt ſæpe aut continue ſuſtinere & manu tenere,& alere,& reficere. Suſtinere autem interdum eſt audire.Iob.21.a. Suſtinete me , & ego loquar. Capere. Gen.36.a. Nec ſuſtinebat eos terra peregrinationis.Conſiſtere.Dani.11.c. Brachia auſtri non ſuſtinebunt. Expectare. Tobi.11.c. Suſtinuit quaſi dimidiam horam. Ferre. Exo.18.c.Solus illud non poteris ſuſtinere. Pati.Leui.15.b. qui huiuſcemodi ſuſtinet paſsionem.Regere.Deut.1.b.Non poſſum ſolus ſuſtinere vos. Separare.Mar.8.a. Iam triduo ſuſtinent me. Tolerare.Iſa.51.d. Et brachium meum ſuſtinebunt.

Patientia Dei.
Suſtinuit Deus peccata Iudæorum , vſque ad necem filij ſui , expectans eorum conuerſionem.Iſa.1.d.
Gloſ.inter.ſ.Iſa.1.

Expectans Chriſtus crediturus.
Suſtinuit Chriſtus opprobrium propter patrem.pſal.68.Hoc eſt,vt obediret patri. Et ſuſtinuit qui ſimul contriſtaretur,quia expectauit crediturus.
Hila.ſ.ps.68. Lyra.ſ.ps.68.

Obtemperare præceptis. Patiẽtem eſſe.
Suſtinent dominum,qui eius obtemperant præceptis : & qui patientes ſunt in aduerſis. pſal. 36. Iſa. 25.d. Dicuntur etiam ſuſtinere præcepta Dei. Exo.18.c. Suſtinent etiam dominũ , qui portant onera proximorum propter legem charitatis.pſalm.129. Suſtinere etiam dominum in ſemita iudiciorum eius. Iſa. 26. b. eſt ſuſtinere patienter labores præceptorum eius, & tribulationum. Suſtinet inſula brachium domini. Iſa.51.b. quando gentes ſuſcipiunt legem Chriſti. Non ſuſtinuerunt autem Iudæi Chriſtum facientem mirabilia : vel per timorẽ, vel per odium. Iſa. 64. a.
Ori.ſ.ps.36.ho.1. Aug.& Greg.ſ.ps.139. Hier.ſ.Iſa.64.

Cõuerſio gẽtilium. Pœnitentia.
Suſtinentes turbæ Chriſtum triduo. Matth. 15. d. ſunt gentiles venientes ad baptiſmum cum fide filij Dei, & paſsionis, & reſurrectionis : aut ieiunantes triduo paſsionis. Vel turba triduo dominum ſuſtinet, quando multitudo fidelium peccata,quæ perpetrauit,per pœnitentiam declinans ad Deum ſe in opere,loquutione,atq; cogitatione conuertit.
Hila.ſ.Mat.cano.15 Gre.ſ.Eze.ho 21.

Suſtentantes Aaron & Hur manus Moſis.Exo.17.d. deſignarunt Chriſtum per gratiam ſpiritus ſancti facientem legem leuem. Vel deſignant rationem & lucem veritatis firmantes opera ſapientis.
Beda.ſ.Exo.17. Philo.2.de allego. Gre. Nyſſe. de vita Moſis.

ſapientis. Deſignat etiam ſacerdotium nouæ legis cum gratia ſpirituſſancti eleuans legem ad ſenſus ſpirituales.

Hiero.ſ.Iſa.5.
Suſtentans Ioſeph Aegyptios vno anno pro commutatione pecorum. Gen.47,d. deſignat Chriſtum ſuſtentantem eos, qui ſubijciunt aut relinquunt appetitus. Suſtentans etiam candelabrum luminaria, eſt Chriſtus ſuſtentans fideles. Exo.35.a. Suſtentare autē verbo laſſum in via dñi eſt Chriſti, qui ſuſtentat docendo, & intus roborando. Iſa.50.b. Laſsitudo autē corporis, vt aiunt medici, morbi imminentis: animæ vero laſsitudo defectionis præſagium eſt.
Chriſtus ſuſtentans fideles.

Hiero.ſ.Iſa.51.
Suſtentantes Hieruſalem erant prophetæ & apoſtoli: vnde poſt vltimam deſtructionem nō eſt, qui ſuſtentet eam: quia relicta eſt ab apoſtolis & prophetis. Iſa.51.f.
Prophetæ & apoſtoli.

Suſtinens ſolus Moſes negotium regiminis populi. Exo.18.c. deſignat conantē vltra vires.
Conatus vltra vires

Hiero.ſ.Eze.36.
Suſtinere dicuntur confuſionem gentium fideles: quando ab eis perſecutionem patiuntur. Ezech.36.b.
Pati perſecutionem

Glo.inte.ſ.Iere.49. Hier.ſ.Ioel.2. Glo.inter.ſ.pſ.147.
Non poſſe ſuſtinere Deum, aut iniquitates dicitur, qui opprimitur à Deo puniente. Iere.49. d. 50. g. Quis ſuſtinebit me? nemo poteſt mihi reſiſtere. Nemo etiam poterit ſuſtinere diem domini: quia nemo eſt, qui non Deo præbeat in ſe materiam ſæuiendi. Ioel.2.c. Suſtinere quoq; ante faciem frigoris dicitur, qui ſuſtinet vim tribulationis, & vitiorum, & obſtinationis. pſal 147. Iob.2.c.6.d.

Hiero.ſ.Iere.31.
Suſtinere dicitur opprobrium adoleſcentiæ: qui erubeſcit de peccatis adoleſcētię. Iere.31. d.
Pudor de peccatis.

Non ſuſtinens ferre Ieremias ſilentium prædicationis verbi Dei. Iere.20.c. zelum boni prędicatoris indicat.
Zelus prædicatoris

Glo.ord.ſ. Leui.15.
Suſtinere paſsionem ſeminis. Leui.15.b. eſt habere vitium loquacitatis: & docendi errores.
Loquacitas.

Gre.17.mor.10.
Suſtentare brachium Dei dicuntur, qui de ſenſu ſuo alta ſapientes, eſſe humiliter Dei adiutores nolunt: quia dum ſe Deo vtiles eſſe æſtimant, à fructu ſe vtilitatis alienant: vnde ex hac ſuſtentatione reprehenduntur. Iob.26.a.
Superbi doctores.

### *Suſtollere, uide Auferre.*

### *Suſurrare, Suſurro, uide Murmurare.*

### *Sycomorus.*

SYcomorus eſt arbor mediam inter morum & ficum ſimilitudinem habens, quę & ſycaminus dicitur: de qua Hieronymus. Quidā ita ediſſerūt, vt ſycamina velint appellari genus arborū, quæ Paleſtinæ naſcunt in cāpeſtribus: & agreſtes afferūt ficus, quę ſi nō vellicētur, amariſſimas cariculas faciunt, & à culicibus corrūpuntur. Nobis autē (quia ſolitudo, in qua morabatur Amos, nullam huiuſmodi gignit arborem) magis videtur rubos dicere, qui afferunt mora, ac paſtorum famem & penuriam conſolantur. Amos.7.d. Verum illa, in quā aſcendit Zachęus, arbor erat non rubus.
Hiero.ſ.Amos.7.

Amb.ſ.Luc.9. Hiero.epis. Si cūcta corporis membra. Aug.d ver.apoſtol. ſer.8. Gre 28.mor.26. Euch form.ſp ūal.4
Sycomorus, in quam aſcendit Zachæus. Luc. 19.a. vanitatem Iudæorum calcatam à fidelibus ſignificare poteſt: & peccata: quæ calcauit Zachęus ad Chriſtum cōuerſus. Deſignat etiā legem veterem: ſupra quam aſcendit Zachæus, vt videret Chriſtum. Nathanael vero ſub arbore erat, in qua non videbat ipſe Chriſtum, ſed viſus eſt à Chriſto. Ioan.1.f. Deſignat etiā Chriſti crucē, quę à mundanis ſtultitia reputatur: & tamen aſcendentes in eam humiles vident Chriſtum. Admonet etiam ꝙ qui vult videre diuinam ſapientiam, debet deſpecta turba mundana aſcendere ad hoc, vt ſtultus fiat mundo.
Vanitas Iudęorum. Peccata. Lex vetus. Crux Chriſti.

Hiero ſ.Iſa.9.
Sycomoros, hoc eſt, leuem & fragilem appellant hæretici doctrinam eccleſiæ. Iſa.9.b.

### *Sylua uide Nemus.*

### *Symbolum.*

Glo.ord.ſ.Pro.27.
SYmbolum ſignum dici poteſt, & collatio: vnde & ſymbolum pro cœna accipitur, in qua comparanda plures aliquid contulerunt. Pro.23.c. Dantes Symbola conſumentur: vbi poteſt ſumi pro multorum colloquio detractorio.
Detractio.

### *Symphonia.*

Amb.ſ.Luc.13. Hiero.epiſ. Beatitudinis.
SYmphonia eſt vocum conſonantia, & muſicus concentus, qui & harmonia dicitur. Symphonia, quam audiuit frater ſenior. Luc.15.f. concordiam charitatis & virtutū ſignificare poteſt: & etiam eos, qui in laudibus Dei ſunt concordes.
Concordia virtutū & fidelium.

### *Synagoga.*

SYnagoga eſt coadunatio & congregatio: & quandoq; ponitur pro loco vbi congregantur: interdum pro ipſis congregatis.

Aug.ſ.pſ.81.
Synagoga ſæpe ponitur pro populo Iudaico. Exo.34.g. pſal.81.85. Nam eccleſia potius eſt conuocatio, quę eſt hominum, quàm congregatio, quæ etiam eſt pecorum.
Populus Iudaicus.

Baſil.ſ.pſ.7.
Synagoga populorum circundans Chriſtū, eſt vnitas fidelium in eccleſia. pſ.7. Itē Synagoga deorum.
Vnitas fidelium.



deorum. pſalm.81.

### *Syncerus, uide Integer.*

### *Syria, Syrus.*

SYria Hebraicè dicitur Aram: & interpretatur excelſa, vel ſublimis, aut decipiens, vel maledictio eorum. Eſt prouincia latiſsima, multas continens prouincias: ſed peculiariter Aram eſt Armenia & Meſopotamia.

Gentilitas.
Syria gentilitatem ſignificare ſolet. 4.Reg.5.a. pſal.59. Iſa.17.a. Hoſe.12.d. Luc.2.a.
Ori.ſ.Luc.ho.33. Hiero.ſ.Iſa.17.

Sublimes virtute.
Syria etiam & Syrus ſecundum quòd interpretatur ſublimis ſignificare poteſt excelſos & ſublimes virtutibus, qui prius erant infirmi. Amos.9.c.
Hiero.ſ.Amos.9.

Superbia hæreticorum. Scientia ſecularis. Mundus.
Syria vt interpretatur ſublimis ſuperbiam hæreticorum, & ſcientiam ſecularem, & ſapientiam philoſophorum, qui opprobrio habent eccleſiam, ſignificare poteſt. Iſa.7.a.9.b. Ezech. 16.g. Amos.1.c. Et Syrus eſt negotiator Tyri: quia ibi ſuperbi habent locum. Eze.27.e. Et Syrus perſequens Iacob eſt mundus perſequens bonos. Deut.26.b.
Philo.2.allego. Hiero.ſ.Iſa.7.9.&.ſ. Ezec.16.27. &.ſ. Amos.1. Rup.2.ſ.Deut.2.

# Tabeel.

TAbeel, id eſt, bonus Deus: nomen viri. Iſa. 7. b. 1. Eſdr. 4. b. Poteſt ſumi apud Iſaiam pro idolo, aut Deo, cuius idolum colebatur.
Glo.ord.ſ.Iſa.7.

### *Tabernaculum, Tentorium, Pelles, Papilio.*

TAbernaculum eſt tectum caſtrēſe, quod huc illucq; tranſfertur: quod & tentoriū dicitur: & interdū pelles: quia ex pellibus fiebant. Dicitur etiam papilio. Porro tabernaculum interdum dicitur ciuitas. 3.Reg.12.d. Vade in tabernacula tua Iſrael. Domus. Gen.18.a. Feſtinauit Abraham in tabernaculum. Familia. Ioſ.22.a. Ite in tabernacula veſtra. Protectio. pſal.17. In circuitu eius tabernaculum eius. Sepulcrum. Iob. 18.c. Habitent in tabernaculo illius ſocij eius, qui non eſt.

Chriſtus. Sapientia diuina. Humanitas Chriſti Corpus Chriſti.
Tabernaculum Dei, quandoq; dicitur Chriſtus: aut ſapientia diuina: aut humanitas Chriſti: ſeu corpus eius. pſalm.18.45. Et tabernaculum fœderis in medio tribuum Iſrael, & in medio terræ erectum, deſignat Chriſtum: qui naſcens, docens, apparens, morienſq; medium tenet: & etiam regnans in media domo Iacob, verus Iſrael, id eſt, hæres, aut princeps Dei ſedet. Ad hunc igitur verum Dei hæredem & principem, qui mundi principatum crucis tropheo in medio mundi erecto expugnauit, reſpiciunt tribus & familiæ omnes Deo militantes deductę in illum ſacrum duodenarium, tres pro qualibet parte cœli, quarū quibuſlibet (vt Ioannes perhibet) tres patent portæ ad cœleſte regnum. Perquàmpulchrè autem & myſterioſiſsimè tabernaculum illud typicum bipartitum deſcribitur: vt verum tabernaculum ſignificaret biforme: vbi primum reperitur natura humana, & ipſa ſancta nuncupata: quia linita eſt oleo ſancto diuinitatis prę omnibus participibus ſuis, & illuſtrata lumine illius candelabri, quod ait: Ego ſum lux mundi. Ibi etiam reperiuntur panes facierum, hoc perhibente Chriſto, qui ait: Ingredietur, & egredietur, & vtrobiq; paſcua inueniet. Ipſe enim Chriſtus homo eſt verus princeps facierum, per quem introducimur ad faciem diuinitatis. In hæc igitur ſancta omnes ſanctificantes & meditantes intrant ad libitum: quia facilis eſt hominis & operis eius meditatio. In ſancta autem ſanctorum (quæ diuina natura eſt in humana recluſa, vnde proprie expectatur propiciatio & ſalus) ſacerdos magnus, & non vulgaris ingreditur: quia non niſi perfectus, & qui optime ſe Deo conſecrauerit, ad diuina intrat penetralia. Ingreditur vero ſemel in anno, quando ſcilicet renouatus & tranſmutatus in melius, nouos & annuales fructus veluti alter mundus bene cultus decerpit: & hos vtiq; ſemper tanto meliores, quanto magis à domata carne, & pene extincto ſanguine ſegregatur: ideo non ſine ſanguine intrare dicitur, in quo proficiens ſemper expurgatur.
Arno.ſ.pſ.18. Baſi.ſ.pſ.45. Philo.de cōgreſ.&c Ber.ſ.canti.ſer.53. Cyril.4.ſ.Ioan.28. Geor.vene.canti 2. tono 7.cap.22. Gre.Nyſſe. de vita Moſis.

Mundus intelligibilis. Gloria cœleſtis. Cœlum. Eccleſia triumphās.
Tabernaculum interius, quod ſanctum ſanctorum dicebatur, mundū intelligibilē & gloriā cœleſtē ſignificat: & hoc eſt tabernaculum, quod transferri non poteſt. Iſa.33.d. In hoc ſemel introibat pontifex: vt deſignaret vnicum ingreſſum Chriſti in gloriam ſuam. Hebr.9.c. Et tabernaculum factum ab hominibus, eſt eccleſia cœleſtis, vel cœlum: ſeu Hieruſalem cœleſtis, quæ & tabernaculum teſtimonij dicitur. Exod.35.36.38.40. Leui.1.3.4.6.8.9.12.14.b.15.b.
Hiero.ſ.Iſa.33. Tho.1.2.q.102.ar.4. Ori.ſ.Leui.ho.1.& ſ.Nu.ho.17. Aug.ſ.pſ.83. Iſyc.ſ.Leui.1.4.8.

*Hila.ſ.p̃s.131. Amb.de Iſaac.4. Geo.vene.canti.1. ton.4.cap.32.*

pſal.14.41.60.83.2.Cor.5.a. Et dicitur tabernaculum Dei cum hominibus, id eſt, ex hominibus. Apo.21.a. Et tabernacula, quę fixit dominus, ſunt exemplaria virtutum & gloria cœleſtis. Nu.24.a. Hæc tabernacula faciebat Paulus prædicando: & vnuſquiſq; ſibi tabernaculum facit. Et tabernaculum domus Dauid eſt cœlum, in quo Deus habitat. pſal.131. Leui.1.a.8.b. Et tabernacula paſtorum ſunt loca ſanctorum. Canti.1.c. Tentoria tabernaculi ad quatuor mundi partes ſita, omnes cœleſtes & ſupercœleſtes manſiones repreſentant: Et quamuis multę ſint in vtraq; domo, ad quatuor tamen plagas omnis partitio eorum conſummatur. Sed orientalis & occidentalis per quinquagenarium: auſtralis vero & aquilonaris per centenarium numerum partitur: hinc retributio per centuplum, numerum quidem perfectũ, & inde remiſsio per quinquaginta, numerum remiſsiuum, fit in ſupercœleſti tentorio. Tabernaculum autem Dei vnnm eſt, de quo dicebat propheta. pſal.14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Et iterum. pſal.41. Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis. Quod quia in multas partitum eſt manſiones, Chriſtus plura eſſe dicit, dum ait Luc.16.b. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt quum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Quod tamen vnum eſt omnia complectendo.

*Berna.ſ.cãt. ſer.27. Geor.vene.cauti.1. tono.4.cap.32.* — **Noua lex.**

Tabernaculum quoq; interius legem nouam ſignificarerpoteſt: quæ eſt inchoatio cœleſtis gloriæ. Pelles etiam Salomonis deſignare poſſunt eccleſiam cœleſtem diuerſis virtutibus decoratam. Canti.1.b. Sicut hæc pellis extenditur cœlum. pſal. 30. Tabernaculum quoq; exterius mundum cœleſtem deſignare poteſt, nec iniurię, nec contumeliæ capacem.

*Beda.ſ.gen.12. Chryſ.ſ.gen. ho.29. Hiero.ſ.Amos.9.& ſ.Iſa.16. Amb.ſ.p̃s.118. ſer.2. Aug.16.ciui. Dei.2. &.ſ.p̃s.30.41. Iſyc.ſ.Leuj.8. Gr.Nyſ d̃ vita Moſ. Aug.ſ.p̃s.131.& ſer. 197. Hiero.ſ.Iſa.13.* — **Eccleſia militans.**

Tabernaculum Abrahæ inter Bethel & Hai. Gen.12.c. Eccleſiam militantem ſignificare poteſt. Exo.16.18.26.27.30.33.b.35.40. Leui.8.a.9.g. Eãdem ſignificat tabernaculum Dauid: & tabernaculum Iuda, & tabernaculum Dei. pſalm.14.18.26.28.30.41.45.73. Iſa.4.b.16.b. Eze.37.g. Iere.30.c. Hoſe.12.c. Amos.9.d. Zach.12.c. Apo.15.b. Et tabernacula Sem, vel tabernacula, ſunt eccleſia & fides Iudeorum: vel multæ eccleſiæ. Gen.9.d.25.d. Num.19.c. Et tabernacula paſtorum ſunt regna eccleſiæ. Cant.1.c. Hæc ſunt tabernacula dilatanda. Iſa.54.a. Tentorium quoq; in introitu tabernaculi erat primitiua eccleſia. Exod.27.c.36.d. Tabernaculum Dei Iacob eſt eccleſia militans. pſal.131. Eadem eſt tabernaculum, in quo Dauid poſuit arma Goliath. 1. Reg.17.g. Tentoria; quæ non ponit Arabs in Babylone, ſunt eccleſiæ, aut protectio Chriſti. Iſa.13.d.

*Gre.27.mo.7. Cyril.3.ſ.Ioan.1.& epiſ.39. Ber.ſer.paruo.42. Gre.ſ.canti.1. Ori.ſ.Nu.ho.5 &.ſ. Exo.ho.9.* — **Prędicatores ſancti**

Tentorium, quod in itinere poni ſolet, deſignat prędicatores ſanctos, qui iter facinut Deo. Ideo Iob.36.d. Dicitur Deus extendere nubes quaſi tentorium ſuum. In hoc enim itinere ſanctorum corda ſunt tentoria Dei, quibus quaſi in via quieſcendo tegitur, dum per hæc ad mentes hominum veniens agit, quę diſpoſuit, & non videtur. Tabernaculum habet tectum, ſed fundamento caret, & portabile eſt: quia iuſti in præſentibus non ſunt fundati: ſed inquirunt ciuitatem de ſurſum fundamenta habentem. Fides etiam eorum quæ eſt fundamentum, non eſt in terrenis, ſed in domino. Tectum habent, id eſt munimentum gratiæ & protectionem. Tentoria etiam atrij ſunt prædicatores carnem affligentes. Exod.27.b.35. Et pelles Salomonis ſunt ſancti, qui ad imitationem Chriſti ſe mortificant. Canti.1.b. Num.4.a.

*Tho.1.2.q.102.ar.4. Philo. de gigãt &.2 allegor. Hila.ſ.p̃s.51. Amb.4. d̃ ſacramẽt. 1. Ricar.de.ſ.victo 4. de arca myſti.23.* — **Secretũ cõtẽplationis.** **Monaſterium.**

Tabernaculum in lege veteri erat locus determinatus ad orandum: vt homines magis reuererentur Deum, & maiorem perciperent Dei & humanitatis Chriſti notitiam. Tabernaculum etiam, in quo audiebat Moſes diuina reſponſa. Exod.33.b. contemplationis & orationis ſecretum deſignat: ideo erat extra caſtra, hoc eſt, in contemplatione ſupra ſenſibilia. Et dicitur tabernaculum teſtimonij, deſignans ſapientiam, quæ teſtimonium habet à Deo. Et tabernaculum fœderis: quia ibi eſt fœdus cum Deo. De hoc tabernaculo euellit Deus peccatorem. pſalm.51. Tabernaculum etiam interius dici poteſt monaſterium: & ſecretior ac ſublimior contemplatio diuinorum, quæ reuelat Deus: ſicut exterius eſt communis contemplatio: ideo ſacerdos in interius intrat ornatus, & cum odore aromatum. Et tabernaculum Saræ, in quod introduxit Iſaac Rebeccam, eſt quies contemplationis. Gen.24.g.

*Aug.16 ciui.Dei.2. &.ſ.p̃s.77. Gre.27.mo.8. Hiero.ſ.Iere.10. & ſ.Iob.39. Aug.ſ.p̃s.86.* — **Synagoga.** **Templum.**

Tabernaculum in quo nudatus eſt Noe, ſynagogam ſignificat, in qua nudatus eſt Chriſtus. Geneſ.9.c.33.d. Exod.25.a.26. pſalm.68. Et tabernaculum Saræ, in quod introducta eſt Rebecca, eſt cultus ſynagogæ. Gene.24.g. Et tabernaculum, quod fecit Moſes, deſignat ſynagogam: vt templum Salomonis eccleſiam. In vnius enim populi cultu tunc dominus inter homines latuit, quaſi in tentorio. Tabernaculum etiam Ioſeph, & Silo, quod repulit Deus, eſt populus vetus, ſeu ſynagoga. pſal.77. Tabernaculum etiam Hieruſalem vaſtatum, eſt templum: vel domus eius deſtructæ, perinde ac ſi eſſent tabernacula. Iere.10.d. Thre.2.d. Tabernacula onagri, ſignificant Iudæam deſertam. Iob.39.a. Et tabernacula Iacob ſunt ipſe populus Iudæorum. pſal.86.

*Ori.ſ.Leui.ho.16. Hila.ſ.p̃s.131. Gre.10.mo.16.&.16 mor.8.&.19.mo.10.* — **Mentes electorũ.**

Tabernacula interdum ſignificant mentes electorum: & tabernaculum eſt mens aut cor: ſicut tabernaculum Abrahæ. Geneſ.18.a. Exod.26.a. Iob.11.c.18.c.19.b.22.d.29.a.36.d.39.a. Leuitic.14.a.15.d.16.c.26. pſalm.77.105.131. Thre.2.b. Hebræ.9.a. Et tabernacula





*Iſych ſ.Leui 15.16. Ricar. de.ſ. victo.5. de arca myſt.8.*

fiduciæ ſunt mentes in Chriſto fiduciam habentes. Iſaiæ.32.d. Tentoria etiam atrij ſunt inchoantes vitam in Chriſto: qui debent incipere à carnis maceratione, quæ per byſſum retortam deſignatur. Exodi.27.b.35.a.

*Gre.ſ.1.reg.1.*

Tabernaculum Dei dicitur eſſe in circuitu eius. p̃s.17. quia quos per ſublimia dona eleuat, eis ſuæ maieſtatis gloriam etiam manifeſtat.

**Stabulum Chr̃i.** — *Arno.ſ.p̃s.131.*

Tabernaculum quod inuenit Dauid dño. p̃s.131. dici poteſt ſtabulũ, in quo natus eſt Chr̃s.

**Natura humana. Corpus humanum.** — *Chry.ſ.Ioan.ho.10. Baſi.ſ.p̃s.14.28. Amb.ſ.p̃s.118.ſer.14 Gre.5.mor.26.&.6. mor.23.&.15.mo.14 Ber.ſer.10.ſ.q habit. &.ſ.cant.ſer.26. Baſi.ſ.p̃s.48.*

Tabernaculum Dauid, quod cecidit, dici poteſt natura humana: quod tabernaculum ſuſcitauit Chriſtus, quando naturam humanam aſſumpſit. Amos.9.c. Significat etiam tabernaculũ corpus humanum. p̃s.14.90.2. Cori.5.a. Et tabernaculum iuſti habet pacem. Iob.5.d. quia eius corpus, quod à mente inhabitatur, à peruerſis deſideriorum motibus prius inquietatum, poſtea ſub iuſtitiæ diſpoſitione refrænatur. Et iniquus affligetur in tabernaculo ſuo, quãdo punietur in corpore. Iob.10.b.15.d.20.d.22.d. Exo.33.b. Et tabernacula cedar ſunt corpora humana. Cãticorũ.1.b. Tabernacula in progeniem & progeniẽ ſunt in malis corpora in hac vita & futura. Pſalm.48.

**Tempus huius vitæ** — *Tho 1.2.q.102. ar.4 Ori.ſ.gen.ho.14. Hie.ſ.Iſa.38. Gre.30.mor.25.*

Tabernaculum quandoq; ſignificat tempus huius vitæ: ideo erat mutabile. Gen.12.13.16.d.18.a. Et tabernaculum Iſaac temporalem habitationem ſignificat. Gene.26.e. Et tabernaculum paſtorum parum durans eſt vita præſens: quæ & tabernaculum vnius noctis dicitur. Iſaię.24.d.38.c. Iob.39.a. Ad hæc pertinet ſolemnitas tabernaculorum. Zach.14.c.

**Intelligentia naturalis. Hieruſalem. Secreta ſpiritualia. Præcepta. Scientia. Cogitatio.** — *Beda.ſ.gen.18. Glo.int. ſgen.31. Iſych.ſ.Leui.1. Gre.12.mor.27. Ori.prolo.ſ.cant. Baſi.1.p̃s.48.*

Tabernaculum, in cuius oſtio apparet dominus, eſt intelligentia naturalis. Gene.18.a. Item Hieruſalem, vbi pro tempore apoſtoli fuerunt: vbi primo dominus à credentibus exceptus eſt. Tentoria etiam ſunt ſecreta ſpiritualia. Exo.33.b.35.b. Tabernaculum itidem ſunt ipſa præcepta: & tabernaculum in monte eſt voluntas in præceptis. Gene.31.d. Ibi Laban.i. diabolus perſequens Chriſtum, figit tabernaculum, qui ait: Sedebo in monte teſtamenti: nẽpe vt impediat prę ceptorum obſeruationem. Tabernaculum etiam teſtimonij dici poteſt ſcientia, in qua cogitationes habitant, quæ teſtimonium pro nobis, aut contra nos ſunt redditur æ. Leui.1.a. Tabernaculum quoq; dicitur ipſa cogitatio, in qua mens habitat, ſicut corpus in tabernaculo. Sed ignis tabernacula deuorat, quum æſtus auaritiæ cogitationes deuaſtat. Iob.15.d. In tabernaculis habitabant Abraham, Iſaac, & Iacob: quia ſcientiæ per eos deſignatæ docent contemnere inferiora, vt ad ſuperiora conſcendamus.

**Virgo Maria.** — *Hie.ſ.p̃s.17.*

Tabernaculum, quod ſanctificauit altiſsimus. p̃s.35. eſt beata virgo Maria. In hoc tabernaculo latuit Chriſtus. p̃s.17.

**Lex vetus.** — *Iſych.ſ.Leui.1. Hie.ſ.Iſa.22. Gre.3.mor.11.*

Tabernaculum teſtimonij erat lex, imagines continens ſequentium myſteriorum: ideo erat mutabile: quia lex vetus tranſlata eſt in nouam. Leuit.1.a. Et tabernacula Iacob ſunt vmbra legis: & ipſa legis lectio. p̃s.86. Iſa.22.d. Et ſub pellibus eſt arca. 2. Regum.17.a. quum Iudæi carnaliter intelligunt & obſeruant legem.

**Myſteria. Cognitio myſteriorum.** — *Phil.3.de vit Moſis Iſych.ſ.Leui.14.26. Ori.ſ.Mat.ho.17.*

Tabernaculum, quod oſtendet Deus, myſteria noui teſtamenti ſignificare poteſt. Exo.25.a. Hebrę.8.a. Et tabernaculũ leproſi eſt adeptio myſteriorũ. Leui.14.a. Et Iacob habitãs in tabernaculis eſt vacãs ſp̃ualibus. Gen.25.d. Et tabernaculũ interius ſunt res intelligibiles. Hoc tabernaculũ poſuit Deus in medio nr̃i. Leui.26.b. Tabernacula etiã filiorũ Iſrael cognitionẽ myſteriorum ſignificant: ita vt ex ipſis ad alia potiora deueniamus. Exo.33.b. num.24.a. Iere.9.f.

**Mundus ſenſibilis. Dedicatio ecclẽarũ.** — *Phil.3.d̃ vita Moſis Hie.de veſte ſacerd. Tho.1.2.q.102.ar.4 Iſych.ſ.Leui.23. Rup.1.Zach.14.*

Tabernaculũ teſtimonij mundũ hunc ſignificare poteſt: qui eſt tabernaculũ ambulatoriũ, & peregrinis aptum. Peculiarius aũt ipſum deſignat tabernaculum exterius, quod ſanctum dicebatur: in ipſum ingrediuntur ſacerdotes: quia penetrãt rationes naturales. Exo.35.36.38. Tabernaculorũ feſtiuitas celebratur ab his, qui celebrant dedicationes eccleſiarũ. Zach.14.d.

**Gentilitas.** — *Baſi.1.p̃s.59.*

Tabernacula quandoq; ſignificare poſſunt gentilitatem. Pſalm.59. Conuallem tabernaculorum metibor.

**Statꝰ imperfectorũ** — *Gre.ſ.1.reg.13.*

Tabernaculum vniuſcuiuſq;, ſtatum imperfectorum deſignare poteſt. 1. Regũ.13.a. Remiſit vnumquẽq; in tabernacula ſua.

**Pœnitentia.** — *Hie.ſ.Hoſe.12.*

Tabernacula interdum ſignificant pœnitentiam: & ſedet in tabernaculis, qui pœnitentiam agit. Hoſe.12.c.

**Ioannes Baptiſta. Initia virtutũ. Proficientes. Vnitas charitatis.** — *Glo.or.ſ.Exo.26.27 Glo.int.ſ.Exo.26.*

Tentorium in introitu tabernaculi. Exodi.26.g.27.c.31.b.40.d. Deſignare poteſt Ioannem Baptiſtam in initio eccleſiæ: vel initia virtutum: vel decus primitiuæ eccleſiæ: vel proficientes in varijs coloribus ipſius tentorij deſignatos. Tentoria quoq; tabernaculi vnius menſuræ. Exo.26.a. Indicant vnitatem charitatis in omnibus virtutibus.

**Priuilegia iudæorũ** — *Rup.4.ſ.gen.39.*

Tabernacula Sem, in quibus habitat Iaphet. Gene.9.d. Sunt priuilegia Iudæorũ, quę apoſtolus his verbis enumerat: Quorum eſt, inquit, adoptio filiorũ, & gloria, & teſtamentũ, & legiſlatio, & obſequium, & promiſſa: quorũ patres, ex quibus Chriſtus ſecundũ carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula. In hęc tabernacula admiſſæ ſunt gentes, quæ prius foris erãt.

**Corda iudæorum.** — *Gre.ſ.1 reg.2. Rup.ſ.Haba.3.*

Tabernaculum eius, qui non eſt, eſt amor perfidiæ Antichriſti. Iob.18.c. Et tabernaculum vniuſcuiuſq; Iudęorum, erat cor eorum perfidia plenum. 1. Reg.4.b. Horum corda ſeu animæ ſunt tentoria Aethiopiæ: & pelles terræ Madian. Haba.3.b.

Ori.ſ.cant.ho.1. Aug.doct. chri.a.32 Gre.ſ.cant.1. — Peccata. Mortalitas.

Tabernacula cedar.Cant.1.b.ſunt nigredo peccatorum: tenebræ mortalitatis, ſeu nigredo corruptionis.

Ori.ſ.cant ho.2. Aug.epiſt.48. Hie.ſ.Amos.5. Gre.ſ.canti.1. Ber.ſ.canti.ſer.35. — Varia dogmata. Hæreſes. Bona ſenſibilia.

Tabernacula paſtorum. Cant.1.c.ſignificare poſſunt varia & incerta dogmata doctorum:& etiam hæreſes,in quibus quieſcunt hæretici.Item bona ſenſibilia huius mundi:circa quæ mentes ſæpe euagantur, ipſos ſenſus ſequentes. Et tabernaculum Moloch ſunt errores hæreticorū. Amos.5.g.

Hie.ſ.Haba.3. Aug.18.ciui. Dei.32 — Gentilitas. Mali.

Tentoria Aethiopiæ.Haba.3.b. Deſignare poſſunt gentilitatem.Item eos,qui in hoc ſeculo propter honores & diuitias laborarunt:in quibus habitant dæmones. Iidem ſunt pelles terræ Madian.Tentoria quoq; Madian & Amalec ſunt habitatio dæmonum.Iudi.6.a.7.c.

Gre.8. moral.40.& 14.mora.9. — Fœlicitas malorum. Congregatio impiorum.

Tabernaculum impiorum,quod nō ſubſiſtit,eſt ædificatio terrenæ fœlicitatis: per quam ſu per ſe reprobi caſura multiplicant:vt ſe à præſentis vitæ neceſsitatibus, quaſi ab æſtu & imbribus defendant.Et tamen non ſubſiſtet:quia vitæ præſentis amatores, dum ſtudioſe ſe in præſentibus conſtruunt,repente ad æternam pœnam rapiuntur. Iob.8.d.18.c.ps.82. Deſignant etiam ipſam congregationem impiorum.Iob.12.a. Abundant tabernacula prędonum.

Gre.14.mor.12. — Infernus.

Tabernacula iniqui poſt hanc vitam,ſunt loca pœnarum in inferno.Iob.18.d.

Ori.ſ.Mat.ho.3.

Tabernacula tria petens fieri Petrus, inſinuauit volentē ſeparare legem & prophetas à Chriſto.Matth.17.a.Mar.9.a.Luc.9.d.

Hie.ſ.Dani.11.

Tabernaculum figet Antichriſtus in monte inclyto,hoc eſt,in monte Olineti. Dani.11.g.

Tentoria fixa è regione montis.Exo.19.a.vide figere.

## *Tabes, Tabeſcere, Contabeſcere, Extabeſcere.*

TAbes eſt corruptio & morbus, quo homo ex corruptis humoribus macie cōficitur. Solet poni pro inuidia & liuore.Tabeſcere autem eſt tabe affici,aut longo mœrore.

Glo.int.ſ.ps.118. Rup.ſ.Amos.9. — Dolere de offenſa Dei.

Tabeſcere zelo Dei eſt dolere,quum offenditur Deus.Pſal.118.138. Eſt autem idem cum eo quod alibi dicitur:Zelus domus tuæ comedit me.

Ori.ſ.ps.38.ho.2. Gre.23.mor.28. Gre Nyſſe. de vita Moſis. Hier.ſ. Nahum.2.& ſ.Zachariæ.14. — Pœnitentia.

Tabeſcere ſicut araneam eſt extenuari per pœnitentiam.ps.38.& tabeſcit caro flagellis Dei. Iob.33.c. quum delectatio carnalis extenuatur:& omne,quod fluxum infirmumq; eſt,flagellis atteritur.Et tabeſcens cor,ſeu confractum eſt, quum relicta duricie fit carneum.Nahum.2.c.Et tabeſcit caro perſecutorum Hieruſalem,quum deficiunt carnalia per conuerſationem.Sic tabeſcunt oculi,& lingua.Zacha.14.c.

Ori.ſ.ps.38.ho.2. Aug.ſ.ps.122. — Debilitas hominis.

Tabeſcere etiam ſicut araneam,eſt vacuum relinqui:vt enim aranea nihil habet deſtructa tela:ita peccatores poſt peccata. Eſt etiam eſſe debilem ad tentationes poſt lapſum primi hominis: ſicut aranea facile premitur. Extabeſcere item dicuntur, qui à bene operando ceſſant. Threnor.4.b.

Gre.ſ.1.reg.2. Hie.ſ.Iſa.13.17. Rup.ſ.Amos.9. — Deſertio ſacerdotij veteris & Iudæorū.

Tabeſcens anima Eli.1.Reg.2.g. deſignat ſacerdotes veteres à gratia ſpiritusſancti deſertos. Tabuerunt etiam carnes pingues Iacob,quum Iudæi amiſerunt templum, & legem,prophetas & auxilium Dei.Iſa.17.a.Eze.4.d.Tabeſcere quoq; dicitur anima Eli,quando Iudæi,aut mali prædicatores in inferno exiſtētes vident alios beatos,ſua prędicatione conuerſos.Tabeſcunt etiam,qui ſunt ſibi peccati conſcij.Iſa.13.b.ps.111. Et tabeſcit militia cœlorum, quum confunduntur dæmones.Iſa.34.c.Amos.9.b.

Hie.ſ.Iſa.19.46. — Deſertio idololatriæ.

Contabuit cor Aegypti in medio ſui:quum aliqui ex Aegyptijs cæperunt deteſtari idololatriam,alijs eam defendentibus.Iſa.19.d.Amos.9.b. Contabuerunt quoq; idola,quando relicta ſunt.Iſaiæ.46.a.

Lyra.ſ.Iſa.34. — Iniuſtitia principū.

Tabeſcere dicuntur montes ſanguine.Iſa.34.a.quando faſtigium terrenæ dignitatis repletur iniuſtitia.Vel quando religioſi dolent de perditione peccatorum.

## *Tabula, Tabulatum.*

TAbula eſt,quæ fit ex ligno ſerrato,vel etiam ex alia materia,lōge minorem habens profunditatem,quàm longitudinem & latitudinem.Tabulata autem dicuntur planæ in ædibus ſuperficies tabulis,vel etiam lapidibus conſtratæ.

Ori.ſ.num.ho.10. Tho.1.2.q.102.ar.4 — Sapientia in Deo. Lex in corde.

Tabulæ in arca deſignant ſapientiam in Deo,vel in Chriſto: aut legem in corde,ſeu meditationem legis.Exo.35.b.3.reg.8.b.2.Par.5.c.

Ori.ſ. Roma.3.&.ſ. gene.ho.9. Aug.q.in exo.116. — Lex vetus. Lex noua.

Tabulæ lapideæ, in quibus data eſt lex:priores quidem,quæ confractæ fuerunt,legem veterem ſignificabant, quæ ceſſatura erat: & erant lapideæ ad deſignandam duritiam Iudæorum. Tabulæ vero poſteriores non confractæ, legem nouam adumbrabant: & hæ ſcriptæ fuerunt per manum Moſis: quia in noua lege eſt veteris impletio, cuius litera legitur.Exodi.24.c.31.d.32.d.34.a.2. Cor.3.a. Cum poſterioribus tabulis ſplenduit facies Moſis: quia myſteria legis veteris refulgent in noua.

Gre. Nyſſe. de vita Moſis. — Cor humanum. Chriſtus.

Tabulæ etiā priores deſignant cor humanū cū lege naturali:quę fractæ ſunt peccāte Adam.Sed fecit nouas Moſes,hoc eſt,filius Dei factus homo:quæ etiam ſcriptæ ſunt digito Dei,id eſt,opere ſpiritusſancti.

Aug.q.in exo.116. — Gratia Dei.

Tabulæ quoq; priores deſignant gratiam Dei: quæ franguntur in eis,qui gratiam amittunt. Tabulæ



Opera legis.

Tabulæ vero poſteriores ſunt opera, in quibus gloriabantur Iudæi: ideo manu Moſis ſcribuntur.

Cœlum & terra. Prophetiæ. — Cle.alex.6.ſtrom.

Tabulæ rurſus duę ſcriptę digito Dei, cœlum & terram ſignificare poſſunt: & etiam prophetiam duorum teſtamentorum:quæ ſunt renouatę, vt tollerentur ignorantia & peccatum, quæ ſimul abundabant.

Latitudo cordis. — Hiero.ſ.Haba.2. Beda.ſ.pro.7.

Tabulæ cordis deſignant latitudinem cordis:vbi ſcribenda ſunt diuina.Pro.3.a.7.a.Habac.2.a.2.Cor.3.d.

Prælati. — Rup.4.ſ.Exo.12.

Tabulę tabernaculi.Exo.27.d.pręlatos ſignificare poſſunt:qui neq; curam ſubditorum negligunt propter amorem cœleſtium,neq; contemplationem propter ſubditos.

Cōcordia teſtamentorum. — Glo.ord.ſ.Exo.26.

Tabulæ tabernaculi viginti in latere meridiano, deſignant concordiam veteris ac noui teſtamenti. Sunt autem totidem tabulæ in latere aquilonari:quia Iudęi & gentiles in eadem fide ſaluantur.Exo.26.d.36.c.e.

Elementa. — Geo.venet.canti.1. ton.4.cap.32.

Tabulę etiam tabernaculi elementa ſignificabant: quæ erant vicenę, & octonæ, & ſenæ: qui numeri ſua proportione elementis conueniunt. Aqua enim deſcribitur à Timęo in figura icoſaedra, hoc eſt, ex viginti baſibus: & aer octaedrus, hoc eſt, octo ſuperficierum:terra vero conſtat ex ſex: & ignis ex quatuor. Quę denotabant tabulæ vicenæ, octonæ, ſenę, collocatæ ad quatuor mundi plagas: in quibus eſt proportio ſeſqualtera, dupla ſeſquitertia, quintupla, tripla, ſeſquitertia, dupal ſequalcera:qualis eſt proportio elementorum.

Perfectio operum. Octo beatitudines. Requies æternæ gloriæ. Puritas ſanctorum. — Glo.inter.ſ.Exo.26 Rup.4.ſ.Exo.12. Glo.ord.ſ.Exo.26.

Tabulę ſex in occidente perfectionem operum deſignant: quæ cum duabus tabulis angulorum complent octo beatitudines. Vnde duabus extremis datur idem præmium regni cœlorum: ideo tabulę illę duę deſignant requiem æternę glorię vtrique populo communem.Exo.26.c.36.e. Tabulę etiam octo deauratę puritatem ſanctorum indicant: & ſunt ad occidentalem plagam,propter requiem futurę vitę.

Quinq; ſenſus. — Philo.3.de vita Moſ.

Tabulę quinq; in veſtibulo tabernaculi,quinq; ſenſus ſignificare poſſunt.Exo.26.e.36.e.

Cœlum.

Tabulatum diuidens ſanctuarium interius ab exteriori.3.Reg.6.b.dici poteſt ipſum cœlum, diuidens inter eccleſiam militantem & triumphantem.

Sancti eminentes. Fideles ſimplices. Virgines. Continentes. Coniugati. — Glo.inter.ſ.Exo.26 Rup.3.ſ.Reg.10.

Tabulatum tabernaculi deſignat ſanctos ſtantes in eccleſia exemplo & doctrina eminentes: vt Ioannes Baptiſta & Elias.Exo.26.e.34.e.40.a.3.Reg.6.a. Poſſunt etiam deſignare fideles ſimplices. Et tabulata tria templi ſunt tres gradus in eccleſia: ſupremum virginum quinq; cubitorum: medium continentium ſex cubitorum; infimum coniugatorum ſeptem cubitorum. Ad ſanctos etiam referri poteſt tabulatum altaris.Exo.38.a.

Diuina ptectio. Securitas.

Tabulatum etiam ſupra templum quinq; cubitorum, in eccleſia militanti diuinam protectionem deſignat,ne labamur. In eccleſia vero sriumphanti ſecuritatem, quę habetur etiam in quinq; ſenſibus nihil inordinatum affectantibus.3.Reg.6.a.

Bona naturalia. — Lyra.ſ.Eze.27.

Tabulata nauis Tyri.Eze.27.a. dici poſſunt bona naturalia, de quibus aliqui gloriantur.

Tabulę cedrinæ, Vide Cedrus.

## *Tacere, Conticeſcere, uide Silere,*

## *Tæda.*

Prædicatores Antichriſti. — Gre.33.mor.36.

TAEda eſt arbor è laricum genere,quę liquorem ceu picem ſtillat, abundans ſucco liquidiore:vnde pro facibus deſeruire ſolet.Tæda autem quum accenditur,odorē quidem ſuauem habet,ſed lumen obſcurum. Vnde deſignat prędicatores Antichriſti:qui erunt ſicut tędæ ignis accenſæ:quia ſanctitatis ſibi ſpeciem arrogant:ſed tamen opera iniquitatis exercent.Quaſi blandum quidem eſt,quod redolent, ſed nigrum quod lucent. Olent enim per ſimulationē iuſtitię,ſed obſcurè ardent per nequitię perpetrationem.Iob.41.b.

## *Tædere, Tædium.*

TAEdium eſt angor mentis & animi,quaſi faſtidium:vnde tædere tædio affici.

Hila.ſ.ps.118.

Tædium dici poteſt mortalitas huius vitæ.pſal.118.

Gre.9.mor.19.

Tædet iuſtum viuere:quia & operando vitam non deſinit quærere: & tamen eiuſdem vitæ ſuæ meritum non valet inuenire.Iob.9.c.10.a.

## *Talentum.*

TAlentum eſt pondus centum, aut octoginta, aut ſexaginta minarum, ſecundum varias prouincias.

Perfectio operum. Perfecta redēptio.

Talentū auri in candelabro tabernaculi, deſignare poteſt perfectionem operum in Chriſto & in eccleſia:& perfectam redemptionem à Chriſto factam.Exo.24.d.37.c.

Pręceptum Chriſti. — Gloſ.inte. ſ.Exo.26 Rup.4.ſ.Exod.8.

Talentum etiam precioſum eſt præceptum Chriſti, quo ſalus comparatur,quo vita redimitur:& magna eſt redemptio,quum & precium datur,& pecunia non videtur.

Gradus verbi Dei. — Amb.ſer.78.

Talenta varia diuerſos gradus verbi Dei ſignificare poſſunt: vt primus ſit perfectus ſenſus ſpiritualis:ſecundus aliquantulum exiens à litera:tertius non tranſgrediens literam.Mat.25.b.

Populi ſub lege. Gentiles. — Ori.ſ.Mat.ho.33.

Talenta quinq; populum ſub lege ſignificare poſſunt:duo vero,gentiles:& tunc duplicatur, quum

Gre.ho.9. Hiero.ſ.Mat.12.& epiſ. Beatitudinis.

Infideles ex Iudæis. Quinq; ſenſus. Intellect⁹ & opatio Ratio. Dona Dei.

quum fidei additur operatio. Habens vero vnum talentum deſignat Iudæos infideles. Mat.25. b. Vel talenta quinq; ſunt ſenſus examinati: duo vero intellectus & operatio: vnum autem ſolus intellectus, ſeu ratio, qua homines à beſtijs ſeparamur. Talentum etiam vnum quodlibet donum à Deo acceptum ſignificare poteſt: & habet talentum in ſudario, qui dona Dei delicatè & ocioſè tractat. Eſt autem defoſſum in terra, quum eſt terrenis cogitationibus obſcuratum.

Talenta auri oblati ad vaſa tabernaculi, viginti nouem: & talenta argenti centum: & talenta æris ſeptuaginta duo milia. Exod.38. d. ad diuerſos gradus fideliũ in eccleſia referri poſſunt.

Ori.ſ.Iſa.ho.6.&ſ. Mat.ho.7. Gre.14.mor.27. Ber.ſer.de.ſ. Marti.

Grauitas peccati. Corpus humanum.

Talentum plumbi grauitatem peccati ſignificat: & peculiariter auaritiæ. Zach. 5. c. Matth. 18. c. Deſignat etiam corpus, quod aggrauat animam, propter iniquitatem in ipſo ſedentem.

## *Talpa.*

Hiero.ſ.Iſa.2. Euch.form.ſpũa.5. Iſyc.ſ.Leui.11.

Idola.

TAlpa eſt animal muri ſimile, oculis captum: quod aiunt de terra ſimul & pluuia creari, corrupto luto ex pluuia ſuſcepta: quod Græci ἀσπάλακα vocant. Fodit terram: eſtq; radicibus herbarum infeſtum. Sumi ſolet pro idolis inutilibus: & numeratur inter immunda animalia. Leui.11.e.

## *Talus, Talaris.*

TAlus eſt prope calcaneum, quod extuberat: vnde dicitur talaris veſtis, quæ ad talos pertingit.

Gre.ho.25. Glo.ord.ſ.gen.37.

Cõſummatio operis Cõuerſatio Chriſti.

Talus operis conſummationem ſignificat: & talaris tunica Ioſeph dicit in Chriſto conuerſationem ſine ſuperfluitate peccati, & ſine alicuius virtutis defectu: vel actionem conſummatam.

Hiero.ſ.Eze.47. Gre.22.mor.22. Rup.2.ſ.Eze.35.

Remiſsio culpæ. Prima opera bona. Apoſtoli.

Vſque ad talos aqua. Ezech.47.a. deſignat pertingentem vſque ad remiſsionem culpæ: ſed nondum cum ſecuritate. Vel deſignant tali prima operis noſtri veſtigia, dono ſpiritualis ſapiẽtiæ infuſa. Vel ſignificant apoſtolos primum gratiam Chriſti recipientes.

Gre.Myſſe. de vita Moſis.

Vita vitioſa.

Talaris veſtis effuſa, voluptuoſam & vitioſam viuendi rationem, quæ latiſsimè patet, deſignare poteſt.

## *Tangere, Attingere, Contingere, Attrectare.*

TAngere & contingere dicitur vna res aliam, quando ſimul habent ſuperficies. Tactus autem præcipuè fit manibus: quod attrectare dicitur. Eſt etiam tactus vnus è quinq; ſenſibus omnibus animalibus communis. Tangere autem quandoq; eſt afficere. Exo.11.a. Adhuc vna plaga tangam Aegyptum. Peruenire. Iob.20.a. Et caput eius nubes tetigerit. Tractare. Exo.30.d. Qui tetigerit ea ſanctificabitur. Vexare. pſal.104. Nolite tangere Chriſtos meos.

Ori.ſ.Iere.ho.1. Arno.ſ.pſ.103. Amb.ſ.pſ.118.ſer.12. Hila.ſ.pſ.143. Aug.ſ.pſ.103.143. Gre.1.1.reg.6. Rup.ſ.Amos.9.

Inſpiratio diuina. Auxilium Dei. Caſtigatio & punitio Dei.

Tangere dicitur Deus quando inſpirat, & tangit corda per gratiam: & tãgit manus eius per inſpirationem mouendo & inducendo ad compunctionem. 1.reg.6.b.10.d.pſ.103.134.Canti.5. b.Iere.1.b.Mar.8.c. Tangit etiam præſtando auxilium. Dani.10.d. Tangit præterea caſtigando & puniendo: vt tetigit terram: & montes, hoc eſt, dæmones: quos etiam tetigit Chriſtus, quum eos vicit in carne. Et tangit montes, hoc eſt, ſanctos tactu probatiuo: ſuperbos vero, vt emendentur, aut puniantur. Ezo.11.a.1.Reg.6.c.pſal.103.143.Iob.1.b.2.b.19.c.

Amb.ſ.pſ.118.ſer.3. &.ſ.Luc.7. Hila.ſ. Mat.cano.7. Gre.ſ.Eze.ho.4. Beda.ſ.gen.32. Rup 1.&.7.ſ.Mat.

Incarnatio.

Tangens Chriſtus leproſum deſignauit viſitationem generis humani, quam fecit aſſumpto corpore. Matth.8.a. Et tetigit loculum, quando carnem aſſumpſit. Luc.7.c. Et tetigit Deus os Ieremiæ, quando verbum caro factum eſt: & quando conſtituit prædicatores. Iere.1.b. Et tangens angelus neruum femoris Iacob. Gen.32.f. præfigurauit verbum Dei ex ſemine Iacob incarnandum: vt tactus ille ſit incarnatio.

Gri.ſ.Mat ho.13. Rup.7 ſ.Mat. Ori.ſ.Iſa.ho.4. Hie.epiſ.Et factũ ẽ.

Illuminatio mentis. Sanare opera.

Tangere dicitur oculos Chriſtus quando illuminat mentem. Mat.20.d. Et tangit manum, quando ſanat opera: & adiuuat volentem violentiæ peccati reſiſtere. Mat.8.b. Illos autem tangit, quorum fide tangitur. Tãgit vnus de Seraphim labia calculo. Iſa.6.b. Quum mordet nos ſermo diuinus, atq; exurit, aut quum mentem inſtruit.

Glo.ord.ſ.Leui.4. Rup.1.ſ.Leui.18. Amb.prolo. de ſpũ ſancto. Rup.ſ.Iudi.9.

Paſsio Chriſti. Auxilium Dei.

Tangere cornua altaris holocauſti. Leuiti.4.c.8. g. deſignat Chriſtum tangentem crucem, in qua pro nobis oblatus eſt in holocauſtum. Tangit etiam cornua altaris, qui per crucem & paſsionem Chriſti ſacrificium offert: & qui, priſtina dignitate recuperata, docet iniquos vias Dei. Tangẽs angelus ſacrificium virga. Iudi.6.d. deſignauit tactum Chriſti in paſsione: vnde prodijt ignis ad exurenda peccata. Vel deſignatur poteſtas diuini adiutorij, quæ intentionem noſtram nequaquam deſerit.

Glo.ord.ſ.gen.28.

Chriſtus in cœlo. Merita & cõtemplatio religioſorum & pdicatorum.

Tangens cœlum ſcala, quam vidit Iacob. Gen.28.c. eſt Chriſtus pertingens cœlũ: quia surſum eſt: & corpore ſuo, quod eſt eccleſia, deorſum tangit terram. Tangit etiam religionis ſtatus & prædicatorum cœlum per merita & contemplationem.

Dionyſ. coeleſ.hierar.15.

Cõſtãtia diſcernẽdi

Tactus in angelis dicit conſtantiam illam, & diſcretionem, qua quod vtile, quod noxium ſit, peritè diſcernunt.

Amb.2.de Iacob.7.

Duritia iudæorum. Ablatio concupiſcentiæ.

Tangens angelus neruum femoris Iacob. Gen.32.f. deſignauit duritiam Iudæorum, & ablationem



concupiſcentiæ.

Obedientia Chriſti & aliorum.

Glo.ord.ſ.Leui.8.

Tangens ſacerdos extremum auriculæ mundandi. Leui.8.c.14. c. deſignat perfectam obedientiam Chriſti: & quam debent habere mundandi, aut conſecrandi.

Acquiſitio gloriæ cœleſtis.

Glo.ord.ſ.Exo.16.

Tangere fines terræ Chanaan. Exo.16.g. eſt peruenire ad gloriam cœleſtem: ideo filij Iſrael paſti ſunt manna, quouſq; tangerent fines terræ illius.

Circunciſio.

Beda.ſ.Exod.4.

Tangens Sephora pedes Moſis: vel tangens ſanguis pedes pueri circunciſi. Exo.4.f. ſignificat circunciſionem hominis intus & foris.

Baptiſmus.

Rup.5.ſ.Reg.36.

Tãgens mortuus oſſa Eliſæi. 4.Reg.13.d. Eſt peccator, qui baptizatur, & cõſepelit Chriſto.

Recipere gratiam ſpiritusſancti. Bene operari. Seruare minora præcepta. Credere incarnationem. Credere diuinitatẽ Chriſti.

Hil.1.Mat.cañ.9.13. Amb.ſer.58.&.ſ. Luc.24. Aug.epiſ.59.&.1. de trini.9 & ſer.152. Hiero.1.Mat.14. Gre.20. mo.18. Fulgẽ. ad Traſimũ. 2. Ber.ſer.de 4.modis orandi.

Tangens mulier fimbriam veſtimenti Chriſti. Mat.14.d.Luc.8.f. Eſt recipiens gratiam ſpiritusſancti. Tetigit etiam mulier Chriſtum, quem turbæ premebant, & non tangebãt: quia multi etiam in ſancta eccleſia reprobi veritatem cognoſcendo premunt, quam benè viuendo tãgere negligunt. Tangit etiam fimbriam veſtimenti Chriſti, qui eius præcepta minora ſeruat: & qui pauperibus benefacit: & qui eius incarnationem credit. Porro ſi quæ digna & cõgrua ſunt credamus de Chriſto, tunc tangimus Chriſtum: quiſquis autem Dei filium ſecundum diuinam naturam æqualẽ patri non credit, nondũ illi ad patrem Chriſtus aſcendit. Ideo non tangebat Maria. Ioan.20.d. quia nõ plenè Chriſtum Deum credebat: non tangebat: quia Chriſtũ quærebat in terra. Noluit autẽ Chriſtus tangi: quia in eius corpore videbatur illa finẽ conſtituere.

Credere in Chriſtũ Diſcutere myſteria. Imitari bene operantes.

Ori.ſ.Leui.ho.4. Iſyc.ſ.Leui.30. Rup.1.ſ.Leui.30.

Tangere ſacrificia eſt credere & ſperare in Chriſtum, ipſumq; amare. Leui.6.c. Eſt etiam diſcutere myſteria, ſed leuiter, & non curioſè: ideo ipſo tactu ſanctificantur. Eſt præterea imitari bene operantes.

Exercere opera pœnitentiæ.

Iſyc.ſ.Leui.6. Gre.7.mo.7.

Tangere autem hoſtiam pro peccato eſt exercere opera pœnitentiæ. Leui.6.d. Quod prius tangere nolebat, hoc præ anguſtia comedit, qui deſideria ſua vix capiens, & ipſas quas dudum timuerat, iam pro amore cœleſtis patriæ pœnas amat.

Hiero.ſ.Agge.2.

Tangit caro ſanctificata aut ſummitas veſtimenti, in quo eſt, panem. Agge.2.c. quando myſterijs Chriſti applicatur ſacra doctrina.

Hiero.ſ.Ezec.41.

Non tangunt parietem templi ea, quæ eminebant in templo. Eze.41.b. vt deſignent ſanctos, qui nunc contenti ſunt à longe videre myſteria, ad quæ poſtea peruenient.

Angeli fauentes hominibus. Concordia vtriuſq; teſtamenti.

Tangere dicuntur Cherubim parietes templi. 3.Reg.6.d. quãdo angeli hominibus fauẽt: & tangunt ſe inuicem: quia ſe mutuo diligunt. Duo quoq; teſtamenta ſe tangunt: quia mutua atteſtatione conſentiunt: & tangunt duos parietes, id eſt vtrunq; populum inſtruunt.

Tãctus Iſaac, quo voluit agnoſcere Iacob. Gen.27.d. deſignat experimentum Iudæorum, quod voluerunt ſumere de Chriſto.

Epipha.1.de hæreſ.

Tangere mortuum. Num.19.c. fuit Iudæorum perſequentium Chriſtum: quo contactu facti ſunt immundi.

Lyra.ſ.Leui.12.

Non tangit mulier ſanctum quippiam diebus aliquot poſt partum. Leui.12.b. quia non debet comedere de ſanctificatis.

Peccare. Cõſentire peccanti. Amplecti hæreſes.

Ori.ſ.Leui.ho.3. Rup.1.ſ.Leui.21. Hila.ſ.pſ.118. Aug.q.in Num 33 Hier.ſ.Iſa.52. Iſyc.ſ.Leui.5.7.11.15

Tãgere dicitur immundum, vel occiſum à beſtia, qui peccat, aut peccatorem imitatur, vel cõſentit peccanti: vel amplectitur hæreſes. Leui.5.a.7.b.11.e. Et contingere cadauera immundorum eſt exercere prauas actiones, & ſtudio peccare. Leui.11.a. Tangit etiam caro immundum, quando virtutis opus fit ob aliquod vitium. Tangere quoq; morticinum eſt aſſociari malis, aut viuere in mortali corpore. Tangere autem morticinum licebat ad curandum. Num.19.c. Tangit etiam morticinum, qui ex induſtria peccat. Et tangit lectum menſtruatæ, qui conſentit idololatriæ. Leui.15.d. Tangit præterea pollutum, qui legem veterem ſeruat, prædicato euangelio: aut conuerſatur cum Iudæis. Iſa.52.d.

Gloſ.inter.ſ.Iere.4

Tangit cor malitia, quum recipitur in corde, ſicut venenum, vt occidat. Iere.4.d.

Varietas peccatorũ

Glo.ord.ſ.Eccle.1. Ori.ſ.Ioſ.ho.9. Hiero.ſ.Hoſe.4. Gre.13.mo.10. Rup ſ Hoſe.4. Iſyc.1.Leui.15.

Tangere mulierem eſt cum ea concubere: & peccatum opere perpetrare. Gen.20.a. Et tangere picem eſt carnalia contingere: vel cum ſuperbis aut alijs peruerſis conuerſari. Eccl'i.13. a. Tangit ferrum lapides, hoc eſt, ferit quando vitia contingunt mentes. Ioſu.8.f. Tangit ſanguis ſanguinem, quum peccatum impellit ad peccatum, vel accumulatur peccato: vel quum quis accedit ad proximam ſanguinis. Tangit lectum ſeminiflui, aut etiam carnem, qui fouet alterum in malo: & qui particeps eſt iniquorum verborum diſcipulorum hæretici. Leui.15.a. Idem eſt tangere menſtruatam, vel veſtimentum eius. Leui.15.

Documenta hæreticorum.

Iſyc.ſ.Leui 15. Ori.1 Leui ho.5. Hiero.1.Iere.12. Glo.inter.1.Mich.1.

Tangit ſeminifluus aliquẽ aut aliquod vas. Leui.15.b. quum immundus ſe immiſcet mundis: aut communicat ſuam doctrinam & conuerſationem alijs. Et tangit immundus ſacrificiũ, quũ hæreticus miſcet hæreſes veritati. Et tangunt vicini hæreditatem domini. Iere.12.d. quãdo hæretici affligunt eccleſiam. Tangit plaga Samariæ portas Hieruſalem. Mic.1.c. quando fideles audiunt doctrinam hæreticorum.

Promotio indigni.

Gre.ſ 1.Reg.2.&.6. moi.27. Theophi.Alex.1.pa

Tangit montem aut fines eius, qui indignus ad ſacerdotium promouetur. Exod.19.b. Item quando mens irrationabilibus deſiderijs ſubdita, ad contemplationis ſe alta erigit. Item quum hæreticus tractat diuina.

Verſare literã legis.

Hiero.ſ.Iſa.59.

Attrectant Iudæi parietem, quando verſant literam legis, non intellectis myſterijs. Iſa.59.c.

Tangere

Hiero.ſ.Zach.2. — Moleſtare.

Tangere pro moleſtare : & qui tangit Iſrael, tangit pupillam oculi Dei:vt deſignetur fideles maxime coniunctos eſſe Deo.Zach.2.c.Iob.5.c.

Gre.15.mo.2.

Tangit nubes caput hypocritæ,quando pars principalis, videlicet intellectus illius,ſanctorum præcedentium coæquari meritis creditur.Iob.20.a.

Gre.5.mor.10.

Tangens Oza arcam domini,eſt inferior reprehendens ſuperiorem.2.Reg.6.b.

## *Tanis.*

Hiero.ſ.Iſa. 19. &.ſ. Eze.30. — Doctrina hæreticorum.

TAnis,id eſt,mādatum humile:ciuitas Aegypti,vbi regia ſedes erat.Hebraicè dicitur Soam, & interpretatur mouens vel motio : & deſignat doctrinam hæreticorum mergentē ad inferos.Iſa.19.b.30.a.Eze.30.

Aug.ſ.pſ.77.

Campus Taneos deſignat planitiem mandati humilis:vbi facit Deus mirabilia in his, qui in hac vita exercentur.pſal.77.

## *Tapes.*

TApes eſt tegmen varijs coloribus depictum,quo parietes & pauimenta ſternuntur.

Hiero.ſ.Eze.27. Beda ſ.Pro.7.

Tapetia Dadan,quę feruntur ad Tyrum,ſermonum pulchritudinem deſignant.Eze.27.d.Hęc ſunt tapetia ex Aegypto,quibus meretrix,hoc eſt,hæretici ornant lectum.Pro.7.c.

## *Taphnes.*

Hiero.ſ.Ezeſ30.

THaphnes,id eſt,occulta tentatio, vel fuga , aut coopertum vexillum:vxor Pharaonis regis Aegypti.3.Reg.11.d. Eſt & ciuitas Aegypti,deſignans hæreticorum,aut dæmonum locū. Iere.2.d. Datur & Taphne,id eſt, ſedentes ori.Eze.30.c. vbi legendum aiunt aliqui,Tanis.

## *Tardare, Tardus, Mora, Morari.*

TArdare eſt moram facere:mora autem eſt expectatio,aut temporis dilatio:tardus autē,qui nimium moratur.

Ori.ſ.Mat.ho.32. Hila.ſ.Mat.cano.27 Aug.83.q.59.& epiſ.110.cap.34. Gre.ho.12. — Expectans Chriſtus pænitentiam.

Moram dicitur facere ſpōſus , quando Chriſtus nō tam cito venit ad cōſummationem vitæ credentium:& quia non venit, quando ſperatur,ſed quando non ſperatur: & quia dat tempus pœnitentiæ:& quia prolongat diem iudicij.Mat.25.a. Idem dicebatur non tardare:quia certus erat aduentus eius.Haba.2.a.

Glo.inte.ſ.exo.12.

Moram in Aegypto facere eſt cōdire mūdana dogmata ſapore euāgelicę doctrinę.Exo.12.f.

Longa mora in cōtemplatione.

Mora Moſis in monte. Exo.32.a. deſignat longam vacationem pręlati in contemplatione: quæ aliquando nocet ſubditis.

Glo.ord.ſ.exo.4. — Balbucies circa diuina. Tarditas legis.

Tarda lingua Moſis.Exo.4.c.deſignat nos balbos eſſe ad diuina:item tarditatem & ruditatem legis veteris comparatæ doctrinæ Chriſti.

Glo.inter.ſ.Exo. 22 — Auaritia.

Tardare reddere primitias.Exo.22.d. eſt non eſſe hilarem datorem eleemoſynarum.

Non opearai verbū Dei.

Morari dicitur opus mercenarij apud aliquē vſq; mane,Leui.19.c. quando audiens verbum Dei non reddit prædicatori fructum operis:ſed ſine fructu venit ad iudicium.

Iſyc.ſ.Leui.19. — Pertinacia Iudęorū

Mora Eſau in venatione, propterquam perdidit benedictionem. Gen.27.a. deſignat pertinaciam Iudæorum in infidelitate.

## *Taurus, uide Bos.*

## *Tectum, Tegula.*

TEctum eſt faſtigium ædificij,quod domum tegit. Tegulæ autē ſunt,quibus excipitur aqua in tecto,ne in domum defluat.

Glo.ord.ſ.Exo.26. Gre.ſ.Eze.ho.17. — Deus. Eccleſia. Secreta ſcripturarū

Tectum tabernaculi dici poteſt Deus,qui tegit eccleſiam,vel deſigāt eccleſiam,intra quam protegimur. Itē ſecreta ſcripturarū.Exo.26.d.36.b.39.f.40.b. Solum autem tectum erat opertum pellibus rubricatis & hyacinthinis:vt deſignetur ꝓpter Deum omnia mundana eſſe cōtēnēda. Tectū etiā portæ tēpli.Eze.40.b.deſignat ea, quæ nōdū intelligimus de ſacra ſcriptura.

Ori.ſ.Nu.ho.17.& ſ Ioſu.ho.3. Amb.ſ.Luc.17. Aug.epiſ.80. Glo ord.ſ.Mat. 24. Ori.ſ.Mat.ho.29. — Faſtigium animæ. Status perfectionis. Cœlum. Veritas.

Tectū dici poteſt ſublime mētis officium,animęq; faſtigiū: quo nuda corporis operitur infirmitas.In hoc tecto latuerunt exploratores in domo Rahab.Ioſu.2.a.Per hoc tectū demiſſus eſt Paralyticus.Mar.2.a. Poteſt ſumi ꝓ ſtatu perfectionis:vbi apparet gloria domini. Nu.14.b. Mat.24.b.Luc.17.f. Tectum etiam, à quo non eſt deſcendendū, eſt cœlum,vt ſit in tecto qui habet cōuerſationem cœleſtē.Mat.24.b.Mar.13.b. Tectum præterea dici poteſt faſtigiū veritatis.Eze.40.b. Ab hoc tecto non eſt deſcendendum:quia non eſt recedendum à veritate.

Glo.ord.ſ.Iere.30. — Apoſtoli.

Tecta tabernaculorum Iacob,dici poſſunt apoſtoli,qui tenent faſtigium eccleſiæ , eamque protegunt.Iere.30.c.

Ori.in diuer.ho.5. Aug.pſ.101. — Corpus humanum.

Tectum centurionis.Matth.8.b.ſignificare poteſt corpus humanum. Sunt autem ſub tecto, qui ſeruiunt carni:ſupra tectum vero,qui dominantur carni:vt paſſer ſolitarius in tecto, eſt prędicator imperans carni.pſal.101.

Amb.ſ.Luc.5.

Tectum vel tegulæ deſignare poſſunt ſubleuationem peccatoris. Luc.5.d.

Amb.de Noe.20. — Finis mundi. Voluptas.

Tectum arcæ apertum Gen.28.c. finē mundi deſignare poteſt:& etiā voluptatē,quę abijcit.

Gre.1.Eze.ho.17.

Tectū thalami.Eze.40.b.dicit,quia neſcimus cor ꝓximi:nec quātū ꝓxim⁹ amat à ꝓximo.

Super tecta



Manifeſtatio. — Hil.ſ.Mat.cano.10.

Super tecta prædicare. Matth. 10. b. eſt audacter prædicare. Vbi tectum dicit manifeſtationem.

Hæretici. — Beda.ſ.pro.19.

Tecta iugiter perſtillantia. Pro. 19. b. ſunt hæretici. Tecta enim mundas quidem pluuias accipiunt : ſed ſub tectis in domo ſordidas reddunt : & hæreticus limpidiſsima cœleſtis oraculi verba auditu corporis haurit : at vbi hæc corde polluto attigerit, auditoribus ſuis ſorde mixta miniſtrat.

Defenſores hæreticorum. Superbia. Hæreſes. — Arno.ſ.pſ.128. Hiero.ſ.Iſa.15.22. Aug.ſ.pſ.128.

Tecta malorum ſunt potentatus defendentes hæreticos:& etiam arrogantia,& altitudo ſuperbiæ. Fœnum tectorum ſunt ſuperbi:& varia tecta ſunt diuerſæ hæreſes ſuperborum.pſ.128. Iſa. 15. a. 22.a.

## *Tegere, uide Operire.*

## *Tela.*

TEla eſt,quæ texitur ex filo lini,ſeu cannabis,vel alterius materiæ.

Condemnatio generis humani. Intentio Dei. — Lyra.ſ.Iſa.25.

Tela quam orditus eſt dominus ſuper omnes nationes.Iſa.25.c. eſt condemnatio generis humani in Adam facta. Item proceſſus & intentio ipſius Dei erga ea , quæ facturus eſt.

Doctrina hæreticorum. — Glo.ord.ſ.Iſa.30.

Tela quam ordiuntur ſine ſpiritu Dei.Iſa. 30. a. Eſt doctrina falſa hæreticorum,eorum ingenio adinuenta.

Vita præſens. — Gre.8.mo.11.

Telę comparatur tempus huius carnis.Iob.7.b. quia ſicut tela filis, ſic vita mortalis diebus ſingulis proficit : ſed quo ad augmentum proficit, eo ad inciſionem tendit : quia cum tempora percepta prætereunt, ventura breuiantur : & de vniuerſo vitæ ſpatio eò fiunt pauciora, quæ veniunt, quò plura ſunt,quæ tranſierunt. Tela quippe infra ſupraq; ligata duobus lignis innectitur,vt texatur:ſed quo inferius texta inuoluitur , eo ſuperius texenda deplicatur : & vnde ſe ad augmentū multiplicat, inde fit minus,quod reſtat. Sed quia nec tela ad expreſsionem noſtri temporis ſufficit ( nam eius quoq; feſtinationem vitæ noſtræ velocitas tranſit ) recte dicitur:Dies mei velocius tranſierunt, quam à texente tela ſucciditur. Tela quippe tarditatem ꝓfectus habet:vita autem præſens moram defectus non habet.

Tela aranearum,Vide Aranea.

## *Telonium.*

Cura temporalium. — Glo.ord.ſ.Luc.5.

TElonium menſa publicanorum,vbi vectigal exigitur: vnde Matthæus vocatus eſt à Chriſto.Mat.9.a.Mar.2.b. Luc.5.f. deſignare poteſt curā rerum temporalium & mundanarū.

## *Telum, uide Iacere.*

## *Temerarius, Temeritas, Temere.*

TEmerarius,dicitur,qui nullo adhibito conſilio credit , aut aliquid aggreditur.2.Reg.6.b. Eccl'tœ.5.a. Eccl'i.9.d.Acto.19.g.

## *Temo.*

Crux Chriſti — Chryſ.de verb.Iſa. ho.4.

TEmo nauis eſt inſtrumentum in puppi ipſius nauis,quo nauis regitur & gubernatur in ſuo motu.Poteſt deſignare crucem Chriſti. Non tamen inuenitur in ſacra ſcriptura.

## *Temperare, Temperamentum, Temperatura.*

TEmperare eſt rem ſuo ordine ac menſura adminiſtrare. Temperamentum autem & temperatura dici ſolet mixtura, quæ fit ad colligandos lapides in ædificio.

Gre.25.mo.7.

Temperat dominus potum cum fletu. pſal. 101. quum alios ab exterioribus introrſum trahit:alios vero ab interioribus in exteriora reprobat. Potus enim ab exterioribus interius trahitur:fletus autem ab interioribus exterius emanat.

Temperauit Iſaac dolorem ex morte matris dilectione Rebeccæ : quia amorem ſynagogæ mutauit Chriſtus in amorem eccleſiæ.Gen.24.g.

Firmitas veritatis. — Lyra.ſ.Eze.13.

Temperatura luti.Eze.13.b. deſignat firmitatem veritatis , ſine qua ruit ædificium humanæ mentis.

Glo.inter.ſ.Eze.26

Temperat Nabuchodonoſor vineas & Arietes in muros Tyri: quum diabolus varias diſponit tentationes.Eze.26.b.

## *Tempeſtas, Procella.*

TEmpeſtas eſt aliquando quidem ipſum tempus : ſed peculiariter tempeſtates ſunt , quibus grandines,procellæ,magnaq; vis ventorum,& cætera ſimilia feruntur impetu.

Iudicium. Vis Dei contra diabolum. Prędicatio iudicij. — Hiero.ſ.Iſa.66. Aug.1.q in euāg. 20 Gre.18.mo.11.&.19. mor.6. Rup ſ.pſ.82.

Tempeſtas aliquando dicitur iudicium,& vis Dei contra diabolum:& diuina vindicta:vnde tempeſtas rutilante cœlo erit in iudicio. Mat.16.a. Iob.27.d.36.b.pſal.49.82. Pro.1.c. Iſa. 7.d.29.b.66.e.Iere.23.e.30.d. Thre.5.b.Eze.13.b.Nahum.1.a Procellæ etiam ſonantes.Iob. 28.d.deſignant prædicationem futuri iudicij.

Tentationes. Perſecutiones. Seditiones. — Ori.in diuer.ho.6. Hiero.ſ.Ion.1. Gre.27.mor.20.

Tempeſtas quandoq; ſignificat impetum tentationis. Mat.8.Luc.8.d. Iſa.32.a.38.c.Ion.1.a. Et perſecutiones fidelium,quæ fiunt per infideles & potentes ſeculi:Item ſeditiones.Iob.37.b. pſal.54.

Arno ſ.pſ.106. Aug ſ.pſ.80.

pſal.54.106. Et tempeſtas in abſcondito eſt tribulatio cordis.pſal.80.

Geor vene.ſcanti. 1. ton.6.cap.9. Aug.ſ.pſ.64. — Perſecutio Iudæorũ in Chriſtum.

Tempeſtas etiam fuit perſecutio Iudæorum in Chriſtum, & ipſa paſsio.pſal.54.68. Et propter Ionam,hoc eſt propter Chriſtum orta dicitur eſſe tempeſtas.Ion.1.d.Hoc eſt,voces & tumultus Iudæorum:& perſecutiones ante paſsionem. Rup.ſ.Pro.1.

Arno.ſ.pſ.16. — Status peccati.

Procella interdum ſignificare poteſt ſtatum peccati.pſal.106.Statuit procellam eius in aurã.

## Templum.

Templum eſt domus Deo conſecrata,& ad eius cultum dedicata:quod & ædes dicitur. Aliquando autẽ tabernaculum appellatur templum. Fuit autem in Iudæa ſucceſsiuè triplex tẽplum. Primũ tẽplum Salomonis:deinde templum Eſdræ : tertium templum Herodis magni, qui iuxta Ioſephum erexit templum nouum à fundamentis:cuius ſtructuram oſtendebãt apoſtoli Chriſto dicentes.Mar.13.a.Magiſter aſpice quales lapides,& quales ſtructuræ.

Arno.ſ.pſ.10.64. Hil.ſ.Mat.cano.12. Hier.ſ. Zach.1. Aug.1.q.in euãg.34 — Chriſtus. Humanitas Chriſti. Caro Chriſti.

Templum Dei in primis dicitur Chriſtus,aut eius humanitas,ſeu caro.3.Reg.6.a. pſal.11.17. 64.67.138.Ionæ.2.c.Mat.12.a.Ioan.2.d. Et templum ſanctificans aurum, eſt Chriſtus ſanctificans laudes & orationes,quæ per ipſum offeruntur.Mat.23.b. Geo.ven.cãti. 1. ton.7.cap.33.

Ori ſ.Matt.ho.15.& ſ.Luc.ho 15.18. Hiero.epiſ. Quis dabit.& ad Læta. &.ſ. Haba.2.&.ſ. Zach 1. Aug.ſ.pſ.44. Gre ſ.1.Reg.2. Geor. vene. canti. 1. tono 7.cap.33. — Eccleſia militans.

Templum Dei aliquando dicitur eccleſia. pſal.10.17.44.47.64.67.7.8. Iſa.6.a. Iere.30.d. Eze.40.g.43.a.Haba.2.d.Zach.6.c.8.c. Natt.21.b. 2.Theſ.2.d. In hoc templo inuenitur Chriſtus Luc.2.g. Hoc eſt templum,in cuius ædificatione non auditur malleus:in cuius etiam conſtructione concurrunt gentiles ad fidem venientes. 3.Reg.5.a.6.c.9.b. Erat autẽ templũ vnũ: vt vnitas eccleſiæ deſignaretur. Templum etiam eſt totus ordo eccleſiæ : quando videlicet tẽporalia etiam ad contẽplationem æternitatis ordinãtur.1.Reg.2.g. Vt autem tabernaculum ſynagogam,ita templum eccleſiam ſignificat.

Tho.1.2.q.102.ar.4. Gre.ſ.1.Reg.2. Hie.ſ.Ionã.2. — Eccleſia triumphãs.

Templum præterea dicitur cœleſtis patria.1.Reg.2.g.Ion.2.d.Haba.2.d.Mala.3.a. Hoc eſt templum in quo non auditur malleus.3.Reg.6.a. De hoc dicitur : Dominus in templo ſancto ſuo:dominus in cœlo ſedes eius.pſal.10.44.64.67.

Hila.ſ.pſ.64.137. Philo. de nobilitate Arno ſ.pſ.78. Aug epiſ.57.66. — Sancti. Animæ fideles.

Templum Dei ſæpe dicuntur ſancti:& quælibet anima fidelis,in qua Deus per gratiã ſuam & amorem habitare dignatur.1.Reg.2.g.pſal.64.78.137.Iſa.6.a.Eze.40.g.Haba.2.d.1.Mach. 7.e.Matth.21.b.24.a. Ioan.14.c.1. Cor.3.d.6.d. 2.Cor.6.d. Templum autem dans apoſtolus ſpiritui ſancto,oſtendit ipſum eſſe Deum:quia ſolius Dei eſt habere templum.

Gre.1.Reg.2. Ori.ſ.Mat.ho.25. Hier.ſ.Iſa.22. — Sacra ſcriptura. Lectio legis veteris Myſteria.

Templum pręterea Dei eſt ſacra ſcriptura,& ſpiritalis intelligentia ſcripturarum.1.Reg.1.d. 2.g.3.a.Matt.23.b. Et etiam lectio legis veteris.Iſa.22.d. Tẽpli autem menſura eſt legis diſpoſitio.Exo.30.b. Templum quoq; interius ſunt ſecretiora myſteria.Ezec.41.c.

Rup.7.ſ. apoc. — Fides.

Templum apertum eſt fides manifeſtata in mundo: Is etiam,qui confitetur fidem,templum apertum eſt.Apo.12.2.

Amb.ſ Luc.20. — Synagoga.

Templum deſertum à Chriſto eſt ſynagoga:in qua prius habitabat , antequàm in infidelitatem incideret.Luc.20.a.

Gre.ſ.1.Reg.5. Hiero.ſ.Iſa.13.&.ſ. Eze.6. — Templa idolorum. Animę infideles. Habitacula hæreticorum.

Templa etiam dicebantur idolorum:& templũ Dagon eſt anima infidelis idololatriæ ſuperſtitione polluta.1.Reg.5.a.Et delubra voluptatis ſunt dęmonum,aut hæreticorum habitacula. Iſa.13.b.27.c.55.a. Delubra autem montium ſunt , quæ erigunt hæretici contra Dei templum: quæ & phana dicuntur.Eze.6.Hoſe.8.d.Ioel.3.b.

Glo.ord ſ.Iere. — Deus.

Templum domini,templum domini,templum domini,dicentes.Iere.7.a.ſunt, qui de exteriori Dei cultu gloriantur:de interiori minime curam habentes. Et dicunt illud triplicato mẽdacio , qui fidere volebant in templo abſq; opere. Templum autem domini triplicatum dicitur ipſe Deus, propter tres perſonas.Ipſe enim dominus Deus omnipotens eſt templum illius ciuitatis ſupernæ Hieruſalem. Apo.21.g.

## Tempus, Temporalis, Temporaneus.

Tempus eſt interuallum motus cœlorum, quod à nobis dignoſcitur , præcipuè per ſolis & lunę curſum,ac per ſuas partes diuiditur. Tempus autem aliquãdo dicitur ætas. Deut.22. a.Lõgo viuas tempore. Afflictio.pſal.36.In tẽpore malo. Hora.Gen.24.g. Eo tẽpore deambulabat Iſaac.Dies.Leui.15.c. Tẽpore ſanguinis mẽſtrualis. Annus.Nu.24.a.34.c. Ipſe erat eo tẽpore rex Moab.Curſus.pſal.103.Fecit lunam in tempora. Tempus definitum.Gen.21.a.Tempore quo pręd ixerat Deus. Impletio.Gen.25.e.Iam tempus pariendi aduenerat. Interuallum. Exo.9.a. Conſtituitq; dominus tẽpus. Mora.40.a. Gen. Aliquantulũ tẽporis fluxerat.Opportunum.Gen.29.b. Nec eſt tempus vt reducãtur.Status.Deut.32.f. Longo tempore perſeueretis. Terminus.3.Reg.18.e. Illis prophetantibus uenerat tempus.

Oriſ..gen.ho.1. Hila.ſ.pſ.68. Amb.de ſacramẽtis. Hie.&.Aug.ſ.pſ.68. Glo.ord.ſ.Exo.2. Aug.ſ.pſ.101. — Tempus incarnationis & paſsiõis Chriſti.

Tempora diuerſa.Gen.1.b. iuxta variam acceptionem luminarium accipiuntur : ſed inprimis deſignant annũ placabilem Dei:quod tempus dicitur tẽpus beneplaciti Dei:quod eſt tempus incarnationis & paſsionis Chriſti.pſal.68.quod dicitur tẽpus acceptabile.2.Cor.6.a.Secũdum hoc tẽpus deſcẽdebat angelus in piſcinã.Ioan.5.a. quia cũ venit plenitudo tẽporis , miſit Deus filiũ ſuũ. Gala.4.a.Iſa.49.c. Et tẽpus tribulationis Chriſti eſt tẽpus paſsionis eius. Iere. 15.c. Tẽpus multũ,poſt quod mortuus eſt rex Aegypti,Exo.2.d. Eſt tẽporis plenitudo,quãdo

Chriſtus



Gre.ſ.pſ.31.&.12 mor.8. Hiero.ſ. Mic.5.&.ſ. Zach.10.&.ſ.Iob.38

Chriſtus vicit diabolum.Et tẽpus opportunũ,& tẽpus miſerẽdi eſt tẽpus gratiæ,à tempore incarnationis Chriſti.pſal.31.101.144.Tempus etiã,in quo Deus recordat generis humani,eſt tẽpus redẽptionis per Chriſtũ factę. Iob.14.d. Et tẽpus, quo parturiens peperit,erat tempus natiuitatis Chriſti.Mich.5.a.Tẽpus etiã ſerotinũ eſt tẽpus aduentus Chriſti.Zach.10.a.In tempore ſuo produxit Deus Luciferum.Iob.38.d. Quando miſit filium ſuum in plenitudine temporis.

Tempus nouæ legis & conuerſionis gentium. — Hiero.ſ.Mich.5.

Tempus requirendi dominum eſt tempus nouæ legis.Hoſee .10. d.Et tempus in quo parturiens peperit,eſt initium eccleſiæ ex gentibus.Mich.5.a. Et tempora Chriſti ſunt tempora cõuerſionis gentium.Iſa.33.a.

Tempus conuerſionis. — Glo.ord.ſ.Agge.1.

Tempus domus dñi ædificandę eſt,quũ primum cõuerti ad Deum poſſumus.Agge.1.a.Qui tamen negligunt conuerti,dicunt:Nondum venit tempus domus Dei ædificandæ.

Tẽpus pdicationis. — Hiero.ſ.Iſa.9. Gre.30.mo.19. Ori.ſ.Leui.ho.16. Iſyc.ſ.Leui.26.

Tempus primum,primam Chriſti prædicationem deſignare poteſt.Iſa.9.a. Et tempus partus ibicum eſt tempus prædicationis.Iob.39.a.Temporibus autem ſuis dat Deus pluuiã,quum facit prædicari ſic, vt proſit auditoribus.Leui.26.a. Et dicitur temporanea pluuia.Iere.5.f. Et temporaneus imber ſunt fundamenta fidei,& cognitio ex parte. Hoſe.6.a.

Tẽpus remiſsionis. Tẽpus abſcindẽdi ſuperflua.ab intellectu & à lege. Tẽpus cõtẽplatiõis. — Ori.ſ.canti. ho.2.4. Gre.ſ.canti.2. Ber.ſ.canti.ſer.58. Ru.p.ſ.canti.2. Arno.ſ.pſ.31. Glo.inter.ſ.Leui.16 Ricar.de.ſ.victo.de ſecur.cõſcientiæ.35.

Tempus putationis eſt tempus remiſsionis:& tempus abſcindẽdi,ſi quid ſuperfluum & minus vtile fuerit in ſenſibus vel intellectibus. Cantic.2.c. eſt tempus, quo iam ſecuris ad radices arborum poſita eſt:vt mali abſcindantur,& in ignem mittantur. Tempus etiam putationis fuit in aduentu Chriſti,quando amputata ſunt à lege omnia,quę non amplius erant ad literam obſeruanda.Tempus etiam opportunum eſt tempus emendationis. pſal. 31. Tempus ingrediendi ſanctuariũ.Leu.16.a. Eſt tempus vacandi contẽplationi.Ad idem referri poteſt tempus conſecrationis ſacerdotum.Leui.8.g.Tempus etiam ridendi dici poteſt tempus contemplandi diuina:tempus autem flendi, tempus conſiderandi ſeipſum.Eccl'tæ.3.a.

Tẽpus iudicij Aduentus ſpũſſcti. Contemplatio poſt actionem. — Hila.ſ.pſal.1. Aug.ſ.pſ.1. Gre.6.mor.28.

Tempore ſuo dat lignum fructum ſuum.pſal.1.Hoc eſt tempore iudicij: vel poſtquàm clarificatus eſt Chriſtus,miſit ſpiritum ſanctum,& inſtituit eccleſiã. Et tẽpore ſuo infertur aceruus tritici.Iob.5.b. Quum quis poſt opera vitæ actiuæ,ſe tradit contemplationi.

Tẽpus iudicij & punitionis Dei. — Hiero.ſ.Iſa.14. &.ſ. Iere.8. Ori.ſ.pſ.36.ho.3. Hiero.ſ.Ezec.30.

Tempus Babylonis eſt tempus iudicij,& punitionis malorum.Iſa.14.a. Dicitur etiam tempus malũ.pſal.36.Et tẽpus viſitationis.Iere.8.e.10.c. Et tẽpus vultus Dei,quando Chriſtus apparebit,vt iudex.pſal.20.Hoc eſt tempus,quod Chriſtus dicitur accipere.pſal.74.Et tẽpus ſtatutũ.Iob.12.a.Tẽpus etiã furoris Dei eſt tempus iudicij,aut vindictę in malos.Ier.18.d. Hoc tẽpus vocauit Deus aduerſus animam.Thre.1.e.Ezech.7.b. Et tempus Nabuchodonoſor & terræ eius eſt tẽpus deſtructionis Babylonis,aut poteſtatis diaboli.Iere.27.b. Et tempus gentium eſt dies iudicij:qui ad oẽs ſpectat gentes.Eze.30.a.Et dicitur tempus afflictionis. Eccl'tę.12.a.

Perfecta pœnitẽtia — Glo.ord.ſ.Iſa.23.

Tempus regis vnius,& tempus hominis dicuntur eſſe ſeptuaginta anni. Iſa.23.d.Et deſignãt perfectam pœnitentiam.

Hiero ſ.Ecclté.3.

Tempus amandi eſt,vt poſt Deum amemus liberos,uxorem & propinquos. Et tempus odiendi eos eſt in martyrio:quum pro Chriſti confeſsione rigidos pietas oppugnat inimica. Vel certè tempus amandi legem & legalia erat ante aduentum Chriſti : & tempus odiendi ea eſt, euangelij gratia ſuccedente.Eccl'tæ.3.d.

Hiero.ſ.Ecclté.3.

Tempus belli eſt in hac vita,quæ militia eſt ſuper terram : tempus pacis in futura. Eccl'tæ. 3.b.Iob.38.c.

Tempus operandi. — Ori.ſ.Mat.ho.16. 19 Hiero.ſ.Iſa.18. Amb.ſ.pſ.118.ſer. 16

Tempus fructuum vineæ eſt tranſacta pueritia,adoleſcentia,& iuuentute,quando iam adeſt virilitas:vel quum quis iam debuit profectum habere in verbo Dei.Mat.21.d.Vel eſt tẽpus prophetarum:quo tempore vinea Iſrael expectata eſt vt faceret vuas,& fecit ſpinas.Iſa.5.a. Et tempus ficuum eſt tempus operandi in pace. Mar.11.b. Ille autem eſt perfectus, qui etiam tempore tribulationis operatur. Tempus quoque meſsis nouorum eſt tempus laboris.Exo.34.c.Et tempus faciẽdi eſt tempus operandi: & tempus aduentus Chriſti:quod non eſt pręcipiendi:vt tempus legis veteris:ſed operandi.pſal.118.Iſa.49.2.Cor.6.a. Tempus partus Hebræarum. Exod. 1.c.eſt tempus conuerſionis animarum,& bene operandi.

Glo.inter.ſ.Exo.18

Tempore omni iudicantes iudices inſtituti à Moſe. Exod. 18. d. ſunt facientes iuſtitiam in omni tempore.

Glo.inter.ſ.Exo.34

Tempora tria anni,quibus apparere debebat omne maſculinum in conſpectu domini.Exo. 34.c. Erant Ver, AEſtas & Autumnus.

Tẽpus remiſsionis. — Gloſ.ord.ſ gen.50.

Tempus planctus, quod fuit ſeptuaginta dierum. Gen.50.a. deſignat tempus remiſsionis in ſeptenario.

Lõga vita pdicatorum. — Ori.ſ.Mat.ho 33.

Tempus multum ſeruorum patris familias. Matth. 25. b. deſignat longam vitam conceſſam prædicatoribus.

Comminatio Dei.

Tempus conſtitutum ad plagam. Exod. 9.a. 13.b. eſt comminatio facta à Deo ad peccatores,vt excitentur ad pœnitentiam.

Tẽpus pſperitatis & aduerſitatis & aduerſitatis. — Baſi.ſ.pſ.33. Amb.4. Exae.2.

Tempus vtrunq; eſt tempus aduerſitatis & proſperitatis.Exo.13.d. Idem deſignatur , quando dicitur pſal.33. Benedicam dominum in omni tempore. Tempora etiam lunæ ſunt tempora perſecutionis & pacis eccleſiæ.pſal.103.

Tempus

[Hiro ſ.Amos.5. Aug ſ.pſ.36. Gre.10.mor.21&.18. mo 17.] [ꝓſperitas malorū.]

Tempus malum eſt tempus, quo mali præualent aduerſus bonos. Amos. 5.c.Mich.2.b. Et tempus tribulationis eſt, in quo iuſti affliguntur à malis, & confunduntur.pſal.36. Tempora quoq;, quæ non ſunt abſcondita à Deo, ſunt tempora huius ſeculi.Iob.24.a. Poſuit etiā Deus tempus tenebris, hoc eſt, modum iniquis, quo iniqui eſſe deſiſtant.Iob.28.a.

[Hie.ſ Iſa.28.] [Iudæi. Hæretici.]

Temporaneum eſt fructus præcox: & deſignat Iudæos, aut hæreticos: qui deuorati ſunt à diabolo antequàm reſipiſcerent, cum ſuperbirent.Iſa.28.a.

[Hier.ſ.Iere.17.] [Defectus verbi dei]

Tempus ſiccitatis eſt tempus, in quo eſt defectus verbi Dei.Iere.17.b.

[Hier.ſ.Ecclē.7.] [Tempora legis veteris.]

Tempora priora erant tempora legis Moſis: quæ dicit meliora, qui legem præfert euangelio.Eccl'tæ.7.b.

[Hiero.ſ.Ecclē.5.] [Tempora varia.]

Tempus plangendi, hoc eſt, afflictionis eſt in hac vita: tempus ſaltandi, hoc eſt, gaudendi in futura, quantum ad bonos. Tempus amplexandi erat in lege veteri: tempus abſtinendi in noua. Tempus etiam amplexandi ſapientiam in contemplatione: & tempus abſtinendi ab amplexibus eſt in cura corporis occupari.Eccl'tę.3.a

[Hiero.ſ.Dani.7. Aug.ſ.apo.ho.16.] [Tēpus Antichriſti.]

Tempus & tempora & dimidium temporis. Dani.7.g. tres anni cum dimidio ſunt, quibus Antichriſtus affliget ſanctos. Tempus etiam modicum, quo ſoluetur diabolus, eſt tempus Antichriſti.Apo.20.a.

[Gre.31.mo.11.]

Tempus quo ſtruthio erigit alas in altum. Iob.39.c. Eſt opportunitas hypocritæ, qua ſuas cogitationes ſuperbiendo manifeſtat.

[Aug.ſ.pſ.70. Glo.inter.ſ.Leui.13 Ori.ſ.Iere.ho.11. & ſ.Eze.ho.6. Glo.inter.ſ.Leui.15] [Tempus peccati.]

Tempus ſenectutis eſt tempus veteris hominis.pſal.70. Et tempus immunditiæ leproſi eſt tēpus, quo quis in turpitudine peccati exiſtit.Leui.13.f. Tempus etiam malorum eſt tempus peccati.Iere.15.c. Et tempus diuertentium dæmonum. Et tempus Hieruſalem eſt tempus iuuētutis & peccati. Et dicitur tempus amantium: quia dæmones & hæretici animam cupiunt peruertere. Eze.16.a. Tempus etiam iniquitatis extremæ erit, quando refrigeſcet charitas. Eze.35.b. Et tempus menſtruale eſt tempus idololatriæ.Leui.15.d.

Tempora vitæ conſtituta beſtijs erant vſq; ad tempus & tempus.Dani.7.d.

Tempus vernum.Exo.34.Vide Ver.

*Temulentus, uide Ebrius. Tendere, uide Expandere.*

*Tendere, Tentoriū, uide Tabernaculū. Tenebræ, uide Caligo.*

## *Tener.*

Tenerum dicitur, quod eſt molle ac recens.

[Galati.lib.2.cap.1.]

Tenellus dicitur Chriſtus.Pro.4.a. Quia molles carne bene apti ſunt mēte: & ipſe doctus eſt à patre.

[Amb.1.de Abrahā.] [Mūditia vitæ. Res amabilis.]

Teneritudo agni aut vituli ad munditiam vitę refertur: & deſignare poteſt implentem legē: & eum, qui totus cedit in ſinum Dei. Deſignat etiam quicquid in terris amabile eſt, quod eſt Deo offerendum.Gen.18.a.

[Glo.inter.ſ.gen.28.] [Innocentia. Imperfecti. Peccatores.]

Tenerrimi hœdi innocentiam ſignificare poſſunt: & etiam imperfectos: & peccatores ex duobus populis, ſed dociles.Gen.27.a.33.c.

[Ori.ſ.Mat.ho.30. Aug.1.q in euāg.39] [Profectus bonorū]

Teneritudo ramorum ficus. Mat.24.c.deſignat ꝓfectum bonorum operum, qui prius erat abſconditus: vel ipſos homines in ſpiritualibus proficientes.

[Gre.6.mor.10.] [Affluentia deliciarum. Vacatio ab exterioribus.]

Tenera filia Babylonis.Iſa.47.a. deliciarum affluentiam deſignat. Vel tenerā filiā Deus vocat quando dilectā vniuſcuiuſq; animā à laborioſis huius mundi ſeruitijs reuocat: ne dum exterioribus actionibus afficitur, ab internis deſiderijs obduretur. Sed Chaldæorum filia mollis & tenera non vocatur: quia mens prauis deſiderijs dedita in eo, quem anxiè appetit, huius ſeculi labore relinquitur: vt foris mūdo velut ancilla ſeruiat, quæ intus Deum vt filia nequaq̄ amat.

## *Tenere.*

Tenere eſt apprehendere, capere, detinere & poſſidere. Item cuſtodire. Prouerb.18.d. Qui autem tenuerit adulteram, ſtultus eſt. Delectare.Iſa.51.d. Gaudium & lætitiam tenebunt. Impedire. pſal.118. Defectio tenuit me. Intelligere & ſcire.Prouer.3.c. qui tenuerint eam beati. Obtinere. Iudith.9.b. Tenuit pedes eorum abyſſus. Occupare. Exod.25.b. Tenebit longitudo eius cubitum ac ſemiſſem. Recordari. Apo.2.g. Quod habetis, tenete donec veniam. Regere.2.Reg.6.a. Tenuit eam, quoniam calcitrabant boues. Teneri, Obligari.Nu.3.b. Nec obnoxia tenebitur ſponſioni.

[Gre.13.mor.9.] [Operans deus grauia & reprimens.]

Tenere dicitur Deus: quando aliquid graue operatur: & tenet ceruicem alicuius, quādo elationem, quam in infimis habuit, diſtrictione ſuæ percuſſionis inclinat.Iob.16.c.38.b.

[Hier.ſ.Iob 26. Gre.17.mo.13.] [Cælans Deus iudicia ſua & gloriam.]

Tenet Deus vultum ſolij ſui.Iob.26.b. quando ſecreta iudicia celat. Et quia nobis in hac vita regni eius gloria, non quanta intrinſecus habetur, agnoſcitur.

[Hiero.ſ.Iſa.27.] [Detinens Deus Miſsionem filij.]

Tenebat Deus fortitudinem ſuam.Iſa.27.b. quando non mittebat filium per incarnationē: quem tamen ſe miſſurum promiſerat.

Tenere



[Seruans Deus] [Glo.inte.ſ.pſ.138. Rup.2.ſ.apoc. Amb.4.de interpel. 11.&.ſ.Luc.8.]

Tenere interdum, cuſtodire: vt tenebat dextera Dei Chriſtum.pſ.138. hoc eſt, diuinitas humanitatem: vel Chriſtus quemlibet fidelem, ne decidat. Ita dicitur tenere ſeptem ſtellas, cōſeruando prælatos à lapſu.Apoc.2.a. Tenet etiam manum dexteram noſtram, quando conſtanter facit nos bene operari.pſ.72.Luc.8.g.

[Expulſio ſynagogę electis humilibus] [Gre.29.mor.22.]

Tenuit dominus extrema terræ.Iob.38.b. qui in fine ſeculorū ad deſtitutā iā, & alienigenis regibus ſubditā ſynagogā venit: atq; ex illa impios excuſſit: quia ſpūalia fidei prędicamēta renuētes, etiā à carnalis ſacrificij gloria repulit. Vel certè extrema terrę tenuit: q̄a ex Iudęa paucos abiectos & humiles elegit. Extrema terrę tenuit: q̄a legis doctores deſerēs, piſcatores ſumpſit.

[Potētia diuinitatis Chriſti. Paſtoralis cura] [Glo.or.ſ.Exo.4.12]

Tenens ſeu habens Moſes in manu virgā.Exo.4.a. eſt Chrs habēs potentiam diuinitatis. Eſt etiam habere paſtoralē cuſtodiā. Ad hæc referri pōt tenere baculū in manibus. Exo.12.b.

[Collatio legis nouę] [Glo.or.ſ.Exo.34.]

Tenens Moſes tabulas legis, quæ non ſunt fractæ.Exo.34.d. deſignat collationem legis nouæ per Chriſtum, quæ vſq; in finem ſeculi eſt duratura.

[Exequi deſiderium Frænare libidinem.] [Iſy.ſ.Leui.7. Rup 1.ſ.Leui.38.]

Tenere in manibus adipem. Leui.7.d. eſt in opere ſeu executione habere deſiderium: vel carnis luxuriam refrenare.

[Operari verbū Dei. Perſecutio Chriſti.] [Gre.19.mor.29.&.ſ cant 3. Ori.ſ.Mat ho.19 Amb.de virg 3. & de Iſaac.5. Hie.ſ.Iſa.64. Ber.ſ.cant. ſer.79. Aug.ſ.epiſ.58.&.ſ. pſ 55.]

Tenere gladium plus eſt quam habere: vt tenent gladios, qui habent verbum Dei, & ſecūdum ipſum viuunt.canti.3.c. Tenet autem Chriſtum, hoc eſt, verbum Dei, aliter quidem ſpōſa, quæ dicit.cant.3.b. Tenui eum, & non dimittam. Et Iſa.64.c. Non eſt qui teneat te, per amorem videlicet, & vinculis charitatis, & mentis affectu. Sic tenuerunt mulieres pedes eius poſt reſurrectionem.Matth.28.b. Tenet autem eum ſponſa fidei firmitate, & deuotionis affectu: nec teneret, niſi teneretur. Eius caput non tenent mali: nec hæretici.Coloſ.2.d. Aliter voluerunt tenere verbum Dei ſcribę & phariſæi, volentes opprimere ipſum verbum, & reuincere: ſed non potuerunt.Matth.21.d. Tenuerunt autem Dauid Allophyli in Geth, deſignantes capturam Chriſti.pſ.55.in titul.

[Seruare legem Dei] [Gre.13.mor.15.]

Tenere dicuntur fœdus Dei, qui legem eius obſeruant.Iſa.56.b. Et tenet iuſtus viam ſuam, quum ad amorem cœleſtium robuſtius ſtringitur, ſciens quia bonis deſiderijs præmia æterna non deerunt.Iob.17.b.

[Adhærere exēplis.] [Hie.ſ.Iſa.14]

Tenere dicuntur lacinias, qui aliorum adhærent exemplis.thre.4.c. Et tenēt populi Iudęos, quum gentiles adhærent apoſtolis.Iſa.14.a.

[Iudæi crediturí] [Glo.inte.ſ.Exo.4.]

Tenēs Moſes caudā colubri.Exo.4.a. deſignat populū Iudaicū crediturū in fine ſeculi.

[Extremo tempore.] [Gre.ſ.1.reg.14.]

Tenentes adoleſcentem diſcipulum Chriſti ſindone.Marc.14.e. ſunt laudantes initia bonæ conuerſationis.

[Timor cōtemplātis] [Gre.5.mor.23.]

Tenet pauor contemplantem.Iob.4.c. quia cum ſubtilitatis intimæ arcana percipit, vnde ſe apud ſeipſum fortem credidit, inde ante conſpectum iudicis titubauit. Diſtrictionem quippe diuinæ iuſtitiæ contemplantes, etiam de ipſis operibus iure pertimeſcimus, quæ nos fortia egiſſe putabamus.

[Hie.ſ.pſ.136.]

Tenet paruulos Babylonis, qui refrenat paruas cogitationes.pſ.135.

[Lex frænans Iudęos Ecclesia adiuuās noſtra opera.] [Beda.ſ.gen.22.]

Tenens Iacob plantam Eſau manu.gen.25.d. deſignauit legem aſtringentem populum Iudæorum, ne deflueret. Tenens etiam Agar manum Iſmaelis filij ſui.gen.21.a.c. eſt lex ſuſtentans Iudæos: vel eccleſia cooperans noſtris actibus.

[Minores corrigentes maiores] [Gre.5.mor.10]

Tenere volens Oza arcam lapſantem.2.reg.6.b. deſignat minores volentes corrigere benefacta maiorum, quæ ipſi non intelligunt.

[Tranſgredi totam legem.] [Glo.or.ſ.Leui.13.]

Teneri mundiſsima lepra.Leui.13.b. eſt totam tranſgredi legem: vt populus gentilis: qui non expellitur, ſed mundus iudicatur: quia legis iugo ſubiectus non erat.

[Ori.ſ.Mat.ho.20.]

Tenentes ſeruos Dei miſſos à rege.Matth.22.a. ſunt contentionibus verborum irretientes ſimplices nuncios veritatis.

[Mali doctores.] [Hie.ſ.Iere.2.]

Tenentes legem Dei, qui neſcierunt dominum.Ier.2.b. ſunt ſcribę ignorantes Chriſtum, & mali doctores, qui deuorant plebem Dei.

[Laudare Deū voce.] [Amb.2.de interp.4.]

Tenent pſalterium & citharam, qui voce, non corde laudant Deum.Iob.21.b.

[Cupiditates.] [Amb.ſ.Luc.4.]

Teneri febribus ſocrum Simonis Petri.Luc.4.g. eſt carnem cupiditatibus occupari.

[Pœna peccatoris] [Hie.ſ.Iſa.13.24. Gre.14.mor.5.]

Tenent torſiones peccatorem.Iſa.13.b. quia non poteſt effugere pœnam, quam in propria conſcientia ſentit. Teneri etiā dicitur laqueo, qui Dei vindictā euadere nequit.Iſa.24.c. Tenetur etiam planta impij laqueo, quando non poteſt ſe à peccatis explicare.Iob.18.b.

[Imperium diaboli.] [Glo.or.ſ.Amos.1.]

Tenens ſceptrum in domo voluptatis eſt hæreſiarcha: vel diabolus: & etiam tenens ſceptrū in Aſcalon.Amos.1.a.

[Defenſio malorum] [Gre.33.mor.33.]

Tenentes ſe ſquamę Leuiathan.Iob.41.b. ſunt iniqui, qui ad defenſionem iniquitatis pari culpa eo magis conſtricti ſunt, quò ſe ſibi per omnia ſimiles eſſe meminerunt.

[Inſidiatores] [Gre.15.mor.9.]

Tenēs Ioab dextera manu mētū Amaſę, & mittēs manū ſiniſtrā ad gladium.2.reg.20.c. deſignat eum, qui quaſi ex benignitate blanditur, & latenter ex malitia percutit.

[Impedientes ꝑdicationem] [Rup.4.ſ.apoc.]

Tenētes vētos ne flarēt ſuper terrā.apoc.7.a. ſunt impediētes prædicatores, ne prędicent.

[Aſcribere bona opa Chriſto]

Tenentes fratres Ioſeph munera in manibus.gen.43.f. ſunt offerentes bona opera Chriſto, eaq; illi adſcribentes.

Tenere ſolium gloriæ,vide Cathedra.
Tenere remum,vide Remiges.
Tenere arcum,vide Sagittarius.

## *Tentare.*

TEntare eſt,quaſi manu extenſa aliquid experiri,& exquirere ac probare:& rem non intellectam atq; incertam aggredi.Item deijcere.1.Cor.10.c.Non patietur vos tentari.

Aug.l.de gen.con. Mani.22. — Manifeſtare

Tentare dicitur Deus Abraham,vel alium:non vt eius virtus Deo , ſed ſibi & alijs manifeſtetur:& tentat vt ſciat,hoc eſt,vt ſcire nos faciat.Et tentat te Deus,vt nota fierent , quę erant in animo tuo:vnde hoc tentare eſt manifeſtare.gen.22.a.Exo.15.d.16.a.deut.8.a.

Aug.ſ.Ioan.trac.24 — Ignorãtia iudæorũ

Tentatio,qua Chriſtus tentauit Philippum.Ioan.6.b.ignorantiam illius,& populi Iudęorũ circa myſteria declarabat.

Rup.5.ſ.gen.7. — Inſidiari / Prouocare ad iram / Suggerere

Tentare interdum eſt inſidiari:& tentare dicitur Deũ ille,qui quanta poteſt parte periculi ſe non expedit,& illic poſcit miraculum Dei,vbi non nihil proficere poteſt humanę rationis ope,quæ in promptu ſit.Tẽtant etiam Deum,qui prouocant ipſum ad irã.ps.77.Cõuerſi ſunt, & tentauerunt Deum.Et qui ſuggerunt.Num.14.d.Tentauerunt me iam per decem vices.

Amb.ſ.1.cor.10 / Tertu.de car.Chri. — Detrahere Chriſto

Tentare Chriſtum eſt detrahere Chriſto.1.Cor.10.b.Tentabant autem Phariſęi Chriſtum inſidiantes:Tentabant etiam ipſum potius de diuinitate quàm de carne. Matth.16.a.

Hila.ſ.Mat.can.3. / Hie.de manſio. / Gre.24.mor.12. — Probatio baptizatorum

Tentatur Chriſtus ſtatim poſt baptiſmum.Matth.4.a. vt tentatione ſua indicet in ſanctificatis nobis maxime diaboli tentamenta graſſari:quia victoria ei magis eſt exoptata de ſanctis. Tentat etiam Deus poſt tranſitum maris rubri in Mara.Exo,17.a.Vt baptizati probati fiant in virtutibus.

Phil.de cõgreſ.&c.

Tentatio dictus eſt locus petræ Oreb,vbi erant aquæ amarę.Exo.17.a.quia certiſsimũ experimentum eſt animæ in labore atq; amaritudine.

Amb.ſ.1.cor.10.

Tentatio humana eſt confidendo in Deo diffidere homini.1.Cor.10.c.

Tentator dicitur diabolus.Matth.4.a.Accedens tentator.

## *Tenuis, Attenuare, Extenuare.*

Gre.1.mor.39 / Amb.epiſ.62 — Subtilitas ſpũalium

TEnue eſt exiguum,& paruum,ac ſubtile:vt tenue filum.Attenuare autẽ eſt tenue reddere. Tenuiſsimus puluis aromatum.Exo.30.d.deſignat ſubtilem examinationem virtutum. Tenuis etiam aura ſubtilitatem indicat ſpiritualium.3.reg.19.c.

Gre.13.mor.15 — Timor iudicij

Attenuari dicitur ſpiritus.Iob.17.a.nempe timore iudicij:quia electorum mentes,quo amplius extremo iudicio propinquare ſe ſentiunt,eo ad diſcutiendas ſemetipſas terribilius contremiſcunt:& ſi quas in ſe carnales vnquam cogitationes inueniunt , pœnitentiæ ardore conſumunt:nec cogitationes ſuas dilatari carnali voluptate permittunt:quia eo ſemetipſos dijudicãtes ſubtilius feriunt,quo diſtrictum iudicem præſtolantur vicinum.

Ber.ſer.de verbis Ezech. — Subtilitas contemplationis

Attenuati oculi ſuſpicientes in excelſum.Iſa.38.c.dicuntur , vel deficientes in contemplatione,quaſi reuerberati:Vel etiam ſubtiles facti.

Hie.ſ.Iſa.17. — Iudæi ſine Deo & templo.

Attenuata dicitur gloria Iacob.Iſa.17.a.quando Iudæi perdiderunt Deum & templum & prophetas.Sic dicitur attenuari robur eius.Sopho.2.d.Non attenuatur vero gloria Iacob,quãdo creſcit in eccleſia.Iere.30.d.

Hie.ſ.Iſa.10. — Deſertio hereticorũ

Tenuitas,quam mittit dominus in pinguibus eſt,quum dæmones aut hæretici relinquunt à ſuis.Iſa.10.a.

Hie.ſ.Iſa.19. — Confuſio philoſophorum

Attenuari dicuntur flumina Aegypti,quum confunduntur errores philoſophorũ. Iſa.19.b.

Gre.14.mor.7. / Iſy.ſ.Leui.25 — Defectus verbi Dei

Tenues ſpicę famem verbi Dei ſignificant.Exo. 41.a. Attenuari autem fame dicitur robur iniqui.Iob.18.c.quando eius anima nulla interni cibi refectione paſcitur. Attenuatur etiã frater,quum per deſidiam perdit ſpiritales diuitias.Leui.25.d.e.

## *Tepidus.*

Amb.ſ.ps.118.ſer.2.

TEpidum dicitur,quod eſt medium inter calidum & frigidum.In ſpiritualibus autem tepidus eſt,qui fidem ſuſcepit,ſed malus eſt moribus:eſtq; peior frigido infideli. apoc.3.c.

## *Terebinthus.*

Plini.13.nat.hiſt.6.

TErebinthus eſt arbor nigrum lignum cum ſplendore proferens, habenſq; in buxi ſpeciem ſoliditatem:vnde fit terebinthina,ſeu gummi genus & lachryma.Ab aliquibus autem dicitẽ eſſe lentiſcus.Eſt arbor infrugifera,quamquam habeat minutum ſemen.

Aug.q.in Ioſu.30. / Beda.ſ.gen 35 — Crux Chriſti

Terebinthus,vt habet lachrymam ſalubrem,crucem Chriſti deſignare poteſt.Ioſu.2.f. Iuxta ſeptuaginta.Sub hac infodit Iacob idola,hoc eſt,Chriſtus peccata.Hanc attulerunt filij Iacob in Aegyptum,hoc eſt,apoſtoli in mundum.gen.43.c.

Amb.2.de Iacob.7. / Glo.or.ſ.Iſa.1. — Auarii / Idololatræ / Iudæi. / Hæretici. / Lyra ſ.Hoſe.4. / Hie.ſ.Iſa.1.

Terebinthus aut lentiſcus,vt eſt arbor infrugifera,typus eſt auarorum,& idololatrarũ : qui nullum proferunt vtilem fructum. geneſ. 35.a. Terebinthus etiam defluentibus folijs ſignificat

Iudæos



Iudæos ſine recta doctrina,literæ legis adhærentes.Vel deſignat hæreticos : vel habentes diuitias.Iſa.1.g.Hoſe.4.c.Cęterum Iſa.1.pro terebintho legitur quercus, quod ait Hieronymus eſſe iuxta interpretationem Symmachi.

## *Terere, Tritura, Triturare.*

TErere eſt fricare,& tundere,ac frangere:vnde tritura,quum franguntur ſpicę ad colligendum triticum,quod eſt triturare.

Caſtigatio Dei. — Hie.ſ.Iſa.28.

Terere dicitur Deus ſcopa.Iſa.14.f.quando acri caſtigatione omnes eluit ſordes.Et triturat ferris,aut rota plauſtri,quum grauius caſtigat.Triturat vero baculo,quando leuius animaduertit.Iſa.28.g.

Fideles

Tritura Chriſti dici poſſunt fideles tribulationibus purgati.Iſa.21.c.

Contritio malorũ & diaboli — Hie.ſ.Iſa.25.41.&ſ. Mich.4.

Teri paleas eſt conteri malos.Iſa.25.d.Et triturari Moab eſt conteri diabolum.Et triturari montes eſt conteri ſuperbos.Iſa.41.d.Mich.4.d.

Prædicare. — Glo.or.ſ.deut.25. Ori.ſ.Leui.ho.16

Triturans bos eſt prædicans prædicator:cuius non eſt alligandum os.deut.25. a.1. Cor.9.b. Tritura quoq; meſsium eſt examinatio doctrinæ.Leui.26.a.

Labores mũdanorũ — Gre.20.mor.16.&ſ. Eze.ho.19.

Tritura quam diligit vitula Ephraim. Hoſe.10. c. ſunt labores & curæ mundanorum propter vitia.

Hie.ſ.Amos.1

Triturant Damaſceni Galaad plauſtris ferreis.Amos.1. a. quando hæretici deceptos confirmant in erroribus.

Lyra.ſ.Iere.18

Non tritum iter dicitur iter peccatorum:quia non eſt via regia , ſed anfractibus & erroribus plena.Iere.18.c.

## *Tergus, uide Dorſum. Terminus, uide Finis.*

## *Terra, Humus, Terrigena.*

Aug.3.de gen.ad liter.7.

TErra eſt infimum quatuor elementorum,grauis & denſa,frigida & ſicca , mediam mundi tenens ſedem,ornata varijs plantis,& animalibus,fluminibus ac fontibus. Quandoq; autẽ terra dici poteſt vſq; ad regionem aëris ſubtilem,in qua non ſunt nubes. Terra autẽ interdum dicitur hæreditas.Exo.29.a.Sex annis ſeminabis terram tuã.Littus.Mar.4.a.Omnis turba circa mare ſuper terram.Mons.Amos.4.d.Gradiens ſuper excelſa terræ.Puluis.2. reg. 15.a. Sciſſa veſte,& terra pleno capite.Regio.Exo.18.a.Aduena fui in terra aliena.Sepulcrum. Iob.19.d. De terra ſurrecturus ſum.Superficies.Exod.16.b. In ſimilitudinem pruinę ſuper terram. Vrbs. ps.48.Vocauerunt nomina ſua in terris ſuis.

Deus pater. — Geor.vene.cantl.1. ton.7.cap.3.

Terra quandoq; ſumi poteſt pro Deo patre.Eſt quippe paterna mens omniũ fœcũdiſsima: vt germina illa bona produceret , filium videlicet & ſpiritum ſanctum : quibus cætera omnia huius vniuerſi produxit,& totum ipſum globum. Quod filiale germen perfecto à ſe decreto temporum curriculo in ſalutem gentium dedit.Pro quo Iſaias horum ſacramentorum conſcius deprecabatur dicens.45.b.Aperiatur terra,& germinet ſaluatorem. Hoc theologi noſtri de beata virgine:Hebręi de vltima archetypi menſura(quam Sachinam.i. habitationem meditatam Dei in nobis,& domeſticam vocant)interpretantur.Sed(ni fallor)de paterna mente merito intelligi poteſt:quæ eſt filij in primis,& conſequenter omnium aliarum rerum prima pullulatrix.Nam de filio,qui verbum & veritas Dei dicitur,canit propheta.ps.84. Veritas de terra orta eſt. Qui etiam dicitur aqua ſalutaris ex eadem terra ſcaturiens. Eſt itaq; hæc receptiua omnium fœcunditatum,& conſequenter veluti prima parens etiam omnium pullulatiua.Et ſicut hæ terrenæ arbores,niſi plantatæ ſint in terreo elemento,minime viuunt ; ſic de meliori & rationali arbore dicit ſumma veritas,quòd niſi ſit plantata à patre ſummo agricola, in terra videlicet illa ſuperna,eradicabitur.Eſt etiam terra hæc in ęternum ſtans à ſuo nunquam centro diuulſa,nec ad locum alium deſtinata , omnibus alijs elementis & elementarijs rebus ſucceſſione quadam agitatis,& diuerſa petentibus ſpatia.Eſt & paterna illa mens ſemper in ſe ſtabilis,neq; miſta,neq; à centro ſuo dimota:etſi filius,ſpirituſſanctus,intelligentięq; omnes ad diuerſa exequenda mitti dicuntur.Eſt iterum terra centrum vniuerſi:eſt & pater centrum ſphęræ intellectualis,vbiq; per ſuam eſſentiam & potentiam exiſtens, ſed in cœleſti palatio aperta pręſentia apparens,tanquam terra & habitatio illorum ciuium.Ad quam ſuſpirando propheta dicebat.ps.26.Credo videre bona domini in terra viuentium.

Materia prima. — Geor.vene.canti 1. ton.7.cap.22.

Terra quandoq; dicitur materia prima.gen.1.a.Exo.20.b.31.d.Hanc rigat fons de paradiſo voluptatis:quia eſſentia perfundit materiam.gen.2.b.

Mundus ſenſibilis — Amb.2.de Abra.8. / Gre.10.mor.10. / Creatura — Aug.ſ.ps.62. / Hiero.ſ.Iſa.30 &ſ. Zach.6.

Terra itidem pro mundo ſenſibili ſumi poteſt,ad differentiã cœli,quando ſumitur pro mũdo intelligibili.gen.1.a.Sumitur etiam pro mundo , quando terra omnis dicitur eſſe domini. Exo.19.a.Sumitur itẽ terra pro creatura,quando Deus dicitur eſſe lõgior terra.Iob.11.b. Quia creaturæ modũ perennitate ſuę æternitatis excedit.Et terra deſerta, inuia & inaquoſa dicitur mundus ſine Chriſto & eius doctrina.ps.62.Terra etiam tribulationis & anguſtiæ dicitur hic mundus.Iſa.30.b.32.a.Iere.4.b.Eundem deſignat terra aquilonis.Zach.6.b.

Cœleſtis patria.

Ori.ſ.ps.36.ho.2.3.&.ſ.Ioſu.ho.2.&.ſ.num.ho.3. Gre.Nyſſ.de beati. Hie.Dardano.&.ſ.Iſa.58.&.ſ.Eze.26.34.&.ſ.Ephe 6. Tertu.adue.Mar.3. Hila.ſ.ps.51. Gre.12.mora.24.&20.mo.11.&.ſ.cā.2. Geor.vene.canti.1.ton.7.cap.25. Iſy.ſ.Leui.20. Cyril.4.ſ.Ioan.51. Rup.3.ſ.gen.30.&.ſ.Zach.1.

Terra quam dat dominus poſsidendam, eſt æterna fœlicitas.gen.12.a.15.d.26.a.49.c. Exo.3.b.6.a.12.13.20.b.32.33.Ioſu.1.b.Hæc dicitur terra Dei, & terra viuentium. ps.11. 15.24.26.33.36.51.101.141.Iere.3.f.11.a.Iſa.49.b.58.d.Hanc terram poſsident mites.Matth.5.a. Hæc eſt terra Chanaan, quam explorauerunt exploratores.Nume.13.b. Ipſa eſt terra fluens lacte & melle. Leui.20.d.Et terra Iſrael, in quam non ingrediuntur mali, eſt cœleſtis patria: in quam inducit Deus oues ſuas.Eze.13.b.26.d.34.d.In hac terra iniquus non mittet radicem ſuam. Iob.15.c. In hac terra non parent filij ſtultorum & ignobilium.Iob.30.b.Super hanc terram erit longęuus, qui honorat patrem & matrem.Exod.20.b.Epheſ.6.a.ps.71.In hac terra apparuerunt flores, hoc eſt animæ iuſtorum: vbi etiam audita eſt vox turturis, hoc eſt, requies, quam promittit Deus.Canti.2.c.Hæc eſt terra ſanctificata.Zachar.2.d.Terra quoque Chanaan data in poſſeſſionem ſemini Abrahæ, eſt cœleſtis patria: de qua eiectus eſt Chanaan.i. diabolus.geneſ.17.a. Terra etiam habitabilis, *vbi defecit man, hoc eſt, viaticum huius vitæ*, eſt terra viuentium. Exod.16.g. Fulgen.ad Traſimun.3. Glo.inte.ſ.Exo 16.

Incarnatio Chriſti
Chriſtus
Caro Chriſti.

Aug.ſ.apoc.ho.10.&.ſ.ps.96. Hie.ſ.Iob.1.9. Gre.3.mor.20.&.9.mor.21. Geor.vene.canti.1.ton.7.cap.25.

Terra quandoq; deſignare poteſt incarnationem Chriſti: vt quum proiectus eſt ſerpens in terram.Exo.4.a.Et ſex diebus fecit Deus terram, quum in ſexta ætate ordinauit verbum ſuum incarnandum.Exo.20.b.Et terra adiuuans mulierem eſt Chriſtus adiuuans eccleſiam.apoc.12.d.Terra etiam, quam operati ſunt Iudæi ſine fructu, eſt caro Chriſti, quam crucifixerunt, & ipſi perierunt.gen.4.b.Et terra reſtituta Dauid, eſt corpus Chriſti reſuſcitatum.ps.96. in titul. Terra quoque Hus humanitatem Chriſti deſignare poteſt.Iob.1.a.Et terra data in manus impij, eſt corpus Chriſti traditum in manus Iudæorum: vel corpus iuſti in manus perſecutorum vel diaboli.Iob.9.c.Altare quoq; de terra domino faciunt, qui in incarnationem mediatoris ſperant.Et in altari de terra oblatum munus ponimus, ſi actus noſtros dominicæ incarnationis fide ſolidamus.Exo.20.d.Et amici Iob ſedent cum illo in terra.Iob.2.d. quando incarnationem Chriſti cum fidelibus confitent.Et terra fluens lacte & melle, eſt caro & corpus Chri. à quo fluxit ſanguis & aqua in lauacrum peccatorum, & lac & mel in verum cibum vitæ & ſpiritus.

Virgo Maria.

Tertu adu.Iudæos. Arno.ſ.ps.66. Aug.2.de gen.cōt.Mani 21.& 1 ps.64. Hie.ſ.Iſa.53. Aug.ſer.100.

Terra benedicta dans fructum ſuum, eſt beata virgo Maria generans Chriſtum.ps.66.84.103.Hæc eſt terra promiſsionis, quæ protulit botrum Chriſtum.num.13.c.Hęc eſt terra germinans ſaluatorem.Iſa.45.b.Et terra quam rigat fons paradiſi.gen.2.b.Et terra ſitiens aut inuia, vnde aſcendit virgultum, eſt beata virgo Maria, quæ ſitiebat ad Deum fontem viuum: & non fuit peruia ſerpenti.Iſa.53.a. Rup.1.de operi.ſpū.ſ.2.

Eccleſia militans.

Beda.ſ.gen.2. Hier.ſ.Iob.38.&.ſ.Iſa 8.14.66 &.ſ.eze 38.&.ſ.Ier.11.16.17. Baſi.ſ.ps.33 44. Amb.2.de Abra.1. Gre.ſ.1.reg.9.&.13.mor.11. Aug.2.ſer.do.in mō te &.12.cōtr.Fauſt 11.&.ſ.ps.39.

Terra dicitur eccleſia militans: quæ paſcit verbo & protegit vmbraculo: quę aperuit os ſuū: & ſuſcepit per confeſsionem ſanguinem Chriſti.gen.1.a.4.b.Et hæc eſt terra labij vnius.gene.11.a. Ab hac terra erigitur ſcala, quam vidit Iacob in cœlum. geneſ.28.c. Hæc eſt terra ſancta. Exod.3.b.Iob.15.c.16.d.38.b.ps.15.23.36.44.71.84.92.101.134. In hac terra apparent flores. Canti.2.c.Hæc eſt terra Emanuel.Iſa.8.b.42.a.Et terra, ad quam eſt veniendum, eſt eccleſia ex gentibus.gen.12.a.13.d.ps.32.33.45.46.77.96.142.pro.12.b.Iſa.13.c.14.a.44.d.57.c.60.d. Matth.5.a.Terra etiam Aegypti interdum dicitur eccleſia: in qua creſcit Ioſeph, hoc eſt, Chrs. gen.41.g.47.b.Eadem dicitur terra Dei, ſuper quam adducit Deus Gog.Ezech.38.e. Hæc eſt terra fluens lacte & melle.Exo.13.a.33.a.Iere.11.a.Dicitur terra deſiderabilis.Malac.3.c. Terra quoq; Beniamin eſt eccleſia.1.reg.9.a.Iere.17.d.Et terra Iſrael deſolata eſt eccleſia deficientibus bonis.Eze.25.a.27.d.33.a.e.Hæc eſt terra ſanctorum à qua diuiduntur increduli Iudæorū: & quam derelinquunt hæretici & peccantes.ps.16.Iſa.26.b.38.b.61.c.62.c.Iere.9.f.14.a. Eze.36.d.Ioel.2.d.3.a.Hanc terram fundat Deus.Iſa.51.c.In hac terra fit voluntas Dei.Matth.6.b. Et eccleſia eſt terra parturiens & pariens vna die.Iſa.66.c.Hęc eſt terra, quam neſcit diabolus: in quam inducit Deus captiuos à dæmone liberatos.Eze.32.b.Et terra, à qua eijcit Deus, & ad quam reducit, eſt eccleſia.Iere.16.c.Hæc eſt terra abſq; nube, quum caret ſapientia & eloquētia mundana.Eze.38.c.43.a.pro.2.d.Terra ſacerdotum relicta libera à Ioſeph. geneſ.47.e. eſt terra eccleſiæ libera à cenſu diaboli.Terra, quam Deus appendit ſuper nihili, eſt eccleſia, quam Deus fundauit in gentilitate.Iob.26.b.Et terra clamans aduerſus rectores, ſunt fideles neglecti ab ipſis doctoribus, præcipue rudes & infimi ordinis, qui contra rectoris iniuſtitiā in murmurationis voces erumpunt.Iob.31.d.Hæc terra producit fœnum iumentis, quando minores dant temporalia prædicatoribus.ps.103.Et terra perflatur Auſtro, quum fideles eccleſię feruētibus charitatis ſtudijs inardeſcunt.Iob.37.c.38.a.b.

Beda.ſ.gene.1.&.ſ.Exo.3.&.ſ.pro.2. Rup.4.ſ.gen.6.&.ſ.Ioel.2. Hie.ſ.Eze.32.

Glo.or.ſ.gen.47. Gre.17.mo 11.&.22.mor.23.&.27.mor.24.et.29.mor.7.

Aug ſ.ps.103.

Corpus humanum.

Baſi Exae.ho.11 & ſ.ps.7. Hila.ſ.ps.66 67.&.ſ Mat.cano.4. Amb.de Noe.29.& 2.de pœni 11. Ori.ſ.gen.ho.1.&.ſ num ho.22.26.&.ſ.Ioſu ho.1.

Terra inanis & vacua eſt corpus humanum priuſquam doctrinæ acciperet formam: quæ & terra replenda dicitur.geneſ.1.a.Hæc terra dedit fructum ſuum in Chriſto. pſalm.60.66.79.139. Profert autem difficulter fructum. Quam etiam terram inimici linguunt. Gene.3.c.4.9.a.12.a.47.b.e. Exodi.16.c.19.a.20.b.23.a.32.c.33.d. pſalm.4.7.8.36.45.59.67.71.101.103.109.112.135.140.142. Leuitic.11.g.25.a. Iſaiæ.14.a.18.c.23.b.30.e.65.c. prouerbio.12.b.Et terra cum germine ſuo eſt caro cum concupiſcentijs: & producit beſtias,

quan-



beſtias, quando profert prauas concupiſcentias.Iob.22.d.deuter.37.c.Matthæ.6.b. Hæc terra quieſcit à bellis tempore Ioſue, quando caro ſubditur ſpiritui poſt aduentum Chriſti. Ioſu.11.d.14.a.Et terra viuentium deſignat corpora viuentium Deo.ps.26.51. Et terra aliena eſt corpus captiuæ animæ per peccatum, ſeu caro rebellis ſpiritui.gen.15.c.ps.136.Et terra, quam poſſident mites, eſt corpus glorioſum.Matth.5.a.Iſa.1.e.Et terra gigantum deſignat corpora malorum.Iſa.26.d.Terra traditur in manus impij, quum corpus permittitur perſecutoribus. Iob.9.c.Terra exultans eſt caro ſanctorum.Et terra mota eſt caro profanorum, & corpus terrenum.ps.96.Et terra interdum dicitur ipſa caro cum deſiderijs ſuis: & etiam opera carnis. thre.2.d.Iob.28.a.Haba.3.b.Ipſa eſt terra dans fructum ſuum.Leui.26.a. Terra obliuionis eſt corpus peccatoris: qui Dei obliuiſcitur: & à domino derelinquitur.ps.87.Deſignat etiam inferos: qui ſunt terra miſeriæ & tenebrarum.Iob.10.b.

Aug 2.de ſer.dom. in monte. Phil gs re.di her. Hie.ſ.Iſa.1.29. Bed.4.ſ.gen.1. Aug.ſ.ps.36.67. Tertu.de reſurrec. Philo q.deteri po. tiſi & d.ipi. Abr. Iſy.ſ.Leui.26 Euch.q.in pſal.

Opera carnis.

Inferni.

Anima.

Terra interdum eſt anima: quæ non eſt iam arida, ſed terra, quando bonorum operū fructū producit.gen.1.a.9.a.43.a.44.c.Iſa.1.b.55.c.Iere.10.b.ps.36.66.96.142. Matthæ.13.a.Et terra dans germen ſuum eſt homo vel anima bene operans.Leui.26.a.Eze.14.c.Hanc terram fundat Deus, vt permaneat.ps.118.In terra habitat abſque pauore, qui habet tranquillitatem animæ. Nume.32.a.deut.28.b.Iſa.26.d.Agge.1.c.Et terra Saulis eſt cor boni diſcipuli: in quo fructificat ſemen prædicatoris.1.reg.13.d.Quod ſemen cecidit in terram bonam, hoc eſt, in eos, qui in corde bono & optimo ſuſcipiunt verbum.Lucæ.8.a.ps.59.Et anima eſt terra deſiderabilis, quæ fit in deſertum.Zach.7.d.Et terra vbi apparent flores, eſt mens fortis, & firma lingua doctoris.cant.2.c.Eccl'tæ.1.a.Iob.31.d.Terra ſuauiter viuentiū, in qua nō inuenitur ſapientia, eſt anima eorum, qui huius vitæ voluptatibus paſcuntur.Iob.28.b.38.d. Hanc terram fodit equus vngula, quum prædicator de audientium corde operum ſuorum exemplo terrenas cogitationes excutit: & quum quicquid in mente ſua terrenum verſari conſpicit, ſuperductæ pœnitentiæ duris percuſsionibus rumpit.Iob.39.c.Terra, quam inebriat Deus.ps.64.eſt mens firma & ſtabilis: quæ non agitatur vt mare. Vel eſt ipſa ſtabilitas, quam poſsidendam promittit Chriſtus.ps.36.Inhabita terram, & paſceris in diuitijs eius.Hanc terram vidit Iſachar quod eſſet optima.gen.49.c.Terra, in quam proijcitur virga Moſis, deſignat corda credentium. Exod.4.a. Et terra non capiens Abraham & Lot ſimul, eſt anima non potēs ſimul habere virtutes & paſſiones.gen.13.a.Agge.1.c.Et terra repleta idolis eſt anima plena hæreſibus & falſis opinionibus.Iſa.2.b.Terra vero Auſtralis, ſed arens eſt anima cum feruore ſpiritusſancti, ſed ſine lachrymis.Ioſu.15.d.Zach.6.a.ps.67.103.142.

Cor.
Mens.

Ori.ſ.ps.39.ho.1.& ſ.Leuitic.ho 16.&.ſ.Eze.ho.4.&.ſ.num.ho.26.&.ſ.cant.li.4. Hie.ſ.Iſa.1.26.&.ſ.Agge.1. Amb epiſt.11.& de Noe.24.&.ſ.ps.118.ſer.12. Gre.ſ.1.reg.16.& 22 mo.23 &.18.mo.26 &.31.mor.21.22. Ricar.de.ſ.victo.& 12.patriar.38.

Ori.ſ.Exo.ho.4. Amb.2.de Abr.6. Hie.ſ.Iſa.2. Gre 3.dialo.34.

Homo.

Terra etiam dicitur ipſe homo.gen.6.ps.18.32.65.76.89.146.Matth.13.a.Luc.8.a. quę terra debet timere dominum: & ſuper hanc terram effundunt nubes imbrem.Eccl'tę.11.b.Et ſimplices dicuntur terra, quando ſuſcepto verbo vt ſemine fructificant.1.reg.6.Roma.10.d.Et interdum terra dicitur maſſa generis humani.Iob.11.b.24.b.Et terra, quam exaudit cœlum, ſunt homines in eccleſia, qui doctrina irrigantur: & ipſa exaudit triticum bene operando.Hoſe.2.d Zach.8.c.Super hanc terram apparuit rota, quando data eſt lex vetus.Eze.1.d. Et terra orientalis, ad quam abijt Iacob.gen.29.a.ſunt, qui vitiorum tenebras relinquentes, opera lucis quærebant: ad quam dominus noſter profectus eſt.Terra etiam ſunt ſimplices & minus perfecti, comparati perfectis, qui ſunt cœlum.ps.13.Terra autem domini, vbi conterit Deus Aſſyrium, ſunt ſancti calcantes dęmones.Iſa.14.f.Et ſunt terra ſtabilis, quæ non agitatur ventis, vt mare. Et ſiluit terra Iuda dies paucos, quum iuſti quieſcunt à tentationibus.1.Mach.7.g. Terra autē μετωνυμικῶς pro ipſo homine ſæpe ſumitur, ſeu hominibus habitantibus in terra. geneſ.3.d. Leui.18.d.deut.32.a.Iſa.1.a.30.e.34.a.Iob.9.a.16.d.37.c.38.b.Iere.22.d.Eze.30.c.33.a.Eccl'tę.11.b.Ioel.1.b.2.e.Matth.5.a.Terra quoq; dicitur ipſa familia.Iob.31.d.Si aduerſum me terra clamat.Terra etiam interdum dicuntur hi, qui terrenis actibus occupati, eleemoſynarum & lachrymarum ope ad æternam vitam perueniunt: de quibus ps.49.Aduocauit cœlū de ſurſum, & terram diſcernere populum ſuum: quia & hi de ſurſum vocabuntur, qui plus cœleſtia quam terrena quæſierunt.Et hæc terra conſurget cum cœleſtibus, vt teſtis aduerſus hypocritam.Iob 20.d.In terra nimijs imbribus inundata ſemen abſtrahitur: propter humoris autem ſiccitatem deſiccatur: qui autem eſt viſcoſus ſuccus ſemen continet & producit.

Simplices
Iuſti.

Familia.

Baſi ſ.ps.32. Arno.ſ.ps.146. Amb epiſt.44. Gre.ſ.1.reg 6.& 10 mo.10 &.ſ.Eze.h.6 Ori.ſ.Rom.10. Hie.ſ.Iob 9.24.&.ſ.Zach.8.&.ſ.ps.113.&.ſ.Iſa.1.14.

Ricar.de.ſ.victo.de vitio mutabili. Aug.q.in Leuit.67.& 1.ſer.do in mōte. Geor.vene.cant.2 ton.3.cap.25.

Gre.15.mor.15.

Cle.Ale.1.pæda.6.

Homo terrenus.

Terra propria, à qua eſt egrediendum, dicitur homo terrenus & carnalis, & terrena ſapiens. gen.1.a.3.c.12.a.41.g.Exod.33.a.ps.17.43.45.62.95.103.146.147.1.regum.14.d.Iob.1.12.14.b. Iere.8.f.10.b.15.51.f.Matth.5.b.10.d.24.c.Hæc terra eſt ſcabellum pedum Dei. Iſaiæ.66.a. Et terra Nabuchodonoſor, aut Luciferi ſunt mali & terreni. Iſaiæ.14.e.60.a.Et terra quæ conſumitur alluuione, ſunt, qui pericula non ferentes ſe labefactari dimittunt. Iob.14.d.16.d.20.d. Et ferrum de terra tollitur, quando è terrenis & infirmas actiones habentibus, fiunt fortes defenſores eccleſiæ. Filij quoque terræ dicuntur, terrena & non cœleſtia requirentes.Iob.38.a.d.Hanc terrā ſorbet equus, quū peccatores in ſuo corpore prędicator exhortādo

Ori.ſ.gen.ho.1 & ſ.cant.ho.4.&.ſ.Ier.ho 2 11.&.1 peri.2. Hila 1.Mat.can.10. Aug.1.ſer.d.in mōte.&.ſ.ps.84.&.ſ.apoc.ho 9. Hier.ſ Iere.16.& ſ.Iſa.14.42.&.ſ Iob 14 &.1.adu.Iouin. Baſi.ſ.ps.48.

 conuer-

Gre ſ.1 reg.14.& 6 mor.11.&.11.mo.1. 6.7.&.18. mor.16.& 29.mor.30 &.31.m. 25.&.2 mor.32. Beda.ſ.gen.1. Arno.ſ.ps.58. Ori.ſ. gen. ho.13.& ſ.num.ho.12.26.

Sapientia carnis. Voluptates terrenæ. Cogitationes terrenæ.

conuertit.Iob.39.c.Dicuntur etiam terrigenæ,qui terrena ſapiunt, & primum Adam terrenũ ſequuntur.ps.48.prouer.6.b.De hac terra oritur veritas, quum peccator confitetur peccata ſua.ps.84.In hanc terram proiectus eſt diabolus,ne habitet in iuſtis,ſed in terrenis. apocal.12. c.Terra etiam calcanda eſt ſapientia carnis.Iſaiæ.42.a.Item voluptates terrenæ. ps.58.Et terra Seon ſunt mundani:& omnia,quæ ad mundi voluptates pertinent.Numer. 21.32.a. Iſaiæ. 11.a. Et terra,qua implentur putei,deſignant ſenſus terrenos & carnales:& etiam cogitationes terrenas.gen.26.34.c.

Glo.inte.ſ.gen.3. Rup. 1.ſ. deut. 7.& prolo.in apoca. Amb.ſer.68. Hiero.ſ.Iſa.57.&.ſ. Iere.2. Iſy.ſ.Leui.19.26

Veritas. Sacra ſcriptura. Lex.

Terra,in qua laborandum,vt habeatur cibus,eſt veritas,quæ non facile inuenitur. gen.3.c. 4.b.Et terra,quam dat dominus,& in qua inuenitur cadauer, eſt ſacra ſcriptura. deutero.21.a. Quæ etiam eſt terra fluens lacte & melle, quæ poteſt deſignare peculiariter epiſtolas Pauli. Exo.13.a.33.a.Et terra cuius medullam comedunt fideles, eſt litera legis continens medullam ſpiritalis intelligentiæ.geneſ.45.b.Et terra poſsidenda eſt ſacra ſcriptura intelligenda. Iſa. 57. c.Eadem eſt terra Carmeli.Ieremi.2.b.Hæc Iudæis eſt terra ænea:quia non ab eis intelligitur. Leui.19.e.26.d.Et terra,quam dat Moſes trans Iordanem, eſt lex in antiquis patribus. Terra vero,quam dat Ioſue citra Iordanem,eſt lex euangelica & beatitudo perfecta à Chriſto data. Ioſu.13.a.Et terra hoſtilis conſumens Iudæos,eſt euangelium eorum confundens errores. Leuitic.26.f. Alia terra ſeu lutum,qua linenda eſt domus leproſa,eſt doctrina vera tradita erranti.Leui.14.e.Terra quoq; promiſsionis eſt via ſapientiæ. Et terra Iuda eſt doctrina veteris & noui teſtamenti.Iſa.19.c.Et terra,quam dat dominus poſsidendam,eſt doctrina & conuerſatio euangelica.Leui.23.b.Sicut terram comportat argentum hæreticus:quia de ſcriptura ſacra vt ipſi aliquid ſciant,ex appetitu terrenæ laudis laborant.Iob.27.c.

Ori.ſ.Ioſ.ho.13. Glo.inte.ſ.Leui.14. Philo de plãt.Noe. Hie.ſ.Iſa.19. Iſy.ſ.Leui.23.d Gre.18.mor.8.

Euangelium. Fœlicitas. Conuerſatio euangelica.

Hie.ſ.Hoſe.1.

Terreni ſenſus literæ.

Terra interdum ſignificat terrenos ſenſus:& humilitatem literæ. Hoſe.1.d. Sic erat terra in templo vſq; ad feneſtras.Eze.41.c.

Lyra.ſ.gen.12

Religio. Monaſterium.

Terra ad quam eſt veniendum,dici poteſt religio:ad quam venitur, relictis omnibus terrenis,ac etiam propria voluntate.gen.12.a.13.d.Et terra Iacob eſt monaſterium.gen.30.d.Quod etiam dicitur terra,quæ non ſeminatur,quia caret delicijs.Iere.2.a.

Aug.ſ.ps.106. Hie.ſ.Iſa.1. 49.&.ſ. Iob.39.&.ſ.Iere.17. Gre.ſ.1.reg.4.&.9. mo.3.&.27.mo.22. Aug.ſ.ps.96.101.

Sacrificia Iudæorũ. Iudæa.

Terra,à qua eſt egrediendum Iudæorum ſacrificia deſignare poteſt:quę erant deſerenda,vt ad terram eccleſiæ veniretur.geneſ.12.a.Hæc eſt terra fructifera,verſa in ſalſuginem. pſal.106. Et terra Chanaan quandoque dicitur ipſa Iudæa. geneſ. 17.b.26.42. 44.45.47. Iſaiæ.1.b.1. Corinth.15.f.Et terra,ad quam reducitur Iacob,erit Iudęa in fine mundi. geneſ. 28.c. Et terra ſalſuginis eſt Iudęa derelicta à Deo.Iob.39.a.1.reg.4.Et terra ruinę eccleſiæ erat Iudæa. Iſaię. 49.e.Facta eſt autem Iudęa terra ſalſuginis poſt aduentum Chriſti.Iere. 17.a. Et terra cõmota de loco ſuo,eſt plebs Iſraelitica de Iudęæ finibus euulſa.Iob.9.a.37.b. 38.b. Et terra Dauid illi reſtituta,eſt Iudæa ad fidem veniens:& etiam gentilitas.pſalm.96.in titulo.Et terra ſeu puluis Sion.ps.101.Hæc eſt terra Hebræorum,vnde furtim ſublatus eſt Ioſeph.gen.40.c.

Hie.ſ.Eze.36. Au.2.de gẽ.ad lit.1 Gre.18.mor.19.

Confeſsio fidei. Fides.

Terra,quam dedit Deus patribus Iudæorum,eſt Iudæa,hoc eſt,confeſsio fidei.Ezech.36.f. Hæc eſt terra,de qua oriebatur panis.Iob.28.a.Et terra firmata ſuper aquas, eſt fides firmior opinionibus.ps.135.

Arno.ſ.ps.103. Hier.ſ. Iob.38.&.ſ. Iſa.41. Glo.inte.ſ.gen. 24. Glo.or.ſ. gen.20.& ſ.ps.79. Ori.ſ.Ioſu ho.16 Gre.2.mor.30. Lyra.ſ.Haba.3.

Gentilitas.

Terra Chanaan quandoq; ſignificat gentilitatem.Leuitic.14.c.Et terra, ſuper quam ſtillant ſtillicidia,eſt gentilitas,cui prædicatur.ps.64. 71. Hæc fundatur in Chriſto, quando ſuſcipit fidem.ps.103.Et terra abſque homine eſt gentilitas ſine prophetis.Iob.4.b.38. c. Ipſa erat terra deſerta,& inuia ante fidei ſuſceptionem.Iſa.41.e.De terra cognationis Abrahę accipitur vxor Iſaac.gen.24.a.Hoc eſt,ex gentibus datis Chriſto in hæreditatem. Terra coram Abraham eſt apertio populorum ad euangelij ſuſceptionem.geneſ.20.d.Terra item,quam implet vinea,eſt gentilitas.pſal.79.Terra Madian,ad quam venit Moſes, typus eſt gentilitatis, ad quam venit Chriſtus per prædicatores.Exod.2.c.Terram omnem capiens Ieſus, deſignauit ex omni gente venturos ad fidem.Ioſu.11.d.Terra etiam latiſsima relicta à Ioſue, pręfigurauit, multos conuertendos,præcipue ex gentibus poſt Chriſti paſsionem.Ioſu.13.a.Terra,in quam cecidit Iob eſt gentilitas,ad quam inopinato venit Chriſtus.Iob.1.d.Terra ſciſſa eſt fluuijs,quando Iudęa manente arida,in gentilitate fluxerunt flumina aquæ viuę,venientibus prædicatoribus tanquã fluuijs.Haba.3.b.Zach.11.b.

Philo.de mig. Abr.

Contemplatio.

Terra viſionis eſt contemplatio,aut contemplationis ſtatus.gen.22.a.Et terra patrum eſt cõtemplatio ſpiritualium,& ſacer ſermo.gen.31.a.48.

Ori.ſ.Iere.ho.8.

Angelus cuſtos terræ.

Cum dicitur terra lugere,intelligi poteſt de angelo præpoſito terræ,iuxta Origenẽ. Quod ſane intelligendum eſt.Iere.12.a.

Gre.30.mor.25. &.ſ 1.reg.13.

Vita præſens.

Terra viuentium interdum dicitur vita præſens: vnde abſciſſus dicitur eſſe Chriſtus. Iſaiæ. 53.c.Inde Iudæi delere volebant nomen Chriſti.Iere. 11.d. Dicitur etiam terra ſalſuginis. Iob. 39.a.quia ſancti viri quandiu in huius vitæ tabernaculis degunt,ad ſupernam patriam deſiderij ſui quotidianis æſtibus accenduntur.Et terra Sabaa.i.captiuę eſt peregrinatio vitæ pręſentis.1.reg.13.d.





Virtus. — Amb.2. de Abra.7.

Terra,quam perambulauit Abraham, dici poteſt virtus,in qua exercentur boni in hac vita. geneſ.13.d.

Senſus — Philo.1.allego.

Terra quandoq; ſignificat ipſos ſenſus:quia conſtitutionem corpori ſimilem, & ferme terrenam ſenſus ſortitus eſt.Item ideam ipſius ſenſus.Ornant autem ſenſum corporea & ſenſibilia.gen.1.a. Ab hac terra ſenſuum educit Deus oues ſuas.Eze.34.d.

Actio terrena. — Gre.16.mo.9.

Terra quandoq; dicitur actio terrena.Iob.8.d.vt rurſum de terra alij germinentur. Quandoq; vero infirmitas actionis.Et dat Deus ad ſe conuerſis pro terra ſilicem : quia pro infirma actione fortitudinem tribuit robuſti operis.

Terra extra eccleſiã. Cõuerſatio terrena. — Hie.ſ.Iere.5. Ori.ſ. Exo.ho.6.& ſ.Iere.ho.4.

Terra non propria dici poteſt terra extra eccleſiam:vt terra propria ſit ipſa eccleſia.gen.15. c.Exo.2.c.18.a.Iere.5.d.Et terra deuorans malos eſt vita & conuerſatio terrena. Exo.15.b.In terra ſcribi,eſt in pœnam peccati,ad terrena condemnari.Iere.17.b.

Humana vilitas. — Gre.3.mor.19.

Terra quandoq; deſignat humanam vilitatem,& inutilitatem.gen.19.c.38.b.ps.145.Ponitur autem ſæpe terra pro re vili:vt quum argentum comparatur humo.Zach.9.a. Et confident in terra amici Iob,quando hæretici aliquid de imagine humilitatis & vilitatis oſtendunt: vt dum humilia exhibent,perſuadeant ſuperba,quæ docent.

Peccatum. Operatio terrena. Res terrenæ. — Aug.2.de gen.cõtr. Mani.18. Ori.1.periar.3.&.ſ. Eze.ho.7.11. Amb.1.de Abra 2.& 2.de Abra.1. Hila.ſ.Mat cano.15. Clima.grad.7. Hie.ſ.Iſa.23.&.ſ. Iere.3.&.ſ.Zach.2. Gre.14.mor.9. &.ſ. Eze.ho 11. Baſi.ſ.ps.48. Hila.ſ.ps 68.

Terra,quam comedit ſerpens,deſignat peccata:& curioſitatem. gen.3.c. Item poſſeſsiones: & res terrenæ:& cogitationes terrenæ:& conuerſatio corporis ſunt terra, à qua eſt egrediendum.gen.12.a.26.a.Exo.1.c.15.b.20.a.Iſa.42.a.Et terra Chanaan quãdoq; deſignat ipſa vitia. Exo.13.a.34.b.Eze.16.a.17.a.Et terra aliena,eſt ſtatus peccati.ps.136.Matth.15.d. Et terra Citiorum eſt frigiditas peccatorum.Iſa.23.a.Et terra aquilonis eſt ſtatus peccati,aut idololatriæ: & etiam terra captiuitatis.Iere.3.f.16.c.Zach.2.b.Et terra,in qua ſedet filia Babylon, eſt operatio terrena.Iſa.47.a.Et terra eſt vſq; ad feneſtras,quando occupationes terrenæ tenent prælatos eccleſię.Eze.41.c.Terra Sichen eſt in poteſtate,quando quis habet libertatem peccandi. gen.34.b.In hac terra vocant nomina ſua ſtulti.ps.48.Significat etiam terra ipſa terreſtria, ſeu bona terrena.ps.68.Iob.15.b.Quibus ſolis data eſt terra.Eadem deſignat terra Edom,per quã tranſeundum eſt filijs Iſrael:non tamen in ea immorandum.Num.20.c.

Infernus. — Philo. q Deus ſit immutab. Gre.9.mor.45.

Terra,quæ conuertitur in picem & ſulphur,eſt infernus:qui & terra vltima dicitur.Iſa. 34. b.Ezec.32.d.In hanc terram proijciuntur mali:quam ignorant:quę & terra tenebroſa, & operta mortis caligine dicitur.Iob.10.d.Iere.16.c.Hæc enim terra in qua habitamus,eſt terra miſeriæ,ſed non tenebrarum:quia multa hic corruptionis mala patimur:ſed tamen adhuc in ea per conuerſionis gratiam ad lucem redimus.Illa vero ſimul miſeriæ & tenebrarum eſt : quia quiſquis ad toleranda eius mala deſcenderit,nequaquam vlterius ad lucem redit.Dicitur etiã terra aquilonis.Iere.3.c.Venient ſimul de terra aquilonis.

Limbus. Mors — Glo.or.ſ.Ier.31.

Terra inimici,vnde reuertuntur innocentes,limbum ſignificare poteſt:vel mortem. Iere.31. c.Dicitur terra inimici,hoc eſt,diaboli,vel Herodis.

Hæretici. Conciliabula hæreticorum & philoſophorum. Proſperitas mundi. — Hie.ſ.Iſa.8.9.18.&.ſ Iere.17. Ori.ſ.Ier.ho.3 &.ſ. Eze.ho.1. Hie.ſ.Iſa.23.

Terra interdum dicuntur hæretici,& decepti ab eis.Iſa.9.d.18.a. Et terra procul ſunt conciliabula hæreticorum & philoſophorum:quæ etiam dicitur terra ſalſuginis.Iſa.8.b. Iere.17.a. De terra autem audiri dicitur vox Iudæorum & hæreticorum quaſi pythonis. Iſa.29.a. Mich. 5.b.Terra etiam Chaldęorum deſignat eos,qui ſunt ſuperſtitionibus & augurijs dediti.Ier.50. a.Eze.1.a.Deſignat etiam proſperitatem huius mundi,& abundantiam.Iſa.23.c.

Tentationes. — Glo.or.ſ.Exo.13.

Terra Philiſtijm quandoq; deſignat tentationes dęmonum:vnde non deduxit dominus populum Iſrael recenter egreſſum de Aegypto per terram Philiſtijm.Exo.13.d.Eadem dicitur terra hoſtilis.Leui.26.c.

Gre.ſ. 1.reg.3.

In terram cadere dicitur verbum,quando contemptibilis eſt vita prædicatorum. Sic nõ cadebat in terram verbum Samuelis.1.reg.3.d.

Gre.ſ.1.reg.14.

Terra turbata ſubditorum humilitatem deſignare poteſt.1.reg.14.d.

Hila.ſ.Mat.cano.27

In terra abſcondere pecuniam eſt gloriam nouę prędicationis obtrectatione corporeę paſſionis occulere.Sic infodit ſeruus malus pecuniam in terra.Mat.25.e.

Glo.inte.ſ.Iſa 36.

Terram ſimilem promittebat Rapſaces Iudęis,quam non poterat dare.Iſa. 36.d.qua ratione diabolum ſignificat,qui dixit primis parentibus. Eritis ſicut Dij : quod ipſe præſtare non poterat.

Auarus — Beda.ſ.pro.30.

Terra quæ non ſatiatur aqua,dicitur auarus,qui non ſatiatur diuitijs. pro.30.c.

Antichriſtus — Gre.13.mor.7.

Terra quæ eſt cymbalum alarum,erit Antichriſtus.Iſa.18.a.

Inſiſtens terrenis. — Aug.ſ.ps.48.

Terrigena,hoc eſt,filius terræ,dicitur quicunq; terrenis rebus inſiſtit:& qui terrenas hæreditates requirit:& hic pertinet ad Adam,ps.48.

Terra Geſſen.gen.45.c.46.47.vide Geſſen.

## Terræmotus.

Pli.2.natur.hiſt.84.

Terręmotus dicitur,quum terra,incluſo ſpiritu,ac exitum quærente contremiſcit, magno ſæpe habitantium damno ac terrore.

Cõuerſio infideliũ. — Ori.ſ.Mat.ho.35

Terręmotus in paſsione Chriſti,deſignauit perturbationẽ & mutationẽ hoĩum ad Chri fidẽ

*Aug.ſ.apoc.ho.8. — Deſertio rerum terrenarum.*

venientium.Matth.27.f.Deſignat etiam motus ſeu mutationes terrenarum rerum: ſcilicet vt eas deſeramus:& ipſam prædicationem ab eis nos auertentem.apoc.8.b.

*Amb ſ.Luc 24. — Eleuatio fidelium. Depreſsio infideliũ*

Terræmotus in reſurrectione,deſignauit eleuationem fidelium futuram:& depreſsionem ac metum infidelium.Mat.28.a.

*Hie.ſ.Zach.14. Rup ſ.Amos.1. — Futurum iudicium. Paſsio Chriſti.*

Terræmotus in diebus Oziæ,futurum iudicium præfigurauit.Zach.14.a.Deſignauit etiam terræmotum factum in paſsione Chriſti.Amos.1.a.

*Ori ſ.Mat.ho.25. Amb.ſ.Luc.21. Hie.ſ.Mat.28. — Perturbatio hoĩum. Tentationes.*

Terræmotus quandoq; ſignificat perturbationem hominum,propter contrarias opiniones: & etiam tentationes.Et terræmotus per loca fiet,quando multi ſeparabuntur à fide.Matth.24. a.Luc.21.c.

*Aug.ſ.apo.ho.5. Rup.4.ſ.apo. Aretas.ſ.apoc.16. — Perſecutio eccleſiæ. Euerſio Hieruſalẽ. Mutatio mundi.*

Terræmotus magnus nouiſsimam perſecutionem eccleſiæ, iuxta finem mundi deſignare poteſt:& ſecundum ꝙ eſt terræmotus in apertione ſexti ſigilli, deſignat perturbationem factã in vltima euerſione Hieruſalem.apoc.6.c.11.c.Vel deſignat tranſlationem rerum à corruptibilitate in incorruptibilitatem. apoc.16.a.

## *Terrere, Terror, Exterrere, Conterrere. Conſternare, Terribilis.*

TErrere eſt timorem alicui incutere. Terribile autem eſt,quod eſt formidabile.

*Hila ſ.ps.65. Hie.ſ.ps.65. Aug.ſ.ps.65.*

Terribilis dicitur Deus,ſecundũ ꝙ operatur mirabilia,quibus homines terrentur.Exo. 15.b.Et dicitur terribilis in conſilijs ſuper filios hominũ.ps.65.quia per eos facit mirabilia, & etiam propter iudicia,quæ exercet erga homines:vt quantum ad reprobationem Iudæorum, & electionem gentium.

*Gre.ſ.1.reg.7. Rup.ſ.Iudi.7.*

Terror domini dicitur inuadere ciuitates.gen.35.a.quando non permittit quempiam tentari ſupra id,quod poteſt.Et exterret dominus Philiſtijm,quum infundit fidelibus gratiã,& bona deſideria,quibus terrentur dæmones.1.reg.7.c.Sic terruit dominus Siſaram per Barach,hoc eſt,dæmones per apoſtolos.Iudi.4.c.

*Gre.7.mora.3.&.8. mor.17. — Sententia iudicij. Iudiciũ vniuerſale. Meditatio iudicij*

Terror brachij Dei eſt ſententia condẽnationis,quã proferet dominus in iudicio. Iſa.30.g. Et terribilia Dei ſignificant ipſum iudiciũ.ps.144. Et dies domini terribilis eſt ipſe dies iudicij.Ioel.2.c.Terrores quoq; domini cõturbantes, ſunt cogitationes diuini iudicij, & mortis æternę.ps.87.Et hi terrores militant contra nos.Iob.6.a.Terret autem Deus per ſomniũ, hoc eſt,per imaginationes vltimi diſtrictiq; iudicij.Iob.7.b.25.a.37.a.

*Hie.ſ.Iob.6. — Dæmones.*

Terrores domini dicuntur aliquando dęmones.Iob.6.a.Et terror equi dicitur gloria nariũ eius.Iob.39.c. Et terrentes Hieruſalem ſunt dæmones terrentes animam.thre.2.g.

*Gre.22.mor.17. Hila.ſ.ps 65.138 Hie.ſ.Iſa.10.&.ſ ps. 65. — Maieſtas Chriſti.*

Terribilis mons maieſtatem Chriſti deſignare poteſt.Exo.19.c.Non terruit autẽ Iob, hoc eſt,Chriſtum deſpectio propinquorum.Iob.31.d.quia ab ipſis Iudæis,vt nos ab æternis ſupplicijs liberaret,palmas in facie æquanimiter accepit:quibus tamen poſt reſurrectionem terribilis factus eſt.Terribiliter autem magnificatus eſt Chriſtus,quando mortuus eſt cum tot ſignis & portentis.ps.138.Terribilia quoq; Dei,& terribilia opera Dei mortem Chriſti, & opera redẽptionis ſignificare poſſunt,quæ terrent contemplantes ea. Exo.34.ps.65.144. Vnde & terror dicitur eſſe tempore paſsionis Chriſti.Iſa.10.f.

*— Opera redẽptionis.*

*Gre.31.mor.21.28. — Prædicator terrens audientes*

Terror filiorum Noe dicitur eſſe ſuper animalia terræ.gen.9.a.quando prædicatores terrẽt gentes irrationabiles.Et dicitur terror gloria narium equi,hoc eſt,iuſti prędicatoris.Iob.39.a. quia gloriatur de aduentu iuſti iudicis,quem prædicat:de cuius aduentu iniquus terretur.Dicitur etiam de quolibet fidele inter ſpem & timorem incedente.

*Gre.27.mor.13 — Timor peccatoris ex meditatione iudicij*

In terrore dicitur audiri vox Dei.Iob.37.a.quia peccator quiſq; dum ſola,quę terrena ſunt cogitat,dum cor oppreſſum infimis cogitationibus geſtat:ſi repente diuinæ gratiæ aſpiratione tangitur,hoc ante omnia intelligit,quòd cuncta quæ agit,diſtricta ęterni iudicis animaduerſione puniantur.

*Gre.34.mo.4.*

Territi dicuntur angeli in lapſu Luciferi.Iob.41.c.quia videntes eius lapſum, cauerunt ſibi, ne conditorem ſuum ſuperbe deſpicerent.

*Gre.5.mor.22. Ricar.de ſ.victo.de ſomni.Nabuch.2.*

Territa oſſa in viſione aut contẽplatione Dei.Iob.4.c.deſignãt,quòd ſæpe homines ea quę agunt,alicuius momenti eſſe putant:quia diſtrictionis intimę quàm ſit ſubtile iudicium ignorant:ſed quum per contemplationem rapti ſuperna conſpiciunt,ab ipſa quodãmodo præſumptionis ſuæ ſecuritate liqueſcunt.Sic perterritus fuit Pharao,viſo ſomnio.geneſ.41.a.Ita etiam perterritus fuit ſpiritus Nabuchodonoſor.Dani.2.a.

*Gre.ſ.cant 6. Rup.ſ.cant.6. — Terribilis eccleſia dæmonibus,& etiã virgo Maria.*

Terribilis vt caſtrorum acies ordinata,eſt eccleſia,quando fideles ſunt in pace & charitate vniti:in quã nõ valẽt dęmones irrũpere.cãt.6.a.Sic beata virgo Maria eſt terribilis dęmonibꝰ.

*Philo.de ſomni. — Mundus*

Terribilis locus dicitur eſſe mundus.gen.28.d.quando quis videlicet per ipſum,magnitudinem Dei creatoris conſiderat.

*Amb.de Ioſeph. 4. Hie.ſ.Iſa.33. Iſy.ſ.Leui.26 — Incredulitas Iudæorum.*

Terror fratrum Ioſeph timentium ipſum Ioſeph,deſignat ipſos Iudæos timentes credere in Chriſtum,nec veniam ſperantes.gen.43.d.45.a. Et perterriti filij Iſrael, puſillanimitatem Iudæorum,vt crederent in Chriſtum,deſignare poſſunt.Exodi.20.c. Et conterriti peccatores in

Sion



Sion ſunt Iudæi in deſtructione Hieruſalem. Iſa.33. b. Ad eoſdem refertur conſternatio Eſau. gen.27.f.Terret autem Iudæos ſonitus folij volantis,quando terrentur prædicatione legis per fideles facta.Leui.26.c.

*Securitas ſeruorum Dei. — Ori.ſ.Leui.ho.16 Hie.ſ.Iſa.17.*

Non eſt,qui exterreat,quando datur fidelibus virtus aduerſus dæmones:per quod etiam ſignificatur ſecuritas ſeruorum Dei.Leui.26.a.Iſa.17.a.Ephe.3.c.

*Gre.12.mor.19.*

Terroris ſonitus dicitur eſſe in auribus iniqui & impij.Iob.15.b.18.c.quia aut molitur mala quæ inferat:aut metuit,ne hæc ſibi ab alijs inferantur: & quicquid contra proximos cogitat, hoc contra ſe excogitari à proximis formidat.

*Nequitia diaboli. — Gre.13.mor.6.*

Terribilibus oculis intuetur hoſtis.Iob.16.b.quando diabolus prauorum conſilijs non ceſſat mala exquirere,quibus bonorum vitam ſemper deterius affligat.

*Regnũ Romanorũ — Hie ſ.Dani.7.*

Terribilis beſtia.Dani.7.b.regnum Romanorum ſignificat.

## *Teſta.*

TEſta eſt fruſtum vaſis fictilis,& cuiuſq; lateris,ſeu rei ex luto cocto factæ.

*Caro Chr̃i,& mors, & corruptio eius — Arno.ſ.ps.21. Aug.epiſt.120. Ori.ſ.Iob.lib.2. Gre.3.mo.14.*

Teſta areſacta cenſetur melior,quam nondum cocta: vnde virtus Chriſti comparatur teſtæ areſactæ:quia aruit igne tribulationis.ps.21.Et teſta,qua Iob ſaniem radebat,carnẽ Chr̃i, & mortem eius ac crucem deſignare poteſt, quibus ipſe peccatorum noſtrorum ſaniem raſit, atq; deleuit.Iob.2.c.

*Vigor diſciplinæ. Fragilitas mortalitatis. — Gre.3.mor.22.*

Teſta etiam,qua Iob ſaniem radebat,deſignare poteſt vigorem diſtrictionis, quo fluxus illicitę cogitationis,nos metipſos aſperè dijudicando mundamus.Vel deſignat fragilitatem mortalitatis:cuius curſum cum penſamus,putredinem miſerę delectationis abſtergimus.

*Homo Peccator. — Hie.ſ.Iſa.45*

Teſta de Samijs terrę.Iſa.45.b.hominem deſignat.Et dicitur ſimilis alijs:quia ex eadẽ maſſa omnes.Et teſtea vaſa ſunt peccatores & fragiles.thre.4.a.

*Seditiones Romanorum. Impatientia. Diſſolutio voluptatum. — Hie.ſ.Dani.2. Ricar.de.ſ.victo.de ſomni.Nabucho.23, 25,26.*

Teſta in digitis ſtatuæ mixta ferro.Dani.2.e.deſignabat ſeditiones futuras in regno Romanorum,& etiam fragilitatem impatientiæ.Teſteis enim plantis innititur, qui terrenorũ amori immoderatius incumbens ad impatientiam effrẽnatur. Deſignat etiam diſſolutionẽ. Pes enim neceſsitatem:teſta voluptatem.Pes teſteus,quum quis in voluptatibus effrẽnatur.

*Dogma hæreticum — Hie.ſ.Iſa.30.*

Teſta lagenę prauum dogma hęreticorum deſignare poteſt.Iſa.30.c.

## *Teſtari, Teſtamentum.*

*Aug.ſ.ps.82.*

TEſtari dicitur,qui teſtamentum facit.Teſtamentum autem eſt voluntatis noſtrę iuſtę ſententia,de eo,quod poſt mortem fieri voluerimus. Dictum eſt autem, quòd ſit voluntatis noſtræ quaſi teſtimonium.In ſcripturis autem non ſolum illud dicitur teſtamentum, quod nõ valet,niſi teſtatoribus mortuis:ſed omne placitum & pactum teſtamentum vocatur: vt ps.82. Simul aduerſum te teſtamentum diſpoſuerunt tabernacula Idumęorum,& Iſmaelitæ.

*Confirmatio & manifeſtatio diuinę voluntatis — Lactan.lib.4 ca. 20 Amb.de Noe. 11.& 1.de Cain.7. Arno.ſ ps.77 Hila.ſ.ps.54. Hier.ſ.Iere.31.&.ſ. Zachar 9. Geor.vene.canti.2. ton.5.cap.15 16.17. Euch for.ſpõſa.10.*

Teſtamentum Dei dicitur confirmatio voluntatis diuinæ.Et teſtamentum Dei dicitur eſſe in Chriſto:quia per Chriſtum teſtificata eſt nobis & manifeſtata diuina voluntas:& per ipſum confirmatum eſt pactum Dei cum hominibus:& teſtamentum vetus, & pactum vetus fuit lex vetus:quod pactum irritum factum dicitur.Iere.31.f. Et factum eſt teſtamentum nouum,quod morte Chriſti confirmatum eſt & apertum.gen.6.d.ps.54.73.77.88.131. Zach.9.c. Matth.26. b.Ioan.3.Rom.8.Gala.4.c.1.Cor.11.Ephe.2.Teſtamentum autem dicitur,quo defertur bonorum hæreditas.Merito ergo & hoc teſtamentum dicitur,& diuinum, quia ea quę verè bona ſunt atteſtatione mandatorum cœleſtium conferuntur.Et teſtamentum dicitur, quoniam ſanguine dedicatum eſt:vetus quidem typo:nouum autem veritate.Ponitur & teſtamẽtum Dei. ps.49.Vbi ſignificat promiſſa Dei.

*Promiſſa Dei — Aug.ſ.ps.49*

*Chriſtus*

Teſtamenti angelus dicitur Chriſtus.Mala.3.a.

Teſtamentum aliquando dicitur mandatum.Eccl'i.10.c.Sta in teſtamento tuo.

Teſtamentum ſanctuarij dicitur Hieruſalem.Dani.11.e.

*Pacta cum dæmonibus — Ori.ſ.Eze.ho.7.*

Teſtamenta multiplicata in terra Chanaan.Ezec.16. deſignant diuerſa pacta inita cum dæmonibus,vero Deo relicto.

## *Teſtis, Teſtimonium, Teſtificari, Atteſtari, Conteſtari.*

TEſtis eſt,qui teſtimonium dicit: & qui aſſertor eſt. Teſtimonia autem ſunt teſtium dicta ad alicuius rei probationem:& ipſa atteſtatio.Eſt etiam teſtimonium condemnatio.Mat. 10.b. In teſtimonium illis. Fama.1. Timoth.3.b. Oportet illum teſtimonium habere bonum. Promiſsio.ps.18.Teſtimonium domini fidele. Atteſtari autem eſt teſtimonium adducere, ſeu confirmare.Conteſtari vero eſt teſtem facere,ſeu teſtem inuocare,vel teſtificando certificare. Teſtis etiã pro teſtimonio ſumitᷣ, & è diuerſo.gen.31.f.Quem vocauit Laban,tumulus teſtis.

*Deus pater. Chriſtus. — Gre.13.mor.12.13. Aug.q.in Ioſu.30.*

Teſtis Chriſti de cœlo eſt Deus pater.Iob.16.d.De quo ipſe Chriſtus.Ioan.5.e.Et qui miſit me pater,ipſe teſtimonium perhibebit de me.Ipſe quoq; Chriſtus eſt teſtis fidelium, & teſtis in cœlo,eorum videlicet,qui actibus ſuis omnipotenti Deo placere feſtinant. ps. 88. Ipſe eſt

datus

datus à patre in teſtem.Iſa.55.b.Et ipſe eſt lapis poſitus in teſtimonium. Ioſu.24.d. Et ipſe erit teſtis velox,etiam peccatis occultis.Mala.3.b.

Hier.ſ.Iere.32.&.ſ. Hoſe.11. Gre.9.mor.43.&.13 mor.13. Aug.ſ.ps.121.

Teſtes Dei dicuntur apoſtoli,prædicatores,& demum fideles.Iſa. 43.b.Et filij Iſrael teſtes Dei fuerunt in deſerto.Iſa.44.b.Et teſtes emptionis agri,quem emit Ieremias, ſunt martyres in eccleſia.Iere.32.g.Et teſtis dicitur Iudas ſignificans fideles eccleſiæ. Hoſe. 11.b. Demum teſtes Dei ſunt,qui per exercitium ſancti operis teſtantur,quę electos ſequutura ſunt prœmia veritatis.Iob.10.c.Deus quoq; in cœlo dicitur teſtis fidelium. Iob. 16.d. Teſtimonium Iſrael eſt eorum,qui non ſuperbiunt:ſed Deo tribuunt,quod ſuum eſt,& etiam ſibi & proximo.ps. 121.

Apoſtoli. Prædicatores Fideles Martyres. Deus

Augu.epiſ.109.&.ſ. ps.88. Gre.13.mor.19

Teſtis fidelis in cœlo eſt luna.ps.88.Et deſignat eccleſiam,quæ parit nūtios fideles.Vel ipſe Chriſtus eſt teſtis fidelis.Vel teſtis fidelis erit caro noſtra reſuſcitata:nempe aduerſus eos, qui negant reſurrectionem.

Eccleſia Caro reſuſcitata.

Hie.ſ.Iſa.8.

Teſtes fideles,quos ſibi adhibuit Iſaias,deſignant ſacerdotes & prophetas,qui adhibiti ſunt ad myſterium incarnationis explicandum.Iſa.8.a.

Sacerdotes & prophetæ.

Hila.ſ.Mat. can.18. Aug.ſ.apoc.ho.8. Rup.6.ſ.apoc. Lyra.ſ Exo.21.

Teſtes adhibendi ad correctionem peccantis,ſunt lex & prophetæ,& Ioānes Baptiſta.Mat. 18.b.Et in teſtimonium erit ſcriptura,ad confundendos incredulos.Iſa.30.b.Teſtes etiam duo Dei.apoc.11.a.ſunt duo teſtamenta.Vel duo ſicut Elias & Enoch:quidā vt Enoc in pace docentes:quidam vt Elias perſecutionem patientes,etiam vſq; ad mortem. Conteſtari dominum bouis,eſt fraternè peccantem admonere.Exo.21.c.

Lex & prophetæ Sacra ſcriptura. Correctio fraterna

Glo.or.ſ.Leui 5.

Teſtis iurantis falſum,cōſcius videlicet iuratæ rei,tenetur non tacere indicādo his,qui poſſunt iuranti prodeſſe,monendo vel orando.Leui.5.a.

Glo.or.ſ Iſa.44 Beda.ſ.pro.12.

Teſtes idolorum,quòd non videant nec audiant,ſunt hæreſiarchę,qui ſuos cognoſcunt errores:& tamen eos pertinaciter defendere conantur.Iſa.44.b.Teſtis etiam repentinus.proue. 12.c.eſt doctor hæreticorum,qui ab eorum dictis aberrans,dum ea,quæ rectè non ſentit, repente pronuntiare cupit, mendacium potius, quam veritatis loquutionem cogitatione ſuā componit.

Hæreſiarchæ

Hie.ſ.ps.34.

Teſtes iniqui dicuntur Iudęi contra Chriſtum.ps.34. quia falſa teſtimonia aduerſus eum dixerunt.Hos deſignarunt teſtes aduerſus Naboth.3.reg.21.c.

Iudæi

Glo.inte ſ. gen.21.

Teſtimonium aliquando dicitur memoriale:vt teſtimonium ſeptem agnarum. gen. 21.d.31. g.Et deſignat fiduciam donorum ſpiritusſancti.

Dona ſpūſſancti

Glo.or.ſ.Exo.25.

Teſtimonij arca dicebatur arca fœderis.Exodi.25.b.26.27.30.35.40. Et teſtificatio in arca erant tabulę,& vrna manna,& virga:quæ deſignabant confitendam eſſe nobis in Chriſto veritatem carnis & animæ & verbi.

Arno.ſ.ps.92.131.

Teſtimonij tabulæ dicebantur propter legem:& ipſa lex eſt teſtimonium fœderis inter Deū & homines.Exo.31.32.34.Iſa.18.c.Sic etiam dicebatur tabernaculum teſtimonij.Exo.40.Leui.1.12.14.b.15.b.Et teſtimonia multa ſunt in ſacra ſcriptura:ſed quæ ſunt Dei,ſunt ſcrutanda. ps.118.131.Et teſtimonia credibilia,ſunt miracula doctrinam Dei confirmantia. ps.92. Teſtificatio etiam,quam dat Deus,dicitur ipſa lex.Exo.25.Lex autem dicitur teſtimonium, quantū aliquid probat:quia per illam conuincuntur peccatores puniendi.ps.77. Teſtimonium etiam in arca,eſt euangelium præbens teſtimonium Chriſto.Leui.16.b.1.Timo.2.b.

Aug.ſ.ps.77. Iſy.ſ.Leui.16.

Lex. Doctrina ſacræ ſcripturæ. Miracula Euangelium.

Amb ſ.ps.118.ſer.1. Glo.inte.ſ.Exo.19.

Teſtimōia dicunt quādoq; teſtes nřorū operū.ps.118.Et teſtimoniū Iſrael ſunt fideles.ps.121.

Conteſtari dicitur Deus,cum apertè admonet,& comminatur.Iere.11.b.Sic conteſtatus eſt Moſes populo.Exo.19.d.

Admonitio Dei.

Hie.ſ.Mala.2.

Teſtificatus eſt dominus inter virum & vxorem.Mala.2.d.quia ipſe eſt teſtis in matrimonio:& quia maſculum & fœminam fecit eos.

Conteſtans angelus Ieſum.Zach.3.b.indicauit certitudinem diuinę promiſsionis.

Certitudo diuinæ promiſsionis.

Gre.13.mor.5.

Teſtimonium dicunt contra eccleſiam rugæ eius:quando ipſi eā inſequēdo increpant, qui nunc in eius corpore poſiti duplicitatis ſuæ in ſe malitiam non emendant.Iob.16.b.

## *Teſticulus.*

TEſticuli ſeu teſtes ſunt in animalibus velut vaſa ſeminis ad generandum.

Iſy.ſ.Leui.22.

Teſticuli contriti,aut contuſi.Leui.22.d.deſignant virilitatem per tentationes & tribulationes ablatā,aut imminutā. Abſciſsis aūt teſticulis eſt,q ſpōte oēm virtutem amittit.

Amiſsio virilitatis, & virtutis

Gre.32.mor.15.18.

Teſticuli Behemoth.Iob.40.c.voluptates carnis ſignificare poſſunt: & etiam ſuggeſtiones prauas,quibus in mentis corruptione feruеſcit, atq; in conſtuprata anima iniqui operis prolē gignit.Tot etiam teſtes habet Behemoth,quot iniquitatis ſuæ prædicatores poſſidet :qui prauis perſuaſionibus corda hominum virulenta erroris ſui ſemina fundendo corrumpunt.

Voluptates carnis. Suggeſtiones prauæ Prædicatores diaboli.

## *Texere, Contexere, Intexere, Textile, Textura.*

TExere eſt propriè telam ſtruere,ſeu conficere:& ſecundum opera,quæ quis facit, in bonū & malum texere ſumitur.Textile autem opus eſt,quod fit texendo.

Lyra.ſ.Iſa.38.

Texere dicitur Deus,quando dat vitam:qui etiam telam vitę præcidit.Iſa.38.c.Iob.7.b.

Dans Deus vitam.

Cōtexta



Sapientia Chriſti. Connexio virtutū.

Contexta tunica Chriſti,diuinā ſapientiam in Chriſto deſignat.Ioan.19.d.

Textura ſuperhumeralis virtutum colligationem exprimit. Exo. 28.b. Eodem refertur velū pulchra varietate contextum.Exo.26.f.

Amb.ſer.2. Glo.or.ſ.Exo.28.

Concordia operum cum cogitatione & fide.

Textura rationalis ſimilis texturæ ſuperhumeralis.Exo. 28.c. deſignat conuenientiam operum cum cogitatione.Textile quoq; opus dicitur,quando fidei facta concordant. Ad quod refertur etiam textilis ora capitij.Exo.28.c.39.d.

Glo.or.ſ. Exo.28. Amb.2.de fide pro.

Dona Dei.

Texta byſſus in velum nauis Tyri.Eze.27.b.dona Dei ſignificat, de quibus dicitur: Quid habes,quod non accepiſti?

Glo.or.ſ.Eze.27

Incitatio voluptatis Blanda verba hæreticorum. Opera inania.

Intexens lectum funibus meretrix.pro.7.c.eſt dans guſtum voluptatis.Vel ſunt hęretici,qui blandis verbis,quaſi molli lecto excipiunt ſimplices,quos funibus peccatorum ligant.Texunt etiam ſubtilia hæretici,fabricantes rationes dialecticas.Iſa.19.b. Dicuntur etiam Iudæi,& hæretici texere telas araneę.Iſa.59.a.quum docent falſa.Et peccatores texunt telam araneæ:quia ipſorum opera ſunt inania:& quia pro huius mundi concupiſcentia,ſeu voluptate temporalia quælibet operantur.

Amb.de Cain.4. Beda.ſ.pro.7. Hie.ſ.Iſa.59. Ori.ſ.ps.36.ho.2. Gre.15.mor.8.

Seruire Deo & mamonæ

Contextum veſtimentum ex lino & lana.Leui.19.d.deut. 22. b. deſignat matrimonium fidelis cum infideli:aut quum quis vult ſimul ſeruire Deo & mammonę : aut ſeruare legem & euangelium.

Hie.ad Gerontiam. Iſy.ſ.Leui.19.

## *Thabor.*

THabor.i.electio,ſiue puritas,aut veniens lumen,vel veniat lux:mons eſt Galilęæ in medio campi magni,quem Eſdrelon vocant,haud longe à Nazareth contra ortum, in confinio Zabulon,Iſachar,& Nephtalim,arduus quidem & mirę rotunditatis:atq; ea parte, qua aquilonem reſpicit, inacceſſus:ſublimitas ex omni parte finitur æqualiter,triginta ſtadiorum: vertex eſt campeſtris viginti ſtadiorum,planus ac varijs arborum generibus conſitus. In eo Chrs transfiguratus creditur.Eſt etiam Thabor ciuitas in tribu Zabulon,data Leuitis cum ſuburbanis eius.1.par.6.g.De monte autem fit mentio.Ioſu.19.b.ps.88.Ierem.46.c.Hoſe.5.a. Iudi.4. b.deſignare poteſt vetus teſtamentum:in quo optabatur,aut prophetabatur ventura lux. Chri. Deſignat etiam ipſum Chriſtum,qui eſt oriens,qui viſitauit nos ex alto. Eſt & locus quidam dictus quercus Thabor:vbi occurrerunt Sauli tres viri aſcendentes in Bethel.1.reg.10.a.

Vetus teſtamentum Chriſtus

Hie.ſ.ps.88 Rup.ſ.Iudi.6.

## *Thadal.*

THadal.i.ſciens iugum,vel continens iugum,ſeu ſcientia eleuationis,vel aſcenſionis:rex gētium,qui venerat cum alijs regibus aduerſus reges Sodomorum.gen.14.a.deſignat auaritiam,quæ plurimum regnat in omnibus gentibus.

Auaritia

Glo.or.ſ.gen.14.

## *Thahath.*

THahath.i.ſubter,vel ſubtus,aut pauor ſiue formido:vel Syriacè,deſcenſio: vigeſima tertia manſio filiorum Iſrael in deſerto.Nume.33.d.Iuxta Origenem interpretatur confirmatio vel patientia:quo peruenitur è Macelloth:Neceſſe eſt enim eum,qui vult etiam alijs prodeſſe, multa pati:ſicut Paulus.

Ori.ſ.nu.ho 27.

## *Thalamus, uide Cubiculum.*

## *Thamar.*

THamar.i.palma,vel dactilus,ſiue commutatio vel permutatio,aut amaritudo:nurus Iudæ prius vxor Her,deinde Onam:ex quibus non genuit liberos:vnde quia nō tradebatur tertio filio Sela,ipſa aſſumpto habitu meretricio concepit ex ſocero,& genuit Phares & Zaram, accepto prius à ſocero arrabone: per quem liberata eſt,ne lapidaretur.

Eccleſia ex gentib⁹

Thamar proferens munera Iudę,quibus liberata eſt,ne lapidaretur.gen.38.f. typus eſt eccleſiæ proferentis teſtimonia legis & prophetarum ad ſalutem ſuam. Vt autem cōiuncta eſt Iudę, mutato habitu in habitum meretricium,eſt eccleſia ex gentibus:quæ venit ad Chriſtū per amaritudinem pœnitentię,& confeſsionem peccatorum.

Hie.proœ.in Hoſe. Au.22.cōt.fauſt.86. Beda.ſ.gen.38.

Anima Scientia indifferens

Thamar vt interpretatur palma,typus eſt animę coniunctę corpori:vel etiam ſcientię indifferentis:Ideo opertam ſe obtulit Iudæ,hoc eſt,diſcipulo : & ſedebat in triuio , & viſa eſt eſſe meretrix:quam ſtudioſus Iudas,qui exponitur potens,qui nihil relinquit, quod non conſideret,ac ſcrutetur,conſiderauit,& ad eam declinauit,ſeruans eam , quam in Deum habuit,confeſsionem.

Philo.2.allego.&.de congreſ.&c. Cle.Ale.1.ſtrom.

Pœnitentia

Thamar vt interpretatur amaritudo,typus eſt pœnitentiæ : cui iuncti ſunt Her & Onam.i. populus ante legem & ſub lege:qui,quia non protulerunt fructus pœnitentię dignos, perierūt. Et ingreſſus eſt ad eam Iudas.i.Chriſtus:qui genuit duos populos per eam ſaluandos. Generat etiam Thamar ex Iuda:quia amaritudo pœnitentiæ iuncta confeſsioni profert bona opera.

Rup.8.ſ.gen.29. Au.22.cōt.fauſt.84.

Plebs Iudaica

Thamar,vt fuit nurus Iudæ,deſignat plebem Iudaicam:cui dabantur reges de tribu Iuda, tanquā

Au.22.cōt.fauſ.84.

Beda.ſ.gen.38. tanquam mariti:& ipſa interpretatur amaritudo:quia domino fellis poculum dedit. gen.38.a.

Hie.ſ.Eze.47 Thamar etiam eſt vrbs meridiana terræ promiſsionis,quam conſtruxit Salomõ:quæ poſtea dicta eſt Palmyra:deſignat victoriam contra vitia.Eze.47.d. Victoria contra vitia.

## Thamna.

THamna.i.vetita,ſiue prohibita,aut perfecta,vel conſummata commotio,vel defectus fluctuans:fuit concubina Eliphaz filij Eſau:typũ gerit voluptatis,quę generat Amalec, hoc eſt,brutum affectum.gen.36.b.1.par.2.c. Voluptas

## Thamnas.

Beda.ſ.gen.38. Rup.8.ſ.gen.19. THamnas.i.imago vel figura,aut numeratio vel numerans,vel defectus: Ciuitas aut locus, vbi Iudas filius Iacob tondebat oues.gen.38.c.Videtur eadem,quæ Thamna ciuitas in tribu Iudæ.Ioſu.15.c.Eadem Thamnata.Iudi.14.a.deſignat tempus,in quo defecit rex Iuda:quo tempore venit Chriſtus.Vel interpretatur vetans,vel deficiens:& deſignat Iudæos vetantes baptiſmum,& deficientes:ad quos venit Chriſtus. Iudæi

## Thare.

THare.i.adorans vel ſpirans,aut abigens:filius Nachor, pater Abrahæ, qui mortuus eſt in Aram,quo venerat relicta Chaldęa.gen.11.c.deſignat rationem,quæ,relicta curioſitate aſtrologię,venit ad ſenſuum & ſui conſiderationem. Ratio

Ori.ſ.num.ho.27 Hie.de manſio. Thare etiam iuxta Origenem interpretatur contemplatio ſtuporis,ſeu extaſis:eſtq; viceſima quarta manſio filiorum Iſrael in deſerto:quo peruenitur è Thahath:quia proficiens eleuatur ad contemplationem,ita vt extaſim patiatur.num.33.d.Et vt interpretatur abigens,eſt figura eorum,qui proficiendo coruos & leones abigunt.

## Tharſis.

THarſis.i.contemplatio gaudij,ſiue chryſolithus lapis, aut mare abſolutè. Eſt inſula indiæ orientalis.3.reg.10.d.2.par.9.c.20.g.ſecundum aliquos Tharſis ſumitur interdũ pro Chartagine:& etiam pro Tarſo Ciliciæ.

Hie.ſ.Iſa.2. Aug.ſ.ps.47. Tharſis deſignare poteſt libros philoſophorum,aut hęreticorum,erroribus ſcatentes.Iſa.2.c.23.a.Iere.10.b.Deſignat etiam gentilitatem,aut eius ſuperbiam.ps.47. Libri hęreticorum. Gentilitas. Superbia gentium.

Hie.ſ.Iſa.23.66. Tharſis vt interpretatur contemplatio,ſiue exploratio gaudij,deſignat eos, qui dediti ſunt cogitationibus & curis ſeculi.Iſa.23.a.Vel è diuerſo ſignificat eos,qui non cogitant,quæ in pſenti ſunt,ſed quę in futuro,vbi verum eſt gaudium.Iſa.66.f.Eze.38.d. Vacãtes curis ſeculi. Cogitantes futurũ ſeculum.

Hie.ſ.Dani.10.&.ſ.Ionam 1. Rup.ſ.Ion.1. *Cum Ionas dicitur fugiſſe* in Tharſis:non in Tarſum Cilicię intelligitur fugiſſe,vel in indię regionem:ſed abſolutè in pelagus,ſeu mare.Ion.1.a.ps.47.Gerit autem Tharſis typum mundi, in quem venit Chriſtus:vel inundationum & turbationum ſeculi,in quas merſus eſt Chriſtus. Mundus. Turbationes ſeculi.

## Thartan.

Hie.ſ.Iſa.10. THartan.i.explorans,vel contemplans donum,aut turturis donum,vel lex ipſarum, vel turturem dedit,vel ſuperfluus,ſiue elongans: Dux regis Aſſyriorum,qui cepit Azotum.Iſaię.20.a.deſignat diabolum,qui per voluptates ſuperfluas inducit ignem libidinis. Diabolus

## Thau.

Cyril.8.ſ.Ioan.17 THau,vltima litera alphabeti Hebraici:& interpretatur ſignum.Eze.9.b. Vt autem imprimebatur in frontibus ſeruandorum,crucem Chriſti deſignat. Crux Chriſti.

## Thecua.

Hie.prol.ſ.Amos. THecua.i.tuba,vel clangor,aut fixa:oppidum diſtans ſex milibus à Bethlehem ad meridianam plagam:& vltra non eſt victulus,ne agreſtes quidem caſæ,& furnorum ſimiles, quas Aphri appellant Mapalia:tanta eſt eremi vaſtitas:quę vſq; ad mare rubrum, Perſarũq; & Aethiopum,atq; indorum terminos dilatatur.Iere.6.a.Amos.1.a. deſignat tubam prophetalem, & tubam prædicationis diuinarum comminationum. Comminationes diuinæ.

## Theman.

Hie.ſ.Amos.1. Gre.3.mor.18.&.7.mor.17. THeman.i.deficiens:dux Idumęę:& prouinciæ,quæ etiam Daron & Nages dicitur: & eſt typus Iudęæ.Iere.25.c.Amos.1.d.Vel Thema interpretatur Auſter: & deſignat feruorem hæreticorum, quo appetunt ſapere pluſquam oportet. Vel quia Auſter membra afflata tepobus diſſoluit,fluxam viuendi remiſsionem indicat.Iob.2.d. Iudæa. Feruor hæreticorũ. Remiſſa vita.

## Theraphim.

Hie.ſ.Hoſe.3. THeraphim propriè ſunt ſimulacra:& poſſunt ſignificare Cherubim & Seraphim, quę erãt in templo:& etiam rationale,quod erat in pectore ſacerdotis,in quo erat doctrina & veritas,quæ debent eſſe in pectore ſacerdotis,ita vt poſsit ea proferre. Et nunc ſunt Iudæi ſine Theraphim:quia non habent doctrinam & veritatem.Hoſe.3.b.

Theri-



## Theriſtrum.

THeriſtrum eſt velamen,vel veſtis tenuis,qua vtuntur mulieres tempore æſtatis. deſignare poteſt protectionem ab æſtibus vitiorum.gen.38.c.Iſa.3.d. Hie.ſ.Iſa.3.

## Theſaurus, Theſaurizare, uide Diuitiæ.

## Thicon.

THicon.i.medius,vel intermedius:& atrium. Thicon.i. atrium medium eſt terminus terræ promiſsionis à parte aquilonari.Eze.47.c. Hie.ſ.Eze.47.

## Thimiama, uide Incenſum.

## Thogorma.

THogorma.i.peregrinus & aduena,vel oſſeus,aut robuſtus,ſiue incolatus nimius,vel timẽs valdę,aut anxioſa celſitudo:filius Gomer,à quo dicti ſunt Phryges. Deſignat eos,qui ſunt extra eccleſiam:vnde afferuntur equi & muli in Tyrum.gen.10.a.Eze.27.c.38.a.

## Tholmai.

THolmai.i.pręcipitium,aut ſulcus qui fit cum aratro,aut ſuſpendens aquas, vel coadunatio aquarum:tertius filius Enach,deſignat,quòd nouiſsima inanis humilitatis ad inferni pręcipitium tendunt.Ioſu.15.c.Iudi.1.b.Num.13.c.Fuit & rex Geſſur.2.reg.3.a.1.par.3.a. Ori.ſ.Ioſu.ho.20

## Thomas.

Iudæi THomas.i.abyſſus,vel geminus:qui Græcè didymus appellatur:vnus è duodecim apoſtolis:qui ex hoc ꝙ non credidit reſurrectionem Chriſti,niſi videndo & palpando, typus eſt Iudæorum,qui credent in fine mundi.Ioan.20.f. Rup.14.ſ.Ioan.

## Thopheth.

Infernus. THopheth.i.tympanum,vel ſeductio,aut dilatatio:locus eſt in valle filij Ennon in ſuburbanis Hieroſolymę,q rigat fontibus Siloë,& hortorũ delitias prębet: vbi parẽtes filios igni exuſtos deuouebãt,& immolabãt dęmõio Moloch.Iſa.30.g.Ier.7.g.19.d.ſumi ſolet ꝓ inferno. Hie.ſ.Iſa.30.&.ſ.Iſa.7.

## Thorax.

THorax Latinè pectus dicitur:vnde & munimentum,ſiue laneum,ſiue ferreum, ſiue plumbeum,aut alterius materiæ,quo pectus protegitur,thorax appellatur. *

Patientia Thorax fortitudinẽ patientiæ ſignificare poteſt:qui thorax nõ ſubſiſtit coram Leuiathan: quia conſtantium patientia,niſi à Deo adiuuetur,dirupta à diabolo penetratur.Iob.41.c. Gre.34.mor.5.

## Thorus, uide Lectus. Thronus, uide Cathedra.

## Thubal.

Pœnitentes ex gentibus. Auerſio à bona. Mundus. THubal.i.orbis,vel mundanus,aut confuſio vel ignominia,ſeu portatus vel aduectus: filius Iaphet:à quo Iberes orientales:vel occidentales,qui ſunt Hiſpani.gen.10.a.Eze.27.c. Vel interpretatur ductus ad luctum,vel conuerſio ad vniuerſa:deſignat lugentes peccata,qui venerunt ex gentibus.Iſaiæ.66.f.Vel deſignat conuerſionem, non à malo in bonum:ſed è diuerſo. Ezechiel.32.f.Vel interpretatͬ tota vel omnia:& eſt typus huius mũdi, cuius princeps eſt Gog. Eze.38.a. Hiero ſ.Iſa.66.&.ſ.Eze.27.32.38.

## Thus, Thuribulum.

THus Græcè libanus dicitur,& apud nos incenſum:quòd in Dei venerationem incẽdatur. Naſcitur velut gũmi in arborib⁹ fœlicis Arabię thuriferis,inciſo corticę: valet contra interiores paſsiones:& oculorum ęgritudines curat:& ſi quis incendens fumum eius ſuſcipiat,reſtringit accidentes ex infirmitate lachrymas. Iſy.ſ.Leui.2.

Diuinitas Chriſti. Reſurrectio Chriſti. Confeſsio deitatis in Chriſto. Thus,quod obtulerunt magi Chriſto,eius diuinitatem inſinuabat:& per conſequens etiam reſurrectionem humanitatis eius, quæ virtute diuinitatis facienda erat. Significat etiam ipſius deitatis confeſsionem.Matth.2.b.Iere.17.d.Indicatur etiam per thus oblatum à magis, facies aquilæ in Chriſto aſcendente,& ſedente à dextris Dei. Rup.2.ſ.Matth. Baſi.ho.de natiuit. Hila.ſ.Mat.cano.1. Amb de viduis.&de Iſaac.5.&.ſ.Luc.2. Gre.ho.10.

Oratio. Thus ſæpe deſignat orationem,quæ maximè affectus animę ſanat:& intelligibilium oculorum curat vulnera,abſoluens ab ignorantia:atq; ex ea, quæ verè eſt egritudo.i. ex peccato lachrymas accidentes expurgat.Leui.2.a.6.b.24.b.Iere.41.a. Totum autẽ thus dicitur eſſe ſumendum:quia ſemper eſt orandum.1.Theſſa.5.d.Iacobi.5.c.Et thus lucidiſsimũ offertur Deo, hoc eſt,oratio ex puro corde,& mentis deuotio, & confeſsio deitatis. Nihil enim obſcurum vult Deus. Exod.25.a.30.d.Iſa.60.b.Non ponere autem thus in ſimila, eſt non confidere in Fulg.ſer.de Epiph. Ori.ſ.Leui.ho.2.4.9.13. Hie.ſ.Iſa 60. Gre.1.mor.38.&.ſ.cant.3.&.ho.10. Ber.ſer.paruo.59. Gre.Nyſ.de vi.Moi.

proprijs

Iſy. ſ. Leui. 2. 6.

proprijs orationibus. Leui. 5. c. Thus etiam offerimus, vt ſimus bonus odor Deo. cantic. 3. c. 4. b. c. Matth. 2. b. Thure vti ſolent medici, contra interiores paſsiones, & oculorum vulnera: & ſi quis fumum eius ſuſcipiat, reſtringit accidentes ex infirmitate lachrymas: ſic oratio paſsiones animæ ſanat &c. Thuribulum etiam eſt vas oratiõis in Chriſto perfecta charitate ditatę: Ideo aureum. Hebræ. 9. a. Thuribula quoq; aurea ſunt virtutes operum, & orationes ſanctorũ, quibus odor ſuauitatis aſcendit ad Deum ex conſcientia pura, & fide non ficta. 3. reg. 7. g.

*Geor. vene. cant. 2. ton. 7. cap. 22. Glo. inte. ſ. 3. reg. 7. — Oratio Chriſti. Virtutes operum.*

*Hila. ſ. p̃s. 140. Phi. quis re. di. hęres — Aer. Ignis.*

Thus interdum ſignificare poteſt elementum aëris. Et thus perlucidum aliquando adumbrat elementum ignis.

*Tho. 1. 2. q. 102. ar. 3. Theop. Ale. 1. Paſc. Rup. 1. ſ. Leui. 8. — Bona fama. Mentis deuotio*

Thus pingue & odoriferum odorem bonę famę nonnunquam exprimit: & fragrantiam bene olentem bonæ conuerſationis: & etiam mentis deuotionem. Eſt offerendum cum ſimila. Leui. 2. a.

*Philo. de victimis. Ori. ſ. Leui. ho. 5. — Frugalitas.*

Thus cum panibus propoſitionis deſignat nullum condimentum frugalitate ſuauius eſſe.

Thus non ponitur in ſacrificio pro peccato: quia non habet odorem ſuauitatis: vt ſacrificia gratiarum.

*Hie. ſ. Eze. 6. Rup. 1. ſ. Eze. 29. — Fætor peccatorum*

Thura redolentia, quæ offerebantur idolis. Eze. 6. d. 8. e. deſignãt fętorem peccatorũ. Thuribula autem ſunt in manu, quando peccatum eſt opere perpetratum.

Thuribulum eſt inſtrumentum, in quo ponuntur prunæ ad accendendum thus: quod etiam aliquando batillum dicitur.

*Ori. ſ. num. ho. 9. Aug. ſ. apoc. ho. 6. & ſer. 98. — Anima ſeu caro chři. Eccleſia. Lingua Chriſti*

Thuribulum dici poteſt anima, aut caro Chriſti, ſeu corpus Chriſti in cruce. Item corpus Chriſti myſticum, quod eſt eccleſia. Num. 16. g. Apoc. 8. a. Eſt lingua Chriſti thuribulum, qua ſumit carbones verborum. Leui. 16. b.

*Rup 5. de diui. offi. 17. & 5. ſ. apoc. Iſy. ſ. Leui. 16. Am. 4. de ſacram. ſ. — Excitãtes ad orõnẽ. Lingua. Baptizatus.*

Thuribula dicuntur, qui alios excitant ad orationem: & etiam ipſa lingua, quæ eſt inſtrumentum ad hoc. Baptizatus etiam quilibet, cuius eſt bonus odor Deo, thuribulum dici poteſt. Exo. 25. c. 27. b. Leui. 10. a. 16. b.

*Ori. ſ. num. ho. 9 — Sacra ſcriptura.*

Batillum, cui ignis apponitur ad offerendum incenſum coram domino, ſignificare poteſt ſacram ſcripturam, in qua poſitus eſt ignis charitatis. Num. 4. b.

*Cle. Ale. 5. ſtrom. Rup. 5. ſ. apoc. Ori. ſ. nu. ho. 9. Hie. ſ. Eze. 8. Aug. ſer. 98. — Terra. Fides patrum. Veritates inter errores. Errores hęreticorũ.*

Thuribulũ in medio operimẽti veli dici p̃ot terra, ẽ qua exhalationes prodeunt. Hebrę. 9. a.

Thuribulum aureum dicitur fides pura & probata ſanctorum patrum. apoc. 8. a.

Thuribula affixa altari deſignant veritates miſtas erroribus hæreticorum: quæ ſunt ſeruandæ, & non abijciendæ cum erroribus. Vel deſignant errores collatos cum veritate, vt confutẽtur. Num. 16. c. Thuribula quoq; ſeniorum Iſrael deſignant errores hæreticorum. Eze. 8. e.

## *Tiara, uide Corona.*

## *Tibia, Tibijcen.*

Tibia propriẽ eſt os cruris ſurę oppoſitũ: & etiam inſtrumentũ muſicũ: quo tibijcines canũt:

*Baſi. ſ. p̃s. 29. — Prophetæ*

Tibiæ dici poſſunt verba prophetarum: aut potius ipſi prophetę. Matth. 9. c.

*Gre. ſ. 1. reg. 10*

Tibiam ſonat, qui mortuum redemptorem pro ſalute mundi denuntiat. 1. reg. 10. a. Mat. 9. c.

*Hie. ſ. Iſa. 30. — Cor ſanctorum*

Tibia in gloria cœleſti, erit cor lętum ſanctorum. Iſa. 30. g.

*Gre. ſ. 1. reg. 10 — Luctus ſanctorum*

Tibia, quæ in mortuorum exęquijs haberi ſolet, ſanctorum luctum ſignificat: qui dum ſe ab illa vita æterna, quam appetunt, proiectos aſpiciunt, ſemetipſos quaſi mortuos plangunt. 1. reg. 10. a. Mat. 9. c. Luc. 7. e.

*Cle. Ale. 2. pæda. 4. — Voluptates aurium*

Tibię quoq; deſignant voluptates aurium. Iſa. 5. c. vnde & ceruas fiſtulis demulceri aiunt, & in laqueos inter venandum duci à venatoribus. Equis autem coëuntibus, veluti quidã Hymenęus tibia carmen canitur.

*Arno. ſ. p̃s. 146 Aug. ſ. p̃s. 146. — Libertas arbitrij*

Tibię viri libertatem arbitrij deſignare poſſunt. p̃s. 146. Vbi legit Auguſtinus: Nõ in tabernaculis viri bene ſentiet: intelligens tabernacula malorum.

*Ricar. de. ſ. vict. de ſomn. Nabuch. 25. — Maledicentia. Crudelitas*

Tibię ferreę ſtatuę, quã vidit Nabuchodonoſor. Dani. 2. e. maledicentiã ſignificare poſſunt. Vel tibię deſignãt ſeueritatẽ, propter magna oſſa: & tibię ferreę ſeueritatem crudelem.

*Hila. ſ. Mat. cano. 9. Amb. ſ. Luc. 8. — Tenẽtes literã legis*

Tibijcines lugentes filiam principis ſynagogę. Mat. 9. c. deſignant lugentes in cantu ſynagogæ: vel literam legis ſine ſpiritu tenentes.

## *Ticio, Torris.*

Ticio lignum teres, qui & torris dicitur: qui cum ardet dicitur torris: cum extinguitur, dicĩt ticio, ſecundum aliquos.

*Lactã. lib. 4. cap. 14. Hie. ſ. Zach. 3. Rup. ſ. Zach. 3. — Chriſtus*

Ticio dicitur Chriſtus cruciatus: & torris partim ignis, partim lignum, eſt Chriſtus Deus & homo: qui cum fuerit in Babylonia, non eſt Babylonio igne exuſtus: nec potuit anima eius detineri in inferno, nec corpus in ſepulcro. Zach. 3. a.

*Cle. Alex. adhor. ad gen. & 1. pæda. 8. Hie. ſ. Amos 4. Rup. ſ. Amos. 4. — Diabolus. Pctõr conuerſus. Reliquię Iudæorũ.*

Torris etiam auulſus ab igne dicitur diabolus ab angelorum eiectus cõſortio. Amos. 4. d. Itẽ ij in quibus deſæuiebat diuina vindicta. Et etiam peccator aut hæreticus per flagella conuerſus. Item reliquię Iudæorum, quę euaſerunt ab incendio Hieruſalem.

Ticio-

*Sermo hæreticus — Hie. ſ. Iſa. 7.*

Ticiones fumigantes deſignant ſapientiam ſecularem, & ſermonem hæreticum, qui pro luce veritatis, fumum erroris & ignorantiæ inducit. Iſa. 7. a.

## *Tignum.*

Tignum dicitur trabs, cui tectum ſuperponitur.

*Præsbyteri. Principes eccleſiæ. Dilectio Dei. Sacra doctrina. Virtutes p̃cipue. — Ori. ſ. cant. ho. 3. Gre. ſ. cant. 1. Ber. ſ. cant. ſer. 46.*

Tigna domorum cedrina. Canti. 1. d. deſignare poſſunt presbyteros in eccleſia, protegentes eam opere & doctrina. Vel principes vtriuſq; ordinis, legibus parietes eccleſiæ ligantes. Deſignant etiam dilectionem Dei, & ſacram doctrinam, quibus eccleſia Dei protegitur: & p̃cipuas virtutes, ſine quibus domus animæ ſtare non poteſt.

## *Tigris,*

Tigris eſt animal velox & crudele. Tigris etiã dicitur vnũ ẽ quatuor fluminibus, quæ egrediuntur à loco voluptatis, tranſiens per Babylonem: habet nomen à velocitate animalis: quia rapide currit. Hebraicẽ dicitur hidecel. i. acumen velocitatis, aut lęta velocitas.

*Aer. — Geor. vene. cantic. ton. 7. cap. 22.*

Tigris fluuius acutus & leuis, denotat aërem, vel ſpiritum aëreum, qui leuis eſt, & penetratiuus magis quàm ignis: quia facilius poteſt excludi ignis ne intret, quam aër. Et hic præuenit Aſſur. i. diuitem, qui vento & aëre inflatur: vel vadit contra Aſſur. i. contra ſpeculantem per ſe. Qui enim vult per ſeipſum diuina ſpeculari, remanet vento plenus. Tandem autem ille aëreus ſpiritus adeo acuet corpus per dotem iam effectum leue, vt penetrare poſsit cœlos, & quodcunq; ipſi obijcietur, melius quàm aer hic craſſus.

*Fortitudo. Temperantia — Amb. de para. 3. Philo. 1. allego. Aug. 2. de gen. cõt. Mani. 10.*

Tigris acumen velocitatis habens, fortitudinem ſignificare poteſt: Vadit contra Aſſyrios. i. inſidiantes. gen. 2. c. Vel deſignat temperantiam: & vadit contra Aſſyrios. i. corrigentes: quia corrigit impetum concupiſcentiæ. Vel vadit contra dæmones, quos Aſſyrij deſignant.

*Hypocritæ. Arrogantes. Diabolus — Beda ſ. gen. 2. Gre. 5. mor. 15. 17. Euch. for. ſpũa. 5.*

Tigris dicitur Iob ab amico ſuo reprehendente. Iob. 4. c. Et deſignat hypocritas, ob coloris varietatem: quia hypocritæ, dum mundus color de ſimulatione ducitur, vitiorum nigredine interrumpente variatur. Sæpe enim, dum de caſtitatis munditia extollitur, ſorde auaritiæ fędatur &c. Deſignat etiam arrogantes. Et ipſe diabolus dicitur tigris, propter multiformis aſtutiæ varietatem.

## *Timere, Timor, Timidus, Formidare, Formidoloſus, Metuere, Metus, Vereri, Expaueſcere.*

Timor dicitur metus mali futuri appropinquantis: & timere dicitur, qui timore afficitur. Eſt autem timere magis proprium ſeruorum: vereri vero liberorum, qui honeſtatis gratia mouentur. Timere etiam eſt horrere. Exo. 14. c. Et timuerunt valde, clamaueruntq;.

*Cultus Dei — Hie. ſ. Iona. 1. — Gre. 21. mor. 16. — Deus*

Timor domini aliquando dicitur cultus Dei: qui timor pertinet ad perfectos, & manet etiã cũ ipſa ſapientia: de quo dicitur p̃s. 127. Beati omnes qui timent dominum. Hunc timorem dat Deus fidelibus. Iere. 32. g. Et timent, qui colunt Deum. Ionę. 1. c. Timent etiam fideles in tribulatione deſeri à Deo, quamuis de correctione gaudeant. Sic timebat Iob. cap. 3. b. Et iuſtus vt Iob metuit Deum, quaſi tumentes ſuper ſe fluctus: quia dum veram vitam deſiderat, omnia deſpicit, quæ hic poſsidens portat. Iob. 31. c. Timor etiam Iſaac dicitur Deus, quem timebat & colebat Iſaac. gen. 31. f.

*Comminationes diuinæ — Glo. ordi. ſ. Iob. 13.*

Formido Dei dicuntur aliquando comminationes diuinæ formidandę, pręcipuẽ quæ erãt in lege. Iob. 13. c.

*Timor Iudæorum erga Chriſtum — Hie. ſ. Hoſe. 3*

Timor fratrum Ioſeph. gen. 43. d. deſignare poteſt timorem Iudęorum erga Chriſtum. Pauebunt autem ad dominum Iudæi in fine ſeculi, quando mirabuntur veritatem cognitam, quã antea negabant. Hoſe. 3. b.

*Imbecillitas fidei — Ori. ſ. Mat. cap. 14. Amb. 1. de interp. 9. Rup. ſ. Ioel. 2.*

Timor Petri in mari. Matth. 14. d. imbecillitatem fidei ſignificauit. Deſignauit etiam turbationes humanas ex fluctibus huius ſeculi. Nemo enim fuit, quem non ſeculi huius vnde turbarint. Admonet tamen p̃s. 48. Ne timueris, quum diues factus fuerit homo &c. Timere quoque dicuntur, qui non credunt, aut qui hæſitant. Ioel. 2. f.

*Gre. 27. mor. 26.*

Formidoloſa laudatio venire dicitur à Deo, veniente auro ab aquilone. Iob. 37. d. quia dum claritatem ſuæ fidei gentilitas obtulit, multitudo Hebræorum fidelium diuina iudicia pertimeſcendo laudauit. Hoc fuit factum, quando conuerſus eſt Cornelius centurio. Acto. 10. a.

*Timor malus — Hila. ſ. p̃s. 52. Amb. ſ. p̃s. 118. ſer. 5. Gre. 7. mor. 12.*

Timor inordinatus eſt, quum quis timet, vbi non eſt timor: vt quando Adam timuit pręſentiã Dei. gen. 3. b. Vbi etiam timor erat erubeſcentia peccati. Timent etiam timore, vbi non eſt timor, qui temporalia timent ea præponentes æternis. p̃s. 52. Et timent pruinam, qui aduerſitates temporales formidant. Iob. 6. c. Vnde contingit, vt incidant in pœnam æternam.

*Subiectio carnis — Hie. ſ. Ephe. 5.*

Timor vxoris in virum eſt non timor ſeruilis, ſed reuerẽtialis, qui Græcẽ dicitur ἐυλάβεια: & timet vxor virum, hoc eſt, caro animum. Ephe. 5. d.

*Fuga diſcipulorum. — Hie. ſ. p̃s. 30. Aug. ſ. Ioan. tract. 25.*

Timor factus dicĩt eſſe notis Chřs, quãdo apoſtoli in paſsione propter metũ, relicto eo fugerunt. p̃s. 30. Timor etiam diſcipulorum viſo Chriſto in mari, deſignat timorem fidelium, quum vident malos puniri. Ioan. 6. c.

Timor

Aug. ſ. pſ. 90. Gre. ſ. cant. 3. Ber. ſer. 2. de. ſ. And. & ſ. qui habit. ſer. 6. & ſ. cant. ſer. 33. Rup. ſ. cant. 3. Baſi. ſ. pſ. 32. Amb. ſ. pſ. 118. ſer. 5. Hie. ſ. Iſa. 19. Ori. ſ. Matth. ho. 35.

Diabolus. Pctũm ex ignorãtia. Puſillanimitas. Perſecutores fidelium. Timor reuerentialis.

Timor nocturnus.pſ.90.eſt diabolus ſemper inferens tenebras: vel eſt quum quis ex ignorantia peccat:vel eſt timor hoſtis in nocte huius mundi :vel eſt puſillanimitas, quæ ex carnis afflictione procedit. Vel timores nocturni erant reges perſecutores populi Dei.cant.3.c.

Timere interdum eſt reuereri:& timens populus dominum poſt tranſitum maris rubri deſignat timorem,qui eſt initium & baſis ſapientiæ:& hic eſt timor imperfectorum. Exod. 14. g.19.c.20.c.pſ.32.33.73.118.134.Iſa.25.a.Aggę.1.d.Timor quoq; Aegypti dicit initium conuerſionis.Iſa.19.c.Timentes ex terręmotu paſsionis Chriſti,ſunt adducti ad timorem Dei poſt cõuerſionem à peccatis per paſsionem Chriſti.Matth.27.f. Timor autem imperfectorum eſt timor ſeruorum.Ideo Mala.1.b.dicebat dominus:Si ego dominus,vbi eſt timor meus?.

Gre. 7. mo. 21. & 27. mor. 26.

Timentes autem amici Iob,viſa eius plaga,deſignant eos,qui non ex amore Deum metuũt, ſed ex ſola verberum percuſsione.Iob.6.d.37.d.

Rup. 2. ſ. Exo. 32. — Recognitio pctõrũ.

Timere interdum eſt horrere:& timentes filij Iſrael Aegyptios.Exod.14.c.deſignant timorem recognoſcentium peccata ſua,quæ ſunt Aegyptij.Hortatur autem Deus eccleſiam,ne timeat Aegyptios,aut alios aduerſarios,quum habeat ipſum Deum adiutorem. Iſa. 54. b. Non timet autem iuſtus,quum venerit ęſtus:quia ſecurus expectat perſecutiones, & diem iudicij. Iere.17.b.Sic non formidat grex domini ſub bono paſtore.Iere. 23.a. Formidinem autem dederant in terra viuentium gentes Aſſur,hoc eſt,hæreſiarchę in eccleſia.Eze.32.e.

Hie. ſ. Eze. 32.

Gre. 22. mor. 17. — Virtus Chriſti.

Non expaueſcens Iob ad multitudinem nimiam.Iob.31.d.deſignat Chriſtum,qui perſecutores ſuos cum gladijs & fuſtibus venientes,vna tantum reſponſione perculit dicens:Ego ſum.

Ori. ſ. Exo. ho. 2. Beda. ſ. Exo. 1. — Docẽs ſacra doctrina timorem.

Timentes Deum obſtetrices dicuntur,hoc eſt,timere docentes:& deſignant legem & euãgelium,quæ docent timere Deum.Exo.1.d.

Beda. ſ. Exo. 2. — Timor Chriſti ex parte carnis.

Timens Moſes Pharaonem.Exo.2.c.deſignat nondum perfectos timentes temporalia pericula. Vel deſignat timorem Chriſti ex parte carnis in paſsione.

Glo. or. ſ. Exo. 34.

Timentes filij Iſrael accedere ad Moſen.Exo.34.d.deſignant nolentes intelligere myſteria legis.Exo.34.d.

Hie. ſ. Eze. 32. & ſ. Hoſe. 11. — Timor iudicij.

Timere in die mala eſt timere in iudicio.pſ.48.qua ratione non timebit eccleſia, ſeu iuſti, qui ſunt in ea.Iſa.54.d.Sic non timet iuſtus,cum venerit æſtus.Iere.17.b.Formidant autem reges gladium Dei,hoc eſt,dæmones vel hæretici verbum Dei.Eze.32.c.Et formidant filij maris ad rugitum leonis:quum diſcipuli hæreticorum timent comminationes diuinas.Hoſe.11.d,Iuſti autem non timebunt calamitatem,cum venerit.Iob.5.d.

Gre. 6. mor. 19. Hila. ſ. pſ. 51. Gre. 34. mor. 3. — Timor confirmans bonos.

Timent iuſti,quum conſiderant abiectionem populi Iudæorum.pſ.51.Et timent angeli,viſa ruina Leuiathan,vt ex hoc timore robuſtius in Deum ſolidarentur.Iob. 41.c.

Hila. ſ. Mat. 2.

Timens Ioſeph ire in Iudęam,typus eſſe poteſt apoſtolorum non audentium prædicare in ea.Matth.2.d.

Gre. ſ. 1. reg. 3.

Timens Samuel indicare viſionem Eli,quę erat contra ipſum Eli.1. reg.3.c. deſignat quòd prælati cum magna reuerentia ſunt reprehendendi:& quia poſtea iuſſus indicauit, deſignauit obedientiam.Vel ſignificabat apoſtolos nolentes declarare ante tempus repulſionem ſynagogæ.

Gre. ſ. 1. reg. 4. — Irriſio Iudæorum.

Timentes Philiſtim Iudæos afferentes arcam in caſtra.1.reg.4.b.deſignant prædicatores irridentes Iudæos,quòd nihil afferant,quod poſsit eos iuuare, &c.

Glo. or. ſ. pſ. 55.

Timere ab altitudine diei.pſ.55.eſt timere ſuperbos huius mundi:quos non timet; qui ſperat in Deo.

Gre. ſ. 1. reg. 7. Arno. ſ. pſ. 90. Hila. ſ. pſ. 63. Gre. 6. mor. 1. — Fugere voluptates.

Timere à facie Philiſtinorum.1.reg.7.b.eſt fugere mundi delectationes:ne in pœnas ſequẽtes incidant.Et timor nocturnus,eſt occulta voluptas.pſ.90.Hic eſt timor inimici,à quo orabat liberari propheta antequam veniret.pſ.63.Et iuſti non formidabunt beſtias terræ, hoc eſt, dæmones in morte.Iob.5.d.

Gre. 1. mor. 11. Gre. ſ. 1. reg. 14. Ori. ſ. Iere. ho. 8. Aug. ſ. pſ. 103. Hie. ſ. Iſa. 29.

Timens Deum Iob deſignat Chriſtum venerantem patrem.Iob.1.a.

Timens populus iuramentum Saulis,deſignat venerantes præcepta maiorum. 1.reg.14.d.

Timent aquæ Deum,hoc eſt,angeli præpoſiti aquis Deum venerantes.pſ.76.Vel formidãt perſecutores à voce tonitrui prædicatorum.pſ.103.

Timent Deum mandato hominum,qui tranſgrediuntur legem Dei propter traditiones hominum.Iſa.29.d.Matth.15.a.

Ori. ſ. Iudi. ho. 9. Caſſi. lib. 7. cap. 5. Rup. 11. ſ. apoca.

Timidus ſeu formidoloſus,qui iubetur recedere à prælio.deut.20.b.Iudi.7.a. Eſt nõ audẽs ſequi Chriſtum:vel qui nihil arduum aggreditur:vel veniens ad monaſterium,& relinquens ſibi aliqua in ſeculo,& ſuo exemplo alijs nocens.Deſignatur etiam,vt qui timent negare Chrm in perſecutione fugiant.Timidi autem reprobati mittuntur in ſtagnum.apoc.21.b.

Hie. ſ. Iſa. 57.

Solicitus timet diues:quia cum Deum non timeat,multos timet.Iſa. 57.c.

## *Tinea.*

Tinea eſt vermiculus,qui de putredine aut ſitu,aut puluere naſcens, veſtes aut libros arrodit,in quibus etiam naſcitur:& habet quoddam integumentum,in quo latet.

Quaſi



Hiero. ſ. Hoſe. 5.

Quaſi tinea dicitur fuiſſe Deus Ephraim.Hoſe.5.d. quia vt veſtimentũ paulatim à tinea conſumitur:ita Deus ſenſim caſtigando expectat ad pœnitentiam.

Inuidia. Peccatum. Cupiditas. Dolor. — Ori. ſ. Matt. cap. 13. Gre. 5. mo. 28. & 11. mor. 25.

Tinea rodens veſtes ſignificare ſolet inuidiam rodentem animam, in qua naſcitur : & generaliter peccatum : & etiam cupiditatem & dolorem. Matth. 6. c. Et malus velut à tinea conſumi dicitur. Iob. 4. d. 13. d. quia tinea damnum facit, & ſonitum non facit : ita iniquorum mentes quia damna ſua conſiderare negligunt, integritatem quaſi neſcientes perdunt. Amittunt namq; à corde innocentiam, ab ore veritatem, à carne continentiam,& per acceſſum temporis ab ætate vitam.

Hæretici. Dæmones. — Amb. 1. de ſpũ ſctõ. 20. & plog. ſ. Luc. Hiero. ſ. Iob. 27.

Tinea etiam deſignat hæreticos:qui eccleſiæ veſtimentum impietate ſua corrodunt & diſsipant : ſicut tinea domum ſibi corrumpendo veſtem ædificat. Poteſt etiam dæmones ſignificare, virtutum & omnium bonorum corruptores.Iob.27.d.

Pœna inferni. — Gre. 18. mo. 9. Hier. ſ. Iſa. 14.

Tinea præterea deſignare poteſt pœnam damnatorum, quæ ex proprijs eorum peccatis naſcitur, eoſdem ſemper arrodens.Iſa. 14.c.33.a. Iuxta ſeptuaginta.50.d.51.c.

## *Tingere, Tinctura.*

Tingere eſt aliquo colore inficere, madefacere, & immergere. Tinctura autem eſt ipſa infectio.

Effuſio ſanguinis Chriſti. — Hiero. ſ. Iſa. 63. Glo. ord. ſ. canti. 7.

Tinctæ dicuntur veſtes Chriſti de Boſra,hoc eſt ſanguine ſuo.Iſa.63.a. Et tincta purpura in canalibus.Canti.7.b. Sanguinem ex vulneribus Chriſti defluentem deſignat. Vel memoriã paſsionis Chriſti in mente cum humilitate.

Deſtructio Hieruſalem. — Hil. & Hie. ſ. pſ. 67. Euch. q. in pſal. Aug. ſ. pſ. 67.

Intingi pedem in ſanguine.Pſal.67. effuſionem ſanguinis in deſtructione Hieruſalem futuram indicabat. Vel pes Chriſti intinctus eſt in ſanguine ſuo in paſsione,quando dixit:Torcular calcaui ſolus. Iſa. 63. a. Intingitur etiam pes Chriſti in ſanguine, quando miniſtri Chriſti propter euangelium martyrium patiuntur.

Gre. Nyſſe. de vita Moſis.

Tingere ſanguine agni faſciculum hyſſopi. Exo.12.d. eſt humilitati paſsionis Chriſti iungere rationem & vim concupiſcibilem & iraſcibilem.

Imitari paſsionem Chriſti. Dãs Chrs ſpũm ſanctum. — Rup. 1. ſ. Leui. 14. Iſyc. ſ. Leui. 4.

Tingere digitum in ſanguine.Leui.3.d.4.b.9.d.eſt paſsionem Chriſti imitari.Vel ipſe Chriſtus intingit digitum in ſanguine,dando ſpiritum ſanctum per paſsionem ſuam. Vel vt oſtendatur,quia paſsiones carnis dominicæ virtute diuinitatis actæ ſunt.

Baptiſmus p Chrm Deũ & hominem. Cõmunicatio idiomatum. — Iſy. ſ. Leui. 14. Cyril. epiſ. 39.

Tingere paſſerem viuum in ſanguine paſſeris immolati. Leui.14. a. eſt baptiſmum conferri per Chriſtum, qui Deus & homo eſt pro nobis immolatus.Non enim in hominis paſsione,ſed Dei & hominis baptizamur. Vnde tingi dicitur paſſer viuus per communicationem idiomatum,quando dicitur : Deus paſſus eſt.

Duplex amor. Duplex operatio ignis. — Gloſ. inte. ſ. Exo. 25.

Tinctus bis coccus deſignat feruentẽ amorem,ſeu duplicem amorem, Dei videlicet & proximi:vel duplicem ignis operationem,nempe calefacere & illuminare.Exod. 25.a.26. a. 28. b. 36. b. 39. a.

Iudæi infamantes Chriſtum. — Amb. de Ioſeph. 3. Beda. ſ. gen. 37.

Tingentes fratres Ioſeph tunicam eius in ſanguine hœdi.Gen.37. f. deſignant Iudæos infamantes Chriſtum, & falſis teſtibus accuſantes.

Bene opari omni tẽpore. — Iſyc. ſ. Leui. 14.

Tingens ſacerdos digitum dextrũ in oleo,quod habet in manu ſiniſtra.Leui.14.c. eſt exercens bona opera per gratiam Dei in proſperis & aduerſis.

Iudæa. — Hiero. ſ. Iere. 12.

Tincta auis per totum erat Iudæa, quando erat ornata virtutibus & donis ſpiritusſancti. Iere. 12. b.

Humiles. — Gre. 18. mo. 35.

Tincturæ mundiſsimæ.Iob.28.c. vocantur hi, qui veraciter ſunt humiles, veraciter ſancti : qui ſciunt quidem quòd ex ſemetipſis virtutum ſpeciem non habent : ſed hanc ex dono gratiæ deſuper venientis tenent. Tincti enim non eſſent, ſi ſanctitatẽ naturaliter habuiſſent. Sed mũdiſsimæ tincturæ ſunt : quia humiliter cuſtodiunt ſuperuenientem in ſe virtutum gratiam, quã acceperunt. Vnde etiã baptiſma,id eſt, tinctio dicitur ipſa noſtra in aquã deſcenſio. Tingimur quippe,& qui prius indecori eramus deformitate vitiorum, accepta fide reddimur pulchri gratia & ornamento virtutum.

Conſideratio ſui. — Ricar. de. ſ. victo. de extremi mali. 21. 23.

Tinguntur pedes ſacerdotum in parte aquæ Iordanis.Ioſ.3. d. quando per inueſtigationis profundæ,& retractationis ſtudium ad deſideriorum noſtrorum conſiderationem, noſtræ cõtemplationis oculum reflectimus. Item quum mens adinuentionis ſuæ ſubtilitatem miratur, & in ſua admiratione delectatur. Tingi enim eſt affici. Et in parte tingitur:quia deſideriorum noſtrorum errores ex parte penetramus.

Religio gentilium. Sapientes ſeculi. Verba ſapientum. — Hiero. ſ. Iob. 28. Gre. 18. mor. 30.

Tincti colores Indiæ.Iob.28.c. fucatam gentilium religionem deſignant. Vel huius mundi ſapientes:qui quamuis per infidelitatem, & plerunq; per actionem fœdi ſint : ante humanos tamen oculos ſuperinductæ honeſtatis colore fucantur. Ipſa quoq; ſapientum verba colores indiæ dicuntur : quia dum intendunt eloquentiæ, eorum dicta quaſi pulchra apparent ſpecie & fucatione tincturæ:& quum virtute rerum careant, aliud ſe eſſe quàm ſunt,verborum compoſitionibus,quaſi ſuperductis coloribus mentiuntur.

ll Tingi

Ricar.de.ſ. vict. de ſecuri.cõſciẽtiæ.26.

Tingi dicitur arbor ſucciſa rore cœli.Dani.4.c. quando mens deprauata per ſuggeſtiones diaboli diuerſis erroribus imbuitur.

Tingi aqua.Leui.11.e. Vide Lauare.

## Tinnire.

TInnire propriè de metallis dicitur, quum ex eorum pulſatione ſeu iactu ſonus efficitur. Tinniunt quoque aures, quum incluſi ſubtiles & leues vapores interdum per membranam illam, quæ in auribus eſt, emergunt, & ſonum illum ſeu tinnitum fictitium ædunt.

Tinnitus aurium aliquando ex magno & vehementi ſonitu fit: & tunc tinnire dicuntur aures, quum videntes alicuius inſignis viri lapſum pauore concutiuntur: aut quum aliquid ſtupendum & inſolitum ſubito euenire conſpiciunt.1.Reg.3.b.4.Reg. 21.b. Iere.19.a.

Stupere.

## Tintinnabulum.

TIntinnabulum eſt inſtrumentum æneum, quo tinnitus æditur, vel ad conuocãdos aliquos: vel ad aliquid aliud.

Glo.inter.ſ.Exo.28. Rup.1.ſ.Exo.23. & 13.1.Ioan. Ori.ſ.Exo.ho.9. Gre.Nyſ.de orone.

Tintinnabula aurea in veſte ſacerdotis, prædicationem claritatis ſupernæ lucis deſignare poſſunt. Reſonant autem: quia omnibus eſt prædicandum. Peculiariter autem deſignant prædicationem Chriſti: & extrema eius verba in cœna. Exodi. 28. f. 39. e. Eccl'i. 45. b. Deſignant etiam prædicationem iudicij & finis mundi: ideo ponebantur in infima veſtis ora.

Prędicatio claritatis ſupernæ. Prædicatio Chriſti. Prædicatio iudicij.

Philo.de vita Moſis & de migra. Abra. Hie. d̃ veſte ſacerd. Cle.Alex.5. ſtroma.

Tintinnabula etiam in veſte deſignare poſſunt concentum & congruentiam elementorum: & peculiariter aquæ & terræ: ideo in infima veſtis parte ponebantur. Vel deſignant ſenſibilia per auditum percepta. Item tonitrua in aëre. Et quia tintinnabula pendentia à veſte talari erant trecenta ſexaginta ſex, tempus annuum deſignare poſſunt.

Cõcẽtus elemẽtorũ Senſibilia. Tonitrua. Tempus annuum.

Gre.ſ.1.Reg.10. Hie.d̃ veſte. ſacerd. Aug.q.in Exo.119. Gre.Nyſſe.de vita Moſis.

Tintinnabula præterea in veſte ſacerdotali, deſignant multiplicationem bonorum operum, quæ ad minorum exemplum clamant: vel ſonum operum & doctrinæ. Item fidem ſynceram: quæ debet reſonare in ſacerdotibus.

Exẽpla & doctrina. Fides.

## Tinum lignum.

Glo.ord.ſ.3.reg.10.

TIna ligna ſeu thina, quæ allata ſunt ad Salomonẽ ex Ophir, erant imputribilia, & ſpinoſa, in modum ſpinæ albæ. Deſignant doctores, ex quibus fiunt fulcra & gradus in domo domini. Tina ligna ponunt.3.Reg.10.b.2. Par.9.c.Apo.18.c.Porro.2. Par.2.b.Inter ligna, quæ debebat mittere Hiram è Libano ad Salomonem, quædam dicuntur non tina, ſed arceuthina, id eſt, iuniperina. Quod vocabulum Hebraicum transfert Hieronymus in abietes.

Doctores.

## Titubare, Vacillare.

TItubare eſt non valere pedibus inſiſtere: qualiter contingit ebrijs, aut infirmis. Eccl'i. 37 d. Dicitur etiam vacillare.

Hie.ſ.Iſa.29.

Vacillare dicuntur greſſus iudæorum. Iſa.29.c. quando non aſſequuntur ſenſus legis & prophetarum de Chriſto.

## Titulus.

Hiero.ſ.ps.15.

TItulus eſt index cuiuſcunque operis: vt quod alicui rei, vt libro, operi, vel ſtatuæ ſuperſcribitur, ad eius cognitionem inducens. Tres ſunt autem tituli, qui inſcribi ſolent: vnus ſuper tumulum mortuorum: alius in liminibus ſeu limitibus ciuitatis: tertius in victoria regis.

Hie.ſ.ps.15.&.ſ. Iſa. 19.

Titulus lapidis, quem erexit Iacob, memoriam paſsionis Chriſti deſignat: qui poſitus eſt in ſignum populorũ.Gen.28.b.31.f.35.c.Exo.24.a. Tituli autem inſcriptio.pſal.15.55.56.deſignauit titulum triumphalem crucis Chriſti, quando vicit diabolum. Titulus etiam in terra Aegypti eſt crux Chriſti cum ſuo titulo erecta in mundo.Iſa.19.c.

Memoria paſsionis Chriſti. Crux Chriſti.

Baſi.ſ.ps.59. Amb...de Iacob.7.

Tituli inſcriptio firmationem fidei indicare poteſt. pſal.15.59. in titulo. Et titulus in ſepulcro Rachelis, fidem eccleſiæ deſignabat.Gen.35.c.

Fides.

philo.de ſomnijs.

Titulus etiam lapidis poteſt deſignare firmitatem mentis in virtute.

Firmitas mentis.

Hila.ſ.ps.55.

Titulus, qui apponitur in monumentis, æternitatem Chriſti deſignare poteſt.Pſal.55.

Aeternitas Chriſti.

Hiero.ſ.Eze.39.

Titulus quem ſtatuunt iuxta os, nota hæreſeos intelligi poteſt. Eze.39.d.

Nota hæreſeos.

Iſyc.ſ. Leui.26.

Tituli non erigendi, ſunt inſignis memoria vanitatis.Leui.26.a.

## Tob.

Aug.q.in Iudi.49.

TOb, id eſt bonus, ſeu optimus: nomẽ terræ, in qua habitauit Iephte: gloriã cœleſtẽ, ſeu eccleſiam

Gloria cœleſtis.



Eccleſia.

cleſiam indicat, in qua habitauit Chriſtus poſt reſurrectionem.Iudi.11.a.

## Tobias.

TObias, id eſt, bonus domini, ſiue bonitas domini: vir ſatis notus in ſua hiſtoria: qui ponitur in exemplum charitatis & patientiæ.

Pœnitentes. Doctores. Virgines. Innocentes.

Fuit alius Tobias, qui dedit aurum & argentum ad coronas pontificis. Zach. 6. c. deſignat eos, qui vtiles ſibi ſunt pœnitendo: vel doctores eccleſiæ, qui offerunt aurum ſapientiæ. Vel deſignat virgines & innocentes, qui aurum conferunt ad coronam Chriſti.

Lyra.ſ.Zach.6. Rup.ſ.Zach.6.

## Tolerare, Tolerantia, uide Suſtentare.

## Tollere, uide Accipere, & Auferre.

## Tonare, Tonitruum, Fragor.

TOnitruum eſt ſonitus, qui fit in nubibus ex pugna calidi & frigidi: & tonare dicitur, quũ fit ille ſonitus. Fragor autem eſt ſonitus, qui ex arbore aut alia re inter frangendum emittitur. Accipitur tamen pro quouis magno ſonitu.

Diuinitas ĩ Chriſto. Manifeſtatio Chri. Chriſtus.

Tonitruum magnitudinis Dei. Iob. 26. d.38.c. eſt diuinitas in Chriſto: quæ ideo tonitrui nomine expreſſa eſt: quia de excelſo fama nominis eius in Chriſto Ieſu filio ſuo terris inſonuit. Vnde & tonare voce dicitur Deus.Iob.40.a. quando cõſubſtantialem ſibi filium mundo terribiliter demonſtrat. In iudicio quoq; erit tonitruum magnitudinis Chriſti. Et ipſe Chriſtus incarnatus in tonitruo figuratur: qui ex antiquorũ patrum conueniente prophetia ad notitiam noſtram, quaſi ex nubium concurſione prolatus eſt. Qui inter nos viſibiliter apparens ea, quę ſupra nos erant, terribiliter ſonuit: vnde & ipſi ſancti apoſtoli de eius gratia generati, Boanerges, id eſt filij tonitrui ſunt vocati.

Hiero.ſ.Iob. 26. Gre.17.mor. 19. & 29 mor.16.&.32. mor.5.

Inſpiratio diuina.

Tonare dicitur Deus voce magnitudinis ſuæ. Iob. 37 .a. 40. a. quando ſe nobis iam per lamenta præparatis, quàm ſit magnus in ſupernis inſinuat. Quaſi de cœlo tonitrus procedit, quum nos incuria negligentiaq; torpentes, reſpectus gratiæ ſubito pauore percutit: atq; in terra poſiti, ſonum de ſuperioribus audimus: quia terrena cogitantes ſuperni terroris ſententiam pertimeſcimus: & mens bene iam de ſummis ſolicita trepidat, quæ prius in infimis male ſecura torpebat. Voce etiam ſua Deus mirabiliter tonat: quia occulta vi corda noſtra incomprehenſibiliter penetrat.

Gre.27.mor.16.

Baptiſmus Chriſti. Prędicatio ad gẽtes.

Intonuit dominus ſuper aquas, pſal. 28. in baptiſmo videlicet Chriſti, quando dixit pater: Hic eſt filius meus dilectus. Vel intonuit ſuper aquas gentium per prædicationem. Intonuit etiam de cœlo, quum per iuſtorum corda euangelizauit.pſal.17.103.

Hiero.ſ.ps.17. Aug.ſ.ps.28.103.

Fortitudo ſanctorũ in dæmones.

Tonat Deus fragore magno, quando dat ſanctis perfecta deſideria ad terrendos dæmones: aut quum illis miniſtrat robur ad feriendos & vincendos dæmones. 1. Regum. 2. b. 7. c.

Gre.ſ.1.Reg.2.7.

Cõminatio pœnæ. Vocatio ad iudiciũ. Sentẽtia cõdẽnationis. Grauis vindicta.

Tonitrua interdum manifeſtam pœnæ comminationem deſignare poſſunt. Exod. 9. e. Et tonitruum magnitudinis Dei erit vox iudicij. Iob. 26. d. quando videlicet Deus manifeſte veniet, Deus noſter, & non ſilebit. Ignis in conſpectu eius exardeſcet, & in circuitu eius tempeſtas valida. pſalm. 49.103. Ioel. 2. a. Sopho. 1. d. Apoca. 4. b. Et tonat dominus in cœlis ſuper aduerſarios. 1. Reg. 2. b. 7. c. quando grauiter condemnat Iudæos per apoſtolos. Et tonitruum irruens, eſt grauis vindicta: quæ ſubito exterreat. Iſa.29.b.

Arno.ſ.ps.103. Gre.17.mo. 19. &.ſ. 1.Reg.1. Aug.17.ciui. Dei.4. Beda.ſ.Exod.9. Rup.3.ſ.apo.

Doctrina euãgelica Prædicatio euãgeli. Oracula ꝓphetarũ.

Tonitrua etiam doctrinam euangelicam deſignare poſſunt: quæ præcedit pœnam infidelium damnandorum ſicut tonitrua præcedunt grandinem. Exod. 19. c. pſalm. 28. 76. Iob. 37. a. 38. c. Apoca. 8. b. 11. d. 14. a. Poteſt ſimili ratione ipſam prædicationem ſignificare. Vnde & prædicatores euangelij Iacobus & Ioannes dicti ſunt Boanerges, hoc eſt, filij tonitrui. Mar. 3. b. Tonitrua quoque ſeptem ſunt oracula prophetarum. Apo.10.b.

Ori.ſ.Exo ho.4. Baſi.ſ.ps.28. Hiero.ſ.Iob. 38.& de manſio. Gre.29.mo.16. Aug.ſ.apoc.ho. 6. Euch.form.ſpũa.3. Bed.ſ.Exo.19.

Tonitrua erunt magnæ laudes Dei poſt iudicium. Apo.19.a. Rup.10.ſ.apoc.

Rup 6.ſ.apoc.

## Tondere, Tonſor.

TOndere eſt lanam, ſiue capillos & huiuſmodi incidere. Tonſor autẽ eſt, qui tondendi habet officium.

Ablatio ſacramẽtorũ à iudaico ſacerdotio. Reſecare cogitatiões ſuperfluas.

Tondens caput Iob deſignauit Chriſtum: qui in carne apparens, à iudaico ſacerdotio præceptorum ſuorum abſtulit ſacramenta.Iob.1.d. Tondere etiam caput, eſt cogitationes ſuperfluas à mente reſecare.

Gre.2.mor.30.32.

Reſecare ſuperflua.

Tondere comam debent ſacerdotes, hoc eſt, ſuperflua à ſe abijcere: nõ tamen tondere debebant ad preſſum. Eze.44.f.

Manifeſtatio bonorum operum.

Tondere primogenita ouium, eſt ab occultationis ſuæ tegmine humanis oculis inchoata bona opera denudare & manifeſtare. Deut.15.d.

Gre.5.mor.34.

Amb. de initiat. myſte.7. Aug.2. doctri. chri. 6. & ſ. pſ.94. Gre. ſ. canti.4. Ber. ſer. par u.63.

Exonerare ſimplices à peccatis. Prælati & prædicatores. Reliquentes omnia. Monachi.

Tondere oues eſt ſimplices à peccatis exonerare: & tonſores ouium ſunt prælati, & prædicatores. Gen.38.c. Et tonſæ ſunt fideles eccleſiæ, à ſuperfluis, & à curis ſecularibus ſe exuentes: & omnia relinquentes: & monachi & prædicatores libenter onera mundi deponentes. Canti. 4. a. Tondent etiam oues in malum: qui rapiunt à ſimplicibus ipſorum temporalia bona. Rup.8. ſ. gen 29. Beda. ſ. gen.38.

Glo. inter. ſ. Iſa.53. Rup. ſ. Iudi. 24.

Principes Iudæorũ affligentes Chriſtũ. Ablatio diſcipulorũ Chriſti. Spoliatio mortalitatis Chriſti. Pilatus crucifigens Chriſtum.

Tondentes Chriſtum fuerunt principes Iudæorum: ipſum deſpectui habentes: & ignominia facientes vſque ad crucem. Iſaiæ.53. c. Idem deſignarunt Aegyptij tondentes Ioſeph. Gene. 41. b. quæ tonſio etiam deſignauit ablationem diſcipulorum à Chriſto. Vt autem is, qui tondetur, relinquit comam tondentibus, ita Chriſtus reliquit nobis omnia merita ſua: & ſpoliatus vel attonſus mortalitate & paſsibilitate, remanſit impaſsibilis. Tõſor autem, qui totõdit Samſonem, fuit Pilatus crucifigens Chriſtum. Iudi.16.e.

Hiero. ſ. Iere.7. & ſ. Mich.1.

Amittere decorẽ animæ. Deſtructio Hieruſalem. Lapſus hominis.

Tondere capillum erat ſignum doloris: quia capilli decori habebantur: vnde tondet capillum, qui perdit decorem animæ. Iere.7.g.48.f. Et detonſa eſt Hieruſalem, quum deſtructa eſt: & genus humanum, quum cecidit à delicijs paradiſi. Mich.1.d.

Glo. ord. ſ. Nahũ.1.

Caſtigatio temporalis.

Attonderi dicuntur, qui ſic caſtigantur, vt non intereant. Et attondentur hoſtes, qui ad tẽpus eijciuntur: ita tamen vt non radicitus auferantur. Nahum.1.d.

Hiero. ſ. Amos 7. Rup. ſ. Amos.7.

Exercitus cõtra iudæam. Superbia.

Tonſor regis dicitur bruchus, qui omnia tondet: & ſumitur pro exercitu vaſtante Iudæam. Amos. 7. a. Vel tonſio gregis fuit per locuſtam, quum Sennacherib omnia vaſtauit, præter Hieruſalem. Et etiam tonſor regis dicitur ſuperba quædam & arrogans fortitudo: quæ omnia bona noſtra deuaſtat.

Iſyc. ſ. Leui.19.

Tondere comam in rotundum prohibetur. Leuit. 19. f. quaſi ſit velle abſcondere cogitationes à Deo.

Hiero. ſ. Iere.9.

Attonſi comam erant Iſmaelitę. Iere.9.g.

## *Topazius.*

Plin.37. natu. hiſt.8. Hil. & Amb. ſ. pſ.118 Geo. ven. canti.3. tomo.8. cap.3.

TOpazius eſt lapis precioſus viridis coloris, aut potius aurei: qui primus refertur in Topazio inſula maris rubri inuentus, & matri regis Aegypti oblatus. Eſt difficilis ad lęuigandum, ſed aſperatur magis: eſtq; rarus inuentu. Feruidam aquam tepidam reddit in eam immiſſus: variaſq; curat infirmitates. Fertur leuare oculorum dolorem.

Lyra. ſ. Exo.39. Aretas. ſ. apo.21.

Intelligentia. Matthæus.

Topazius prętioſiſsimus lapis, qui in primo ordine rationalis ponebatur, intelligentiam ſignificare poteſt. Exod. 28. g. 39. b. pſalm. 118. Vt autem erat nonum fundamentum ciuitatis cœleſtis, Matthæum apoſtolum deſignat, qui diuino zelo ignitus etiam vſque ad carnem & ſanguinem, & lactationem Dei ſcripſit incarnationem. Apo.21.f.

Gre.18. mor.33.

Conuerſi virtutib' pollentes.

Topazius de Aethiopia. Iob. 28. d. ſignificare poteſt quemlibet ſanctum de gentilitate, vir tutibus ſplendentem. Et etiam eos, qui virtutibus aut ſapientia ſe inſignes eſſe putant. Item eos, qui ab hæreſi vel peccato conuerſi, virtutibus pollent.

## *Torcular.*

TOrcular eſt machina premendis vuis accommodata.

Ori. ſ. Matt. ho.19. Hiero. ſ. Iſa.5. & ſ. Mat.21. Euch. form. ſpũa.4.

Altare holocauſtorum.

Torcular vineæ patris familias erat locus libationum in templo, ſeu altare, in quo, vt in torculari, oblationes & ſacrificia tanquàm fructus offerebantur, & vorabantur. Iſaiæ.5.a. Mat.21.d.

Ori. ſ. Mat. ho.19. Arno. ſ. pſ.8. Hila. ſ. Mat.22.

Sacra ſcriptura.

Torcular etiam dicitur ſacra ſcriptura, vel profunditas eloquiorum Dei. Mat.21.d. Et torcularia ſunt voces prophetarum ex Chriſto vita vera impletæ. pſal.8.80. in titu. Hæc ſunt torcularia redundantia vino. Ioel.2.f.

Hie. ſ. Iſa.63. Rup. ſ. Agge.2. & ſ. Zach.14.

Crux Chriſti.

Torcular, quòd calcauit Chriſtus, eſt crux eius & paſsio. Iſa.63.a. Agge.2.c. Et torcularia regis in Hieruſalem eandem crucem deſignant. Zach.14.c. pſal.80.

Amb. d ſpũſctõ, plo. Aug. ſ. pſ.8.83. & ſer.108. Gre.16. mo.52

Eccleſia.

Torcular vbi Gedeon excutiebat frumenta. Iudi. 6. b. deſignat eccleſiam, in qua cœleſtis vitis fructus exundat. Et torcularia ſunt eccleſiæ, in quibus vinum, id eſt boni ſeparantur à vinacijs, id eſt, malis. Et etiam, quia in ea exprimitur botrus Chriſtus. pſal.8.83. In ſingulis autẽ fidelibus homo nouus per preſſuram purificatur, & ſeparatur à veteri & carnali, tanquàam à vinacijs. Iob.24.c.

Rup.11 ſ. apoc. Geor. vene. canti.1. ton.7. cap.28.

Vindicta Dei. Timor iuſtitiæ Dei.

Torcular vini furoris iræ Dei erat vindicta Dei in Hieruſalem, quando deſtructa eſt. Apo. 13. c. Et torcular vineæ dici poteſt timor iuſtitiæ Dei punientis, quo quis reprimitur à peccando. Et hoc torcular dicitur Deus calcaſſe virgini filiæ Sion, quum & malis dat ſupplicia, & bonis præmia. Thre.1.e.

Beda. ſ. Pro.3.

Gloria cœleſtis.

Torcularia in fœlicitate abundantem lætitiam beatorum deſignant. Pro.3.b.

Aug. ſ. pſ.8.80.

Preſſurę. Mors. Dies iudicij. Baptiſmus. Perſecutiones malorum in bonos.

Torcularia, vbi exprimitur vinum, vel oleum, deſignant preſſuras: & mortem: & diem iudicij, quando vinum ſeparatur à vinacijs, & oleum ab amurca. Deſignant etiam ipſum baptiſmum. pſal.80. in titulo. Torcularia etiam ſunt perſecutiones, quas mali & hæretici exercent in bonos. Omnes enim, qui ſanctam eccleſiam perſequuntur, torcular calcant. Sed calcatis torcularibus ſitiunt: quia agendo crudelia ferociores fiunt: & impietatis ſuæ meritis cæcati, eo ambiunt grauiora facere, quo iam grauia fecerunt. Iob. 24.b. Ipſa etiam martyria torcularia dici poſſunt, tanquàm afflictione perſecutionum calcatis eis, qui pro Chriſti nomine confeſsi ſunt: & mortalia eorum tanquàm vinacia in terra remanſerunt: animæ autem in requiem cœleſtis habitationis emanauerunt. pſal.8.



Gre.16. mo.25. Euch. form. ſpũa.4.

Martyria.

Abundãtia malorũ. Scholæ hæreticorũ.

Hiero. ſ. Iſa.16. & ſ. Hoſe.9.

Torcular plenum abundantiam malorum aliquando ſignificat. Ioel. 3.c. Torcularia item ſunt ſcholæ hæreticorum. Iſa.6.c. Verum torcular eorum non paſcit eos. Hoſe.9.a. Sed vinum eorum eſt fel draconum.

## *Tornare, Tornatilis.*

TOrnare eſt ad tornum polire. Tornus autem eſt inſtrumentum fabrile, quo ligna, ebur, & reliqua huiuſmodi in rotundum polita redduntur. Tornatile autem eſt, quod torno expolitum eſt.

Perfectio operum Chriſti. Miracula Chriſti.

Gre. ſ. canti.5. Rup. ſ. canti.5.

Tornatiles dicuntur manus ſponſi, hoc eſt, opera Chriſti. Canti.5.d. quia quod tornatur, in ſua rotũditate ſine obſtaculo voluiturt: ſic Chriſti opera in rectitudinis rotunditate voluebantur: quia nulla culpa ei adhærebat, qua minus iuſtitia eius in rotundum duceretur. Tornatiles etiã erant manus eius: quia apparens in carne, ſanitates & miracula, quæcunq; voluit, abſq; morarum tarditate fecit.

Virtutes Mariæ. Caſtitas. Prædicatores.

Amb. inſtit virginis 14. Rup. ſ. canti.6. Gre. ſ. canti.7.

Tornatilis crater. Canti. 7. a. ſignificat virtutes virginis Mariæ, in qua requieuit ſapientia. Item perfectam caſtitatem mentis & corporis. Deſignat etiam prædicatores, quia iuxta mores hominum diuerſos, neceſſe eſt vt lingua prædicatoris voluatur.

Exẽpla ſanctorum. Prompta obediẽtia.

Tornaturæ tabularum templi. 3. Reg.6.c. eminentia ſanctorum exempla deſignãt: & promptum animum ad facienda cuncta, quæ dominus præcepit: & ad patiendũm, quæ permittit.

Dialecticæ rationes hæreticorum.

Glo. ord. ſ. Iſa. 44.

Tornare dicitur faber idolum circino. Iſa. 44.b. quando hæreticus fabricat rationes dialecticas ad defenſionem errorum.

## *Torpere, Torpor.*

TOrpere eſt pigrum eſſe: & tam corpore quàm animo languere.

Vitia.

Glo. inter. ſ. gen.41.

Torpẽtes vaccæ macie. Gen.41.c. deſignant vitia mentem fœdantia, & pinguedinem ac decorem gratiæ corrumpentia.

## *Torquere, Tortor, Tortura, Torſio, Contorquere.*

TOrquere eſt inflectere: & ſumitur pro cruciare: vnde tortor eſt, qui cruciat: & tortura ipſe cruciandi actus. Torſio autem eſt dolor, qui fit torquendo.

Torquere aurum cum alijs coloribus, aut cum ſubtegmine aliorum colorum. Exo.39.a. eſt adiungere charitatem alijs virtutibus.

Gre.9. mor.25.

Torquebatur dolore Iob, quum diceret. Nequaquàm ita loquar. Iob.9.d. quia tunc grauius plerunq; affligimur, quum quaſi per conſolationis ſtudium afflictionis noſtræ nobiſconamur mala leuigare.

Curæ rerum terrenarum.

Gre.13. mor.20.

Torquentes cogitationes cor, ſunt in ſanctis cogitationes & curæ rerum terrenarum, quas aliquando ex diſpenſatione ſuſcipere coguntur. Iob.17.c.

Prædicare hæreſes.

Beda ſ. Pro.19.

Torquet diues labia ſua. Pro. 19. a. quum ſuperbus prædicat hæreſes, abutendo autoritatibus ſacræ ſcripturæ.

Dolor.

Glo. ord. ſ. Iſa. 58.

Contorquere caput quaſi circulum, fiebat ad demonſtrationem doloris interioris. Sed hoc non erat gratum Deo, ſi aberat affectus contritionis interior. Iſa.58.b.

Dæmones.

Ori. ſ. Mat. ho.7. Hiero. ſ. Iſa.13.

Tortores dicuntur dæmones, qui homines cruciare ſolent. Mat.18.d.

Torſiones dicuntur dolores propriæ conſcientiæ malè ſibi conſciæ. Iſa.13.b.

## *Torques, uide Monile. Torrens, uide Fluuius.*

## *Torrere.*

TOrrere eſt ad ignem, vel ad ſolem ſiccare, & areſacere.

Mentes purgatæ. Fides probata. Virtutes. Doctrina. Exempla patrum.

Ori. ſ. Leui ho.2. Philo d ſacrifi. Abel. Amb.2. de Cain.6. Iſyc ſ. Leui.2. Rup.1. ſ. Leui.11.

Toſtæ ſpicæ igne ſunt mentes igne ſpiritusſancti aduſtæ, & ab omni peccati humore deſiccatæ. Leui. 2. d. Deſignant etiam fidem probatam in fornace perſecutionis: & etiam virtutes, ſeu doctrinam animi probati: vel doctrinam ſimplicium & inchoantium, per virtutem ſpiritusſancti accommodatam: vt ab ea literæ paleas ſeparemus. Exempla quoq; ſanctorum patrum ſpicæ toſtæ dici poſſunt.

Vindicta Dei.

Glo. inter. ſ. Iſa.25.

Torrens calor ſub nube. Iſa.25. deſignat vindictam in Iudæa per Chriſtum hominẽ factam: & vindictam iudicij.

## Torris, uide Ticio. Torta panis, uide Panis.

## Tortuoſum.

TOrtuoſum dicitur, quod eſt tortum, & multis flexibus ſinuoſum.

Gre.17.mor.18. — Diabolus.

Tortuoſus coluber dicitur diabolus: qui decipiendo homini colubri ore locutus eſt. Iob.26.d. Iſa.27.a.

## Totus.

TOtum dicitur, quod omnes partes complectitur: & refertur ad quantitatem continuam ſicut omne ad quantitatem diſcretam, ſiue numerum.

Iſyc.ſ.Leui.2. — Aſsiduitas oronis.

Totum thus offerre eſt ſemper orationi inſiſtere: & ſine intermiſsione gratias agere. Leuitic. 2.a.d.6.b.

Glo.inter.ſ. Leui.3. — Perſeuerantia.

Totam caudam offerre. Leui.3.c eſt in bono vſq; ad finem perſeuerare.

Totam ſimilam cremari. Leui.6.b. eſt confiteri integrè incarnationem & paſsionem Chriſti. Ad idem referri poteſt totum arietem incendere. Leui.8.d.

Hila.ſ.Mat.cano.13. — Fides incarnationis & paſsionis Chriſti

Totum fermentatum eſſe dicitur, quando lex, prophetæ & euangelia Chriſtum prædicant. Matth.13.c.

Aug.ſ.ps.137.

Toto corde reuertitur ad dominum, qui non dat locum vitijs. 1.Reg.7.a.1.Par.19.c. Et toto corde confitetur, qui holocauſtum offert de corde ſuo, nihil ſibi reſeruans. pſal.137.

Gre.ſ.1.Reg.15.

Tota nocte clamans Samuel pro Saule ad dominum. 1.reg.15.c. deſignat prædicatorem totam cauſam ſubditi, qui peccauit, ex charitate in ſe ſuſcipientem.

Glo ord.ſ.ps.55. Rup.ſ Hoſe.12. — Totum tempus. Pertinacia iudæorũ

Tota dies totum huius vitæ tempus ſignificare poteſt. pſal.55.139. Sic tota die populus Iudaicus potens fuit in iniquitate: vbi eorum pertinacia denotatur. Hoſe.12.a. Tota die mendacium & vaſtitatem multiplicat.

## Trabes.

TRabes ſeu trabs dicta à trahendo, quòd in altum trahatur: dicitur ſignificare duo ligna ædificij ſimul compacta: ideo ſemper eſt magnum lignum.

Rup.3.ſ.Reg.10. — Prædicatores. Fides diuinitatis & humanitatis.

Trabes templi tabulata portantes. 3. Reg. 6. a. deſignant prædicatores ſublimes, & infirmos ac fragiles ſua prædicatione portantes: qui ſunt extrinſecus quidem ſub ligni figura cognitì, ſed intra templum deaurati, quantum ad ſplendorem conſcientiæ, vel futuræ gloriæ. Deſignant etiam fidem diuinitatis & humanitatis Chriſti: ideo non hærebant muro.

Aug.2.ſer.dñi ĩ mõte & d verb.dñi ſer.16. — Odium inueteratũ.

Trabes in oculo eſt odium inueteratum in animo: quod feſtucam in oculo fratris trabem apparere facit. Mat.7.b.

## Tractare.

TRactare eſt quaſi frequenter trahere. Et ſumitur pro agitare in animo: & diſſerere, vel ſcribendo aut narrando commemorare: & etiam ſuſcipere aliquẽ, ſiue de aliquo bene aut malè mereri.

Tractare dicitur Deus mente, quando ordinat aliquid faciendum. Iſa.14.f.

Lyra.ſ.Nahũ.1. — Conari ad decipiendum.

Tractant præuaricationem mente hæretici: & miniſtri Antichriſti, ſeu nuntij. Nahum. 1. c. quando inducere in errores alios moliuntur.

## Tradere.

TRadere eſt in poteſtatem alicuius aliquid dare: & interdum docere: & traditio eſt doctrina. Eſt item committere. Gene. 21. b. Traditque puerum. Coniungere. Gene. 34. b. Filias veſtras tradite nobis. Dedere. Ioſue. 11. d. Qui ſe non traderet filijs Iſrael: Emittere. Ioan. 19. f. Inclinato capite tradidit ſpiritum. Exponere. Ioſue. 20.b. Non tradent in manibus eius Exhibere. Gene. 23. c. Agrum trado tibi. Perducere. Iudith. 6. b. Tradent eum in manus. Prodere. Ieremiæ. 21. dc. Sanguinem innocentem tradetis. Punire. Iudi. 2. c. Tradidit eos in manus diripientium. Subijcere. Leuit. 26. d. Trademini in manibus hoſtium.

Hiero.ſ.Eze.21. — Poteſtas data Chriſto.

Traditi omnes vincti in manus Ioſeph, deſignarunt poteſtatem Chriſto datam à patre ſupernorum & infernorum. Gene.39.d.40.a. Et tradidit Deus coronam & cidarim ei, cuius eſt iudicium: quum tradidit regnum & ſacerdotium Chriſto. Eze.21.f.

Ori.ſ.Iudi.ho.2. Hier.ſ.Eze.30.31.35 &.ſ.ps.62. Arno.ſ.ps.62. Aug.1.ſer.do.ĩ mõt. &.ſ.ps.118. — Punire.

Tradit Deus montẽ Seir ſanguini, quum punit dæmones & malos: & tradit malos beſtijs, hoc eſt dæmonibus. Et tradit terram in manu peſsimorum: quum terrenos relinquit dæmonibus. Tradit etiam cedrum in manu fortiſsimi gentium, hoc eſt, Antichriſtum in manu diaboli. Ezech.30. c. 31. d. 33. f. 35. b. Eum autem dicitur tradere, quem deſerit. Et tradit in manus diri-



Amb.ſ.ps.118.ſer.16 Ori.ſ.Luc.ho.35. Hil.ſ.ps.139.

pientium, quum relinquit peccatorem in poteſtate diaboli: & etiam per excommunicationem. Iudi. 2.c. Et traduntur in manus gladij, qui æternis ſupplicijs puniuntur: & etiam qui vincuntur à verbo Dei. pſalm. 62. 73. Et tradit iudex peccatorem miniſtro, hoc eſt, angelo, qui trudat in infernam: & etiam exactori: & calumniantibus. Item peccatori: cui traditur à deſiderio, hoc eſt, ſecundum deſiderata. pſalm. 118. 139. Mat.5. d. Luc. 12. g. Tradi etiam iudici eſt coram Chriſto à lege accuſari. Tradi ſatanæ dicitur, qui à Chriſti corpore ſeparatur. 1. Cor. 5. b. Tradidit etiam Deus vnum quemq; in manu proximi ſui, in ſeditionibus Hieruſalem. Zach. 11.b. Tradere etiam dicitur Deus hominẽ in manibus alicuius, quũ permittit illum in ſcandalum acceptum, & non datum incidere. Et dicitur illum tradere Deus: quia ſola voluntate Dei occiditur, non hominis. Exo.21.b.23.d.

ſcandalizari. — Amb.1.de pœni. 14. Rup.1.Zach.11. Hier.ſ.Zac.11. Aug.q.in Exo.79.

Hiero.ſ.Eze.25. Gre.ſ.1.Reg.14.

Tradit Deus filios Ammon orientalibus filijs, quum hæreticos ducit ad habentes lucem veritatis. Ezech. 25. a. Et tradit Philiſtæos in manus Iſrael, quum peccantes conuertit ad eccleſiam. 1.Reg.14.f.

Variæ traditiones Chriſti. — Ori.ſ.Mat.ho.4. 36. Aug.ſ.ps.36. Gre.13.mor.8.

Traditus eſt Chriſtus à patre principibus huius ſeculi, quando proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Matth. 20. c. 26. a. Iob. 16. c. Et dicitur traditus in manus peccatorum, quando peccatores ipſum ſuſcipiunt: & quando iuſtus traditur peccatoribus. Tradidit etiam Iudas Chriſtum: & tradunt eum vt Iudas, quicunq; pro temporalibus dant Chriſtum, quem habebant in anima. Traditus quoq; eſt Chriſtus à principibus ſacerdotum in manus impiorum, quando traditus eſt ab illis, vt crucifigeretur. Tradidit etiam ipſe Chriſtus, ſemetipſum pro nobis. Ephe. 5. a. Gala. 2. d. Traditur terra in manus impij, quando corpus relinquitur perſecutoribus. Sic Iob & quilibet iuſtus traditur in manus impij. Iob. 9. c.

Perſecutio bonorũ.

Conteptus doctrinæ Chriſti. — Ori.ſ.Mat.ho.11. Arno.ſ.ps.87.

Traditus quoq; dicitur Chriſtus gentibus, quando eius doctrina illuditur, & irridetur ab infidelibus. Matth.20.c.pſal.87.

Cõmunicans Chriſtus doctrinam. — Ori.ſ.Mat.ho.33.

Tradidit pater familias ſeruis bona ſua, quando Chriſtus cõmunicauit nobis eloquia Dei. Matth.25.b.

Arno.ſ.ps77. Gre.8.mo.37.

Tradidit Deus pulchritudinem Iudęorum in manus inimici, cum arcam tradidit Philiſtęis. Et quum bona opera hypocritarum, quæ per concupiſcentiam laudis oſtentantur, occulti aduerſarij iuri mancipantur. pſal.77. Thre.2.c.

Aug.1.de trinit.8.& 83.q.69.

Tradet Chriſtus regnum Deo patri, quando omnes ſanctos ad Dei viſionem & fœlicitatẽ perducet. 1.Cor.15.c.

Detineri in limbo.

Tradere fratres Ioſeph cuſtodiæ ex præcepto Ioſeph. gen. 42.d. erat ſanctos patres detineri in limbo ante aduentum & paſsionem Chriſti.

Inſtituẽs Chriſtus eccleſiam militantem.

Tradens Ioſeph terram Geſſen fratribus ſuis. Gen.47. a. eſt Chriſtus inſtituens eccleſiam in hoc mundo, tanquàm in Aegypto.

Lex ſpũalis data eccleſiæ. — Glo.ord.ſ.Exo.2.

Tradens mater Moſis ipſum Moſen adultum filiæ Pharaonis. Exod. 2. b. deſignat traditionem legis ſpiritualiter intellectæ eccleſiæ ex gentibus factam: vel ipſum Chriſtum eccleſiæ traditum.

Beda.ſ.Pro.31. Rup.8.d glorifi.trinit.8.

Tradidit mulier fortis cingulum Chananæo. Pro.31.b. quia per vigorem demonſtratę iuſtitiæ fluxa opera gentilitatis aſtrinxit. Item quia contemptibilem in mundo, fides Chriſti honoratum facit apud Deum.

Proponere exempla ſanctorum — Glo.ord.ſ.Exo.30.

Tradens Moſes oblata à populo in opus tabernaculi, ipſis artificibus tabernaculi. Exo. 36. a. eſt proponens ſanctorum exempla prælatis & prædicatoribus eccleſiæ: & generaliter fidelibus. Idem eſt tradere pecuniam in vſus tabernaculi. Exo.30.b.

Recognitio bñficiorum Dei. — Iſyc.ſ.Leui.2.

Tradens qui offert ſacrificium, adipem & pectuſculum ſacerdoti. Leui.2.b.7.d. Eſt acceptã ferens Chriſto cognitionem Dei, & redemptionis opus. Tradere etiam ſimilam ſacerdoti, eſt ſpem ſalutis committere Chriſto. Leui.5.c.

Prędicatio futuri iudicij. — Glo.inter.ſ.Exo.17

Tradens Moſes in auribus Ioſue victoriam habitam contra Amalec in deſerto. Exod.17.d. deſignat prę̄nuntiationem iudicij per Chriſtum futuri.

Glo.ord.ſ.Iſa.65.

Tradetur obliuioni anguſtiæ priores in fœlicitate. Iſa.65.c. Non quidem obliuioni memoriæ, ſed ſucceſsione bonorum.

Pœnitentia. — Glo.ord.ſ.Leui.5.

Tradere quintam partem ſupra id, quod damnificatum fuerat, ſacerdoti. Leui.5.d. eſt quemlibet ſenſum, per quem peccauimus, ad pœnitentiam reuocare.

Tradens lex myſteria. — Glo.inter.ſ. Leui.8

Tradens Moſes armum arietis dextrum cum collyrida & lagano & adipibus, &c. Aaron, quando conſecrabatur. Leui.8.c. eſt lex tradens myſteria declaranda per Chriſtum.

Reduci ad innocentiam. — Glo.ord.ſ.Leui. 12.

Tradens mulier mundanda ſacerdoti agnum anniculum, & pullum columbæ, ſiue turturem. Leuiti. 12. c. reformationem per pœnitentiam indicat: vt reducatur ad innocentiam.

Conſentire malis. — Aug.ſ.ps.26.36.

Traditur in animas tribulantium, qui conſentit voluntati tribulantium. pſal.26. Et traditur à deſiderio peccatori, qui conſentit prauis concupiſcentijs, per quas traditur diabolo. pſalm.139.

Aug.q in Num.13.

Tradidit moſes vaccam rufam Elcazaro, & non Aaroni. Nu.19.a.vt deſignaretur ſacrificiū Chriſti ad ſacerdotes nouæ legis ſpectare.

Beda.ſ.Pro.30 — Rup.1.ſ.Deut.25. — Suadens redire ad vomitum.

Tradit ſeruum ad dominum ſuum, qui quemlibet delinquentem, & à prauis actionibus ſe conuertere volentem, ſua exhortatione vel exemplo prauæ actionis, ad id, quod renunciauerat, redire ſuadet: quod plerique ſacerdotes praui in eccleſia facere conſueuerunt. Prouerb.30.b. Sic non tradidit Chriſtus ſeruum dño ſuo: quia non reliquit peccatorem diabolo: ſicut nec ille, qui confitentem non adigit in deſperationem. Deut.23.c.

Tradit Deus omnia quaſi olera virentia,quando non vult fieri diſcrimen inter gentes & Iudæos in fide.Gen.9.a.

Gre.ſ.Canti.8.

Tradidit pacificus vineam cuſtodibus, hoc eſt, Deus Synagogam Moſi & alijs patribus. Canti.8.d.

Hier.ſ.Iſa.23. — Anima in peccato.

Tradita Tyrus obliuioni,dicitur anima exiſtens in peccatis.Iſa.23.d.Thre.2.b.

## *Traducere.*

TRaducere eſt de loco ad locum ducere,vel trans aliquid ducere.

Glo.inte.ſ.gen.32. — Exercens opera vitæ actiuæ.

Traducens Iacob ſuos per vadum. Gene.32. f. deſignat exercentem opera vitæ actiuæ, & prædicationis: & miniſtrantem baptiſmum & ſimilia: vt poſtea vacet contemplationi.

Hier.ſ.ps.135.

Traducit Deus populum ſuum in deſertum.pſal.135.quando deducit ſuos in conſilium à ſeculi curis alienum. Semper autem populus Dei per deſerta huius mundi traducitur,quoadusq; in terram promiſsionis introducatur.

Hiero.ſ.Eze.47. — Gre.22.mor.22.

Traducens vir Ezechielem per aquam. Ezech. 47. a. eſt Deus aut angelus dans notitiam myſteriorum. Traducit vſque ad talos, quando Chriſtus nobis ad ſe conuerſis boni exordij plenitudinem tribuit: & dono ſpiritualis ſapientiæ prima noſtri operis veſtigia infundit. Vſq; ad genua, quum ad hoc vſque noſtra ſapientia augetur, vt in prauis iam actibus minime flectatur. Vſque ad renes, quando in nobis percepta ſapientia omnē quoque, in quantum poſſibile eſt, delectationem carnis extinxit. Quando autem tranſuadari non poteſt, deſignat perfectionem contemplationis: in qua dum mens in altum ducitur, ſubleuata, videt in Deo ſe penetrare non poſſe, quod videt: & quaſi tangit aquam torrentis, quam pertranſire non valet: & quia intuetur ſpeculādo,quod libeat, & tamen hoc ipſum perfectè non valet intueri, quod libet.

## *Trahere.*

TRahere eſt per vim ducere.

Amb.de Iſaac.3. — Rup.ſ.Hoſe.11. — Gre.ſ.canti 1. — Aug.ſ.Ioan.trac.26. 52. — Ber.ſ.canti.ſer.21. — Incarnatio verbi.

Traxit Deus Ephraim in funiculis charitatis. Hoſee.11.f. quando filius Dei per charitatem factus eſt homo, & paſſus & mortuus. Trahi autem petunt adoleſcentulæ poſt ſponſum: quia ſine eo currere nequeunt, qui exultauit vt gigas ad currendam viam. Trahitur etiam ſponſa tanquàm infirma: quia ſine Chriſto nihil poteſt: trahitur autem per tentationes & labores. Cantic.1.a. Trahit pater filium, non cogendo liberum arbitrium, ſed vinculis charitatis. Ioan. 6. e. Trahit autem Chriſtus omnia ad ſe, hoc eſt, omnes prædeſtinatos.Ioan.12.e.

Gre.14.mo.26. — Conuerſio ad Deū.

Trahit Deus ad ſe ſpiritum & flatum hominis. Iob.34.b. quando ad conuerſionem ſui deſiderij & interiora noſtra, & exteriora commutat: vt nihil iam menti exterius libeat: nihil caro inferius vel ſi appetit, adipiſci conetur: ſed omne quod homo eſt, ad eum videlicet, à quo eſt,& interius deſiderando ferueat,& exterius ſe edomando conſtringat.

Gre.ho.24.

Traxit Petrus rete in terram.Ioan.21.c. hoc eſt ad ſoliditatem littoris, quia ipſe & eius ſucceſſores & prædicatores, ſanctæ prædicationis voce ſtabilitatem æternæ patriæ fidelibus oſtendunt.

Ori.ſ.canti.ho.1.

Trahere dicuntur etiam adoleſcentulæ ipſum ſponſum: quia vbi duo vel tres cōgregati fuerint in nomine eius,mox eſt ibi ipſe ſponſus. Et eruditæ animæ trahunt: quia libenter venit ad illas verbum Dei.

Hiero.ſ.Eze 5. — Eijciens Deus iudæos.

Trahens Ezechiel nouaculam per caput,deſignat Deum eijcientem à ſe Iudæos,vt incredulos & obſtinatos.Eze.5.a.

Gre.18.mor.32.

Trahi dicitur ſapientia de occultis. Iob. 28. c. quia cum ſit inuiſibilis, non niſi inuiſibiliter inuenitur. Quæ rectè trahi dicitur: quia ſicut flatum trahimus, vt corpus viuat: ſic ab intimis ſapientiæ ſpiritus ducitur,vt ad vitam anima ſubſiſtat: vnde pſalm. 118. Os meum apperui, & attraxi ſpiritum.

Ori.ſ.Luc.ho.35.

Trahi ad iudicem, eſt accuſari in iudicio.Luc.12.g.

Glo.inter.ſ.Leui.11 — Vacare terrenis.

Trahi per humum animalia immunda. Leui.11. g. eſt vacare gaſtrimargiæ,& libidini, & terrenis.

Glo.ord.ſ.Iſa.5. — Addere peccata peccatis.

Trahunt iniquitatem in funiculis vanitatis,Iſa.5.d. qui addunt peccata peccatis.

Trahere



Diſcere vana. — Iudæi contra Chrm — Hie.ſ.Iere.14. — Gre.29.mor.18.

Trahere dicuntur ventum quaſi dracones. Iere.14.a. qui auide diſcunt doctrinam vanam. Et Iudæi,quum ſuperbiæ ſpiritu inflati,malitioſe aduerſus Chriſtum intumuerunt.

Subijci diabolo. — Gre.15.mor.30. — Aug.ſolilo.16.

Trahere dicitur diabolus,aut Antichriſtus poſt ſe omnem hominem.Iob.21.d.quia qui bonis preſentibus delectantur,poteſtati illius ſe abſq; retractatione ſubijciūt. Trahit ante ſe innumerabiles: quia multo plures fuerunt carnales ab exordio peccati, vſq; ad tempus Antichriſti, q̄; erunt ſuo tempore. Traxit etiam draco ſecum tertiam partem ſtellarum, quādo diabolus ſecum traxit multitudinem angelorum è cœlo.Apoc.12.a.

## *Trames, uide Via.*

## *Tranquillus, Tranquillitas, uide Quieſcere.*

## *Trans.*

TRans dicitur eſſe,quod eſt vltra aliquem locum.

Status hominis ante baptiſmum.

Trans Iordanem flere mortuum Iacob.Gene.50.a.deſignat ſtatum generis humani ante inſtitutionem baptiſmi: quia tunc erat tempus fletus.

Ori.ſ.Mat.ho.7.

Trans Iordanem veniens Ieſus. Matthæ. 19. a. deſignauit tranſitum ſuum ad eccleſiam per baptiſmum.

Ori.ſ.Mat.cap.16. — Hila.ſ.Matt.cāo.14

Trans fretum venientes diſcipuli.Matth.16.a.deſignarunt deſertionem temporalium: & etiā finem mundi.

Gre.13.mor.7.

Trans flumina Aethiopiæ eſt terra.Iſa.18.a. ſecundum ꝙ Antichriſtus ſuperabit malitia omnes,qui nigri ſunt per peccatum.

## *Tranſcendere.*

TRanſcendere eſt aſcendendo tranſgredi,aut ſuperare.

Glo.int.ſ.Exo.12.

Tranſcendere dicitur angelus percuſſor oſtium domus.Exo.12. d.quando Deus parcit, & ſaluat per paſsionem & ſanguinem Chriſti.

Hie.ſ.Iſa.16.

Tranſcenſus Arnon,id eſt,illuminationis eorum eſt, quum ab erroribus ad veritatis lumē venitur.Iſaiæ.16.a.

Curioſitas. — Glo.int.ſ.Exo.19.

Tranſcendens terminos montis eſt qui curioſè diuina ſcrutatur.Exo.19.d.

## *Transferre, Trāſportare.*

TRansferre eſt ab vno loco in alium ferre,& deportare.Item relegare.Ier.29.a. Omni tranſmigrationi,quam tranſtulit. Traducere.4.Regum.18.f. Donec veniam,& transferam vos. Tranſmutare.Deut.27.c.qui transfert terminos proximi ſui. Tranſuehere.Sapi.10.d. Tranſtulit illos per mare rubrum.

Trāſlatio veteris teſtamenti in nouum. — Eiectio angelorum — Tranſitus apoſtolorum ad gentes. — Inſtitutio eccleſiæ ex gentibus. — Amb.1.d interpel.5. — Gre.9.mor.2. — Arno.ſ ps.45.79. — Hier.ſ.Iob.9.&.ſ.Ieremiæ.13. — Aug.ſ.ps.45. Ricar.d.1.vi.d.vico mut.6. — Geor.venet.canti.4. tom.7.cap.28.

Tranſtulit Deus montes,hoc eſt,patres veteris teſtamenti in nouum: vel prædicatores à Iudæis induratis ſubtraxit.Iob.9.a. Acto.13.g. Vel tranſtulit montes, quum angelos & homines ſuperbos à ſtatu ſublimi deiecit. Transferri quoq; montes in cor maris. Pſalm.45.eſt Chriſtum cum apoſtolis ad gentes tranſire. Vel è diuerſo eſt, quum elati de magni conaminis culmine,in intimam cordis malitiam cadunt. Tranſtulit quoq; Deus vineam de Aegypto.ps.79. quando ex gentibus inſtituit eccleſiam. Et tranſlata eſt Iudæa,quum fides,quæ erat in Iudæa, & omnis Iudęorum gloria tranſiuit ad eccleſiam ex gentibus.Iere.13.c.

Tranſlatio legis. — Conuerſio pctōris. — Remiſsio culpæ. — Glo ord.ſ.1.par.12. — Ricar.de.1.victo de. ſomnio Nabuch.14. — Glo.ord.ſ.2.reg.12

Transferre interdum eſt conuertere.1.Para.12.d. Vt transferrent regnum Saul in Dauid. Vbi deſignatur tranſlatio legis veteris in nouam. Tranſtulit etiam Deus regna atq; conſtituit,quando euerſa vitiorum tyrannide,virtutes regnare facit.Dani.2.c. Transfert quoq; Deus iniquitatem quum eam remittit 2. Regum.12.c.Dominus quoq; tranſtulit peccatum tuum.

Ori.ſ.Matt.ho.4

Transferre dicitur fides montes. Matth.17.c.quando impetus irrationales per verbum Chriſti & fidem tolluntur.

Reductio infideliū ad eccleſiam. — Glo.ord.ſ.Colo.1. — Hie.ſ.amos.1. — Gre.14.mor.2.

Transfert Deus fideles in regnum filij charitatis ſuæ. Coloſſ.1.b.quando eos ab infidelitate ad eccleſiam reducit: vel ad cœlum inducit. Transfertur etiam populus Syriæ Cyrenē. Amos. 1.c. quando decepti ab hæreticis reducuntur ad eccleſiam. Transferuntur item rupes de loco ſuo.Iob.18.a.quando doctores hæreticorum redeunt ad eccleſiam.

Eiectio malorum. — Gre.14.mor.11. — Aug.ſ.ps.108.

Transfert Deus impiū de orbe.Iob.18.d.quando ſuperno apparēte iudice,de hoc mūdo impius tollitur,in quo peruerſè gloriabatur. Transferuntur quoq; nutantes filij Iudæorū.ps.108. quum in nullo bono habent firmitatem.

Trāſiens religio Iudæorū ad eccleſiam — Gre.ſ.1.reg.4.

Tranſlata dicitur gloria domini, quum capta eſt arca.1.Reg.4.d.quia cum ſanctæ ſcripturæ ſacramenta verè intelligentiæ capacitate à fidelibus retinentur, etiam religio & fama Iſrael ad eos tranſiuit.

Tranſitus ad perfectionem. — Philo.de Abra.

Tranſlatus Enoch, deſignat virum bonum ab ignorantia & imprudentia ad ſciētiam & prudentiam deductum: & ab imperfecto ad perfectum.Gene.5.c.

Hie.ſ.Iſa.24.

Tranſlatum dicitur gaudium terrę à malis videlicet in bonos.Iſa.24.b.quia ceſſabit terrenū gaudiū

gaudium in malis:& verum gaudium erit perpetuo in bonis.

Glo.ordi.ſ.Iſa.33.

Non poteſt transferri tabernaculum,patria videlicet cœleſtis,quæ non admittit mutationē. Iſa.33.d.Eccleſia etiam militans non transfertur,vt tabernaculum vetus ſynagogæ: quia perſeuerat vſq; ad finem mundi.

Stabilitas gloriæ cœleſtis & eccleſiæ.

Trãſferre volens Ioſeph manum patris à capite Ephraim in caput Manaſſæ. Gene.48.d.eos exprimit,qui mutare nituntur conſilium Dei.

Mutantes conſilium Dei.

Gre.4.mor.36.

Transferri de vtero ad tumulum.Iob.10.d.conuenit electis, qui ab ipſo mũdi primordio ante redemptoris tempus exorti ſunt: & tamen huic mundo ſemetipſos mortificare curarunt: q conſcriptas legis tabulas non habentes,quaſi in vtero mortui ſunt:quia autorem ſuum naturali lege timuerunt.Et quum venturum mediatorem crederent, ſtuduere ſummopere,mortificatis voluptatibus,etiam,quæ ſcripto non didicerant,præcepta ſeruare.

Mors ſanctorum ante legem.

Hie.ſ.Eze.48.

Non transferuntur poſſeſsiones leuitarum:quia illę non ſunt ipſorum leuitarum,ſed domini: cuius etiam ipſi poſſeſsio dicuntur.Eze.48.b.

Caſſia.colla.5.cap.12

Transferens rex Babylonis filios Iſrael in Babylonem, quos rex Aegypti in Aegypto captiuauerat,deſignat eos,qui prius aliquo vitio captiui tenebantur:quod poſt modum deſerentes, ab alio opprimuntur.Vt qui carnis vitia deſerunt,& in cenodoxiam incidunt. Trãſtulit etiam alios,quando fecit eos peccare.4.Reg.24.b.

Hie.ſ.Iob.24. Gre.16.mor.21.
Hier.ſ.Iob 14. & ſ. eccl'te.10.et ſ.ps.108
Gre.12.mor.11.
Hie.ſ.Eze.17.

Transferũt terminos hæretici:qui ſtatuta eccleſiæ cõuellunt & lacerãt.Iob.24.a.Pro.22.d.

Cõtẽne. ſtatut.eccl.

Transfertur ſaxum de loco ſuo.Iob.14.d.quando homo mutatus à bono in malum induratur.Transferre etiam dicitur lapides, qui aliquos ſubtrahit ab eccleſia.Eccl'tæ.10.b.Transferũtur quoq; nutantes filii Iudæ,quando Iudæi infideles & indurati vagi ſunt in terra.ps.108.

Induratio malorũ, & receſſus à fide.
Euagatio Iudæorũ.

Transportans aquila cedrum in terram Chanaan.Eze.17.à.Deſignauit tranſlationem Iudęorum cum Iechonia in Babylonem.

Trãſmigratio in Babylonem.

## *Transfigere, uide Fodere.*

## *Transfretare, uide Mare & Nauigare.*

## *Transgredi, Prætergredi, Præterire, Præuaricari.*

TRanſgredi eſt tranſire,& ſuperare,& prẹuaricari,quod eſt à recto diſcedere.

Glo.int ſ.gen.32.

Transgrediens Iacob Phanuel.Gene.32.g.deſignauit tranſitũ à contẽplatione ad actionẽ.

Trãſit* ad actionẽ.

Arn.& Aug.ſ.ps.17.
Gre.26.mor.10.

Transgredi murum.ps.17.eſt præterire impedimenta dæmonum:vel pœnitere peccatorum, quæ tranſitum ad Deum impediebant.

Pœnitentia.

Non prẹterit mare præceptum Dei.Iere.5.e. Vt confundantur homines præcepta Dei tranſgredientes.

Hie.epiſt.Beatitud.

Nunq; ſe prẹteriſſe mandatum Dei dicebat filius ſenior.Luc.15.g.Deſignans Iudęos imitantes Phariſæum dicentem:Non ſum ſicut cæteri hominum.

Arrogantia iudæorum.

Hiero.ſ. Iſa.24.&.ſ. Hoſe.6.
Arno.ſ ps.103.
Hila ſ.ps.118.
Beda.ſ.pro.22.
Glo.int ſ Iſa.66.

Transgreſsi ſunt habitatores terræ legem naturalem omnibus communem.Iſai.24.a.c.Trãſgrediuntur quoq; terminum,quem poſuit Deus,qui eius præcepta vel fidem prẹuaricantur.ps.103. Et prẹuaricantes peccatores terræ ſunt legem naturæ tranſgredientes.ps.118. Et tranſgreſsi ſunt pactũ ſicut Adã,qui ita peccauerunt,vt eijcerentur de eccleſia, ſicut Adã eiectus eſt de paradiſo.Hoſe.6.c.Leui.7.a.16.c.Trãſgreditur etiã terminos antiquos,quos poſuerunt patres, q tranſgreditur terminos fidei,quos catholici ab initio ſtatuere doctores.Pro.22.b. Præuaricatores autem dicuntur condemnati:qui trãſgreſsi ſunt legem naturalem, vel ſcriptam:qui in Deũ dicuntur prẹuaricati.Iſa.66.g.Præuaricationes autem ſunt ipſa peccata.Iere.5.a.

Peccare.

Glo ord.ſ.Leui.5.

Præuaricari ceremonias,eſt negligere cultum Dei:& ſacra indigne tractare.Leui.5.g.

Negligere cultũ dei

Hie.ſ.iſa 48.59.&.ſ. Hoſe.14.

Tranſgreſſor ex ventre dicitur Iſrael,hoc eſt,à tempore egreſsionis de Aegypto. Iſai.48.b. 53.d.Dicitur autem tranſgreſſus Iſrael pactum Dei cum patribus. Mala.2.c.Præuaricator autẽ legis dicitur Iudæus:quia ſenſum legis, qui eſt de incarnatione & diuinitate Chriſti nõ admittit.Iere.9.a.Vnde & tranſgreſsi dicuntur Iudæi,quando apoſtatarunt à Chriſto.Iſa.59.c.Præuaricatores autem dicuntur tam Iudæi,q̃; hęretici, qui corruunt in vijs domini.Hoſ.7.d.14.b. Nahum.1.c.

Iudęi peccãtes & nõ orantes.

Hie.ſ.iere.3.

Præuaricatrix Iuda deſignare poteſt peccantes: qui tamen non errant in fide.Iere.3.c.Ezechie.39.g.Sophon.3.c.

Peccãtes intra eccleſiam.

Gre ſ.1.reg.14.

Prẹuaricari dicens Saul populum, deſignat prẹdicatorem reprehendentem vitia ad emendationem.1.Reg.14.e.Prẹuaricati eſtis hodie.

Prædicator reprehẽdens vitia.

## *Tranſilire.*

TRanſilire eſt vltra tranſire.

Ori.ſ.canti.ho.2.3.
Amb de iſaac 4.
Gre.ſ.cant 2.
Ber.ſ.cãt.ſer.53.54.

Tranſilire dicitur verbum Dei colles.Cant.2.b.quia minus manet cum ijs,qui non ſunt plenè perfecti. Vel quia ſupereminet prophetis & diſcipulis Chriſti ſecundo loco electis.Item quia per incarnationem minoratus eſt paulominus inferioribus angelis,qui & hominibus ſubdi voluit. Trãſilijt etiam colles, quũ ab angelis venit ad hoĩes,relictis dæmonibus tanq̃; collibus.

Eminẽtia verbi dei.
Incarnatio.



Tranſiliens vulpes murum templi, deſignat hæreticos putantes ſe ſuis argutijs vincere euangelicam veritatem.Nehe.4.a.

Ori.ſ.cant.ho.4.

## *Tranſire, Tranſmeare, Tranſmigrare, Præterire.*

TRanſire eſt ab vno loco vltra alium locum ire. Trãſmigrare autem eſt ab vno loco ad aliũ remotiorem domicilium mutare.Tranſire etiam eſt commutare,vel commutari.Num.27. b.Ad filiam eius tranſibit hæreditas.Creſcere.Leuiti.13.a.Nec tranſierit in cute priores terminos.Diſcedere.1.Reg.10.a.Cũq; abieris inde,& vltra tranſieris.Exire.Num.21.e.Donec tranſeamus terminos tuos.Experiri.1.Reg.14.a. Tranſeamus ad ſtationem Philiſtinorum.Ingredi. 1.Reg.14.b.Ecce nos tranſimus ad viros iſtos.Manifeſtare.Exod.33.d.Cumq; tranſierit gloria mea.Pergere.Gen.33.d.Tranſiuitq; in Salem vrbem Sichimorum.Perire.Iob.14.d.Vt in perpetuum tranſiret.Peruenire. Nume.33.f.Tranſierunt ad campeſtria Moab.Præterire.Gene.18.a. Ne trãſeas ſeruum tuum.Punire.Iob.15.b.Non tranſibit alienus per eos.Traijcere.Gene.32.c. In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum.Tranſmigrare.Iudi.9.d.Et tranſiuit in Sichimam.

Breuis cõſolatio di.
Breuis cognitio.

Tranſire interdum dicitur Deus,quum breuem dat conſolationem.Gene.8.a.Et tranſit ſpiritus,quando inuiſibilia cognoſcimus:& tamẽ hæc non ſolidè,ſed raptim videmus.Neq; enim in ſuauitate contemplationis intimæ diu mens figitur:quia ad ſemetipſam immenſitate luminis reuerberata reuocatur.Iob.4.c.Trãſire etiam dicitur, quum nondum habemus fixas bonas cogitationes in corde.Luc.18.g.Tranſit etiam ſponſus,vt maiori deſiderio quæratur.Cantic.5.b. 3.Reg.19.c.Tranſit etiam Deus per Hieruſalẽ,quum viſitat animã,vt eam conuertat.Eze.16.a.

Gre.5.mora.23.&.ſ. cant.5.&.ho.2.
Ricar.de.ſ.victo.4. de arca myſti.11.

Protectio Dei.

Tranſit etiam Deus præcedendo,& protegendo viatores huius ſeculi.ps.67.Exod.34.a.Et tranſijt in deſertum,quando venit ad gentes.

Glo.ord.ſ.ps.67.

Miſericordia Dei.

Tranſit præterea Deus aliquos, quando non eos punit, aut caſtigat, ſed eorum miſeretur. Exod.12.c.Et quum ceſſat à caſtigando.Nahum.1.d.Et quum diſsimulat,& nondum caſtigat. Amos.8.a.Mich.7.d.Inde dictum eſt Phaſe.i.tranſitus. Pertranſijt quoq; furor Dei in paſsione Chriſti,quando chirographum,quod Adam in mortem filiorum conſcripſit, Chriſti deleuit aduentus.Iob.10.d.

Hier.ſ.Amos.8.&.ſ. Mich 7 &.ſ.Iob.10.
Rup.ſ.Amos.8.

Caſtigatio Dei.

Tranſire etiam dicitur Deus caſtigando & puniendo:vt tranſiuit per Aegyptum.Exo.12.b. d. Fere enim quoties pertranſire ponitur ex perſona Dei,pro pœna accipitur. Amos.5.c.Tranſit etiam flagellum inundans,quum ad omnes extenditur generalis caſtigatio.Iſa.28.d. Et tranſitus virgæ fundatus,eſt æterna punitio.Iſa.30.g.Tranſeunt quoq; fluctus Dei, & irę Dei ſuper aliquem,quãdo punitur.ps.41.87.Et trãſit glad.⁹ per terrã,quũ exercetur diuina vindicta. Eze. 14.e.Et tranſit dominus ſuper pulchritudinem colli Ephraim, quãdo caſtigat hæreticos, ſuperbos & Iudæos.Hoſe.10.c.Et prẹteriẽs diluuium dicitur punitio Dei,quę fit ad tempus.Nahũ. 1.b.Nunc autem dicitur tranſire furor Dei:& poſt iudicium pertranſibit quia conſummabitur. Iob.14.c. Pertrrnſibit enim indignatio Dei in iudicio:tunc dabitur vltima ſententia in malos: & non amplius Deus indignabitur. Iſa.26.d.

Hier.ſ.Amos.5.&.ſ. Iſa.10.&.ſ. Hoſe.11. &.ſ.Nahum.1.
Beda ſ. Exo.12.
Gre.12.mor.7.
Rup.ſ.Hoſe.10.

Iuramentum Dei.
Diſcretio in iudicio

Tranſitus ignis inter diuiſiones cadauerum.Gene.15.d.erat ſignũ iuramenti Dei:quia ſic firmabant iuramenta Chaldæi:vt tranſirent per aliqua diuiſa.Tranſiens autẽ ignis & non manẽs, deſignauit gloriam Dei non per manſuram apud Iudæos,ſed trãſituram ad gentes. Deſignauit etiam ille tranſitus diſcretionem futuram in die iudicij bonorum & malorum.

Cyril.cõtr. Iulia.10.
Rup.ſ.ſ.gen.22.
Beda.ſ.gen.15.

Vadens Chriſtus ad patrem.
Paſsio Chriſti.

Tranſiens Deus coram Moſe deſignat Chriſtum impleta lege, tranſeuntem ex hoc mundo ad patrem,& parantem fidelibus manſiones. Exodi.34.a.Tranſiens etiam & ſaluans Deus fuit Chriſtus in paſsione.Iſa.31.c.Et tranſiens Iacob Iordanem in baculo, fuit Chriſtus,qui tranſiuit ex hoc mundo in cruce.Gen.32.c.Et tranſiens gloria domini,fuit Chriſtus tranſiens de hoc mundo ad patrem.Exo.33.d.Trãſire quoq; dicitur Chriſtus in pace:quia attulit & prædicauit pacem:& quia ab humanitatis forma in diuinitatis ſuæ cõtemplationem nos eleuat: Et quia de iudicio redibit ad regnum patris ſui.Iſa.41.a.ps.140.

Eleuatio ad contẽplationem.

Aug.q. in Exo.154. &.2.de trini.17.&.ſ. ps.59.138.&. ſer.80.
Hie.ſ.Iſa.31.41.
Gre.ho.13.
Hych.ſ.Leui.16.

Tranſitus Chriſti ad gentes.

Tranſitus etiam Dei eſt tranſitus Chriſti ad gentes. Exo.34.a. Tranſire autem dicitur Chriſtus per ea,quæ pertinent ad diſpenſationem carnis.Matth.20.d. Et tranſit,quando vnum deſerit & habitat in alio.Tranſiuit quoq; in deſerto,quum prædicari fecit gentibus.ps.67.Tota autem vita eius vſq; ad reſurrectionem tranſitus fuit. Mar.10.g.Præteriẽs autem vidit cæcũ,aſſumpta videlicet ſimilitudine carnis peccati: ſed non ſtetit:quia non aſſumpſit peccatũ. Ioan.9.a.

Incarnatio.

Euch.form ſpũal i. Aug.epi.112 &.1.q.ĩ euage.28.& de eſſẽ. diuin. &.1. ps.67. & de verb. dñi. ſer.18.
Gre.19.mor.3.

Relinquen. De⁹ dæmones & iudæos.

Tranſire dicitur Deus à Gelboe, quando relinquit dæmones ſine rore gratiæ in ſua obſtinatione:& quando relinquit Iudæos in infidelitate.2.Reg.1.d.

Cyril.6.ſ.ioan.15.
Ber.ſ.cant.ſer.54.

Impletio legis per Chriſtum.

Non prẹtereunt verba Chriſti, trãſeunte cœlo & terra.Matth.24.d.quia licet tranſeat litera legis,non tranſit ſpiritus,qui impletur in Chriſto cum verbis eius.Præterire autem iota vnum à lege,eſt non impleri minima ſacramẽta:quod minime fiet.Mat.5.c.Pertrãſire quoq; dicit̃ Deus in deſerto,& non ibi immorari: quia trãſiuit per vetus teſtamentũ vt moraretur in nouo.ps.67.

Ori.ſ.Mat.ho.30.
Hiero.ſ Mat.5.&.ſ. ps.67.

Integritas Mariæ.

Tranſiens dominus per portam clauſam:fuit Chriſtus tranſiens per vterum virginis manẽte integra

Amb.inſtit.virgi.8.

integrą virginitate.Eze.44.a.Non tranſiuit autem vir per portam clauſam templi: quia nemo penetrauit myſteria ſcripturæ:nec quiſq; corrupit pudorem virginis Mariæ.

Ori.ſ.Ioſue.ho.3. Gre.27.mor.10. — Exempla antiquorum patrum.

Tranſeuntes armati filij Ruben & Gad & dimidia tribus Manaſſę.Ioſu.1.d.ſunt doctrina & exempla antiquorum patrum & prophetarum poſteris proponenda.Non tranſeunt autem paruuli,quia neſciunt docere:nec mulieres.quia infirmæ ad exemplum . Deſignant etiam eos,qui terrenis rebus inhiant:qui etiam ſi tranſeunt Iordanē cum armis,hoc eſt,defendunt fidem,non tamen in terra promiſsionis permanent,ſed ad terrena redeunt.

Hiero.ſ.Iſa.14.&.ſ.ps.17. Rupſ.Ioſue.8. Aug.ſ.ps 17. Ricar.de.ſ.victo.de ſomnio Nabucho. Hier.ſ. Mich.5.&.ſ. iſ.34.62. Gre.1.mor.22. — Prædicatio. Receſſus dubiorũ.

Tranſeuntes calceati flumen Aegypti,ſunt prædicantes ſine impedimento.Iſa.14.d.Tranſeuntes autem principes per medium caſtrorum,ſunt apoſtoli euntes in mundum vniuerſum.Ioſue.1.c.Trãſierunt autem nubes præ fulgore in conſpectu Dei.ps.17. quando prædicatores trãſierunt à Iudæa in gentes cum ſplendore doctrinæ,& miraculorum.Vel quum illæ,quæ animũ obnubilare cõſueuerant dubitationes,recedunt.Nubes enim trãſire,eſt veritatis perſpicaciam,& intelligentiæ ſerenum ſine vlla cunctatione tenere. Tranſeunt quoq; per portas apoſtoli & prædicatores,qui docent fidem.Et tranſit leo ſuper iumenta,quum apoſtoli prædicando conuertunt gentes.Mich.5.c.Et tranſeuntes cerui ſunt apoſtoli à Iudæa venientes ad gentes. Iſaiæ.34.d.Iuxta.70.Tranſire etiam in orbem dicuntur dies conuiuij filiorum Iob,quando prædicationis miniſteria per apoſtolos peraguntur.Iob.1.a.

Arno.ſ.1.reg.10.14. — Profectus prædicatorum.

Tranſiens vltra Saul deſignat profectum prædicatoris per exempla ſanctorum.1. Reg.10.a. Et tranſiens Ionathas cum armigero ad Philiſtæos.1.Reg.14.a.eſt bonus prædicator,qui,quæ dicit,facit.Et trans locum tranſiens eſt prædicator,qui ſupergrediens vitam ſimplicium,in cãpum tentationum egreditur:& tranſit ad prædicandum ijs,qui ſunt in peccato,vt eos liberet à dæmonibus.

Arn.ſ.ps.103. Aug ſ. ps.103.123.65 Gre.9.mor.22. Hie.ſ. Zacha.10.&.ſ.Iſa.43.Ori.ſ.mia.ho.27.&.ſ.ioſ.ho.1 Hila ſ.ps.65. Amb. d vir.3.& d pœn.14 Euch.q.in pſal. — Eccleſiæ ſuperantes mundum. Obſcura cognitio. Antiquorum pſum. Vincere tribulationes.

Pertranſeuntes naues mare ſunt eccleſiæ legem ſeruantes, & mundi fluctus ſuperantes. Pſal.103.Pertranſeuntes etiã naues poma portantes.Iob.9.d.Fuerũt patres veteres,qui odorẽ ſenſerunt myſteriorum Chriſti : ſed mortui ſunt priuſq; ad eorum guſtum peruenirent . Pertranſit anima torrentem,quum ſuperat impetus perſecutionum: & aquam intolerabilem, quum ſuperat peccata.ps.123.Tranſijt in maris freto,qui huius mundi anguſtias viriliter peregit.Zach.10.d.Et tranſire per ignem & aquam,eſt varias pati tribulationes.ps.65. Et tranſire mare rubrum, aut ſimpliciter mare,eſt fortiter ferre aduerſa ſeculi.Num.33.a.Iſa.16.c.43.a.

Amb.ſ.ps.118. ſer.15 Aug.ſ ps.36. Gre 14.mo.18.&.18. mor.32.&.27. mor.1.&.ſ.cant.3. Ori.ſ.ps.36.ho.5. Hila.ſ.ps.140. Ambr. de Iſaac.5.& exhor.ad virgi.& d fuga ſeculi. Hier ſ. Iere.31.&.ſ. Abdiã. Aug.ſ.Ioan tr ac.22. Ber.ſ.canti.ſer 79. Rup.5.ſ.Ioan. — Cognitio myſteriorum. Contemplatio. Conuerſio peccatorum.

Tranſire abſolutè in bonum ſumitur:vt Exod.3.a. Tranſiuit Moſes,vt videret viſionem.Et ps.36.Tranſiui,& ecce non erat:vbi tranſire dicitur, qui à temporalibus proficit ad ſpiritualia. Iob.19.b.Tranſire autem viam,ſæpe in malum ſumitur. Pertrãſiens autem anima ſeu ſponſa cuſtodes.Canti.3.b.eſt aſcendens ad myſteria, quę angeli cupiunt cognoſcere:vel altiora credẽs de Chriſto,q̃; *de patriarchis & prophetis.* Matt.16.c.Tu es Chriſtus filius Dei viui.Vel eſt aſcendens ad contemplationem diuinitatis:vel dicitur tranſire mundũ,pertranſire vero ad Chriſtum:vel tranſeundo ad cœleſtia,terrena pertranſit: vel pertranſit, quando non ſolum reſurrectionem,ſed & aſcenſionem credit,aſcendens fide vſq; ad dexteram patris. Pertranſit etiam vigiles ſpõſa, quum etiam quos miratur anima,in ſponſi cõparatione poſtponit. Et tranſit à morte ad vitam,qui ab infidelitate venit ad fidem formatam : & qui à terrenis ad cœleſtia venit:& ab hac vita tranſit ad æternam.Ioan.5.d. vbi legitur de præterito,tranſijt.ps.140. Tranſmigrãt filij Iſrael,quum è carnalibus fiunt ſpirituales.Abdi.g.Et tranſmigrat Ephraim,quum quis conuertitur à ſtatu peccati.Tranſire etiam dicuntur Iordanem,qui penetrant interiora ſapientiæ, & eloquiorum Dei: quæ dulciora ſunt ſuper mel & fauum . Remanent vero trans Iordanem,

Ori.ſ.nu.ho.26. Gre.5.mor.23.

qui ſolum cognoſcunt Ieſum Chriſtum crucifixum . Ioſue.3.c. Tranſire autem dicitur ſpiritus nobis pręſentibus.Iob.4.d.quando inuiſibilia cognoſcimus: & tamen hæc non ſolidè, ſed raptim videmus.

Hie.ſ.iſa.50. — Fauere.

Pertranſire dicuntur , qui fauent:& non erat,qui pertranſiret,quando non erat, qui faueret eccleſiæ.Iſaiæ.50.c.

Aug.ſ.ps.89.128. Hie.ſ.ps.140. Gre.25.mor.1.27.& 27.mor.26. — Mori. Temporaliter viuere.

Tranſiſſe dicitur æſtas,quando pręterit tempus operandi,vt in morte,aut in iudicio.Iere.8.g.Et tranſeunt,qui ad mortem tendunt.ps.89. Item qui ab hac diſcendunt vita.ps.140.Vel trãſimus,quãdiu in hac vita temporaliter viuimus:pertranſimus vero,quum ad vitę terminum trãſeundo deuenimus.Iob.34.c. Et trãſeuntes viam ſunt, qui in hoc mundo animum non fixerũt, ſed ad cœleſtem patriam tendunt.Thre.1.d.Pro.31.a. Eze.3.c.39.c.ps.36.79.128. Et trãſiens vẽtus dicitur vita præſens,quę velut impetu quodam nos ad mortem trahit.Iob.37.d.

Hie ſ.ps.17. Amb.epiſt.7. — Pœnitere.

Tranſire flumen eſt pœnitere.Gen.32.f.Et tranſeunt nubes prę fulgore,quando quis per cõpunctionem tranſit ad ſtatum gratiæ.ps.17.Pertranſijt anima Ioſeph ferrum,quando vicit peccatum confodiendo ipſum.ps.104.

Hie.ſ.ps.65.103. Aug.ſ. ps.65. 103.& vtilita.pœniten.2. Amb.ſ.1.cor.10. Cyril ſ.Ioan.15. — Baptiſmus. Prædicatio. Humilitas.

Pertranſeunt in flumine pede,qui baptizantur:vel prædicatores forti animo prædicando inter fluctus ſeculi:vel humiles,qui non equo ſuperbiæ, ſed humili pede tranſeunt mortalitatem huius vitæ.ps.65.Pertranſeunt etiam aquæ inter medium montium, quando baptiſmus & doctrina tradũtur in eccleſijs:& quando doctores omnibus exponunt doctrinã,tanq; cõmunęm, nec eã



nec eam ſibi vendicant,vt propriam.ps.103.Tranſeunt etiam mare,qui baptizantur.Exo.15.b. Iſa.51.d.1.Cor.1,a.Et tranſitus Iordanis factus per Ioſue eſt baptiſmus factus per Chriſtum.Ioſue.2.a.Num.33.a.Iſa.11.d.Vt *autem in mari rubro* perierunt omnes Aegyptij: ita in baptiſmo pereunt omnia vitia.Tranſire dicitur puer Samuelis.1.Regum.9.d.quando prædicator non ſuperbit de ſpiritualibus donis. — Gre.ſ.1.reg.9.

Venire ad fidem. Conuerti. Paſsio Chriſti. — Hie.ſ.Iſa.45.49. Ori.ſ.Mat.ho.8. Hila.ſ.Matt.cão.19. Amb.ſ.Luc.18. Gre.35.mor.17.

Tranſire in coloniam Iudæorum,eſt venire ad fidem.Exo.12.g. Sic tranſeunt ad Chriſtum Aegyptus,Aethiopia,& Sabaim,quando gentes veniũt ad fidem.Iſa.45.c.Trãſmigrata quoq; dicitur Sion,quando eccleſia tranſiuit à Iudæa ad gentes.Tranſire dicitur camęlus per foramẽ acus.Matth.19.d.Luc.18.e.quando gentilis venit ad fidem,& tranſit per arctam viam,per difficultatem credendi,& per imitationẽ Chriſti:& quando peccator,vt publicanus conuertitur. Vel tranſiuit Chriſtus per anguſtias paſsionis,priuſq; diuites elati humiliarentur.

Diligenter operari. — Amb.1.de Abra.2.

Pertranſiens Abraham vſq; ad Sichen ex pręcepto Dei , eſt diligenter exercens opera Dei. Gene.12.b.

Ricar.de.ſ.victo.de de extermi.mali.5.

Tranſitus maris de Aegypto ad deſertum eſt,quum quis tranſit à mundo ad ſeipſum.Tranſitus autẽ Iordanis ab eremo ad terram promiſsionis eſt, quãdo de ſeipſo trãſit homo ad Deũ.

Fortitudo iuſtorũ. — Gre.6.regiſ.epiſt.5.

Tranſire dicitur per aquas iuſtus, & non operiri fluminibus.Iſai.43.a.quia etiam inter medias populorum turbas ſic peragit greſſus ſui itineris , vt non ſubmittat actionibus ſeculi caput mentis.

Scribi in libro vitæ. — Glo ord ſ. Exo.30.&.ſ.Thre 4. Rup.ſ.Abdiam.

Tranſire ad nomen eſt ſcribi in libro vitæ.Exo.30.b.Eodem refertur tranſire ad numerum. Exo.38.d.Non tranſmigrat autem vltra filia Edom,quando venit ad locũ, vbi abſterget Deus omnem lachrymam &c.thre.4.d.Abdi.g.

Peregrinatio huius vitæ. — Ori.ſ.nu.ho.12.26. Hie.ſ.Mich.2. Gre.12.mora.12. Rup.ſ.Ioſu.6.

Tranſitus Iordanis eſt tranſitus vitæ pręſentis.Ioſue.3.c.Et tranſmigratio dicuntur,qui peregrini ſunt in hac vita.Eze.3.c.Et tranſeuntes ſunt peregrini in hac vita,qui per Chriſtum in cœlum veniunt.Mich.2.d.Et trãſire per terram Seon,eſt tranſire per hunc mundum.nu.21.e.Trãſeunt autem in perpetuum,qui ab hac vita veniunt ad vitam ęternam.

Inſpicere vitam proximi. — Beda.ſ.pro.24.

Tranſire per agrum pigri , & per vineam ſtulti , eſt cuiuſlibet negligentis vitam inſpicere. Prouer.24.d.

Ceſſatio tentationum & tribulationum. Aduẽtus ſpiritusſancti. Ceſſatio ſtatus ſynagogæ. — Hie.ſ.ps.56.&.ſ.Habac.3. Rup.ſ.Haba.3. Ori.ſ.cant.ho.4. Gre.ſ.cant.2. Amb.inſti.virgi. Ber.ſ.canti.ſer.58.& ſ.miſſus eſt.ho.1. Hila.& Aug.ſ.ps.56

Tranſire dicitur iniquitas,quando ceſſat inſultatio iniquorum contra bonos.ps.56. Et tranſijt gurges aquarum.Haba.3.b.quando ceſſarunt perſequutionum impetus : & diſsipata ſunt cõſilia principum,& ſapientia huius mundi.Dicitur etiam tranſiſſe hyems.Cantic.2.c.quum ceſſant tentationes & animæ perturbationes.vt non circumferatur omni vento doctrinæ.Tranſit etiam hyems,quum anima incipit eſſe cum Chriſto. Vel tranſijt in aduentu ſpiritusſancti ſuper apoſtolos.Tranſijt pręterea hyems,quando ceſſauit ſtatus ſynagogæ, quę dicitur trãſiſſe ſicut herba.ps.89.Tranſijt quoq; iniquitas,quum ceſſarunt ſcãdala & tribulationes Chriſti:& trãſibit in fine mundi:quia non amplius regnabit in mundo.

Finis hominum in mundo. — Ori.ſ.Mat.ho.30.

Tranſibunt cœlum & terra : quando finis erit cœleſtium & terrenorũ hominum in hoc mũdo.Matth.24.c.ps.39.

Ori.ſ.ps.38.ho.2.

Pertrãſire dicitur homo in imagine.ps.38.vel quia portat imaginem terreni, vel cœleſtis:vel quia hic non habetur veritas,ſed imago veritatis.

Amb.de virgi.3. Hie.& Aug.ſ.ps.76

Pertranſire dicitur gladius animam,quando verbum Dei penetrat mentem. Luc.2.e.Et trãſeunt ſagittæ Dei.quũ prædicatio verbi Dei dilatatur: & cum verbum Dei penetrat cor.ps.76.

Vti leuiter temporalibus. Prædicare in Iudæa — Philo. q̧ De⁹ ſit immutabi. Rup.2.ſ.num.8.

Trãſit per terrã Edom,& non moratur in ea, qui vtitur temporalibus: nec figit in eis pedẽ. nu.20.c.Eſt etiam prædicare in Iudæa:quod non paſsi ſunt principes Iudæorum.

Trãſlatio myſteriorum ad gentes. — Glo.int.ſ.Iere.6. Hie.ſ.Iere.13. Aug.12.cõt.fauſ.39.

Tranſeunt domus,& agri,& vxores Iudęorum ad alteros. Iere.6.c. quando eorum myſteria veniũt ad gẽtes:& quũ myſteria eccleſiæ tranſeũt ad eos, qui prius erãt infideles,relictis fidelibus in infidelitate:vt nunc ad indos.Tranſmigratio quoq; perfecta Iudęæ dicitur eſſe quia fides eorum & gloria tranſiuit ad eccleſiam:& ipſi ita ſunt diſperſi, vt non ſint amplius congregandi in Hieruſalem.Iere.13.c.

Benè operari. — Hie.ſ. Iſa.33.&.ſ.Ieremiæ.9.

Tranſire dicitur per ſemitam,qui obſeruat mandata. Iſaiæ.33.b.Et non eſt vir pertranſiens, quum non eſt,qui operetur bonum in eccleſia,neq; qui tendat in Deum.Iere.9.c.Ezechie.14.c.Zacha.7.d.

Perſecutiones chri. — Hie.ſ.Ion.2.

Trãſiſſe dicuntur fluctus Dei ſuper Ionam:hoc eſt,perſecutiones ſuper Chriſtũ. Ion.2.a.

Exaudiẽs De⁹ oro. — Glo.ordi.ſ.thre.3.

Tranſire dicuntur orationes ad Deum,quando exaudiuntur.Thre.3.e.

Deſerẽtes angeli iudæam. — Glo.ord.ſ.Sopho.2.

Tranſire per Niniuen, & ſibilare.Sopho.2.d. dici poteſt de angelis non permanẽtibus in Iudæa,vel in anima peccante:vel de dæmonibus eam conculcantibus.

Infidelitas iudæorũ Fortitudo eccleſiæ. — Gre.18.mor.22. Hie.ſ.Iob.28.

Non pertranſit leæna per ſemitam, ſeu Iudæam , quum non conuertit eccleſia ſynagogam. Iob.28.b.vel non pertranſibit diaboli dominatio per Iudæam,à qua non receſsit:ſed ibidem infidelis ſuperbia permanſit. Vel non tranſibit per eccleſiam:eo q̧ grauibus perſecutionibus eam vincere non valuit.

Ceſſatio legis. — Hie.ſ.Iſa.34. Ori.ſ.mat.cap.14.

Non eſſe tranſeuntem per Sion. Iſaiæ.34.c. deſignat non ædificandam eſſe rurſus Sion:nec ſeruandam literam legis. Tranſiſſe etiam dicuntur vetera quãdo ceſſauit litera legis.2.cor.5.d.

Et cum

Et cum tranſierunt peccata ad veterem hominem pertinentia.Hora etiam præteriens erat ceſſatio legis & prophetarum.Mat.16.b.

Gre.14.mor.18.
Tranſire non poſſe dicitur.Iob.9.a.qui non poteſt euadere à flagellis Dei.

Hie.ſ.Eze.29.
Non tranſit per Aegyptum pes hominis aut iumenti, quum nec rationales nec ſimplices ibi detinentur.Eze.29.c.

Hie.ſ.Eze.47.
Pertranſire non valens Ezechiel torrentem.Ezec.47.a.Deſignat hominem non valentẽ omne vitare peccatum:aut omnia penetrare myſteria.

Gre 8.mora.11.&.9.mor.12.&.13.mo.20. Hie.ſ.ps.89. — Lapſus temporalis proſperitatis.
Tranſiens dies eſt tempus proſperitatis huius vitę,quod facile labitur.Sopho.2.a.Et dicuntur hi dies velocius tranſire,quã à texente tela ſuccíditur: & pertranſire quaſi naues poma portãtes in patribus veteris legis, qui diuinæ incarnationis myſterium prophetãtes, ipſi quidem ſpei odore potiti ſunt:ſed nobis fructum de eadem ſpei perfectione detulerunt. Iob.7.b.9.c.16.d.17.c. Tranſit etiam mane ſicut herba homo,qui paruo tempore floret in hac vita.ps.89.Et prętereunt dies hominis ſicut vmbra.ps.143.

Ori.ſ.Luc.ho.34. — Lex non tollẽs peccata.
Præteriens ſacerdos viſo vulnerato ſemiuiuo.Luc.10.e.deſignat legem, quæ non ſufficiebat curare peccata,quæ monſtrabat.Pertranſiens autem leuita deſignat prophetas non valẽtes itidem curare peccata.

Gre.12.mor.1.2.
Præteriri non poſſunt termini hominis,quos Deus poſuit, non ſolum quantum ad vitam tẽporalem,ſed etiam quia nemo eſt,qui tantum virtutis apprehendat,quãtum deſiderat: quia omnipotens Deus interiora diſcernens,ipſis ſpiritualibus profectibus modum ponit:vt ex hoc homo,quod apprehendere conatur,& non valet,in illis ſe non eleuet,quæ valet.Iob.14.b.

Pauper.
Pręteriens interdum dicitur pauper,qui per vicos & domos ſtipem quærit.Iob.31.b.

Gre.21.mor.13.14. Gre.9.mor.5. — Virtus humilitatis.
Non tranſeunt fluctus maris terminum arenę,quem poſuit Deus. Iere.5.e.quia perſecutores deſpectorum miraculis & humilitate franguntur.

Hier.ſ.Iere.22.&.ſ.Hoſe.10 11. Rup.ſ.Hoſe.10. Gre 7 mora.11.12.& 15.mor.5. — Defectus auxilij humani.
Tranſeuntes,ad quos clamat Hieruſalem,deſignant auxilia humana,quæ facile pereunt.Iere.22.c.Et tranſiens rex Samariæ ſicut ſpuma.Hoſee.10.b.Eſt ceſſans rex in Iudæa per mortem Chriſti.Vel deſignantur hæreſiarchæ,quorum gloria parum durat.Tranſire dicitur ſicut mane rex Iſrael:quia ſplẽdor hæreſiarcharum cito deficit: vnde & dicitur ſicut ros mane pertranſiẽs.Hoſe.6.b.11.a.13.a.Prętereunt ſicut torrens,qui raptim tranſit in conuallibus,iniuſti:qui in longum quidem voluptatum deſideria protrahunt:ſed ad inferni clauſtra repente perducunt.Iob.6.b.Et tranſit gaudium hypocritæ velut viſio nocturna. Iob.20.a. quia hoc quod ſe ad momentum diuitem humanis æſtimationibus vidit,de oſtentatione eſt phantaſmatis,non de ſoliditate virtutis.Nam cum mens eius in morte carnis euigilat, cognoſcit proculdubio,quia fauores circa ſe hominum dormiens videbat.

Arno.ſ.ps.103.104. Amb.ſ.ps.118.ſer.1 Ori.ſ.Mat.ho.35. Aug.ſ.ps.103. Gre.27.mor.19. Clima.grad.21. Hier.ſ.Nahum.3.&ſ.Iſa.8.51.&.ſ. Ezec.16.&.ſ.Zac.9. Gre.ſ.1.reg.13.&.12.mor.18. — Iudæi contra chrm. Dęmones contra animam & eccleſiam. Vitia.
Pertrãſeuntes beſtię ſyluæ fuerunt principes Iudęorum in Chriſtum.ps.103.Dęmones etiam ſunt tranſeuntes beſtiæ ſyluæ:qui ſub fraudis opacitate latentes,in reproborum cordibus prauitates ſuas explendo percurrunt.Pertranſeũtes etiam erant Iudęi blaſphemãtes Chriſtum, quũ tamen in via Chriſti ſtare debuiſſent. Sed defluxerunt in hæreſes & peccata.Matt.27.e.Pertranſijt quoq; ferrum anima Chriſti,hoc eſt,falſa teſtimonia Iudæorum,quæ ſuperauit.ps.104. Pertranſeuntes quoq; beſtiæ ſyluæ,ſunt vitia in animam dominantia.Et tranſmigratio Aethiopiæ dicuntur,qui tranſierunt in obſcuritatem vitiorum.Iſai.20.b.Nahum.3.b.Tranſeuntes Iordanem Hebręi,ſunt incidentes in vitia carnis.1.Rẽgũ.13.b.Tranſire quoq; dicitur Belial per eos, quos ſubiectos babet.Nahum.1.d.Et pertranſeuntes gentes per Hieruſalem deſtructam,ſunt dęmones inſultantes peccantibus.Et tranſeuntes per animam, vt viam ipſam conculcantes.Iſa.51.g.Iere.22.b.Thre.2.e.Dicitur etiam tranſire per animam,& aliquando per eccleſiam incircũciſus & immundus.Iſa.52.a.Et tranſit rex Aſſyriorum per Iudam, quãdo diabolus perſequitur eccleſiam,in qua tamen non permanet.Iſai.8.b.Tranſeuntes etiam, quibus exponit Hieruſalẽ fornicationem ſuam,ſunt dęmones & vitia.Eze.16.b.Non tranſeunt autem amplius alieni per montem Sion,quum nec dæmones, nec malę cogitationes inuenient amplius locum in eccleſia,vel in anima.Ioel.3.d.Zach.9.b.Et non tranſit alienus,hoc eſt,diabolus per eccleſiam vel animam:licet hoc dicant hęretici de ſua eccleſia. Tranſiſſe autem dicitur malitia Aſſur,hoc eſt, diaboli ſuper omnes:licet non in omnes intrauerit.Nahum.3.d.Claudẽtibus autem nobis portas,pertranſibit,& corruet.Haba.1.c.

Hie.ſ.Amos.5.
Tranſire dicuntur ad Berſabee,qui putant euangelium non prædicandum, niſi intra terminos Iudeę:& qui relictis aquis Chriſti tranſeunt ad puteum,qualis erat Samaritanę. Amos.5.a.

Hie.ſ.Amos.8.
Tranſire meſſem aut ſabbatum optant auari,quęrentes occaſiones lucri. Amos.8.a.

Hie.ſ.Mich.1. — Perire dogmata hæreticorum.
Tranſire dicitur ab hęreticis habitatio Saphir, vel pulchra. Mich.1.c.quãdo ſuorum dogmatum pulchritudo tollitur.Et tranſit fortitudo Aſſur à terrore,quum pereunt falſa dogmata philoſophorum.Iſa.31.d.

Hie.ſ.Iſa.33. — Carebunt gloria dæmones & hæretici.
Nõ pertranſibit nauis remigum,aut triremis magna per Hieruſalem : quia dęmones & hæretici,& ſimiles non venient in gloriam.Iſa.33.b.

Hie ſ.Iſa.40.
Tranſire dicunt iudicium à Deo,qui aſſerunt Deum mortalia non curare.Iſa.40.f.

Tranſitus



Curſus temporis & miſeriarum. — Gre.10.mor.19.
Tranſitus meridiei curſum temporis huius mundi vergentis ad veſperam indicat.3.Reg.18.e.Prætereuntes quoq; aquæ ſunt miſeriæ huius vitæ, quæ tranſeunt bonis:quia calamitas tranſiens electi mentẽ,nequaq̃; vi cõcuſſionis ſubruit, ſed tamen tactu mœroris infundit. Iob.11.c.

Amiſſio gratiæ. — Ricar.de.ſ.victo.de ſecuri.conſcient.41.
Tranſire dicitur regnum ab vno quolibet.Danie.4.f.quando gratiam ſibi collatam amittit: per quam deſiderijs & paſſionibus ſuis dominari conſueuit.

Non permanere in Chriſto. — Hie.ſ.Iſa.35.
Non tranſit pollutus per viam ſanctam,hoc eſt,per Chriſtum.Iſa.35.c.Aliter tranſeuntes viã ſunt non permanentes in Chriſto.ps.88.

Vacare vilibus. — Gre.6.mor.11.
Tranſire flumina dicitur filia Babylonis.Iſa.47.a.quãdo anima rebus vilibus vacat: vel quãdo actiones huius ſeculi,quæ quotidie ad terminum defluunt,indeſinenter appetit: dũq; alias relinquit,alias aſſequitur,quaſi de flumine ſemper ad flumen tendit.

Faciẽtes propriam voluntatem. — Hie.ſ. Matth.5.&.ſ.ps.72.
Tranſierunt in affectum cordis, qui à propaſſione tranſierunt ad paſſionem: & qui ſuam nõ Dei faciunt voluntatem.ps.72.

Plus ſapere q̃; oportet. — Gre.16.mor.30.
Tranſire dicitur ad nimium calorem ab aquis niuium. Iob.24.b. qui humiliter ſub diſciplinæ vinculo non reſtringitur:quo fit,vt ab infidelitate ſua,vel peruerſi operis frigore, per immoderatam ſapientiam in errorem labatur.

Mitti in infernum. — Hila.ſ.Matt. cão.17 Gre.23.mor.22.
Tranſire montem in mare eſt dæmonem mitti in infernum.Matth.16.c.Tranſit etiam in gladium, qui condemnatur ad pœnam æternam.Iob.33.c.

Tpaliter dñantes. — Aug.ſ.ps.79.
Tranſeuntes vel prętergredientes viam,ſunt temporaliter dominantes.ps.79.

Lapſus in peccatũ. — Gre.ſ.Eze.ho.10. Glo.int.ſ. Leui.13.
Tranſmigrare dicuntur ab Hieruſalem in Babylonem,qui à viſione pacis tranſeunt ad confuſionem vitiorum.Ezechie.3.b.Tranſire etiam dicitur lepra priores terminos, quando creſcit peccatum.Leuiti.13.a.

Negligere. — Glo.int.ſ.Exo.23.
Pertranſire aliquãdo eſt negligere. Exo.23.a. Si videris aſinum odientis te iacere ſub onere, non pertranſibis:ſed ſubleuabis cum eo.Luc.10.e.viſo illo pręteriuit.

Superbire. Verſari circa terrena. — Aug.ſ.ps.72. Hie.ſ.ps.72.
Tranſire dicitur lingua prauorum in terra,vel ſuper terram, quãdo ſuperbe de ſe ſentiunt & loquuntur.ps.72.Tranſire etiã dicitur lingua in terra,quando circa terrena verſatur:& dicitur tranſire:quia non firmam in eis habere poteſt ſtationem.

Deficere ad hæreticos. — Hie.& Aug.ſ.ps.10. Beda.ſ.pro 27.
Tranſire in montem ſicut paſſer,quando dicitur ab hæreticis,dicitur de eo qui tranſit ad eorum errores, quaſi in hoc ſit prudens.ps.10. Tranſmigrans quoq; auis de nido ſuo dicitur, qui deſerit ſtatum virtutis,aut eccleſiam.Pro.27.a.

Rationes hæreticorum artificioſæ. — Hie.ſ.ps.143.
Non eſt tranſitus in maceria hæreticorum.ps 143. quia in diſputando ſic artifici ſermone cõcludunt, vt euadere inde ſit difficile. Cum enim te ligauerint ſyllogiſmis ſuis,& te clauſerint, & quaſi *maceriam ſyllogiſmorum tibi texuerint*, & ædificauerint,non potes conuertere : non potes tranſire:teneris incluſus:non eſt ruina macerię neq; tranſitus.

## *Tranſmeare, Tranſmigrare, uide Tranſire.*

## *Tranſtra.*

TRanſtra ſunt loca vel tabulæ,ſuper quas ſedent remiges in triremi.

Mortificatio corporis. — Hie.ſ.Eze.27.
Tranſtra nauis Tyri ex ebore.Eze.27.a.deſignant eos, qui corpora ſua habent mortificata:vel qui vſum dentium & oris ſui ad laudes Dei contulerunt.

## *Tranſuehere, uide Ferre. Tranſuerberare, uida Fodere.*

## *Tremere, Tremor, Trepidare, Contremiſcere, Intremere.*

TRemere eſt,commoueri & agitari.Trepidare autem is dicitur,qui ex timore tremit.

Compunctio. — Amb.ſ.ps.118.ſer.12 Aug.ſ.ps.103. Hie ſ.Iſa.66.
Tremere dicitur terra, quando cor humanum compungitur, tangente Deo. ps.17.76.103.Et intremuit venter ſponſæ ad tactum ſponſi,quum mens turbatur,audito verbo Dei.Canti.5.b.Trement etiam ſermones Dei in iudicio,qui iudicabuntur.Iſa.66.a.

Stupor ex contẽplatione diuinorum. — Gre.15.mora.18.
Contremuiſſe dicuntur oſſa,quando tota virtus humana, comparata diuinæ perhorreſcit. Iere.23.b.Sic contremuerunt labia.Haba.3.d.Iob.4.c. Tremor etiam concutit carnem,quando quis ob infirmitatem operis,vltionis pauore fatigatur.Iob.21.a.

Timor Iudiciorum Dei. — Greg 17. mor.15.& 22.mor.21.
Cõtremiſcunt columnæ cœli ad nutum Dei.Iob.26.c.quia in pleriſq; nec ipſi pertingere ad voluntatis eius celſitudinem pręualent:qui eiuſdem volũtatis præmia denuntiãtes vident. Tremens quoq; ſtetit *Daniel*: quia quanto quis perfectior, tanto magis agnoſcit, vnde in hac vita trepidare debeat. Danie.10.b.

Timor ſimplicium. — Hie.ſ.Eze.7.
Trepidantes columbæ ſunt ſimplices omnia timentes.Eze.7.e.Horum genua trementia cõfortat Iob,hoc eſt,prædicator.Iob.4.a.

Timor dæmonũ & hæreticorum. — Hie.ſ.Iſa.9. Glo.ordi.ſ Exo.15.
Tremere dicitur terra,hoc eſt hæretici,quum in infernum detruduntur. Iſai.9.d.Et tremor robuſtorum Moab,deſignat timorem dæmonum aut hæreſiarcharum.Exo.15.b.

Honor magorũ ad Chriſtum — Arno ſ.ps.47.
Tremor regum.ps.47.ſignificare poteſt honorem à magis exhibitum Chriſto infanti.

Timor ineptus Iudæorum. — Arno ſ.ps.13. Hie ſ.ps.52. Beda.ſ.gen.4.
Trepidantes Iudæi timore,vbi non erat timor, erant, quando ceremonias & traditiones ſeniorum tranſgredi metuebant:& tamen non verebantur occidere Chriſtũ.ps.13. Colẽtes etiam

idola

idola trepidabant,vbi non erat timor. ṗs.52. Tremens etiam Cain deſignat Iudæos inter chriſtianos.Gene.4.b.

Gre.ſ.1.reg.15. — Timor carnalis.
Tremens Agag,quum offerretur Samueli,deſignauit carnales,qui carnis oble&amenta relinquere ſine mœrore non poſſunt. Vel deſignat, ꝙ in confitentibus ſenſus carnis infirmatur.1. Regum.15.g.

## *Tribuere, Tributum, Tributarius, Vectigal.*

TRibuere eſt quaſi tributum dare:& ſimpliciter pro dare ſumitur.Tributũ autem eſt ea pecunia,quæ populo imperata erat,& tributim à ſingulis pro portione cenſus ſoluebatur, & ex priuato in publicũ tribuebatur.Vectigal autem erat pecunia,quę ex aduectione merciũ ſoluebatur.Tribuere etiam eſt attribuere.Dani.11.d.Non tribuetur ei honor regius. Concedere. Iudi.16.d.Spatiũ ad quietem nõ tribuiſti.Diſtribuere. Exo.16.f.Tribuit vobis cibos duplices.

Amb.epiſt.11. — Dans De⁹ doctrinã
Tribuere dicitur Deus pluuiam terræ,quando dat doctrinam myſteriorum animæ, vel eccleſiæ.Deuter.28.b.

Hie.ſ.Iſa.66. — Regeneratio fideliũ
Tribuere dicitur Deus generationem cæteris: quum facit multos in eccleſia regenerari. Iſaiæ.66.c.

Gre.26.mor.24. — Defenſio humilium
Tribuit Deus iudicium pauperibus.Iob.36.a.quando humiles per iudicium liberos reddit: vel quia hi,qui nunc nequiter opprimuntur,in iudicio ſuper oppreſſores ſuos iudices erunt.

Glo.int.ſ.gen.49. Ori.ſ.ṗs.36.ho.3. — Bona opera.
Tributa dici poſſunt opera bona,quæ Deo offerimus:& etiam votorum adimpletio. Gene. 49.c.Huc referuntur,quæ tribuebant filij Iſrael ſponte propria ad conſtructionem tabernaculi.Exod.35.c.Sic tribuit iuſtus,& miſeretur, quando verbo & exemplo docet alios bene operari.Pſalm.36.

Hie.ſ.Iſa.31. — Cõuerſio infideliũ
Vectigales fieri dicuntur iuuenes Aſſur: quia infideles facti fideles offerunt vota in eccleſia. Iſaiæ.31.d.

Subiectio ad vitia.
Tributum, ſub quo fit princeps prouinciarum, eſt ſubiectio ad diuerſa vitia. Threno.1.a.

Hie.ſ.Iſa.14. — Perſecutiones diaboli.
Tributum etiam ſunt perſecutiones diaboli:& tunc ceſſat tributum, quum eius perſecutiones ceſſant.Iſa.14.b.

Gre.4.mor.25. — Humilitas contra vitia.
Tributarius Ephraim eſt Chananæus.Ioſu.16.d.quando vitium, quod ſubigere non poſſumus,ad vſum noſtræ vtilitatis humiliter retorquemus:vt eo de ſe mẽs & in ſummis vilia ſentiat, quo ſuis viribus etiam parua,quæ appetit,non expugnat.

## *Tribula.*

TRibula,ſeu tribulum eſt genus vehiculi,quo frumẽta in area teruntur.His dicitur eſſe vſus Dauid ad conterendos hoſtes.1.Par.20.b.21.d.

## *Tribulare, Tribulatio, Contribulare.*

TRibulare videtur eſſe tribulo,aut alio quouis inſtrumento cõminuere:vnde fit vt accipiatur pro anguſtiare & affligere:& tribulatio dicitur ipſa afflictio,vel aduerſitas:& etiam anguſtia,calamitas,mors.

Hila.ſ.ṗs.141. Rup.ſ.Ionam.2. — Paſſio Chriſti.
Tribulationes pauperis erant tribulationes Chriſti.ṗs.33. Et dicuntur tribulationes pauperis:quia à peccatoribus illi infligebãtur.ṗs.54.Iſa.25.a.Et tribulatio Dauid eſt tribulatio & paſſio Chriſti.ṗs.141.Iere.15.c.Idem eſt Ionæ tribulatio.Ion.2.a.

Hie.ſ.Iſa.63.
Tribulatus, aut non tribulatus dicitur Chriſtus in omni tribulatione populi, ſecundum ꝙ præſtat,aut ſubtrahit auxilium.Iſa.63.c.

Gre.26.mor.30. — Caſtigatio Dei.
Tribulare dicitur Deus,quando caſtigat. Iſai.51.e.Et reuelat aurem in tribulatione,quando pia diſtrictione corda excitat,vt flagella timeamus.Iob.36.b.

Hie.ſ.Nahum.1.
Tribulatio duplex dicitur non conſurgere.Nahum.1.c.quia Deus non bis punit idem peccatum.

Arno.ſ.ṗs.106. Hila.ſ.ṗs.65. Gre.6.mor.18. — Perſecutiones fidelium in hac vita.
Tribulatio fratrum Ioſeph,poſt quam ſequuta eſt lætitia, deſignat tribulationes huius vitæ, per quas venitur ad futuram gloriam.Gen.42.d.44.g.Et tribulatio malorum in bonos eſt perſecutio fidelium per tyrannos.ṗs.106.Et tribulationes in dorſo ſunt verbera martyrum.ṗs.65.

Ber.ſerm. de verbis Iob. Hier.ſ.Amos.3.&.ſ.Haba.3. Aug.ſ.ṗs.76. — Condẽnatio iudicij. Mors. Dies iudicij. Vita præſens.
Tribulationes ſex,in quibus liberat dominus,ſunt labores huius vitæ:vt ſeptima ſit vltima condemnatio in die iudicij,quæ non tanget,niſi malos.Iob.5.d.Vel ſex tribulationes ſunt cõtra deſideria cordis,& quinquepartitam ſenſualitatis corporeæ voluptatẽ: ſeptima autem erit mors. Tribulationis autẽ dies eſt dies iudicij.Haba.3.c.Sopho.1.d.Et tribulabitur terra,hoc eſt, mali & hæretici in die iudicij.Amos.3.d.Tribulationis quoq; dies eſt vita præſens,quæ tentatio dicitur.Pſalm.76.

Baſi.ſ.ṗs.114. Arno.ſ.ṗs.106. Gre..8.mor.15. Aug.ſ.ṗs.83. — Pœnitẽtia volũtaria. Proſperitas temporalis.
Tribulatio quam homo inuenit, eſt pœnitentia voluntariè aſſumpta.ṗs.106.114.119.137.Dicitur autem hæc tribulatio ſpiritus.Iob.7.c.Tribulatio etiam,quam inuenit homo,dici poteſt proſperitas temporalis,quæ periculoſior eſt,q̃; aduerſitas.

Hie.ſ.Iſa.26.
Tribulatio murmuris dicitur,quum quis in tribulatione non audet mutire.Iſa.26.c.

Gre.12.mor.20.
Tribulatio terret iniquum.Iob.15.c.quia cor eius anxietate & ſuſpicione confunditur: quũ apud



apud ſemetipſum in labore timoris deficit:qui ſecuritatis ſociam viam veritatis reliquit. — Glo.ord.ſ.Iſa.19.

Diabolus. Peccatum. — Hila.ſ.ṗs.59.119.
Tribulans dicitur diabolus:& perſecutores fideliũ.Iſai.19.d.51.e.Thre.1.b.ṗs.77.Et tribulatio dicitur aliquando peccatum:& ipſi dæmones tribulantes.ṗs.59.119.142.Zach.8.c.

## *Tribulus, uide Spina. Tribunal, uide Cathedra.*

## *Tribunus.*

TRibuni à tribubus dicti ſunt, qui magiſtratum ac principatum ſuper aliquam partem populi gerunt.

Docentes verbo & exemplo. Implentes leges. Credentes trinitatẽ — Gre.ſ.1.Reg.8. Beda.ſ.Exo.18.
Tribuni regis in bonum ſunt,qui per exempla,quę afferunt docendo,poſſunt alios ad amorem Dei inflammare:licet altiorem doctrinam non habeãt.Exo.18.d.1. Reg.8.c.Vel ſunt, qui tres leges implent:vel qui credunt trinitatem.

Exequẽtes tyrannica imperia. — Gre.ſ.1.reg.8.
Tribuni autem regis in malum, ſunt habentes poteſtatem ad imperia tyranni exequenda cõtra innocentes.1.Reg.8.c.

## *Tribus.*

TRibus dicta eſt,à dando tributo:& ſignificat partem populi ab altera diuiſam,licet omnes ad idem principiũ referantur:vt fuerunt duodecim tribus Iſrael, à duodecim patriarchis filijs Iacob.Quandoq; autẽ tribus dicitur natio.Dani.3.a.Vobis dicitur tribubus,& linguis.

Ordines eccleſię triumphalis & militãtis. Apoſtoli. — Ori.ſ.nu.ho.17. Gre.ſ.1.reg.10. Arn.& Aug.ſ.ṗs.121. Hie.ſ.Iſa.51. Aug.ſ.ṗs.77.
Tribus duodecim deſignare poſſunt ordines futuros in reſurrectione. Exo.24.a. Nu.24.d. Et tribus & familiæ ſunt diuerſi gradus in eccleſia.1.reg.10.c.Et tribus domini dici poſſunt fideles ex gentibus in eccleſia:& etiã duodecim apoſtoli,qui fuerũt teſtimoniũ Iſrael.ṗs.121.Iſa. 43.b.51.b.Tribus quoq; Iuda electa.ṗs.77.eſt populus chriſtianus manẽs in confeſſione fidei.

Tribus Iuda. — Gre.27.mor.22.
Tribus vna peculariter dici poteſt tribus Iuda, quæ in hoc ꝙ ex ſe redemptoris noſtri carnẽ protulit,ſpeciale prę omnibus munus accepit.Iob.37.b.

Peccatores in eccleſia. — Gre.ſ.1.reg.9.
Tribus minima Iſrael.1.Reg.9.c. deſignat ordinem ſanctæ eccleſiæ peccatorum,licet fidelium:de quibus dicitur.Matth.5.c.Qui ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis,minimus vocabitur in regno cœlorum.

Iudæi. — Ori.ſ.Ioſue.ho.3. Aug.ſ.ṗs.77.
Tribus remanentes trans Iordanem,quibus dedit Moſes hæreditatem. Ioſu.1.c.ſunt Iudæi, qui cum lege Moſis remanſerunt in infidelitate: nec tranſierunt ad fidem eccleſiæ per baptiſmum:nec aliam habent hęreditatem,niſi temporalia. Tribus etiam Ephraim non electa,eſt populus Iudæorum.ṗs.77.

Hæretici. — Hie.ſ.Mich.6
Tribus Samariæ deſignare ſolent hæreticos,qui receſſerunt ab eccleſia.Mich.6.c.

## *Triclinium.*

TRiclinium erat locus,in quo antiqui diſcumbere ſolebant,& cœnare in conuiuiũ accepti: à tribus lectis dictum,quos ſternebant.Tres enim menſas in conuiuio apponere moris erat veteribus,& iacendo,vt hodie turcæ,cœnare.

Latitudo vitæ ſpiritualis. — Gre.ſ.1.reg.9.
Triclinium, latitudinem vitæ ſpiritualis ſignificare poteſt: in quam inducitur Saul per Samuelem.1.Reg.9.d.

## *Tridens.*

TRidens dicebatur ſceptrum Neptuni:& quicquid tres habet dentes,tridens dicitur.

Blandimenta carnalia. — Gre.ſ.1.reg.2.
Tridẽs fuſcinula, qua filij Eli ſacerdotes carnes extrahebãt ab olla, deſignare poteſt blãdimenta carnalia:& tres ſpecies gulæ,quæ ſunt comedere ante tempus,& cibos delicatos, & non communi more pręparatos.1.Reg.2.c.

Terrores Iudæorũ. — Gre.ſ.1.reg.2.
Poteſt etiam tridens deſignare pœnas & terrores, quibus Iudæi auertere conantur fideles à fide Chriſti.

Virtus diſcretionis. — Gre.ſ.1.reg.13.
Tridens etiam in miniſterio templi in bonum deſignare poteſt virtutem diſcretionis.Num. 4.b.1.Reg.13.d.4.Reg.25.c.

## *Trieris, Triremis.*

TRieris,quæ & trirremis dicitur,eſt nauis oblonga,tres habens remorum ordines.

Velocitas angelorũ
Trieres in quibus egrediuntur nuncij Dei.Eze.30.b. Num.24.d.Si nuncij intelligantur angeli,trieres deſignabunt velocitatem eorum.

Diabolus. — Hie.ſ.Iſa.33.
Triremis magna dici poteſt diabolus.Iſa.33.d.

## *Tripudium, uide Saltare. Triſtari, Triſtitia, uide Dolor.*

## *Triſtega.*

TRiſtega ſunt tricamerata ædificia,ſiue trium contignationum.

Corpus humanum. — Geor.venet.cant.3.ton.6.cap.15.
Triſtega in arca.Gene.6.c.erant inferiora, media & ſuprema: & in corpore humano, cuius ſimilitudinem gerit arca,triſtega inferiora ſunt ſub diaphragmate, venter cum inteſtinis. Media vero ab eo vſq; ad collum: vbi ſunt cor, epar, & alia vaſa virtutum animalium. Supra

collum vero eſt caput,tertium & ſupremum hoſpitium : in quo reſidet ratiocinatiua virtus, & intellectus cum ſenſibus interioribus,& exterioribus tanq̃; ſuis cubicularijs.

Hie.ſ.Eze.42. — Loca perfectiorũ in eccleſia.

Triſtega in templo erant cœnacula ſuperiora:& deſignant in eccleſia loca,quę competunt, perfectioribus.Eze.42.b.

## Triticum,uide Frumentum.

## Triuium.

TRiuium eſt locus,in quo tres ſunt viæ:& ſumitur pro loco frequenti.

Hie.ſ.Iſa.15. — Diuerticula errorũ.

Triuia Moab ſunt diuerticula errorum:vbi vlulant,qui cognoſcunt ſe erraſſe, & pœnitentiam agunt.Iſa.15.a.

## Triumphare,Triumphator.

TRiumphare eſt triumphum agere.Triumphus autem erat pompa ſolẽnis,quæ fiebat redeuntibus in vrbem cum victoria.

Amb.ſ.Coloſ.2. — Vincens Chriſtus dæmones & Iudæos.

Triumphauit Chriſtus principatus & poteſtates:quando publicè moriendo vicit & dæmones,& principes Iudæorũ.Colo.2.c.Ipſe quoq; Deus dicitur triumphator Iſrael.1.Reg.15.f.

Hie.ſ. Haba.1. Rup.ſ.Haba.1.

Triumphare dicitur ſermo diuinus de regibus,hoc eſt,de dæmonibus, quos ſuperat. Haba. 1.c.Vel diabolus triumphat de regibus,quando ſuperat eos,qui vidẽtur fortes:& etiam in ſubuerſione Hieruſalem.

Gre.ſ.1.reg.15. — Inanis gloria prædicatorum.

Triumphalis fornix,quam erexit Saul,deſignat inanem gloriationem prædicatorum male viuentium.1.Reg.15.c.

## Trucidare,uide Interficere.

## Trulla.

Hie.ſ.Amos.7. Rup.ſ.Amos.7. — Diuinum auxilium.

TRulla varia ſignificat inſtrumenta:& trulla cæmentarij eſt inſtrumentum,quo fabri murarij linunt & poliunt parietes:vt non ſolum pulchritudinem accipiant:ſed etiam fortitudinem,contra imbrium iniurias,& crebras tempeſtates. Poteſt autem ſignificare diuinũ auxiliũ: quod Deus abſtulit à populo Iſrael,quando deſtruxit Hieruſalem & templum.Amos.7.b.

## Truncare,Truncus.

TRuncare eſt amputare:& truncus pars arboris eſt,quæ ramis truncatis ſuperſtat.Truncum quoq; dicitur,quod mutilatum eſt.

Gre.12.mor.3. — Corpora iuſtorum.

Truncus emortuus.Iob.14.b. deſignat iuſtorum corpora , quæ inter manus perſequentium exanimantur:& videntur oculis inſipientium mori:& tamen ad odorem aquæ, hoc eſt, afflatu ſpiritusſancti germinant,ſuo exemplo alios ad virtutẽ prouocantes.Quod etiam de ijs,qui mortui ſunt per peccatum,& ſuſcitantur ad gratiam,dici poteſt.

Lyra.ſ.Iſa.40.

Truncus ſcrutatorum & iudicum, deſignat apparentem firmitatem in rebus humanis : quæ nulla eſt.Iſa.40.f.

Glo,ord.ſ.1.reg.5. — Ceſſatio idololatriæ.

Truncus Dagon.1.Reg.5.b.ceſſationem idololatriæ futuram deſignaũit.

Truncare Hieruſalem gladijs ſuis.Eze.16.e.Vbi legitur,trucidabunt.Poteſt dici de dæmonibus animam accuſantibus in die iudicij.

## Tuba,Buccina.

TVba inſtrumẽtum muſicum,quod & buccina dicitur:ea vtuntur ad pręconia, & in bellis. Sonus autem tubæ non tam oblectationis eſt,q̃; terroris.

Ori.ſ.num.ho.23.& ſ.Ioſue.ho.6.7.&.ſ. Matt.ho.30. &.ſ.Iu ho.9.Amb.de Elia.1. &.1.dẽ ſpũſſancto.15. Hie.ſ.pſ.97.&.ſ. Iſ. 27.&.ſ. Eze 7.&.ſ. Hoſe.8.&.ſ. Ioel.2. & ſ.amos.2. Aug.ſ. Apoc.ho.6.Gre.ſ.1. reg.13. &.30. mo.33 Cyr.3.ſ.Ioan.3.& 4 ſ.Ioã.18.Ru ſ.nu 26 — Vox verbi Dei. Præcepta. Prædicatio inſignis. Confeſsio fidei. Sublimes ſenſus.

Tuba vocem verbi Dei,& præcepta,& prædicationem inſignem ſignificare ſolet . Et tubarum ſolemnitas memoriam continuam ſcripturarum exprimit.Nume.10.a.29.a.31.a.Ioſue,6.a. Iudi.7.f.Iob.39.c.Pſalm.80.Ieremi.4.b.6.d.Eze.33.a.Huius autem tubæ varius erat vſus:vt in promotione caſtrorum:& ad bella contra carnem,mundum,& dæmonem: & in feſtis:neomenijs:& in ſacrificijs ſalutaribus.Eze.7.d.Exo.19.c.20.c.1.Regum.13.a.Iſa.27.d.Ioel.2.a.Tubæ autem ſeptem varia dona ſpiritusſancti deſignant in prædicatoribus. Apoc.8.a.Tuba autem in manu,eſt prædicatio cum opere.Iudi.7.f.Amos.2.a.Tuba in gutture dicit magnam prędicationem.Hoſe.8.a.Tuba autem ductilis argẽtea,ad eloquia Dei refertur. Tuba vero cornea ad virtutem:quia cornu ad virtutem & regnum refertur.Eſt etiam tuba cornea excellens prædicatio: & confeſsio fidei:& præterea excelſi & ſublimes ſcripturæ ſenſus.pſ.97.

Ori ſ.nu.ho.23. Gre.30.mor.7. Gre. Nyſſe.de vita Moſis. Aug.ſ.pſ.97. &.ſer. 222. Rup.a.ſ.nu.25. — Apoſtoli. Prophetæ. Prædicatores. Martyres. Duplex aduẽtus Chriſti.

Tuba etiã deſignat ipſos prædicatores.Num.10.a.Per tubas aũt duas exercitus ducitː quia per duo pręcepta charitatis ad procinctum fidei populus vocatur:quę idcirco argẽteę fiunt:vt prędicatorum verba lucis nitore pateant: & auditorum mentem nulla ſui obſcuritate cõfundant. Tubæ autẽ ductiles ſunt apoſtoli,& prophetæ,& prædicatores, & martyres:qui tunſionibus tribulationum perficiũtur:& in ipſis tribulationibus laudant dominum.pſ.97. Tubæ autẽ duę duplicem aduentum Chriſti deſignant.

Tubæ



Superantes carnẽ — Aug ſ.pſ.97.

Tubæ corneæ dicuntur eſſe in his,qui carnem ſuperant:quia cornu carnem excedit.pſ.97.

Vocatio ad iudiciũ. Prædicatio iudicij. — Iſyc.ſ.Leui.25. Rup.ſ.Zach.9. Ori.ſ.Ioſu.ho.6. Aug.epiſt.120.

Tuba Iubilei deſignare poteſt tubam vocantem ad iudicium.Leui.25.b.Ipſa quoq; prædicatio iudicij tuba dici poteſt.Zacha.9.d. Erit autem tunc tuba aliquod euidentiſsimum ſignum, quod omnibus erit notum.Ioſu.6.a.Math.24.c.Mar.13.c.1.Cor.15.f.1.Theſ.4.d.Amos.3.b.

Vox lætitiæ. prædicare reſurrectionem. Gratiarum actio. — Cle. Alex.2.pæda.4 Arno.ſ.pſ.150. Ricar.de.ſ victo.de ſomnio.Nabuc.13.

Tuba quandoq; eſt vox lętitię:& in ſono tubæ laudare,eſt reſurrectionem Chriſti laudare: vel recognoſcere.q̃ ſono tubæ Chriſtus ſuſcitabit mortuos:vel eſt prædicare ſuper tecta.pſ 80. 150.Buccinare quoq; in neomenia tuba,eſt ſuper noua reuelatione Deo gratias agere: & magnificentiæ tubam in diuinæ bonitatis pręconia roborare.

Cõminatio diuina.

Tuba præterea dicitur comminatio diuina,qua nos excitat,vt reſipiſcamus:& eſt vox triſtitiæ:& clangorem tubæ audiunt,qui eius timent comminationes.Iſa.18.b.Iere.4.b.6.a.Ezech. 7.d.Hoſe.5.c.8.a.Amos.2.a.Sopho.1.d.

Hie.& Aug.ſ.pſ.46 Rup.10.ſ.apo.

In voce tubæ aſcendit dominus.pſ.46.quia tunc duo angeli tanq̃; tubæ clamauerunt: Viri galilæi quid aſpicitis in cœlum.&c.vel quia ſic veniet in tuba ad iudicium: vel vt deſignaretur victoria de diabolo:ſunt autem illæ tubæ laudantium Deum.Apo.19.a.

Prædicatio hæreticorum. Tumultus perſecutionum. — Hie.ſ.Iſa.18. Gre 31.mor.25.

Buccina interdum dicitur prædicatio hæreticorum.Iſa.18.a.Et tumultus perſecutionis excitatus ab infidelibus contra fideles:quam buccinã quum audit equus, dicit,vah:quia fortis quiſq; prædicator,cum certamen paſsionis ſibi propinquare conſiderat, de exercitio virtutis exultat.Nec terretur pugnæ periculo,qui victoriæ lætatur triumpho.Iob.39.c.

## Tubalcain.

Sanctus. — Beda.ſ.gen.4.

TVbalcain.i.deſerens poſſeſsionem,vel deſerens lamentationem,ſeu delatus poſſeſsioni,aut deſertus acquiſitioni:filius Lamech & Sela:fuit malleator, & faber in cuncta opera æris & ferri.Gene.4.d.Deſignat ſanctum,qui ſui corporis & animi cuſtos eſt.

## Tueri,Tutor.uide Defendere.

## Tugurium.

TVgurium eſt ruſtica habitatio,tecta ex vlua paluſtri,aut alio ſimili.

Ceremoniæ. — Ori ſ.Luc.ho.5. Hie.ſ.Iſa.1.

Tugurium in cucumerario.Iſa.1.b.Deſignare poteſt ceremonias legis,quãdo ſumuntur nudæ,ſine ratione:vel deſignat animam derelictam à Deo.

## Tumere,Tumor,Intumeſcere,Turgere.

TVmere eſt inflari:quod & turgere dicitur.Ponitur interdum pro ſuperbire:ſicut & tumor pro ſuperbia.

Fletus Chri & ſanctorum. — Hie.ſ.Iob.16. Gre.13.mor.11.

Intumuiſſe dicitur facies Iob à fletu.Iob.16.c.vbi deſignatur Chriſtus,cuius facies intumuit à fletu,quando prophetæ Chriſtum præcedentes,mala populi pręuiſa deflebant: vel quum prælati deflent peccata ſubditorum.

Altitudo myſteriorum. Fragilitas humana. — Hie.ſ.Eze.47.

Intumeſcentes aquæ.Eze.47.a.deſignant myſteria mentis virtutem exuperantia: vel deſignant fragilitatem conditionis humanæ,qua non valemus omne vitare peccatum.

Affectus dilectiõis. — Ricar.de.ſ. victo.de extermi.mali.16.

Intumeſcentes aquæ Iordanis inſtar montis. Ioſu.3.d. deſignant affectum dilectionis ad imitationem Chriſti,qui animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis.

Augmẽtũ fidei eccl.

Intumeſcens uterus Thamar.Gene.38.f.augmentum fidei eccleſiæ deſignat.num.17.c.

Profectus Iſraelis. — Glo.int.ſ.Eze.16.

Intumeſcentia vbera Hieruſalem.Eze.16.a.ad literam tempus pubertatis indicant,& profectum populi Iſrael in regnum.

Impetus affectuũ. Grauis timor Dei. — Hie.ſ.Iob.38. Gre.21.mor.16.

Tumentes fluctus impetũ affectuũ deſignare poſſunt.Iob.31.c.38.b. Tumẽtes autem fluctus deſuper imminent:cũq; eam quam deferũt mortem minantur: nulla tunc nauigantibus rerum cura temporalium:nulla carnis delectatio ad mẽtem reducitur:ea ipſa quoq; ex naui proijciũt, pro quibus longam nauigationem ſumpſerunt:cunctæ res in deſpectum mentis veniunt,amore viuendi.Quaſi ergo tumentes ſuper ſe fluctus Deum metuit , qui dum veram vitam deſiderat, omnia deſpicit,quæ hic poſsidens portat.Nam velut tempeſtate deprehenſi,pondus nauis abijcimus:quando ab oppreſſa mente deſideria terrena remouemus.

Superbia perſecutorum eccleſiæ. Peccatum & tribulatio Iudæorum. — Glo.int.ſ.Exo.9. Hie.ſ.iſa.1.

Intumeſcẽtes fluctus maris ſuperbiã perſequutorũ eccleſiæ ſignificant.Iſa.51.e.Iere.5.e.Iob. 15.b.38.b.Turgentes quoq; veſicę in hominibus & iumẽtis,inflatã ſuperbiã indicant.Exo.9.b.

Tumẽs plaga Iudæorũ.Iſa.1.b.deſignat grauitatẽ peccati ipſorũ,aut etiã grauẽ tribulationẽ.

## Tumultuari,Tumultus.

TVmultuari eſt tumultũ & perturbationem mouere,& excitare. Tumultus autem eſt motus,vel trepidatio cum ſonitu aut ſtrepitu:quaſi timor multus. Eſt autẽ tumultus vox plurimorum,& nimiæ multitudinis clamor pariter emiſſus.

Cõuerſio pctõrum. — Gre.ſ.1.reg.14. Rup.ſ.Zach.14.

Tumultus magnus in caſtris hoſtiũ.1.Reg.14.c. deſignat conuerſionem & pœnitentiã peccatorum.Talis dicitur tumultus domini.Zach.14.c.

Laudans multitudo — Glo.ordi.ſ.Mich.2.

Tumultuari etiã dñr credẽtes pre multitudine:quãdo pariter laudãt bonũ paſtorẽ.Mic.2.d.

Varietas affectuum — Gre.4.mor.39.

Tumult⁹ à quo ceſſatur in luce Chriſti.Iob.3.c. eſt varietas perturbationum & deſideriorũ,

mm 2 reliquorũ

reliquorumq; affectuum mentem turbantium.

Tumultus ſynagogæ voces confuſas Iudæorum & infidelium ſine ratione contra Chriſtum & eccleſiam deſignant.1.Regum.4.c.Iſai.17.d.Mich.1.d.Eodem refertur tumultus carminum Iudæorum.Amos.5.g.Tumultus etiam ſurrexit in populo Iſrael,quando obſeſsi ſunt à Romanis.Hoſe.10.d.Tumultuabatur autem tunc puer contra ſenem,quia omnia intus erant inordinata.Iſa.3.a.Tumultus etiam eſt inordinata & ſuperba doctrina hæreticorum.Iſaiæ.30.c.Et tumultus eſt in prędá diaboli,quia nihil inordinatum eſt in eo.

Gre.ſ.1.reg.4. Hier.ſ. Iſa.17.30.& ſ.Mich.1. Rup.ſ.Hoſe.10. — Voces ſynagogæ & infidelium contra Chriſtum. Doctrina hæreticorum. Obſidio Hieruſalē.

Tumultus populi in cultu vituli.Exo.32.c.Inſaniā idololatrantiū & hæreticorū deſignat.

Inſania idololatrantium.

## *Tumulus, uide Aceruus & Sepulcrum.*

## *Tundere, Contundere.*

TVndere eſt percutere,pulſare,& in vaſe aliquo quippiam comminuere.

Tundere aromata. Exo.30.d.eſt examinare virtutes: quod fit, quum bona noſtra quaſi in pila cordis occulta diſcuſsione contundimus,& ſi veraciter bona ſint ſubtiliter retractamus.Eſt etiam diligenter contemplari paſsionem Chriſti.

Gre.1.mor.39. — Examinare virtutes. Contemplari paſsionem Chriſti.

Tuſum pilo manna deſignat labores paſsionis Chriſti: & ſedulam probationem fidelium. Exod.16.c.29.g.

Beda.ſ.Exo.16. — Labores paſsionis Chriſti.

## *Tunica, Poderis.*

TVnica eſt veſtis tegens corpus vſq; ad inferiora:& ſi quidem attingat pedes, dicitur tunica talaris,Græcè poderis:& datur tunica manicata,& ſine manicis:& tunica exterior,& interior,quæ ſubucula & camiſia dicitur:eſtq; fere linea.

Tunica Ioſeph intincta in ſanguine hœdi, carnē Chr̄i ſanguine reſperſam deſignare poteſt. Gen.37.a.Poderis quoq; ſeu tunica talaris in Chriſto, & tunica linea ſacerdotum, carnē Chr̄i mundā,vel humanitatē,ſeu incarnationem deſignat,quę de terra eſt,& ſignificatur in pedibus. Exo.28.e.29.a.39.d.Leu.6.b.Zac.3.b.Et tunica duplex ī ſacerdote eſt corpus & aīa in Chr̄o.

Amb.de Ioſeph.3. Hie.ſ.Zach.3. Ori.ſ.Leui.ho.9. Beda.ſ.gen.37. — Caro Chriſti.

Tunica etiā polymita Ioſeph, eccleſiā ſignificare poteſt,quæ eſt polymita,quia ex varijs gētibus collecta:& eſt talaris,vt deſignet perſeuerantiam operum,& innocentiam Chriſti & eccleſiæ.Gene.37.a.Et tunica Chriſti non diuiſa vnitatem eccleſię deſignauit:& etiam incorruptionem corporis eius.Ioan.19.d.

Cypr.de ſimp. p̄lat. Hila.ſ.Mat. cāo.23. Bern.in Apologia. Beda.ſ.gen.37. — Eccleſia.

Tunica præterea Ioſeph ſacrā ſcripturā ſignificare poteſt, quę eſt tunica Chr̄i:& etiam ſapiētiam:qua exutus per inuidiam factus eſt ſimilis inſipientibus.Et tunica duplex in ſacerdote.eſt duplex ſenſus ſacræ ſcripturæ.Tunica autem interior linea ſapientiam diuinorū & immortaliū ſignificabat:exterior vero varia,ſapientiam humanorum & encyclopædiam.

Rup.8.ſ.gen.20. Cle.Alex.5. ſtroma. Ori.ſ.Leui.ho.6. Philo.de temulētia. — Sacra ſcriptura. Sapientia.

Tunica rurſum polymita Ioſeph:deſignare poteſt varietatem legum ciuilium, & caſuum humanorum:quibus rector ciuilis occurrere debet:quę intincta eſt ſanguine:vt deſignetur etiam ipſos rectores vix carere vitijs.Gen.37.a.

Philo. de Ioſeph. & de ſomnijs. — Varietas legum ciuilium.

Tunica rurſum polymita Ioſeph eſt varia cupiditas, qua exuendus eſt, qui vult proficere: eaq; in vaſtum baratrum eſt proijcienda.

Cle.Alex.5. ſtroma. — Varia cupiditas.

Tunica Chriſti non diuiſa,fidem aut etiam charitatē deſignare poteſt:quæ diuidi nequeūt. Ioann.19.d.Deſignat etiam pacem & vnitatem non diuidendam.Item diuinam ſapientiam in Chriſto.Tunica etiam inconſutilis,eſt baptiſmus indiuiſibilis, & nunq̄; reiterandus: & etiam diſciplina chriſtiana,totam complectens eccleſiam. Geor.vene.cant.2.ton.3.cap.6.

Ambro.ſ. Luc.23.& ſer.35. Aug. epiſt.161. &.ſ. Ioan.trac.13. Hie.ſ.Mar.15. — Fides & charitas. Pax. Sapientia chr̄i. Baptiſmus. Diſciplina chr̄iana.

Tunica linea ſacerdotis eſt iuſtitia :quia perfecti cuiuſq; maxime iuſtitia veſtis eſt.Leuit.6.b.16.a.Hanc loricam iuſtitiæ appellat Paulus. Tunica etiam talaris actionem conſummatā virtutis ſignificat: quaſi enim protenſa tunica talum corporis operit,quando bona actio ante Dei oculos vſq; ad vitæ nos terminum tegit.Tunica præterea parua Samuelis, indumenta iuſtitiæ inchoantibus apta deſignat.1.Reg.2.d.

Iſych.ſ.Leui.6.16. Gre.1.mor.40. Gre.Nyſſen.de vita Moſis. Gre.ſ.1.Reg.2. — Iuſtitia. Actio conſummatæ virtutis.

Tunicæ præterea linee ſacerdotum candorem caſtitatis deſignāt: & tunica ſtricta de byſſo eſt fortior continentia.Exo.28.g.29.a.39.d.Leui.6.a.16.a.

Glo.ord.ſ.Exo 28. — Caſtitas.

Tunica tota hyacinthina eſt vita cœleſtis,non admiſta terrenis, perſeuerāſq; vſq; in finem. Exo.28.c.39.d.Leui.8.a.Deſignat etiam animam in Chriſto: vel conuerſationem eius à baptiſmate Ioannis,quando tintinnabula prędicationis eius ſtrepere cęperunt.

Geor. vener.cant.2. ton.3.cap.6. Iſy.ſ.Leui.8. — Vita cœleſtis. Anima Chriſti. Conuerſatio chr̄i.

Deſignat etiam hyacinthina tunica elementum aëris,quē colore referre videtur.

Rup.4.ſ.Exo.23. Philo.de temulētia. — Aër.

Poderis,qua indutus erat Chriſtus. Apoc.1.c.dignitatem ſacerdotalem ipſius Chr̄i deſignat. Tunica autem Sobna ſacerdotis.Iſai.22.f.typus erat literalis ſacerdotij:qua tamen ſpiritualiter intellecta induitur Chriſtus.Tunicę vero Nadab & Abihu,cum quibus eiecti ſunt.Leui.10.b. conuerſationem & vitam malorum ſacerdotum ſignificant.

Rup.1.ſ.apo. Hie.ſ.Iſa.22. Iſych.ſ.Leui.10. — Sacerdotium Chr̄i. Sacerdotiū literale. Vitia malorū ſacerdotum.

Tunica Achiæ prophetæ diuiſa,diuiſionem regni Iſrael & Iuda ſignificauit.3. Reg.11.f.vbi potius dicitur pallium.

Tunicas duas habere dicuntur,qui ſimul nouū & veterē hoīem induunt, ſeu induere volūt.

Ori.ſ. Luc.ho.23.& Leui.ho.6.





& duobus dominis ſeruire:vel præter Chriſtum in hæreſim incurrere:vel ſimul legem veterem & nouam velle ſeruare.Matth.10.b.Luc.3.b.Vnica tunica vtebantur apoſtoli,quando non ſeruabant legem carnaliter.Quicquid autem corpori noſtro ſufficere poteſt,& humanæ ſuccurrere imbecillitati,quos nudos natura profudit:hoc vna appellanda eſt tunica.

Hila.ſ.Matt.cāo.10. Hie.epiſ.cum.hora. &.epiſt.ignot.vultū.

Tunicæ pelliceæ Adam & Euæ, mortalitatem & fragilitatem humanam deſignare poſſunt. Gene.3.d.Et tunica,quam exuit ſponſa. Canti.5.b.eſt corruptela paſsionum Adæ:vel voluptates carnales abſtractæ à ſenſibus.

Mortalitas. Voluptas carnales. — Ori.ſ.Leui.ho.6. Amb.de Iſaac.6. Ep̄ſtla.2.contr.hæ. tomo.1.

Tunica exuenda intrinſecum vitium,ſeu veterem hominē deſignat,terrenoſq; mores,ac curas ſeculi:demum temporalia omnia,quæ onerāt potiuſq̄; ornant : ideo merito talis tunica eſt exuenda.Canti.1.b.Matth.10.a.24.b.Mar.6.b.Luc.22.d.

Vitium. Vetus homo. Curæ ſeculi. Res temporales. — Ori.ſ.Iudic.ho.8.& ſ.Mat.ho.19.

Tunica vendenda eſt propriū corpus exponendū ꝓ verbo Dei. Luc.22.d. Et tunica quam exuit ſpōſa,eſt corpꝰ cuiuſq; ſancti & prædicatoris:quę nō induet,vſq; ad diem iudicij.cāt.5.b.

Corpus proprium. — Amb.ſ.Luc.22. Aug.ſ.Ioan.trac.57.

## *Turba.*

TVrba dicit multitudinem,& in multitudine perturbationem.

Turbæ ſternentes veſtimenta ſua in via,& cædentes ramos de arboribus.Mat.21.a.ſunt prębentes exempla honeſtatis ſimplicibus.

præbentes exempla honeſtatis. — Ori.ſ.Mat.ho.14.

Turbę pręcedentes & ſequentes Chriſtum in ingreſſu Hieruſalem. Matth.21.b.deſignant fideles ante & poſt aduentum Chriſti.

Fideles ante & poſt Chriſtum. — Ori.ſ.Mat.ho.14. Hie.ſ.Mat.21.

Turbæ,quæ ſecutæ ſunt Chriſtum,deſignant ſimplices ex Iudęis venientes ad fidem: & etiā gentiles.Et dicuntur turbæ:quia non ſunt de perfectioribus: ſed ſunt remotiores à ſecretis verbi Dei:ideo etiam loquebatur eis Chriſtus in parabolis:& ipſæ manebant in littore,prædicante Chriſto in nauicula:ipſæ quoq; excluſę ſunt à ſuſcitatione filiæ principis.Matt.9.d.11.b.13.a. 14.b.20.d.23.a.Et turbæ ſuſtinentes Chriſtum,ſunt gentiles.Mar.8.a.

Simplices ex Iudæis Gentiles. — Ori.ſ. Matt.cap.14. & ho.24. Hila.ſ. Matt.cāo.9. 13.14. Hie.ſ.Mat.9. Aug.1.q.in euāg.28.

Turba,quę erat cum vidua,cuius filius mortuus efferebatur.Lucæ.7.b. deſignat exercentes charitatem in eccleſia.

Exercentes charitatem. — Amb.ſ.Luc.7.

Turbæ populorum interdum ſignificare poſſunt omnes animæ vires.Gene.48.a.50.b.Exo. 5.a.23.a.35.a.Leui.8.a.

Vires animæ. — Ori.ſ.Leui.ho.6.

Turba expulſa à cubiculo,vbi ſuſcitauit Chriſtus filiā principis. Mat.9.c.deſignat indignos cognitione Chr̄i:& Iudæos à fide excluſos. Et turba peccās per ignorantiā,fuit plębs Iudęorū tēpore paſsionis Chriſti.Leui.4.c.Turbę quoq; ſunt infideles perſequentes chr̄ianos. Iſa.17.d.

Indigni cognitione Dei. Iudæi. Perſecutores fideliū. — Hil.ſ.Mat.cāo.9.10. Hie.ſ. Matth.9.& ſ. Iſa.17.

Turbæ impedientes,ne Zachæus videret Chriſtum, confuſionem imperitę multitudinis ſignificant: & vulgus impediēs,ne alij bene operenť.Luc.19.a.Et turbæ impediētes cæcos,ne clamarent ad Chriſtum,ſunt carnales cogitationes,aut homines perturbantes orationē. Matt.20. d.Ioan.5.b.Et turba quę expellitur,vt ſuſcitetur puella, eſt tumultus cogitationū impedientiū mentis eleuationem.Matt.9.c.Turba etiam impediēs cæcum ne clamaret,deſignat Aegyptios perturbantes filios Iſrael,ne irent ad ſacrificandum domino.Luc.18.g.

Confuſio imperitorum. Cogitationes carnales. — Amb.ſ.Luc.19. Aug 1 q.in euāg.28 &.ſ.Ioā.tra.17.& de verbis dn̄i.ſer.18. Gre.18.mor.28 Rup.4.d diui.offi.8

## *Turbare, Turbatio, Conturbare, Perturbare.*

TVrbare eſt confundere,& commouere,& diſtrahere.

Conturbare dicitur Deus profundum maris.p̄s.64.quando ſeculi huius profundam iactantiam prædicatione apoſtolica commouet:& quando conturbat cor impiorum.

Commouens Deus corda ad fidem. — Hie.& Aug.ſ.p̄s.64

Conturbat Deus in furore,quādo terret per comminationē pœnę. p̄s.2.Iob.13.b.23.d.

Cōminatio pœnæ. — Hila.ſ.p̄s.2. Gre.11. mor.17.

Conturbata dicuntur viſcera Dei, quando exercet miſericordiam erga pœnitentes peccatores.Ierem.31.d.

Miſericordia Dei. — Hie.ſ.Iere.31.

Conturbatus dicitur Chriſtus à voce inimici,nempe cum diceretur Samaritanus,& dæmoniū Habens.p̄s.54.Cōturbatus etiā dormiuit Chr̄s in morte,turbātibus Iudæis,ſed quantū ipſe voluit.p̄s.56.vnde & turbauit ſemetipſum,nr̄um affectum in ſe ſuſcipiens.Ioan.11.d.12.d.13.c.

Hila.ſ.p̄s.54. Aug.ſ.p̄s.56.&.ſ.Ioan.tract.60.

Non erit turbulentus Chriſtus:quia omnes conſolabitur pacificus exiſtens.Iſa.42.a.

Turbari dicuntur inſulæ ſuper caſu Tyri:quādo iuſti in caſu maiorum timent,& ſibi cauēt, ne & ipſi cadant.Eze.26.d.27.f.

Timor minorum in lapſu maiorum. — Hie.ſ.Eze.26.

Conturbatus dicitur venter per ieiunia, hoc eſt, memoria in conſideratione peccatorum. Et conturbantur oſſa, hoc eſt, fortes eccleſiæ:vel virtutes, quæ obſcurantur & extenuantur. Pſalm.6.30.

Memoria peccatorū. Perturbatio fortiū eccleſiæ & virtutū. — Arno.& Hie.ſ.p̄s.30 Gre ſ p̄s.6.

Non turbatur,qui promptus eſt ad mandata Dei ſeruanda : quia habitus facilitat hominem ad operandum.p̄s.118.

Promptus ad ſeruāda mandata. — Lyra.ſ.p̄s.118.

Conturbati montes fuerunt apoſtoli in paſsione. Pſalm. 45. Et turbati fratres Ioſeph. Gene.42.e.deſignare poſſunt turbationes diſcipulorum Chriſti,quādo viderunt ipſum ambulantem ſupra mare.Qui etiam deſignant poſitos in tribulatione, quaſiq; deſperantes:qui etiam videntes auxilium Dei,turbantur, putantes non vere eſſe Dei.Vbi etiam deſignatur turbatio fidelium futura tempore Antichriſti.Mat.14.c.

Turbatio apoſtolorum & fideliū in aduerſis. — Arno ſ p̄s.45 Ori ſ Mat.cap.14. Hila.ſ Mat. cāo.14.

Gre.ſ.1.reg 14. — Diſtractio vitæ actiuæ.
Turbatio interdum eſt diſtractio: & turbata Martha erga plurima, deſignat nimiā ſolicitudinem vitæ actiuæ: quæ non ſinit mentem ad vnitatem contemplationis colligere. Luc.10.g.

Ricar.de.ſ.victo.de ſecu.conſ.2.35.
Viſiones capitis ſui vnumquemq; conturbant, quando ex eo, quod ſecum poſt diuinæ reuelationis arcanū, meditatiōis ſuę negotioſo otio pertractat, ad ſalubrē ſolicitudinē vtileq; formidinē euigilat. Qui etiā conſiderat ſeipſum, viſionibus capitis ſui turbatur. Dani.4.a.

Gre.5 mora.33. Baſi.ſ.ps.29.37. Arno.ſ ps.105. Aug.ſ ps.75. — Perturbatio mentis per iram.
Turbari dicitur oculus præ ira. ps.6. Ira enim per vitium, oculum mentis excæcat. Ira vero p zelū, turbatur: quia quo ſaltem recti emulatione concutit̄, eo, quę niſi trāquillo corde percipi non poteſt, contēplatio diſsipat. Cōturbatio aūt animi turpitudinē & infirmitatē animi indicare ſolet. Et dicit̄ cōturbari cor, p inſipientiā peccati. ps.5.37.106. Turbati ſunt inſipiētes corde: q noluerūt credere reſurrectionē. ps.75. Cōturbat⁹ věter eſt turbata mēs. thr.1.g. hab.3.d. ps.30.

Gre.ſ.1.reg.14. Glo.ordi.ſ. Iere.4. — Concuti fideles tentationibus.
Turbari dicit̄ terra quādo ſubditorū humilitas, errāte paſtorū iudicio, tranquillę veritatis ordinē deſerere videtur. 1.reg.14.d. Turbatur etiā terra, quādo ſubditi tentationibus concutiunt̄. Iſai.14.d. Et conturbantur colles, quando mediocres in eccleſia penè deficiunt à fide & bonis operibus. Iere.4.f.

Hila.ſ.ps.64. Aug.ſ.ps.45.76. — Pœnitentia.
Cōturbatio gentiū dicit conuerſionem & pœnitentiā pctōrum. ps.45.47.74.143. Iſa.64.a. Iob.23.d. Idem eſt turbatio aquarū. Turbantur etiam abyſsi, quū conſcientiæ recognoſcunt & confitentur peccata. ps.76. Sic turbata dicitur ſynagoga ppter quadrigas Aminadab, hoc eſt, propter euangelia. Canti.6.d.

Baſi.& Aug.ſ ps.45. Arno.ſ.ps.45.47. Hie.ſ.Iſa.5.14.17.& ſ.ps.76.& ſ Mich.7 & ſ.Eze.7. — Tribulationes peccatorū & Iudæorū. Perſecutiones principū contra fideles. Cōfuſio ſuperborū & dæmonum.
Turbatio terræ tribulationē peccatorum & Iudæorū ſignificare poteſt. Et turbatio aquarū, ſunt tumultus gentiliū. Turbatio etiam montiū ſunt perſecutiones principū: & confuſio ſuperborum & dæmonū per ſapientiam & paſsionē Chri. ps.45. Iſa.5.f.14.b.51.e. Et conturbat̄ profundum maris, hoc eſt, diabolus. ps.64.143. Et cōturbantur veſpere, hoc eſt, in fine mundi. Iſai.17.d. Et conturbati principes Edom, ſunt dæmones. Exo.15.b. Et conturbati reges fuerunt Herodes & Iudæi. ps.47. Et turbatæ abyſsi ſunt inferi, per vocem Chriſti & prædicatorum. ps.76. Conturbabuntur etiam habitatores terrę in iudicio: & turbantur nunc, quādo ſunt in peccato. Ioel.2.a. Mich.7.d. Nahum.2.b. Et pelles terræ Madian. Haba.3.b. Conturbatio autē ſuper cō-

Aug.ſ.ps.17.
turbationem veniet eis: quia poſt vnum væ, erit aliud væ. Ezech.7.g. Apo.11.c. Cōturbata quoq; fundamenta montium, deſignant ſpem ſuperborum turbatam. ps.17.

Arno.ſ ps.45.59. Aug.ſ ps 59. Gre.1.reg.14. — Cōfuſio corporis & mentis.
Turbatio etiam terræ eſt confuſio corporis noſtri, & veteris hominis. ps.45.59. Conturbat̄ itidem terra, quando carnalis mens à mala ſua ſoliditate concutitur: & cogitare fluctuando inchoat inter mala quæ reſpuit, & bona quæ amat. Turbari autem menti eſt ſerenitatem malę delectationis, propoſito chriſtianæ religionis obducere. 1.reg.14.d.

Hie.ſ.Iſa.32. Rup.ſ.canti 6. — Turbatio Iudæorū erga Chriſtum.
Conturbari confidentes eſt Iudęos plāgere necem Chri. Iſa.32.c. Cōturbauit quoq; ſynagogam anima eius, quādo ſacerdotes & phariſęi turbabāt ſimplices, ne crederēt in Chrm. cāt.6.d.

Gre.2.reg.ſ. epiſ.62 — Scandalum maiorū contra infirmos.
Turbaſſe dicuntur filij Iacob patrē ſuū, in vindicta Sichimitarū. Gene.34.d. Deſignantes, q quando hoc, quod delinquentes plangunt, adhuc magiſtri crudeliter in ſequuntur, infirmę mēti ipſe redemptoris ſui amor tepeſcit: quia ibi ſe affligi conſiderat: vbi ſibi & ipſa non parcit. Cōturbare autem dicitur, qui ſcandalizat. Gala.5.b. Qui conturbat vos, portabit iudicium.

Hie.ſ Eze 32.34. Aug.de ouibus.8. Gre.22.mor.24. Hie.ſ.Iſa.65. — Docere errores.
Conturbat aquas Pharao pedibus ſuis, quando diabolus per hæreticos peruertit ſcripturas. Eze.32.a. Et arietes turbant aquas, vt bibant oues. Eze.34.e. quando maiores praua docent, aut prauo exēplo confundunt doctrinam, aut quod ipſi capiunt, turbādo rudiores, efficiunt ne ipſi capiant. Conturbatio aūt, in qua non generant boni ſunt vitia & errores. Iſa.65.d.

Hie.Cypriano. Hila.ſ.ps.56. — Feſtinare ad mortē.
Turbati in ira Dei dicuntur, feſtinantes ad mortē. Et conturbatus dormiens eſt afflictus in morte. ps.56.89.

## Turbo.

TVrbo eſt ventus cum fragore maximo obiecta quęq; deturbās, proſternenſq;, ac inuoluēs ex depreſſę nubis ſpecu ortus.

Hier.ſ. Iob.38.& ſ. Iſa 4.21.28. Gre.4.mor.10.& 28 mor.1. — Punitio Dei. Ira Dei.
Turbo vim diuinę punitionis, & iram Dei in malos graueq; eius obiurgationem ſignificare ſolet. Iob.3.a.9.b.21.c.38.a.40.a. Iſa.4.b.21.a.28.a.29.b.30.g.40.f.66.c. Ierem.23.e.25.g.30.d. Ezech.1.a. Hoſe.8.b.13.a. Rup.ſ.Hoſe.8.

Hie.ſ.Iſa.66. — Angeli.
Turbo etiam ſignificare poteſt angelos. Iſa.66.e. Quaſi turbo quadriga eius.

Hie.ſ.Iſa.41. Rup.ſ Zach.9. — Vis prædicationis.
Turbo pręterea dicitur vis prędicationis. Iſai.41.d. Turbo diſperget eos. Et turbo auſtri, eſt impetus ſpiritusſancti in prędicatore. Zach.9.d. Vadet in turbine Auſtri.

Gre.9.mor.16. — Dies iudicij.
Turbo quoq; dicitur dies iudicij: qui appellatur dies turbinis. Ioel.2.a. Amos.1.d. Nahum.1.a. Zach.9.d. Iob.9.b.21.c.37.d.

Glo.int.ſ.Iſa.25. — Crux Chriſti. Blaſphemiæ Iudæorum.
Turbo pręterea fuit crux Chriſti & blaſphemiæ Iudæorum in ipſum. Iſa.25.b. factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione ſua, ſpes à turbine, vmbraculum ab æſtu. Spiritus enim robuſtorum, quaſi turbo impellens parietem.

Hei.ſ.Iſa.4.21. Gre. ſ.Eze.ho.2. Gre.4.mor.21. — Impetus tribulationis & tentationis. Cōtritio vehemēs.
Turbo itidē dicit̄ impet⁹ tribulatiōis & tētatiōis. Iſai.4.b.21.a. Idē eſt vētus turbinis. eze.1.a.
Turbo tenebroſus. Iob.3.a. dici poteſt vehemens contritio: quę cum quis peccatū ſuū pēſat, & intelligit,



mœrore mentem ob nubilat: & quaſi concuſſo ſerenæ lætitię aēre, omnem in ſe tranquillitatem cordis pœnitentiæ turbinæ deuaſtat.

Diabolus. — Hiero.ſ. Iob.3. & ſ. Iſaiæ.17.
Turbo itidem tenebroſus eſt diabolus, qui noctem inquietæ vitæ turbulētus innuexit: vnde & ſicut turbo eijcitur diabolus à Deo. Iſa.17.d.

Exercitus. — Glo.ordi.ſ.Iſa.28.
Turbo etiam erat exercitus Aſſyriorum aduerſus Hieruſalem. Iſa.28.a. Haba.3.d.

## Turgere, uide Tumere.

## Turma.

TVrma eſt ordo militaris, & propriè eſt equitum: ſed ſumitur etiam pro aliqua multitudine.

Tēporalia & ſpūalia. Iudæi & gentiles. Perfecti & impfecti. — Aug.ſer.8. Beda.ſ.gene.32. Rup.8.ſ.gen.4.
Turmæ duæ Iacob, cum quibus regrediebatur de Meſopotamia. Gene.32.c. Significare poſſunt multitudinem temporalium & ſpiritualium: vel Iudæos & gētiles: vel perfectos & imperfectos: vel remiſsionem peccatorum, & gratiam confirmationis.

Diuerſi ordines in eccleſia. — Glo.int.ſ.Exo.12.
Turmæ etiam diuerſos ordines in eccleſia ſignificant: ſicut filij Iſrael egrediebantur per turmas ſuas. Exo.12.g.40.d. Nume.1.g.

Gre.2.mor.17.
Turmæ tres, quas fecerunt Chaldæi contra camœlos Iob. Iob.1.d. deſignant q ſpiritus maligni modo torpenti, vel ediuerſo pręcipiti actione feriunt: modo pigra vel immoderata loqutione confundunt: fere autem ſemper nimijs cogitationum molibus premunt. Vel deſignantur Phariſæi, Sadducæi, & Herodiani, cum ſuis ſequacibus contra Chriſtum & diſcipulos eius.

## Turpis, Turpitudo, Fædus.

TVrpis dicitur deformis, & contrarius pulchro: & refertur ad animum.

Hæreſis. Infidelitas. Turpiloquium. — Glo.int.ſ.Exo.20. Glo.ord.ſ. Leui.15.
Turpitudo hæreſim ſignificare poteſt: & etiam infidelitatem. Exo.20.d. Fæditas etiam humoris eſt turpitudo ſermonis: quando videlicet quiſpiam multa & noxia loquitur, & errores ſeminat. Leuiti.15.a.

Peccatum. — Ori.ſ.cant.ho.1.
Fæditas boum inordinationem peccati deſignare poteſt. Gene.41.a. Et turpitudo filiæ Babylonis ſunt peccata. Iſa.47.a. Vnde turpis eſt anima, quæ quum habeat nigredinem & fæditatem peccatorum, minime tingitur aut lauatur pœnitentia, & aqua lachrymarum.

Peccatum ex concupiſcentia. — Hych.ſ.Leui.18.
Turpitudo autem matris dici poteſt peccatum ex concupiſcentia genitum. Leui.18.b.

## Turris, Arx.

TVrris à terrendis hoſtibus dicta eſt: ſicut arx ab arcendis. Turris autem ob munitionē ædificatur: vel ob ſpeculam: vt longe veniens cernatur hoſtis: vel etiam ob decorem.

Deus. Chriſtus. — Hila. Hie. & Aug.ſ. ps.60.
Turris fortitudinis dicitur Deus in patria. Turris autem fortior eſt muro: ita Deus omni munitione fortior eſt. ps.60. Et Chriſtus eſt nobis turris fortitudinis aduerſus diabolum. Pro.18.b. Turris fortitudinis nomen domini.

Cœleſtis patria. — Beda.ſ.pro.9.
Arx, ad quam vocant ancillæ ſapientiæ, eſt cœleſtis patria, ad quam vocant prædicatores Prouer.9.a.

Angeli cuſtodes. — Lyra.ſ.ps.121.
Turres præterea dici poſſunt angeli cuſtodes. ps.121. Abundantia in turribus tuis.

Eccleſia.
Turris aliquando dici poteſt ipſa eccleſia. Mich.4.c. Turris gregis nebuloſa filia Sion.

Apoſtoli. Prophetæ. Prædicatores. Fortes. Contemplatiui. — Amb.3.Exāe 12. Arno.ſ.ps.47. Gre.ſ.cant.4.7.8.
Turris vineæ, hoc eſt, eccleſiæ ſunt apoſtoli, prophetæ, & prædicatores. Et turres Sion ſunt fortes in ipſa eccleſia: aut qui fortiorem ſtatum eccleſiæ habent. Matth.21.d. ps.47.121. Thre.2.c. Turris etiam Dauid ſunt prædicatores defendentes eccleſiam: & ſublimes per contemplationem. Canti.4.b. Turris eburnea dicuntur prædicatores eccleſiæ: quia & alti ſunt per contemplationem, & fortes per ſanctorum operum exercitationem, & precioſi per diuinam ſapientiā. Canti.7.b. Et vbera ſponſæ ſunt ſicut turris: quia nutriuit eccleſia prædicatores contemplatione altos, & robore in flexibiles. Canti.8.d.

Humilitas. — Rup.ſ.cant.3.7.
Turris etiam Dauid eſt eius humilitas: & collū beatæ virginis eſt ſicut turris Dauid, hoc eſt, eius humilitas, quę etiam excellit humilitatem Dauid. Canti.4.b. Dicitur etiam collum eius ſicut turris eburnea. Canti.7.b. quia eius humilitas eſt fortis & pulchra, & grata Deo.

Amor. — Geor.venet canti.1. tono.7.cap.28.
Turris, quam plantauit Deus in vinea, vt recōderetur triticum, & vinum miſericordiæ & pietatis diuinæ. Matth.21.d. Deſignare poteſt amorem, quo ad diuinas promiſsiones accendimur, & ad eas ſuſcipiendas pręparamur.

Templum Hieruſalem. — Ori.ſ.Mat.ho.19. Hier.ſ.Mich.4.& ſ. Matth.21. Rup.8.ſ.gene.16.
Deſignat etiam turris vineæ templum Hieruſalem. Et turris gregis, quæ Hebraicē dicitur. עֹפֶל Ophel, quæ erat in Hieruſalem, pro templo ſumi poteſt. Mich.4.e. Eſt item turris gregis locus iuxta Bethlehem, vbi Iacob pauit pecora; præſignans locum myſterij natiuitatis Chriſti. Gene.35.c.

Eminētia ſermonis de Deo. — Ori.ſ Mat ho.19. Hila.ſ.Mat.cāno.22.
Turris præterea vineæ, deſignare poteſt eminentiam legis, & eminentiam ſermonis de Deo & diſpenſationibus Chriſti: & diuinos ſenſus. Iſa.5.a. Matth.21.d.

Sapiētia & diſciplina — Amb.de bono mor. 5.& ſ.ps.118. ſer.22.
Turris aīę de intelligibilibus quidē eſt verbū: de moralibus vero eſt diſciplina & circūſpectio: quas etiam deſignant turres cuſtodum. Turris etiā animæ eſt ſapientia veteris & noui teſtamēti

Canti.8.c.4.Regum.7.b.18.b.

Amb.ſ.ps.118.ſer.5. Gre.31.mor.30. &.ſ. canti.7. — Forte iudicium eccleſiæ.

Turris Libani. Cantic.7.b. dicitur forte iudicium eccleſiæ:vt reſpiciat cœleſtia:& bonum emittat odorem:& inſpiciat Damaſcum,inſtruendo gẽtilitatem. Turri autem Libani naſus eccleſiæ comparatur:quia ſanctorum prouida diſcretio, dum ſolicitè circũquaq; conſpicit in altum poſita,priuſq̃; veniat culpa deprehendit.

Hie.ſ.Ierem.31.& ſ. Zacha.14. Rup.ſ.Zach.14. — Obedientia. Gratia Dei. Perfectio. Sacra ſcriptura.

Turris Ananeel,ſuper quam fundatur Hieruſalem,deſignat obedientiam & gratiam Dei,in qua fundatur eccleſia.Iere.31.g.Hæc eſt turris Salomonis, & poteſt etiam ſignificare perfectionem:& ſacram ſcripturam.Cant.4.b.Iſa.2.c.Zach.14.b.Luc.14.f.

Princeps.

Turris aliquando dicitur princeps.ps.121.Abundantia in turribus tuis.Iſa.30.f. Quum ceciderint turres·Eze.26.a.Deſtruentur turres eius.

Beda.ſ.Pen.11. Rup.4.de glorifica. trinita.19. Hie.ſ.Eze.26. — Superbia. Dogmata hæreticorum. Senſus exteriores.

Turris Babylonis,hoc eſt,turris confuſionis, ſuperbiam ſignificare poteſt, quæ fundamentum eſt confuſionis. Item hæreticorum dogmata:& in vniuerſum munimenta vitiorum. Quæ quia non benè fundata eſt,diu ſtare non poteſt.Gen.11.a.Iudi.8.c.Iſa.2.c.23.c.30.e.Poteſt etiã ſenſus exteriores ſignificare.Ad idem autem referuntur turres Tyri.Eze.26.a.

## *Turtur.*

Ori.ſ.cant.ho.2. Baſi exae.ho.8.

TVrtur auis nota,quæ gemitum habet pro cantu:eſtq; auis caſta. Turturum enim ferunt huiuſmodi naturam eſſe:vt neq; maſculus prẹter vnam fœminã adeat aliam:nec fœmina pluſq̃; vnum patiatur marem:ita vt ſi accidat altero intercepto ſupereſſe alterum, pariter cum cõiuge extinctus ſit ei concubitus amor:nec in ramis viridibus inſidet:eſtq; amica ſolitudinis.

Philo. qui rerum diui.hæres. — Sapientia diuina.

Turtur interdum diuinam ſapientiam admodum eleuatam atq; ſolitariam,ab omniq; creata ſapientia ſeiunctam ſignificare poteſt.

Ori.ſ.cant.ho.2.4. Hie.1.aduer. Iouin. — Caro Chriſti. Chriſtus.

Turtur,qui offertur in ſacrificium,carnem Chriſti ſignificat.Leui.1.d.Turtur autem fit Chriſtus ijs,qui recipiunt verbum Dei in ſolitudine.Cant.2.c.ps.83.

Aug.ho.33. Ori.ſ.cã.ho.2. Arn. ſ.ps.83. Gre.6.mor. 13.&.19.mor.24. — Eccleſia.

Turtur interdum dicitur eccleſia:quẹ non alium patitur prẹter Chriſtum:cuius caput abſciſſum eſt per mortẽ Chriſti:ſed non in totũ:quia ſemper corpori inhæſit. Leui.1.d.ps.83.cãt.2.c.

Prædicator.

Turtur aliquando dicĩ prædicator.ps.83.Et turtur nidum,vbi ponat pullos ſuos.Canti.1.c. Genæ tuæ ſicut turturis.2.c.Vox turturis audita eſt in terra noſtra.

Iſyc prolo.ſ.Leui. Beda.ſ.gen.15. Rup.1.ſ.Leui.7. Tho.1.2.q.102.ar.3. — Spirituales. Cultores eremi. Renuntiatio ſeculi. Vita contemplatiua.

Turtures ſpirituales & eremi cultores,& ſublimius viuentes,contemplationiq; vacantes ſignificare poſſunt:peculiariter ex Iudæis.Gen.15.b.Leui.1.d.Alter turturum in holocauſtũ oblatus, abrenuntiationem ſeculi ſignificare poteſt: & offertur in holocauſtum, ob excellẽtiam volatus.Leu.5.b.Deſignant autem vitam contemplatiuã eremitarum,ob ſolitudinem,quã amãt.

Amb.2.dẽ Abra.8.& ſ.exae.19.Hie.1.adu. Ioui. Gre.ſ.cant.1. — Caſtitas.

Turtur apertum eſſe ſolet ſymbolum caſtitatis & virginitatis Deo gratæ. Gene.15.b. Et genæ turturis pudorẽ caſtitatis deſignãt.Et vox turturis p̃dicatio caſtitatis.cã.2.c.Ber.1.cat.ſer.59.

Ori.ſ.Roma.12. Tho.1.2.q.102.ar.3. — Pœnitentes. Pœnitentia.

Turtur ob gemitum,pœnitentes,& ipſam pœnitentiam ſignificat.Leuit.1.d.5.b.Et turtures offert,qui vagos volatus cogitationum reprimit.Turturem quoq; offert,qui pœnitentem ad ſocietatem ſanctorum adiungit:& ideo offertur pro peccato.

Iſych.ſ.Leui.1. Euch.form ſpũa.5. — Scientia ſpiritalis.

Turtur ipſam ſcientiam ſpiritalem deſignare poteſt:& quia cognitionem habet, etiam ipſos habentes ſcientiam ſpiritalem.Leui.1.d.11.c.Et turtur cognoſcens tẽpus aduentus ſui,cõfundit non audientes Deum:nec cognoſcentes tempus viſitationis eius.Iere.8.c.

Iſych.ſ.Leui.5.15. — Cõtemplatio & meditatio legis. Duplex gemitus.

Turtures duo,contemplatiuam vitam, & meditationem legis intentã ſignificare poſſunt:vel gemitum cordis & oris:vel caſtitatem & lachrymas.Et ſunt duo: quia omnia illa debẽt ex charitate procedere,quæ gemina eſt.Leui.5.b.12.d.14.c.15.b.

Aug.ſ.ps.83. — Caro cũ bonis operibus.

Turtur cum pullis dici poteſt caro cum bonis operibus.ps.83.Et turtur nidum, vbi reponat pullos ſuos.

Cle.Ale.1.pæda.5.

Tutures etiam dici poſſunt timidi ad committendum peccatum:& cauti.

## *Tympanum,Tympanizare,Tympaniſtria.*

TYmpanum eſt inſtrumentum,ex vna parte planum membrana,clauſum,intus vacuũ,quod baculo pulſatur:non habet carnem,ſed pellem:nec poteſt eſſe contractũ,ſed extenſum.

Cle.Alex.2.pæda.4. — Eccleſia. Corpus glorioſum.

Tympanum & chorus eccleſiam ſignificat: quæ meditata eſt carnis reſurrectionem in pelle reſonante.ps.150.Vnde & tympanum erit corpus reſumptum in gloria: & laudabunt dominũ in tympano,qui ipſum laudabunt in aſſumpto corpore.Iſa.30.g.

Ori.ſ.Exo.ho.6. Hie.ſ.Iere.31. Aug.ſ.ps.149. Gre.ſ.1.Regũ.10.& 33.mor.22.&.ſ.eze.ho.8. Beda.ſ.Exo.15. — Mortificatio carnis.

Tympanum ex animalibus mortuis, carnis mortificationem ſignificare poteſt. Geneſ.31.d. Exo.15.c.1.Reg.10.b.Et ornatur tympanis,qui carnem habet mortificatam. Ierem.31.a.Et qui diſciplinam mortificationis noſtræ in Chriſto aſſerit,velut tympanum ferit.Vt autem tympanum non habet carnem,ſed pellem: ita nos quãdiu carnei ſumus, non ſumus tympanum.Et vt tympanum non poteſt eſſe contractum,ſed extenſum: ita nos peccata non contrahant:ſed iuſtitia dilatet.ps.80.149.150.

Aug.ſ.ps.80. — Tẽporalia.

Tympanum quia fit de corio,& ad carnem ſpectat,deſignare poteſt carnalia & temporalia danda pro ſpiritualibus.ps.80.

Hie.ſ.Iſa.24. — Voluptates aurium.

Tympanũ etiã ſignificat voluptates auriũ: vnde reprehendunĩ tenentes tympanũ.Iob.21.b.

Iſaiæ



Iſa.5.c.24.b.

Mortificãtes corp⁹. Prædicatores. — Hiero.ſ.ps.67. Rup.6.ſ.gen.44.

Tympaniſtriæ iuuenculæ ſunt animæ mortificãtes corpus, vt gratum Deo reddat ſonum. pſal.67. Tympanũ enim fit corio ſiccato & extẽto.Poſſunt etiam deſignare prædicatores docentes ex ſcripturis,quæ in pellibus ſcribuntur.

Chriſtus in cruce orãs. — Aug.ſ.ps.33.

Tympanizans Dauid deſignauit Chriſtum in cruce extentum & orantem.1.Reg.21.d.Iuxta ſeptuaginta.

## *Tyrannus,Tyrannis.*

TYrannus licet olim in bonam ſumeretur partem, is enim tyrannus dicebatur, qui plenam in ſubditos habebat poteſtatem:tamẽ poſtmodum ſolos illos ſignificat, qui per inſolẽtiam imperij viribus abutuntur: & vi ac quadam animi libidine dominantur, non iure & legibus æquis.

Populus iudaicus. — Hiero.ſ.Iob.34.

Tyrannus dicitur populus Iudæorum:qui contra cœtum ſanctorum eccleſiæ,pauperem,humilem ſpiritu, contritum corde deijciendo diſceptat.Iob.34.c.

Dæmones. — Gre.12.mor.18.19.

Tyranni etiam dicuntur dæmones.Haba.1.c. Et omnis ſuperbus eſt tyrannus:& ipſa ſuperbia impij eſt eius tyrannis.Iob.15.c.34.b.35.b.

## *Tyro.*

Recentes in fide. — Glo.ord.ſ.4.reg.25.

TYro eſt nouus miles,& fortis ad militiam exercendam. Solent autem dici tyrones recentes in fide,hoc eſt,in militia Chriſtiana.4.Reg.25.c.Iere.52.f.

## *Tyrus.*

TYrus fuit vrbs Phœniciæ non longe à Sidone:quæ olim fuit inſula: ſed ab Alexandro magno coniuncta fuit continenti. Hebraicè dicitur צור çor: quæ interpretatur anguſtia, ſiue tribulatio, vel obſidio aut vinculum vel colligatio, ſeu plaſmatio aut figuratio, vel fortitudo, aut petra.

Deus. — Hiero ad principiã.

Tyrus,hoc eſt, çor iuxta Hieronymum,interpretatur fortiſſimus: & ſignificat Deum. pſal. 44.Filiæ tyri in muneribus.

Gentiles. — Ori.ſ.Mat.cap.15. Hiero.ſ.Iſa.3. Aug.ſ.ps.86.

Tyrus ſecundum Origenem interpretatur venatores: & deſignat gẽtiles,qui ad fidem venerunt.pſal.86..Matt.15.b. Et Tyrius pater Hiram deſignat gentilitatem.2. Par.2.c. Sidon tamẽ eſt,quod interpretatur venatores:non Tyrus.

Anima vitioſa. — Hie.ſ.Iſaiæ.23. &.ſ. ps.71.

Tyrus præterea,hoc eſt, çor interpretatur anguſtia, & conuerſa: Et ſignificat animam vitijs occupatam. Et princeps Tyri,vel anguſtiæ eſt diabolus.Iſa.23.a.d.

Hæretici. Philoſophi. p̃ſecutores fidelium — Hiero.ſ.Eze.26.& ſ.Ioel.3.&.ſ.Zac.9.

Tyrus gaudens de caſu Hieruſalem, deſignat hæreticos gaudentes de lapſu fidelium. Item philoſophos gentium: & præterea perſecutores fidelium. Ezech. 26. a. Ioel. 3. a. Amos. 1. c. Zach. 9. a.

Mundus. Genus humanum. — Hie.& Aug.ſ.ps.82. Rup.2.vıcto. verb. Dei.

Deſignat etiam Tyrus hunc mundum anguſtia plenum. pſal.82.Et etiam genus humanum in huius ſeculi miſerias lapſum.Eze.27.a.

Iudæi. — Rup ſ.Ioel.3.

Tyrus vendens filios Iuda.Ioel.3.b. deſignat Iudæos perſequentes fideles.

Superbia. — Rup.ſ.Hoſe.9.

Tyrus fundata in pulchritudine.Hoſe.9.c. ſuperbiã deſignat. Et vt Tyrus ita fundata erat, vt non ſine periculo oppugnantium valeret impugnari:ita ſuperbi non corripiuntur ſine periculo corripientium. Princeps autem Tyri, hoc eſt,ſuperbiæ, eſt diabolus.

# Vacare.

VAcare interdum eſt dare operam, nonnuquàm vero vacuum eſſe ab opere.

Ceſſare à malo. — Aug.ſ.ps.45. Baſi.ſ.ps.45.Multa.

Vacare in bonum eſt ceſſare à contentionibus & impietate.Exod.5.c.pſal.45.

Iudæa. — Hila.ſ. Mat.cano.12.

Vacans domus erat Iudæa,nec legem ſeruans, nec Chriſtũ ſuſcipens.Matt.12.d.

Beda.ſ.pro.23.

Vacare dicitur potibus, qui de opprobrio alienæ vitæ ſe inebriat.Pro.23.c.

## *Vacca,uide Bos. Vacillare,uide Titubare.*

## *Vacuum,Euacuare.*

VAcuum dicitur vas,quod nihil continet,etſi aëre plenum ſit. Euacuare autem eſt vacuum facere.

Non reuer

Glo.ord.ſ.Iſa.55. — Non reuertitur vacuum verbum Dei,quando proficit in multis:Et quando Chriſtus aſcendit in cœlum,ducens ſecum patres eductos è limbo.Iſa.55.d.

Gre.8.mor.7.8. — Vacuos menſes dicuntur electi habere, qui conditori rerum in hac vita ſeruientes, ſæpe rerum inopia coanguſtantur. Per amorem Deo inhærent:& tamen vitæ præſentis ſubſidijs egēt. Vel ſanctus quiſq; menſes vacuos ſicut mercenarius ducit: quia laborem iam ſuſtinet:ſed præmium necdum tenet:hoc, tolerat:illud expectat.Iob.7.a. — Labores fidelium.

Gre.16.mo.4. — Vacuas viduas dimittere dicitur eccleſia,ſecundum opinionem hæreticorum; quando plæbes relictis hæreticorum prædicatoribus,ad eccleſiam reuertuntur.Iob.22.b.

Hiero.ſ.Iere.14. — Vacui egrediuntur de Aegypto, qui ſine vlla doctrina veniunt ad fidem.Exo.3.g. Vacua etiam vaſa ſunt mentes ſine ſcientia Dei.Iere.14.a. — Fides ſimplicium.

Amb.ſ.pſ.118.ſer.20 Gre.17.mor.11. Beda.ſ.gen.1. — Vacuus apparet coram domino,qui non eſt repletus ſpiritu ſancto.Exo.23.b.34.c. Et euacuati à Chriſto dicuntur, qui ab eius gratia deciderunt.Gala.5.a. Super hoc vacuum extendit Deus aquilonē, quādo eorū corda diabolo poſsidenda relinquit.Iob.26.b.Vacua dicebatur terra, quādo carebat ſua perfectione. Gen.1.a.Iere.4.f.Ita eſt anima ſine gratia & bonis operibus:& eccleſia ante aduentum ſpiritusſancti.Et quando non eſt,qui faciat bonum. — Carere gr̄a ſpūſſci.

Amb.ſ.2.Cor.3. Hier.ſ.Ezec.44. — Vacuum altare intus.Exo.38.a. deſignabat imperfectionem ſacrificiorum veteris legis. Sic euacuata eſt gloria vultus Moſis : quia erat figura & vmbra, quæ ceſſat adueniente veritate. 2. Cor.3.c. Sic euacuauit Chriſtus legem mandatorum. Ephe.2.c. Euacuata autem dicitur gloria legis,non abolita:ſed ſicut ſi ſolis radijs lampadem compares:aut lampadis lumini lucernā: ſic lux Ioannis Baptiſtæ,non extincta eſt,ſed abſcondita. — Impfectio legis veris.

Gre ſ.1.Reg.6. — Vacuam dicuntur dimittere arcam Dei, qui legis habent peritiam ſine bonis operibus. 1. Reg. 6. a. — Sciētia ſine opibus.

Glo.ord.ſ.Gala.5. — Euacuare dicūtur ſcandalū crucis, qui nitūtur efficere,vt adhuc valeat circūciſio.Gala.5.b. — Hæretici ſine veritate.

Lyra.ſ.Iſa.29. — Vacua anima illius, qui ſomniat ſe bibere, deſignat hæreticos veritate vacuos. Deſignabatur eiam regnum Babylonis parum duraturum.Iſa.29.c.

Hie.ſ.Iſa.32. Beda.ſ.Pro.14. — Vacuefaciunt Scribæ & Phariſæi animam eſurientis : quando non ſinunt turbas in Chriſtum credere. Iſa. 32. b. Vacuum quoq; præſepe eſt, vbi non ſunt boues, id eſt, prædicatores. Prouerb.14.a. — Impedire fidē Chri.

Hiero.ſ.Haba.2. Gre 7.mo.17.&.8. mor.8. — In vacuum laborant gentes, quando eorum labor non peruenit ad fœlicitatem. Haba. 2.c. Et in vacuum ambulant, qui nihil ſecum de fructu ſui laboris portant. Iob.6.b. Hi apparent in conſpectu domini vacui. Deut.16.d. Et vacuos menſes habet eccleſia,quæ infirmis ſuis mēbris,terrenas actiones abſq; vitæ præmio defluentes ſuſtinet.Iob.7.a. — Labor ſine fructu fœlicitatis.

Gre.12.mor.5. — Vacuefactus fluuius areſcit, quando corpus ſubducta anima, exanime remanens cor rumpitur. *Iob. 14. b.* — Corpus ſine anima.

Gre.17.mor.12. — Vacuum aliquando Iudæam cum infidelitate ſignificare poteſt. Et extendit Deus aquilonē ſuper vacuum, quum Iudæorum corda fide vacua diabolo relinquit.Iob.26.b. — Iudæi cū īfidelitate

## *Vadere, uide Ire.*

## *Vadum, Tranſuadare.*

VAdum dicitur locus in flumine,mari, vel lacu tam paruæ profunditatis: vt pedibus tranſiri poſsit. Tranſuadare autem eſt pedibus vadum tranſire.

Hiero.ſ.Eze.47. — Tranſuadare non potens Ezechiel torrentem.Eze.47.a. deſignat non valentem omnia penetrare.:vel omne vitare peccatum.

## *Væ.*

Hiero.ſ. Eze.2.&.ſ. Amos.5.& epiſ. Samuel quōdam. Gre.ſ.Eze ho.9. — VAE interiectio rebus, quas execramur competit:& eſt impœnitētium: & fit ſuper illis væ, qui penitus deſperantur:& quum venerint in profundum malorum,contemnunt:& bis vę dicitur in deſperationem animę & ſpiritus.Eze.2.d. Interdum væ dicit miſeriam temporalem. Eccl'tæ.10.c. Væ tibi terra, cuius rex puer eſt. — Miſeria impœnitentium.

## *Vænire, uide Vendere.*

## *Vagari, Vagus.*

VAgari eſt inutiliter huc atq; illuc ferri, ſiue ſparſim ire : & vagus, qui ſine negotio modo huc, modo illuc inutiliter diſcurrit.

Hiero.ſ.Iere.14. Glo.ord.ſ.Iſa.16. — Vagus dictus eſt Chriſtus : quia à Iudæis tranſijt ad gentes.Iere.14.b. Vagi quoq; non prodendi ſunt fideles fugientes perſecutores.Iſa.16.a. — Chriſtus tranſīēs ad gentes. Fideles.

Gre 30.mor.12. — Vagantes pulli coruorum,eo ꝙ non habeant cibos.Iob.38.d. deſignāt prædicatores æſtuātes ad conuerſionem infidelium.Quaſi quædam quippe vagatio eſt ipſa cogitationis ęſtuatio: & velut ad loca varia mutatis nutibus tranſeunt : dum pro adunandis animabus in modos innumeros,& ad partes diuerſas eſuriente mente diſcurrunt. — Solicitudo prædicatorum.

Hiero.ſ.Iſa.14. — Vagus Cain. Gene. 4.b. deſignat populum Iſrael in varias regiones diſperſum. Et vagi in nationibus — Diſperſio iudæorū.



Inconſtantia hæreticorum. — nationibus,ſunt Iudæi,& hæretici:qui ſemper vetera mutant nouis.Hoſe.9.d. Et vagi ſunt,qui omni vento doctrinæ circūferuntur.Iſa.15.a. Vaga quoq; lepra,varias hæreſes & inconſtantes deſignat.Leui.13.g. Vagari quoque dicitur ſponſa poſt greges ſodalium.Canti.1.c.quando per diuerſas diſcurrit hæreſes:vel quum diuerſos imitatur peccatores. Vagi etiam pedes meretricis inconſtantiam exprimunt doctrinæ hæreticorum.Pro.5.b. — Aug.12.cōtra Fauſt. 12. Gre.ſ.canti.1. Bed.1 gē.4.ſ.Pro.5.

Gentiles. — Vagi dicuntur gentiles varia colentes idola.Iſa.58.d. Ad idem referri poteſt vagatio meretricis : & etiam Tyri. Prouerb.5.b.Iſa.57.d.Iere.31.d. Hæc eadem ad hæreſes referri poſſunt: & ad ſequentes vitia. — Glo.ord.ſ.Iſa.57.

## *Vagina, Euaginare.*

VAgina eſt alicuius rei theca, & peculiariter gladij. Euaginare autem eſt gladium nudare.

Patientia Dei. Chaldæa. — Vagina gladij Dei, dici poteſt eius patientia, qua expectat peccatores ad pœnitentiam. Eze.21.a. vbi etiam deſignat Chaldæam, vnde eduxit Deus gladium contra Hieruſalem. Vnde & vagina gladij Babylonis,eſt ipſa Babylon. — Lyra.ſ.Ezec.21. Hiero ſ.Eze.21.30.

Secretum mentis. — Vagina autem in qua gladius reconditur, ſecundum exigentiam gladij ſumetur. Nam & is, qui non profert verbum Dei,gladium in vagina dicitur habere. E diuerſo qui non profert verba noxia, gladium malum laudabiliter habet in vagina. Erit ergo vagina ſecretum mentis : & educitur malū de vagina,quando id quod quis mente cōceperat,opere perpetrat.Iob.20.c.pſ. 36. Dum enim praua in cogitatione peccator machinatur, quaſi adhuc gladius in vagina eſt : dum vero malum,quod cogitauit iniquè perficit, de vagina ſua egreditur:quia iniqua cogitatio mala operatione aperitur. — Ori.ſ.pſ.36.ho 2. Gre.15.mor.13.

Aperiens Deus ſcripturas. — Euaginat Deus gladium contra Iudæos.Leui.26.e. quando aperit ſecreta ſcripturarum, ad eorum confuſionem. — Iſyc.ſ.Leui.26.

Exerens diabolus artes ſuas. — Euaginare gladiū eſt interdū aperire fallacias, ſeu exerere oēs artes ad nocendum. Sic dixit Pharao,hoc eſt, diabolus.Exo.15.b. Euaginabo gladium meum. Ita euaginant Babylonij gladios ſuos ſuper Aegyptios:quando dæmones exerunt malitiam ſuā ſuper mundanos.Eze.30.c. — Glo.inter.ſ. Exo.15. Hiero.ſ.Eze.30.

## *Vagire.*

VAgire propriè dicuntur infantes,quum infantilem fletum emittunt.

Imperfectio iudęorum. Fletus Chriſti. — Vagitus Moſis.Exo.2.a.Imperfectionem populi Iudaici deſignabat:vel lachrymas eorum, qui euadere cupiunt huius vitæ pericula. Vel deſignatur Chriſtus deflens peccata noſtra. — Gre. Nyſſe.de vita moſis.

Diſcipuli apoſtolorum. Prædicatores. — Vagientes pulli coruorum, eoquòd non habeant cibos.Iob.38.d. deſignare poſſunt diſcipulos apoſtolorum, ex gentibus natos tanquàm ex coruis : qui deflent per pœnitentiam. Vel (vt Hieronymus & gregorius legunt) legendum eſt vagantes: quod competit prædicatoribus per diuerſas prouincias diſcurrentibus : vt aliquos ad fidem conuertant : quos tanquàm cibos habent. — Hiero.ſ.Iob.38. Gre.30.mo.12.13.14

## *Valere.*

VAlere eſt ſanum vel potentem eſſe. Et vale eſt verbum ſalutandi in diſceſſu.

Valens ita Caleb tempore Ioſue, vt tempore Moſis.Ioſu.14.c. deſignat cor ita intelligens & vigilans tempore nouæ legis, vt tempore veteris. — Ori.ſ.Ioſu.ho.18.

## *Validus, uide Fortis.*

## *Vallare, Vallum, Circumuallare.*

VAllare eſt munire,& firmare, & vallo circundare. Vallum autem eſt munitio caſtrorum, quæ ex vallis,id eſt palis fieri ſolet.

Diuina præcepta. Angelorū cuſtodia. Diuina ꝓtectio. — Vallum vineæ,diuina præcepta,& angelorum cuſtodiam ſignificare poteſt : quibus homines à Deo proteguntur. Vnde valare dicitur Deus muniēdo fideles aduerſus impetus diaboli. Sicut vallauit Iob,hoc eſt Chriſtum.Iob.1.b. — Amb.3.exae.12. Gre.2.mor.23.

Exēpla ſanctorum. Doctrina Mariæ cū caſtitate. — Vallatus lilijs dicitur venter ſponſæ. Canti.7.a. dum exemplis ſanctorum populus munitur: vt in bono perſeueret. Vel deſignatur doctrina ſcripturarum in beata virgine ornata, & munita caſtitate. — Gre.ſ.canti. 7. Rup.ſ.canti.6.

Vallat anguſtia & tribulatio iniquum. Iob. 15.c. quia cor eius anxietate & ſuſpicione confunditur. — Gre.12.mor.12.

Multitudo tentationum. — Vallata domus Lot à Sodomitis.Gen. 19.b. multitudinem tentationum fideles impetentiū deſignat:aut prauorum hominum contra diuina verba conſpirantium:vel qui quęrunt in iuſto, quod reprehendant. — Philo.d̄ cōfuſ. ling. Gre.6.mor.16.

## *Vallis, Conuallis.*

VAllis eſt planities duobus montium lateribus incluſa : dicta quòd vtrinq; montibus vallata ſit.

Humilitas incarnationis & paſsionis — Vallis Botrionis;vnde magnus racemꝰ lectus eſt ab exploratoribus,& ɗlatus ad filios Iſrael in deſertū. — Amb.ſ.4.de fide.7.

Rup.ſ.Hoſe.1.

in deſertum.Nu.13.c. Deſignat humilitatem incarnationis Chriſti, & fœcunditatem paſsionis eius. Vallis etiam Iezrael humilitas eſt paſsionis Chriſti.Hoſe.1.a.

Beda.ſ.gen.12. — Eccleſia.

Conuallis illuſtris, ad quam venit Abraham.Gen.12.b.eſt eccleſia,ad quam venit Chriſtus: quæ illuſtris eſt prædicatione & miraculis.

Ori.ſ.canti.ho.2.3. Gre.ſ.1.Reg.6.&.31 mor.4. Hiero.ſ.Iere.31.&.ſ. Iſa.63.65. Aug.ſ.ps.103. Ber.ſ.cāti.ſer.47.54 Beda ſ.gen.18. Euch.form.ſpūa.4. Aug.ſ.ps.59. Rup.ſ.Deut 7. — Humilitas.

Conuallis etiam illuſtris,& vallis Mambre deſignat humilitatem religioſorum, & reliquorum fidelium:ad quam veniunt cum Abraham egreſſo de terra ſua.Gen.12.b.13.d.18.a. In his conuallibus, hoc eſt,in humilibus,emittit Deus fontes donorum ſuorum,quæ reuelare dicitur paruulis:pſal.103. 1.Reg.6.c,canti.2.a.6.d. Ezec.7.e. Mich.1.b. Et vallis ruinarum in Hieruſalem eſt humilitas, per quam ſemper ruinam timere debemus.Iere.31.g. Et vallis Achor eſt humilitas pœnitentis:vbi prius fuit turbatio & ſupplicium.Iſa.65.b.Hoſe.2.c.Iob.39.a. Hæ valles,quæ ſunt contritiones cordis humilis, abundant frumento.pſal.64. Vallis etiam Hebron, vnde miſſus eſt Ioſeph ad fratres ſuos, humilitatem deſignat. Gene.37.c.Et vallis ſalinarum eſt ſapida humilitas.pſal.59.in titu. Et vallis aſpera & ſaxoſa, eſt humilitas & laborioſa pœnitentia. Deut. 21. a.

Hiero.ſ.Eze.6.&.ſ. ps 64. — Nouiſsimi in eccleſia.

Valles dicuntur nouiſſimi in eccleſia : qui licet vita et ſcientia ſint inferiores: tamen de cōuentu familiæ dominicæ non recedunt.Eze.6.a.pſal.64. Item pœnitentes.Iob.39.b. Confringet glebas vallium poſt te.

Ori.ſ.Nu.ho.17.& ſ.canti.ho.3. Hiero.ſ.Hoſe.1. Gre.20.mor 10. Glo.ord.ſ.Zac.14. — Sacra ſcriptura. Scrutātes ꝓfunda. Obediētia eccleſiæ.

Valles montiū dici poſſunt duo teſtamenta.Zac.14.a. Et valles nemoroſæ ſunt doctrinæ ſanctorum. Num. 24.a. Et conualles vnde rapiunt hæretici, ſunt ſcripta ſanctorum humilium. Iob.30.a.Et vallis Iezrael dicitur verbum Dei:de quo hæretici humilia ſentiunt.Hoſe.1.a.Qui etiam profunda ſcripturarum ſcrutantur,conualles dicuntur.Canti.2.a. Valles etiam montiū ſignificare poſſunt obedientiam eccleſiæ Romanæ.

Hiero.ſ.Hoſe.1. Rup ſ.Ioel.3. Gre.3.mor.18. — Iudicium vniuerſale

Vallis Gabaō,vbi vicit hoſtes Ioſue,ſtante ſole,typus eſt iudicij poſtremi.Iſa.28.f..Et vallis Ioſaphat,id eſt iudicij domini,quæ & vallis benedictionis dicitur : vbi dominus iudicauit, & mutuis cedibus occidi fecit aduerſarios Ioſaphat : vnde & vallis occiſionis etiam dicitur. 2. Par.20.f. Deſignat iudicium vniuerſale : quando mali condemnabuntur, & boni ſaluabuntur. Ioel. 3. a. Vallem quoq; ſalinarum percutit Dauid.2.Reg.8.d. quia redemptor noſter,ſuæ diſtrictionis examine in his, qui de illo praua ſentiunt, ſtultitiam immoderati ſaporis extinguit.

Ori.ſ.Nu ho.12. Philo d̄ cōfuſ. ling. Amb.de Noe.22. Hila.ſ ps.64. Ori.ſ.Iudi.ho.8. Hiero.ſ.Eze.35.& ſ Mic.1. Glo.inter.ſ Iere.49. Gre.7.mor.11. — Mores inculti. Peccata. Imperfecti & peccatores. Deliciæ. Superbia. Ima deſideria.

Vallis ſylueſtris,vbi conueniunt hoſtes,deſignat mores incultos :vbi ſunt putei bituminis: & dicitur vallis ſalſa,deſignans peccatum,& etiam locum inordinatorum affectuum : qui dolorem & amaritudinem habent.Gen.14.a.Et valles de quibus dicitur quòd Deus nō eſt Deus vallium, ſunt imperfecti aut peccatores. Et valles vbi aduerſarij caſtra ponunt, deſignat imperfectos & vilibus adhærētes.Iudi.7.d.pſal.64. Et valles montis Seir, ſunt in ima depreſsi,& terreni. Ezec.35. b. Mich.1.a. Vallis etiam delicias & ſuperbiam. Iere. 49. a Quid gloriaris in vallibus. Conualles dicuntur etiam ima vel terrena deſideria. Iob. 6. b. Sicut qui raptim tranſit.

Gre.ſ.1.Reg 13. — Mors ſanctorum.

Vallis Seboim,hoc eſt, caprearum, mortem ſanctorum deſignare poteſt.1.Reg.13.d.

Ori ſ.canti.ho.3. & ſ. Luc ho.22. Baſi.ſ.ps.59. Hiero.ſ.Iſa.40. Gre 31.mo.4. & ho 20. — Gentilitas.

Conualles habentes loca prærupta,gentilitatem deſignare poſſunt.Canti.2.a. Et vallis quæ impletur,eſt gentilitas & peccatores.Iſa.40.a.Luc.3.a. Dicitur etiam conuallis tabernaculorum.pſal.59. Dicuntur autem gentiles valles:quia humiles in confeſsione fidei,quam antea nō cognoſcebant:nec ad eam eleuabantur.Iob.39.a. In has conualles emiſit dominus fontes baptiſmi.pſal.103.

Philo ꝙ deterior potiori inſidie. Hyc.ſ.Leui 14.

Vallieulæ deformes in pariete deſignāt vileſcētem opinionem miniſtrorum eccleſiæ. Leui. 14.e. Deſignant etiam diuerſas qualitates,quas effecere voluptates.

Glo inter.ſ.ps.59. Hiero.ſ ps.83. Aug.ſer.197. — Mundus. Status peccatorum.

Vallis ſalinarum ſignificare poteſt mūdum: vnde educti ſunt apoſtoli.pſal.59.in titu.Et vallis viatorum eſt præſens ſeculum humile:vbi hæretici figunt ſepulcrum. Et dicitur vallis multitudinis Gog.Eze.30.c.Vallis etiā lachrymarum ſignificat hoc ſeculum,in quo lachrymandū eſt, & lugendum.pſal.83. Et vallis Terebinthi eſt ſtatus peccatorum.1.Reg.17.a.

Glo.ord.ſ.Iere.21. — Hieruſalem.

Vallis ſolida atque campeſtris, dicitur Hieruſalem. Iere. 21. d. ſolida quidem, quia Iudæi reputabant eam inexpugnabilem. Campeſtris vero, quia fuit hoſtibus peruia. Et vallis Achor vbi lapidatus eſt Achan, eſt eadem Hieruſalem, vbi perjit Iudas & principes Iudæorum. Ioſu.7.d.Hoſe.2.c.

Hiero.ſ.Iſa.17.28. & ſ.Iob.30. Aug.ſ ps.59. — Iudæa. Iudæi.

Vallis Raphaim hoc eſt, gigantum, vel vallis dura, deſignat Iudæos,duros ad credendum. Iſa.17.b. Et vallis pinguiſsima,quæ Hebraicè dicitur Geſſemani, deſignat Iudæam,vbi captus eſt Chriſtus per tauros pingues, pontifices & phariſæos. Iſa. 28.a. Conualles quoque ſunt Iudæi infimos & depreſſos ſenſus dantes legi. Iob. 30.b. Conuallis etiam tabernaculorum eſt Iudæa, quam metitur eccleſia, vel Deus,quando quidam ex illis ad fidem aſſumuntur,relictis alijs in incredulitate.pſal.59.

Hiero.ſ.Iſa.22. Rup.2.ſ.Iſa.12. — Stat9 hæreticorū.

Vallis uiſionis.Iſa.22.a. ad literam ſumitur pro Hieruſalem:quia videntium, id eſt prophetarum ſeminarium fuit. Deſignat autem ſtatum hæreticorum,& prauorum.

Hie.ſ.Eze.31.&.ſ. Ioel.3. — Infernus.

Conualles in quibus corruunt rami cedri, inferos deſignant.Eze.31.d.32.b.Et vallis cōciſionis vel



nis vel iudicij,eſt gehenna, in quam mittuntur condemnati.Ioel.3.c.Iob.7.b. Hæc dicitur vallis filij Ennon:de quo vide Gehenna.

Gre.8.mor.12. Euch.form.ſpūal.4

## Valuæ, uide Sera.

## Vanus, uanitas, Inanis, Euaneſcere, Fruſtra, Exinanire.

VAnum pro vacuo accipitur,& pro ſtulto, & eo quod nullo fine aut ratione agitur : quod fruſtra fieri dicitur.Omnis autem iniquitas eſt vanitas:ſed non omnis vanitas eſt iniquitas. Vanitas enim etiam eſt leuior culpa:iniquitas vero grauior.

Gre.10.mor.13.14.

Anima. Eccleſia. — Beda.ſ.gen.1.

Inanis dicebatur terra, quando carebat ſua perfectione.Gen.1.a. quod poteſt dici de anima vel eccleſia,quando carent ſuā ſpirituali perfectione. Et inanis eſt, qui vacuus eſt plenitudine gratiæ Chriſti.pſal.7.136.Iob.11.c.

Humilitas Chriſti.

Exinaniſſe dicitur Chriſtus ſeipſum,ſecundum quòd formam ſerui accepit,& humiliauit ſe ipſum vſq; ad mortem crucis.Philip.2.a.

Lyra.ſ.Iſa.45.

Non in vanum dicitur Deus creaſſe terram:ſed vt inhabitetur. Iſa.45.c. nempe patriam cœleſtem:vt impleatur beatis.

Gre.3.mor.11.

Fruſtra dicitur Deus afflixiſſe Iob, hoc eſt,Chriſtū.Iob.2.b. quia ille & culpæ vltione preſſus eſt:& culpæ contagio inquinatus non eſt: quia in carne natus propria admiſſa non habuit: & tamen pœnam carnalium ſine culpa ſuſcepit.

Hiero.ſ.Iſa.27. Hyc.ſ.Leui.26.

Fruſtra dicit Deus ſe dediſſe potum doctrinarum vineæ Synagogæ:quia remanſerunt Iudęi in incredulitate.Iſa.27.a.iuxta ſeptuaginta. Fruſtra quoq; ſerunt ſementem, qui ſine fructu laborant in ſcripturis legis & prophetarum.Leui.26.c.

Hiero.ſ.Eze.6.

Non fruſtra dicitur eſſe loquutus dominus:quando quis ad eius cōminationes conuertitur, Eze.6.c.Sicut è diuerſo fruſtra conflat cōflator,quum non prodeſt correctio.Iere.6.g.

Implēs de9 ꝓmiſſa.

Non fruſtrauit Deus Dauid:quia impleuit in Chriſto omnia promiſſa.pſal.131. Nec dixit Iſraeli,vt fruſtra quæreret:quia promiſit quærenti regnum cœlorum.Iſa.45.d.

puniēs Deus citra condignum. — Aug.3.doctri.Chriſtia.25.&.ſ.ps.74.

Non exinanita dicitur fæx calicis,qui eſt in manu domini:quia Deus punit citra condignū. Vel quia carnales obſeruationes remanſerunt apud Iudæos.pſal.74.

Aīa terrenis vacua. — Glo.inter.ſ.Exo.27

Inane altare dicitur anima terrenis vacua,vt ſit cœleſtium capax : ita iubebat Deus fieri ſibi altare inane.Exo.27.a.

Corruptio creaturę. Defectus mundi. — Gre.ſ.1.Reg.11.& 10.mor.13.14. Ori.ſ.ps.38 ho.2. Amb ſ.ps.118.ſer.5. &.ſ.Rom.8. Cyril. de adora. in ſpu ſancto. Hiero.ſ.Iſa.24.

Vana dicuntur res huius mundi.1.Reg.11.d. De quibus dicitur Eccl'tæ.1.a. Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Et omnis homo viuens dicitur vniuerſa vanitas.pſal.38.39.143. Vanitas autem creaturæ dicitur eſſe eius corruptio.Rom.8.d. Homo autem per hoc quòd viuendo ad interitum tendit,recte quidem vanitas dicitur : ſed nequaquàm recte iniquitas appellatur: quia etſi de pœna eſt culpæ quòd deficit,nō tamen hoc ipſum culpa eſt, quòd à vita percurrit.Iob. 11.c. Vanus quoq; homo dicitur terrenus.pſal.61. .1.Petri.1.c. Vana ciuitas dicitur Roma vel mundus.Iſa.24.b. Et vanum eſt auxilium Aegypti, hoc eſt,mundi.Iſa.30.b.

Baſi.ſ.ps.7.61. Hila.ſ.ps.61. Gre.10.mor.15.

Vani dicuntur filij hominum in ſtateris : quando eligunt mala & temporalia : relictis bonis & æternis:vel quia vana ſperant : vel quia in homine ſperare eſt vanum. Vnde dicuntur decipere de vanitate in idipſum.pſal.61.

Hæreſes. Mēdacia iudæorū. Idololatria. Peccata. Vanæ obſeruatiōes iudæorum. Philoſophia inanis. — Arno.ſ.ps.2.25.143. Aug.ſ.ps.37. Hiero.ſ.Iere.2.&.ſ. Zach.10. Baſi.ſ.ps.37. Ori.ſ Iſa.ho.7. Gre.10.mo.13.14. Hila ſ.ps.2.

Vanitatis conſilium eſt conſilium hæreticorum.pſal.25.138.143.Iſa.59.a. Et vana loquebantur Iudæi in Chriſtum,hoc eſt,mendacia.pſal.37.40. Vanitates autem alienę,ſunt idololatria, hæreſes,& peccata.Et inania & vanitas dicuntur idola:& vani colentes ea:& vana opera ſunt inuocantium idola.Iſa.41.g. Iere. 2. a. 8. g. 10.c.16.d. Thre.4.d. Ezec. 13.a. Ion.2.d. pſal. 37. 39. 61.143. Eccl'tæ.1.a. Et inania loquuntur mentientes,& ſtridētes incantationibus ſuis. Iſa. 8.d. Et vanæ conſolantur ſomniatores, quādo hæretici promittunt ſalutem,& fruſtra loquuntur.Zac.10.a. Et fruſtra opprimit amicum ſuum hæreticus decipiendo ſimplicem:vnde nec ipſe, nec deceptus perueniunt ad fœlicitatem.Iere.22.d.Iob.11.c.27.c.31.a. Inania,quæ meditati ſunt populi, ſunt vanæ obſeruationes Iudæorum, & intelligentiæ,quas dabant legi contra Chriſtum.pſal.2. Et inanis fallacia philoſophiæ.Coloſ.2.b.

Inutilis. Mutabilis. — Hila.ſ.ps.59. Lyra.ſ.Iſa.40.

Vanus dicitur inutilis:vt vana ſalus hominis. pſal. 59. quia maledictus homo qui confidit in homine. Sic velut inane erunt iudices terræ.Iſa.40.f. quando de eis dicetur illud pſal.36. Vidi impium ſuperexaltatū,& eleuatum ſicut cedros Libani:& tranſiui, & ecce non erat: quæſiui eum,& non eſt inuentus locus eius. Vanus etiam, mutabilis.Iob.11.c. Vir vanus in ſuperbiam erigitur.

Hiero.ſ.ps.126.&.ſ. Iſai.65.&.ſ.Iere.4.

Vanum eſt ſurgere ante lucem:hoc eſt,fruſtra quæritur veritas ſine Chriſto.pſal.126. Sic fruſtra laborant:qui per labores non aſſequuntur vitam æternam.Iſa.65.d. Et fruſtra componitur qui ſine charitate virtutes colligit.Iere.4.g.

Peccare. Errare. — Gre.25 mor.15. Rup 8.ſ.gen.3. Hier.& Aug.ſ.ps.23

Exinanire vſq; ad fundamentum,eſt euerſo bene viuendi opere, etiam robur fidei diſsipare. pſal.136. Vel eſt euacuare diſciplinam,vel religionem vſq; ad nudum nomen Chriſtianū:quod ſolum ha

Gre.7.mor.17. Hiero.ſ.Mat.5.

ſolum habere conſentiunt:vt nomine ſint Iacob,operibus Eſau. Sic in vanum accipit animam ſuam,qui prauis operibus vacat:qui rebus non permanentibus eam deputat : qui ſola præſentia cogitās,quæ ſequuntur perpetua nō attēdit.Euaneſcit etiam ſal,quādo doctor errat. Mat.5.b.

Aug.ſ.ps.118. cōcio. 12. — Inanis gloria.

Vanitas non videnda, eſt inanis gloria hominum:propter quam, qui bene operantur, dicū-tur videre vanitatem.pſal.118.

Gre.33.mo.24.

Fruſtrabitur Leuiathan ſpes eius.Iob.4.d.quia tam diabolus,quàm corpus eius,hoc eſt,omnes iniqui,qui diſtrictionē iuſtitiæ diuinæ non metuunt, incaſſum ſibi de miſericordia Dei blandiuntur.

Aug.ſ.ps.138.

In vanitate accipiunt hæreſiarchæ ciuitates ſuas:quando populos ſuis vanis erroribus conſentire faciunt.ps.138.

Gre.18.mor.14.

Fruſtra dicitur conflare cōflator, quum hæretici patiuntur tribulationes,nec tamen errores ſuos deſerunt.Iere.6.c.

Beda.ſ.Exo.20.

In vanum dicitur aſſumere nomen Dei,qui exiſtimat creaturam filium Dei: quia omnis viſibilis creatura vanitati ſubiecta eſt.Exo.20.a.

## Vaniloquus, Vaniloquium.

Ori.ſ.Mat.ho.24.

VAniloquus dicitur, qui vanæ loquitur:& vaniloquium ipſe ſermo vanus.Vaniloquium autem,in quod aliqui conuerſi dicuntur.1.Timo.1.b. Erat, quia docebant literam legis ſeruare,quæ iam erat inutilis.

## Vapor.

Glo.ord.ſ. Leui.16. Rup.4. de operibus ſpiritusſancti.7.ſ.& Ioel.2. — Doctrina paſsionis. Virtu. orationis. Compunctio.

VApor dicitur humoris alicuius exhalatio:& propriè vapor eſt exhalatio calida & humida. Vapor aromatum. Leuit. 16. c. deſignat doctrinam paſsionis Chriſti : & vitutem orationis:& præterea compunctionem pœnitentiæ:quæ grata eſt Deo.

Hiero.ſ.Eze.8. — Fætor peccatorum.

Vapor nebulę thuris oblati idolis. Eze.8.e. fætorem errorum & peccatorum Deo abominabilem deſignat.

Hiere.ſ.Ioel.2. — Cæcitas iudæorum.

Vapor fumi cæcitatem,ſeu obtenebrationem Iudæorum deſignare poteſt.Ioel.2.g.

## Vapulare, uide Flagellare. Variare, Varius, uide Diuerſus. Vas.

VAs eſt inſtrumentum,ad aliquid capiendum idoneum:cuius varia ſunt genera,ad vſus humanos inuenta : de quorum multis in proprijs ipſorum locis tractatur.

Amb.ſer.83. Geor.vene. canti.2. tono.3.cap.17. Aug.cōtra Fulgēti. Hier ſ.ps.30. — Caro Chriſti. Chriſtus.

Vas fictile deſignare poteſt carnē Chriſti.Leui.14.a. Ipſa eſt vas nouum, in quod miſit Eliſæus ſal : quando videlicet ſapientia Dei miſſa eſt in corpus fragilitatis humanæ. 4. Reg.2.d. Dicitur autem vas nouum:quia caro eius nouo ordine generata eſt : vas etiam admirabile dicitur ipſe Chriſtus verus ſol. Eccl'i.43. a. Iudicabatur autem eſſe vas perditum apud Iudæos. pſalm. 30.

Virgo Maria.

Vas admirabile dici poteſt de beatiſsima virgine Maria, in qua Deus mirabilia operatus eſt. Eccl'i.43.a.

Dionyſ.cœleſ. hierar.15. — Angeli & virtutes eorum.

Vaſa geometrica atq; fabrilia angelorum, ſignificare poſſunt fundandi & conſtruendi ac perficiendi vim, & quæq; alia ſunt prouidentiæ illius munera, quæ inferiora promouet atque conuertit: interdum & diuinorum in nos iudiciorum ſigna ſunt, quæ finguntur ſanctorum angelorum inſtrumenta, alijs quidem ſignificantibus emendantem diſciplinam, ſiue iuſtitiam punientem. Alijs vero mœſtorum caſuum ereptionem, ſiue diſciplinæ finem,ſiue prioris fœlicitatis receptionem, ſeu aliorum quoq; munerum adiectionē,ſiue illa parua,ſiue magna, ſiue carnalia, ſiue intelligibilia ſint. Eze.40.a. Vaſa etiam aurea & argentea, ipſos angelos ſignificare poſſunt.Exo.12.e.

Amb.ſer.67. Hiero.ſ.Iſa.11. Au.de vnit.eccle.10 — Eccleſia. Mundus.

Vas linteum,quod vidit Petrus diuerſis animalibus plenum. Acto.10.b. Eccleſiam ſignificare poteſt. Vel ipſum mundū, qui quatuor partibus continetur,Oriente, Occidente,Auſtro, & Aquilone.

Iſyc.ſ.Leui.11. Amb.1.d. Abra.9.& 2. de Abra.9.&.ſ. Luc.17. Hiero.ſ.Iſa.66.&.ſ. Iere.14. Ori.ſ.Mat.ho.32. Hila.ſ.Mat.cano.27 Aug.epiſ.120.cap.33. &.83.q.59. — Homines. Corpora humana. Anima.

Vaſa generaliter homines ſignificant, qui variantur ſecundum merita & uirtutes. Leui.11.f. Vaſa quidem argentea, dici poſſunt corpora eloquijs diuinis fulgentia : & vaſa aurea & argentea ſunt anima & corpus. Gen. 24. Exod. 3. g. 11. a. 12. e. Et vaſa munda ſunt corpora ſancta. Iſa. 66. g. Vaſa etiam aurea ſunt corpora prudentium, & mentes bene ſenſatæ. Exod. 35. c. Vaſa quoque vbi extinguntur,quæ emuncta ſunt,ſunt corpora ſpiritualia.Exo.25.d.Vaſa quoque olei ſunt corda, vel animæ,aut etiam corpora. Matth.25.a. Luc. 17. g. Et vaſa pſalmi ſunt corda.pſal.70. Et vaſa tabernaculi, ſunt mentes fidelium.Num.3.b.4.a. Et vaſa vacua,mentes ſine ſcientia Dei.Iere.14.a.

Arno.ſ.ps.70.Gre.2.dialog.2.

Baſi. q. de. non eſt cauſa malorum. — Sancti.

Vaſa tabernaculi aurea & argentea ſunt ſancti : aurea quidem, qui puriores ſunt moribus: argentea



Hiero.ſ.Iſa.52. &.ſ. Hoſe.5. Gre.2.paſto.2. Iſyc.ſ.Leui.7.8. Gre.18.mo.32.

argentea vero minores dignitate. Exod.25. d. 40. b. Eoſdem deſignant vaſa candelabri, & vaſa ænea ſunt perſeuerantes, & fidem reſonantes, & fortes. Exod. 27. a. 35. c. 37. c. Leuit. 6. d. 8. b. Vaſa quoq; altaris,quæ & vaſa domini dicuntur, ſunt ſancti. Iſa.52. d. 2. Timo.2. c. Omnis autem armatura Dei includitur ſub vaſis domini. 3. Reg. 7. g. Vaſa etiam deſiderabilia, erant ſancti in limbo. Hoſe. 5. d. Vaſa excelſa & eminentia, erant Elias & Ieremias, & cæteri patriarchæ, & prophetæ excellentes virtute : qui non commutabuntur pro ſapientia, quæ eſt Chriſtus. Iob. 28. c. Et vaſa ænea, in quibus coquitur hoſtia pro peccato, ſunt fortiter ſuſcipientes paſsionem Chriſti : qui per fricationem operum pœnitentiæ mundantur. Leuit. 6. d. Vaſa etiam diuerſa ſunt diuerſi doctores, & auditores, & diuerſa officia in eccleſia: & vaſa ænea propter prædicationem. Iſa. 22. g. Et vas electionis dictus eſt Paulus, quia legis & ſanctarum ſcripturarum armarium erat. Acto. 9. c. Vas deſiderabile, theſaurus præcioſus dicitur omnis electus : quæ vaſa Chriſtus fortior aufert à diabolo forti. Hoſe. 13 d. Matth. 12. c.

Patriarchæ & prophetæ. Pœnitentes. Prœdicatores. Auditores. — Hiero.ſ.Iſa.22. & p log. FF Ambroſius. Rup.ſ.Hoſe.13.

Vita mediocris. Fortes. — Glo.inter.ſ.Leui.11. Iſyc.ſ.Leui.15. Gre.ſ.Eze.ho.21.

Vaſa lignea & ſaxea,vitam mediocrem deſignare poſſunt: & etiam eos, qui fortiores ſunt ad reſiſtendum. Leui.11. e. 15. b. Et vaſa in menſis ſacrificiorum ſunt minores,qui ſuſtentantur à doctoribus,& prælatis.Eze.40.f.

Potentes in ſeculo. — Hiero.ſ.Iob.28.

Vaſa auri excelſa & eminentia,dicuntur, qui clari & dignitate inſignes, & diuitiarum gloria ſplendent in hoc ſeculo.Iob.28.c.

Homo cōtritus. — Hila.ſ.ps.2. Amb.ſ.2.Cor.4. Iſyc.ſ.Leui.6.11.

Vas fictile dicitur homo contritus per pœnitentiam,aut mortem,& renouatus gratia,ac reſurrectione.pſal.2.Iere.18.a. Thre.4.a. Conteritur autem hoc vas fictile,quum in eo cocta fuerit hoſtia pro peccato:quia videns pœnitentiam in eccleſia, noluit ipſe ceſſare à peccatis:ideo punitur.Leui.6.d.11.f.

Peccatores. Hæretici. Schiſmatici. — Baſi. q. Deus nō eſt cauſa mali. Ori.ſ.Num.ho.9. Iſyc.ſ.Leui.11.15. Ori.ſ.Iere.ho.3. Hil.ſ.Matt.cano 12. Hiero.ſ.Hoſe.5. Aug.ſ.ps.58. Beda.ſ.Pro.26.

Vaſa lignea,ſignificare poſſunt peccatores, igni deſtinatos. Et vas fictile deſignat terrenum & peccatorem, & pronum ad malum. Leui. 6. d. 11. f. 15. b. Dicuntur etiam vaſa teſtea. Thr. 4. a. deſignant etiam vaſa lignea & fictilia in contumeliā facta, hæreticos, & ſchiſmaticos, & impiè viuentes. 2. Timo. 2. c. Vaſa quoq; iræ dicuntur mali & reprobi. Iere. 50. d. Roma. e. Verum quum dicuntur vaſa iræ & miſericordiæ, & quædam in honorem, quædam in contumeliam,dicitur de his, qui ſunt intra eccleſiam. Nam qui ſunt extra, neq; vaſa iræ neq; miſericordiæ propriè dicuntur. Vaſa quoq; fortis, ſunt peccatores & hæretici, qui ſunt vaſa diaboli. Matth. 12. c. Iſa.54.d. Et vaſa deſiderabilia ſunt diſcipuli hæreticorum.Hoſe.5.d.Nahū. 2. c. Vas etiam fictile, dicitur cor peſsimum.Pro.26.d.

Iudæi. Hæretici. — Hiero.ſ.Hoſe.8. Rup.ſ.Hoſe.8. Ori.ſ.gen.ho.17.

Vas immundum apud Hebræos ſignificat matulam, cui comparatur Ephraim, hoc eſt, Iſrael, ſeu Iudæi, propter blaſphemias & mendacia, quæ protulerunt in Chriſtum : & quia habent inhabitantem immundum ſpiritum : quod etiam dicitur de hæreticis. Hoſe. 8. a. Vaſa etiam pugnantia iniquitatis dicti ſunt Simeon & Leui, deſignantes Iudæos, qui pugnarunt aduerſus Chriſtum. Gene. 49. a.

Gentiles.

Vaſa ænea Tyri deſignant eos, qui inter gentiles ſimilitudinem habebant virtutis. Ezech. 27. c.

Loquax. — Rup.ſ.Num. 6.

Vas ſine operculo dici poteſt, qui non habet frænum in lingua, nec ſcit tenere ſecretum. Num. 19. c.

Sacra ſcriptura. Litera ſacræ ſcripturæ. — Hiero.ſ.Dani.1.5.& ſ.Ezech.16. Ori.ſ.Eze.ho.7.& ſ. Iere.ho.2. Hiero.ſ.ps.77.

Vaſa quandoq; ſignificare poſſunt libros ſacros : & vaſa templi ſunt veritates ſacræ ſcripturæ. Exod. 22. a. 3. Reg. 7. g. Iſa. 52. c. Dani. 1. a. Et vaſa cantici Dauid eandem ſacram ſcripturam deſignant. Amos. 6. a. Vaſa quoque decoris ex auro & argento Dei, ſunt lex & prophetæ. Ezech. 16. b. Et vaſa aurea & argentea templi, in quibus bibebat Balthaſar & cæteri, ſunt autoritates ſacræ ſcripturę, quibus abutuntur hæretici. Dani. 5. a. Vas etiam fictile, eſt ſimplex ſcripturæ ſermo. Vnde theſaurum ſenſuum ſpiritualium in vaſis fictilibus, hoc eſt, in ſimplicibus verbis habere dicimur.2. Cor.4.b.

Senſus ſpūalis. Doctrina euāgelica — Beda.ſ.Pro.25. Caſsia.libr.2. cap.3.

Vas argenti puriſsimum dici poteſt ſenſus ſpiritualis eductus è rubigine literæ. Pro.25.a. Dicuntur quoq; vaſa argentea myſteria ſacræ ſcripturæ cum eloquentia reſonantia. Gene. 24.f. Et vas linteum,quod vidit Petrus. Acto.10.b. eſt doctrina euangelica.

Intelligētia diuinitatis. — Gre.30.mo.10. Glo.ord.ſ.Exo. 25.

Vas aureum in donaria domini ſeparatum, eſt diuinitatis intelligentia : quæ tanto ab inferiorum amore diſiungitur, quanto ad ſola, quæ æterna ſunt, amanda ſubleuatur. Exod. 35. c.

Mens ſancta. Conſcientia. Potentiæ animæ. — Cyril.3.ſ.Ioan.34. Aug.ſ.ps.140. Gre.ho.12. Geor. vene.canti. 1. tono.6.cap.10.

Vas aureum, in quo poſuit Aaron manna. Exod. 16. g. deſignat mentem ſanctam in qua ponit Aaron, id eſt, Chriſtus cœleſtem theſaurum. Et vaſa in quibus habendum eſt oleum. Matth.25.a. ſunt corda humana, vel propria cuiuſq; conſcientia : vt gloria noſtra ſit teſtimonium conſcientiæ noſtræ : Vaſa etiam aurea & argentea templi quibus abuſus eſt Balthaſar & Babylonij, deſignare poſſunt potentias animę:quæ cum ſint ad Dei cultum dedicatæ,male tamen eis homines abutuntur. Dani.5.a.

Virtutū ornamēta. — Hiero.ſ.Eze.23.

Vaſa aurea & argentea, quæ dedit ſeruus Abrahæ Rebeccæ, ſunt virtutum ornamenta tradita eccleſiæ ex gentibus. Gene. 24.d. Vaſa quoque gloriæ dicebantur vaſa templi,quæ deſignant

gnant virtutes animæ.Eze.23.d.

Aug.2. doctri.chriſtia.40. Cyril de adorat. in ſpũ ſancto.
Doctrinæ philoſophorum.

Vaſa aurea & argentea Aegypti,quæ tulerunt filij Iſrael. Exod.3.g.11.a.12.e. deſignare poſſunt eloquentiam, & ſententias philoſophorum : & poëtarum : & virtutes quaſi naturales: quæ poſtea conuertuntur in obſequium Dei.

Ori.ſ. Mat.ho.13.
Beatitudo.

Vaſa,in quæ mittuntur boni piſces,deſignare poſſunt beatitudinem,& diuerſos gradus gloriæ. Matth.13.f.Eccl'i.43.a.

Aug.ſer.106. Gre.ſ.Eze.ho.3.
Venientes ad fidem ex gentibus.

Vaſa vicinorum implenda oleo.4.Reg.4.a.ſunt venientes ad fidem ex gentibus:& qui vacui erant amore Dei, & gratia ſpiritusſancti,qua recipientes fidem implentur.

Gre.ſ.1.Reg.6.

Vaſa aurea dicta ſunt poſterius, quæ prius ſimilitudines anorum & murium dicebantur. 1. Reg.6.b. quia poſt longam pœnitentiam non ita particulatim intuemur peccata, vt in principio conuerſionis:atq; ideo honeſtiori appellantur vocabulo.

Baſi.ſ.ps.7. Aug.ſ.ps.7.
Vis exterminatiua hominum.

Vaſa mortis virtutem exterminatiuam hominum ſignificare poſſunt. pſalm. 7. Ezech. 9. a. Et vaſa furoris domini, ſeu vaſa iræ ſunt, per quos Deus exercet vindictam. Iſa. 13. a. Iere. 50. d. Vaſa etiam mortis, ſunt hæretici, & in bonum ſunt prædicatores,qui occidunt impios, vt iuſtificentur.

Hier.ſ.Iſa.18.32.65. &.ſ.Zach.11. Gre.23.mor.9. Rup.1.ſ.Exo.9. Glo.ord ſ.Zach.11.
Libri hæreticorum. Hæretici. Fallaciæ Antichri. Doctorũ ſecularium corda. Mali doctores.

Vaſa papyri, dicuntur libri hæreticorum, vel ipſi hæretici. Iſa.18.a. Vaſa quoq; hæreticorum ſunt eorum corpora,vel libri. Iſa.65.a. Et vaſa fraudulenti ſunt verba fallacia phariſæorum & hæreticorum. Iſa.32.b. Et vaſa paſtoris ſtulti, quæ ſunt inſignia paſtorum, vt pera, baculus, fiſtula, ſibilus, deſignant ea,quibus vtetur Antichriſtus ad decipiendum : vt prędicationem, vaticinium, miracula ficta, & ſimilia. Zach.11.d. Vaſa etiam papyri ſunt corda doctorum ſecularium. Vaſa item precioſa, quæ cadunt,ſunt mali doctores.Iere.25.c.

Gre.22.mo.19.

Vaſa interitus in manibus ſex virorum.Eze.9.a. deſignant,quòd vnaquæq; generatio, ſingulis quibuſq; ætatibus euoluta, ante redemptoris aduentum, in ſua operatione habuit, vnde pœnam damnationis ſumpſit.

Ber.ſer.paruo.64.
Lachrymæ cũ cõpunctione.

Vas aquæ fontem lachrymarum ſignificare poteſt cum cordis compunctione. 3. Regum.19.a.

Glo.inter.ſ. Iudith.16.
Arma. Animæ ſubiectę diabolo.

Vaſa bellica dici ſolent arma.Iudith.16.c. vniuerſa vaſa bellica Holophernis : ſignificantur autem animæ, quas diabolus ſubegerat,quæ dicuntur vaſa fortis.

Vaſa pſalmi,Vide Canere.

## *Vaſtare, uide Deſtruere.*

## *Vaſthi.*

Glo.inter. ſ.Eſth.1.
Plebs iudaica.

VAſthi,id eſt, bibens, aut potans, vel duplicans, aut ponens, vel ſtamen : vxor Aſſueri regis, ab eo repudiata propter ſuperbiam. Eſth.1.d. Typus eſt plebis Iudaicæ à Deo repudiatæ.

## *Vaſtus, uide Magnus. Vaticinari, uide Prophetare.*

## *Vber, Vbertas, uide Abundare.*

## *Vbera, Mammæ.*

VBera, ſeu hubera, ſignificant mammas, quæ ſunt receptacula lactis in fœminis : quanquàm propriè vbera dici videntur interiora mammarum : mammæ vero vberum eminentiæ.

Ori.ſ.canti.ho.1.2. Ber.ſ.cant.ſer.9. Rup.ſ.canti.1. Gre.ſ.canti.1. Lyra.ſ.canti.1.
Fons gratiarum. Cor Chriſti. Lõganimitas & miſericordia. Dilectio Dei & proximi. Plenitudo mię Dei.

Vbera in ſponſo fontem gratiarum ſignificant in Chriſto,aut cor ipſius Chriſti, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi:aut dona gratiæ in remiſsionem peccatorum, & in diuiſionem gratiarum: vel dulcedinem ſpiritusſancti.Canti.1.a. Gen.49.d. Vel deſignãt longanimitatem in expectando peccatores, & facilitatem in condemnando. Vel ſignificant dilectionem Dei & proximi : quæ meliora ſunt vino, hoc eſt, cura rerum temporalium. Hoc idem deſignant vbera ſponſæ.Canti.1.d. Item plenitudinem miſericordiæ Dei : quæ dulcior eſt humanæ menti,quàm vinum guſtui.

Amb. de Iſaac.3.& de bñdic.pa̅tri.11. Hier.ſ.Iſa.66.&.ſ. Ioel.2.&.ſ.ps.21. Au.ſ epiſ. ioã trac.3 Gre.21.mor.1. Beda.ſ.Pro.5.7.30. Glo.ord.ſ.canti.1.
Vtrunq; teſtamentũ. Litera & ſpiritus. Tabulæ legis. Simplicior doctrina.

Vbera ſæpe ſignificant vtrunq; teſtamentum : & dogmata interioris ſapientiæ & diſciplinæ:ad quæ pertinent beatitudines vberũ.Gen.49.d.Iſa.66.d. Ioel.2.d.vel vbera matris deſignant legem ſynagogæ : & duo vbera habent, qui literam & ſpiritum ſuſcipiunt : ſed Iudæi vnum tantum uber amplexi ſunt : quia literam tantummodo legis obſeruant.pſal.21.Prouerb. 5.d.7.c.30.d. Apoc.1.c. Vbera quoque vnde elicitur lac, tabulas legis deſignant, vnde ſimplicior doctrina miniſtrabatur : quia inſtructiones ſponſi, quæ ſunt lac & nutrimenta puerorum, ſunt meliores alijs doctrinis,quæ non fouent ſed occidunt ſimplices : ſicut vinum enecat pueros.Canti.1.a.

Vbera etiã



Blanda monitio minorum

Vbera etiam ſignificãt doctrinam,& blandam monitionem minorum: vel congratulationẽ proferentem lac exhortationis:& compaſsionem fundentem lac conſolationis.Congratulationem in proſperis:compaſsionem in aduerſis.canti.1.a.

Baptiſmus. Simplicitas fidei.
Amb de obit.Valẽ. &.ſ.ps.118.ſer 22. Hie.ſ.Iſa.28.60.

Vbera ſponſæ,hoc eſt,eccleſiæ,deſignant ſacramentum baptiſmi:& etiam ſapientiam veteris ac noui teſtamenti:quæ vbera dicuntur ſicut turres.cantic.7.c.8.c. Item ſimpliciorem doctrinam paſcendis infantibus aptam.Iſa.28.c.Et vbera Hieruſalem tumentia dicunt ſimplicitatem fidei.Ezech.23.a.Et mamilla regum eſt doctrina ſimplex apoſtolorum.Iſa.60.c.

Angeli
Geor.vene. canti.1. ton.4.cap.12.

Vbera quoq; ſponſæ dicuntur principatus, archangeli & angeli : vt per ipſos nos paſcat Deus:ſicut pauit electam familiam illam Iſraeliticam in terra lacte & melle manante.

Fideles
Gre.24.mor.10.&.ſ. cant 7.

Vbera præterea ſponſæ ſunt fideles in eccleſia ex Iudæis & gentibus venientes. Canticor. 4.c.7.b.

Prædicatores.
Gre.30.mor.22.&.ſ cant.4.

Deſignant etiam prædicatores:qui per intimam contemplationem inhærent pectori,vbi diuinis ſecretis paſcuntur:& tamen ſimplicioribus lac miniſtrant doctrinæ rudioris. Hæc vbera non habebat ſponſa,quando in ſolis erat apoſtolis nondum prædicantibus.canti.8.c.

Virginitas & fœcũditas Mariæ
Rup.ſ.cant.3.

Vbera ſponſæ,hoc eſt,virginis Mariæ,ſunt virginitas & fœcunditas.canti.4.a.7.b.Ipſa ſunt vbera,per quæ benedicimur benedictionibus vberum.gen.49.d.

Pectus. Bona opera cum doctrina. Diſſoluta opera
Ori.ſ.cant.ho.2.&.ſ Eze.ho.6. Gre ſ.cant.4.7. Ber.ſ.can.ſe.9.10.43

Vbera ſponſæ,hoc eſt,animæ deſignant pectus aut cor, in quo moratur ſponſus tanquam inter vbera.cantic.1.b.Item bona opera & doctrina:& etiam cogitatio & mens. Et vbera alligata ſignificant ſenſum rigidum,& ſermonem non defluentem: Non alligata vero ſenſum diſſolutum,& in libidinem defluentem.Eze.16.a.Et mammę fractę,ſunt impudica opera animarum.Eze.23.a.Poſſunt etiam vbera ſponſæ,deſignare dilectionem Dei & proximi:vt ſupra diximus.canti.4.c.7.c.

Vbera matris ſponſæ dici poſſunt ea,quibus humana natura ſuſtentatur in ſingulis. Cantic.8.a.

Delicię malorum. Doctrina hæreticorum.
Hie.ſ.Hoſe 2. Aug.con.Adimã.23 Gre.19.mor.15.

Vbera in malis ſunt miniſtrantia venenum:& deſignant delicias,& ſuper hæc vbera eſt plãgendum.Iſa.28.c.32.c. Et mammæ lamiarum deſignant exteriorem cultum Iudæorum & hypocritarum:& errores hereticorum.thre.4.a.In medio autem vberum dicuntur eſſe adulteria: quia hæretici in pectore habent errores.Hoſe.2.a.Sunt autem hæreticorum vbera arentia, quãdo per doctrinam ſuam non poſſunt facere diſcipulos:& talia vbera optabat illis propheta:ne videlicet in erroribus proficerent.Hoſe.9.d.

Blandimenta culpæ perpetratæ
Gre.4.mo.28.29.30

Vberibus lactari dicitur, qui ſibi poſt mala perpetrata blanditur.Et quia dum prodire culpa in vſum cœperit,nimirum ſe vel falſa ſpe diuinæ miſericordiæ, vel aperta miſeria deſperationis paſcit:vt eo nequaquam ad correctionem redeat:quo vel factorem ſuum pium ſibi inordinate ſimulat:vel hoc,quod fecit,inordinate formidat.Iob.3.b.

## *Vecors, uide Stultus.*

## *Vectare, Vehere, Subuehere.*

VEhere & vectare eſt ferre, ſed proprie ſupra ſe : ſicut nauis, equus, plauſtrum dicuntur vehere.

Suſtentare infirmos. Docere minores
Glo.inte.ſ.gene.45. Glo.or.ſ.Exo.25

Subuehere paruulos & coniuges, eſt ſuſtentare infirmos & imbecilles in fide : & docere Iudæos. Subuehere quoque ex omnibus diuitijs Aegypti, eſt prædicare doctrinam eccleſiæ. geneſ.45.f.Subuehere etiam menſam tabernaculi.Exod.25.c.eſt docere minores ſacram doctrinam.

## *Vectigal, uide Tributum.*

## *Vectis.*

VEctis eſt inſtrumentum,quo clauſum tenetur oſtium : quod manibus quaſi voluendo vehatur.Eſt etiam vectis palus è ferro vel ligno grandior,ruſticis,fabris,cęmentarijs,ad multa neceſſarius.

Chriſtus
Gre.28.mo.16

Vectis iungens tabulas tabernaculi,& tranſiens ab angulo vſq; ad angulum, ſignificat Chriſtum Iudæos & gentiles in vnam fidem copulantem.Exod.36.d. Vectis etiam roborans oſtia claudentia mare,eſt incarnatus dominus:qui hæc oſtia contra ſęuientis maris impetum, tanto valentiora oppoſuit, quanto ea ſua obſeratione roborauit.Iob.38.b. Ipſum etiam poteſt deſignare vectis candelabri.Exo.37.c.

Crux chriſti
Amb.ſer.72. Aug.ſer.100. Gre.Nyſſe. de vita Moſis.

Vectis,quo portabatur botrus ab exploratoribus terræ promiſsionis,crucem Chriſti aperte expreſsit.Num.13.c.

Angeli

Vectes arcę fœderis,ſignificare poſſunt angelos,& etiã doctores:& debebant ſemper eſſe in

na circu-

Gre.2.paſto.11. Rup.4.ſ.Exod.5.& ſ Iere.44. Glo.or.ſ.thre.2.

Doctores. Lex & prophetæ

circulis,hoc eſt,in prędicatione Chriſti.Eoſdẽ deſignant vectes menſæ,& vectes altaris. Exo. 25.b.27.a.35.b.36.d.37.a.38.a.40.b.Idem dicendum de vecte candelabri. Erant autem vectes de lignis Cethim & inaurati:& ſecundum quòd ſemper erant in circulis, deſignant doctores ſemper paratos eſſe debere ad reddendam omni poſcenti rationem,de ea, quę in eis eſt,ſpe.3. reg.8.a.2.par.5.b.1.Petri.3.c.Vectes etiam portarum Hieruſalẽ,ſunt lex & prophetæ : aut etiã doctores Iudæorum,& eccleſiæ.thre.2.c.

Hie.ſ.Iob.38. Gre.28.mor.19

Charitas. Præcepta.

Vectes maris charitatem ſignificare poſſunt:quæ affectuum impetus retinet, ne rationis limites tranſgrediantur.Item præcepta ſpiritualia,quæ Chriſtus docuit, ad laſciuos motus retinendos.Iob.38.b.

Glo.int.ſ. Exo.26. Rup.4.ſ.Exo.12.

Libri Moſis. Diuites eccleſiæ.

Vectes quinq; continentes tabulas tabernaculi, deſignare poſſunt quinq; libros Moſis: & erant operti auro,hoc eſt,ſpirituali intelligentia.Exo.26.e.35.b.36.d. Deſignant etiam diuites in eccleſia ſuſtentantes doctores temporalibus:qui in eadem fide eis nectuntur.

Hi.ſ.Nahum.3.

Naturale bonum

Vectes Niniue naturale bonum,quod in anima eſſe videtur,deſignant : quod prohibet aliquando ingreſſum hoſtium in animam.Nahum.3.c.

Ricar.de.ſ.victo.2. de arca myſti.25.

Admiratio & exultatio.

Vectes arcę duo in circulis,ſunt admiratio & exultatio,ſuſtentantes & portantes arcam cõtemplationis:ſunt de lignis Cethim:vt ſint per fortitudinem inflexibiles, & per longanimitatẽ incorruptibiles. Deaurati autem per diſcretionem. Admiratio eſt in circulis ſcientiæ & præſcientiæ:exultatio in circulis prædeſtinationis & diſpoſitionis.

Rup.ſ.Ionam.2.

Vectes terræ concludentes Ionam,fuerunt principes Iudæorum muniẽtes ſepulcrum Chri. Ionę.2.d.

Hie.ſ. Ezec.38.&.ſ. Amos.1.

Munimenta hæreticorum

Vectes Moab,deſignant firmamenta hæreticorum:& ſcientiam ſecularem:& vectes Babylonis,munimenta diaboli.Iſa.15.b.43.c.Eze.38.d.Et vectes Damaſci ſunt defenſores hæreticorum:qui male ab illis inuenta,ſophiſmatibus roborare conantur.Amos.1.c.

Hiero.ſ.Iſa.27.&.ſ. Ionam.2. Arno ſ.ps.106 Caſsia.lib.5.cap.2. Ricar.de.ſ.victo.de ſecuri.conſcien.25.

Diabolus. Vitia & rebellio audax.

Vectis ſerpens dictus eſt Leuiathan.Iſa.27.a.quia diabolus in ipſo deſignatus, eſt fortis & durus. Vectes quoq; ferrei ſunt dęmones.ps.106.Ionę.2.c.

Vectes ferrei,quos frangit Deus,dici poſſunt vitia impedientia veri cognitionem : & etiam rebellio audax,quæ omne bonum videtur impedire.Iſa.45.a.ps.106.

## Vegetare.

VEgetare eſt recreare, roborare, conſeruare, ſeu longo tempore in ſanitate eſſe facere. geneſ.9.c.

## Vehemens.

VEhemens eſt graue,magnum,vrgens,& acre.

Hie.ſ.ps.47. Gre 4 mor.21. &.5. mor.25. Glo.int.ſ.Exo.14.

Virtus ſpũſancti.

Vehemens ſpiritus.ps.47.actor.2.a.vim ſpiritusſancti ad conuertendos infideles exprimit:& etiam vim compunctionis.Dicitur autem vehemens, quia quantumlibet cognitionem Dei in nobis temperet, aduentu tamen ſuo, infirmitatis noſtræ cęcitatem illuminando perturbat. Vehementiſsimus etiam ventus eſt ſpiritusſanctus exiccans mundanam ſapientiam. Exo.14.c.

Auxilium Dei. Ira Dei

Vehementiſsimus etiam ventus,ſignificare poteſt interdum quidem auxilium Dei forte & eficax ad liberandum : nonnunquam vero grauem iram eius ad puniendum.Exo.10.c.14.c.

Hie.ſ.Iob.38.

Prædicatio euãgelij

Vehementiſsimus imber euangelij prædicationem quandoq; ſignificat.Iob. 38.c. Quis dedit vehementiſsimo imbri curſum?

Gre.2.mor.28

Graues tentationes & tribulationes.

Vehemens abyſſus,graues tentationes aut tribulationes deſignat. Iſa.51. d. Idem eſt ventus vehemens.Iob.1.d.

## Velare Velamen, Velum.

VElare eſt tegere & operire:Velamen autem eſt,quo aliquid tegitur,quod & velum dicitur.

Aug.ſ.ps.60.

Diuina protectio

Velamentum alarum Dei diuinam protectionem ſignificat.ps.60.62. Eſt quidem grauis ęſtus ſeculi:ſed maior eſt vmbra alarum Dei.

Ori.ſ.Iſa.ho.1. Am.3 de ſpũſctõ.22. Hie.epiſ.Et factũ ẽ. Rup.2.ſ.Iſa.28

Occultatio priorũ & poſteriorum Dei. Prædicatio diuinitatis & humanitatis Chriſti.

Velantia Seraphim faciem & pedes Dei. Iſa. 6. a. deſignabant prima & nouiſsima Dei,aut principium & finem Dei incognita nobis eſſe : ſed ſola media cognoſci. Et quòd ignoratur quid ante mundum fuerit,quidue futurum ſit:ſed quæ ſunt in mundo cognoſci. Velabant etiã apoſtoli faciem Dei,quando prædicabant diuinitatem Chriſti,ſed non omnibus:& pedes,prædicando humanitatem

Gre.ſ.Eze.ho.7.

Occultatio diuinorum. Remiſsio pctõrum.

Velantia animalia corpus duabus alis.Ezech.1.f.deſignabant ex parte occultari nobis diuina:vel per timorem & pœnitentiam tegi peccata noſtra:& per amorem Dei & proximi.

Iſy.ſ.Leui.4.16. Cyril.4.ſ.Ioan.28. Gre.Nyſ.d vi. Mo. Cle.Alex.5 ſtroma. Hie.ſ.Mar.15.

Humanitas Chriſti. Cœlum. Elementa.

Velum templi diuidens inter ſanctuarium & ſanctum ſanctorum typus eſt humanitatis Chriſti,& carnis eius:quæ diuidit eccleſiam militantem à cœleſti.Leui.4.a.Hebrę.9.a.

VElum etiam templi typus erat cœli:quo teguntur ſuper cœleſtia:Item elementorum:vnde velum erat quatuor coloribus variegatum. Quę autem intra velum erãt, mũdũ intelligibilem deſig-



Obliuio. Mortalitas.

Ricar.de.ſ.victo 4. de arca myſti.23. Gre.ſ.Eze.ho.22.

nabant: quæ vero extra,ſenſibilem.Deſignabat etiam obliuionem omnium,quam debet habere,qui ingreſſurus eſt ad contuenda myſteria:vt ſit in extaſi.Item obſtaculum mortalitatis noſtræ,ne diuina videre poſsimus.

Occultatio myſteriorum legis.

Ori ſ Exo.ho.12.& ſ.Ioſu.h.1.&.ſ. cãti. ho.2. Tert.aduе.Marcio. Philo.de gigantib. Hie.epi.Ignota vu. Gre.18.mor.23. Cyril.12.ſ. Ioan.37. & de ado.in ſpũſan. Rup.5.ſ reg.12.

Velamen,quo Moſes faciem ſuam tegebat. Exo.34.g. deſignat literam legis tegentem eius myſteria.Hoc velamen non erat poſitum Ioſue : ſed qui non rectè audiunt, velamen habent poſitum.2.cor.3.c.Velum etiam templi occultationem myſteriorum legis ſignificabat, ſimul oſtendens non omnibus aditum eſſe ad myſteria:ſed ſolis mundis.Exo.26.f.27.c.30.a.35.b.36. d.40.a.Leui. 4.b.16.a.Hebrę.9.a.Ideo ſciſſum eſt in paſsione Chriſti.Matth. 27. f. Eſt autem ſciſſum velum exterius.Nam interius claudit cœleſtia:intra quod velum non ſunt opiniones. Deſignat etiam velamen impedimenta cognoſcendæ veritatis.

Humilitas cognoſcentis diuina.

Velans Elias faciem ſuam audito ſibilo Dei.3. reg. 19.c. deſignabat humilitatem cognoſcentis diuina:vt quo plura cognoſcit,amplius humilietur,vt ſapiat ad ſobrietatem. Eſt etiam nil corporale de Deo intelligere.

Operimentũ virtutum & operum.

Gre.16.mor.24. Glo.or.ſ.Iob.24

Velamen interdum deſignat operimentum virtutum, vel bonorum operum, quo quiſque tegitur:vt ante omnipotentis Dei oculos,prauitatis eius fœditas operiatur.Iob. 24.b. De quo velamine dicitur pſalm. 31. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.

Pudor.

Velamen oculorum pudorem deſignare videtur.gen.20.d.Hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes,qui tecum ſunt.

Velamentum tabernaculi de pellibus hyacinthinis.Exo.36.c.vide pellis.

Cõfuſio peccati

Ori.ſ.Eze.13. Hie.ſ.Eze.24.

Velamen ſuper caput confuſionem peccati,aut eius blandimẽta deſignat. Eze.13.1.cor.11.b.

Non velans Ezechiel faciem in morte vxoris.Eze.24.e.Innuebat non eſſe deflendam Hieruſalem in eius vltima ſubuerſione.

## Velle, Voluntas, Voluntarius.

VElle dicit actum voluntatis:voluntas autem in homine eſt potentia appetitiua rationalis: & ipſe motus ſeu actus & ſtudium.Velle autem quandoq; eſt approbare.ps.50. Si voluiſſes ſacrificium,dediſſem.Conſentire.Exo.7.c.Non vult dimittere populum.Conſulere.Galat. 6.c.Volunt vos circuncidi.Delectare.gen.27.b.Sicut velle nouerat patrem illius. Diſponere. deut.1.c.Bona res eſt,quam vis facere.Optare.gen.22.b.Quid vis fili mi?Perficere.Exod.33.d. Miſerebor cuius voluero.Placere.gen.24.g.Vis ire cum homine iſto?Ratione moueri. Marc. 14.d.Non quod ego volo,ſed quod tu.Significare.geneſ.21.d. Quid ſibi volunt ſeptem agnæ? Statuere.gen.29.e.Quid eſt,quod facere voluiſti?Tentare.Numer.14.b. Lapidibus vellet eos opprimere.

Lex. Præcepta. Conſilia. Opus redẽptionis

Aug.epi.59.&.2. ſer. domi.in monte. Hie.ſ.Iſa.56

Voluntas Dei aliquando dicitur obiectum voluntatis eius,hoc eſt,quæ vul Deus : iuxta illud pſal.39.Vt facerem voluntatem tuam.Hæc autem ſunt lex & præcepta,& conſilia, & etiã opera eius miranda:& opus redẽptionis:quæ oĩa pertinent ad voluntatẽ, quæ dicitur ſigni.ps. 15.110.142.Iſa.56.b.Mat.6.b.His adiunguntur gratiæ gratis datæ. Voluntatis Dei vir dicitur, qui eius facit voluntatem:Peculiariter autem filius;in quo ſibi complacuit.Iſa.46.d.

Volũtas beneplaciti.

Gre.16.mor.19. Aug.ſ.ps.110. Baſi.ſ.ps.29 Gre.ſ.1.reg.2.

Voluntas Dei,quæ fit,eſt voluntas,quæ dicitur beneplaciti:quæ eſt decretum Dei. gen.50. c.Num Dei poſſumus reſiſtere voluntati?Iſa.46.c.Iob.23.d.37.b.Dicuntur opera domini exquiſita in omnes voluntates eius:quia in omnibus ſiue bene agentibus,ſiue peccantibus implet ſuam voluntatem.In voluntate autem Dei dicitur eſſe vita:quia dat gratiã ſine meritis,ſed non pœnam.ps.29.Dicitur autem dominus velle occidere,hoc eſt,punire æternaliter obſtinatos. 1.reg.2.c.

Glo.or.ſ.gen.27.

Volens Iſaac pulmentum.gen.27.a.c.Eſt Deus volens opera noſtra bona.

Deſiderium.

Baſi.ſ.ps.33. Glo.inte.ſ.gen.24.

Voluntas aliquãdo eſt deſideriũ.ps.33.Quis eſt homo,q vult vitam? Sic voluntas Rebeccæ quæſita eſt ad coniugium:vt deſignetur neminem,niſi volentem credere. gen.24.f.

Hie.ſ.Mala.1.

Non eſt voluntas Dei in ſacerdotibus veteris legis.Mala.1.c.quia illud ſacerdotium nõ erat perpetuum:ſed erat ceſſaturum,adueniente Chriſto vero ſacerdote.

Paſsio Chriſti.

Hila.ſ.ps.53.

Voluntarium ſacrificium fuit paſsio Chriſti:ad quã ipſe ſe obtulit:quia voluit.ps.53.Iſa.53.c.

Intentio. Votum

Aug.ſ ps.53. Hila.ſ ps.118. Am.ſ.ps.118.ſer.14. Ricar.de ſ victo.de exter.mali 25. Gre.21.mor.12.

Voluntas aliquando eſt intentio.deut.23.c.Propria volũtate & ore tuo loquutus es. Volũtariè autem ſacrificat Deo,qui eum laudat,non propter aliquid creatum,quod ab eo expectet: ſed ſolum propter eius voluntatem.ps.53.Et voluntaria oris ſignificare poſſunt conſilia euangelica:quæ quis ſponte vouit.Vel deſignant ſpontaneam prædicationem.ps.118.Et hoc eſt,voluntarium offerre ad opus tabernaculi.Exo.35.a.Voluntaria quoq; oris ſunt, quæ ore probamus.Alia ſunt autem ſæpe voluntaria oris,alia beneplacita cordis :quando videlicet alia ſunt, quæ mente concupiſcimus,alia quæ ore probamus.Volũtaria oris beneplacita facit Deus,quãdo quicquid placet ex diſcretione,placet ex delectatione:& ſola libent ex delectatione, quæ licent ex deliberatione.Velle autem dicuntur pauperes ſpiritu, ſolum quę recta ſunt, quæ illis non negat Chriſtus.Iob.31.b.

Arn. & Hila. ſ. pſ. 67. Aug. ſ. pſ. 67.

Cantus angelorum in natiuitate. Doctrina ſpūalis. Gratia.

Voluntaria pluuia fuit, quando naſcente Chriſto cecinerunt angeli. Et in terra pax hominibus bonę voluntatis. Eſt etiam pluuia voluntaria doctrina ſpiritualis: & prædicatio apoſtolorum: & gratia, quæ nullis meritis præcedentibus datur. pſ. 77.

Glo inte. ſ. gen. 49. — Conſenſus in malū. Cōſpiratio principū iudæorū in Chr̄m.

Voluntas Simeon & Leui. gen. 49. a. conſenſum liberum in malum deſignat: & decretum ſcribarum & ſacerdotum in Chriſtum.

Hila. ſ. pſ. 67. Aug. ſ. pſ. 67. — Dæmones tentātes

Volentes bella ſunt dęmones tentantes: & hæretici contendentes: & mali perſequentes. pſ. 67.

Hie. ſ. Iſa. 58. — Effectus voluntatis

Voluntas aliquando dicit effectum ipſius voluntatis: & voluntas propria, quæ inuenitur in ieiunio, eſt quum quis explet deſideria carnis, & aliorum vitiorum. Iſa. 58. a.

Hie. ſ. Mich. 6. — Adinuentiones hæreticorum.

Voluntates dicuntut adinuentiones hæreticorum. Mich. 6. d. quia non rationem ſed voluntatem ſequuntur.

## Vellus.

VEllus dicitur lana ex oue detonſa: videtur dictum à vellendo.

Glo. or. ſ. Iudi. 6. — Humanitas Chriſti.

Vellus, quod poſuit Gedeon in area, quod fuit prius rore madidum, area manente ſicca: poſtea vero ſiccum, manente area madefacta. Iudi. 6. g. Vt fuit rore madidum, ſignificare poteſt humanitatem Chriſti, quæ recepit ros cœleſte, deſcendente verbo Dei in ipſam. pſ. 71.

Amb. ſer. 13. Ber. ho. 2. ſ. Miſſ⁹ ē. Rup. ſ. Iudi. 10. — Virgo Maria.

Vellus etiam deſignat beatiſsimam virginem Mariam: quæ ita concepit Chriſtum, vt toto eum hauriret corpore: nec eius ſciſſuram corporis pateretur: ſed eſſet mollis ad obſequium, ſolida ad ſanctimoniam. Vellus: quia de eius fructu ſalutaria popul is veſtimēta texuntur. Vellus: quia de molli ſinu eius agnus egreſſus eſt: qui & ipſe matris lanitium, hoc eſt, carnem geſtans, molli vellere cunctorum operit vulnera populorum. Sicut autem pluuia in vellus deſcendit ſine ipſius velleris corruptione & dolore: Ita ipſe rex Chriſtus naſcitur de virgine, ſine vlla ipſius virginis corruptione: Poſtea vero deſcendet ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram, in cognitionem omnium hominum.

Ori. ſ. Iudi. ho. 8. Chry. ſ. pſ. 50. 71. Aug. q. in iudi. 49. & ſ. pſ. 45. 71. Geor. vene. canti. 1. tono. 7. cap. 12. — Iudæi. Sacrificia Iudæorū. Lex & prophetæ

Vellus pręterea prius madefactum, poſtmodum aridum, Iudæos ſignificat: qui prius habebant pluuiam fidei & donorum Dei: poſt modum vero tranſlata fide in aream gentilitatis, ipſi aridi remanſerunt. Vel deſignat ſacrificia Iudęorum: & in iſtud vellus deſcendit pluuia: quia in ſola Iudęa erat legis & vnius Dei cultura. Vel deſignabat legem & prophetas aquam ſpiritalis doctrinæ continentes. Dicuntur autem vellus Iudæi, vel quia expoliandi fuerant autoritate doctrinæ, ſicut ouis expoliatur vellere: vel quia in abdito eandem pluuiam detinebat, quam nolebat prępucio prædicari.

Euch. for. ſpūal. 8. — Populus.

Vellus aliquando dicitur populus. pſ. 71. Sicut pluuia in vellus.

Glo. or. ſ. gen. 30 — Opera.

Vellus quandoq; ſignificare poteſt opera: vt quum ſeparantur oues diuerſi velleris, hoc eſt, diuerſorum operum. gen. 30. e.

## Velox, uide Accelerare.

## Vena.

VEna eſt conceptaculum ſanguinis in animali. Et per tranſlationem venę in terra dicuntur ſubterranei meatus, per quos vnda manat, aut alius liquor. Dicimus quoq; venas auri, & argenti, aut alterius metalli, vbi ſcilicet ipſa metalla generantur.

Hie. ſ. Iere. 17. — Deus.

Vena aquarum viuentiū dicitur dominus Deus: à quo manant aquæ donorum vitę. Iermi. 17. b.

Gre. 18 mor. 14. Beda. ſ. pro. 5. — Sacra doctrina.

Venę argenti initia eloquij deſignare poſſunt. Iob. 28. a. ſunt autē libri ſacri quaſi venę quædam argenti nobis ad loquendum: quia de ipſis loquutionis noſtræ originem trahimus, vt verè & ſyncere loquamur. Vena benedicta eſt doctrina in benedictione eccleſiæ. pro. 5. d.

Gre. 5. mor. 20. — Diuina inſpiratio. Cognitio creaturarum ducens ad cognitionem Dei

Venæ ſuſurrij Dei. Iob. 4. c. dicuntur cauſarum origines, quibus diuina aſpiratio ad mentem ducitur. Quaſi enim venas ſuſurrij ſui aperit, quum nobis Deus latenter inſinuat, quibus modis ad noſtræ intelligentiæ aures venit. Aliquando enim nos amore, aliquando terrore compungit: aliquando præſentia quàm nulla ſint oſtendit: & ad æterna diligenda deſiderium erigit. Aliquando prius æterna indicat, vt poſt temporalia vileſcant. Aliquando noſtra nobis mala aperit: & ad hoc nos vſq; extendit, vt alienis etiam malis condoleamus. Aliquando mala aliena noſtris obtutibus obijcit, & compunctos mirabiliter à noſtra prauitate nos corrigit. Venas itaque diuini ſuſurrij furtiue audire eſt occultos diuinæ aſpirationis modos tenuiter ac latenter cognoſcere. Quanuis adhuc vel ſuſurriū, vel venas ſuſurrij intelligere aliter valeamus. Qui enim ſuſurrat, occultè loquit̄: & vocē nō exprimit, ſed imitat̄. Nos ergo quouſq; carnis corruptione p̄mimur, nullo modo claritatem diuinæ potentiæ, ſicut in ſe incōmutabilis manet, videmus: quia acies infirmitatis noſtrę non ſuſtinet hoc, quod de eius æternitatis radio ſup nos intolerabiliter fulget. Cū ergo ſe nobis omnipotēs De⁹ per rimas contēplatiōis indicat nequa-



nequaquam nobis loquitur, ſed ſuſurrat: quia & ſi ſe plenè non intimat, quiddam tamen de ſe humanæ menti manifeſtat. Tunc autem nequaquam iam ſuſurrat, ſed loquitur: quum eius nobis ſpecies certa reuelatur. Nunc vero diuinum ſuſurrium tot ad nos venas habet, quot creatis operibus ipſa diuinitas præſidet.

Beda. ſ. pro. 25.

Venæ corruptæ comparatur iuſtus cadens coram impio. pro. 25. d.

Stimulus peccati. Inſidiæ diaboli — Hie. ſ. Hoſe. 13. Rup. ſ. Hoſe. 13.

Venæ mortis dicuntur ſtimulus peccati: & inſidiæ diaboli. Hoſe. 13. d. quia per illa inducimur in mortem. Venæ etiam & fons inferni, ſiue diaboli, ſunt omnes cauſæ incredulitatis, & inſtigationes ad vitia.

## Venari, Venatio, Venator, Auceps.

VEnari eſt feris inſidiari, & quaſi eas circumuenire, vt capiātur. Venator autem eſt, qui hūc actum exercet. Auceps vero, qui auibus inſidiatur.

Angeli. Doctores. — Ori. ſ. Iere. ho. 17. Hie. ſ. Ier. 16. & epiſ. ad Damaſum. q. 3.

Venatores aliquando dici poſſunt angeli, in morte videlicet iuſtorum, eorum quærentes animas, vt eas offerant Deo. Item doctores eccleſiæ, qui animas à dæmone detentas prædicatione ſua ad Deum reuocare conantur. Ier. 16. c. Venatio autem ſunt homines prædicatione ſaluati: de qua venatione, vult comedere Iſaac, hoc eſt, Deus. gene. 27. a. Vel ipſa hominum captio per prædicarionem eſt venatio.

Doctrina. Bona opera. — Phil. de ſacri. Abel & Cain.

Venatio Iacob dici poteſt doctrina, quam accepit à Deo: quæ ad ipſum referenda eſt. Deſignat etiam bona opera, quibus paſcitur Iſaac. i. Deus. gen. 27. c.

Diabolus. Tyrannus. Hæreticus. — Gre. ſ. Eze. ho. 6. Ori. ſ. cant. ho. 3. Hiero. ſ. pſ. 90. & ſ. Mich. 5. & ſ. Iſa. 22. Gre. 6. mor. 19 Ber. ſe. 3. ſ. qui habi. Iſy. ſ. Leui. 17.

Venator vix legitur in bonam partem: ſed Nemrod, Iſmael, & Eſau fuerunt venatores: & Nemrod robuſtus venator, typus eſt diaboli, & tyranni aliorum oppreſſoris: vnde & proximos venari dicuntur. gen. 10. b. pſ. 90. 123. thre. 3. f. Amos. 3. a. Mich. 7. a. Venātes autem nil aliud quàm carnem quærunt: Ideo eos deſignant, qui nos ad carnalia trahunt. Poſſunt etiam ſignificare hæreticos in eiſdem fere locis. Venatio ergo eſt malorum in ſimplices, quos dolo & fraude circumueniunt: & in peccatum inducere laborant. Leui. 17. d.

Sectantes t̄palia. Iudæi. — Gre. 5. mor. 7. Beda. ſ. gen. 25.

Venator Eſau deſignat ſectatores rerum temporalium: & etiam Iudæos: quorum venatio erant carnales obſeruationes legis. gen. 25. d. 27. a.

## Vendere, Væenire.

VEndere eſt ſumpto precio rem ſuam alicui tradere.

Reducere deceptos ad fidem. — Hie. ſ. Ioel. 3.

Vendere dicitur Deus filios hæreticorum filijs Iuda: quum deceptos ab hæreticis reducit ad fideles. Et ipſi vendunt eos Sabæis, quum eos tradunt doctoribus. Ioel. 3. b.

Tradēs De⁹ Iudęos diabolo. — Hie. ſ. pſ. 43.

Vendidiſſe dicitur Deus populum ſuum ſine precio. pſ. 43. quia tradidit Iudæos diabolo propter eorum peccata: quibus non profuit precium ſanguinis Chriſti.

Prædicatio. Tradi fidē gentib⁹. — Beda. ſ. pro. 31. Amb. ſ. Luc. 7.

Vendit Sindonem mulier fortis. pro. 31. d. quando eccleſia pro verbis prædicationis accipit animas gentium conuerſarum. Venundari quoq; vnguentum trecentis denarijs, eſt tradi fidem paſsionis Chriſti gentibus. Ioan. 12. a. Marc. 14. a.

Martyrium. — Amb. ſ. Luc. 22.

Vendere tunicam eſt exponere corpus martyrio propter Chriſtum. Luc. 22. d.

Deſerere oīa vitia. — Ori. ſ. Matt. cap. 15. & ho. 15. Hila. ſ. Mat. can. 13. 19. Aug. 1. q. in euāg. 13. Hie. ſ. Eze. 7.

Vendere dicitur omnem ſubſtantiam, qui deponit omnia vitia. Matth. 19. c. Marc. 10. b. Luc. 18. d. Et vendit omnia, quæ habet, qui abijcit peccata, & vitam veterem: & qui relinquit omnia vt ſequatur Chriſtum: & qui detrimētum omnium facit, vt Chriſtū lucrifaciat: Et qui dat eleemoſynas. Matth. 13. f. Philip. 3. b. Vendit etiam omnia, qui relinquit fiduciam legis. Vendēs etiā dicitur, qui relinquit mundum. Eze. 7. d.

Subijci doctori. Confiteri peccata. — Iſy. ſ. Leui. 25. 27. Rup. 2. ſ. Leui. 43

Venditur primogenitum immundum, quum peccator traditur alicui erudiendus. Leui. 27. d. Et vendit ſe pauper fratri ſuo, quando peccator & ignarus ſe ſubijcit doctori, vt inſtruatur, & à ſpirituali neceſsitate ſubleuetur. Item qui confitetur alteri peccatum ſuum, vt abſoluatur. Leui. 25. f.

Subijci neophyto. Subijci diabolo. — Iſyc. ſ. Leui. 25. Rup. 2. ſ. Leui. 44.

Vendit ſe aduenæ, aut peregrino: qui ſe ſubijcit inſtruendum recenti in fide: quē potius ipſe deberet inſtruere: Vel qui peccando ſubijcit ſe diabolo. Leui. 25. g.

Iſy. ſ. Leui. 25.

Venduntur domus ſine muro iure agrorum. Leui. 25. e. quia ex quo dominus venit, vſq; ad ſecundum eius aduentum, per partes gentes redimuntur: & per remiſsionem euadunt, quā ipſe omni generi humano per crucem applicauit.

Prædicantes Chr̄m. — Amb. de Ioſeph. 4.

Vendentes Iſmaëlitæ Ioſeph in Aegypto, deſignant prædicantes Chriſtum mundo: qui tamen venditos redemit. gen. 37. g. Amos. 2. c.

Dans Chriſtus dona gratiarum — Ambr. de Ioſeph. 7.

Vendere triticum eſt proponere verbum Dei pro labore. Et vendi frumenta ad nutum Ioſeph, eſt diſtribui toti mundo dona gratiarum per Chriſtum precio fidei. gen. 41. g. 42. a. 47. c.

Prophetæ. Doctores. Adulatores — Ori ſ. Leui. ho. 4. & ſ. Mat. ho. 32.

Venditores arietum, & olei, ſunt prophetæ. Venditores etiam olei ſunt doctores: & indigētes miſericordia: & præterea adulatores, qui pro laudibus mercedem accipiunt. Matth. 25. b.

Hila. ſ. Mat. cano. 27. Aug. 83. q. 79. & epiſt. 110. & de verb. do. ſer. 22. Gre. ho. 12.

Pœnitentia. — Glo. inte. ſ. Exo. 21

Vendere bouem viuum, eſt pœnitentiæ ſubijcere eum, qui peccauit. Exo. 21. d.

Facere peccare. — Glo. inte. ſ. Exo. 22

Vendere bouem, vel ouem dicitur, qui tradit aliquem hæreticis aut dęmonibus. Vendit

 etiam

Rup.ſ.Zach.11.&.ſ. Ioel.3.

etiam hominem,qui eum obnoxium diabolo facit. Eodem referri poſſunt vendere filiam aut ancillam alieno populo.Exo.21.a.22.a.Vendentes etiã paſtores oues,erant ſacerdotes Iudęorum facientes errare populum,& lucrum ab eis percipientes.Zach. 11.a. Vendi etiam dicuntur Sabæis,qui traduntur dæmonibus.Ioel.3.b.

Rup.ſ.Ioel.3.

Vendentes Tyrij & Sidonij filios Iuda filijs Græcorum, fuerunt Iudæi, qui perſequentes apoſtolos & fideles,fecerunt eos tranſire ad gentes.Ioel.3.b. — Iudæi.

Ori.ſ Mat. ho.15.& ſ.Leui.ho. 15. Iſy.ſ. Leui.25. Rup.2.ſ.Leui.42. Hila ſ.Mat. cano.10 Amb.ſ.Luc.12.&.ſ. Rom.7.& de Ioſe.4

Vendentes & ementes in templo,ſunt male viuentes in eccleſia. Matth. 21.b. Item alienantes à ſe quicquid habebant boni. Deſignantur etiam cogitationes, mala in anima quaſi negotiationem exercentes. Vendentes quoq; ſunt,qui ſua quęrunt,non quæ Ieſuchriſti. Ioann.2.c. Vendere etiam poſſeſsiones ſuas dicitur,qui peccat.gen.47.e.Leui.25.d. Venire duos paſſeres aſſe, eſt paruo fieri ſeruum peccati.Matth.10.d.Idem eſt de quinq; paſſeribus. Luc.12.a. Venditum eſſe ſub peccato,eſt,vel ex Adam,qui primus peccauit,originem trahere:vel proprio delicto ſubiectum fieri peccato.Et dicuntur venundari gratis,qui ſponte peccant.Iſa.42.d.50.a. 52.a.Roma.7.c. — Mali viuentes in eccleſia.

Ori.ſ.Mat.ho.15.& ſ.Luc.ho.38. Gre.4.regiſ. epi 51. Hila.ſ. Mat. can.21. Hie.ſ Mat. 21. Aug.ſ.Ioan.trac.10.

Vendere dicuntur columbas,qui vendunt gratiam ſpũſancti: Columbas enim vendere eſt de ſpũſancto,quẽ Deus omnipotens cõſubſtãtialẽ ſibi per impoſitionem manuum hominibus tribuit,cõmodum temporale percipere. Vendunt etiã columbas,qui tradunt ſimplices principibus malis:& qui tradunt eccleſias auaris,tyrannicis,indiſciplinatis,& irreligioſis epiſcopis, aut preſbyteris:& etiam qui pro mercede tradunt doctrinam: & qui pro mercede accipiunt honorem & inanem gloriam.Mat.21.b.Luc.19.g.Ioan.2.c. — Vendere gratiã.ſſ. Tradere eccleſiasmalis.

Iſy.ſ. Leui.25.

Vendere dicitur poſſeſsiones,qui virtutum opera iniungit alicui,iuxta numerum annorum iubilei.i.iuxta virtutem vniuſcuiuſq;.Leui.25.b. — Iniungere virtutũ opera.

Hie.ſ.Eze.48.

Non venundantur primitiæ Leuitarum.Eze.48.b.quia quæ ſanctificata ſunt domino, non ſunt eorum,quibus data ſunt:ſed eius,cuius nomine poſsidentur. — Auari.

Hiero.ſ. Ioel.3.&.ſ. Amos.8. &.ſ. Zach. 11.&.ſ.Eze.27.

Vendere dicuntur puellas pro vino,qui turpis lucri gratia non corripiunt delinquẽtes.Ioel. 3.a.Et vendunt quiſquilias frumenti,qui nec leuem doctrinam paruiq; momenti gratis dare volunt. Amos.8.a.Vendunt pecora,qui lucrum quærunt etiam ex hoc,quòd alios in errorem induxerint.Zach.11.a.Et venditores Saba deſignant eos,qui omnia faciunt lucri, aut gloriæ cauſa.Eze.27.d. — Ambitioſi

Hie.ſ.Nahum.3.

Vendidiſſe dicitur Niniue meretrix gentes in fornicationibus ſuis.Nahum.3.a.quando mũdus ea facit amare,quæ odiſſe oportebat:& deteſtari,quæ amare expediebat.

Glo.inte.ſ.Exo.22.

Venundari aliquando eſt pœnæ æternæ tradi.Exo.22.a.ſi quis furatus fuerit bouẽ aut ouẽ: & occiderit,aut vendiderit. — Tradi pœnæ æternę

Ori.ſ.Mat.ho.7.

Venundari vxorem & filios ſerui debitoris.Matth.18.c.eſt auferri dignitatem ab eo,qui male ipſa vſus eſt.

Arno.ſ.ps.104. Amb.de Ioſeph.3. Tertul.adu.Iudæos Beda.ſ gen.37. Philo.de Ioſeph. Rup.8.ſ.gene.27.& ſ.deut.30.

Vendentes fratres Ioſeph ipſum Ioſeph Iſmaëlitis,deſignant Iudęos vendentes Chriſtum gẽtibus.gen.37.f.41.a.ps.104.Vel potius ipſi ſunt typus Iudę:Iſmaëlitę vero ſacerdotum & ſcribarum:qui tradiderunt eum Pilato.Ideo in prima venditione exprimitur precium: non in ſecunda.Deſignatur etiam hoc,quòd viri ciuiles ſeruiunt multis,quaſi venditi, ob inanem gloriam. Vendere etiam dicitur quiſpiam fratrem ſuum,qui venale habet euangelium & ſacramẽta:vnde adhæret illi plaga leprę.deut.24.b. — Iudas & Iudæi vendentes Chriſtum Seruitus viri ciuilis ob gloriam inanem Venale habens euãgelium.

Beda.ſ.gen.25.

Vendens Eſau primogenita pro lentis edulio.gen.25.d.deſignat Iudæos præponentes carnalem legis obſeruationem gratię noui teſtamenti.Ideo ablatum eſt illis regnum Dei. — Præponere legem gratiæ.

Amb.epiſ.4.

Vendidiſſe dicitur Laban filias ſuas,deſignans ignauum,qui negligit virtutes.gen.31.b. — Neglectus virtutũ

## Vendicare.

Vendicare eſt ſibi aliquid appropriare,ſibiq; ſumere:vt Core vendicabat ſibi ſacerdotium, deſignans vſurpantes dignitates eccleſiæ.Nume.6.b. — Vſurpantes dignitates

## Venenum, Veneficus.

Venenum dicitur medicamentum,quod naturam eius,cui adhibitũ eſt, mutat, vel in bonũ vel in malum:ſed peculiariter dicitur,de his,quę mortem,aut nocumentum inferunt. Veneficus autem eſt,qui ipſum conficit medicamentum,aut conſulto miniſtrat.

Arno.ſ.ps.57.

Veneficus,incantans ſapienter,dicitur Chriſtus,qui prædicatione ſua conuertit animas: & etiam quilibet bonus prædicator.ps.57. — Chriſtus. Prædicator.

Iſy.ſ.Leui.19. Ori.ſ.Rom.3.

Venefici ſunt,qui cum blandimento quodã,& fraude domos ingredientes,captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis:quod præcipuè dicit de hereticis. Et venenũ aſpidum deſignat calumnias,circumuentiones,& heretica dogmata.ps.13.129.Rom.3.c. — Hæretici. Calumnia. Hæreſes.

Baſi ſ.ps.18.

Venenata animalia dicuntur dęmones:qui & aſpides,& ſerpentes,& ſcorpiones dicuntur. ps.90.Sapi.16.b. Luc.10.c. — Dæmones.

Venerari,



## Venerari, Venerabilis, uide Honorare.

## Venia, uide Remittere.

## Venire, Aduenire, Confluere.

Venire propriè dicitur de eo,qui verſus nos mouetur: vel ad nos accedit: licet ſæpe accipiatur pro ire. Eſt etiam adeſſe.geneſ.6.b.Finis vniuerſæ carnis venit. Admitti. deuteron. 28.a.Venient ſuper te vniuerſæ benedictiones. Afferri. Iob.37.d. Ab aquilone aurum venit. Apparere.geneſ.49.b.Donec veniat,qui mittendus eſt. Audire. geneſ. 19.f. Veni inebriemus eum vino. Comitari. Numer.10.c.Veni nobiſcum,vt benefaciamus tibi. Contingere.geneſ.27. f.Venient dies luctus patris mei. Conuerſari.pſalm.104.Donec veniret verbum eius. Deſcendere.2.regum.1.c.Nec ros nec pluuia veniant ſuper vos.Imminere.1. paralipo.16.c. quia venit iudicare terram.Nauigare.Numer.24.d.Venient in trieribus de Italia.Occurrere. Numer.22. f.Ego veni,vt aduerſarer tibi.Peruenire.geneſ.11.d.Veneruntq; vſq; Haran.Reuerti.geneſ.8.b. At illa venit ad veſperum portans ramum oliuę.Imitari.Matth.4.c.Venite poſt me faciam vos fieri piſcatores hominum.Succedere.Iudi.6.f.Antequam lux craſtina veniat.Tranſire. 1. Macha.6.d.Et venerunt per Idumæam.

Inſpiratio diuina — Docens Deus

Venire dicitur Deus per ſigna,quæ operatur:& etiam per inſpirationem. Exodi.20.d. Et venit dominus,quum præſentia gratiæ corda electorum tangit:Vel etiam quum in dulcedine contemplationis mentem illuſtrat.1.reg.3.b.Iob.9.b.Vbi etiam venire dicitur Deus, quando homini innoteſcit. Venit quoq; filius hominis in regno ſuo:quando perfecta & ſublimi intelligentia perficitur.Matth.16.d.Venit quoq; Ieſus mittere gladium,hoc eſt, docere verbũ Dei. Matth.10.d. — Gre.ſ.1.reg.3. &.9 mor.10 Ori.ſ.Mat.ho.3. Hie.ſ.Iob.9. Hila.ſ.Mat. can.10.

Aduentus Chriſti varius ponitur ab Origene.ſ. Matth.ho.27.

Incarnatio Chriſti.

Veniens Iſaac in occurſum Rebeccę,deſignauit aduentum Chriſti ad eccleſiam per incarnationem:& acceſſum eius ad ſe inuocantes.gen.24.g.Et venit qui mittendus eſt,quando venit Chriſtus.geneſ.49.b.Et venit dominus ad Moſen in caligine nubis,quando venit Chriſtus nube carnis obtectus.Exo.19.b.Iſa.35.b.50.a.Venit quoq; in nubibus,hoc eſt,in ſcripturis apoſtolorum & prophetarum.Matth.24.c.26.f.Luc.21.e.Et venit peregrinus ad diuitem, quũ verbum Dei factum eſt caro.2.reg.12.a.Venire quoq; miſericordiam Dei,eſt Chriſtum incarnari.pſalm.118.Et venit Samaritanus ſecus vulneratum,quum factus eſt Chriſtus compaſsionis noſtræ ſuſceptione finitimus,& miſericordiæ collatione vicinus. Luc.10.f. Iere. 17.a. Ezech. 21.f.Et venit nomen domini de longinquo,quum venit Chriſtus in primo aduentu,diu,& quaſi impatienter deſideratus. Iſa.30.f.Et venit dilectus in hortum ſuum,hoc eſt,in vterum virginis:vel ad eccleſiam:vel ad animam. Venit autem ſaliens in montibus, & tranſiliens colles. canti.2.b.Venire dicitur viſio,quum apparuit Chriſtus,qui fuerat ante præuiſus & promiſſus. Haba.2.a.Et venit Deus ab Auſtro,quando venit Chriſtus à ſplendore patris.Haba.3.a. Agge.2.b.Zach.9.b.Et venit dominus ad templum ſanctum ſuum,hoc eſt, ad eccleſiam. Et dies aduentus eius cogitari vix poteſt.Mala.3.a. Venit in propria, quum per incarnationem venit ad Iudæos.Ioan.1.a. Venit Iudas ad tondendas oues.gen.38.c.Chriſtus ad exonerãdas animas à peccatis. — Ori.ſ Mat ho.30.35 &.ſ.Luc.ho.34. Amb.ſ.Luc.10.21.& apolo.Dauid.5.&.ſ. ps.118.Ier.6. Hie.ſ Iere 17. &.ſ. Eze.21.&.ſ.Iſa.30. Rup.ſ.canti.4. Gre.ſ.canti.5. Ber.ſ.cant.ſer.53 Hie ſ.Haba.2.3. Chryſ.ſ.Ioan.ho.9.

Aſcenſio Chriſti

Veniens Moſes ad dominum,eſt Chriſtus incarnatus ad patrem accedens.Exo.3.a. Et venit Chriſtus de Edom,quum à terra aſcendit in cœlum.Iſa.63.a. — Hie.ſ.Iſa.63.

Chriſtus ſubijciens ſe legi

Veniens Ioſeph in Sichen quęrens fratres ſuos, deſignauit Chriſtum ſubijcientem ſe iugo legis.gen.37.c. — Glo.inte.ſ.gen.37

Tempus paſsionis Chriſti

Veniens dies,quo immolauit Elcana.1.reg.1.a.deſignauit aduẽtum temporis paſsionis Chriſti.Et venit Chriſtus in profundum maris,quando venit ad mortem.ps.68.Et venit de Sina ad nos:quia per tentationem paſsionis,contulit nobis ſalutem.deut.33.a.Et venit ad puteum, hoc eſt,ad labores profundas miſerię humanæ.Ioan.4.a.Et venit Deus ab Auſtro,quum Chriſtus ex feruore charitatis paſſus eſt.Haba.3.a.Venire quoq; ſcandala fuit pati Chriſtum. Matth.18. a.Venientes autem Ziphæi ad Saulẽ,vt traderent illi Dauid,deſignant Iudæos tradentes Chriſtum Herodi & Pilato.ps.53.in titulo. — Gre.ſ.1.reg.1. Hila.ſ ps.52.78.&.ſ Mat.cano.8. Aug.q.in deut.56.& 83 q.64.&.18.ciuit. Dei.32

Veniens Chriſt⁹ ad eccleſiam. — Dans gratiam

Venit dominus,vt ſtet in prædicatoribus eccleſiæ,deſerendo ſynagogam.1.regũ.3.b.Et venit in fines Iudęæ trans Iordanem,quando,vt ceſſaret lex,inſtituit baptiſmum. Matthæ. 19.a. Veniens autem Dauid in domum Abimelech,deſignauit Chriſtum, venientem in eccleſiam. ps.51.in titulo.Et venit dominus ad templum ſanctum ſuum,hoc eſt,ad eccleſiam,vel animam. Malachi.3.a. Aduenire etiam dicitur regnum Dei, quum quis in gratia conſtituitur, vt in eo regnet Deus.Luc.11.a.Et venit pax iuſti,quum habemus pacem,quam nobis reliquit Chriſtus. Iſa.17.a. — Gre ſ 1 reg.3. Ori.ſ.Mat.ho.7. Hila.ſ.ps.51 Amb.5.de ſacramẽ. Hie.ſ.Iſa.17

Veniens Chriſt⁹ ad Iudæos

Veniens Dauid in domum Abimelech,deſignat Chriſtum veniẽtẽ ad Iudęos. ps.51.in tit. — Hie.& Aug.ſ.ps.51

 Venit

Ori.ſ.Mat.ho.35 Hila.ſ.Matt.can.12. Gre.ho.31 — Exigens Chr̃s bona opera. Permittens tẽtari.

Venit autem Chriſtus ad Iudæos,& non erat vir:quia tenebræ ipſorum non eũ cõprehenderunt.Iſa.50.a.Et venit ad ſynagogam,quando venit ad prædicandum Iudæis.Matth.12.e.Venit quoq; Ieſus quærens fructum in ficu.Matth.21.b.quia exigit bona opera à populo circunciſionis:& etiam à ſingulis fidelium.Venit autem dominus tercio ad ficum:quia naturam humani generis ante legem,ſub lege,ſub gratia,expectando,admonendo,viſitãdo,requiſiuit.Lu.13.b.Dicitur etiam venire per tentationes,quum nos tentari permittit.

Hila.ſ.Mat.cão.14.22. Ori.ſ.Mat.ho.32. Hie.ſ.Iſa.66 Gre.ſ.canti.2.&.8.mor.33. Hie.ſ.Iſa.30.&.ſ.Haba.2.&.ſ.Eze.30. — Aduentus Chriſti ad iudicium.

Veniens dominus vineæ eſt Chriſtus veniens ad iudicium.Matthæ.21.f. Venit quoq; ſponſus,hoc eſt,verbum ad animam:& venit,dum irent emere:quia in morte aut in iudicio occurrit improuiſus:venit autem,vt ponat rationem &c.Matth.25.a.Et venit ſupra mare,oſtendens aduentum ſuum ad iudicium in nubibus.Matth.14.d.Veniet autem dominus vt ignis, vel in igne in iudicio:& veniet vt congreget cogitationes & opera : quia de vtriſq; iudicaturus eſt. Iſa.66.e.Veniet autem tunc tempus putationis,vt auferantur mali.Cantic. 2. c. Veniet autem ſol,quum Chriſtus veniet ad iudicium.Iob.8.c. Veniet quoq; nomen domini de longinquo, Chriſtus videlicet ad iudicium,poſtquam diu & patienter ſuſtinuit peccatores. Et dicitur venturus in fortitudine,& cito:quia improuiſus.Iſa.30.f.51.e.Michę.4.c.Et veniet viſio, hoc eſt, Chriſtus in iudicio:vt Dei iuſtitia videatur,& cognoſcatur.Habacuc.2.a.Et veniet cum omnibus ſanctis.Zach.14.a.Venire autem dicitur tunc gladius in Aegyptum : quia veniet Chriſti ſententia in mundum.Ezech.30.a. Et veniet malis conturbatio ſuper conturbationem : quia poſt ſententiam iudicij detrudentur in infernum.Ezech.7.g.Et veniet dies domini quaſi vaſtitas à potente:quia grauis erit vindicta,quæ vitari non poterit. Ioel. 1.d. Et veniet quaſi caminus.Mala.4.a.Venit quoque de longe calamitas:quia multo ante Deus comminatur, quã puniat.Iſa.10.a. Venire autem in iudicium eſt condemnari : ſic iuſtus non veniet in iudicium. Ioan.5.d.Veniet tunc maledictio diligenti eam:quia propter merita vnuſquiſq; condemnabitur.p̃s.108.Deueniunt autem ad nihilum tanquam aqua decurrens mali:quia peribunt in inferno:ſemper tamen manentes.p̃s.57.Et veniet ira Dei in malos propter peccata. Coloſſ. 3. b. Et veniet illis dies domini quaſi vaſtitas.Iſa.13.a.63.b.Venire etiam dicitur ſuper aliquem ſanguis eius,quum recipit pœnam peccati.Hoſe.12.b.Et venit malum ſuper Babylonem,quando venit mundanis punitio æterna.Iſa.47.c.

Aug.ſ.Ioan.trac.22. Arno.ſ.p̃s.108 Hila.ſ.p̃s.57. — Condemnatio malõrum

Venire dicitur Ieſus in domum ſuam, quando regreditur ad interiorem quietem. Matthæi.13.g.

Ori.ſ.Mat.cap.13

Ori.ſ.Mat.cap.14. — Succurrẽs Chriſtus.

Venit Ieſus ad diſcipulos ſupra mare,quando ſuccurrit in tribulationibus. Matth. 14.d. Sic venit auxilium à domino.p̃s.120.Et venit Ieſus ad monumentum,quum venit remiſsio peccatorum,& defunctorum vita.Ioan.11.f.

Amb.ſ.Luc.5.

Non venit dominus vocare iuſtos,hoc eſt,eos,qui ſe iuſtificant.Luc.5.f.

Ori.ſ.Eze.ho.1. Hie.ſ.Iſa.59 Gre.ſ.1 reg 16 — Aduentus ſp̃ũſc̃tĩ.

Venit ſpiritus auferens ab aquilone.Eze.1.a.quando venit ſpirituſſanctus,vt deleat peccata, quæ ſunt ab aquilone.Et venit quaſi fluuius violentus in Pentecoſte.Iſa.59. d. Et venit & vadit ſpiritus,quando vnum relinquit,& in alio requieſcit.Ioan.3.a.

Amb.1.de Abra.6.

Veniunt angeli Sodomam veſpere,& non Chriſtus.gen. 19.a. quia vbi gratia largienda eſt venit Chriſtus:vbi vero ſeueritas exercenda,ſoli adſunt miniſtri.

Auguſ.ſ.p̃s.45.&.ſ.Ioan.trac.25. Hie.ſ.Iſa.54.60.&ſ.Ecclten.1. Ori.ſ.Iere.ho.12. Hila.ſ.Mat.cano.13.34.&.ſ.p̃s.64. — Venire ad fidem. Conuerſio pc̃tõrũ

Veniens Abraham in terram,quam monſtrat dominus,deſignat venientes ad fidem. gene. 12.a.p̃s.45.Iſa.2.a.Ioan.6.a.Venire etiam aut non venire vxorem ad Iſaac,eſt accipere aut nõ accipere fidem.gene.24.a.Et venientes camœli ad Iſaac, ſunt gentiles per fidem venientes ad Chriſtum.geneſ.24.g.Veniens frater minimus ad Ioſeph,eſt Paulus ſuſcipiens fidem.Venientes autem fratres Ioſeph ad ipſum,deſignarunt conuerſionem Iudæorum.geneſ.45.d.Veniens autem cuncta Aegyptus ad Ioſeph,ſunt gentiles ad Chriſtum venientes.gen.47.c.Ipſi quoque ſunt venientes de longe.Iſa.60.a.Haba.1.b.Venit quoque regina Auſtri à finibus terræ, quando venit eccleſia ex omnibus gentibus.Matth.12.d.Luc.11.d.Et venit accola, hoc eſt, gentilis ad eccleſiam.Iſa.54.d.Venientes quoq; ab extremo terræ,ſunt contemptibiles mundi ad fidẽ conuerſi.Iere.16.d.Et veniens Simeon in ſpiritu in templum,deſignat eum, qui ductus ſpiritu ſancto intrat per fidem in eccleſiam.Luc.2.d.Et venientes diſcipuli Ioannis ad Chriſtum,ſunt à lege tranſeuntes ad euangelia.Matth.14.d.Venientes quoque volucres cœli ad habitandum in ramis ſinapis,ſunt gentes venientes ad fidem.Matth.13.d. Tunc etiam dicitur venire omnis caro ad Deum,quando omnes,qui vocati ſunt,veniunt ad fidem: licet non omnes ſint electi. p̃s.54.Iſa.66.f.Veniens quoq; generatio eſt gentilitas veniens ad fidem.Eccl'tæ. 1.a. Et fluunt populi ad montem domini,quum veniunt ad fidem.Mich.4.a.Venit aurum ab aquilone,quũ ſancti fiunt ex his,qui veniunt ab infidelitate.Iob.37.d.Et veniunt de Babylone,qui recedunt à confuſione mundi & peccatorum ad fidem.Zachar.6.c.Veniunt quoque de terra aquilonis, qui deſerunt ſtatum peccati:& veniunt ad Sion,hoc eſt, ad eccleſiam per fidem & pœnitentiam.Iere.3.f.Iſa.27.d.49.d.Venit gloria Libani ad Sion,quum eloquentes & docti gentilium conuertuntur.Iſa.60.c.Et veniunt ab ortu gentes,quum baptizantur.Iſa.41.g.49.d.Et veniũt ad Deũ vel ad Chriſtum, qui credendo bene operatur. Iob. 17. c. Venit etiam filius prodigus ad pa-

Hie.ſ.Zacha.6.&.ſ.Iere.3.& epi. beatit. Gre.13.mor.19



Au.de.ver.d.ſer.29.

trem per pœnitentiam:Tunc autem venit,quando à porcorum paſtione receſsit. Luc.15. d.Venit etiam amicus de via,quum aliquis venit ad fidem cupiens erudiri. Lucæ.11.a.Veniens quoq; Nahaman ad Eliſeum,deſignat gentiles venientes ad fidem.4.reg.5.b. Venientes quoq; Iſmaëlitæ de Galaad.gen.37.e.ſunt gentiles venientes ad fidem, odorifera remedia ſuſcipientes. Ad hæc referri poſſunt venientes fratres Ioſeph,de terra Chanaan ad ipſum Ioſeph : & veniens Ioſeph cum duobus filijs ad patrem.gen.47.a.48.a.Veniens quoq; Iacob in terram oriẽtalem.geneſ.29.a. deſignat acceſſum ad gratiam, vel ad baptiſmum. Venire dicitur etiam finis vniuerſæ carnis, aut omnis hominis. geneſ.6.b.quum venit tempus baptiſmi, in quo carnales fiunt ſpirituales.

Glo.inte.ſ.gen.37 Ori.1.Rom.3.

Reges magi. — Ori.ſ.gen.ho.14. Hila.& Au.ſ.p̃s.67.

Venientes Abimelech,Ochozath,& Phicol ad Iſaac gratia pacis.gen.26.f.deſignant magos venientes ad fidem. Eoſdem deſignant venientes legati ex Aegypto.p̃s.67.

Neglectus vocationis — Ori.ſ.Mat.ho.20.

Venire nolentes ad nuptias.Mat.22.a.deſignant negligentes vocationem prophetarũ:quod præcipuè fuit in Iudæis,qui peculiariter vocabantur.

Venire ad fœlicitatẽ — Hier.ſ.Iere.31.&.ſ.Iſa.35. Aug.ſ.p̃s.125. Gre.16.moral.14.&12.mor.9.

Confluere dicuntur ad bona domini,qui veniunt ad fœlicitatem:vel etiam ad eccleſiam.Ieremiæ.31.b.Qui etiam venire dicuntur in Sion cum laude.Iſa.35.d. Et venientes cum exultatione ſunt,qui ad cœleſtem patriam veniunt.Venit quoq; vſq; ad ſolium Dei, qui ad cœleſtiũ ſpirituum ſocietatem peruenit.Iob.23.a.Veniet autem immutatio iuſtis, quando reſurgent cũ corpore glorioſo.Iob.14.c.

Tranſitus à cõtemplatione ad actionẽ — Ber.ſ.cant ſer.58.

Venire ſponſam iubet ſponſus.canti.2.c.vt videlicet tranſeat à contemplatione,ad actionẽ: quod non fit,niſi ipſo ducente.

Defectus verbi Dei — Hie.ſ.Iere.14.

Non venit pluuia ſuper terram,quando deficit verbum Dei.Iere.14.a.

Cõfeſsio peccatorũ — Amb 2.de pœnit.7. Gre.ho.26. Hie.ſ.Iere.31.

Venire foras dicitur Lazarus,quando peccator nequitias ſuas ſponte confitetur. Ioan. 11.f. Venire quoq; dicuntur in fletu.Iere.31.d.qui conuertuntur per pœnitentiam:vel de quibus dicitur:Euntes ibant & flebant.

Ori.ſ.Mat.ho.7.

Venire paruulos ad Chriſtum,iubentur diſcipuli non prohibere. Matth.19.b. quo deſignatũ non contemnendam eſſe ſimplicem rudium notitiam.

Laudantes angeli Deum, & gerentes curam hominum — Ori.ſ.Iob.1. Gre.2.mor.3. Hie.ſ.Iſa.13.

Venire dicuntur angeli,vt ſtarent ante Deum.Iob.1.b.quum ex conſideratione diuinorum beneficiorum humano generi collatorum,ſe accendunt & incitant ad laudandum Deum.Venit etiam militia belli de terra procul.Iſa.13.a. quando angeli deſcendunt de cœlo ad terram, ad gerendam curam hominum:Vel prædicatores à contemplatione ad prædicationem.

Amare & orare Deũ — Ori.ſ.Iob.1. Hila.ſ.Mat.can.14.

Venire dicuntur ante Deum homines.Iob.1.b.quando cum maiori deuotione atq; ſtudio animas ſuas effundunt ante Deũ in oratione:ſicut Anna mater Samuelis. Sic venit Moſes ad Deũ.Exo.3.a.qui deſignauit Ioannem Baptiſtam.Venire autem dicuntur ad Deũ, qui mente ad ipſum accedunt.p̃s.45.Iſa.55.a.Et veniunt ad Chriſtum, qui amore & imitatione ad ipſum accedunt.Mat.11.d.Sic venit Petrus ad Chriſtum ſuper aquas : quia ipſum imitatus eſt in paſſione.Matth.14.c.Ioan.7.f.Venit quoq; oratio ad Deum,quum illi eſt accepta. Ion.2.d.Et venit ad eum clamor,quando ipſe exaudit.p̃s.101.

Contemplatio — Gre.ſ.1.reg.6.10 Ori.ſ.Mat.ho.35.

Venire ad ſolemnitatem,eſt ad interna gaudia celebranda occurrere.thre. 1. b. Et venire ad montem Dei,eſt ad ſublimem diuinorum intelligentiam aſcendere.Exod.3.a.Et veniens Saul ad excelſum,poſtquam prophetauit,deſignat reditum prædicatoris ad contemplationẽ, poſtquam prædicauit.1.reg.10.c.Veniens arca in agrum Ioſue,deſignat aſcendentem ad amœnitatem contemplationis.1.reg. 6. c.Venire quoq; ad quercum Thabor eſt tranſire per contemplationem.1.reg.10.a.Venire autem in ſanctam ciuitatem eſt habere conuerſationem cœleſtẽ. Matth.26.f.Venientes quoq; diſcipuli trans fretũm,ſunt à carnalibus ad ſpiritualia tranſeuntes.Matth.16.a.

Illuſtratio mentis — Gre.27.mor 11. Ori.ſ.gen.ho.

Adueniens vigilia matutina deſignat appropinquans tempus lucis.Exo. 14.f. Aduenit autẽ lux,quãdo afflicta mens ipſas,quas de perituris rebus tribulation tenebras patit, agnoſcit:quia niſi aliquid ex lumine interno perciperet,nec hoc ipſum,quòd lumen perdiderat,videret. Iob. 36.d.Aut venimus ad Chriſtum tanquam turbæ:& per parabolas nos reficit,ne deficiamus:aut aſsidemus ei:& multo amplius illuminamur:aut accedimus tanquam apoſtoli : & aperiuntur nobis ſecreta:aut in montem aſcendimus cum Chriſto,& patris vocem audimus.

Bene operari. — Baſi.ſ.p̃s.33. Gre.ſ.cant 2. Rup.ſ.cant.2.

Venire dicuntur in conſpectu domini,qui bona exercẽt opera.Leui.16.b.p̃s.33. Iſa.21.c.Sic vocatur ſponſa,vt veniat paſsibus amoris.canti.2.d.Inuitatur etiam ibi virgo Maria, vt conſentiat incarnationi verbi Dei,& dicat:Ecce ancilla domini.

Illuſtratio gentium & cæcitas iudæorũ. — Hie.ſ.Iſa.21.

Venit mane & nox.Iſa.21.c.quando veniente Chriſto gentiles crediderunt: & Iudæi remãſerunt in tenebris infidelitatis:Ita dixit Chriſtus Ioan.9.g.In iudicium veni in hunc mundum: vt non videntes videant,& videntes cęci fiant.

Conuerſio iudęorũ in fine mundi — Gre.ſ.1.reg.2.&.33.mor.9.

Venire remanentes de domo Eli,vt oretur pro eis.1.regũ.2.g. deſignant conuerſionem Iudæorum in fine ſeculi futuram.Reliquiæ enim eorum ſaluę fient.Iſa.10.f. Et cæcitas contigit ex parte Iſrael,donec plenitudo gentium intraret.Rom.11.c.Poſſunt etiã deſignare cõuerſionẽ peccatorum.Venientes quoq; fratres & ſorores Iob ad ipſum,ſunt Iudæi venientes ad fidem.

Iob.

Iob.32.c.Veniens Eſau poſt benedictionem Iacob,deſignat Iudæos in fine mundi credituros. gene.27.c.

Hila.ſ.ps.65 — Docilitas.

Veniens populus ad Moſen,docilitatem auditorum deſignat.Exo.18.b.34.d.ps.65. Sic venientes principes multitudinis ad Moſen.Exod.16.e.Venire quoq; in Aegyptum ad emendas eſcas,eſt venire ad obediendum eccleſiæ,vel præpoſitis eius. geneſ.41.g. Veniſſe autem altera vice,dicit profectum in ſapientia.gen.43.b.Iob.17.c.Venire etiam ad hauriendam aquam , eſt açcedere ad ſuſcipiendam doctrinam.Exodi.2.c. Iſa. 55.a. Et venientes Aaron & ſeniores ad Moſen,ſunt tractantes ſacram ſcripturam.Exo.18.b.Sic inuitantur ſapientes vt veniant ad faciendum opus domini:& etiam artifices.Exo.35.b.36.a.

Glo.inte.ſ.Exo.2.

Glo.or.ſ.Exo.2. Lyra.ſ.Exo.18 — Venire ad baptiſmũ.

Venire ad hauriendam aquam,eſt venire ad baptiſmum.Exo.2.c. Iſa.55.a.

Veniens Iethro ad Moſen in deſertum.Exo.18.a.deſignat principem ſecularem venientem ad prælatum eccleſiaſticum:vt illi faueat,ac obtemperet.

Gre.ſ.1.reg.10.15 Hie.ſ.Iſa.49. — Prædicatio.

Veniens Iſaac ad Abimelec.gene.26.a.deſignat prædicatorem venientem ad gentes.Et veniens Saul ad ciuitatem Amalec,eſt prædicator veniens ad carnales conuertendos. 1.regũ.15.a. Et veniunt prophetæ de excelſo.1.reg.10.b.Quando prædicatores minoribus prædicant, quæ in contemplatione didicerunt.Veniens quoq; Saul in Carmelum.1.reg.15.c.eſt prædicator veniens ad ſimplices ac rudes,quos conuertiſſe videtur.Veniſſe quoq; dicuntur, vel potius feſtinaſſe ſtructores Sion,quando apoſtoli laborabant in conuerſione infidelium.Iſa.49.d.Veniẽs Samuel in Bethlehem.1. regũ.16.a. deſignat prædicatores prius venientes ad Iudæam conuertendam.Idem deſignauit Moſes veniens ad populum.Exod.19.a. 24.a. Et veniens vir ex acie in Silo.1.regum.4.c.eſt miſſus ad prædicandam rectam fidem Iudæis:ſicut & Paulus venit. Et veniens Samuel in ciuitatem eſt prædicator veniens ad prædicandum. 1. reg.9. b.

Gre.ſ.1.reg. 4.9.16.

Veniens Eſau de agro.gen.25.d.deſignat eum,qui ſolitus eſt vacare rebus ſeculi, colligentẽ ſe aliquando à vita actiua.

Glo.inte ſ. gen 26. — Curſus vitæ mortalis

Veniens Iſaac ad torrentem.gen.26.d.deſignat curſum vitæ mortalis.

Glo inte.ſ.Exo.4.

Venientes ſimul Moſes & Aaron ad congregandos ſeniores filiorum Iſrael.Exo.4.d. deſignant legem & ſacerdotium:quæ tradita ſunt illi populo.

Glo.inte.ſ.Exo.5. — Credentes ad tẽpus

Venientes præpoſiti filiorum Iſrael ad Pharaonem.Exod. 5.c. deſignant eos,qui ad tempus credunt,& tempore tentationis recedunt.

Gre.ſ.1.reg.16 — Recta intentio

Veniunt cum Samuele ad immolandum,qui intentionem ſuam ad ſuperna dirigunt , quum ſint ſanctificati:prędicator tamen pręcedit.1. reg.16.a.

Glo.inte.ſ. Exo.26 — Concordia.

Veniens anſa cortinę contra anſam.Exo.26.b.36.b. deſignant concordiam charitatis iuſtorum mutuo ſe iuuantium.

Gre.ſ.1.reg. 2.

Veniens vir *Dei ad Eli annuntians* ei abiectionem ipſius.1.regũ.2.e. deſignat apoſtolos venientes ad pontifices Iudæorum , ad annuntiandum repulſionem ſynagogę.

Gre.ſ.1.reg.3. — Veritas diuinæ promiſsionis.

Veniens ſermo Samuelis vniuerſo Iſraeli,deſignauit ſecundum veritatem dari fidelibus ęternam gloriam,& Iudæos infideles abijci.Tunc etiam euenit Iſraeli ſermo prædicatoris , quum ipſe eſt prædicator veritatis.1.reg.3.d.

Gre.ſ. 1.reg.3.

Veniens Eli ad Samuelem,ſeu vocans ipſum,cum ipſe Eli eſſet pontifex Iudæorum,qui tamen abijciebatur à Deo: deſignat oſtenſionem conditionis humanæ in Iudæis , per quam vt homines digni ſunt miſeratione.1.reg.3.c.

Gre.ſ.1.reg.11 — Recurſus ad prædicatores

Venientes nuntij in Gabaa Saulis.1.reg.11.a.deſignant recurſum fidelium ad prædicatores in tentationibus.

Gre.ſ.1.reg.13. — Parati contra dęmones.

Venientes ex Galgala in Gabaa.1.reg.13.c.ſunt,qui per ſacram ſcripturam animati & roborati,ad ſublimia contra hoſtes pugnaturi aſcendunt.

Gre.ſ.1.reg.14 — Solicitudo prædicatoris

Veniens Saul ad locum certaminis.1.reg.14.c.deſignat prædicatorem explorantẽ cor peccatoris conuerſi,vt in eo cędat hoſtes.

Gre.ſ.1.reg.7. — Repreſsio dæmonũ poſt iudicium

Non venientes vltra Philiſtęi in terminos Iſrael.1.reg.7.d.deſignarunt non amplius eſſe locum dæmonibus poſt iudicium ad tentandum:nec eos in loca beatorum poſſe aſcendere.

Gre.ſ.1.reg.14

Veniens terræ vulgus in ſaltum,in quo erat mel.1.reg.14.d. deſignant ſimplices religioſos, qui per bonorum operum exempla veniunt in notitiam ſecularium.

Amb.ſ.Luc.23.

Venit Nicodemus ad Ieſum nocte.Ioan.3.a.quia nondum fulſerat claritas reſurrectionis.

Rup.6.ſ.Ioan. — Eccleſiaſtici auari.

Venientes ad Chriſtum,quia manducarunt de panibus eius.Ioan.6.c.ſunt eccleſiaſtici, qui veniunt ad miniſterium eccleſiæ,vt ſaturentur temporalibus.

Ori.ſ.Mat.ho.32.

Venientes virgines fatuę poſt clauſam ianuam.Matth.25.a.ſunt volentes operari, quum iam non eſt tempus.

Ori.ſ.Mat ho.27 — Sermones falſi veriſimiles

Venientes in nomine Chriſti.Matthæ.24.a. ſunt ſermones falſi habentes apparentiam veritatis.

Ori.ſ.Iob.1. Hila ſ.Mat.cano.6. Hie.ſ.Iſa.8.14. Aug.ſ.ps.78. — Perſecutiones & tẽtationes diaboli.

Veniens ventus à regione deſerti,eſt diabolus à cordibus peruerſorum ad alios concutiendos.Iob. 1.b. Et venientia flumina ſunt incurſus grauioris motus cupiditatis & tentationis. Matth.7.d.Venit quoq; rex Aſſyriorum vſq; ad collum Iuda,hoc eſt,diabolus ad perſequendos

dos



dos perfectiores in eccleſia:quos non poteſt obtinere.Iſa.8.b. Et veniunt turbines ab Aphrico,hoc eſt,tentationes à diabolo.Iſa.21.a.Venit fumus ab Aquilone,hoc eſt,peccatum à diabolo.Iſa.14.d.Venerunt quoq; gentes in hæreditatem Dei,hoc eſt,gentiles ad eccleſiam, non credendo,ſed perſequendo.ps.78.

Deſtructio iudęorũ — Hie.ſ.Iſa.32.56.&.ſ. Iere.6.&.ſ.Eze.7.17

Veniebat etiam ventus turbinis ab aquilone.Ezech.1.a.quando Chaldęi venerunt aduerſus Hieruſalem.Et venientes beſtiæ ad deuorandum diſperſos Iſrael:fuerunt exercitus Romanorum,vel dæmones.Iſa.56.c.Venientes quoq; paſtores & greges ad filiam Sion, fuerunt duces Chaldęorum cum exercitu.Iere.6.a.Non veniet autem vltra collectio:quia non eſt futura alia captiuitas Iudæorum poſt vaſtationem à Tito factam.Iſa.32.c.Et venit finis Hieruſalem , quũ vltimò deſolata eſt.Ezech.7.a.Et venit aquila ad libanum,quum rex Babylonis venit in Hieruſalem.Eze.17.a.

Perſecutores hæreticorum cõtra fideles. — Hie.ſ.Mich.1.5.

Venit Gog quaſi tempeſtas.Eze.38.e.deſignans hæreticos,qui tumultibus nituntur opprimere ſimplices.Et venit de loco ſuo,hoc eſt , de lateribus aquilonis. Poteſt etiam ſignificare Caipham aduerſus Chriſtum.Venit plaga Samariæ vſq; ad Iudam,quum errores hæreticorum pertingunt ad fideles.Mich.1.c.E diuerſo venit vſq; O dollam gloria Iſrael,quando hæreticorũ gloria exhauritur.Mich.1.d.Venerunt amici Iob de loco ſuo , quum hæretici contra ſanctam eccleſiam ex ſuperbia mouentur.Iob.2.d.Et venit Aſſyrius in terram noſtram,quum diabolus aut infideles perſequuntur eccleſiam.Mich.5.b.Dicuntur autem venire vt turbo.Haba.3.d.

Gre.3.mor.17

Solicitudo dęmonũ in tentando. Afflictio carnis — Glo.or.ſ.Iere.12.

Veniunt vaſtatores ſuper omnes vias deſerti. Iere.12. c. quando dæmones omnes tentandi occaſiones amplectuntur. Vel ſunt affligentes carnem,vt ſeruiat ſpiritui.

Gre.22.mor.19.

Venientes ſex viri de via portæ ſuperioris.Eze.9.g.deſignant ætates hominum euolui à cõditione paradiſi,ſicut ab ingreſſu mundi,à ſuperioribus generationibus.

Hie.ſ.Iere.27.

Veniſſe dicitur tempus Nabuchodonoſor & terræ eius.Iere.27.b. quando deſtruenda erat Babylon:aut poteſtas diaboli.

Hie.ſ.Mich.4.

Venit vſq; ad Babylonem anima,quæ incidit in confuſionem peccatorum. Mich.4.c.

Hier.ſ.Agge.1.&.ſ. Iſa.5.

Non veniſſe tempus domus domini ædificandæ dicunt , qui adhuc vitijs captiui tenentur. Aggę.1.a.Venire quoq; cito opus Dei dicunt mali,quaſi non ſperantes aut timentes vindictã. Iſa.5.e.

Glo.inte.ſ.gen.49.

Non venire in conſilium Simeon & Leui,eſt non conſentire in mortem Chriſti.gen.49.a.

Hie.ſ.Iſa.23.

Non venire vltra naues de terra Citiorum,vel de Carthagine.Iſa.23.a. eſt ceſſare leuitatem & doctrinam frigidam hæreticorum,& auarorum cogitationes.

Hie.ſ.Iſa.27.

Venientes mulieres à ſpectaculo,fuerunt mulieres,quæ aſtiterunt ſpectaculo paſsionis & reſurrectionis Chriſti.Iſa.27.c.iuxta ſeptuaginta.

Admiratio paſsiõis Chriſti. Limitatio tentationum R preſsio humanæ ſuperbiæ — Gre.28.mor.18.

Venit mare vſq; ad terminos,quos illi poſuit Deus. Iob.38.b. quando paſsiones vnigeniti Dei,quas humanum genus prius irriſit,poſt modũ expauit:& quaſi contra oppoſita oſtia more elidendi maris,& tumore elatum venit,& fractum virtute diſiluit.Et venit mare vſq; ad vectes & oſtia,quum non permittit Deus hominem tentari ſupra id , quod poteſt. Mare etiam, hoc eſt , genus humanum priora oſtia tranſcenderat : quia clauſtra legis oppoſitę humani tumoris vnda tranſiliebat . At poſtquam mundus oppoſitum ſibi vnigenitum reperit , elationis ſuæ impetum fregit:& tranſire non valuit:quia eius fortitudine,furoris ſui terminum clauſum inuenit.

Gre.5.mor.4.

Non venit mors iuſtis expectantibus eam,quando compelluntur viuere in gloria temporali. Iob.3.d.

## *Venter, Vulua, Vterus, Aluus, Vterini.*

VEnter dicitur quod eſt in homine à pectore vſq; ad pubem , & peculiariter quod exterius apparet,continens interius ſtomachum & inteſtina:quæ omnia ſub ventris nomine includuntur.Vterus autem & vulua propriè eſt in fœminis ea pars,in qua ſemen ſuſcipitur,& fœtus procreatur:quæ etiam ventris nomine appellatur:quia intra ventrem includitur. Aluus autem eſt propriè ea pars,in qua ſordes excipiuntur,vt inde egerantur.

Eſſentia diuina — Athana.cõt.Arrian. Aug.de eſſen. diui. &.ſ.ps.109. Hie. ad Principiam. Amb.de ben. pſia.11 Euch.for.ſpũa.1.

Venter ſeu vterus Dei patris,ſignificat ſecretam originem ſubſtãtiæ vel eſſentiæ eius:ex qua ineffabiliter ante omnem creaturam filium ſibi homouſion ſeu conſubſtantialem & coęternũ genuit.ps.109.Ex vtero ante luciferum genui te.Et benedictio vuluę erit participatio benedictionis paternæ.gen.49.c.

Conſilium Dei. Iudicia Dei. — Cyril.1.ſ.Ioan.22. Gre.14.mor.22 Aug.de eſſent diui. Hie.ſ.Iob.38. Euch.for.ſpũal.1.

Venter Dei quandoq; ſignificat conſilium eius,in quo ante ſecula per prædeſtinationẽ cõcepti ſumus:ita vt creati per ſecula producamur.Iob.19.d.Deſignat etiam incomprehenſibilia & occulta iudicia eius : quia inueſtigari nequeunt : de quo vtero egreſſa dicitur eſſe glacies. Iob.38.c.

Miſericordia Dei. Gratia Dei. — Hie.ſ.Iſa.40. Gre.29.mor.21

Vterus Dei,in quo dicitur portaſſe Iudæos.Iſa.46.a.miſericordiam eius deſignat , qua patienter ſuſtinuit peccantes.Et etiam gratiam Dei,intra cuius ſinum , quaſi intra vterum Iudæi fouebantur.Sed quia veniente domino,conſtricti frigore perfidię,feruorem fidei & charitatis amiſe-

amiſe-

amiſerunt:à ſecreto gratiæ ſinũ proiecti,quaſi glacies de vtero creatoris egreſsi ſunt. Iob.38.c.

Rup.ſ.cant.5. Aug.epiſ.120. — Humanitas Chriſti. Mens Chriſti. Carnales in eccleſia

Venter ſponſi naturam humanam Chriſti ſignificare poteſt.canti. 5. d. deſignat etiam ipſam mentem eius:& etiam carnales intra eccleſiam conſtitutos.ps.21.

Am.de inſtit.vir.14 — Venter virginis Mariæ.

Venter beatiſsimę virginis Mariæ dicitur vt aceruus tritici, cantico.7.a. quia protulit nobis Chriſtum,qui eſt granum frumenti,& panis viuus.Ab hoc vtero vocauit Deus Chriſtum. Iſa. 49.a.quia ibi impoſuit illi nomen;& recordatus eſt nominis eius:quia iuxta nomen eius effecit,vt eſſet ſaluator.Benedictio vulnę eſt partus virginis Mariæ, geneſ. 49. c. pſalm. 21. 70. 126.138.

Aug.ſ.ps.57. 126 & ſ.Ioan.trac.11. Gre ſ.cant.7. — Eccleſia

Vterus Rebeccę ſignificare poteſt eccleſiam duos populos in ſe continentem. geneſ. 25. c. Hoſe.12.b.Eandem deſignare poteſt vterus Thamar.gen.38.g.Ab hac vulua alienati ſunt hęretici.ps.57.126.Venter etiam ſponſæ deſignat latitudinem populi intra eccleſiam.cant.7.a.

Amb.epiſ.14. Aug.ſ.ps.21.138. Gre.2.mor.31. — Synagoga

Venter præterea quandoq; ſignificat ſynagogam,ex qua ſegregatus eſt Paulus, quando ſuſcepit fidem.Gala.1.c.ps.21.70.138.De vtero matris ſuę egreſſus Iob nudus. Iob. 1. d. deſignat Chriſtum,qui egreſſus eſt nudus de vtero ſynagogę, quando relictis Iudæis in incredulitate, ad gentes tranſijt:ſicut Ioſeph relicto pallio in manibus adulterę aufugit.

Ori.ſ.Iſa.ho.7. Amb.ſ.ps.118.ſe.12.&.2.de Abra 11. Hiero.ſ.Iob.15.&.ſ.Iſa.16.&.ſ Haba.3. Gre.12.mora.20.&15.mo.5.6.&.4.mo.26.&.8.moral.21.&22.mor.11. Iſy.ſ.Leui.3. Chryſ.ſ Ioan.h.50. Beda.ſ.pro 20. Au.ſ.ps.30.&.ſ.Ioã.tra.21.& epiſ.59. Arno.ſ.ps.16. Amb.epiſt.14. — Mens. Memoria. Cor. Conſcientia. Voluntas. Interiora

Venter animæ dicitur mens,aut memoria,aut cor:& ipſa conſcientia : demũ interiora animæ.Quemadmodum enim receptaculum aliquod eſt corporis,quo viſcerum vitalia continẽtur,& hoc ventris nomine appellamus:ita virtutem animę capabilem,quę eo modo cogitationibus repleatur,quo venter hominis eſcis repletur,ventrem appellare licet. Mens autem dum cibum ſuum ſupernum videlicet ſuſcipit intellectum,refecta procul dubio omnia membra actionum regit.Conuenit ei etiam vteri nomen:quia ſicut proles in vtero concipitur:ita cogitatio in mente generatur.gen.30.a.Exo.13.a.34.c.Iob.3.b.15.d.17.a.20.b.32.d.ps.30.39.pro.20.d Iſa.16.d.Iere.4.c.thre.1.g.canti.1.b.Eze.3.a.Haba.3.d.Ioan.7.f.Apoc.1.d. Et venter Iudęorũ adimpletus de abſconditis,occultam eorum conſcientiam deſignat.ps. 16. Vel eſt adimpletus appetitus eorum in Chriſtum:quem vſq; ad crucem perſecuti ſunt.Vulua etiam deſignare poteſt voluntatem:& vulua aperta eſt voluntas bene operans: Vulua vero concluſa eſt voluntas nõ concipiens bona opa. gen.20.d.30.a.ps.57. Vẽter pro interioribus ſumitur.1.reg.28.a.Qui pythonem habebat in ventre.

Gre.ſ.cant.5. Glo.inte.ſ.ps.70 — Corpus humanum. Mortalitas Chriſti. Natiuitas

Vulua aliquando ſignificare poteſt corpus humanum. Exod. 13. a. 34. c. Et venter ſponſi eſt mortalitas corporis Chriſti.canticor.5. d. Ipſa quoque natiuitas venter dici poteſt. pſalm. 70.De ventre matris meę tu es protector meus:Quod etiam ad natiuitatem ſpiritualem referri poteſt.

Arno.ſ.ps.57.

Vulua & vterus quandoq; ſignificant Abraham & Saram.ps.57.Datur etiam vulua Dauid, aut Chriſti, quæ ad eoſdem refertur.ps.131.

Gre.ſ.1.reg.1. — Prædicatio eccleſię

Vulua Annę concluſa.1.reg.1.a.deſignat prædicationem eccleſiæ non conuertẽtem Iudęos nec eos ſpiritualiter generantem.

Hie.ſ.Ezec.7.& de veſte ſace.&.ſ.Iob.40. Philo.2.allego. Amb.de fuga ſec.7. Beda.ſ.gen.3. Arno.ſ.ps.30. Gre.15.moral 10.&21.mo.2.&.28.mor.15.&.31.mor.12. Gre.Nyſſe.de ofo. — Appetitus. Concupiſcentia carnalis. Gula.

Venter victimæ deſignat appetitum operandi.Leui.3.c.Et generaliter venter deſignat appetitum:qui non impletur auro &c.Eze.7.f.Venter etiam eſt concupiſcentia carnalis : vnde & ſerpens ſuper ventrem repit.gen.3.c.Venter autem receptaculum ciborum in ſcorto Madianitide ſacerdotali pugione confoſſus.Num.25.c. vniuerſos hominum labores,momentanea blãdimenta gulæ,ſtercoris fine condemnat:& oſtendit mentibus conſecratis Deo , totum quod currimus,quod ſatagimus,quod voramus,in ſeceſſum proijci.Vnde apoſtolus : Eſcæ, inquit, ventri,& venter eſcis:Deus autem & hunc & illas deſtruet.E contrario de luxurioſis : Quorũ Deus venter eſt.Venter autem conturbatus per ieiunia eſt gula.ps.30.57. Iere. 4.e. Galat.1.c. Eccl'i.37.a.Sodalis amico congaudet cauſa ventris.Et venter Behemoth eſt libido. Iob.40.a. 3.b.Vulua etiam eſt occulta & malitioſa carnalium cogitatio.Iob.38.a.Quæ non ad proferẽdam prolem concipit ſubſtantiam corporis:ſed ad explendam nequitiam, cauſam doloris. De hac vulua dicitur ps.7.Concepit dolorem & peperit iniquitatem.Venter quoq; iniqui, qui nõ repletur,eſt auaritia.Iob.20.c.Venter adhærens terræ eſt carnalis cõſentiens peccatori.ps.43. Huic ventri amarus eſt liber diuinæ legis.apoc.10.d.

Aug.ſ.ps.43.&.ſ.apoc.ho.8. — Peruerſa cogitatio. Auaritia. Carnalis homo

Hie.ſ.Iſa.44.

Ab vtero eſt Deus auxiliator Iſrael.Iſa.44.a.quia in vtero Iacob apprehendit plantam fratris ſui:& poſt modum adeptus eſt primogenituram.Ab vtero etiã eſt Deus auxiliator Iſrael: quia à principio naſcentis eccleſiæ ſeruauit credentes.

Lyra.ſ.Iſa.16. — Compaſsio.

Venter interdum eſt compaſsio.Iſa.16.d.Super hoc venter meus ad Moab quaſi cithara ſonabit:nempe per compaſsionem.

Glo.or.ſ. Dani.2.

Venter ſtatuæ ęneus deſignabat regnum Macedonum.Dani.2.e. Significat etiam doctrinã ad inanem gloriam directam.

Au.cõt.Adiman.25. — Errores hæreticorũ

Vterus hæreticorum eſt vbi formant ipſi diſcipulos:hoc eſt,doctrina eorum erronea:Datur autem hæreticis aut Iudæis venter vacuus, aut vulua ſine liberis:ne videlicet proficiant in docendis erroribus.

Hie.ſ.Ionam.2. — Limbus

Venter ceti,vbi fuit Ionas,ſignificare poteſt limbum,in quem deſcendit Chriſtus:qui etiam dicitur



Profundum — Rup.ſ.Ion.2. Lyra.ſ.Eccli.51.

dicitur venter inferi:Vel deſignat mortem Chriſti:aut ſepulcrum eius.Ion.2.a.Matth.12.c.Vẽter etiam ſignificat profundum.Eccl'i.51.a.De altitudine ventris inferi.

Paradiſus terreſtris — Gre.4.mor.16.

Venter generis humani dici poteſt paradiſus terreſtris:in quo genus humanum primo conditum fuit:cuius oſtia aperuit diabolus,quum perſuaſione ſua callida in corde hominis mandatum cœleſte diſſoluit.Iob.3.b.

Lex — Aug.de ſanc.ſer.10

Venter aliquando dici poteſt lex:à quo vtero errauerunt Iudæi.ps.57.In hoc latebat Ioannes prænuntians Chriſtum:quia occultè Chriſtus prænuntiabatur in lege.Luc.1.e.

Tempus egreſsiõis de Aegypto — Glo.inte.ſ.Iſa.48.

Ex ventre tranſgreſſor dicitur Iſrael.Iſa.48.b.Nempe à tempore egreſsionis ex Aegypto : quando à Deo quaſi in vtero geſtabantur.

Cognitio propriæ infirmitatis — Gre.2.mor.40.

Nudus exire dicit de vtero matris.Iob.1.d.qui tẽtatus cognoſcit ſe in fide per primã gratiam ſine proprijs meritis aut virtutibus genitum:& nudus reuertitur illuc, quum poſt tentationem cognoſcens infirmitatem ſuam,& metuens ne nudatus ſit virtute, per humilitatem ad gratiam robuſtius redit,tribuens diuino adiutorio quicquid virtutis habet.

Praua ſuggeſtio — Gre.4.mora.27.28.&.28.mor.15.

Vulua de qua egreditur peccatum,eſt praua ſuggeſtio : quia inde concipitur peccatum in mente.Vulua vero,de qua egreditur peccatum opere perpetratum,eſt ipſa culpa latens.Iob.3. b.10.d.38.a.

Gre.21.mor.22.

De vtero matris ait Iob egreſſam eſſe ſecum miſerationem.Iob. 31.b. Vt declaret non fuiſſe ſui arbitrij,vt cum ipſo exiret:ſed eſſe ex conditoris munere,à quo illam accepit.

Praua conſuetudo. Mundus — Aug.ſ.p.138. Amb.de fuga ſec.7.

Vterus matris eſt praua conſuetudo Babylonis,ſeu huius mundi:vnde ſuſcipit Deus eum, quem conuertit.ps.138.Poteſt etiam venter ipſum mundum ſignificare.

Paulus. — Glo.or.ſ. gen.43.

Vterinus frater Ioſeph erat Beniamin.gen.43.f.& deſignat Paulum intra vterum ſynagogæ: qui poſtmodum intra vterum eccleſiæ ſuſceptus eſt.

Ori.ſ.Iſa.ho.7. Iſy.ſ.Leui.19.

Ventriloqui dicebantur,è quorum ventre dęmones reſponſa dabant,qui & pythones dicebantur:Deſignant autem eos,quorum Deus venter eſt.Iſa.8.d.Ventriloqui etiã ſunt,qui quaſi de intelligibili ventre ſui cordis fabulas quaſdam.i.falſas doctrinas & prophetias proferentes, decipiunt.Leui.19.f.

## *Ventus,uide Aër.*

## *Ventilare,Ventilabrum.*

VEntilare eſt ventum excitare,vel in ventum aliquid mittere,agitare,ac verſare:Item diſpergere,profligare,ac propulſare.Et ventilare frumentum eſt ipſum in area ventilabro purgare.Ventilabrum autem eſt inſtrumentum ad ventilandum.

Separatio bonorũ & malorum. — Tertul adue. Iudę. Hie.ſ.Iſa.30.41. Amb.2.de interp.5.

Ventilare dicitur Chriſtus gentes,quando quoſdam per fidem & gratiam ducit in cœlum: quoſdam vero propter peccata mergit in infernum.deut.33.c.Iſa.41.d.Ezec.30.g. Et ventilatũ triticum aut hordeum,ſunt boni ſeparati à malis.Et dicuntur boni ventilari ſicut triticum:mali vero ſicut palea.Iſa.30.e.

Condemnatio Iudæorum. — Hie.ſ.Iere.15

Ventilare dicitur Deus Iudæos in portis terræ.Ierem. 15. b. quando illos adducit ad portas inferi.

Separatio ſpirit⁹ à litera. — Hie.ſ.Iſa.30.

Ventilari dicitur triticum aut hordeum.Iſa.30.e.quando in ſcriptura ſacra fit ſeparatio ſpiritus & literę,quaſi tritici & paleę.

Deſtructio Hieruſalem. Vincere dæmones. — Hie.ſ.Iſa.29. Aug.ſ.ps.43.

Ventilantes Ariel fuerunt exercitus Romanorum deſtruentes Hieruſalem:vel ſunt doctores fideles contra hæreticos.Iſa.29.a.Ventilant etiam fideles inimicos , hoc eſt, profligant & propulſant,quando vincunt dæmones:ſed in Deo,non propria virtute.ps.43.3.reg.14.d.

Diabolus perſequẽs bonos. — Hie.ſ.Eze.32.

Ventilans cornu Pharao.Eze.32.a.deſignat diabolum perſequentem bonos.

Vis diſcretiõis chri. Examẽ iuſtitię Dei. Tentationes. — Hila.ſ.Mat.cano.2. Amb ſ.Luc.3. Euch.for.ſpũal.4.

Ventilabrum in manu Chriſti deſignare poteſt vim diſcretionis eius:vel ius diſcriminandorum meritorum:ſeu examen iuſtitiæ Dei.Matth.3.c.Luc.3.d.Ventilabrum quoq; dici poſſunt tentationes,quæ bonos & malos examinant,ac diſcernunt.

## *Venuſtus,quære Decorus. Vepres,uide Spina.*

## *Ver.*

VEr eſt anni pars temperata,quando videlicet tempus tranſit ab hyeme in æſtatem.

Hie.ſ.ps.73.

Ver dicere poſſumus,quando ſancti in hoc ſeculo bonis florent operibus.ps.73.

Nouitas vitæ — Ori.ſ.cant.ho.4. Aug.ſ.ps.73.

Vernum tempus nouitatem vitæ poſt hyemem infidelitatis ſignificare poteſt:& quietẽ, quæ ſequitur poſt tentationes & tribulationes.gen.35.b.48.b.Exo.34.c.ps.73.

## *Verberare,Verbera,uide Flagellare.*

## *Verbum,uide Sermo.*

## *Verboſus,Loquax.*

Hæretici.

VErboſus dicitur,qui nimium loquitur,tam dicenda,quam non dicenda effutiens : & verboſi amici Iob ſunt hæretici loquaces.Iob.11.a.16.d.

Vereri,

## Vereri, uide Timere.

## Verecundia, Verecundari.

Ari.2.rhetori-6.

VErecundia eſt dolor quidam, ac perturbatio ex malis aut preſentibus aut futuris, quæ infamiam inferant: quæ iuuenibus accommodatur. Vereri autem, aut verecundari eſt verecundia affici.

## Veredarius, uide Curſor. Verenda, Veretrum, quære Genitalis.

## Vergere, uide Declinare.

## Vermis.

VErmis dicitur animalculum quod ex putredine generatur, vel in plantis aut fructibus, vel in alijs animalibus, aut etiam in terra: dictum à vertendo: quòd ſeſe torquendo vertat, & repat.

Ori.ſ.Luc.ho.14. Diony.cœle.hier.2 Hie.ſ.Ion 4. Aug.epiſt.49.q.6. & epiſt 120. — Chriſtus.

Vermis de carne ſine concubitu naſcitur: qua ratione Chriſtus dicitur vermis, & nõ homo: quia non ex ſemine extrinſecus adueniente, ſed interius manente genitus eſt de virgine: & dicitur vermis & non homo: quia filius hominis, & non vetus homo. pſ.21. Iob.25.b. Et dicitur vermis matutinus, qui abſtulit vmbram Ionæ, hoc eſt, vmbram legis. Ionę.4.c.

Ori ſ.Mat.cap.13. Amb.ſ.Luc.14. Hiero.ſ.Iſa.66.&.ſ. Marc.9. — Verbum Dei. Conſcientia. Remorſus conſcientiæ.

Vermis quoq; dicitur verbum Dei: quod peccantis cõſcientiam rodit: nec vnquam morit. Ipſa etiam conſcientia, ſeu remorſus eius eſt vermis, qui non moritur, ſed pungit, & dolorem infert peccantibus: & ipſe dolor vermis dicitur: & in malis ſera conſcientia eſt vermis, qui non moritur: ſed manet ſemper in inferno. pro.25.c. Iſa.51.c.66.g. Mar.9.d.

Hie.ſ.Iſa.41. — Apoſtoli.

Vermis Iacob dicti ſunt apoſtoli. Iſa.41.d. quia contemptibiles habebantur: & tamen vt vermis terram penetrat, ita ſermo apoſtolicus gentium ciuitates, & corda duriſſima penetrauit.

Gre.13.mor.21.&.15 mor.25.&.16.mor. 21.31. — Natura vitiata & conſuetudo peruerſa. Inquietudo cogitationum.

Vermibus dicit Iob, mater & ſoror. Iob.17.d. quia quantum ad materiam corruptibilis carnis, & de putredine proceſſimus & cum putredine venimus, quam portamus. Spiritualiter autem mater natura & ſoror conſuetudo vermes ſunt: quia ex natura corruptibili & conſuetudine peruerſa cogimur, vt quaſi quibuſdam vermibus, ſic inquietis cogitationibus in mente fatigemur. Carnis enim natura vitiata, & conſuetudo peruerſa, quia innumeras curas in corde infirmitatis noſtræ generant, bene mater & ſoror vermes vocantur. Mordent enim animum curæ, dum inquietant. Quia enim natura eſt vermium momentis ſingulis inceſſanter moueri: non immerito ſignatur nomine vermium inquietudo cogitationum. Peruerſæ itaq; mentis dulcedo vermis eſt: quia inde delectabiliter paſcitur, vnde per inquietudinem inceſſanter agitatur. Iob.21.d.24.d.

Gre.17.mor.9. — Homo ex Adã propagatus.

Dicitur primus humani generis parens homo, non filius hominis: exquo quiſquis prodijt, nõ ſolum homo, ſed filius quoq; hominis fuit. Sicut ergo ex homine filius hominis, ita ex putredine naſcitur vermis. Vnde recte homo putredo, filius vero hominis vermis vocat. Primus quippe homo putredo non vermis: quia etſi per mortem putruit, non tamen ex putredine per natiuitatem venit. Qui autem hominis eſt filius, vermis dicitur: quia iam ex mortalium corporum corruptione propagatur. Iob.25.d.

Rup ſ.Ion.4. — Exercit⁹ Romanorum.

Vermis, qui corroſit, & ſiccauit hęderam Ionæ fuit exercitus Romanorum, qui deſtruxit Hieruſalem. Ionę.4.c.

Glo.or.ſ.Iob.17. Amb.ſer.34. Beda.ſ.Exo.16 — Peccatum. Carnalis delectatio. Gula. Auaritia.

Vermis etiam dici poteſt peccatum. Iob.17.d. Mater mea & ſoror mea vermibus. 1. Mach. 2.g. Vermis etiam eſt carnalis delectatio: & vermes in manna deſignant fructum immoderatæ gulæ: & etiam auaritiæ malum: Ideo ſolum generabatur in manna, quod aliqui ex gula aut auaritia in craſtinum reſeruabant. Exo.16.e, Vermis autem de manna eſt de verbo Dei cõtempto, qui conſcientiam rodat.

Hie.ſ.Iſa.14 — Pœna æterna.

Vermes in manna pœnam æternam ſignificare poſſunt: quæ datur indigne ſumentibus corpus Chriſti. Exo.16.e. Vt autem vermis viuit in corpore: ita pœna in damnatis tamdiu durabit, quamdiu permanebunt peccata. Iſa.14.c.1.Cor.11.f.

## Vernaculus.

VErnaculum dicitur omne, quod domi noſtræ naſcitur: vel quod in noſtra eſt patria: Interdum autem ſumitur pro verna, qui eſt ſeruus domi noſtræ natus.

Iſy.ſ.Leui 22. — Nutritus in fide.

Vernaculus ſacerdotis eſt in fide nutritus: & in domo Chriſti eccleſia per parentum fidem educatus. Leui.22.b.

Glo.inte.ſ.gen.14 — Religioſi. Cælibes.

Vernaculi expediti ad bellum, deſignare poſſunt religioſos ab omnibus mundi impedimentis excuſſos, & ad prœlium aduerſus diabolum paratos. gen.14.c. Poſſunt itidem cælibes deſignare.

Amb.2.de Abra.11. — Opera legis.

Vernaculi Abrahę ſignificare poſſunt legis opera, vel ea ſeruantes: qui per ea non ſunt hæredes diuinę promiſsionis. gen.15.a.17.d. Iere.2.c.

Verna



Motus naturales — Amb.2.de Abra.11.

Vernaculi, qui circunciduntur, ſunt motus naturales: qui circuncidendi ſunt, & reprimendi ne ſupereſfluant. gen.17.d.

Senſus. — Philo quis rerum diuin.hæres.

Vernaculus etiam, qui non eſt hæres, eſt ſenſus: qui non peruenit ad intelligentiam veritatis. geneſ.15.a.

## Verſus.

VErſus carmen dicitur: quod dum fit, ipſa verba variè huc illucq; vertuntur, & ad principiũ reuertuntur. Sumitur autem ſæpe pro linea ſeu ordine.

Diuerſæ virtutes. Dona ſpũſſancti. — Glo.or.ſ.Exo.28.

Verſus lapidum rationalis. Exo.28.c. diuerſas virtutes indicant in pectore ſacerdotis firmãdas. Idem deſignant verſus catenarum & retiaculorum in columnis, quas ſtatuit Salomon in templo: & etiam dona ſpiritusſancti in ipſis ſanctis. 3.reg.7.c.

## Verſutus.

Prudens — Beda.ſ.pro.12.

VErſutus homo ſumitur in bonum pro prudenti. pro.12.d. qui celat ſcientiam, quando non poteſt carnalibus loqui: aut ne det margaritas porcis.

## Vertere, Verſare, Verſatilis.

VErtere eſt rem ab vno latere aut facie in alteram mutare, & conuertere: vt vertit Deus malum in bonum. geneſ.50.d. Item voluere. Eſther. 2. b. Menſis duodecimus vertebatur. Transferre. 2.reg.14.c. Vt verterem figuram ſermonis. Verſare autem eſt ſæpe vertere: & verſatile, quod vertitur.

Glo.inte.ſ. gen.41

Vertens Pharao nomen Ioſeph in ſaluatorem mundi. geneſ. 41. f. nomen Chriſti futurum expreſsit.

Incarnatio Chriſti. Reſurrectio. Intelligentia ſpiritalis. — Amb.3.offici.14. Rup.1.ſ.Exo.17.

Verſa virga in colubrum. Exo.4.a.7.b. deſignat filium Dei hominem factum. Verſus vero coluber in virgam deſignat reſurrectionem Chriſti: vel tempus iudicij, quando iudicabit in virga iuſtitiæ. Vel vertitur virga in colubrum, quando litera legis deducitur in ſpiritalem intelligentiam, & veram ſapientiam: vel quum crucis Chriſti prædicatio facta eſt Dei ſapientia.

Vindicta & miſericordia Dei. — Glo.or.ſ.thre.3.

Vertere dicitur Deus manum ſuam, aliquando quidem dum iuſte in reos debitam exercet vltionem: nonnunquam vero, quando miſericorditer à vindicta ſententiam ſuſpendit. thre.3.a.

Fugare. Vincere hæreticos & philoſophos. — Glo.or.ſ.Iſa.45.

Vertere interdum eſt fugare: & vertit Deus hoſtes Iſrael in tumultum, quando philoſophi cum hæreticis inaniter pugnant: & vtriq; à catholicis confunduntur. Iſa.9.b. Et vertit in furorem hariolos. Iſa.44.d. Vertit etiam dorſa regum ante faciem Cyri, quum per prædicatorem vincit hæreticos & philoſophos. Iſa.45.a.

Caro infirma Chri. Afflictio corporis — Amb.ſer.28. Aug.ſ.pſ.40. Gre.23.mor.23.

Verſatum dicitur ſtratum Chriſti in infirmitatem. pſ.40. quando verbum factum eſt caro, quæ eſt infirma. Verſatur etiam ſtratum in infirmitate, quum corpus affligitur ad ſalutẽ: & quũ non permittitur homo quietè frui in hac vita his rebus, quas ſine peccato amat: quando videlicet oẽ, quod ſibi homo parauit ad requiẽ, hoc Deus occulto iudicio mutat in peturbationẽ.

Ricar.de.ſ.victo.4. de arca myſti.20

Verſi vultus cherubim ad propiciatorium dicuntur eſſe, quando ad contemplationem vnitatis & trinitatis diuinæ ſumimus ſimilitudines à creatura rationali. Verſi quoq; erant ad exteriorem domum: quia & teſtamenta nobis, qui adhuc foris ſtamus, ſunt condita. 3.reg.6.c.

Tranſitus literæ ad ſpiritum. — Glo.inte.ſ.Leui.13. Gre.ſ.Eze.ho.3.

Verſa cutis in candorem. Leui.13.b. deſignat legis literam verſam in euangelicam claritatem & ſpiritualem intellectum. Sic vertuntur deſerta in vbertatem, quum ſterilitas literę legis conuertitur in vbertatem ſpiritus. Iſa.5.d. Et aquæ amaræ legis vertuntur in dulcedinem euangelij. Exo.15.d.

Venire ad fidem — Glo.or.ſ.Exo.4.

Verti aquã in ſanguinẽ eſt populos ad fidẽ ſanguinis & paſsionis Chri venire. Exo.4.b.7.c.

Mutari gloriam Dei in idolum. Decipere ſimplices. — Rup.1.ſ.Exo.17.31. Glo.or.ſ.Exo.7.

Mutatur etiam aqua in ſanguinem, quum quis mutat gloriam Dei in imaginem corruptibilem creaturę. Item cum ſapientia ſcribarum applicata eſt ad ſanguinem Chriſti fundendum. Item quum boni & ſimplices occiduntur, vel decipiuntur à philoſophis vel hæreticis. Euenit autem hoc Aegyptijs: quia ipſi in aqua pueros occiderunt. Vertitur quoq; Iudæis aqua in ſanguinem, quum, quod attingere tentant de ſcripturarum fluentis, male intelligunt ad ſuam damnationem.

Ariditas mundanæ ſapientiæ. — Glo.inte.ſ.Exo.14.

Verti aquam in ſiccũ. Exo.14.e. eſt mundanã ſapientiam exiccari per ſpiritum ſanctum.

Tribulationes hui⁹ vitæ. — Glo.or ſ.Eze.41.

Verſum ædificium templi ad viam reſpicientem ad mare. Eze.41.b. deſignat in hac vita ſemper adeſſe tribulationes.

Gre.20.mor.31.

Vertitur in luctum cithara eccleſię, & organum in vocem flentium, in extremis perſecutionibus: quia quum pacis tempore per alios parua more citharæ, per alios vero more organi magna & ſonora prædicabat, in tempore perſecutionis eos, qui prædicationis cantum non audiũt deplorat. Iob.30.b.

Gre.13.mor.20.

Vertunt noctem in diem cogitationes diſsipatæ. Iob.17.c. quia nonnunquam iuſtis amplius placet ex aduerſitate mala perpeti, quàm ex proſperitate terrenę diſpenſationis cura fatigari.

Cognitio fraudum dæmonis. — Gre.4.mor.8.17.

Verti dicitur dies in tenebras. Iob.3.a. quando aduerſa eſſe intelligimus ea etiam, quæ proſpera dæmones pollicentur: & quando antiquus hoſtis qualis eſt ſęuiens, talis à nobis perſpicit

etiam

Pœnitentia.

etiam ſub blandimentis latens:ne fictis proſperitatibus,quaſi ex diei lumine illudat,& veris miſerijs ad peccati tenebras pertrahat. Vel quando culpa in ipſo delectationis exordio, ad quem perditionis finem rapiat videtur:quum videlicet nos metipſos diſtricte punientes,ipſa delectationis prauæ blandimenta per diſtricta pœnitentiæ lamenta cruciamus: & quum flendo inſequimur,quicquid in corde taciti ex delectatione peccamus. Verſa eſt Babylon in deſertum. Iere.50.c.quando relictus eſt ſtatus peccati per pœnitentiam.

Ori.ſ.Ierē.ho.3.

Vertitur lapis in ęs.Iob.28.a.quando dura mens ſuperni amoris igne liquefacta, ad veram fortitudinem commutatur:vt peccator,qui prius inſenſibilis extiterat, poſtmodum & per autoritatem fortis,& per prædicationem ſonorus fiat.

Gre.18.mora.16.17. Hie.ſ.Iob.28. — Fortitudo pœnitentis.

Verſa vxor Lot in ſalem.gen.19.f.deſignat exemplum eius condimentum eſſe, vnde alij ſaliantur,& ſibi caueant.Ideo dixit dominus noſter.Mementote vxoris Lot.

Beda.ſ.gen 19. — Exēplū cauendi.

Verti dicitur panis hypocritæ in fel aſpidum in vtero ipſius.Iob.20.b.quando ſatietas tranſitoriæ delectationis ex laudibus & honoribus,in retributionis fide ad amaritudinem vertitur: & fel aſpidum,hoc eſt,malignorum ſpirituum perſuaſio fuiſſe cognoſcitur,quod hic laus gloriæ eſſe credebatur. Vel certe panis ſcripturæ ſacræ in vtero illius in fel aſpidum intrinſecus vertitur:quia dum de ſacræ legis ſcientia gloriatur,vitæ potum conuertit ſibi in veneni poculum: & inde reprobus moritur,vnde ad vitam erudiri videbatur. Vel nonnunquam hypòcrita,dum doctrinę verbo ad oſtentationem ſtudet,diuino iudicio cęcatus,hoc ipſum verbum prauæ intelligit,quod male quærit. Quum autem in hęreſeos errorem labitur: contingit ei, vt ſicut de felle aſpidum,ſic infelix de pane moriatur,& in doctrina ſua mortem inuenit:quia in verbis vitæ,vitam minime quęſiuit.

Gre.15.mor.5.6. — Mutatio gloriæ tēporalis in luctum. — Lapſus in errorem ex ſuperbia.

Verti dicitur ad dextram,qui de virtutibus gloriatur:ad ſiniſtram vero, qui peccatorū delectationibus conſentit.Iob.23.b.

Gre.16.mor.16.

Verſus gladius vniuſcuiuſq; in proximum ſuum dicitur.1.reg.14.c.quando in religione per verbum Dei vnuſquiſq; in proximo perimit vitia. Vel generaliter quilibet Chriſtianus alium per exhortationes conuertere conatur.

Gre.ſ.1.reg.14. — Exhortatio ꝓximi.

Verti dicuntur lapides fundæ in ſtipulam ipſi Leuiathan.Iob.41.c.quia tempore Antichriſti omnes prædicatores eccleſię reputabit infirmos.

Gre.34.mor.5.

Vertere terga eſt fugere:& terga vertunt,qui vincuntur à diabolo.geneſ.14.b.1.reg.4.a. Et vertunt tergum ſeu ſcapulam Deo,qui eius contemnunt præcepta: ſicut ē diuerſo vertunt illi faciem,qui obtemperant.Iere.2.f.32.f.Zach.7.f.

Hiero ſ.Iere.2.&.ſ. Zach.7. — Vinci à diabolo. Cōtēpt⁹ ꝑceptorū.

Vertere etiam terga dicuntur hæretici:quando non poſſunt reſiſtere rationibus prædicatorum eccleſię.1.reg.4.a.

Gre ſ.1.reg.4.

Verti puluerem in ſcyniphes.Exo.8.d.eſt mentem inquietari phantaſmatis & ſophiſmatis dialecticorum.

Glo.or.ſ.Exo.8. — Inquietudo phantaſmatū.

Verſus populus ad prędam.1.reg.14.e.deſignat prędicatores ad proprias laudes conuerſos.

Gre ſ.1.reg.14. — Inanis gloria.

Verſum argentum in ſcoriam, eſt doctrina ſacra in errores, per hæreticos immutata. Vel eſt vir iuſtus factus vitioſus.Sic vertuntur deſiderabilia in ruinam,quum quis cadit à ſtatu gratiæ peccando.Iſa.1.f.64.d.

Hie.ſ.Iſa.1.64. — Peruerſio doctrinæ ſacræ. — Lapſus viri iuſti.

Vertunt ſermones Dei in canticum,qui ſic eos audiunt,vt audire ſolent poëtarum carmina in theatris:nec ſeruant opere ipſos ſermones.Eze.33.g.

Hie.ſ.Eze.33. — Auditus verbi Dei ſine operibus.

Non reuerſatus panis.Hoſe.7.b.deſignat hæreticos minime ad fidē conuerſos.Item Iudęos obſtinatos.

Hie.ſ.Hoſe.7. Rup.ſ.Hoſe 7.

Verſatilis gladius ad cuſtodiendum paradiſum.gen.3.d.motum cœlorum ſignificare poteſt: vel ipſum ſolem,qui verſatur.

Philo.de Cherubim. Aug.2.de gen.cōt. Manich.2.3. — Motus cœlorum. Sol.

Verſatilis etiam gladius dici poteſt liberum arbitrium hominis, quo reuerti poteſt in paradiſum per pœnitentiam:quia aliquali ignorantia deceptus,& fragilitate attractus cecidit. Diabolus autem nulla ignorantia obuolutus,nec carnis fragilitate circundatus,propria malitia peccauit peccato irremiſsibili,& penitus in ſpiritum ſanctum.

Geor.vene.canti.1. ton.7.cap.21. — Liberum arbitrium.

Gladius ꝑterea verſatilis tribulationū varietatē deſignat,quibus gen⁹ humanū variē affligit.

Aug.2.de gen.con. Mani.2.3. — Varietas tribulationum.

## Vertex.

VErtex propriē dicitur de ventis cōtortis & rotatis in modū turbinis:qui & vortex dicit̄:Inde propter flexū capillorū ſumma pars capitis vertex dicitur.Et ab huius ſimilitudine pars montiū eminētiſsima vertex appellatur.Et vertex in cœlo deſignat altiſsimas partes cœli,& ꝑcipuē polos & cardines cœli:quo vertice ſtellarum dicitur Deus ſublimior.Iob.22.b.Vertices quoq; in ligno dicuntur nodi.Sapi.13.c.Fecit lignum curuum & verticibus plenum.

Vertex Nazarei in Ioſeph,ſignificabat caput Chriſti.gen.49.d.Ipſe quoq; Chriſtus,qui eſt caput,dicit̄ etiā vertex.Vnde in vertice montiū preparatur mons domus domini:quia oēs ſunt ſub Chriſto capite:& ipſe eſt ſuper omnē ſublimitatē legis & patriarcharū ac prophetarū.Iſa.2.a.Mich.4.a.Et ipſe Chriſtus eſt vertex Iob:quem etiā percuſsit diabolus perſequēdo.Iob.2.c.

Glo.int.ſ.gen.49. Hie.ſ.Iſa.2.&.ſ.Miche.4. Gre.3.mo.14. — Caput Chriſti. Chriſtus.

Vertex.



Virgo Maria.

Vertex ramorum cedri dicitur beata virgo Maria principatum tenens in genere regio: vnde ſumptus eſt Chriſtus.Eze.17.g.

Ratio. Libertas arbitrij. — Glo.ord ſ.Iſa.3. Ricar.de.ſ.vict.de ſtatu interi.hoïs.32.

Vertex filiarum Sion eſt principale animæ,ſeu ratio.Iſa.3.d.Iere.2.d.pſal.7.67. Vertex etiā capitis dicitur poteſtas liberi arbitrij:vel facultas operandi bonum cōmodum.Iſa.1.b.

Fides.

Vertex interdum eſt fides:quā polluere nituntur filij Mempheos,hoc eſt,dęmones.Iere.2.d.

Sublimitas ſēſus aut perfectionis. — Gre.25.mor.15. Ori.ſ.Exo.ho.11.

Vertex collis eſt ſublimitas ſenſus,aut perfectionis:ſed non ſumma. Vertex vero mōtis eſt altiſsimus gradus perfectionis, & eminentia contemplationis. Exod.17.c.19.d.24.d.34.a. Iere.42.b.

Doctor.

Vertex aliquando dicitur doctor. Deute.33.c. Cepitq; brachium & verticem. Prouerb.8.e. In ſummis excelſiſque verticibus. Iſa.1.d. A planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas.

Principes Iudęorū. — Hie.ſ.Iſa.1.28. Rup.ſ.Amos.1.

Vertex vallis pinguiſsimæ dicebatur, vbi erat templum Hieruſalem. Ibi dicuntur erraſſe ebrij Ephraim, hoc eſt, hæretici, & ſacerdotes,& phariſæi: vt vertex dicantur habentes principalem ſtatum in doctrina & dignitate: qui ideo errant: quia non gloriā Dei:ſed ſuam quærunt. Iſa.28.a. Et vertex capitis, in quo non erat ſanitas, erant principes populi Iudęorum. Iſa.1.b. Vertex etiam Carmeli ſiccatus ſunt ſacerdotes, Scribæ & Phariſæi ſine gratiæ & ſyncerae doctrinæ rore. Amos.1.a.

Principes ſeculi. Mūdanū imperium. — Gre.ſ.canti.4. Glo.ord.ſ.Deut 33. Hila.ſ.ps.67. Aug.epiſ.59.

Vertex Sanir deſignat principes huius ſeculi.Canti.4.c. Ipſum quoque mundanum imperium vertex dicitur.Deut.33.c. Cepitq; brachium & verticem. Vertex etiam capilli dicuntur dæmones,& nimium ſuperbientes.pſal.67.

Voluptates carnales. — Ori.ſ.Nu.ho.17.

Vertex montis Phogor,deſignat culmen voluptatum carnalium.Num.23.d.

## Vertigo.

VErtigo eſt morbus capitis ex frigidis & lentis humoribus ſurſum ex ventriculo aſcendentibus ortus,ita vt ſic affecti, occaſione parua ſuccidant.

Reprobus ſenſus. — Hiero.ſ.Iſa.19.

Vertigo dici poteſt reprobus ſenſus hæreticorum, quo ipſorum mentis oculi perturbātur. Iſa.19.c.

## Verus, Veritas, Verax.

VErum dicitur,quod eſt ſyncerum, & ſolidum, & falſo contrarium: & vera oratio, quæ ita ſignificat, vt eſt in re. Verum quoq; eſt,quod minimē eſt adulteratum: vt verus color, hoc eſt, natiuus. Verum etiam eſt iuſtum. Deut.25.c. Pondus habebis iuſtum, & verum. Veritas autem dici ſolet ipſa adæquatio aut conformitas rei cum intellectu. Item æquitas, certitudo. Eſt etiam veritas auxilium.Nehe.9.g. Quia veritatem feciſti nobis. Bonum æternum. Eccl'i.17.c. Deſtinauit illis ſortem veritatis. Cognitio Dei.pſal.24. Dirige me in veritate tua. Confeſsio veritatis. 2.Reg.20.f. Quæ reſpondeo veritatem in Iſrael. Effectus iuſtitiæ. Deut.13.c. Diligenter rei veritate perſpecta. Fides. pſal.25. Complacui in veritate tua. Intelligentia. Iſa.59. Quia corruit in platea veritas. Iuſtitia. Exod.18.d. In quibus ſit veritas. Operatio vera. 1.Reg.12.d. Seruire ei in veritate. Promiſsi impletio. Eccl'i.17. In veritate enuntio ſcientiam eius.

Deus pater. — Arno.ſ.ps.44.

Veritas aliquando ſumitur pro Deo patre.pſal.44. Propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam.pſal.142. In veritate tua exaudi me.

Chriſtus. — Arno ſ.ps.35. Hiero.ſ.Iſa.59. Aug.ſ.ps.84.

Veritas dicitur ipſe Chriſtus:qui ait de ſe ipſo.Ioan.14.a.Ego ſum via,veritas & vita.Et veritas vſq; ad nubes eſt Chriſtus vſq; ad apoſtolos:quos veritatis cognitione repleuit.pſal.35.84.88.118. Et veritas corruit apud Iudæos: quum Chriſtus occiſus eſt ab eis:& facta eſt procul. quia tranſiuit ad gentes.Iſa.59.c.

Vera doctrina. Lex noua. Impletio veteris legis. — Ori.ſ.Iere.ho.13.& in diuer.ho.2. Hila.ſ.ps.118. Amb.ſ.ps.118.ſer.18 Hiero.ſ.Iſa.61.&.ſ.Zach.8.

Verum ſemen vineæ dicitur vera doctrina:quæ erat olim apud Iudæos.Iere.2.d. Et veritas legis Dei fuit in generatione & generationem, hoc eſt, prius in populo Iudaico, deinde in Chriſtiano.ps.118.Peculiariter autē veritas dicitur ipſa lex noua:quia vet⁹ dicitur vmbra.Et fit opus in veritate in lege noua: quia nō in vmbra legis.Iſa.61.c.Zach.8.b. Iob.6.d.21.d.Et veritas,cuius Chriſtus eſt plenus, eſt impletio veteris teſtamēti, figurarūq; eius. Ioan.1.b.pſal.44.

Ori.ſ.Rom.9.

Veritas in Chriſto Ieſu eſt,quę alijs eſt comitata virtutibus.Veritas vero non in Chriſto eſt, cui deſunt aliæ virtutes: qualis fuit veritas Caiphæ:& ſpiritus pythonis.Roma.9.a.pſal.29.

Anima. — Ori.ſ.Iere.ho.13.

Verum ſemen vineę poteſt etiā dici ipſa anima,quæ vndiq; bona creata eſt à Deo.Iere.2.d.

Glo.ord.ſ.Exo.28.

Veritas dicebatur eſſe in rationali pontificis: vt deſignaret ſacerdotem debere vacare veritati inquirendæ, & docendæ: vtque in ipſo eſſet ipſa veritatis ratio. Exod.28.e. Leui.8.a.

Aug.ſ.ps.11.

Veritates diminutæ à filijs hominum fuerunt, quando Iudæi in paſsione, & cuſtodes in reſurrectione mentiti ſunt aduerſus Chriſtum.pſal.11.

Prędicātes doctrinā noui teſtamenti. — Gre.11.mo.18.

Veraces ſunt, qui veram doctrinam noui teſtamenti prædicant: & commutat Deus labium

oo veracium:

veracium : cum hi, qui prius cœleſtia prædicando, veraces erant, temporalia diligentes ad terrena corruunt. Quod tamẽ apertius de Iudæis intelligitur : qui ante incarnationem domini veraces fuerunt: quia ipſum venturũ eſſe crediderunt: atq; nuntiauerunt: ſed poſtquàm in carne apparuit, ipſum eſſe negauerunt. Labium itaq; veracium mutatum eſt: quia quem venturum prædixerant, negauerunt præſentem. Iob.12.d.

## Veſanus, uide Stultus. Veſci, uide Comedere.

## Veſica, Veſicula.

VEſica eſt folliculus, in quo vrina colligitur. Veſicula autem gutturis in auibus eſt, in qua prius colligunt cibum, qui poſtea in ventriculum inducatur.

Memoria. — Rup.ſ.Leui.7.

Veſicula gutturis. Leui.1.d. deſignare poteſt capacitatem memoriæ, qua beneuolens animus, ſcripturarum ſententias vtiliter congerit.

Superbia. Curioſitas. Ira. Inuidia. Vermis cõſciẽtiæ. Punitio libidinis. — Iſyc.ſ.Leui.1. Ori.ſ.Exod.ho.4. Beda.ſ.Exod.9. Rup.1.ſ.Exo.36.

Veſicula gutturis eſt vas aptum inflationi : & deſignare poteſt ſuperbiã ex ſuperfluorum inquiſitione ortam: & elata verba, & curioſitatem. Leui.1.d. Hæc eſt ſcientia, quæ inflat. 1.Cor.8.a. Coloſ.2.d. Veſicę quoq; turgentes in Aegyptijs. Exo.9.b. deſignabant inflatã ſuperbiã, iram, inuidiam, vermẽ cõſcientiæ: & perſecutionem eccleſiæ, quæ facta fuit ſub Maximiano imperatore. Deſignabant etiam punitionem libidinis ex tranſgreſsione præcepti: Nõ mœchaberis.

## Veſpa.

Aculei timoris. — Aug.q.in Ioſu.27.

VEſpa inſecti genus api ſimile: quæ habet morſum moleſtũ hominib⁹. Deſignare poteſt aculeos timoris: vel dæmones. Ioſu 24.c. iuxta ſeptuaginta: vbi nos legimus, ſcrabrones.

## Veſper, Veſpera, Veſpertinus.

VEſper dicitur ſtella ſeu planeta, qui & venus dicitur, quando occidente ſole primus apparere ſolet : qui Græcis dicitur Heſperus. Accipitur frequenter pro extrema diei parte, quę & veſpera dicitur.

Chriſtus. — Hiero.ſ.Iob.38.

Veſper dicitur Chriſtus, qui occubuit in paſsione, vt eſſet Lucifer in reſurrectione. Iob.38.d. Nunquid producis Luciferum in tempore ſuo : & veſperum ſuper fines terræ conſurgere facis?

Tempus aduent⁹ & paſsionis Ieſu Chri. — Ori.ſ.gen.ho.1. Caſsia.lib.3.cap.3. Amb.1.de Abra.6. Baſi.ſ.pſ.29. Hiero.ſ.pſ.29.&.ſ.Mat.8. Hila.ſ.Mat.cano.14 Aug.1.pſ.54.140.& 1 q.in euange.20. Ber.ho.1.ſ.Miſs⁹ eſt

Veſpera aliquãdo ſignificat tempus aduentus Chriſti, & paſsionis eius: in qua veſpera indurati ſunt Iudæi: ad quam etiam veſperam demorabatur fletus. pſal..29.54.89. Venerunt angeli Sodomam veſpere, vt eam ſubuerterent. Gen.19.a. hoc eſt tempore dominicæ paſsionis ad infidelitatem ſubuertendam. Et ipſe Chriſtus eſt veſpertinũ ſacrificium. pſal.140. Leui.23.a. Veſpere quoq; offerebatur agnus. Exo.12.a.29.g. Et veſpera in qua curauit Chriſtus multos, deſignauit tempus paſsionis eius. Matt.8.b.14.b. Eſt autem paſſus Chriſtus ad veſperam : vt nos in hac vita laborare doceret, quouſque veniat mane. Dicitur Chriſtus remanſiſſe ſolus veſpere, vt deſignaret, quomodo relinquendus erat ſolus in paſsione. Mat.14.c.16.a. Iſyc.ſ.Leui.23.

Cognitio veſpertina angelorum. Cõſummatio prioris operis. Occulta diſpoſitio rerum in Deo. Cognitio obſcura diuinorum. Fides. Initiũ cognitionis. — Aug.1.de gene.ad literã.17.&.1.de gene contra Mani.25. Rup.1.ſ.gene.3.10. Glo.ord.ſ.Exo.30. Hila.ſ.pſ.54.

Veſpera in primis diebus creationis mundi. Gen.1. deſignare poteſt cognitionem, quam angeli habebant de rebus in proprio genere, quæ dici ſolet cognitio veſpertina. Vel deſignat cõſummationem & perfectionem prioris operis : vt aliud ſequatur. Vnde in ſabbato ſeu die ſeptimo non ponitur veſpera, vt deſignetur quies perpetua, & continuatio æternæ lucis, nunquàm vergens in tenebras. Vel veſpera eſt occulta rerum diſpoſitio in Dei ſapientia, mane vero: quando exterius producuntur, ideo veſpera præcedit mane. Veſpera etiam dici poteſt cognitio obſcura diuinorum : & fides : & in hac veſpera offert incenſum, qui cum hac & pro hac fide gratias agit Deo. Exod.30.a. Veſpera quoq; interdum ſignificare poteſt initium lucis & cognitionis. pſal.54. Veſpere, mane, & meridie, narrabo, & annuntiabo.

Tẽpus legis grãæ. — Ori.ſ.Nu.ho.23. Aug.ſ.pſ.58.

Veſpera quoq; deſignat tempus legis gratiæ, in quo offertur incenſum orationum gratum Deo. Exod. 30. a. Num.28.a. Ad veſperam conuerſi ſunt Iudæi poſt aduentum ſpirituſſancti: qui noluerunt conuerti ad prędicationem Chriſti. pſal.58. In hac veſpera diuidunt ſpolia, quãdo conuertuntur. Gen.49.d.

Pœnitentia. — Iſyc.ſ. Leui.11.15.22 23.

Veſpera interdum eſt pœnitentia. & immundus eſt vſque ad veſperam peccator, hoc eſt, quouſq; pœnitentiam agat. Leui.11.d.14.15.22.a. 23.d. Deut. 23. b. Ad hanc veſperam demorabitur fletus. pſal.29. Poteſt quoq; veſpera dici ipſum complementum pœnitentiæ.

Quies cõtẽplatiõis. — Ber.ſ.canti.ſer.57.

Veſpera videtur ſignificare quietem contemplationis, ſecundum quòd ad veſperam ceſſari ſolet ab actione. Iob. 7. a. Si dormiero, dico, quando conſurgam : & rurſum expectabo veſperam.

Tẽpus veteris legis. — Cyril.3.ſ.Ioan.34. Rup.3.ſ.Exo.14.

Veſpera eſt tempus legis veteris, vel quando tradita eſt : tum quia magna obſcuritate figuræ legis inuoluuntur : tum quia mundus tenebrarum offuſione tenebatur, luce carens, quæ eſt Chriſtus. Exod.16.c. Veſpere comedetis carnes: vnde & veſpere carnes ſacrificiorum comedebantur.

Tẽpus huius ſeculi. — Baſi & Arno. & Hiero.ſ.pſ.29.

Veſpera aliquãdo dicitur tempus huius ſeculi, in qua demoratur fletus. pſal.29. Et iuſto meridianus fulgor ad veſperum ſurgit : quia quanta ſibi claritas maneat, cum iam occumbere cœpit



cœpit, agnoſcit. Iob.11.d. A veſpera vſq; mane dicit à tempore huius vitæ vſq; ad tempus iudicij. Leui.24.a. Veſpertinum quoq; ſacrificium dicitur eſſe eleuatio manuum. pſal.140. quando quis exercet in hac vita opera miſericordiæ Deo accepta. — Iſyc.ſ.Leui.24. Cyril.3.ſ.Ioan.1. Hila.ſ.pſ.140.

Senectus. Finis vitæ. Mors. — Hero. Cypriano.&ſ.Iſa.5 &.1.Iob.4. Ori.ſ.Eze.ho.4. Arno.ſ.pſ.103. Aug.q.in Nu 33. Gre.5.mor.28. Beda.ſ.gen.49.

Veſpera aliquando dicitur ſenectus : vt pſal.89. Veſpere decidat, induret & areſcat. Iſa.5.c. Et veſpera in qua lupus rapax diuidit ſpolia. Gen.49.d. eſt ſenectus Pauli, in qua ipſe maxime prædicauit. Item illud tempus nouiſsimum, quando Iudæi conuertentur. Item finis vitæ, aut ipſa mors : & tunc eſt ſacrificium veſpertinum. Et immundus dicitur aliquis vſque ad veſperam : quia vſque ad finem vitæ ſemper reſidet in homine aliqua immunditia. Num. 19. b. pſal. 29. 103.140. Iob.4.d.

Refrigeſcẽs charitas. Peccatum. — Hiero.ſ.Iſa.27.&.ſ. Sopho.3. Beda.ſ.gen.1. Amb.1.de Abra.6.

Veſpera etiam dicitur refrigeſcens charitas : vnde primi parentes ad veſperam peccauerunt. Gen.3.b. Vnde in hac veſpera eſt defectus lucis gratiæ. Iſa.21.d. Iere.5.b. Sopho.3.a. Ipſum quoque peccatum veſpera dici poteſt. Veſpere venerunt angeli Sodomam. Gen.19.a. Vt deſignẽtur tenebræ, in quibus erant habitatores illius ciuitatis.

Sexta ætas mundi. — Ori.ſ.Exo.ho.7. & ſ.Leui ho.4. Hila.ſ.Mat.cano.7. Aug.ſer.75.

Veſpera interdum dicitur ſexta ætas mundi : in qua columba attulit ramum oliuæ virentibus folijs, hoc eſt, Chriſtum mundo. Et in hac veſpera habetur ſenſus ſpiritualis legis Gene.8. b.24.g. Exo.12.a.16.b. Leui.6.c.11.e.15.a. Mat.8.b. Beda.ſ.Exo.11.

Finis mundi. — Ori.ſ.Matt cap.14. & ho.10. Hier.ſ.Iſa.17 &.ſ.Eze.33.46.

Veſpera præterea dicitur finis mundi, in qua mundus ipſe tẽdit ad occaſum. Sic venerũt angeli Sodomam veſpere. Gen.19.a.30.c. Exo.12.a.16.c..18.c. 1.Reg.14.d. pſal.58.103. Iſa. 17. d. 38.c. Eze.33.e.46.a. Zac.14.b. 3.Reg.17.a. Mat.14.b.20.a. Mani.23. Bed.ſ.Exo.16. Gre.ſ.1.Reg.1.14.

Opis cõſummatio. — Aug.1.de gene.cõtr. Glo.inte.ſ.Exod.18.

Veſpera aliquando dicit cõtinuationem operis: & etiam finem ſeu conſummationẽ operis: & veſpere offert incenſum, qui in fine boni operis gratias agit Deo. Exod. 18.c.30.a. pſ.140.

Tribulationes. Tentationes. Tẽpus aduerſitatis. — Gre.8.mor.10. &.5.mor.28. Hie.& Aug.ſ.pſ.64 Ricar.de.1.victo.de ſtat interi.hoĩs.27.

Veſpera aliquando ſignificat tribulationes & tentationes, & ipſum tempus aduerſitatis. Et expectat iuſtus ad veſperam, quando per aduerſitatem cupit deprimere mentem, quæ in proſperis eleuabatur. Et expectat tentationem : quia ſemper ſe contra eam præparat, ne incautum opprimat. Iob.4.d.7.a.11.d. pſal.64. Hæc veſpera eſt tempus triſtitiæ, pſal.29. Ad veſperam demorabitur fletus.

Antichriſtus. — Gre.29.mor. 30.

Veſper ſtella quandoq; dici poteſt Antichriſtus: & veſperum ſuper terrę filios dominus cõſurgere facit : quia infidelibus Iudæorum cordibus dominari Antichriſtum, eorum merito exigente, permittit. Iob.38.d.

## Veſpertilio.

VEſpertilio eſt nocturna volucris mediæ cuiuſdam naturæ inter auem & murem: quæ congruum à Græcis nomen accepit νυκτερίς: eo quòd in nocte volitet : non tam voce & cantu reſonans, quàm ſtridore : quæ quum videatur volare, tamen lucifuga eſt : & ſolem videre non patitur.

Idola. Quærẽtes errores. — Tert.de cibis iudaicis. Hier.ſ.Iſa.2.

Veſpertilio noctu volitans, nec ſolis lucem ſuſtinens, deſignare poteſt idola, quæ veritatis lucem non ſuſtinent : ſed volant in tenebris, quando coluntur ab errãtibus. Vnde & deſignãt eos, qui erroris tenebras quærunt. Iſa.2.d.

Quęrentes terrena. Cogitationes immũdæ. — Euch.form.ſpũa.5. Ori.ſ.Leui.ho.7. Iſyc.ſ Leui.11. Euch.form. ſpũal.5.

Veſpertilio etiam circa terram volitans, eos deſignat, qui terrena quærunt, & fugiunt lucẽ cœleſtem. Leui.11.c. Deut.14.b. De his dicitur : Qui male agit, odit lucem. Poteſt etiam ſignificare cogitationes immundas, quas dæmones immittere conantur.

Veſpertilio aliquando ſumitur in bonum. Baſi.exae.ho 8.

## Veſtibulum.

VEſtibulum eſt locus ante ianuam domus vacuus: per quem à via ad ædes itur.

Catechiſmus. Humilitas. Fides. — Rup.2.ſ.Eze.19. Gre.ſ.Eze.ho.19.

Veſtibulum tabernaculi teſtimonij, aut templi deſignare poteſt catechiſmum, per quẽ præparamur ad ingreſſum eccleſiæ per portam baptiſmi. Et veſtibulum ante gradus portæ eſt humilitas vel fides, quæ requiruntur ad aſcenſum per opera. Eze.40.b.d.41.c.46.a.

Vita præſens. — Hiero.ſ.Eze.46.

Veſtibulum etiam tabernaculi teſtimonij, aut templi, vitam præſentẽ deſignare poteſt, quæ eſt aditus ad futuram. Exo.29.f.35.b.40.c. Leui.3.b. Eze.40.b.41.c.46.a.

Locus reſurrectiõis. — Hiero.ſ.Ioel.2.

Veſtibulum quoq; dici poteſt reſurrectionis locus: vnde non in illo, ſed inter illud & altare plorare dicuntur ſacerdotes. Ioel.2.d.

Locus fœlicitatis. — Gre.ſ.Eze ho.16.

Veſtibulum intra portam locum fœlicitatis deſignat : vnde & octo cubitorum dicitur: quia octonarius ad reſurrectionem ſpectat. Eze.40.b.

Cõtemplatiui. Simplices. Fides inchoantium. Fides perfectorum. Præcepta altiora. — Gre.ſ.Eze.ho.20.

Veſtibulum interius, quod quinquaginta cubitis in longitudine & viginti quinque in latitudine mẽſuratur. Eze.40.c. deſignat eos, qui æterna meditãtur, cœleſtia ſapiunt, in pſalmis & hymnis, & canticis ſpiritualibus viuunt. Veſtibulum vero interius, quod exterius reſpicit, & vigintiquinq; cubitis in lõgitudine mẽſuratur: quinq; vero in latitudine, deſignat ſimplices iuxta ſenſus corporeos bene viuentes: qui intus ſunt per fidem & charitatem, ſed foras reſpiciunt per ſimplicitatẽ. Poteſt etiã per veſtibulũ, quod exterius reſpicit, fides inchoantiũ deſignari: & per veſtibulum interius fides perfectorũ, qui iam per eã virtutibus emicant. Poſſunt etiam per

veſtibulum interius præcepta altiora:per veſtibulum vero,quod reſpicit exterius, præcepta adhuc minima figurari. Præcepta minora.

## Veſtigium.

VEſtigium eſt pedis impreſsio, hoc eſt, ſignum, quod à pede relinquitur in puluere, vel in luto, aut ſimilibus. Eſt etiam veſtigium imitatio.4.Reg.19.e. Siccaui veſtigijs pedū meorum omnes aquas.pſal.17.Eze43.b. Imitator.Eccl'i.21.a. Qui odit correptionē, veſtigium eſt peccatoris.Greſſus.Gene.33.c. Ego ſequar paulatim veſtigia eius. Via. Gen.41.c. Nullum ſaturitatis dedere veſtigium.

Gre.10.mo.9. — Viſitatio Dei. Dona Dei. Ratio creationis.

Veſtigia Dei benignitatem illius viſitationis deſignare poſſunt: quibus nimirum progredi ad ſuperna prouocamur, quum eius ſpiritus afflatu tangimur: & extra carnis anguſtias ſubleuati, per amorem agnoſcimus contemplandam autoris noſtri ſpeciem, quam ſequamur. Item dona eius, per quæ eum cognoſcimus, quem non videmus. Item rationem creationis. Iob.11.b.

Gre.16.mor.16.17. — Opera Dei. Opera Chriſti.

Veſtigia etiam Dei & qnaſi quidam greſſus ſunt ipſæ, quas cernimus operationes eius, quibus bonus quiſq; maluſq; regitur: quibus iuſti iniuſtiq; ſuis ordinibus diſponuntur:quibus & ſubiectus quiſq;,ad meliora quotidie ducitur: & aduerſus ad deteriora corruens toleratur. Iob.23.c. De quibus nimirum greſsibus propheta dicebat. Viſi ſunt greſſus tui Deus.Nos itaq; cum virtutem longanimitatis atq; pietatis eius intuemur,& intuentes imitari cõtendimus, quid aliud, quàm greſſuum eius veſtigia ſequimur? Quia extrema quædam eius operationis imitamur. Hæc enim patris ſui veſtigia veritas admonebat imitari,quando dicebat. Matth.5.g. Orate pro perſequentibus & calumniantibus vos: vt ſitis filij patris veſtri, qui in cœlis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos. Vel veſtigia eius ſunt opera humanitatis Chriſti: quæ nobis imitanda propoſuit. Veſtigia quoque Dei, quæ non cognoſcuntur, ſunt opera Chriſti, quæ non cognouerunt Iudæi: vel ſunt operum ſecretorum ſigna.pſal.76. Item eius exempla.pſal.17.

Aug.ſ.ps.76. Euch.form.ſpūa.1. Hiero.ſ.ps.17. — Exẽpla Chriſti.

Aug.ſer.20. — Caro Chriſti.

Quaſi veſtigium hominis nubecula, dici poteſt caro Chriſti, qui factus eſt filius hominis. 3.Reg.18.g.

Gre.11.mor.25.&.ſ.canti.5. — Intẽtiones operũ. Opera mala. Exẽpla ſiue bona ſiue mala.

Veſtigia pedum noſtrorũ,quæ Deus conſiderat, ſunt intentiones operum noſtrorum, quas Deus examinat.Iob.13.d.pſal. Vel veſtigia pedum ſunt noſtra male acta. Nam pes in corpore eſt, veſtigium in via:& plerũq; dũ quędam praue agimus intuentibus hoc fratribus,exeplũ malum prębemus:& quaſi inflexo extra viã pede,ſequentibus veſtigia diſtorta relinquimus: dum per noſtra opera ad ſcandalum aliena corda prouocamus. Demum ipſa exempla,quę ex operibus relinquuntur,ſiue bona ſiue mala, veſtigia dicuntur: & veſtigia gregum ſunt exẽpla malorum.Canti.1.c. Et veſtigia pedum eccleſię ſunt exempla bona minorum.Iſa.70.c.

Veſtigia gregum deſignare poſſunt infimum locum in eccleſia.Canti.1.c. Infimus locus eccleſiæ.

Veſtigium pedis regis Aſſyriorum deſignare poteſt tentationes diaboli.Iſa.37.e. Tentationes.

## Veſtire, Veſtis, uide Induere. Vetare, uide Prohibere.

## Vetulus, uide Senex. Vetus, Veteranus, Veteraſcere, uide Antiquus.

## Vexare, uide Moleſtus.

## Vexillum.

Ori.ſ.Nu.ho.2. — Virtutes.

VExillum,eſt ſignum,quo in exercitu aut claſſe imperatores vtuntur. Vexilla, ſecundũ quæ caſtramentabantur filij Iſrael.Num.2.a. deſignant proprias cuiuſq; virtutes.

## Via, Iter, Semita, Callis, Viator.

VIa eſt, per quam omnibus ambulare licet, quę & iter dicitur:quanquàm iter ſæpe pro ipſa profectione ponatur. Semita autem eſt via anguſta. Via etiam dicitur cõuerſatio. Nu.22.f. Peruerſa eſt via veſtra. Finis.Iob.3.d. Viro cuius abſcondita eſt via.Libertas.Pro.13.a. Iuſtitia cuſtodit innocentis viam.Locus.2.Reg.11.b. Nunquid non de via longiori veniſti. Mos.4.Reg.17.b.Reuertimini à vijs veſtris peſsimis. Pars.Eze.8.b.Leua oculos ad viam aquilonis. Tranſitus.Gen.3.d. Ad cuſtodiendam viam ligni vitę. Iter etiam,opus. Gen. 32.c.Iacob iter noſtrum inſequitur.Progreſſus,ſeu curſus.Gen.24.c. Vtrum proſperũ iter ſuum feciſſet Deus. pſal.18. Exaltauit vt gigas ad currendam viam. Semita etiam dicitur cogitatio. Iob.13. b. Obſeruaſti omnes ſemitas meas.

Hila.11.de trini.&.ſ.ps.66. Ori.ſ.Luc.ho.35.&.ſ.Nu.ho.12.& in diuerſ.ho.3. Arno.ſ.ps.109.118. — Chriſtus.

Via eſt dux euntium, feſtinantium curſus, ignorantium ſecuritas, & quædam neſcitarum rerum magiſtra. Peculiariter autem dicitur via Chriſtus: qui dixit de ſeipſo. Ioan. 14. a. Ego ſum via. Et ipſe dicitur initium viarum Dei. Prouerb. 8. c. Geneſ. 28. d. Exod. 3. f. 13. Pſalm. 13. 26. 66. 76. 79. 88. 100. 109. 118. 143. Matth. 2. b. Luc. 12. g. 18. g. Iſa. 30. c. Malach. 2. b. Et ipſe eſt via pacis, & via regia, & via munda, & ſancta. Nume. 21. c. Iſa.5.g.



Iſa.5.g.35.b. Et via contra quam ſpectabat Eli, eſt Chriſtus.1.Reg.4.c. Ipſe eſt via humilium. Amos.2.c. Nahum.1.c. Ipſe quoque dicitur ſemita.Iob.28.b.38.b. Et via æterna, qui eſt vita æterna.pſal.138. In hac via aut potius iuxta eam ponunt ſuperbi & hæretici nobis laquæos & ſcandala.pſal.141.Apoc.16.c.Via orientalis eſt ipſe Chriſtus ducens ad verum orientem.Ezec. 40.b. Et via virtutis Dei.pſal.101.

Baſi.de ſpũ ſctõ.8. Hiero.ſ.Amos.2.&.ſ.Iob.28. Aug.ſ.ps.138.141. Gre.ſ.1.Reg 4.&.ſ. Eze.h.15.20. &.ſ.ps.101.

De vijs domini,angelorum & hominum & etiam dæmonum ponuntur multa à Bernardo. ſ.pſal. Qui habitat,ſermone.11.12.

Incarnatio & opera Chri & Dei. Illuſtratiões diuinę. — Gre.18.mo.21.&.32.mor.24. Hiero.ſ.Iob.26. Beda.ſ.Pro.8.

Semita auis.Iob.28.b. deſignat incarnationem & opera Chriſti: quæ ignorauit Synagoga: quia noluit recte cõſiderare. Via quoq; Dei ſunt opera Dei. Iob.26.d.40.c.ps.24.50.Iſa.55.c. In his vijs oſtendit ſe ſapientia. Sapi.6.c. Viæ quoq; Dei ſunt illuſtrationes diuinæ: in quarum initio iam Deus poſsidebat ſapientiam. Pro.8.c.

Vnitas trinitatis.

Via vnius diei dici poteſt vnitas trinitatis, quam euãgelica prędicatio gẽtibus introduxit.3. Reg. 19. a.

Hiero.ſ.Haba.3.

Itinera ęternitatis Dei.Hab.3.b.dicuntur ſiue quia ęternitas illius ad nos venire dignata eſt: ſiue ꝙ ſemper à principio mundi vſq; ad incarnationem ſuam venerit ad ſanctos:& factus ſit in ſingulorum manu ſermo Dei:atq; in vniuerſis vincentibus ſuperauerit.

Mĩa & veritas Dei. Iudicia Dei. — Aug.epiſ.105. Gre.1.ps.50. Fulgẽ.ad Traſimũdum.

Via domini imperueſtigabilis deſignat miſericordiam & veritatem: quia per eas cuius vult miſeretur,& quẽ vult indurat.pſal.24.137.Roma.11.d. Et generaliter occulta iudicia Dei ſunt viæ nimiũ exaltatæ à vijs noſtris. Iſa.55.c.58.a. Vias autem domini docet, qui oſtendit Deum miſericordem eſſe pœnitentibus,iuſtum vero peccantibus.pſal.50.

Iter crucis Chriſti. — Arno.ſ.ps.67.

Iter ꝓſperũ eſt iter crucis Chriſti.pſ.67.quod ſequentes, ꝓſperè ad fœlicitatẽ perducimur.

Mandata Dei. Opera pœnitentiæ. Tribulationes. Sacra ſcriptura. — Hila.ſ.ps.118. Chryſ.ſ.gen ho.4. Hiero.ſ.Iſa.2. Beda.ſ. Pro.2.10. Hie.ſ.ps.16.&.ſ.Iſa.30.48.57.&.ſ.Iere.6&.ſ.Iob24. Amb.ſ.ps.118.ſer.1. Hila.ſ.ps.66. Ori.ſ.Ezech.8.&.ſ.Mat.ho.6.13. Cyril.5.theſauri.4.

Viæ Dei multæ,ſunt mandata,& prophetæ,& apoſtoli:via vero vna,in quã eſt manendum, eſt Chriſtus.pſal.118.127.137. Viæ quæ ſunt mandata,in docendo quidem ſunt vię,in ambulando vero ſemitæ.Iſa.2.a.48.d.64.b.Ier.2.d.Mala.2.b.Rom.11.d. Vię quoq; ſanctorũ ſunt generalia domini mandata:& ſemitæ iuſtitiæ,arctiora vitæ cœleſtis inſtituta:quæ ſolis perfectis acceſsibilia ſunt. Pro.2.b. Via autẽ domini dicitur fortitudo ſimplicis. Pro.10.d. quia ſeruando mandata fit fortis Viæ quoq; duræ ſunt præcepta grauia nolentibus ſeruare: vel ſunt opera laborioſa pœnitentiæ.pſal.16. Et ſemita iudiciorũ Dei ſunt labores pręceptorũ,& tribulationũ: quibus nos ꝓbat Deus.Iſa.26.d.35.c.40.a.58.d. Via quoq; dñi eſt ſacra doctrina & præcepta: & via recta eſt via mandatorũ Dei.Iſa.30.c.33.b.42.c.49.c.57.c.62.d.Iere.31.b. Et viæ,& ſemitę antiquę ſunt doctrina legis & prophetarum. Et ſemitę Dei exaltantur quãdo litera legis ad ſpiritualem ſenſum eleuatur.Iſa.49.d. Semita autem mandatorum Dei ad difficiliora præcepta refertur.pſal.24.36.76.139.142.Gene.18.c.Exod.18.c.23.c.32.b. Hęc eſt via publica & regia,per quã oẽs fideles ire debent in terrã ꝓmiſsionis.Nu.20.c.21.e.Hęc dicitur via vinearũ. Iob.24.c.31.b. Et via vitę.pſal.15.17.22.66.Mich.4.a.Pro.8.Mat.20.d.d.Mar.10.g. Via bona dicitur doctrina euangelica.Iere.6.d. Et via alia eſt doctrina Chriſti, quę ſeparat à vijs errorũ & peccatorũ,& ducit ad patrem.Matth.2.b. Hę ſunt vię populi Dei.Iere.12.d. Et hęc eſt via, in qua ſternebant veſtes Chriſto. Matth. 21.a. Hæc quoq; eſt via ciuitatis habitaculi, quã philoſophi non inuenerunt.pſal.106. Semita quoq; dici poteſt ſpiritus legis, qui eſt in lege noua. Iob. 28.a. Itinera Chriſti,quę diſsipauerunt Iudæi, erant prophetię de eo prædictæ. Iob. 30. b. Viæ etiam domini dicuntur lectio veteris & noui teſtamenti; & ſanctarum intelligentia ſcripturarum.Hoſe.14.d.

Doctrina euãgelica. Spiritus legis. Prophetiæ. Lectio ſacræ ſcripturæ. — Hiero.ſ.ps.106.&.ſ.Iob.28.30.&.ſ.Iere.12.&.ſ.Hoſ.14.

Incarnatio. Aſcenſio. Opa redẽptionis. Caro Chriſti. Prædicatio Chriſti. — Amb.de Salomõ.1.2.5. Gre.18.mo.21.&.19 mor.3.&.25..mo.16. Hiero.ſ.ps.17. Aug.ſ.Ioan.trac.15. Hiero.ſ.Iſa.26.57. Amb.de Salomo.4.5.&.ſ.Luc.10. Hila.ſ.ps.138.

Via aquilę difficilis eſt incarnatio & aſcenſio Chriſti: vel vterq; eius aduentus in mundum. Pro.30.c. Et ſemita auis,quã ignorauit populus Iudæorũ,fuerunt opera Chriſti, tam incarnationis,quàm redẽptionis.Iob.28.a.d. Et via ſapiẽtiæ,eſt opus redẽptionis.Iob.34.c. Et via viri in adoleſcentula eſt incarnatio Chriſti in virgine. Pro.30.c. Eadẽ dicitur via impolluta. ps. 17. Iter etiam eſt caro Chriſti:vt fatigatur Chriſtus in itinere,hoc eſt, in carne.Ioan.4.a. Via etiã Chriſti. Iſa.57.d. ipſa opera redemptionis ſignificat. Et via putei videntis & viuentis, eſt humilitas paſsionis Chriſti.Gen.24.g. Vię quoq; fuerunt opera prædicationis.pſal.138.141. Et ſemitæ ſunt prædicatio eius laborioſa:quę & ſemitæ iuſtę dicuntur.Iſa.26.b.41.a. Et via nauis in medio mari,& via viri eſt via Chriſti laborantis in hac vita.Pro.30.c.Et iter faciens Samaritanus, eſt Chriſtus è cœlo deſcendens,& in hac vita laborans. Luc.10.f.

Cor humanum. — Arno.ſ.ps 84. Ori.ſ. Luc.ho.22. Hiero.ſ.Iſa.40. Hila.ſ.ps.67. Gre 19.mo.3.

Via domini paranda deſignat corda hominum præparanda Deo.Iſa.40. a. Hanc viam parabat Ioannes Baptiſta diſponens corda hominum ad Chriſtum ſuſcipiendum. Parabantur quoque corda gentilium,quum fiebant tractabilia ad fidei ſuſceptionem. Iob.28.d.pſalm.67. 84. Luc. 3. a.

Fides. Iuſtitia. Virtutes. — Amb.ſer.24. Hiero.ſ.Iſa.43.&.ſ.Iere.32.&.ſ.Iob.28.&.ſ.ps.17.

Via in qua ſternebant veſtes.Matt.21.a. deſignare poteſt fidem Chriſti, quę ducit ad templum Dei. Et via quam dedit dominus in mari, vt tranſirent filij Iſrael, eſt fides, per quam venerunt gentes ad eccleſiam: vnde in aquis, torrentibus,& in Iordane,& in deſerto dicitur Deus poſuiſſe viam ſalutis. Iſa. 43.c.51.d. Et via ab Aegyptijs in Aſſyrios, eſt vnitas in fide.Iſa.19.d. Hæc eſt via vna,quam dat Deus fidelibus,vt ſeruentur in eccleſia.Iere.32.g.Et

Fulgẽ.ad Traſimũ-duũ.1. Glo.inter.ſ.gen.32. Caſsi.lib.11.cap. 6. — Patientia. Perſeuerantia.

ſemita dicitur fides.Iob.28.a. Via quoq; domini impolluta eſt recta fides, quam illi præparamus,vt veniat ad nos.ps.17. Et via, à qua errauit ouis,eſt fides & iuſtitia,& virtutes. Luc.15.a. Via virtutis dicitur patientia.pſal.101. Reſpondit ei in via virtutis ſuæ. Itinere autem incepto ambulare dicit perſeuerantiam,& profectum.Gen.32.a.Viæ quoq; planæ ſunt virtutes.Iſa.40.b. In hac via abſcondunt ſuperbi laqueum, quando dæmones faciunt homines ſuperbire de virtutibus.pſal.141.

Hiero.ſ.Mich.4. — Angeli.

Viæ domini aliquãdo dicuntur angeli præſidẽtes eccleſijs.Mic.4.a.Docebit nos devijs ſuis.

Amb.ſer.74. — Reſurrectio corporum.

Via Dei aliquando dici poteſt reſurrectio corporum:quæ & via vitæ dicitur.pſal.15.17.

Epipha.2.cõtra hæreſ.tomo.1. Cyril.dialo.5. Cle.Alex.7.ſtroma. Phil d creati prĩci.3. Hiero.ſ.Iſa.26.57. Beda.ſ.Pro.2. — Eccleſia. Recta intelligentia de Chriſto. Mediũ inter virtutem & vitium.

Via regia dici poteſt ſancta Dei eccleſia : quæ eſt iter veritatis. Eſt etiam via regia, quando quis recte ſentit de Chriſto, non aſcribens, quæ deitatis ſunt, humanitati, neque ẽ diuerſo. Num. 21. e. Via etiam regia eſt, quum quis ex libero animi inſtituto eſt iuſtus : & quæ inter defectum & nimietatem tramitem tenet medium. Quod in ternione medium eſt, principatum habet,vtrinque contigua coaptans, vinculo inſolubili latera ſibi tanquàm regi adhærentia, ipſumq; ſtipantia.Et callis iuſti rectus ad ambulandum,eſt imitatio operum Chriſti recta, quæ etiam eſt via regia.Iſa.26.b.45.c.Pro.2.a.

Hiero.ſ.Iob.38. Cyril.5.theſau.4. Rup.ſ.Iere.16. — Homo. Sancti.

Via aliquando ſumitur pro homine:vt quum dicitur Iob.38.c. In qua via habitat lux. Sancti quoq; dicuntur viæ, qui poſſunt monendo alios ad Deum ducere.Pro.8.a.Iere.6.d.State ſuper vias. Hi ſunt viæ Sion,quæ lugent.Thre.1.b.

Hil.ſ.Mat.caõ.15.22 Baſi.ſ.ps.1. Amb.de. Ioſeph.13. & epiſ.18.&.ſ.Lu.14 Au 83.q. 61.&.1.ſer. do.in mõt.& de decẽ chordi.3. Gre.ſ.1.Reg.15. & 13.mora.13. Hiero.ſ.Eze.41.46. — Vita præſens. Tẽpus huius ſeculi. Temporale imperiũ. Tribulationes huius vitæ.

Via dicitur aliquando vita præſens,ſecundum quam,quandiu hic viuimus, ſumus viatores. Gen.6.b.42.a.45.g.49.c.2.Reg.15.a.Luc.12.g. Hæc eſt via Ephratæ, vbi ſepulta eſt Rachel, quæ habet viatores.Gene.35.c.48.b. Et ipſum tempus ſeculi via dicitur.Matt.22.a. Item temporale imperium.pſal.57.79.Thre.1.d. Et via reſpiciens mare,eſt via tribulationum huius ſeculi.Eze.41.b. Exod.4.f.18.b.33.a.Deut.6.b.25.d.Iob.16.d.pſal.24. In hac via bibit Chriſtus de torrente.pſal.109. Et via veſtibuli templi de foris,deſignat labores huius vitæ.Eze.46.a.In via dicuntur eſſe,qui nulla præſentium cupiditate tenentur.Luc.14.e. Semita quoq; anguſtior dicitur via iuſtorum in hoc ſeculo.Gene.49.c.&.ſ.ps.109..Ori.ſ.Nu.ho.19.&.ſ.ps.35.ho.5.Beda ſ.gen.49

Gre.ſ.1.Reg.1.8.& 19.mo.6 &.27..mo.24. Hiero.ſ Iſa.11. — Officium prædicationis.

Via Samuelis deſignare poteſt officium prædicationis.1. Reg.8.a.Gen.45.g. In viam ſuam abiens Anna deſignat eccleſiam venientem ad prædicationem gentium.1.Reg.1.c. Via quoq; fit populo Dei per flumẽ Aegypti, quũ prædicatio apoſtolorũ ſine impedimẽto extenditur ad gentes.Iſa.11.d. Dicitur quoq; Deus viam feciſſe in mari equis ſuis,quando in mundo aut gentilitate dedit locũ prædicatoribus. Et ſemitę nubium ſunt ſanctę prædicationis vię.Iob.37.c.

Hiero.ſ Mich.4. — Apoſtoli.

Semitæ Dei dicuntur aliquando apoſtoli,per quos in Chriſtum credidimus : & ambulamus in ſemitis Dei,quando fidem & opera illorum imitamur.Iſa.22.a.Mich.4.a.

Gre.19.mo.6.&.29.mor.16

Viam poſuit *Deus* ꝓcellis *ſonãtibus*.Iob.28.d. quando prædicatoribus ſuis ad corda hominum terrore venturi iudicij perculſa aditũ fecit.Sic dedit viam ſonanti tonitruo.Iob.38.c.

Ori.ſ.Exo.ho.3. Cyril. de adorat.in ſpũ ſancto. Hie.ſ.Ion.3. — Partes pœnitẽtiæ. Triplex doctrina. Cõfeſsio reſurrectionis. Cõfeſsio trinitatis.

Via trium dierum.Exo.3.f.5.a. ſignificare poteſt iuxta Origenem corpus,animã,& ſpiritum. Vel tres partes pœnitentiæ.Vel triplicem doctrinam,rationalem,moralem,& naturalẽ. Vel facta,dicta,& cogitata. Vel dicit confeſsionem reſurrectionis,quę facta eſt in Chriſto tertia die. Vel dicitur,vt longius recedamus à terminis impietatis. Et via trium dierum Niniue eſt cõfeſſio trinitatis in mundo:via vero vnius diei,confeſsio vnitatis.Ionæ.3.a.

Hiero.ſ.Eze.40. Glo.ord.ſ.Exod.13 Ori.ſ Mat.ho.14. & ſ.Rom.3. Glo.inter.ſ.Eze44. — Via cœleſtis. Securitas à tentationibus. Ceremoniæ iudæorum.

Via meridiana templi deſignat viam cœleſtem,in qua lux pleniſsima eſt.Eze.40.g.Via etiã deſerti dicitur tranquillitas & ſecuritas à tentationibus.Exo.13.d. Et via pacis eſt quæ ducit ad Chriſtũ,& cœleſtẽ Hieruſalẽ.Luc.1.g.Roma.3.c. Et via Hieruſalem eſt iter in cœlũ.Mat.21.a.

Viæ templi,quæ ſunt introitus templi, ceremonias Iudęorũ ſignificare poſſunt. Eze. 44.b.

Ori.ſ ps.36.ho.1.& ſ.Iere.ho.12. Hila.ſ.Mat.cano.10. Amb.1.officio.2. Gre.1.mo.38.&.5.mo.3.&.11.mo.25.& 21.mo.4. Beda.ſ.Pro.4. Gre.ſ.1. Reg.12.& 27.mo.24. — Opera ſiue bona ſiue mala. Conuerſatio. Exẽpla ſanctorũ.

Via ſępe ſignificat opera. Gẽ.6.b. Omnis quippe caro corruperat viam ſuã.pſal.1.36.38.118. Iere.7.a.10.d.Hoſe.12.a.Agge.1.a. Et via ꝓpria deſerenda ſunt opera mala.Iſa.55.b. Vię Sion ſunt exteriores *animæ* actiones.Thre.1.b. Et via gentiũ,opera gentiũ.Mat.10.a.Zach.1.b.Viæ autẽ iuſtorũ,ſuper quas ſunt oculi,ſunt eorum opera,& affectus.Iere.6.d. Et ipſa conuerſatio uia dicitur.Gen.33.c.38.d.42.a.Iob.3.d.6.c.13.c.d.17.b.19.a.22.d.23.c.30.b.31.a. In hac via ſuperbi abſcondunt laqueum,quãdo noſtris inſidiantur operibus.pſal.141.Dicuntur etiã ſemitæ, pręcipuẽ,quę ſunt virtutis & æquitatis:quia in principio ſunt anguſtæ.Pro.4.b. Via nõ recta, ſed bona eſt via ſeu cõuerſatio imperfectorũ:via vero bona & recta,eſt cõſiliorũ euãgelicorũ. 1.Reg.12.d. Perfecti enim dñr,qui ſeruãt cõſilia euãgelica.Mat.19.c. Si vis perfectus eſſe,vade, & vẽde oĩa,quæ habes. Semitæ nubiũ ſunt opera perfecta prędicatorũ,cõſilia euãgelica,& anguſtã viã ſeruantiũ.Iob.37.c.Pro.31.d. Cõſiderauit ſemitas domus ſuę. Via ciuitatis ſunt exempla bonorũ.pſ.106. Via autẽ termini eſt cõſũmatio operis,vel ſtudiũ bonę operatiõis.1.reg.13.d.iuxta hoc iter aduerſarij ſcãdalũ ponũt.pſ.139. Via vinearũ ſunt exẽpla ſanctorũ in eccleſia.

Arno.ſ ps.106. Gre.ſ.1.Reg.13.& 16.mo 30. Beda.ſ Pro.2. Philo.de agricultu. — Opera intẽperãtia.

Iob.24.c. Hę ſunt calles iuſtorũ. Pro.2.d. Via in qua eſt ſerpẽs,deſignat opera intẽperantiæ & voluptatis.Via autẽ,in qua eſt ſerpens bonus,quæ eſt recta,eſt temperantia.

Gre.ſ.1 Reg 6. — Intentio.

Via aliquãdo deſignat intẽtionẽ & itinere vno gradientes vaccæ.1.Reg.6.c.deſignãt ſimplicitatẽ intẽtionis,quę laudanda eſt:ſicut ẽ diuerſo duplicitas vituperatur.Eccl'i.2.c. Væ pctori

terram



Aug.ſ.ps.141.

terram ingredienti duabus vijs. Et Matt.6.c. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totũ corpus tuum lucidum erit. Et pſal.44. Omnis gloria ſponſæ ponitur abintus. Semitæ, quas cognoſcit dominus ſunt intentiones,quas homines ignorant.pſal.141.

Dogmata philoſophorum. Gentilitas. Errores hęreticorũ — Ori.ſ.Mat.ho. 20. Gre.ho.36.

Viæ diuerſæ ſunt varia dogmata philoſophorum,aut ſectæ gentiliũ : & etiam ipſa gẽtilitas: & errores hæreticorum:vnde vocantur ad nuptias.Matt.22.a.Luc.14.e.

Tribulationes. — Aug.1.q.in euã 31.& 2.cõtra Gaudẽtiũ.17 Amb.de Salomo.4.

Via nauis in medio mari,eſt ꝓgreſſus eccleſię inter tribulatiões.Pro.30.c.Et via cõfiniũ eſt afflictio temporalis,qua tranſitur ad cœlum.1.Reg.6.b.vnde Matt.7.b. Arcta eſt via,quę ducit ad vitam. Et Luce.24.d. Nonne oportuit Chriſtum pati,& ita intrare in gloriã ſuã? Acto.14.b.Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ Dei.Hæ vię in initio cõuerſationis dñr vię durę.pſ.16.99.118. Semita quoq; eſt anguſtia,quę fit p poteſtatẽ premẽtis.Gen.49.c.

Bona cogitatio. Cogitationes. — Gre.ſ.1.Reg.13 &.11 mor.25. Beda.ſ.Pro.1.31.

Via Ephraim eſt bona cogitatio in corde:& via Bethoron,bona verba in lingua. 1. Reg.13.d. Semita etiã,quia anguſtior q̃ via,ipſas cogitatiões deſignare poteſt.Iob.13.d.Et ſemitę auari ſũt ſubtiles eius cogitatiões,quibus ſedulo inquirit qualiter pecunias augere poſsit.Pro.1.b.31.d

Deſideriũ ſeu appetitus naturalis. — Gre.14.mor.6.

Semita dicitur deſiderium ſeu appetitus alicuius rei, ad quã homo inclinatur:& ipſi mores. Ibi autem diabolus decipulam ponit, vbi eſſe ſemitam mentis cõſpicit:quia illic periculum deceptionis inſerit, vbi viam eſſe inuenerit propinquę cogitationis.Iob.18.b.

*Motus virtutis.* — Amb.1.de *Abra.5.*

Itinere quo venerat,dicitur reuerſus Abraham:Gen.13.a.vt deſignetur bonos virtute moueri, vt proſint alijs:& per eandem ad Deum redire. Vel deſignat incipiendum eſſe ab oratione, & in eadem opus finiendum.

Aſtutiæ diaboli. — Beda.ſ.Pro.30.

Via aquilæ in cœlo eſt ſubtilitas inimici,quę circa cœleſtiũ virorũ corda volitat. Via colubri ſupra petrã eſt aſtutia hoſtis venenati, qui inſidiari nõ deſinit ijs, quos in petra fidei fundatos eſſe cõſpicit. Via nauis in medio mari eſt via iniquitatis,quę per amaras ſeculi huius vndas immũdorũ ſpirituũ flatibus agitatas incedit. Via viri in adoleſcẽtia eſt,q̃ facile mutaẽ.Pro.30.c.

Peccata. Errores. Cultus idolorum — Cle.Alex.2. ſtrom. Hila.ſ ps.1. Chryſ.1.Mat.ho.45. Baſi.ſ ps.1. Hiero.ſ.Iſa.10.57.& ſ.Ier.2.&.ſ.Amos.8. Gre.7.mo.14.

Via paſsim ſignificat peccata : quæ via malorum & peccatorum dicitur. Et via Sur tendens in Aegyptum,eſt declinatio in peccatum.Gene.16.b. Et via peccatorum eſt lata via,& Iudaica opinio eorum,qui nutriti ſunt in lege:vel eorum,qui ex gentibus non ſunt ducti pœnitẽtia. pſal.1.Nahum.2.b. Vel via peccatorum ſunt peccata & vitia, ad quæ inſtinctu naturæ propenſi ſumus. Et viæ propriæ ſunt ipſa peccata,quæ homo ſua ſpõte operatur.pſal.9.48.54.118.138.145. Secus hanc viam ſunt negligentes,& otioſi,& non intelligentes verbũ Dei:in quibus verbum Dei cõculcatur.Mat.13.a.Luc.8.a.Pro.4.c.Sapi.5.b. Huius viæ ductor,eſt diabolus : qui ducit in viã Aegypti,& in mundana opera. Via vniuſcuiuſq;,in quam declinant ſiue ad dextrã, ſiue ad ſiniſtram,ſunt errores & peccata:quæ & viæ nõ bonæ dicuntur.Iſa.10.f.53.b.57.b.59.b.65.a.Iere.2.d.3.a.15.b.16.d.Thre.4.a.Eze.36.d.In his vijs eſt vox ploratus,quũ peccatores reſipiſcunt.Iere.3.g. Via Aegypti & Berſabee eſt cultus idolorũ & errorũ. Amos.4.c.8.d.Et iter

Via lata. Mundus. Veſtigia peccati. Superbia. Via cõdẽnationis. — Rup.ſ.Amos.4. Beda.ſ.Pro.2. Ori.ſ.cãti ho.4.& ſ Eze.ho.13. Amb.de Salomo. 3. Gre.16.mor.5. Hiero.ſ.Iſa. 21.

nõ tritum eſt iter peccatorũ:quia non eſt via regia.Iere.18.c. Dicitur etiã via mala, & via tenebroſa.Pro.2.b. Et ſemitæ malorũ dicũntur incuruatæ,& inuolutæ.Iob.6.c.8.c.30.b. Iſa.59.b. Iter quoq; platearum eſt via lata peccatorum,quæ ducit ad inferos.Thre.4.d.Et ipſe mundus. pſal.1. In via peccatorum non ſtetit. Via ſerpentis deſignare poteſt veſtigia peccati. Pro. 30.c. Semita ſeculorum dicitur ſuperbia.Iob.22.c. Ab hac ſemita eſt nobis declinandum. Iſa. 51.c. 59.b.Ie:e.18.c. Semitæ autem Dodanim deſignãt viam condemnationis.Iſa.21.d.

Mala exẽpla doctorum. — Lyra.ſ.Iere.23.

Iter mendacij eſt in doctoribus eccleſiæ,quum ſuo exemplo faciunt, vt alij iudicent malum bonum,& bonum malum.Iere.23.c.

Diabolus. Tentationes. — Arn.& Hil.ſ.ps.118. Glo.ord.ſ. Exo. 13.

Via iniquitatis dicitur diabolus, aut etiam occaſiones peccati.pſal.118. Et via deſerti ſunt variæ occaſiones tentandi.Iere.12.c. Via quoq; terræ Philiſtijm.Exo. 13.d. deſignat grauiores tentationes occurrentes in principio conuerſionis.

Mutatio vitæ. — Hila.ſ.Mat.cano.1.

Via alia dicitur *mutatio vitæ prioris in meliorem.* Matth.2.b.Per *aliam* viam reuerſi ſunt in regionem ſuam.

Glo-inter.ſ. Pro.7.

Viam longiſsimam dicit meretrix abijſſe virum ſuum. Pro. 7.c. quia vacantes voluptatibus putant ſe longe eſſe à lege Dei,& ab eius punitione.

Gre.14.mo.18.

Semita interdum dicitur via, qua volumus euadere flagella.Iob.19.a. Semitam meam circuſepſit & tranſire non poſſum.Hoſe.2.b. Semitas ſuas non inueniet.

Anima. — Hiero.ſ. Iſa. 51. Gre.14.mo.20.

Quaſi per viam tranſire dicuntur dæmones,per animã vitijs ſubiectã tranſeuntes.Iſa.51.g.Et latrones,hoc eſt, dæmones viã ſibi in afflictorum cordibus faciunt,quando inter aduerſa,quæ exterius tolerantur,cogitationes quoq; prauas immittere non deſiſtunt.Iob.19.b.

Miracula diaboli. — Gre.14.mor.11.

Semita poſt Leuiathan lucet.Iob.41.d. quia quorum corda diabolus penetrat, eorũ opera prodigijs illuſtrat : vt nimirum tanto altius eorum mentes in erroris tenebris teneat, quanto per eos foris quaſi potentius lucem de miraculis oſtentat.

Veſtigium.

Semita aliquando dicitur veſtigium.Iob.30.b. Oppreſſerunt quaſi fluctibus ſemitis ſuis.

Occulta mundi. — Aug.ſ ps. 8.

Semitæ maris dicuntur occulta huius mundi, quæ perambulant piſces maris,hoc eſt,curioſi. pſal. 8.

Affectiones terrenę — Gre.7.mor.17.

Semitæ Theman dici poſſunt diſſolutæ affectiones rerum terrenarum.Iob.6.c.

Gre.7.mor.17. — Actiones tẽporales

Itinera Saba dici poſſunt actiones, quibus homo ſe rurſum implicat in his, quæ dereliquit: vt quando per affectum cognationis redit aliquis ad temporalia, quæ reliquerat. Iob.6.c.

Gre.25.mor.13. — Grauior iræ Dei cauſa.

Viam fecjt Deus ſemitæ iræ ſuæ. pſal.77. quia via latior eſt, quàm ſemita: & ſemitæ iræ ſuæ viam facere eſt iræ cauſas diſtrictè iudicando dilatare: vt qui illuminati recte agere noluerunt, iuſtè cæcati adhuc faciant, vnde amplius puniri mereantur.

Hiero.ſ.Iere.14. — Chriſtus.

Viator declinans ad manendum fuit Chriſtus in terra. Iere.14.d. Nam à ſummo cœlo fuit egreſsio eius, & cucurrit viam vt gigas, & occurſus eius vſq; ad ſummum cœli. pſal.18.

Hiero.ſ.Eze.39. Gre.15.mor.27. — Peregrini ĩ hac vita.

Viatores ſunt, qui ſeculum iſtud tanquàm peregrini pertranſeunt, qui præſentem vitã viam ſibi eſſe, & non patriam attendunt: qui in dilectione prætereuntis ſeculi cor figere deſpiciunt: qui non remanere in tranſeuntibus, ſed ad æterna peruenire concupiſcunt. Eze.39.c. Iob.21.d.

Gentiles.

Viatores Iſmaelitæ deſignãt gentiles ad fidem venientes. Gene.37.e.

## Viaticum.

Glo.ord.ſ.Deut.25. — Opera bona.

Viaticum dicitur, quicquid iter agendi cauſa neceſſarium eſt, ſiue cibus ſit, ſiue pecunia ad victũ expendenda. Deu.15.c. Ioſu.9.a. Poteſt autem viaticum deſignare opera ad futuram vitam neceſſaria.

## Vibrare.

Vibrare eſt mouere, & quaſi vi agitare: vt vibrare gladium vel haſtam.

Baſi. & Aug.ſ.ps.7. — Vindicta Dei.

Vibrare dicitur Deus gladium, quando præparat vindictam. pſal.7. vel vibrauit gladiũ, quando Chriſti humanitas in iudicio malis apparebit terribilis.

Hiero.ſ.Iob.39. Gre.31.mor.25. — Ornantes hæretici errores. Perſequẽtes prædicatores.

Vibrare dicitur haſta & clypeus ſuper equum. Iob.39.c. quando hæretici in ſuis mendacijs vtuntur ornato ſermone: vel quando graues exercentur perſecutiones ab infidelibus contra prædicatores. Et vibrat clypeus, quando perſecutor ſæuiens, poſtquàm prædicatoris corpus ſupplicio percuſsit, auditorum cor quaſi clypeo verbis ſuæ diſputationis munit.

Gre.34.mor.6. — Præparata ſentẽtia cõtra diabolum.

Vibrare dicitur haſta contra Leuiathan. Iob.41.d. quando Deus in diaboli interitu diſtrictam minatur ſententiam. Haſtam quippe vibrare eſt, æternam mortem ex diſtricta animaduerſione præparare.

## Vice, Viciſsitudo, Vicarius.

Viciſsitudo eſt alternatio & mutatio, que per vices fit: vnde & vicarium eſt, quod pro altero quaſi æquale redditur.

## Vicia.

Glo.ord.ſ.Iſa.28. — Minores in eccleſia.

Vicia eſt genus grani ſeu leguminis, cuius herba capreolos habet vt vitis. Eius ſemen parum differt à lente. Eze.4.c. Iſa.28.g. vbi ſeptuaginta dicũt Far. Poteſt referri ad minores & ſimplices in eccleſia, ſicut & Gith.

## Vicinus, Finitimus.

Vicini dicuntur, qui eundem colunt locum, & quorum domus parum à ſe inuicem diſtant.

Glo.inter.ſ.Iere.23.

Non dicitur Deus è vicino: quaſi ſola vicina aut præſencia nouerit: ſed eius cognitio ad remotiſsima quæq; extenditur. Iere.23.d.

Gre.ho.34. — Exiſtẽtes in grã. Angeli.

Vicini Dei dicuntur appropinquãtes illi meritis & gratia. Iſa.33.b. Et angeli ſunt vicini Chriſti, quos conuocat ad congratulandum ſuper oue inuenta. Luc.15.a.

Rup.2.ſ.Exo.7. & 1.ſ.Deut.7. — Gentiles. Sancti.

Vicini fidelium erant gentiles. Exo.12.a. pſal.79. Ab his petit vidua vaſa vacua implenda oleo gratiæ. 4.Reg.4.a. Item ſancti: quos aſſumimus in ſacrificio, quum dicimus: Communicantes & memoriam venerantes, &c. Et vicinior ciuitas loco cadaueris, eſt gentilitas credens ſcripturis prænunciantibus mortem Chriſti. Deut.21.a.

Hiero.ſ.Iere.6. — Fideles ex gentibus Sequentes literam cum Iudæis.

Vicini Iudæorum erant fideles ex gentibus: vel ſunt, qui ſequuntur cum Iudæis occidentẽ literam. Iſa.33.d. Iere.6.e.

Amb.3.de fide.5. Aug.ſ.ps.30. — Iudæi & gentiles. Mali Chriſtiani.

Vicini Chriſti dicuntur Iudæi & gentiles, qui non ei adhærebant, nec in eadem domo exiſtebant. Vicini etiam ſunt mali Chriſtiani, quibus fit opprobrium Chriſtus: vel ſunt, qui volebant fidem accipere, ſed malorum Chriſtianorum ſcandalo retrahuntur. pſal.30.88.

Hiero.ſ.Iere.12. — Hæretici.

Vicini eccleſiæ peſsimi ſunt hęretici: qui non ſunt in eccleſia, ſed iuxta eccleſiam: in aliquibus concordantes, in aliquibus diſsidentes. Iere.12.d.

Ori.ſ.Eze.ho.7. Hiero.ſ.Eze.16. Arno.ſ.ps.78. — Dæmones.

Vicini Hieruſalem erant Aegyptij: quia eorum imitabantur vitia Iudæi. Vel ſunt dæmones vicini naturæ humanæ: quia vtriq; intellectuales. Ezech.16.c. Vicini quoq; dicũtur dæmones, qui nunquàm à nobis recedunt, vt tentent. pſal.78.

Glo inte.ſ.Exo.3. — Scientia naturalis.

Vicina, à qua poſtulatur vaſa. Exo.3.g.11.a. deſignat ſcientiã verorũ, quę apud gẽtiles habet.

Caro.

Vicina caro dicitur de carne, quæ animę copulata eſt, tanquàm illi vicina. Leui.13.c.e.

Aug.ſ.ps.78. — Mali.

Vicini nři dñr mali: qa ĩ hoc mũdo pmiſti ſunt bonis, donec ĩ iudicio fiat ſeparatio. pſ.78.79.

Gre.ſ.1.Reg.4. — Plebs iudaica.

Vicina partui vxor Phinees. 1.Reg.4.d. deſignabat plebem Iudaicam cogitantem effundere malitiam, quam in Chriſtianos conceperat.

Vicinitas



Tentationes recenter conuerſorum. — Glo.ord.ſ.Exo.13.

Vicinitas terræ Philiſtijm deſignat tentationes orientes in initio conuerſionis. Exo.13.d.

Glo.int.ſ.Eze.27.

Finitimi Tyri dicuntur ædificaſſe Tyrum: vt non ipſa ſuperbiat, quaſi ſeipſam ædificauerit: ſed dicatur ei: Quid habes quod non accepiſti? Eze.27.a.

## Victima, uide Sacrificare.

## Victus.

¶ Victus eſt om̃e illud, quo viuimus: cui⁹ allegorias potes quęrere ĩ verbis, cibus, & comedere.

## Vicus, Viculus.

Vicus eſt pars vrbis, qui ex multiplicatis domibus fit: eſtq; anguſtior platea. Conſtat autem vrbs ex pluribus vicis, tanq̃; ex membris.

Viri ſpirituales. — Gre.ſ.canti.3.

Vici ciuitatis ſunt ſpirituales viri in eccleſia: qui dum ad cœleſtia toto corde gradiũtur, anguſtam viam tenent, qua ad vitam perducantur. In his quærit ſponſa ſponſum, quando in eis quærit, quod imitetur. Cant.3.a.

## Videre, Cernere, Præuidere.

Videre eſt actus potentiæ viſiuæ per organum oculorum: qui potiſsimum cognitioni deſeruiunt: & in hoc viſus cæteris ſupereminet ſenſibus: quorum actibus, quatenus cognitioni deſeruiunt videre attribuitur: & quum aliquid mente percipimus, videre illud dicimur: ſicut & ipſa mens oculus dicitur. Itaq; videre interdum eſt audire. Exod.20.c. Cunctus autem populus videbat voces. Cauere. 4.Reg.6.g. Videte quum venerit nuntius. Cognoſcere. Gen.2.c. Adduxit ea ad Adam, vt videret, quid vocaret ea. Laudare. Matth.6.a.23.a. vt videantur ab hominibus. Comparere. 2.Reg.14.f. Faciem regis non vidit. Confirmare. Ierem.11.d. videam vltionem tuam ex eis. Conſiderare. Gene.20.c. Quid vidiſti, vt hoc faceres? Contemplari. Gene.11.a. Vt videret ciuitatem & turrim. Eligere. Matt.4.c. vidit duos fratres Simonem qui vocatur Petrus. Experiri. Ge.8.b. Vt videret ſi iam ceſſaſſent aquæ. Explorare. Gene.37.c. Vade & vide, ſi cuncta pſpera ſint. Illuſtrari. 4.Reg.6.c. Aperi oculos pueri huius, vt videat. Imaginari. Gene.28.c. Viditq; in ſomnis ſcalam. Iudicare. Gen.1.b. Vidit Deus quod eſſet bonũ. Perſuadere. Deut.12.b. Singuli quod rectum ſibi videtur. Pugnare. 2.Para.25.a. Videamus nos mutuo. Reſpicere. Gene.9.d. Patris virilia non viderunt.

Approbatio Dei. — Amb.1. Exae.9. & de Noe.11. Hie.ſ.Iere.12. Euch.form.ſpũa.1.

Videre in Deo idem eſt, quod approbare: vt quum dicitur vidiſſe cuncta quę fecerat, & erãt valde bona. Gen.1.d. Plus eſt autem quod probatur aſpectu, q̃; quod ſermone laudatur. Suo autem vtitur Deus teſtimonio, non alieno ſuffragio: quę probat Deus videt: & quę videt probat. Proprijs autem ſermonibus naturam lucis expreſsit: quæ videndo complacet, quoniam ipſa videndi officium ſubminiſtrat. Vidit etiam Noe iuſtum: quo iudicio ipſe non fallitur, quum homines paſsim fallantur. Gene.7.a. Iere.12.a.

Acceptans Deus opera Chriſti. — Hie.ſ.Iſa.57. Hila.ſ.ps.138.

Videt Deus vias Chriſti, vt opera redemptionis per eum facta acceptet. Iſaię.57.d. Præuidit etiam omnes vias Chriſti, quando omnia prædixit, quæ ad eum ſpectabant. Et viderunt oculi eius imperfectum illius, hoc eſt, humanitatem. Vel oculi alicuius vident imperfectum Dei, hoc eſt, eius Deitatem, quam tamen non comprehendunt. ps.138.

Faciẽs Deus videre. — Ori.ſ.gene.ho.8. Aug.13. confeſ.31. & ſ.ps.58. Euch. form. ſpũa.1. Chryſ.ſ.gene.ho.4.

Videre etiam dicitur Deus, quando facit nos videre: & videt, quæ fecerat bona, aut valde bona: quando facit, vt nos ſpiritu eius videamus. Qui enim produxit cœlum, & priuſq̃; formaret, ſciebat formandi cœli pulchritudinem, loquitur eo modo, quo nos homines imbecillitate circundati intelligere poſsimus. Gene.1.d. ps.58.138. Iob.28.

Examinans Deus. — Baſi.ſ.ps.32. Hila.ſ.Matth.cano.22. & 9.de trinita. Hie.ſ.Iſa.59.

Videre pręterea dicitur Deus, quum examinat. Gen.11.a. Deſcendit autem dominus, vt videret ciuitatem & turrem. ps.32. Vidit omnes filios hominum. Sic videbit Deus diſcumbentes, quando in iudicio omnes examinabit. Matt.22.a. Iſai.59.d. Et vidit Ieſus ficum, eam videlicet iudicaturus. Matth.21.b. Et videt poma conuallium, quando per ſuperiores examinat inferiores. Canticor.6.d.

Auxilium Dei. Miſericordia Dei. — Ori.ſ.Mat.cap.14. Hila.ſ.ps.58. Hiero.epiſt.beatit. Rup.ſ.Zach.9. Aug.ſ.ps.31. & ſ.Ioan.trac.49. Gre.8.mor.13.

Videre quoq; dicitur Deus eos, quibus præſtat auxilium, & quorum miſeretur. Gene.16.d.22.c. Exo.3.a. ps.79. Et videre dicitur, quando adiuuare decernit. Eze.16.a. Et vidit opera Niniuitarũ pœnitentium, vt eorum miſereretur. Ionæ.3.d. Et vidit Ieſus turbas per miſericordiã. Matt.14.b. ps.58. Et vidit pater à longe filium prodigium. Luc.15.d. quia ante opera digna pœnitentiæ præuenit peccatorem ſuo auxilio. Iſa.63.d. Zacha.9.b. Sic vidit Chriſtus Nathanaelẽ, quando miſertus eſt generis humani. Ioan.1.g.11.c. Et viſus hominis eſt miſericordia redemptoris. Iob.7.b.

Reprobatio Dei. — Hie.ſ.Iſa.57. Fulgen. ad Traſi.2. Euch.form.ſpũa.1.

Videre rurſum dicitur Deus, quando reprobat. Gene.11.a.18.c. Et dicit videre peccata, quãdo certam decernit vindictam, quam reprobi nequeant euadere. Iere.7.b. Iſaię.57.d.59.a. Itaq; non videt malum Deus, vt probet: videt vero, vt iudicet. Et quaſi non vidẽs dicitur Deus, quãdo diſsimulat punitionem peccatorum. Iſa.57.c. Iob.11.c.

Electio Dei. — Hie.ſ.Iob.28.

Vidit oculus Dei omne precioſum, quando ante conſpectũ eius eſt adimpletio, ſiue effectus ſuę volun

Gre.18.mor.23. Cyril 6.ſ.Ioan.13. Hie.ſ.Hoſe 9. Amb.de Ioſeph.10. Cyril.3.ſ.Ioan.11.

Prædeſtinatio & vocatio.

ſuæ voluntatis,collatis eccleſiæ immenſis beneficijs.Iob.28. b. Vidit etiam omne precioſum, quando elegit humiles.Sic vidit Nathanaelem ſub ficũ, hoc eſt, ſub vmbra legis, vnde eum elegit.Ioan.1.g.Et vidit cæcum à natiuitate.Ioan.9.a.Vidit etiam Deus patres Iſrael,vt prima poma in cacumine ficus,quãdo elegit patriarchas & apoſtolos.Hoſ.9.c.Et videns Ioſeph Beniamin.Gene.43.f.eſt Chriſtus eligens & conuertens Paulum: videns quoq; Ieſus maximã multitudem venientem ad ſe.Ioan.6.a.Deſignat prędeſtinationem & vocationem ſaluandorum.

Rup.4.ſ.Mat. — Expertus Ieſus miſerias.

Vidiſſe dicitur Ieſus turbas.Mat.5.a.quando expertus eſt miſerias huius vitæ.

Hie.ſ.Iere.11.

Videre vltionem volebat Chriſtus de perſecutoribus,nõ de ijs,qui cõuertendi erãt ad pœnitentiam:ſed qui perſeueraturi erant in nequitia.Iere.11.d.

Receptio gentiliũ ad fidem.

Videns Iſaac camœlos venientes cum Rebecca,deſignat Chriſtum recipientem gentiles ad fidem.Gene.24.g.

Philo.de migra Abrah.

Videre aliquando ſumitur generaliter, vt includat etiam cognitionem aliorum ſenſuum: vt quum populus dicitur vidiſſe voces. Exo. 20.c. vbi deſignat,diuina pręcepta intellectu potius videri,q̃; audiri.

Diony.cœleſt. Hie rar.15. Ori.ſ.Iere.ho.14. — Intellect⁹ angelicus

Viſus in ſanctis angelis,clariſsimam ſignat aciem,qua diuinis hauriendis luminibus inhiant: ſimplicẽq; præterea illam,& liquidam,nihilq; obluctantem, ſed motus celeritate conſtantem, purãq; & patulam ſuſcipiendis abſq; perturbatione vlla diuinę claritatis fulgoribus qualitatem: videre autem dicuntur aquæ Deum,hoc eſt,angeli præpoſiti aquis.p̃s.76.

Hych.ſ.Leui.16. Greg.14.mora.33.& 24.mor 6. Gre. Nyſſe.de Beatitudinibus. — Viſio beatifica. Viſio per ſpeciem. Habere Deum.

Videre faciem Dei eſt eius diuinitatem intueri: quod erit videre Deum in iubilo. Iob.33.d. Videre autem facie ad faciem,licet ſit claram eius habere cognitionem,tamen aliquãdo eſt videre eum per aliquam ſpeciem,quæ plurimum mentem eleuet. Gen.32.g.Exo.33.c.Videt autẽ Deum in carne, qui videt eum reſuſcitatus. Iob.19.b. Videre in vſu ſcripturæ idem ſignificat, quod habere:quemadmodum, illud, videas bona Hieruſalem. Et, Tollatur impius,ne videat gloriam domini.

Gre.27.mor.2 Arno.ſ.p̃s.106. — Cognitio Dei per creaturas.

Vident omnes homines Deum.Iob.36.d.quia omnis homo eo ipſo,quo rationalis eſt conditus,debet ex ratione colligere,eum qui ſe condidit Deum eſſe. Quem nimirum iam videre, eſt dominationem illius ratiocinando conſpicere.Et vident opera domini in profundo, qui ſecreta eius mirabilia cognoſcunt.p̃s.106.

Gre.9.mor.11. — Ignorãtia ſtat⁹ gratiæ.

Non videt homo Deũ ſi venerit:nec intelligit,ſi abierit:quia poſtq̃; ſemel ſponte oculos perdidit,incertus eſt de tentatione,vtrum probet,an trucidet:& de donis vtrum hic deſertos remunerent, an in via nutriant, vt ad patriam perducant.Iob.9.b.23.b.

Cyril.6.ſ.Ioan.11. Hy.ſ Leui.16. Aug.q. in Exo.154. Et epiſt.112.&.ſ.p̃s. 138. — Cognitio incarnationis & paſsionis Chriſti.

*Vidit Abraham diem Chriſti*.Ioan.8.g.hoc eſt,vel incarnationem Chriſti,iurante ſeruo ſub eius femore:vel paſsionẽ in immolatione Iſaac: vel trinitatem,quãdo tres vidit & vnum adorauit.Videns autem Abraham poſt tergum arietem.Gen.22.c.indicauit pręcognitionem futuræ paſsionis Chriſti.Et videns Moſes poſteriora Dei, deſignauit cognitionẽ humanitatis Chriſti in vltimis temporibus:vel Iudæos credentes poſt paſsionem Chriſti: vel credituros in Chriſtũ in poſtremo tempore.Exo.33.d.Et videns Balaam viſionem omnipotentis.Num.24.a.deſignauit reuelationem & conuerſionem Iudæorũ in fine mundi futuram.Videre autem dicuntur Ioſeph ante mortẽ,qui fidem Chriſti in hac vita amplectuntur.Gen.45.g.46.d.Nõ viderunt autẽ

Glo.ord.ſ.gene.45. Gre.4.mor.21. Amb.2.de Iacob.4.

bonum dies antiquorum patrum.Iob.9.d.quia non viderunt Chriſtum incarnatum:quem deſiderabant videre.Viſiones etiam Iacob deſignabant præuiſam incarnationẽ Chriſti ab ipſo.Gene.28.c.32.g.Videntibus filijs Iſrael,inijt Deus pactum cum eis. Exo.34.b.poteſt dici de incarnatione,quando filius Dei viſibilis apparuit.

Tertul.de trinita. Hie.ſ.Mich7. — Cognitio Chriſti. Cognitio paſsionis Chriſti. Cognitio diuinæ vindictæ.

Videns Rebecca Iſaac deſignat cognitionem,quę accipitur de Chriſto.Gene.24.g. Videre quoq; Chriſtum incarnatum,eſt videre Deum facie ad faciem.Gen.32.g.Videre quoq; faciem Ioſeph,eſt videre Chriſtum.Gene.43.a. Et videt iuſtitiam Dei,qui videt Chriſtum. Cernens populus opus Dei terribile,deſignat cognitionem paſsionis Chriſti pro peccatis noſtris illatæ: vel cognitionem terribilis vindictę,quam exercet Deus in malos.Exo.34.b.Videt virtutem & gloriam Dei,qui videt Chriſtum.p̃s.62.Et videt lumen in lumine,qui in filio videt patrem.p̃s. 35.Et vidit regem Salomonem in diademate.&c,qui Chriſti contemplatur humanitatem.Cãt. 3.d.Et videt cœlos apertos,qui vera confitetur de Chriſto.Acto.7.g.Et vident oculi præceptorem, hoc eſt.Chriſtum in carne,vel Deum in mente.Iſaię.30.c.32.a.Et videt ingreſſus Dei,qui cognoſcit Deum in homine: vel Chriſtum aſcendentem in cœlum.p̃s.67. Et vident pauperes, hoc eſt,apoſtoli,quæ de Chriſto erant.p̃s.68.Et videt cæcus, quum gentiles cognoſcunt Deũ in Chriſto.Mat.12.b.Et vident vniuerſi credentes columnam,hoc eſt,Chriſtum.Exo.33.b.

Hila.ſ.p̃s.62. Amb.exhor.ad virgi.& de iuſtitu. virgi.16.&.3.de fide.2. Tertu.aduer.marci. Arno.ſ.p̃s.67.68. Hilari.ſ.p̃s.67 &.ſ. Matt.cano.12.

Gre.ſ.1.reg.3. — Reuelatio veritatis. Cæcitas Iudæorum. Videre ſecreta Dei.

Viſio manifeſta dicitur eſſe, quum ſit reuelatio amatæ veritatis. Viſio vero non manifeſta, deſignat cæcitatem Iudæorum. 1.Reg.3.a.Videt viſionẽ magnam,qui videt ſecreta Dei: qui & magnalia Dei videre dicitur.Exo.3.a.14.d.19.a.20.d.24.c.

Amb.ſ.luc.19. Hiero.ſ. Iſai.9.&.ſ. Iob.3. — Venientes gentiles ad fidem.

Videbunt gloriam Dei deſerta,hoc eſt,gentiles,quum venient ad fidem:Videtur autem gloria domini in Hieruſalem,hoc eſt,in eccleſia:vbi videtur iuſtus,nempe Chriſtus. Iſa.35.a.60.a. 62.a. Videre aũt nõ valens Zachæus Ieſum,deſignat gẽtiles,qui ex hoc,ꝙ terrenis adhærebãt, Chriſtum



Videntes apoſtoli Chriſtum. Viſio beatifica. Videre myſteria Chriſti. Videre ſpiritum ſanctum in filio. — Augu. 3. de conſen. euange.25. Arno.ſ.p̃s 47. Gre.9.mor.22. Hie.ſ.Haba.3. Arno.ſ.p̃s.5.83. Baſi.ſ.p̃s.33.

Chriſtum videre non valebant.Lucæ.19.a.Videbunt autem oculo ad oculum,vel apoſtoli ipſum Chriſtum:vel in gloria omnes beati facie ad faciem:& omnes fines terræ ſalutare Dei.Iſa. 52.c.Et vident Chriſtum in Galilæa, qui vident Deum in cœleſti gloria viſione beatifica:vel qui vident Deum in gentibus conuerſis.Matt.28.b. Videbunt autem omnes in iudicio gloriã Chri:non vt omnes ſint beati:ſed maieſtatẽ Chriſti quem cõpunxerunt,videbunt mali ad maiorem condemnationem.Iſa.66.f.Videt populus lucem magnam, quum credendo videt Chriſtum.Iſa.9.a.Videntes magi ſtellam,ſunt cognoſcentes Chriſtum,aut veritatem. Matt.2.a.p̃s. 47. Non videt autem lucem, nec bonum, qui redemptoris myſteria non cognoſcit.Iob.3.b. 9.c.Videt autem lumen in lumine,qui in filio vident ſpiritum ſanctum.p̃s.35.videre etiam dicũtur aquæ Deum,quando populi ipſum cognoſcunt. Videre dicitur mane gloriam domini,qui Chriſti videt reſurrectionem:vel in fœlicitate.Exo.16.b.p̃s.5. Et videtur Deus in Siõ,hoc eſt, in eccleſia,vel in terra viuentium.p̃s.83.Iſa.38.b. Vident bona Hieruſalem, qui ſunt in cœleſti patria:& vident dies bonos acquirentes vitam æternam.p̃s.33.127.Iob.7.b.

Iudæi nolentes cognoſcere Chriſtum. — Glo.int.ſ gen.37. Arn.& Au.ſ.p̃s.57. Gre.4.mor.15.16.

Videntes fratres Ioſeph ipſum Ioſeph à longè.Gene.37.d.Deſignant Iudæos nolentes agnoſcere Chriſtum.Non videntes ſolem ſupercadente igne fuerunt Iudæi, qui igne inuidiæ accenſi,non cognouerunt Chriſtum.p̃s.57.Idem dicitur de non vidẽtibus veritatem. Non vidit etiã lucem,quam expectabat Iudæa,nec ortum ſurgentis auroræ.Iob.3.b.

Contemplatio. Prophetæ. — Baſi.ſ.p̃s.44.45. Gre.ſ.1.reg.9. Ori.ſ. Iſa.ho.1.&.ſ. Matth.ho.3.

Viſiones Iacob in ſomnis.Gene.28.c.32.g.deſignant contemplationem: quæ per quietem à tumultibus ſeculi habetur.Ioſu.5.d.Et videre abſolute eſt contẽplando cognoſcere.p̃s.44.45. Et videns eſt,qui interna contemplatur:quę mens carnalium non attendit: videns etiam eſt is, cui remota & abſentia ſunt præſentia: qua ratione prophetæ videntes dicebantur.1.Reg.9.b. Videt dominum ſuper ſolium excelſum,qui in ſublimem gradum contẽplationis eleuatur.Iſai. 6.a.Et vident filium hominis venientem in regno ſuo, qui poſſunt cum eo in montẽ excelſum aſcendere per contemplationem.Matt.16.d.Luc.21.a.Viſio nocturna eſt contemplatio & cognitio Dei,quæ in hac vita habetur,quæ ſemper eſt cum obſcuritate, licet ſit in quiete à tumultibus.Iob.33.b.Et videre dicuntur in foraminibus,qui habent lumen ſcientiæ,ſed obſcurè:vel vident per oculos,qui ſunt velut foramina.Eccl'tæ.12.d.Et videt eccleſia,quum contẽplatur cõuerſionem gentium.Iſa.60.a.Et videre oculis eſt attentè & diligenter conſiderare, vel verba Dei,vel eius creaturas.Eze.44.b.Vidẽtes quoq; dicunt doctores eccleſię:quos videntes fabricat Deus.Exo.4.c.Iſa.30.b.32.a.Videns ſomnium Nabuchodonoſor,contemplationis actum deſignat:& videt ſtatuam,quum contemplatur conditionem vitæ humanę.Dani.2.a.Videt cœlos Dei,qui ſacras ſcripturas contemplatur,& agnoſcit.p̃s.8.Videns etiam eſt populus chriſtianus:qui etiam eſt audiens.Et ſapientes dicuntur videntes: vt olim prophetæ:& vidẽtium locus eſt eccleſia.Iob.34.c.Et viſio dicitur reuelatio & ꝓphetia,etiam ſi fiat auditu.Hoſe.12.c. Ioel. 2.g.Et viſiones capitis ſunt contemplationes mẽtis, & illuminatio ſenſus ſp̃ualis.Dan.2.d.4.a.

Cognitio Dei ĩ hac vita. Cognitio ſcripturarum. Populus chriſtianus. Sapientes. Eccleſia. — Gre.23.mor.21. Hie.ſ. Eccl'tæ.12.& ſ. Iſa.60.&.ſ.Ezech. 44.& ad principiã. Ricar.de.ſ.victo de ſomnio Nabuch. 2. 19.22.& de ſecurita. conſcientiæ. Aug.ſ.p̃s.8. Beda.ſ.Exo.4. Philo. de migra Abrahæ. Gre.25.mor.15.

Videntes ſplendorẽ legis. — Glo.ordi.ſ.Exo.34.

Videntes filij Iſrael cornutam faciem Moſis.Exo.34.d.ſunt videntes ſplendorem legis:in cuius tamen myſteria non valebant intendere.

Cognoſcere auxiliũ verbi Dei. — Ori.ſ.Matt.cap.14.

Videntes diſcipuli Chriſtum ambulantem ſupra mare. Matth.14.c.ſunt incipientes cognoſcere auxilium verbi Dei in tentatione.

Conuerſio ad lucẽ veritatis. — Hie.ſ.Iſa.29.

Videre dicuntur de tenebris & caligine.Iſa.29.f. qui ab erroribus ad lucem veritatis ſunt cõuerſi:& vident tenebras,occulta myſteria cognoſcentes.

Glo.int.ſ.gen.45.

Videns Iacob plauſtra & cætera,quæ mittebat Ioſeph.Gen.45.g.deſignat ex Iudęis eos,qui cognouerunt plenitudinem euangelij.

Sacra ſcriptura tractabilis humilibus. — Rup.ſ.Eze.11.

Quaſi viſio maris eſt aſpectus rotarum.Eze.1.d.quia vt in expertis & corde pauidis tremenda eſt viſio maris,& deſperabilis:expertis autẽ,& animo conſtantibus adeo tolerabilis, vt non dubitent fragili ligno ſe committere.Qui ſi flauerit aura placida, velociter, atq; delectabiliter optatam deferuntur in patriam:ſi autem vẽtum ſequantur contrarium, & ſydera errantia, non perueniunt ad portum:ſed in fluctibus res pariter amittunt & vitam.Talis viſio rotarũ,ſiue rotæ quatuor facies habentis,inertibus & veram fidei virtutem non habentibus,tremẽda & inacceſsibilis eſt:ſtudioſis autem & bonam ſpem habentibus,adeo tractabilis,vt non dubitẽt ſe nauiculę eccleſię,& arbori crucis committere, ad tranſmeãdam altitudinem dictorum & ſenſuũ, qui multiplices ſunt in lege,& prophetis & pſalmis.Tunc ſi aſpirauerit gratia ſpiritusſancti,iſto quaſi delectabili nauigio currunt in illam cœleſtem patriam:Si autem ſpiritum erroris,& vanitatem ſectentur hæreticam,peius in hoc profundo pereunt,q̃; ſi paupertatem propriam confitẽtes,nunq̃; nauigandi ſumpſiſſent audaciam.

Videns Iacob filios Ioſeph.Gen.48.b. Indicat pręcognitionem,quam habuit de his,qui crediturí erant in Chriſtum.

Vnio legis & ꝓphetiæ cum Chriſto. — Ori.ſ.Mat.ho.3.

Videntes diſcipuli ſolum Ieſum,poſt diſceſſum Moſis & Eliæ.Matt.17.b. deſignant legẽ & prophetiam factas eſſe vnum cum Chriſto.

Conſideratio vindictæ Dei in malos. — Hila.ſ p̃s.51. Ori.ſ Iere.ho.14. Gre.16.mor.7.

Vident iuſti Iudæos eradicatos.p̃s.51.quando conſiderãt iudicia Dei in eo, quòd populum tam dilectum ita abiecerit. Et videns Iuda repudium Iſrael. Ieremiæ.3.c. deſignat chriſtianos conſiderãtes

Hie.ſ.Iſa.66.
conſiderantes repudium Iudæorum. Videbunt autem iuſti malos condẽnatos, & lætabuntur: non nunc,ſed in iudicio.Iob.22.c. Videbunt ſancti cadauera præuaricatorum,quando cognoſcent pœnam damnatorum iuſtam: & videbunt ad ſatietatem:quia faſtidioſa erit eorum viſio. Iſa.66.g.Sic viderunt filij Iſrael,quæ fecit dominus Aegyptijs.Exo.19.a.

Amb.2.de pœni.7. — Examinans Chriſtus pœnitentes.
Quum voluit videre Ieſus,vbi poſitus eſſet Lazarus.Ioann.11.e.deſignauit ad ipſum ſpectare,cognoſcere & examinare,an peccatum,quod deflemus,ſit iam remittendũ:& an ſit iam peccator ipſi peccato defunctus.

Hie.ſ.Iſa.33. — Deſpectus terrenorum.
Videbunt terram de longe beati,& etiam habentes conuerſationem cœleſtem.Iſa.33.c.quia deſpicient terrena.

Cle. Alex.5.ſtroma. — Caluariæ locus.
Viſionis terra dicitur caluariæ locus, vbi Abraham immolaturus erat Iſaac filium ſuum, in typum immolationis Chriſti. Vidit autem Abraham locum procul: quia Dei regio eſt captu difficilis.Gene.22.a.

Gre.ſ.1.reg.3. — Obſtinatio. — Cæcitas ſacerdotũ Iudæorum.
Non potens Eli pontifex videre lucernam Dei.1.Reg.3.a.Deſignat quod quum is,qui paſtorali dignitate præminet,magna dẽſitate ſecularis amoris premitur, ad internę claritatis intuitum nulla gratiæ inſpiratione ſubleuatur.Non videre quidem, pœna peccatoris eſt in hoc ſeculo adhuc viuentis:non poſſe autem videre,eſt impij mortui iam in illo ſeculo ęterna pœna damnati: vnde dicuntur tenebræ exteriores. In hoc ergo ſeculo non poſſe videre,magnam denotat obſtinationem.Vel deſignat ſacerdotes veteres non valentes videre ſtatum ſuum, nec cognoſcentes lucem ſcripturæ,an luceat,vel extincta ſit: quod tamdiu eis durat, quamdiu eſt in eis zelus perfidiæ. Non videns clare Iacob deſignare poteſt Iudæos non percipientes myſteria legis. Gene.48.b.

Gre.ſ.1.reg.6. Glo.ord.ſ.Leui.13. — Cura prælatorum.
Vidẽtes Bethſamitę arcam.1.Reg.6.c.Deſignant perfectos cognoſcentes aliorum profectũ. Videntes quoq; ſatrapæ Philiſtinorum ſunt prælati conſiderantes opera ſubditorum. Videre etiam lepram eſt ſacerdotum,qui debent ſubditorum peccata diſcernere.Leui.13.b.14.a.

Gre.ſ.1.reg.6. Hie.ſ.Hoſe.10. — Indigne diſcutere myſteria & tractare euchariſtiam. Errores hæreticorũ
Ediuerſo videntes Bethſamitæ arcam domini, ſunt hæretici indigne diſcutiẽtes ſacramenta Chriſti vel ſacerdotes indignè euchariſtiam contrectantes. Item eos qui exteriorem honorum eccleſiaſticorum fulgorem appetunt.Et viſio inutilis ſunt dogmata hæreticorum.Hoſee.10.a. Et viſio pſeudoprophetarum ſunt hæreſes.Ierem.23.e.Threno.2.e. Dicuntur autem videre vana.Ezechie.13.a.

Gre.ſ.1.reg.10.14. — Admiratio de prædicatoribus.
Videntes Saulem prophetantem, & admirati,1.Reg.10.b.Deſignant eos,qui agnoſcunt ſplẽdentes prædicatione eos,quos prius deſpectui habebant. Sic admirati ſunt ſplendorem vultus Moſis.Exo.34.d.Sic etiam dicebant de apoſtolis.Acto.2.b.Nonne omnes iſti qui loquuntur, Galilæi ſunt?Et videntes faciem Ionathæ,ſunt audientes prædicatorem, & mentis eius charitatem cognoſcentes.1. Reg.14.b.

Baſi.ſ.ps.33.45. — Experientia quietis contemplationis.
Videre interdum eſt experiri, aut experimento cognoſcere: vt vidit Iſachar requiem quòd eſſet bona:vbi deſignatur experientia contemplatiuorum.Gene.49.c.ps.33.45.

Ori.ſ.Mat.cap.14. — Cognitio tentatiõis & fragilitatis humanæ.
Videns Petrus ventum validum.Matth.14.d.Deſignat cognoſcentem impetum tẽtationis, vnde mouetur ad inuocandum Chriſtum. Et videt paupertatem ſuam,qui cognoſcit ſe fragilẽ & nihil eſſe.Thre.3.a.

Glo.int.ſ.Exo.14. — Gaudere de victoria dæmonum.
Non videre vltra Aegyptios eſt liberari à tentationibus:& videre eos mortuos,eſt de victoria contra dæmones gaudere.Exo.14.d.quia videlicet princeps huius mundi eiectus eſt foras.

Hie.ſ.Iſa.34. — Collatio doctrinæ mutua.
Videre dicuntur cerui facies ſuas, quum apoſtoli conferunt inuicem doctrinam per reuelationem acceptam:ſicut fecit Paulus.Iſa.34.b.Iuxta ſeptuaginta.

Glo.ord.ſ.gen.34. — Curioſitas.
Videre interdum eſt curioſitatis:vt voluit videre dina mulieres Sichen. Gene.34.a.Sic volebant Iudæi videre ſignum de cœlo.Mat.12.c.Et Herodes cupiebat videre Ieſum.Luc.23.b.

Glo.int.ſ.Exo.12. — Recognitio fidei.
Videns angelus percutiens ſanguinem agni in ſuperliminari,eſt recognoſcens fidem paſſionis Chriſti.Exo.12.d.

Gre.ſ.1.reg.15. — Derelictio obſtinatorum.
Non videntes vltra Moſes & Aaron faciem Pharaonis.Exo.12.d.Deſignant relinqui obſtinatos in ſua obſtinatione.Non videns etiã Samuel vltra Saulem.1.Reg.15.g. deſignat zelum habendum erga impœnitentes ac proteruos,ne admittantur ad conſortium bonorum.

Glo.int.ſ.gen.21. — Cæcitas Iudæorum
Videns Agar, aut non videns mortuum puerum, deſignauit Iudæos, qui putant credentes mortuos.Gene.21.b.

Glo.int.ſ.gen.34. — Occaſiones diaboli aut hæreticorum ad tentandum.
Videns Sichen Dinam.Gene.34.a.Typus eſt diaboli inuenientis locum ad tentandum: & hæretici ad decipiendum.Videre quoq; infirmiora terræ eſt hæreticorum, qui quærunt ignorãtes,quos decipiant.Gene.42.b.

Gre.ſ.1.reg.11. — Cõpaſsio prælatorũ
Videns Saul plorantem populum.1.Reg.11.b.Deſignauit pręlatum debere populi afflictionẽ ſuam facere,eamq; releuare.Sic vidit Moſes afflictionem fratrum.Exo.2.b.

Ori.ſ.Luc.ho.34. — Lex & prophetæ oſtẽdentes peccata.
Videntes ſacerdos & leuita vulneratum,& non curantes.Luc.10.e.deſignant legem & prophetas oſtendere peccata,quæ tamen non tollebant.

Cernens Iacob appropinquantem diem mortis, Geneſ. 47. g. eſt pręcognoſcens ceſſationem legis.

Videns Eli



Inuidia Iudæorum. — Gre.ſ.1.reg.2.
Videns Eli æmulum ſuum in templo.1.Reg.2.g. Deſignat Iudęos inuidẽtes prædicatoribus eccleſiæ,factos ex gentibus. Vel deſignat malos ſuperbos cognoſcẽtes humiles, quos ipſi deſpexerant factos beatos.

Gre.ſ.1.reg.10.
Non videre ſigna eſt non apparere in prædicatoribus dona ſpiritusſancti.ps.77.

Ignorãtia iudæorũ & illuminatio gentium erga Chriſtum & legem. — Ori.ſ.Iſa.ho.6.&.ſ. Luc.ho.16. Hie.ſ.Iſa.29.&.ſ.Iere.17.&.ſ.Iob.34. Euch.q.in Ioan.
Videntes,qui non vident,ſunt Iudæi habentes legem & prophetas,& non intelligentes,quę de Chriſto dicuntur,nec illi credentes.Non videntes vero qui vident, ſunt gentiles ignorantiã legis & prophetarum habentes,& Chriſti fidem facile ſuſcipientes. Ioan.9.g. Iſa.6.c.42.d.Iudæi etiam non viderunt,quando venit bonum:quia adueniente Chriſto excæcati ſunt.Ieremi. 17.a.Iob.34.c.

Condemnati. — Baſi.ſ.ps.48. Hila.ſ.ps.57.
Videre dicitur interitum,qui perit morte ęterna.Et non videt lumẽ,qui mittitur in tenebras exteriores.ps.48.57.Hæc dicitur viſio dura.Iſa.21.a.

Affici ad temporalia — Amb.ſ.ps.118. ſer.5. Hie.ſ.Iſa.56. Aug.ſ.ps.118.cõcio.12.
Vident oculi vanitatem,quum mens afficitur ad temporalia & errores: vel quum propter inanem gloriam operatur.ps.38.118.Iſa.56.d.

Non vident nec intelligunt idola.Iſa.44.b.hoc eſt,errores hæreticorum non faciunt videre:ſed tenebras menti offundunt.

Imitari culpam parentum. — Aug.q.in Leui.33. Iſych.ſ.Leui.20.
Videt turpitudinem ſororis,qui cum ea concumbit.Leuit.20.c.Et qui imitatur culpam patris aut matris,vnde infamia veniat ad parentes.

Hiero. Cypriano.
Videre mala eſt affligi in hac vita.ps.89.

Cauere exemplo aliorum. — Condẽnatio diaboli & membrorũ eius — Hie.ſ.Iſa.14. Gre.33.mor.24. Hie.ſ.Eze.16.
Vident diabolum,qui eius naturam,lapſum, & pœnam contemplantur. Iſai.14.d. Et vident ſignum in montibus,qui cognoſcunt ſectam hæreticorum in ſuperbia.Iſa.18.a. Et videt Aſcalon & timet,quando peccator videns punitionem aut conuerſionem aliorum, ipſa pœnitentia mouetur.Zach.9.a.Videntibus cunctis præcipitabitur Leuiathã.Iob.40.d.quia æterno iudice in iudicio terribiliter apparente,aſtantibus legionibus angelorum, aſsiſtente cuncto miniſterio cœleſtium poteſtatum,atq; electis omnibus ad hoc ſpectaculum deductis,illa belua crudelis & fortis in medium captiua deducetur: & cum ſuo corpore, id eſt, cum reprobis omnibus, æternis gehennæ incendijs mancipabitur.Videbunt omnes turpitudinem Hieruſalem.Ezech. 16.e.quia occulta peccata manifeſtabuntur in iudicio.

Superbire. — Hie.ſ.Iob.41. Gre.34.mor.16. Glo.int.ſ.Eze.19. Gre.22.mor.6.
Videt Leuiathan omne ſublime:quia ſemper diabolus eſt in ſuperbia.Iob.14.d. Et vidit vinea altitudinem ſuam,quando ſynagoga ſuperbiuit de potentia. Eze.19.d.Et uidet ſolem cum fulget,qui gaudet intueri bona opera, quæ fecit, auertens oculos à malis & obſcuris operibus, quæ perpetrauit.Iob.31.c.

Hie.ſ.Zach.10.
Videre dicuntur mendacium diuini,quando Iudæi colunt idola.Zac.10.a.

Gre.15.mor.8.
Non videt riuos fluminis,qui carens fide non recipit dona ſpiritusſancti.Iob.20.c.

Gre.16.mor.27.
Dicit adulter,hoc eſt,hæreticus:Non me videbit oculus:quia adulteriũ, quod in mente agitur,valde eſt difficile,vt ab humano viſu penetretur.Iob.24.c.

Iudæi deſpicientes Chriſtum.
Videns Cham nuditatem patris,deſignat Iudæos deſpicientes infirmitatẽ Chriſti.Gene.9.d.

Rup.1.ſ.Exo.59.
Nemo Aegyptiorum vidit fratrem ſuum durantibus tenebris. Exo.10.f.quia excæcati concupiſcentia,non curant proximos.

Viſio dicitur ſpectrũ.Deut.4.e.Et horribiles viſiones,iuxta oĩa,quę fecit pro nobis dñs.

## Vidua.

Vidua dicitur propriè mulier,quę viro deſtituta eſt:ſeu cuius vir eſt mortuus: quanq; geneliter viduam dici volunt,quæ ſola viuat ſine viro.

Eccleſia. — Hila.ſ.ps.67.131. Amb.ſ.Luc.7.& de viduis. Hie.ſ.Iſa.3. Gre.16.mo.22.&.17 mo.1.&.ſ.Eze.ho.3. Aug.ſer.201. Beda.ſ.pro.15.
Vidua erat eccleſia ex gẽtibus:quę vidua erat paſſo & mortuo Chriſto: quod etiam dici poteſt de eccleſia ex Iudæis.Exo.22.c.2.Para.2.c.ps.67.131.Luc.4.d.7.b.21.a.Huic viduę non benefacit hæreticus.Et ab ea bouẽ auferunt, qui de ſancta eccleſia etiã prædicatorẽ tollunt.Iob. 24.a.4.d.Hęc eſt vidua Sareptana,quę pauit Eliam.3.Reg.17.a. Et vidua,quę habebat creditores.4.Reg.4.a.& vidua de Iſrael mater Hirã eſt eccleſia,quæ cœpit ab Iſrael,& peperit gentes.3.reg.7.b.Huius viduæ terminos facit firmos Deus.Pro.15.c.Huic autem viduæ faciunt Iudæi calumniam,quando perſequuntur venientes ad fidem ex gentibus.Ier.7.a.

Gentilitas. — Hie.ſ.Iſa.54.
Vidua etiam erat ipſa gentilitas: quę tranſgreſſa fuerat legem naturalem: atq; ita relicta erat à Deo,& opprimebatur ab hominibus.Iſa.54.b.

Synagoga. — Hie.ſ.ps.108. Aug.ſ.ps.108. Iſych.ſ.Leui.21.
Vidua præterea erat ſynagoga:quam deſignabat Thamar vidua.Gene.38.b. Thre.5.a.Ezechie.44.f.ps.108.Hanc viduam non ducit põtifex: quia repudiata eſt ſynagoga propter infidelitatem.Leuiti.1.c.

Plebes deceptæ ab hæreticis. — Gre.16. mor.4.&.18 mor.7.
Viduę,quas dicitur dimiſiſſe Iob vacuas,deſignat plebes deceptas ab hęreticis:quę vacuę dimittuntur,quando prædicatores hæreticorum,ad rectam fidem conuertuntur. Iob.22.b.27.c.

Anima. — Hila.ſ.ps.145. Gre.19.mor.16. Ber.in apolo. Hie.ad Gelantiã. Aug.epiſt.121.
Vidua quãdoq; dicitur anima,cui crucifixus eſt mundus.ps.145.Iob.29.c.Huic viduæ mortuus erat etiam ſponſus Chriſtus:ex cuius reſurrectione poſtea conſolationem accepit.Et verè viduę,ſunt omni auxilio deſtitutæ.1.Timo.5.a.Et vidua ſemper orans, eſt anima cognoſcẽs ſe deſtitutam,niſi oret.

Vidua

Ori.ſ.Leui.ho.12. Amb.de Tobia.20. Arno.ſ.p̃.93. Hiero.ſ.Iſai.9. &.ſ. Iob.27.Gre.17.mo. 1.Phi.d̃ ſpecia. legi.
Vidua etiam dicitur anima derelicta à Deo,ſoluta à lege, tanq̃; à viro,vt libere viuat.Leuit. 21.c.Deut.24.d.p̃s.93.Hæc vidua,quę peccando amittit Deum,eſt cuius Deus non miſeretur. Iſa.9.c.10.a.Ezechie.22.f.Et anima delitijs eneruata,vidua eſt.Iob.24.d.27.c.Vidua eſt etiam anima deſtituta à parentela prudenti, & recti ſemonis coniugio, viduata pulcherrimis præſidijs,& deſerta à ſapientia:hæc tenetur,quo ſe aſtrinxit,vinculo ſeu voto. Num.30.c.Thre.1.a. — Anima peccatrix.

Iſych ſ.Leui.22.
Vidua filia ſacerdotis,quæ nupſerat alienigenæ,eſt anima,quæ ſe tradiderat doctori erroris, quæ poſtea reſipiſcit.Leui.22.b. — Anima ſub doctore erroris.

Vidua ſacerdotis,quã poteſt ducere alius ſacerdos,eſt doctrina ſana alicuius doctoris : qua poteſt alius vti.Eze.44.f. — Doctrina ſana.

Arno.ſ.p̃s.108.
Poteſtas incredulitatis in malis fit vidua,quando diabolus ea non poteſt vti ad malos perdẽdos.Pſalm.108.

Vidua facta eſt Babylon,quando amiſit imperium & regem.Iſa.42.c.

## Vigilare, Vigilia, Cuſtodia, Vigil.

Ariſto.de ſomno & vigilia.cap.1.2.
Vigilare dicitur animal quando ſenſus ſuos exercet, præcipuè ſenſum cõmunem, cuius dicitur eſſe paſsio:vnde vigilia eſt ipſe actus vigilandi:quæ non competit plantis : quia non habent ſenſus.Vigiliæ quoq; dicuntur excubiæ,quas cuſtodes noctu faciũt,quæ & cuſtodiæ dicuntur:& diuiditur nox in quatuor vigilias.Vnde.Luc.12.e. Ponuntur ſecunda & tertia vigilia.Vigiles autem dicuntur ipſi cuſtodes nocturni.

Aug.de eſſen.diui.
Vigilare interdum eſt curare:& vigilare dicitur Deus,quum in defenſionẽ electorum ſe manifeſtè paratum demonſtrat. — Cura Dei erga electos.

Arno.ſ.p̃s.129. Hie.ſ.Danie.9.&.ſ. Ierem.1. Rup.ſ.Iere.5. Glo.int.ſ.thre.1.
Vigilat etiam Deus ſuper peccata,quando ipſos peccantes caſtigat: qui & ſuper malitia vigilare dicitur.Dani.9.c.p̃s.129.Et vigilans virga eſt diuina correctio ad emendandum . Iere.1.c. Dicitur autem vigilans:quia accelerat, & ad omne opus bonum excitat. Vigilat autem iugum iniquitatũ in manũ domini, quum eas caſtigat, mittens reos in tenebras exteriores.Thre.1.c. — Caſtigatio Dei. Punitio æterna.

Beda.ſ.pro. 8. Aug. ſ.Ioan.trac.57.Gre. 23.mor 21. &.ſ.cãt.5 Ori.ſ.Mat.ho.35. Arno.ſ.p̃s.131.Amb. ſ.Luc 2.Hil.ſ.p̃s.62. Hie.ſ.Iſa.26. Aug.ſ.p̃s.62.
Vigilare interdum eſt ſtudere:& vigilant mane ad ſapientiam , qui ſemper innouato mentis ſtudio ad Chriſti viſionem pertingere ſatagunt. Pro.8.b. Et vigilat cor dormientis,quum quis ocium non impendit nutriendæ deſidiæ,ſed percipiendæ ſapientiæ.Cantico.5.a.Vigilat etiam, qui bona exercet opera : & qui ſolicite agit de fidei veritate : ne in aliquod tenebroſum dogma incurrat. Matth.26.d.Thre.2.f.1. Theſſal.5.a. Vnde & vigilantibus paſtoribus manifeſtatus eſt Chriſtus.Luc.2.b.p̃s.131.Vigilat etiam de luce, qui cum conſcientia pura & præceptorũ cuſtodia mane orat.p̃s.62.Iſa.26.d. — Attendere. Laborare. Orare.

Hie.ſ.Iſa.29. Gre.15.mor.29.
Vigilantes ſuper iniquitatem ſunt dæmones,qui ſemper tentant.Iſa.29.f.Ieremi.5.b.Et ſatanas vigilat in cõgerie mortuorum, quando in reproborum cordibus malitiæ ſuæ aſtutias exercet.Iob.21.d. — Dæmones tentãtes.

Vigilare dicitur fruſtra, qui cuſtodit ciuitatem ſine Deo.p̃s.126. vt deſignetur nos ſine Dei auxilio nihil tentare debere.

Hie.ſ.Iere.5.
Vigilans pardus. Iere.5.b.deſignat diligentiam regis Alexandri.

Gre.16.mor.23.
Vigilant ad prędam, qui verba iuſtorum ad ſenſum proprium ſemper rapere conãtur:vt per hæc peruerſis filijs panem erroris parent.Iob.24.a. — Diligetia hęreticorũ

Ber.ſer. vigil.ſ. Andreæ. Hiero.Cypriano.
Vigilia,qua præparamur ad ſolemnitatem,eſt totum tempus huius vitæ, quo præparari debemus ad futuram gloriam. Cuſtodia in nocte dicit breuis temporis tranſitum in hac vita. Pſalm.89. — Pręparari ad futurã gloriam.

Arno.ſ.p̃s.129. Gre.ſ.1.reg.11. Rup.1.ſ.Exo.26.
Vigilia matutina eſt tempus gratiæ:& inſpiratio diuina:& etiam prima ætas.1.reg.11.c. Dicitur etiam cuſtodia matutina.p̃s.129.Vigilia etiam matutina,qua merguntur Aegyptij, eſt reſurrectio Chriſti.Exo.14.f. — Tempus gratię. Inſpiratio diuina. Prima ætas. Reſurrectio chriſti.

Ori.ſ.Matt.ho.31.& cap.14. Hila.ſ.Matt cão.14. Aug de verb.domini ſermo.14. Gre.ho.13.
Vigiliæ in nocte variæ,ſecundum diuerſitatem ætatum,in quibus quis ſe à peccato ſeruat,accipi poſſunt.Matth.24.d.Luc.12.e.Et vigilia quarta noctis,quę eſt appropinquante iam die,eſt finis tentationis:& quum in prima vigilia vicerimus patrem tenebrarum, in ſecũda filium eius, qui extollitur ſuper omne quod dicitur Deus : in tertia ſpiritum contrarium ſpiritui ſancto:tũc in quarta videbimus Chriſtum appropinquantem nobis.Matth.14.c.Deſignat etiam quarta vigilia aduentum Chriſti ad iudicium:& extremum tempus peccati. — Diuerſitas ætatum. Finis tentationis. Aduẽtus ad judiciũ

Hie.ſ.Dã.4.Rica.d̃ ſ.vi.de ſecu. cõſc.20
Vigiles aliquando dicuntur angeli.Dani.4.d.Vigilem & ſanctum deſcendere de cœlo. Dicuntur autem vigiles,quia ſemper vigilant in noſtri cuſtodia. — Angeli.

Gre.18. mora.32.& 27.mora.1.&.ſ.cant. 3.&.ho 8. Ber.ſ.cant.ſer.76.
Vigiles cuſtodientes ciuitatem,erant priores patres & prophetę:qui ſtuduerunt ad cuſtodiã noſtram ſanctæ prædicationis voce vigilare.Cant.3.b.Et prelati ac prædicatores ſunt paſtores vigilantes ſuper gregem.Luc.2.b. — Antiqui patres. Pręlati & p̃dicatores.

## Vilis.

Vile dicitur quod parum valet,paruiq; momenti habetur.

Gre.23 mor.26.
Vilis fit plebs Dei, quando prauorum numero creſcente in eis, non ſumma & cœleſtia, ſed terrena



ſed terrena & abiecta ſectatur.Thre.1.d.

Peccata minora libidinis.
Vile de Amalec deſignat peccata libidinis,quæ non perinde delectant, vt alia, quæ libidinoſi eligunt.1.Reg.15.b. — Gre.ſ.1.Reg.15.

## Villa, Villicus.

Villa dicitur domus extra vrbem,quę habitandi cauſa conſtructa eſt:villicus autem eſt propriè villæ gubernator.

Terra viuentium.
Villa interdum ſignificare poteſt terrã viuentium, quæ eſt extra vrbem,hoc eſt, extra corruptibilem mundum.Leui.25.e. — Ori.ſ.leui.ho.15.

Credentes ex gentibus.
Villæ in quibus moratur ſponſus,ſunt venientes ad fidem ex gentilitate.Canti.7.d. — Gre.ſ.Canti.7.

Simplices.
Villa ſine muro ſignificat ſimplices.1.Reg.6.d.In his moratur ſponſus.Cant.7.b. — Gre.ſ.1.Reg.6.

Auaritia gentilium. Terrena ſubſtantia imperium temporale curæ ſeculi.
Villa,propter quam non venerunt quidam ad nuptias, auaritiã gentilium deſignare poteſt. Matth.22.a.Luc.14.d.Eſt etiam villa,terrena ſubſtantia, propter quam excuſantur homines à cœleſti conuiuio.Item dominatio & ſuperbia.Et villa in quam mittitur filius prodigus, vt fiat famulus diaboli,ſunt curæ huius mũdi.Luc.15.c.Idẽ deſignare poſſunt villę Aegypti.Exo.8.d. — Ambr. de Iſaac.8. Ambr.ſ.Luc.14. Hiero. Epiſ. beatit. Aug.de verb.Domini Ser.33.Gre.ho.36

Paulus apoſtolus.
Villicus aut diſpenſator,à quo exigit dominus rationem, erat Paulus prius infidelis.Luc.16. a.Idem dici poteſt de ſimilibus. — Hiero.Aglaſiæ.

## Vincere. Victor, Victoria, Superare.

Vincere dicitur,qui in contentione, aut bello ſuperior eſt:quod & ſuperare dicitur. Victor autem eſt,qui vincit.Et victoria ipſe actus vincendi.

Incomprehenſibilitas Dei.
Vincere dicitur Deus ſcientiam noſtram.Iob.36.d.quia ſic ex ratione conſpicitur,vt magnitudo tamen illius, nulla noſtri ſenſus ſubtilitate penetrẽ. Quicquid namq; de claritate magnitudinis eius ſcimus,infra ipſum eſt:& tanto ab eius ſcientia longius repellimur, quanto eius potentiam nos comprehendiſſe ſuſpicamur. — Gre.27.mor.3.

Vincere dicitur Deus,quum iudicatur:quia dabit quod daturus eſſe negatur à iudicantibus Pſ.50.Rom.3.a — Ambr.ſ. Rom.3. & ſer.49.

Victoria Chriſti.
Vincit etiam Chriſtus quum iudicatur:quia tacendo iuſtus probatur.Victor autẽ in Pſalmorum titulis intelligitur Chriſtus.Pſal. 44. Haba.3. d. Superauit autem Chriſtus iugum oneris gentilitatis,quando eam aduentu ſua ab illa dæmoniacæ tyrannidis ſeruitute liberauit.Superauit virgam humeri eius, quum percuſsionem illius, quæ ex peruerſo opere grauiter deprimebat, ab humano genere redemptor compeſcuit. Superauit ſceptrum exactoris eius, quum regnum eiuſdem diaboli, qui pro peſtifera perpetratione vitiorum exigere conſueuerat debita tributa pœnarum,de fidelium corde deſtruxit.Iſa.9.a.Et ſuperauit gentes in circuitu Hieruſalem:quia ſciebat voluntatem Dei,quam gentes neſciebant Ezec.5.b.Vincens eques, eſt Chriſtus.Apo.6.a.Et vicit leo de tribu Iuda,quando reſurrexit.Apo.5.b.Et dicitur vincens vt vinceret:quia vicit diabolũ,vt vinceret in nobis. — Hiero.ſ. Haba.3. & ad principiam & ſ. Iſa 9.& ſ.Eza.5. Gre.30.mor.31. Ber.ſer. 1. de reſurrectio. Rup.4.ſ Apoc.

Peruenire dicitur ad victoriam iudicium iuſti.Iob 23.b.quia per incarnationem Chriſti inſidiantem aduerſarium per abſolutionis iudicium victor excludit. — Gre.16.mor.15.

Victoria apoſtolorum & martyrũ & fidelium.
Vincunt martyres,quum iudicantur.Pſal.50.quia illo iudicio,quo à reprobis condemnantur,à Deo abſoluuntur ad requiem. Et victores dicuntur apoſtoli, martyres & prędicatores Iſa.9.a.Et victores beſtiæ exiſtentes ſuper mare vitreum, ſunt baptizati ſuperantes Diabolum Apo.15.B.Et ſuperans Saul,quocunque ſe vertebat, deſignat ſanctos Vincentes omnes tentationes.1.Reg.14.g. — Ambr.ſer.76. Hiero.ſ.Iſa.9. Aug.ſ.apo.ho.12. Gre.ſ.1.Reg.14.

Victoria orationũ & operum.
Vinci Amalec orante Moſe,& pugnante Ioſue. Exo .17.c. deſignat per orationes & opera bona vinci diabolum. Vel quòd contra libidinem neceſſariæ ſunt orationes,& abſtinentia,& virtutes. — Gre.ſ.1.Reg.15.

Victoria virtutum contra vitia.
Victoria Abrahæ contra reges Gen.14.c.deſignat victoriam virtutum contra vitia. Et ſuperat populus populum,quando virtutes vincunt vitia.Gen.25.c.De hac victoria Apo. 2. — Orig.ſ.Gen. ho. 12.

Non iuſtificari per opera legis.
Victoria Iſrael in Siſaram,que non fuit reputata duci Barach,ſed mulieri,deſignat non iuſtificari per opera legis,ſed per fidem,quę eſt in eccleſia. Deſignat etiam iudæos non adeptos eſſe meſsiam,quum per manſerint in incredulitate.Iudi.4.b. — Rup.ſ.Iudi. & Ori.ſ. Iudi.ho.5.

Cõfundere iudæos hæreticos, & philoſophos.
Superare dicitur populus populũ,quando chriſtiani reuincũt iudæos,ſeu confundũt.Gen. 25.c.vincuntur etiam hæretici & philoſophi,qui aduerſus eccleſiam congregantur:quia confunduntur.Iſa.8.b.Sapi.7.d.Eze.16.f.Et ſuperatur arcus fortium, quum vincuntur dæmones: & quum contrita eſt iudęorum ſæuitia,chriſto reſurgente 1.Reg.2.a. — Ori.ſ.gene.ho.12.& ſ 1.Reg. Hiero.ſ.Iſa.8. Gre.ſ.1.Reg.2.

Crucifixio. Chriſti perſeuerentia orationis.
Superans Iacob angelũ. Gene.32.f. Præfigurauit Iudæos crucifixuros Chriſtum innuitur etiam apprehenſio diuinæ veritatis:& perſeuerantia orationis,quæ exauditur à Deo. — Gloſ.ordi.ſ. Gen. 32

Vincere dicitur beſtia ſanctos,non eos, qui prędeſtinati ſunt: ſed qui ad tempus ſunt ſancti Vincit etiam,quia videtur vincere,quum per violentiam infert mortem& tormenta &c.Apo. 11.B.13.B. — Aug.ſ.apo.ho.10. Rup.6.ſ.apoc.

vincire

## *Vincire, Vinculum, uide Ligare.*

## *Vindicare, Vlciſci.*

VIndicare eſt caſtigare pro delicto, & ab iniuria illata aut contumelia defendere, ſeu liberare: quod & vlciſci dicitur. Vindicta autem, aut vltio eſt ipſa animaduerſio pro delicto inflicta.

Hiero.ſ.nahū.1.& ſ. Iſa.1. — Caſtigatio Dei.

Vlciſcitur deus caſtigando, aliquando quidem ad emendationem: nõnunquam vero ad damnationem æternam. Eius tamen inimica dicitur eſſe vltio: quia ſi non eſſent culpæ, non eā exerceret. Nahum.1.a Et dicitur vindicari de inimicis ſuis, alterutro modo puniendo Iſa.1.f.

Ori.ſ.nu ho.27. Aug ſ.Pſal.149. — Conuerſio peccatorum.

Vltio, quam exercet Deus in deos AEgypti, eſt conuerſio peccatorum, qua vruntur dęmones nu.33.a Sic facta eſt vindicta in nationibus, extinctis infidelibus per cõuerſionem ad fidem, & idolorum deſtructionem Pſal.149.

Hiero.ſ.Iere.11.

Vltionem perſecutorum petit Chriſtus Iere.11.d.non quidem omnium: ſed eorum, qui non debebant reſipiſcere.

Gre.ſ.1.Reg.14. — Victoria contra Dęmones.

Vlciſci Saulem de omnibus inimicis ſuis.1.Reg.14.d.deſignat victoriam fidelium cõtra dæmones: quæ perueniat ad hoc, vt ceſſent omnes tentationes.

Beda ſ. Gene.34. — Vltio ſeu caſtigatio peccatorum per prælatos. Pnnitio Dæmonū.

Vltio filiorū Iacob in Sichimitas.Gene.34.d.deſignat debere paſtores vindicare vitia. Duæ autem vindictæ de Sichen ſumuntur: circuncįſio, & occiſio: ſic duplex fuit vindicta de diabolo, i. in pręſenti, & in futuro. Idem de peccatoribus.

Gloſ.inter.ſ. Ex.32 — Deſtructio Hieruſalem. Dies iudici.

Vltionis dies indicabat diem deſtructionis Hieruſalem: & typum gerebat diei iudicij, quando faciet Dominus vindictam pauperum. Exo.32. Pſal.139. Iſa.61.a.63.b.66.e

Arno.ſ. Pſal 8. Hier.ſ.Hoſe 5.&.ſ. Nahum 1. — Iudei.

Vltor aut defenſor dicitur populus Iſrael: qui peruerſe zelatus eſt contra Chriſtum Pſal.8 Hoſe.5.d.

Vltio dicitur dari ſeptuplum de Cain. Gene.4.c. vide appendicem numerorum.

## *Vindemiare, Vindemia, Vindemiator, Vinitor.*

VIndemiare eſt vuas ad conficiendum vinum colligere. Vindemia autem eſt ipſa vuarū collectio, ac tempus vindemiandi. Vindemiator autem eſt vuarum collector, qui & vinitor dicitur: qui tamen eſt generaliter vineæ cultor.

Hier.ſ.Iſa.32. Rup.ſ.Iere.24. — Vaſtare. dare premium vel pœnam.

Vindemiare interdum eſt vaſtare: & dicitur Dominus vindemiare in die iræ & furoris ſui illos, quos, iuſtitiæ norma dictante, laboris ſui fructum iam metere decreuit, dādo videlicet pręmium bonis, pænam vero malis. Thre.1.d.2.g. Vindemiatur autem genus humanum in morte, quando ſinguli quaſi botri de hac vita tolluntur: que dicitur vindemia conſummata Iſa.32.c.

Vindemiare etiam eſt colligere fructus ſuaues in eccleſia. Iere.31.a.

Hiero.ſ Pſal.79. Rup.9.ſ.Apoc. — Deſtructio Hieruſalem. Cõuerſio iudæorū.

Vindemiare vineam eſt eam deſtruere. Pſalm. 17. vbi denotatur deſtructio Hieruſalem, vel Iudęæ. Vel vindemiant eam tranſeuntes viam, quando iudæos conuerti faciunt predicando. Apo.14.d.

Hiero.ſ.Iſa.24. — Martyrium.

Vindemia dicitur ipſum martyrium: & etiam probatio fidelium, quę fiet tempore Antichriſti. Iſa.24.c.

Ori.ſ.Leui.ho.16. — Collectio ſanæ doctrinæ, & deliciarū ſpiritualium.

Vindemia eſt collectio doctrinæ lætificantis cor hominis, & deliciæ ſpirituales. Leui. 26.a Et vindemia occupat ſationem, quando quis, que didicit, docet alios ſeminando. Hæc dicitur vindemia defæcata. Iſa.25.c.

Euch form.ſpūa.4. Hiero.ſ.Iſa.24. — Tempus iudicij ceſſatio voluptatum.

Vindemia dicitur aliquando tempus iudicij: & conſummatio ſeculi: vel etiam vindicta in populo. Mich.3.a. Vindemia autem lugens, eſt ceſſatio voluptatum in fine ſeculi Iſa.24.b.

Hiero.ſ.Iſa.16. & ſ. Ezec.16. & ſ. Abdi. Gre.16.mor.23.

Vindemia Eſebon, eſt ſuperba doctrina hæreticorum Iſa.16.c. Vindemiant autem principia gentium hæretici, quando potentes gentium inducunt in ſuos errores. Eze.16.f. Et dicuntur vindemiare vineam eius, quem vi oppreſſerant, quum ex ſacra ſcriptura ſententiarum botros pro ſuæ intelligentiæ intentione, coaceruant: vel quum animas de eccleſia tollunt Iob. 24.b. Et ipſi hæretici dicuntur vindemiatores. Abdiæ.B.

Rup.ſ.Hoſe.2. Gloſ.inter ſ.Iſa.61. — Prælati. Prædicatores. Apoſtoli.

Vinitores dicuntur pręlati & pręedicatores, vineæ Domini curam habentes. Et vinitores quos dat Deus ex eodem loco, ſunt apoſtoli ex iudæis: vel pręedicatores, qui ex eadem eccleſia eliguntur. Hoſe.2.c. Iſa.61.b. Ioel 3.c.

Rup.ſ.Abdi. — Gentiles credētes

Vindemiatores ſunt gētiles credentes, qui nullum racemum, hoc eſt, ſenſum ſpiritualem reliquerunt iudæis: ſed tantum folia literæ Abdi.B.

## *Vinea, Vinetum. Vitis.*

VInea eſt multitudo vitium ſimul conſitarum: Vinetum autem eſt locus, vbi multę ſunt vineæ. Vitis vero vnica eſt planta, ferens vuas in palmitibus. Porro vitis aliquando ſumitur pro vinea, & vinea pro vite. Vinea etiam eſt inſtrumentum bellicum, ad muros concutiendos.

Geor.vene.canti.1. tono.7.cap.28 — Iuſtitia Dei Diuina virtus.

Vinea aliquando dicitur Dei iuſtitia, que in diſtribuendo & puniendo recta corda lætificat vitis etiam dicitur diuina virtus. Vitis enim cuiuis arbori applicata fructus producit, ſed diuerſi



uerſi mode debilior eſt enim innixa ſalicibus, quàm fraxino, vlmo, nuci, & huiuſmodi. Non ſecus diuina illis vitis, & robur perfuſum omnibus arboribus rationabilibus fouet, & fructū producit: ſed meliorē adhærēs Petro, Ioāni, Paulo, & huiuſmodi arboribus robuſtioribus, quàm debilibus & obſcuris. Placidè quoq; & vitis, quamuis natura acris, adumbrat, dum lignis vel columnis inhæręt. Sic robur illud cœleſte ipſius Dei gratia & benignitate permixtum, iucundiſsima vmbracula præbet: ſicuti chriſtiferæ virgini ab angelo dictum fuit: Et virtus altiſsimi obumbrabit tibi.

Chriſtus. — Geor.venē.canti.1. tonō.7.cap.21.28. Hiero.ſ. Zach.3.8. cle. Alex 1.pœda.5. Ambr.4.de fide.7. Chry.ſ.Gen.ho.67

Vinea, quam tranſtulit Deus de Aegypto, deſignare poteſt Chriſtum tranſlatum de hoc mundo ad patrem. pſal. 79. Zach.3.d.8.c. Ipſe eſt vinea, quę floruit. canti. 2. d. dicitur etiam vitis vera: vt diſcernatur ab ea, quę non producit fructum, ſed labruſcas. Ioan. 15.a. dicitur autem vitis ſecundum carnem, ſecundum quam eſt eiuſdem naturæ nobiſcum, qui ſumus palmites. Gen.40.B.49.b. Rup.ſ.canti.2. Aug.ſ.Ioan.tract.80. Beda.ſ.Gene 49.

Virtutes angelicæ. Fœlicitas. — Ori.ſ canti.ho.4. Hiero.ſ.Iſa.65.

Vineæ pręterea dicuntur virtutes angelicæ: & ipſa fœlicitas: & ſunt vineæ florentes, dantes odorem & gratum fructum. canti.2.d. Iſa.65.d.

Eccleſia. — Ori.ſ.Gene.ho.17. & ſ.Matth.ho.19.& ſ.canti.ho.1.2. Arno.ſ.pſ.79. Amb.3.exae 12.& ſ. pſal.118.ſer.12.& ſ. lūc 10.& de virg.1. Hier.ſ.Eze.15.19. & ſ.Haba.3. Geor.vene.canti.1. tono 7.cap.21. Gre.ſ.canti.1.2.& 16.mor.26.30. Aug.ſ.pſal 127. Bed.ſ.Pro.31. Ber.ſ.canti.ſer.30.

Vinea multas continens vites, eccleſiam ſignificat vniuerſalem: quę multos continet fideles. pſal.79. Iere.17.c.31.a. Eze.19.c. Hoſe.2.b.14.c. Mich.1.b. Habac.3.d. Luc.20.B. Matth. 20.a. Gen.49.c. Mala.3.c. Hanc vineā plātat mulier fortis. i. ipſa eccleſia cõuertendo infideles, vt fiant vites, aut palmites. Prouerb.31.c. Hanc peruerſi pręedicatores autorem eius in membris ſuis opprimendo vindemiant. Iob.24.b.c. Vinea autem dicitur populus Dei, qui de vitis æternæ radice fundatus, ſupereminet terris: ac ſolum vile pręetexens, nunc gemmāte flore pubeſcit, nunc circumfuſa viriditate veſtitur, nunc mite iugum ſuſcipit, quum maturioribus brachiis, quaſi ſarmentis fœcundæ vitis adoleuerit. Et etiam quia crucis in fronte pręetexit indicium: vel quòd fructus eius poſtrema anni legatur ætate: vel quòd omnibus, vt ordinibus vinearum, ita pauperibus atque diuitibus, humilibus atque potentibus, ſeruis ac dominis in eccleſia Dei æqua dimenſio, nulla diſcretio ſit; &c. Vineæ quoque dicuntur particulares eccleſię. canti.1.d.

Religio.

2.d.6.d.8.d. vitis autem dicitur quilibet fidelis: clauiculi autem, quibus vites in arboribus ſuſtentantur, charitatem ſignificant. Ipſa quoque religio vitis dici poteſt. Et Hieruſalem, & eccleſia dicitur vitis. Eze.15.c. & vitis abundans. Pſal.127.

Sinagoga. — Ori.ſ.Matth.ho.19. & ſ.canti.ho.2.& ſ. Iere.ho.9. Hie.ſ.Iſa.27.&.ſ.Iere.12.& ſ.Eze.17.19

Vinea etiam dicitur ſynagoga. Gene.9.b.49.c. pſ.79. canti.1.B. 8.d. Iſa.1.b. 5.a. 27.d.32.c. Iere.2.e.12.c. Matth.21.d. luc.13.a. Eze.19.c. Hæc vinea ſynagogæ non fuit cuſtodita, quia derelicta. Regnum quoque Sedechiæ dictum eſt vinea. Eze.17.b. Aug.16.ciui.dei.2. Gre.ſ.canti.1.

Genus humanum. — Aug.1.q in euāg.43

Vitis quandoque dicitur genus humanum: de cuius genimine nō bibit Chriſtus in paſsione. Matth.26.c.

Patriarchæ & prophetæ. — Ber.ſ.cāti.ſer.60.

Vineæ florentes fuerunt patriarchæ & prophetæ: qui odorem dederunt in aduentu Chriſti, quando eorum myſteria aperiri cœperunt. canti.2.c.

Prædicatores. — Gre.ſ.1.reg.8.

Vineæ per vinum calefacientes, ſunt pręedicatores per verbum Dei corda hominum ad bonum inflammantes. 1.reg.8.c.

Crux Chriſti. Plæbs eccleſiæ. Primitiæ gentium. Vita præſens. — Amb.ſ.pſ.118.ſer.3. Ber.ſ.canti.ſer.49. Rup ſ.canti.1. Ori.ſ.canti.ho.2.& ſ.Matth.ho.10.

Vineę Engaddi. canti. 1. d. ſignificare poſſunt crucem Chriſti: in qua vitis abſciſſa cœleſte protulit balſamum. Deſignant etiam plebes eccleſiæ, quę habet balſami liquorem ſpiritum manſuetudinis: quo paruulorum adhuc in Chriſto teneritudinem blandè fouet: & dolores pœnitentium conſolatur. Poſſunt etiam ſignificare primitias gentium. Poſſunt præterea deſignare vitam præſentem: ſicut & vinea, ad quam conducuntur operarij, eſt vita præſens, quę etiam regnum Dei dicitur. Matth.20.a.21.c.

Anima. Vir iuſtus. — Hiero.ſ.Iſa.5. Ori.ſ canti.ho.1.4. & ſ.Iere.ho.13. Baſi.Exae.ho.5. Amb.3.exae.12. Ber.ſ.canti.ſer.63. Beda.ſ.Pro.24.

Vinea quandoque dicitur anima. Iſa.5.a. & peculiariter vineę ſunt animæ fidelium. canti.1. B.2.c.7.d. Et vinea electa, quām plantauit Deus, eſt anima ad imaginem Dei facta. Ierem.2.d. Hanc vineam cõmedere dicitur inimicus, quando anima peccat, & deuoratur à diabolo. Iere.5.d. Et bona vinea eſt vir iuſtus: cui virtus, vitis: cui actio, palmes: cui vinum, teſtimonium conſcientiæ: cui lingua, torcular expreſsionis. Has vineas demoliri mituntur vulpes. canti. 2. d. Vitis etiam dicitur anima: & vitis aliena eſt anima peccatrix. Ierem. 2. d. pſalm. 127. Prouerb.24.d.

Lex. conſcientia. — Hila.ſ.Matt.can.20 Ricar.de ſ.victo. de ſtat.inte.hōis.35.

Vinea, ad quam mittuntur operarij, eſt lex: in qua in hac vita operari oportet. Matth. 20.a. Vel eſt conſcientia, in qua eſt operandum, vt det fructum bonum: in qua plantauit Deus omne ſemen verum. Iere.2.d.

Sacra ſcriptura. — Ori.ſ.pſ.36.ho.1.& ſ.canti.ho.1.2.& ſ.Matt.ho.19. Hiero.ſ.Iſa.1.& ſ.Mich.4.& ſ.Zac.14. Gre.16.mor.23.

Vinea Naboth. ſignificat doctrinam ſpiritualem, aut ſapientiam ſacræ ſcripturæ. 3.Reg.21.a. Iſa.1.B.5.a. Et vineæ ſunt ſacra volumina veteris ac noui teſtamenti. Vinea vero cuſtodienda eſt doctrina euangelica: & ſenſus ac dogmata diuina. canti.1.B. Et vinea, quam plantauit pater familias, eſt ſacra ſcriptura, quę regnum Dei dicitur. Matth.21.d. Eadem eſt vinea, ſub qua ſedendum: cuius Deus pater eſt agricola. Mich.4.a. Agge.2.d. dicitur autem vinea ſacra ſcriptura: quia per veritatis ſententias botros virtutū profert: cuius vineæ dominū. i. ſacræ ſcripturæ conditorē, quaſi vi hæretici opprimūt: quia eius ſenſum in verbis ſacri eloquij inflectere

Doctrina patrum. Sapientia. Doctrina euāgelica — Iſy.ſ.leui.25.

violenter conantur:qui dicit.Iſa.43.d. Seruire me feciſti in peccatis tuis: prębuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis.Eandem vineam vindemiant,qui ex ea ſententiarum botros, pro ſuæ intelligentiæ intentione coaceruant. Iob. 24.b.Vineæ quoque dicuntur veterum patrum doctrinæ. Eccleſiaſtæ. 2.a,Et vitis, ipſa ſapientia. Pſal.127. Peculariter autem vinea eſt doctrina euangelica,cuius Chriſtus eſt vitis.leui.25.a.

Ambr exhor.ad virgi. — Virginitas.

Vinea etiam Naboth,quam diſsipare volebat Achab, vt faceret hortum olerum, virginitatem ſignificare poteſt:quam diabolus perdere conatur.3.reg.21.a.

Hiero.ſ.Iob.24. — Spes.

Vineæ,quas plantant fideles,deſignare poſſunt ſpem,quę ex bonis operibus naſcitur. Ezec. 28.g.Iob.24.B.

Dignitas.imperium

Vinea quandoque dicitur dignitas & dominium,ſeu imperium.Exod.22.a.23.b.Eze.16.B. Creuit in vineam latiorem.

Gre. 12. mor. 16. & ſ.canti.2. Ber.ſ.cāti.ſer.60. Rup.ſ.Mich.4. — Incipientes bene operari.

Vinea in primo flore deſignat eos,qui incipiunt bene operari:qui facile læduntur,vel ab immoderato frigore tentationis,vel à nimio feruore proſperitatis.Iob.15.d.canti.2.c.7.d.

Temporalia bona.

Vinea quandoque,temporalia bona. Mich.4. b. Sedet ſub vinea ſua : quod dicitur de eo, qui ſuis contentus eſt:nec vſurpat aliena.

Negligentia.

Vinea,negligentia.Prouer.24.d. Per agrum pigri tranſiui, & per vineam ſtulti: Ierem.2.d. Habac.3:d.

Ori.ſ.nu.ho.12.&.ſ.canti:ho.4.&.ſ. Iere.ho.9. Gre.ſ.1.Reg.8. Philo. de temulentia. Amb.de Elia.14. Hiero.ſ.Amos.5.& ſ.Iſa.24. Cyril. de adora. in ſpiritusancto. — Voluptates ſeculi. Vanæ ſcientiæ. Concupiſcentiæ. Perfidia. Doctrina hæreticorum.

Vineæ Seon voluptates huius ſeculi,& vanas ſcientias deſignare poſſunt : & concupiſcentias,quę mentem inebriant. Nu.21.e.1. Reg. 8.c. Hæ ſunt vineæ Sodomorum. deut.32. e.,deſignant etiam perfidiam. Et vinea Sabama, eſt ſuperba doctrina hæreticorum. Iſa.16.B.34.a. Et vineæ Philiſtim ſunt, qui ſequuntur prauos errores hæreticorum. Iudi. 15. b.Ad idem referuntur vineæ Aegypti,quę percutiuntur à Deo Pſal. 77. vineæ etiam hæreticorum ſunt eorum falſa myſteria.Amos.5.c.e.Vites quoque dicuntur cauſæ voluptatum.Iſa.24.B. Et voluptates externę,quę pertinent ad concupiſcentiam oculorum:quas promittit Rabſaces,hoc eſt, diabolus obtemperantibus ſibi.Iſa.36.d.Poteſt etiam vinea Sodomorum ſupplicium ſignificare.Deut.32.e.

Philo.q̃ Deus ſit immutabilis. — Lætitia.

Vineta ſignificare poſſunt lætitiam.Deut.6.B.Vineta & olíueta,quę non plantaſti.

Glo.inter ſ.Eze.26. — Machinamenta diaboli.

Vineæ,quę ſunt inſtrumenta bellica,quibus muri concutiebātur,deſignare poſſunt machinamenta diaboli.Eze.26.B.

Ori.ſ.Eze.26. — Doctores mali.

Vitis inutilis ad opus,ſed ſolum igni apta,doctores malos ſignificare poteſt.Eze.15.a.Et vitis frondoſa Iſrael ſunt hæretici verboſi,ſine fructu ſyncerę doctrinæ.Hoſe.10.a.

Hiero.ſ Iſa.7. Rup.ſ. Hoſe 10.

Vites ſunt Iudæis in ſpinas & vepres,quum eorum opera ſunt obſcurata: & per ea feriuntur ab eo,qui ſagittat in obſcuro rectos corde. Iſa.7. d. dicitur autem Iſrael vitis frondoſa. Hoſe. 10.a.quia multiplicauit idololatriam.

## *Vinum, Muſtum, Vinacea.*

VInū eſt liquor,qui ex vuis exprimitur,potui aptus,ac guſtiui ſuauis:eſt natura calidū,multos generans ſpiritus : quod ſi plus æquo bibatur, inebriat. Muſtum autem dicitur, quod poſt primam preſſuram vinaceorum elicitur,dum adhuc feruet. Vinacea autem dicuntur grana vuæ iam preſſæ,& interdum nondum preſſæ.

Diuinitas in Chro.

Vinum intra vuam,quam portabant exploratores.nu.13.c. Deſignare poteſt diuinitatem in Chriſto.Iſa.1.f.

Ambr.ſer.78. Philo q̃ Deus ſit immuit. — Virtutes diuinæ.

Vinum merum ſignificare poteſt virtutes diuinas in ſe: mixtum vero, eaſdem nobis attemperatas.

Ori.1.periar.3. Dionyſ.epiſ.9. Baſi.ſ.pſ.31. Rup.2.de glorific.trinit.13. — Spiritusſanctus.

Vinum nouum non mittendum in vtres veteres,ſpiritumſanctum aut eius gratiam deſignare poteſt:quę non eſt in habente vetuſtatem peccati.Matt. 9.B. Pro.9.a.31.a. quod vinū non eſt dandum regibus.1.ſuperbis.

Hier.ſ.Iſa 27.&.ſ.Iere.13. — Ira Dei.

Vinum merum interdum ſignificat iram Dei grauem.Iſa.27.a.Iere.13.B.25.d.dicitur etiam vinum compunctionis Pſ.59. Ori.ſ.Iere.ho.9.Arno.ſ pſ.59.

Arno.ſ.pſal.59. cle Alex 1.pœda.6. Ori.ſ.gene.ho.11. Arno ſ.pſ.4. Hiero.ſ.Iere.31.& ſ.Zach 9 & ſ Ho.7. Iſi.ſ.leui.23. Rup.ſ.canti.4.7. — Paſsio Chriſti. Euchariſtia. Meditatio,paſsionis. Lætitia Chriſti.

Vinum aliquando ſignificat paſsionem Chriſti, & ſanguinem eius.Gene.9.c.14.d.27.d.49 b.Pſal.4.103:Iere.31.b.Leui.23.c.Zach. 9.d.10.c. Apoc.6.c.Super hoc vino ruminant hęretici Hoſe.7.d.deſignat etiam euchariſtiam.Et vinum conditum,quod dat ſponſa ſponſo, eſt meditatio paſsionis eius.canti.8.a.Et vinum, quod bibit ſponſus cum lacte, eſt lætitia in aſcenſione & miſsione ſpiritusſancti : vel lætitia animæ & carnis : & obliuio pręteritorum malorum.

Aug.ſ.pſ 74. cle Alex.2.pæda.2. Ori.ſ. gene.ho. 17. & ſ.leui.ho 4 7.&ſ. Matth.ho 35.&.ſ.canti.ho 1. Hila.ſ.matt.cano.9 Amb.ſ.pſ.118.ſer.13. — Senſus ſpirituales legis.

Vinum merum in calice eſt ſenſus ſpiritualis in lege. Pſalm.74. eſt enim vinum ſpiritus legis.Verbi enim virtus eſt ſpiritus : quemadmodum ſanguis carnis. Commoderata itaque proportione & conuenientia,vinum quidem aquæ,homini vero ſpiritus miſcetur:ac temperatum quidem vinum ad fidem conuiuio excipit:ſpiritus autem deducit ad in corruptionem:& quod erat aqueum,ſenſus legis viuificauit, operationem ſcilicet ex Adam : quum vniuerſum mundum repleuit ſanguine : & potum vitis veritatis temperamentum veteris legis, ac verbi noui



Hier.ſ. Agge.2.&.ſ. Matth.9. &.ſ. Iſa.1. Aug.ſ.Ioan.trac.9. Cyril.2.ſ Ioā 26. Gre.17.mor.14.& ſ.cānti.7.&.1.Ezech.ho.6.

bi noui ac præſtituti temporis complementum, pietati ac dei cultui præbuit. Et vinum lætificans cor hominis ſunt ſpirituales ſenſus ſacræ ſcripturæ. Pſalm. 103. Gene. 49.b. Iſa.55.a. Agge. 2. c. Et vinum nouum eſt doctrina euangelica, & grauiora pręcepta. Matth.9.b. Iob. 1.c.cant.5.a. Hoc vinum miſcuit ſapiētia, quum literæ ſpirituales addidit ſenſus. Prouerb. 9.a. 31.a.Hoc eſt vinum optimum, quod mentes hominum inebriat, vt pręteritorum obliuiſcantur: & in anteriora currentes, non laſſentur. cant. 7. c. Hoc eſt vinum germinans virgines.

Doctrina euangelica. Grauiora pręcepta.

Doctrina veteris legis. Lex naturalis. — Rup.ſ.Zach.9.

Zach. 9. d. Vinum præterea, quod prius appoſitum fuit in nuptiis, deſignat doctrinam veteris teſtamenti, & legem naturalem ac ſcriptam : quod vinum defecit. Vinum vero poſterius ex aqua factum, doctrinam noui teſtamenti : in quam mutatur aqua, hoc eſt, doctrina legis & prophetarum. Ioan. 2. a. Eſt itaque vinum ſyncera doctrina legis : quo vino pulchriores ſunt oculi ſponſi. Gen.49. b.canti.1.a. Eccl'tæ. 2.B.Iſa. 1. f. thre. 2. d. Amos. 5.c.

Auſteritas legis. Puritas vitæ. — Hiero ſ.Iſa.62. Gre.ſ.canti.8. Beda.ſ.Gene.49. Rup.2.ſ.leui 8.

Vinum quandoque ſignificat auſteritatem legis:& etiam puritatem vitæ, quando eſt merum.Gene.49.B.Iſa.62.c.Quo vino conditur poculum noui teſtamenti, quando teſtimoniis veteris legis nouum teſtamentum roboratur.canti.8.a. Non eſt autem hoc vinum bibendum, quando non eſt adhærendum literæ legis.leui.10.b.

Ori.ſ.matth.ho.35.

Vinum cum felle deſignat doctrinam eccleſiaſticam bonam, ſed cum mala conuerſatione. Matth.27.d.

Martyrium. — Ambr.ſer.72. Gre.ſ.canti.8. Rup.5.canti.7.

Vinum præterea quandoque ſignificat martyrium.Gene.27.d.Et muſtum malorum granatorum,ſunt paſsiones & exempla martyrum.cant.8.a.

Natura humana ſuſcitata. — Ambr.ſer.19.78.

Vinum ex aqua factum deſignat naturam humanam reſuſcitatam : vel vitam ſpiritualem factam in eo,qui prius viuebat vita carnali.Ioan.2.B.Iſa.1.f

Vita cōtemplatiua. Exultatio ſpūalis. Feruor ſpūſſancti. Conſolationes diuinæ. Charitas. Res ſanctę & feruidæ. — Gre.ſ.1.Reg.10. Ori.ſ.canti.ho.1. Gre.ſ.1.reg.1. Ber.ſ.cāti.ſerm. 49. & dominica.1. poſt. octa. Epipha. ſer.2. Ambr.ſermo 18.

Vinum oblatum Iſaac deſignat vitam contemplatiuam : Vel fauorem nouæ conuerſationis,& exultationem ſpiritualem in laudibus Dei : & feruorem ſpiritusſancti: & conſolationes diuinas.Gen.27.d.1.Reg.10.a.canti.1.a.Hoc vino contemplationis meliora ſunt vbera ſponſæ,quando prędicat & docet inferiores.Et vinum,quo madebat Anna. 1.reg.1.c. deſignat feruorem ſpiritus & prędicationis in apoſtolis. Et vinum in amphora, eſt charitas in intentione, qua quis vult aliis prodeſſe.1.reg.1.d. Vinaria autem cella, eſt contemplatio feruens. cant.2.a. Vinum etiam dici poteſt charitas,aut feruor charitatis:& aqua mutatur in vinum,quando inducitur charitas pellens foras timorem. Ioan.2.b. Vinum etiam dicūtur res ſanctæ & feruidæ. Iſa.1.f.

Auſteritas correctionis. — Ori.ſ.luc.ho.34. Ambr.ſ.luc.10. Baſi.ſ.Pſal.59. Ber.ſ.canti.ſermo.9.

Vinum ſecundum quod eſt auſterum,auſteritatem correctionis:& ſermonem compūgentem ex denuntiatione iudicij ſignificare poteſt:ideo applicatur vulneribus.luc.10.f. Et vinum compunctionis,eſt verbum penetrans cor.Pſ.59.canti.1.a.

Lætitia ſpiritualis. Gaudiū. beatorum. — Baſi. ho.in iulitam martyr. Ori.ſ.leui.ho.1. Hiero.ſ.dani. 10. & ſ.Mich.2. Ber.ſer.3 Penteco. Beda.ſ Pro.3.

Vinum dandum triſtibus deſignat lætitiam ſpiritualem, & gaudium ſpiritusſancti. prouer. 31.a.Hoſe.2.B.14.c.Ioel.2.c. Et lætitiam,quam habebunt ſancti in fine mundi : quod vinum non bibent ſine nobis. Vinum autem lætitiæ nō bibunt pœnitentes,aut ieiunantes.Dani.10.a. Mich.2.d.Vinum autem,quo abundabunt torcularia, eſt ſumma lætitia, quam ſancti habebunt in fœlicitate.Pro.3.b.Iob.1.c.

Honor immortalitatis. Status innocentiæ. — Hila.ſ.matt.can. 33. Rup.2.ſ Ioan.

Vinum quandoque ſignificare poteſt honorem immortalitatis, & etiam virtutem : quod per vitium aut in curiam, in vaſis coaceſcit:vnde in Adam acuit:& datum eſt Chriſto acetum. Matth. 27. d. Et vinum quod defecit in nuptiis,eſt ſtatus innocentiæ, qui defecit in Adam. Ioan.2.a.

Fidelis proficiens. — Ambr.ſer.22.&.3 exa e.1. Gre.ſ.canti.5.

Vinum dici poteſt fidelis proficiens,vt vinum per ętatem:atque ita eſt vita perfectior:quod vinum bibit ſponſus cum lacte canti.5.a.

Sapientia inferiorū. Scientia ſecularis. — Geor. vene.canti.1. ton.7.cap.24.

Vinum dici poteſt ſapientia inferiorum rerum,qua repletus fuit Salomon: qui tamen aliam quærebat ſapientiam, quando dicebat. Eccl'tæ. 2.a. Cogitaui in corde meo abſtrahere à vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad ſapientiam. A quo enim vino abſtrahit carnem ſuam, niſi a ſapientia terrenorum, quę non bene conueniunt cum ſupernis, ſicut nec vtrorumque ſapientiæ? Hæc enim rerum inferiorum per vinum ſignatur, de vite terrena.1. de humanis ingeniis naſcens:quamuis aliquando Deus eam largiatur:vt Salomoni. Sed hoc vino meliora ſunt vbera ſponſi.canti.1.a.Et etiam oculi pulchriores.Gene.49.b.

Lætitia mundi. Cura tēporalium. — Amb.5.de ſacra.2. Gre.ſ.canti.1. Ber.ſer.9.ſ.canti.

Vinum quo meliora ſunt vbera ſponſi.canti.1.a.ſignificat lætitiam mundi:vel rerum temporalium curam:à qua mens ſecularis cuiuſlibet inebriatur:vt ad inuiſibilia cognoſcenda, aut ex toto,aut pene inſenſibilis reddatur.

Luxuria. — Rup.ſ.canti.3.

Vinum pro luxuria:quia in vino eſt luxuria.Epheſ.5.d.Et dicuntur vbera ſponſæ.1. virginis Mariæ pulchriora vino:quia genuit cum virginitate, quum aliæ genuerint cum libidine. cantic.4.c.

Caſtigatio. — Ori ſ.canti.hō.3.& ſ.Iere.ho.9.

Vinum iniquitatis dici poteſt caſtigatio,qua corripitur iniquitas.Pro.4.c. Vinum iniquitatis bibunt.Dicitur etiam vinum furoris Dei.Iere.25.d.

Ori.ſ.cant.ho.1. Hiero.ſ.Iſa.24. 28. 56.&.ſ.eccleſ.2.&.ſ. Ioel.3. Ambr.de Iſaac.3. Gre.ſ.1.reg.8. Rup.6.ſ.gene.13.& 30.ſ.apoc.
Concupiſcentiæ. Praui affectus. Voluptates. Curæ ſeculares Superbia. Auaritia.

Vinum,quod bibit Lot, ſignificare poteſt concupiſcentias, & prauos affectus, & voluptates. Gen.19.g.Leuit.10.b.Deut.32.e.Iſa.5.c.28.a.24.b.56.d.Sopho.1.c.Cant.1.a.Item curas ſeculares,& affectum ſuperbiæ:quæ mentem inebriant.Ioel.3.a. Amos.2.d.Habac.2.a. Eccl'tæ. 2.a.in hoc vino voluptatum eſt luxuria.Ephe.5.d.Deſignatur etiam inanis gloria & cupiditas: quibus inebriantur indignè aſſumentes dignitates.Apo. 17. a. Hoc eſt vinum pingue allatum è Damaſco Tyrum.Ezec.21.d.

Hiero.ſ.Iſa 28.&.ſ. Ier.13.&.ſ.Hoſe.7.9 Ori.ſ.Iere ho.2.9. Amb.de Elia.14. Gre.ſ.1.reg.1. Aug.ſ.pſal.68.
Peruerſus ſenſus ſcripturæ. Doctrina erronea. Perfidia. Ambitio.

Vinum etiam,quod bibit Lot,eſt peruerſus ſenſus datus ſacræ ſcripturæ.Gene.19.g. Et vinum,quo inebriantur hæretici,eſt ſacra ſcriptura male intellecta. Iſa.28.B. Et vinum Babylonis eſt doctrina gentilica. Ierem. 13. B.51.a.Et perfidia. Iſa. 16.c. Et vinum,quo iudicabat Eli Annam eſſe ebriam,eſt vel ambitio temporalium,vel doctrinę prauitas.1.reg.1.c.Et furiunt hæretici vino,hoc eſt, doctrina erronea.Hoſe.7. B. 9.a.Hoc dicitur vinum damnatorum, & vinum iniquitatis.Pro.4.c.Amos.2.c.Mich.6.d.Agge.1.c.Pſ.68.

Hiero.ſ.Hoſe.14. — Vinum conditum.

Vinum Libani dicitur,quod eſt mixtum & conditum thimiamate,ſeu aromatibus,vt odorem ſuauiſsimum habeat.Vel eſt vinum,quod offerebatur in templo.Hoſe.14.c.

Abundantia.

Vinum aliquando eſt abundantia.Eſter.5.b.Poſtquam vinum biberit abundanter.

Prædicatio.

Vinum,prædicatio Canti.5.a.Bibi vinum meum cum lacte meo.

Ber.in ſententiis.

Datur vinum malitiæ,vinum moleſtiæ,vinum gratię.Vinum malitiæ affluit de vua fellis, & à diabolo initium habuit:& eſt opus malum. Deut.32.e. Fel draconum vinum eorum.Vinum moleſtiæ manat de labruſca conditionis humanę : quæ domino ſuo acetum iniquitatis appoſuit.Vinum gratiæ ex botro Cypri.1.conditoris largitate decurrit.

Hiero.ſ.Eze.44. — Peccata ſequentia naturam.

Vinum, quod non debet bibere ſacerdos ingreſſurus in ſancta, deſignat ipſum ſacerdotem ab iis etiam peccatis, quę naturæ neceſsitatem quodammodo ſequuntur, abſtinere debere. Ezec.44.f.

Hiero.ſ.Hoſe.3. Rup.ſ.Hoſe.3. — Cultus idolorum. Traditiones hominum dæmones.

Vinacea vuarum,quùm ſint arida & inutilia,expreſſo iam vino,idolorũ cultum,& traditiones hominum, ac peculiariter iudæorum ſignificare poſſunt. Hoſe.3.a. Dæmones quoque vt vinacea eiecti ſunt de cœlo.

## *Viola.*

Euche.form.ſpiritu. 4. — Confeſſores.

Viola eſt flos odoriferus & gratus, cuius variæ ſunt ſpecies : ſed peculiariter viola dicitur quędam purpurea & humilis,vix à terra eleuata:cuius vſus eſt plurimus in medicamentis: quę poteſt confeſſores deſignare,ob ſimilitudinem liuidorum corporum..Non tamen inuenitur in ſacra ſcriptura.

## *Violare.*

Violare eſt corrumpere,polluere,& quaſi vim inferre:quod proprie de virgine dicitur.

Hila.ſ.Matth.cano. 12. — operari ſecundum fidem.

Violare dicitur ſabbatum ſine crimine, qui operatur fidem euangelicam: & qui facit opus,quale eſt ſacerdotum.Matth.12.a.

Hiero.ſ.Iſa.13. — Confutare errores.

Violari vxores hæreticorum,eſt prauam doctrinam confutari.Iſa.13.c.

Hiero.ſ.Ezec.7. — Peccare.

Violare dicitur templum Dei,qui peccat.1.Cor.3.c.Neſcitis quia templum Dei eſtis:& ſpiritus Dei habitat in vobis?Si quis autem templum Dei violauerit,diſperdet illum Deus. Violant etiam arcanum Dei gentiles,hoc eſt,templum:& mali eccleſiam.Eze.7.f.

Hiero.ſ.Amos.1. — Non ſeruare legem naturalem.

Violare dicitur miſericordiam fratris, qui non ſeruat legem naturalem cum proximo. Amos.1.d.

Hiero.ſ.Ezequie.13

Violare aut contaminare Deum, vel populum dicuntur hæretici, dum perſuadent populo gratas eſſe Deo voluptates.Ezec.13.c.

Hiero.ſ.Gene.18. — Carpere benè dicta

Violare vxorem proximi dicitur, qui aliorum bene dicta reprehendit : & facibus accenſus inuidiæ ſancta violat,caſta corrumpit,pura contaminat.Ezec.18.b.

## *Violentus, Violentia, Vis.*

Violentus dicitur,qui vim facit:quę vis violentia dicitur:vt nunc ſufficit.

Hiero.ſ.Iſa.59. — Spirituſſanctus.

Violentus fluuius,hoc eſt,impetu fluens,dici poteſt ſpirituſſanctus.Iſa.59.d.Quum venerit quaſi fluuius violentus,quem ſpiritus domini cogit.

Baſi.de abdica.rerũ Hil.ſ.Matt.cano.11. Amb.ſ.luc.7.& ſer. 15. Gre.ho.10. — Fatigantes corpus. Pœnitentes. Gentiles.

Violentia regni cœlorum dici poteſt aſsidua & acris corporis in laboribus fatigatio:quod nullius impulſu,ſed ſuapte ſponte Chriſti diſcipuli faciunt.Et violenti ſunt caſtigantes carnem &pœnitentes:quibus non debetur regnum cælorum ex meritis conuerſionem pręcedentibus: & etiam gẽtiles,quibus non prędicauit ipſe Chriſtus: nec ipſi habebãt legem aut prophetas:ſed velut extranei irruperũt ad fidem ſuſcipiendam.Matth.11.b.

Gloſ.ordi.ſ.Iſa.9. Gloſ.inter.ſ.leui.6. — Diabolus raptor.

Violenta prędatio eſt, quam facit diabolus de animabus Iſa. 9.a.Ipſe quoque eſt vi extorquens à proximo,hoc eſt,violentia rapiens ipſam animam,vel bona eius.Leuit.6.a.

Coacta ſeruitus iudæorum.

Violenta ſeruitus fratrũ Ioſeph erga ipſum Ioſeph Gen.44.d. Deſignat coactã ſubiectionẽ Iudęorum



iudeorum ad Chriſtum, vel ad Chriſtianos.

Populus iudaicus. — Gre.6.mor.15.

Violentus,de cuius manu liberauit deus pauperem,eſt populus iudæorum in Chriſtũ, quem Deus ſuſcitando liberauit.Iob.5.c.

Hęretici. — Gre.16.mor.21.& 18.mora.7.

Violenti quoque ſunt hæretici, qui ſcripturæ ſacræ ſententias recta dogmata continentes ad prauum intellectum cõantur violenter inflectere. Vnde & vi dicuntur opprimere dominum vineæ,ſenſum ſacræ ſcripturæ à Deo traditæ peruertendo.Iob.19.a.24.B.27.c.34.c.35.c. 36.a

## *Vipera.*

Baſi.Exae.ho.10. Ambr.5.Exae.7.

Vipera eſt genus ſerpentis maxime venenati, dicta, quòd vi pariat. Nam pulli eius materna viſcera comedere dicũtur: & corroſis eius lateribus cum matris interitu prodire. Fertur vipera coniunctionem murenæ expetere : & depoſito veneno accedẽs ad littus maris ſibilare, vt prodeat murena:ac poſt coniunctionem,venenum reſumere.

Hæretici. detractatores. iudæi. Dæmones. Homines nequam. — Baſi Exae.ho.10. Hiero.ſ.Iſa.30. &.ſ. Eze.8. Aug.ſ.Pſ.46. Ber.de tripli.custodia.

Vipera ſignificare poteſt hæreticos, & maledicos, & clam inuadentes proximum : Iudæos etiam,& dæmones:& generaliter homines nequam.Iſa.30.B.Mat.3.B.dicũtur autẽ iudæi progenies viperarum:quia imitatores diaboli. Detractor etiam eſt vipera,qui vno ictu perimit,& ſe & audientem, & eum,cui detrahit. Vt autem vipera mordicus tenuit Paulum : ita hæretici pertinaciter aduerſantur fidelibus:ſed excutiendi ſunt in ignem,vt illa vipera. Acto.28.a.

Inuidia. — Baſi.ho.de inuidia.

Vipera, quę primo ſuo generi noxia eſt, ac ſibi ipſi,deſignat inuidiam, quę primum nocet habenti.

Vſura. — Baſ.ſ.Pſal.14.ho.2. Ambr. de Tob. 12.

Vipera ſignificare poteſt vſuras.Vt enim viperarum filij materna corrodunt viſcera:ita vſuræ eum,qui ſoluit,aut dat ad vſuram.

Tentatio diaboli. — Gre.15.mor.8.

Vipera etiam vi pariens, violentam diaboli tentationem deſignare poteſt:aut contra, quià tardius occidit quam aſpis,eſt leuior tentatio. Iob.20.c

## *Vir, Maritus*

Vir dicitur in genere humano maſculus:quòd viribus & robore præſtet : vnde potior eſt & pręſtantior ipſa fœmina,quę ſub viri poteſtate debet eſſe. Dicitur autem ſępe vir,qui habet vxorem:qui & maritus. Aliquando vero ſumitur pro homine.

Deus. — Cle Alex.1.pœda.5. Chryſ.1.pſ 95. Rup.1. de operibus ſpirituſſancti.8.

Vir aliquando dicitur Deus:quia perfectus in iuſtitià : & dicitur vir pugnator : quia nemo eius poteſtati reſiſtere valet.Exod.15.a.2.Cor.11.a.Ephe.4.c.Et ipſe Deus dicitur vir ſynagogæ.Iere.3.e.Iſa.54.a.Vnde tanquam vir circũſcripſit ſynagogam templo,vt loco, velut ſuſpectam de adulterio : ne alibi ſacrificaret. Hoſe. 2. b. Significat autem peculiariter Deum patrem.

Chriſtus. — Cle Alex.ad hor.ad gentes. Arno.ſ.pſal.104. Hila de trini.5. Ori.ſ.Exo.ho.10.& ſ.Iſa.ho.3.& ſ.Iere. ho.11. Ambr.de Salomo 5. &.ſ.Roma.6.&apo lo.Dauid.5. Hiero.ſ.Iſa.46.&.ſ. Iob.1. Gre.ſ.1.reg.1.& 22. mor.19.&.ſ. Ezech. ho 13. Beda.ſ.Gene. 32. & ſ.Exod.21.&ſ. Pro. 2.31. Cyril.ho.5.

Vir quoque dicitur Chriſtus : vt Ioſeph erat vir in cunctis proſperè agens. Gene. 39. a. Et vir,quem occiderunt Simeon & Leui, hoc eſt, ſacerdotes & ſcribæ. Gene. 49.a. ipſe eſt vir Aegyptius.Exod.2.c.21.c.Pſal.104.Pro.30.c. Et vir luctans cum Iacob. Gene.32.f. Et vir ſeu maritus ſterilis & fœcundæ,hoc eſt,ſynagogæ & eccleſiæ. Et peculiariter vir poſterior ſynagogæ: vt prior fuerit lex. Roma.7.a. Gene.16.a.29.g.30.b.Ipſe dicitur vir iudæus. Zach. 8.b. Idem eſt vir diues, qui abſtulit ouem pauperis, quando redemit genus humanum, liberans ipſum à diabolo.2.Reg.12.a.Dicitur autem vir voluntatis Dei : quia in omnibus fecit voluntatem Dei.Et vir dolorum,propter dolores paſsionis.Iſa.46.d.53.a. Et vir rixæ & diſcordiæ: quia poſitus eſt in ruinam,& in reſurrectionem multorum, & in ſignum, cui contradicitur:& de quo hæretici contendunt.Iere.15. c.Et erat vir indutus lineis, habens atramentarium tanquam iudex omnium.Ezec.9.a.40.a.Dani.10.a. Zach.1.b.6.c.Ipſe eſt vir, quem circundedit fœmina. Iere. 31.d. Et vir cohærens Deo. Zach. 13.d. Et vir pauper & ſapiens. Eccle. 9.d. Et vir Iob,de terra Hus. Iob.1.a. Et vir elcana.1.Reg.1.a. Et vir vnus, quem apprehendunt ſeptem mulieres.Iſa.4.a.Acto.2.d. Et vir dexteræ Dei Pſal. 79. ipſe eſt vir meretricis, qui non eſt in domo eius:quia non eſt ſecundum præſentiam corporalem in eccleſia:& etiam vir mulieris fortis.Prou.7.c.31.b.c.

Spirituſſanctus. Sacerdotes Iudæorum. Chriſtus. — Beda ſ.Exod.2.

Vir de domo Leui.Exod.2.a.deſignare poteſt ſpiritumſanctum:vel ſacerdotes iudæorum: vel etiam ipſum Chriſtum de lege egredientem:cuius vxor eſt eccleſia.

Verbum Dei. Lex. — Hier.ſ. Ezech.16.& ſ.Ioel.1. Ori.ſ.matth. ho. 22. & ſ.leui.ho.14. Ambr.ſ.Ro n.6. & de Cain. 4. &.ſ. luc.20. Aug. 1. de conſen. euan.31.

Vir Hieruſalem,quem ipſa proiecit,eſt verbum Dei : quod proiicit anima peccans. Ezech. 16.a. Hoſe.2.b. Et ſermo propheticus. Gene. 24. c. Ab hoc viro recedunt omnes : qui declinant à diuinis pręceptis. Pſalm. 13. Et vir prior ſynagogæ erat lex, ſicut poſterior Chriſtus. Roman. 7. a. Et vir abſens à domo meretricis, eſt lex, quę abſens eſt à peccantibus, eamque contemnentibus. Prouerbiorum 7. c. Et viri ſeptem vnius mulieris ſunt libri Moſis cum duobus ſequentibus. Luc. 20. e. Iſa. 54. a. Et lex dicitur vir pubertatis. ſynagogæ.

Beda ſ.Gene.37.

gæ. Ioel. 1. b. vir autem Iſraelita, qui rixatus eſt cum filio Aegyptij, eſt ſenſus, ſpiritualis legis contrarius prauis ſenſibus per iudæos aut hæreticos datis. Leuit. 24.b. Et vir, qui inuenit Ioſeph errantem in agro, eſt ſermo propheticus loquens de Chriſto, cui miniſterium exhibuit. Gen.37.c.

Senſus ſpiritualis.

Philo.de mūdi opificio & 2.allego & de ſpecial. legibus. Hila.ſ matt.can.10. Gre nyſſe. de vita Moſis. Beda.ſ.Gen.3. Ricar.de.1.victo.de 12.patriar c.58. Aug 83.q.64.&.ſ. Ioan.tract.15. Rup.4.ſ.Ioan.

Ratio. Mens. Vigor mentis. Liberum arbitrium Anima. Spiritus rationalis. Vtens ratione.

Vir aliquando dicitur ratio, ſeu mens, aut vigor mentis: quem virum occiderunt Simeon & Leui. Gene.2.d.3.c.49.a.Exod.2.a.35.c. Liberum quoque arbitrium vir animę dicitur, vendicans ſibi totum hominem. Virum autem, hoc eſt, mentem non aggreditur ſerpens, ſed fœminam, hoc eſt, ſenſualitatem. Maritus quoque dicitur recta ratio, ſeu ſermo: quia virtutum ſemina iacit in animam, tanquam in agrum fertilem. Ipſa quoque anima dici poteſt vir. Exod. 21.c. Vir mulieris Samaritanæ dicitur ſpiritus rationalis: qui nō erat vir: quia nō ei obtēperabat. Vel vir qui non erat vir, erat error: quia tunc ab errore adultero regebatur. Vel erat diabolus: qui etiam non eſt vir, ſed adulter. Quinque autem viri erant quinque ſenſus: quibus ante tempus diſcretionis regebatur. Ioan. 4. c. ipſe quoque homo ratione vtens vir vocatur. Iere.5.c.

Gre.27.mor.22. — Angeli.

Viri aliquando dicuntur angeli. Gene.18.a. 19.b. 44.f. Exod.32.a. Et vir veſtitus lineis erat angelus. Dani.10.a.Iob.36.d.

Ori.ſ.Exod.ho.10. & ſ.1.Reg.1. Hiero.ſ.Zac.8. & ſ. Iſa.57. Gre.ſ.1.Re.1.2.4.5. 10.13.& 34.mor.5.

Apoſtoli. Prædicatores. Prælati.

Vir ſapiens & induſtrius deſignat apoſtolos, & prędicatores, & pręlatos: qui ſunt diſtributores ſpiritualis frumenti. Gen. 41.b.16.a.29.g.30.b. Eoſdem deſignant viri, quos elegerunt Moſes & Ioſue. Exod.17. c.18.d.21.b.32.d. Et viri duo ſunt perfecti prędicatores, in vtroque pręcepto charitatis robuſti. Viri autem tres ſunt contemplatiui, fortes in cuſtodia cogitationis, loquutionis, & operis. 1.Reg.10.a. Et vir ſecundum cor Dei eſt habens charitatem. 1.Reg.13.c. Zach.8.a. Et vir Dei eſt cœtus apoſtolorum. 1.Reg.2.e.9.a. Et vir ſagittarius eſt prędicator. Iob.41.c. Et viri miſericordes ſunt apoſtoli. Iſa.57.a. Demum qui ad virilem ſenſum pertinent euangelicam implentes perfectionem. Et vir vnus, qui fugit ex acie, & nunciauit arcam eſſe captam, deſignat prædicatorem conuerſum ex Iudæis, vt Paulum. 1.Reg.4.c.

Gre.ſ.1.Reg.1.9.11. & 27.mor.2. Or.prologo.in cāt. Hiero.ſ.canti.59.

Contemptor ſæculi. Fortitudo. Cōcordes charitate. Perfecti.

Vir vnus dicitur contemptor ſeculi: vt monachus: & etiam ipſa fortitudo. Et dicitur vnus: quia vnum quærit. 1.Reg.1.a. Ipſe enim dicitur. Pſal.72. Quid mihi eſt in cœlo, &c. Et Pſal.26. Vultum tuum domine requiram. Et vir vnus ſunt omnes illi, quorum eſt cor vnum, & anima vna. acto.4.f. Egrediuntur quoque quaſi vir vnus, qui ſunt concordes charitate. 1.Reg.11.b. Et vir de terra Benjamin, eſt fortis prędicator de eccleſiá, & non extra. 1.Reg.9.a. Et vir vnus dicitur perfectus & conſtans, & non mutabilis, vt luna. Et vir abſolutè eſt perfectus. 1. Reg.1. a. Iob.36.d.38.a.Iſa.13.c.59.d Zach.3.d.1.Cor.13.d.Ephe.4.c.

Iſych.ſ.Leui.15. — Prædicator glorioſus.

Vir patiens fluxum ſeminis eſt prędicator, qui ob inanem gloriam prędicat. Leuitic.15.a.

Orig.ſ.Matt.ca.14. & 1 nu.ho.1.25. Gre.ſ.1.reg.13.& 18 mor.7. Cyril. de adora. in ſpiritu ſancto. Greg ſ.1. Reg.2. & 11.mora 26.

Fortes.

Viri ſignificare ſolent fortes. Gene.47.B. Hos viros tantum volebat Pharao, hoc eſt, diabolus, ire ad ſacrificandum: vt videlicet relinquerentur illi infirmi. Exod.10.c.35.c.Matth.14.c. Vnde viri numerari ſolent tanquam fortes, & non fœminæ. Exod.12. f.Ioan.6.b. Viri autem fortes Iſrael, & non alterius nationis numerantur: vt intelligantur eruditi in ſacra ſcriptura. Num.1.a. Viri quoque exercitus, qui pugnauerunt, ſunt, qui vicerunt vitia. Num.31.a.Iob.38.a. 40. a. Vir, qui non roborabitur in fortitudine ſua, eſt fortis in Deo, ſine quo nulla eſt illi fortitudo: ſed mox ſibi relictus cadet. 1. Regum 2.B. Et viri robuſti ſexcenti ſunt, qui opere & cordis deliberatione fortes ſunt. Et ſunt viri Iſrael. 1. Eccleſiæ: & ſociantur Sauli. 1. prędicatoribus. 1.Regum 13.d.14.a.Ierem.9.c. Vir, cuius iniquitas eſt melior, eſt mens fortis Eccli.42.c.

Ori.ſ.Iere.ho.6. Gloſ.inter ſ.1. Cor. 13.

Chriſtiani.

Viri Iuda ſunt Chriſtiani ſub Chriſti imperio degētes. Iere.11.a. Et viri Iuda, qui erant cum Dauid ad deducendam arcam, ſunt populi fideles & doctores cum Chriſto ad dilatandam eccleſiam. 2.Reg.6.a. Viros autem dicit apoſtolus, qui verbo parent, & ſunt ſui iuris & arbitrij: qui crediderunt ſpontanea electione, ſeruati ſapienter, non inſipienter metu territi. 1.Cor.13. d. Gala.4.d.

Hiero.ſ.Eccle.7. — Cogitatio.

Vir interdū ſumi poteſt pro cogitatione: fœmina vero pro operatione: vt quū Eccl'tę.7.d. dicitur. Vix reperitur vir vnus de mille, hoc eſt, cogitatio in totum bona: fœmina vero nulla: quia opera ſemper in aliquo deficiunt.

Gre.ſ.1.Reg.5. — Pœnitentes inſufficienter.

Viri percuſſi, & nondum mortui, ſunt habentes dolorem peccati, ſed non ſufficientem. 1. Reg.5.d.

Hiero.ſ.Ecc.6. Orig.ſ.Iere.ho.8. Greg.22.mor.12. Rup.ſ.Abdi. — Populus iudaicus.

Vir, Cui dedit Deus diuitias, eſt populus iudaicus habens legis myſteria: quibus tamen non fruitur. Eccl'tę 6. a. Et viri Anathoth quærentes animam Ieremiæ, ſunt iudæi contra Chriſtum: peculiariter autem ſacerdotes & ſcribæ. Ierem.11.d. Iidem ſunt viri tabernaculi Iob, hoc eſt, Chriſti. Iob.31.d. Viri pacis Edom, ſunt principes Iudæorum: qui populum deceperunt. Abdi.c.

Greg.ſ.1.Reg.2. — Plenitudo temporis aduentus Chri

Virilis ætas domus Eli, deſignat plenitudinem temporis, quando miſit deus filium ſuum.



ſuum. 1.Reg. 2. g. Gala. 4. a. vel deſignat tempus, quando ordinandi promouentur ad ordines.

Greg.ſ.1.Reg.2.

Vir de domo Eli, qui non aufertur ab altari Dei, eſt, qui eſt bonus ex prędicatione paſtoris mali. 1.Reg.2.g.

Capitalia crimina. — Greg.ſ.1.Reg.14.15.

Vir non relinquendus ex Philiſtæis, deſignat capitalia crimina: nam alia ſunt velut paruuli. 1. Regum 14. e. & viri Amalec ſunt ſuadentes motus turpitudinis: item peccata ex malitia. 1.Reg.15.a.

Duo latrones. Duo populi. Duplex amor. Chri. Duo teſtamenta. — Aug.ſer.10.&.ſ.Io. tract.

Viri duo portantes botrum in vecte. nu.13. c. deſignant duos latrones cum Chriſto crucifixos: vel populum iudaicum pręcedentem, & vertentem dorſa Chriſto, & populum gentilem ſequentem, & vertentem faciem Chriſto. Vel deſignabant duplicem amorem Chriſti, videlicet in patrem & in homines. Vel duo teſtamenta, in quibus continetur Chriſtus.

Gentiles. — Hila.ſ.Matth.cano. 12.

Viri Niniuitæ ſignificant gentiles Matth.12.d. Et viri ſublimes Sabaim ſunt pręcipui ex gentibus. Iſa.45.c.

Epiſcopus. — Ambr. de dign. ſacer. 4.

Vir vnius vxoris dicitur epiſcopus vnam habens eccleſiam: & etiam nō adiungens ſenſui catholico ſenſum hæreticum. 1. Tim.3.a.

Fidelis. — Hiero.ſ.Iſa.19.

Vir pugnat contra fratrem ſuum, quum in eadem domo fideles ſeparantur ab infidelibus. Iſa.19.a.

Eccleſiaſtici. — Hiero.ſ.Ezech. 39.

Viri conſtituti ad luſtrandam terram, ſunt viri eccleſiaſtici. Eze.39.d.

Labēs in peccatum propter inanem gloriam. — Gre.23.mor.18.

Vir dei, qui reprehendit Ieroboam, & brachium eius arefecit, ac poſtea curauit, nec comedere cum eo inuitante voluit: ſed poſtea in via deceptus à propheta comedit, & interijt. 3.Reg. 13.a. deſignat eos, qui de magno opere gloriantur, & poſtmodum in peccatum labi permittuntur.

Chriſtus cum Moſe & Elia. — Beda.ſ.Gen.18.

Viri tres apparentes Abrahæ, ſic ſe habere poſſunt, vt in vno Chriſti deſignetur aduentus: quem duo angeli comitabantur, Moſes & Elias: vnus per legem aduentum domini prędicans, alter in fine mundi aduentum ad iudicium pręueniens. Gene.18.a.

Alter.

Vir interdum ſumitur pro altero: vt 1.Reg.2.e. quum dicitur. Si peccauerit vir in virum, intelligitur: ſi peccauerit vir in alterum.

Lex carnis. Mendacium. Senſibilia. Diabolus. Senſus carnalis. — Ori.ſ.Matt.cap. 16. & ſ.Gene. ho 10 & ſ.Leui.ho.14. Euch.form ſpūal.5. Amb.apo. Dauid 5. Hiero.ſ.Eccle.12.

Vir alter, hoc eſt, adulter. Roma.7.a ſignificare poteſt legem carnis: & mendacium: & ſenſibilia: & etiā diabolum. Et vir Aegyptius percutiens Hebræum eſt ſenſus carnalis literæ. Exo. 2.b.Leuit.13.d.24.b. Et vir qui non cognouerat virginem eſt diabolus: & incognita viro mens eſt non corrupta à diabolo. Gene.24.b. Et vir nuntians natum maſculum, eſt diabolus demonſtrans factum eſſe quempiam corruptorem veritatis, eique congratulans. Iere.20.d. Et vir pauper habens vnam ouem, eſt princeps huiuſmundi, qui exercebat tyrannidem in genus humanum. 2.Reg.12.a. Et viri, exercitus dicuntur dæmones. Nahum.2.a. Quaſi vir pręparantur dæmones ad pręlium: ſed non ſunt viri: quia non poſſunt vincere, niſi eis conſenſiatur. Iere. 6.f.

Crura hominis.

Et viri fortes, qui nutabunt, erunt dæmones in iudicio. Eccl'tę.12.b. Vbi etiam ſignificari poſſunt crura hominis in ſenectute.

Hæretici. Diſcipuli hæreticorum. — Ori.ſ.Leui.ho.14. Gre.ſ.1.Reg.2.6. Hila.ſ.Pſ.138. Hiero. epiſ. Si cuncta corporis.

Vir Aegyptius poteſt ſignificare hæreticum. Exo.2. B. leui.13. d. 24.b. Et viri ſeptuaginta percuſſi in Bathſames, deſignant nobiliores ex hæreticis, hoc eſt, qui non ſunt vitiis ſenſuum dediti. 1.Reg.6.d. Et vir, qui non roborabitur, eſt durus & fortis in errore. 1.Reg.2.b. Viri ſanguinum ſunt hæretici occidentes animas, & adulatoriè docentes. Pſal.138. Et vir ſextus Samaritanæ, qui non erat vir, eſt hæreticus Ioan.4.c. Et viri bellatores dicuntur hæretici. Eze.39.e. Et viri fœderis Eſau, diſcipuli hæreticorum. Abdi.B.

Peruertētes iudiciū. Scandalizātes. odiētes proximum. carnalibus incumbentes. Iudas. — Arno.ſ.Pſ.25. Hila.ſ.pſal.28.139. Cle.Alex.1. pæda.5. Aug.ſ.Pſal.138. Gre.7.mor.24.

Viri ſanguinum ſunt ſubuertētes iudicium pro muneribus: vel animo ſeu opere occidentes: & qui oderunt proximum: & qui perfecti ſunt in vitio Pſ.5.25.58.138. Eſt item vir ſanguinum, qui adhuc actibus carnalibus incumbit. 2.Reg.16.b. Vir autem linguoſus & iniuſtus dicitur Iudas. Pſal.139.Iob.11.a.

Auari. — Amb.de Nabuth.15

Viri diuitiarum dicuntur, qui poſſidentur à ſuis diuitiis, non ipſi eas poſſident: vnde & ſomnum ſuum dormire dicuntur, non Chriſti. Pſal.75.

Errores. — Hiero.ſ.Eze.16.

Viri Samariæ & Sodomæ, quos proiecerunt ipſæ ciuitates, ſunt errores priores, à quibus in alios Hæretici tranſierunt. Eze.16.e.

Sex ætates. — Gre.22.mor.19.

Viri ſex venientes de via portæ ſuperioris. Eze. 9. a. deſignant ſex ætates humani generis.

Inſanus. — Lyra.ſ.Hoſe.9.

Vir ſpiritualis dicitur vir inſanus: & qui à maligno ſpiritu arripitur. Hoſe.9.b.

Heros.

Vir aliquando dicitur heros inſignis virtute. Gene. 41. e. Num inuenire poterimus talem virum?

Miles. Miniſter. Ciues. Alienigena.

Vir, miles. Gene.33.a. Cum eo quadraginta viros.

Vir, miniſter. Gene.24.g. Aſcenſis camælis ſequutæ ſunt virum.

Viri, ciues. I.Reg.6.b. dixerunt viri Bethſamitæ.

Vir, alienigena. Exod.2.c. Vir Aegyptius liberauit nos.

## Virere, Viridis.

Virere dicuntur herbæ aut plantæ, quum ſunt virides. Virides autem ſunt, quando in ſuo vigore ac proprio humore conſiſtunt.

Gl. ordi. ſ. Hoſe. 14. — Chriſtus.
Viride lignum dicitur Chriſtus. Luc. 23. d. Et virens abies. Hoſe. 14. d.

Gre. 19. mor. 18. Beda ſ. Gene. 5. — Virtutes opera perfecta.
Viriditas eſt in virtutibus: vnde terra non herbam ſiccam, ſed virentem profer. Ge. 1. a. quando videlicet anima exercet virtutum opera. Et columba attulit ramum oliuæ virentibus foliis: quę deſignant opera perfecta. Gen. 8. b. Et viriditas in virgis. Gen. 30. f. deſignat virorem bonorum operum. Et virens abies eſt vir iuſtus. Hoſe. 14. d. Iob. 38. c.

Gre. 11. mor. 3. & 39. mor. 29. — Paſtus fœlicitatis.
Virentes herbæ ſunt diuini paſtus in fœlicitate: & dicuntur virentes: quia perpetuus eſt ibi vigor Eze. 34. d. Vireſcit lignum pręciſum, quando iuſti & martyres pro veritate paſsi, in æterna vita reſurgentes perpetuo virideſcunt. Iob. 14. b. Virentia perquirit onager, quum ſanctus vir, deſpectis tranſitoriis, æterna bona deſiderat. Iob. 39. a.

Gloſ. inter ſ. Ge. 41. — Tenerę mentes. Apoſtoli.
Virentia loca deſignant teneras mentes. Gene. 41. a. Et virentes ſpicæ ſunt apoſtoli, & recentes in fide. Leui. 2. d.

Gre. 29. mor. 18. Hiero. ſ. Iob. 39. — Sacra doctrina. Litera legis, voluptuoſa.
Virens herba dicitur ſacra doctrina. Iob. 38. c. Et virentia quæ perquirit onager, deſignant literam & hiſtoriam legis, quibus vacant iudæi. Item ea, quæ voluptatem afferunt Iob. 39. a.

Ori. ſ. Eze. ho. 11. — Iudæi. Gentiles.
Viride lignum, quod arefactum eſt, eſt populus iudæorum: lignum vero aridum frondeſcēs eſt eccleſia ex gentibus. Eze. 17. g.

Amb. 3. exae. 7. — Caro humana.
Virens herba carnem humanam ſignificare poteſt. Gen. 1. a.

Hiero. ſ. Iſa. 15. — Nitor verborum.
Viror Moab, nitorem verborum hæreticorum ſignificat. Iſa. 15. c.

Hiero. ſ. Eze. 31. — Superbia luciferi.
Virens ſummitas cedri deſignat vigentem ſuperbiam luciferi. Eze. 31. d.

Gre. 8. mor. 27.
Non viret ſcirpus abſque humore. Iob. 8. b. quia hypocritæ non niſi ex ſuperno munere viriditatem bonæ operationis accipiunt.

Lyra ſ. Exod. 10. — Nulla cōſolatio in inferno.
Virens nihil relictum in AEgypto. Exod. 10. d. deſignat nullam conſolationem relictam eſſe his, qui ſunt in inferno. Vnde & virentia terræ Sodomorum ſunt ſubuerſa. Gen. 19. e. Et virens hordeum AEgypti læſum. Exod. 9. d.

## Virga, Vide Baculus.

## Virgo, Virginitas, Virago.

Virgo dicitut à viridiori ætate: & tam mares quàm fœminæ rei venereę expertes & integritatem ſeruantes virgines dicuntur. Virago autem dicta eſt mulier in prima cōditione: quia virtus viri illi communicata eſt: factaq; eſt viro ſimilis.

Virgo Maria.
Virgo ad literam ſumitur pro beata Maria, quando dicitur. Iſa. 7. c. Ecce virgo concipiet.

Ori. ſ. Leui. ho. 12. Hiero. ſ. Iere. 31. & ſ. Iſa. 62. Aug. 4. in iudic. 49. Iſych. ſ. Leui. 21. — Eccleſia.
Virgo ſæpe dicitur eccleſia, quam ſibi parauit Chriſtus, non habentem maculam neque rugā: & ipſa eſt vxor, quam ducit pontifex, hoc eſt, Chriſtus. Leui. 21. c. Gen. 24. b. Iudi. 11. f. Iſa. 37. d. 62. b. 2 Cor. 11. a. Ephe. 5. c. Iere. 2. f. 3. B. 18. B. 31. c. Ipſa dicitur virago, propter virtutem viri, hoc eſt, Chriſti illi communicatam: Gene. 2. d.

Fulgen. epiſ. 3. Hie. ſ. Iere. 18. & ſ. Ioel. 1. — Plebs iudaica.
Virgo dicebatur Iſrael tempore patriarcharum, quum vni Deo ſeruiret, antequam idola coleret: non quòd in virginitatis permanſerit puritate: ſed quia olim inſtar virginis ſit domino plebs illa copulata. Dicitur etiam virgo: quia vitis ſterilis erat, & infœcunda. Iſa. 35. d. Iere. 18. b. Thre. 1. c. Ioel 1. b. Amos 5. a.

Ori. ſ. canti. ho. 1. Philo de ſpeciali. legibus & de Cherubim. — Animu pura. Mens pudica.
Virgo dicitur anima & mens, quando caſtam puramque ſe conſeruat a voluptatibus, earumque concupiſcentiis: tum à dolore amoreque inſidioſis affectibus: & genitoris curam reſpicit. Et hæc efficitur vxor pontificis, aut ſponſa: magiſque ex hoc efficitur integra. Homines enim virgines quibus copulantur, reddunt mulieres: Deus autem quum iungitur mulieri, hoc eſt, animæ, quæ corrupta fuerat cupiditatibus & vitiis, reddit virginem: & potius dicitur vir virginitatis, quàm virginis. Gen. 34. a. Leui. 21. c. Iere. 2. f. 3. b. 31. c. Pſal. 44. Et virgines pulchræ ſunt, quę lumen habuerunt virtutum: & ſponſæ thalamum ingreſſæ ſunt. Amos. 8. d. virgines quoque dicuntur pudicitiam tota mente conſeruantes. Eze. 9. B.

Hiero de veſte ſacerdota & ſ. Amos. 8. & ſ. Ezec. 9. Aug. ſ. Apo. ho. 11. Rup. 9. ſ. apoc.
Virgo præterea dicitur fidem integram habens, nec corrupta erroribus: & deſignatur per Rebeccā. Gene. 24. B. apo. 14. a.

Hiero. ſ. Iſa. 23. Gre. 6. mor. 9. — Anima peccatrix.
Virgo filia Babylonis dicitur anima delitiis mundi affluens. Iſa. 47. a. Et virgo filia populi Iuda, eſt anima peccans in eccleſia. Iere. 14. c. Et anima virtutibus infœcūda, nec fidei fructum gignens: cuiuſmodi virgines ſunt ſqualidæ. Thre. 1. b. c. Et virgines cadentes in gladio, ſunt animæ, quę videbantur continentiam habere, quum eſſent fatuæ, & hypocriſi infectæ. Thre. 2. g. Iſa. 23. a. c.

Virgines



Credentes boni & mali. Fideles & infideles. — Ori. ſ. Mat. ho. 32. Hil. ſ. Mat. cano. 27. Aug. epiſ. 120. & 83. q. 59. & de verb. do. ſer. 22.
Virgines decem ſunt omnes credentes, tam boni, quàm mali: quinq; prudentes ſunt, qui benè quinq; ſenſibus vtuntur, & oleum procurant doctrinæ moralis: & ſunt diligentes ac ſoliciti: fatuæ vero è diuerſo ſunt animæ diſſolutæ. Matth. 25. a. Vel deſignant fideles & infideles.

Virtutes. — Arno. ſ. ps. 44.
Virgines quæ adducuntur poſt ſponſam, deſignare poſſunt virtutes. pſal. 44.

Benè operaturi.
Virgines pręterea, quum in eis ſit ſpes generationis, deſignant eos, qui ſunt in ſpe benè operandi. Thre. 1. f.

Doctrina ſana eccleſiæ. — Hiero. ſ. Ezec. 44. Philo de profugis.
Virgo de ſemine domus Iſrael deſignare poteſt doctrinam nutritam in eccleſia. Ezec. 44. f. Virgo etiam dicitur ſenſus hiſtoricus, ædificans legentes & audientes. Exo. 22. c. Et virgo vxor pontificis eſt ſententia incorrupta, iuncta verbo Dei. Leui. 21. c.

Gentilitas. Synagoga. — Rup. 1. ſ. Deut. 19.
Non inuēta virgo vxor, fuit gentilitas multos colēs deos: ſed verberato viro Chriſto, inuenta eſt virgo: quia credidit. Synagoga vero non eſt inuenta virgo, quia perſeuerauit in incredulitate. Deut. 22. b.

## Virgultum.

Virgultum dicitur multitudo virgarum pullulantium.

Humanitas Chri. — Hier. ſ. Iſa. 53.
Vigultum aſcendens de terra ſitienti dicitur humanitas Chriſti nata de peccatoribus. Iſa. 53. a.

Philo. 1. allego. Aug. 2. de. gen. cōt. Mani. 3. Beda. ſ. gen. 2.
Virgultum agri deſignare poteſt ipſum intelligibile, quod eſt germen mentis. Et ipſa natura intellectualis virgultum dici poteſt, propter vigorem vitæ. Gen. 2. a.

## Viriola, uide Armilla.

## Virtus, Vis, Vires.

Virtus à viro dicta, propriè fortitudinem & conſtantiam ſignificat, quòd viri maxime fortitudo eſt. Vnde fit, vt virtus dicatur habitus mentis conſtans & conueniens, ad bene operandum inclinans, laudabiles efficiens eos, in quibus eſt. Poteſt aliquando dicere ipſos affectus animi. Dantur etiam virtutes rerum, vt radicum, plantarum, lapidum: quæ ſunt potentię ad aliquid operandum in animalibus aut in aliꝭs rebus. Virtus etiam ſumitur pro exercitu. 1. Mach. 1. a. Congregauit virtutem & exercitum. Item pro victoria. Iudith. 13. d. Qui fecit virtutem in Iſrael. Virtus quoq; dicitur robur corporis. Vis etiam aut vires ſumitur pro virtute, ſeu potentia, aut fortitudine.

Filius Dei. Potentia Dei. — Cyril. cont. Iulian. 9. Ori. ſ. Roma. 1. Hila. ſ. ps. 67. Aug. ſ. ps. 76.
Virtus Dei dicitur filius Dei. pſal. 20. 67. Deut. 6. d. Dicit autem virtus Dei potentiam eius: & virtus eius quædam dicitur in ſalutem, quædam in pœnam. Virtus autem ſalutis Dei dicitur Chriſtus. pſal. 62. 139. Iere. 16. d. Roma. 1. b. 1. Cor. 1. d.

Spūſſanctus. Humilitas. — Cyril. 14. theſau. 3.
Virtus Chriſti dicitur Spirituſſanctus. 2. Cor. 12. c. Libēter gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus Chriſti. Vul dicitur humilitas, quæ tunc habitat in nobis, quando gloriamur in infirmitatibus.

Miracula. — Hiero. ſ. Iſa. 63. Arno. & Hil. ſ. ps. 67.
Virtutes Dei dicuntur miracula: de quibus Iſa. 42. b. Gloriam meam alteri non dabo: nec virtutes meas ſculptilibus. Et, Virtutes eius in inſulis nuntiabūt. Hæ ſunt virtus terribilium Dei. pſ. 144. Et virtus Dei eſt in nubibus, hoc eſt, in apoſtolis & prædicatoribus: & quando veniet ad iudicium. pſal. 67.

Euangelium.
Virtus Dei dicitur etiam euangelium. Iere. 16. d. Oſtendam eis manum meam, & virtutem. Rom. 1. b. Virtus Dei eſt in ſalutem omni credenti.

Angeli. Ornatus cœlorum. Protectio angelorū. — Baſi. ſ. ps. 32. Gre. ho. 1. Hila. ſ. ps. 59.
Virtutes cœlorum dici poſſunt angeli. Luc. 21. e. Virtutes cœlorum mouebuntur. Harū virtutum ſolet dici, Deus virtutum. pſal. 32. 45. 79. Sunt etiam virtutes ordo ſpecialis ipſorum angelorum. pſal. 23. Ornatus quoq; cœlorum dici poteſt virtus eorum. Virtutes etiam Iudæorum, ſunt protectio angelorum. pſal. 59.

Gratia. Perfectio virtutis. Illuſtratio veritatis. — Baſi. ſ. ps. 37. Ori. ſ. Mat. ho. 30.
Virtus animi derelinquens peccantē eſt gratia. pſal. 37. Item perfectio virtutis. pſal. 21. Aruit tanquàm teſta virtus mea. Virtus quoq; multa eſt magna illuſtratio veritatis. Mat. 24. c.

Cōuerſatio bona. Ratio. — Hiero. ſ. Iſa. 63.
Virtutes etiam ſignificant conuerſationem bonam. 2. Petri. 1. b. Miniſtrate in ſcientia veſtra virtutem. Philip. 4. b. Si qua virtus, ſi qua laus. Ratio quoq; ipſa virtus dicitur. Eccl'i. 6. a. Ne forte elidatur virtus tua per ſtultitiam.

Ori. ſ. Iere. ho. 11.
Virtus dicebatur deficere in Chriſto. Iere. 15. d. quia propter nos infirmitatem ſuſcepit: & deficit virtus eius in his, qui peccant, & ratione non vtuntur.

Auxilium Dei. — Baſi. ſ. ps. 28. ho. 1. 2. & ſ. ps. 29. Hila. ſ. ps. 67.
In virtute eſt vox domini in his, qui dicere poſſunt cum apoſtolo: Omnia poſſum cum eo, qui me confortat. Et dat Deus virtutem populo ad vincendos dæmones: & quando Ioannes prædicabat virtutem Chriſti. Et dat virtutem in reſurrectione. Dat etiam decori virtutem, quū fortem facit ad operandum. pſal. 28. 29. 67.

Charitas. — Hiero. ſ. ps. 47. Aug. ſ. ps. 47. 121.
Virtus Sion, hoc eſt, eccleſiæ, eſt charitas, quæ fortis eſt vt mors: & omnia vincit, nec à quoquam vincitur. pſal. 47. De hac pſal. 121. Fiat pax in virtute tua.

Aurum. Diuitiæ. — Au. de Epipha. ſer. 4.
Virtus Damaſci eſt aurum & diuitiæ, de quibus mundani præſumunt. Iſa. 8. a.

Virtus

Hiero.ſ.Iob.30 Gre.10.mo.7. — Potẽtia iudæorũ in Chriſtum. Opa hæreticorum.

Virtus manuum amicorum Iob. Iob.30.a.deſignat virtutem Iudæorum in Chriſtũ:vel magnitudinem operationis hæreticorum, quæ pro nihilo ducitur ab eccleſia: quia eſt ſine charitate.

Arno.ſ.pſ.135. Bali ſ.pſ.32. Gre.32.mor.11. Aug.ſ.apoc.ho.10. — Potẽtia ſecularis. Potentia diaboli.

Virtus Pharaonis, eſt potentia ſecularis & exercitus Satanæ.Iudith.2. b. pſalm.135. Ad idem referri poteſt virtus regis, gigantis, aut equi.pſal.32. Et virtus Behemoth dicitur eſſe in vmbilico:quia inclinat mulieres ad libidinem. Iob. 40.b. Et virtus draconis, quam dedit beſtiæ, eſt potentia diaboli,qua adiuuat malos ad malum.Apo.13.a.

Vires Moſis, vltra quas dicebatur eſſe negotium regendi populi. Exod.18.e. Dicuntur tam de virtute animi,quàm corporis naturali.

## *Viſcera, Exta, Vitalia.*

Ariſto 2.de parti. aialium.13.

VIſcera dicuntur non tantum inteſtina,ſed quicquid intra carnem continetur, hoc enim differunt à carne,quód caro foris poſita eſt: viſcera intus. Exta vero dicuntur cor & pulmo: quia in ſuperiori parte extant:quæ & vitalia dicuntur.

Amor & mĩa Dei.

Viſcera Dei amorem & miſericordiam Dei ſignificare poſſunt.Iſa.63.d.Iere.31.d.

Affectus Chriſti.

Viſcera Ioſeph commota, affectum Chriſti erga genus humanum redimendum ſignificare poſſunt.Gen.45.g.

Hiero.ſ.Iſa.16.19.&ſ.Iob.28.&.ſ.Eze.3. Gre.ſ.Eze.ho.10. Glo.ord.ſ.Leui.3. — Mens. Mentis affectus. Concupiſcibilis & iraſcibilis.

Viſcera interdum ſignificant mentem, aut mentis affectus, & compaſsionem.Iſa.16.d.19.a. Iob.21.d.38.d.Eze.3.a. Et viſcera replentur,quum mentis interna alimento vitæ ſatiantur. Sũt etiam viſcera recta intentio, ſanctum deſiderium,humilis ad Deum, pia ad proximum voluntas.Et vitalia arietis, quæ ſunt cor & iecur,vim concupiſcibilem & iraſcibilem, & etiam deſiderium ſignificare poſſunt.Exod.29.d.Leui.3.a.4.b.

Gre.13.mor.10. — Miniſtri myſteriorum eccleſiæ.

Viſcera Iob,hoc eſt,eccleſiæ, vel Chriſti,ſunt hi, qui ad intima ſacramenta & myſteria deſeruiunt.Iob.16.c.

Gre.21.mor.8. — Charitas prędicatoris.

Viſcera matris commota erga filium diuidendum. 3. Reg.3. d. deſignant cor & charitatem prædicatoris boni,qui non vult auditores perire.

Amb.apolo. Dauid 4. — Bonæ cogitationes.

Viſcera animæ dici poſſunt adinuentiones ſenſuum:& bonæ cogitationis ſtudia: & virtutũ perſeuerantia: & illæ,quæ Græcè eunomiæ dicuntur.pſal.50.

Filius.

Viſcera aliquando pro filio. Philęmo.1.d. Refice viſcera mea in Chriſto.

Diuitiæ.

Viſcera etiam diuitiæ.Sapi.12.a. Comeſtores viſcerum hominum.

Gre.ſ.1.Reg.5. — ꝓdiẽs fætor pcti.

Extales meatus Philiſtinorum,deſignant proditionem fætoris peccati.1.Reg.5.c.

## *Viſitare, Viſitatio.*

VIſitare eſt frequenter viſere:aut etiam ſimpliciter inuiſere.

Hila.ſ.pſ.52.64. Hie.ſ.Iſa.23. Gre 8.mor.20. Rup.ſ.gen 17. Aug.ſ.pſ.8.64. Iſyc.ſ.Leui.19. — Cõferens Deus nouum munus. Incarnatio filij Dei. Impletio ꝓmiſsionis. Cõuerſio pctõrum.

Viſitatio Dei eſt collatio noui muneris: & viſitauit Deus Saram, quum miſit verbum ſuum in eccleſiam, & impleuit ꝓmiſſa. Gen.21.a.50.d.Exod.3.e.4.g.13.d.pſ.79.105.Iere.15.c. Sic viſitauit Annam,hoc eſt, eccleſiam.1. Reg.2.c. Et viſitat Deus terram,hoc eſt,humani generis natiuitatem.pſal.64. Et viſitat gregem ſicut paſtor infirmum. Eze. 34. c. Et viſitat omnes gentes,quum ex omnibus ſaluat.pſal.52.58. Et viſitat Tyrum, quum cõuertit peccatorem, aut gentes.Iſa.23.d. Et viſitat nos diluculo,quum erroris noſtri tenebras, luce ſuæ cognitionis illuſtrat:& contemplationis munere ſubleuat: & in arcem virtutis exaltat.Iob.7.d. Sic viſitat filium hominis:cui ſub protectione alarum ſuarum poſito,prætendit miſericordiam ſuam, & in lumine ſuo lumen præbet:& eum delitijs ſuis potat:& inebriat ab vbertate domus ſuæ, ad obliuiſcẽdas ærumnas & errores præteritæ conuerſationis.pſal.8. Peculiariter autem viſitatio Dei dicta eſt incarnatio,& liberatio à ſeruitute diaboli.Luc.1.f.

Ber.ſ.canti.54.ſer. — Saluare angelos & hoĩes relictis dæmonibus.

Viſitat Deus montes in circuitu Gelboe,relinquens ipſum Gelboe aridum.2.Reg.1.d.quia dat munera gratiæ & glorię angelis & hominibus,relictis dæmonibus:& quia conuertit gẽtiles,relictis Iudæis in infidelitate.

Hier.ſ.Iſa.13.&.ſ. Amos 3.& ſ.pſ.15. Gre.9.mor.38. Iſyc.ſ.Leui.26. Ori.ſ.Iere ho.2. — Conuerſio gentium relictis iudæis. Caſtigatio Dei ad emendationem.

Viſitat etiam Deus caſtigando ad emendationem.Iſa.13.b.Hoſe.1.a. Et dicitur viſitare, & non percutere:quia plaga Dei viſitatio eſt,atq; curatio:vt ſolet medicus infirmum viſitare. Et viſitat omnes iniquitates,ne quid maneat non curatum.Amos.3.a.Et viſitat hircos caſtigando, & gregem liberando.Zach.10.a.E diuerſo non viſitat,quum peccantes non caſtigat. Hoſe.4.c. Et viſitat nocte,hoc eſt, per tribulationes.pſal.16.58.Iob.10.c. Et viſitat in egeſtate, quum dat famem verbi Dei.Leui.26.c. Et viſitat iniquitatem patrum in filios, quum caſtigat in hac vita.Exo.20.a.pſal.88.

Hiero.ſ.Iſa.24.&.ſ.Iere 5. Iſyc.ſ.Leui.18. — Punitio Dei tẽporalis, vel æterna.

Viſitat præterea Deus peccatum,aut peccantes, puniẽdo pœna temporali,vel æterna:etiam ſi non emendetur.Exo.32.g. Sic dicitur viſitare militiam cœli.Iſa.24.d.26.c.27.a.29.b. Iere.5.c.6.a.8.c.9.c.10.c.13.a. Et viſitatonis dies,eſt dies iudicij,aut vindictæ.Iſa.10.a.15.c.Ezec.9.a.38.c. Thre.4.d.Hoſe.1.b.4.c.9.b.Sopho.1.b.3.b.Amos.3.d.Et viſitat dominus ſuper Semeiam & ſemen eius, quum punit hæreſiarcham & diſcipulos eius.Iere.29.g.30.d. Et dicitur viſitare iuxta vniuſcuiuſq; vias.Hoſe.12.a.

Ori.ſ.Mat.ho.34. — Corrigere peccãtes.

Viſitat Chriſtum infirmum,qui corrigit eos,qui ſunt in peccato:& in carcere poſitum,quãdiu eos,

diu eos



diu eos,qui ſunt in mundo corrigimus.Matth.25.d.

Cognitio ſui. Exercere opa mĩæ. — Geor.vene.can.3.to no.1.cap.7. Gre.6.mor.23.

Viſitat ſpeciem ſuam,qui ſeipſum examinat,ſeq; cognoſcere curat.Iob.5.d. Viſitat etiã ſpeciem ſuam,quiſquis ad eum,quẽ ſibi ſimilem per naturã conſpicit,paſsibus amoris tendit :vt in altero ſua conſiderans,ex ſeipſo colligat, qualiter infirmitati alterius condeſcendat. Item qui exercet opera miſericordiæ.

Ceſſatio legis veteris. — Glo.ord.ſ.Iere.3.

Non viſitatur arca domini,quando ceſſat lex vetus.Iere.3.e.

Docere volẽtes hæretici eccleſiam. — Gre.3.mor.18.

Viſitantes amici Iob ipſum Iob, deſignant hæreticos docere volentes eccleſiam, quaſi ipſi ſint doctiores. Iob.2.d.

Reuerti ad vitia. — Hiero.ſ.Eze.23.

Viſitare dicitur ſcelus adoleſcentiæ ſuæ, & Aegypti, qui ad priſtina vitia reuertitur. Ezech.23.c.

Neglectus mali paſtoris. — Hiero.ſ.Iere.23.& ſ.Zach.11.

Non viſitant gregem domini paſtores, qui pœnitentibus contrahunt manum. Iere. 23. a. Et non viſitat paſtor derelicta: quia Antichriſtus non curat de animarum interitu. Zacha. 11. d.

## *Vitare.*

VItare eſt pluſquàm cauere:vt ſit quaſi vi auertere.

Fugere libidinem. Fugere ſuperbiam.

Vitare morticina piſcium,eſt fugere peccatum libidinis.Leui.11.b.

Vitare aues immundas,eſt fugere ſuperbiam & auaritiam.Leui.11.b.

## *Vitis, uide Vinea. Vitium, uide Peccatum.*

## *Vitrum.*

VItrum eſt materia tranſlucida,ex qua fiunt calices, & alia vaſa ad miniſterium vini & mẽſæ deſeruientia,eſtq; materia admodum fragilis.

Perſpicuitas corporum beatorum. Cœleſtis patria. Confeſsio. — Gre.18.mor.30. Rup.12.ſ.apoc.

Vitro perſpicuo dicitur ſimile aurum Hieruſalem cœleſtis. Apo.21.e. quia fulgori corporis beatorum additur perſpicuitas. Vel quia vniuſcuiuſq; mentem ab alterius oculis membrorum corpulentia non abſcondat: ſed patebit animus,patebit corporalibus oculis ipſa etiam corporis harmonia:ſicq; vnuſquiſq; tunc erit conſpicabilis alteri: ſicut nunc eſſe non poteſt conſpicabilis ſibi. Vitrum quoq; dicitur ipſa ſuperna patria:& etiam confeſsio, qua interiora patefacimus.Iob.28.c.

Puritas fidei. — Aug.ſ.apoc.ho.18.

Vitrum ad puritatem fidei refertur:quia quod foris videtur,hoc eſt, & intus, & nihil eſt ſimulatum:& non eſt perſpicuum,niſi ſanctis eccleſiæ. Apo.21.e.

Baptiſmus. — Aug.ſ.apo.ho.12. Rup.3.9.ſ.apo.

Vitreum mare. Apo.4.a.15.a. baptiſmum ſignificare poteſt: & eſt perſpicuum per gratiam ſpiritus ſancti:& quia baptizati nullum vitium abſcondunt.

Habẽtes ſpeciẽ virtutis.

Vitrum dicuntur illi, qui habent ſpeciem virtutis in ſeculo.Iob.28.c.

## *Vitta.*

VItta eſt ligamentum capitis, qua circum caput antiqui vel crines, vel ſerta, aut flores,aut aliud quiduis religabant.

Humanitas Chr̃i. — Iſyc.ſ.Leui.8.

Vitta hyacinthina, humanitatem Chriſti inſeparabiliter adhærentem diuinitati ſignificare poteſt.Leui.8.b.

Deſideriũ cœleſtiũ. Spes. — Glo.ord.ſ.Exo.28.

Deſignat etiã vitta hyacinthina deſiderium cœleſtium, quo ligamus opera cum intentione. Et vitta,qua ligatur lamina in capite ſacerdotis,eſt ſpes cœleſtium pręmiorum. Ad idem referri poteſt vitta hyacinthina,qua rationale & ſuperhumerale aſtringuntur.Exo.28.e.39.d.Idem dicendum de vitta linea in capite ſacerdotis.Eze.44.e.

Compreſsio cogitationum. — Hiero.ſ.Iſa.3.

Vitta,qua aſtringuntur crines, ne defluant.Iſa.3.d. conſtrictionem & compreſsionem cogitationum ſignificare poteſt:ne ad illicita vagentur.

Vita humana. Anima. — Hiero.ſ.Eccleſ.12.

Vitta aurea. Eccleſiaſtæ. 12. c. vitam humanam ſignificare poteſt: aut etiam ipſam animam.

Prædicatores. Labia virginis Mariæ. — Gre.ſ.canti.4. Rup.ſ.canti.3.

Vitta coccinea.Cant.4.a. deſignat prædicatores:qui dũ fluxas cogitationes in cordibus hominum ſuis prædicationibus reſtringunt,quaſi ſparſos crines, ne immoderatè diffluant, reprimunt.Sicut vitta coccinea fuerunt labia virginis Mariæ:quia loquebatur vera cum ardore charitatis:vnde & eloquium eius dicitur dulce.

## *Vitulus, uide Bos.*

## *Vituperare.*

VItuperare eſt, vitio aliquid dare.Eccl'i.22.a.1.Mach.11.b.2.Cor.6.a.8.d.

Vituperaſſe dicitur Deus Iudęos.Hebr.8.b. quia ꝓmiſit nouũ ſacerdotiũ,reiecto veteri.

Blaſphemãtes, infideles & iudæi Chriſtum & fideles. — Aug.ſ.pſ.30.

Vituperatio cõmorantium in circuitu.pſal.30.eſt, quia omnes Chriſtiani à circumeuntibus infidelibus blaſphemantur,& mali habentur:& nunquàm ab intrantibus. Iudæi quoq; in circuitu errorum exiſtentes,vituperabant Chriſtum.

Viuere

## *Viuere, Viuus, Vita, Viuificare, Superuiuere, Semiuiuus.*

VIuere eſt vitam agere. Viuere etiam dicuntur, quorum extat memoria. Eccl'i.44. Nomen eorum viuet in generatione & generationem. Item viuere, permanere. Gen.9.d. Vixit autem Noe poſt diluuium. Refici. 4.Reg.4.b. Tu autem & filij tui viuite de reliquo. Regnare. 4.Reg.10.d. Viuat rex. Vita autem eſt vel ipſa anima, qua viuimus, quæ triplex ponitur, vegetatiua in plantis, ſenſitiua in animalibus, rationalis ſeu intellectiua in homine, habens reliquarum virutem. Dicitur etiam vita ipſe actus viuendi, vel mores, vel etiam ipſum alimentum, ſeu victus. Viuificare autem eſt vitam dare, ſeu reddere.

Ori.ſ.Mat.ho.1. Hiero.ſ.Iſa.49. Aug.ſ.Ioan.tract.1. — Deus.

Viuens propriè dicitur ipſe Deus: à quo reliqua omnia vitam accipiunt: ipſe vero à nullo. Mat.16.c.ps.17. Eccl'i.18.a. Eze.18.c. Hoſ.1.d. Vnde &, Viuit dñs, erat aſſertio iuratiua, ſeu iuramẽtum vetus contra deos mortuos. 1.Reg.14.g. Viuit dominus, ſi ceciderit capillus. Iſa.49.d. Iere.4.a. Ipſe dicitur viuens & videns. Geneſ.24.g. Et etiam vita. Ioan.1.a. Et dicitur vena aquarum viuentium. Iere.17.b. Iob.27.a.

Ori.ſ.gen.ho.15.& ſ.Matt.ho.3. Amb.de Ioſeph.13. &.ſ.Luc.2. Tert.aduer.iudæos. Hie.ſ.Ecclẽ.6. Aug.ſ.ps.20. Glo.or.ſ.Leu.14.16 — Chriſtus in carne & ſuſcitatus à mortuis & dãs vitã gratiæ. Diuinitas Chriſti.

Viuens Ioſeph deſignat Chriſtum in carne, vel ſine peccati morte: vel ſuſcitatum à mortuis. Gen.45.g. Et ipſe Chriſtus dicitur vita, & panis vitæ contrarius pani mortis. Ioan. 6.e.14.a. Deut.28.g. Eccl'tæ.6.c. Viuit autem Chriſtus in nobis: quia per fidem eius liberamur à morte. Gala.2.d. Coloſ.3.a. Vita autem quam petijt à patre, eſt reſurrectio. pſal.20. Viui paſſeres. Leui.14.a. deſignant diuinitatem & humanitatem Chriſti ſine morte peccati. Et viuus caper, qui dimittebatur, deſignat immortalem diuinitatem in Chriſto. Leui.16.b.

Au.16.cõt Fauſt.22 Gre.17.mo.3. — Chriſtus in cruce. Non recta ſentire de Chriſto.

Vita pendens ante oculos Iudæorum. Deut.28.g. erat Chriſtus pendens in cruce, cui Iudæi non credebant. Quantum autem ad literam, minatur ibi Deus populo, ſi violent eius præcepta, fore vt ad gentes ignotas diſpergãtur: inter quas ſumma cum formidine viuant, ſemper expectantes, vt occidantur, etiam ſi nemo paret occidere. Vitæ quoq; ſuæ non credit, qui de ſaluatore ſuo non recta ſentit. Iob.24.c.

Baſi.ſ.ps.33.114. Aug.epiſ.120. &.ſ. Ioan.trac.22. Hiero.ſ.Haba.2. Gre.ſ.1.Reg.1.&.24 mor.12. — Vita æterna.

Vita vera dicitur vita æterna: & viuẽtes ſunt beati. pſalm.48.55.114.141. Eccl'tæ. 6. b. 1. Timo. 6. c. Et vita, quam Deus promitttit, eſt æterna: & regio illa dicitur regio viuorum. pſalm.33.145. Et viuunt corda in ſeculum ſeculi, quum animæ exiſtentes in charitate perpetuo viuant. pſal. 21. Et viuere eſt ſaluari. Gene. 42. a. 45. g. pſal. 118. Viuet iuſtus in fide ſua: quia niſi crediderit, non ſaluabitur, nec iuſtus reputabitur. Habac. 2. a. Viuere animam Eli dicens Anna, deſignauit eccleſiam optantem vitam æternam Iudæis. 1. Reg. 1. d. Iob. 42. d. 33. d. Illa autem dicitur vita abſolutè: vita vero præſens, mors. Ioan. 5. d. Tranſiet à morte in vitam.

Amb.2.de Abra.11.& ſ.Luc.3. &.ſ.ps.118. ſer.10. & de bono mortis.12. &.ſ.Roma.6. Ori.ſ.Nu.ho.19. & ſ.Roma.6. Hiero.dardano & ſ.Eze.16. Baſi.ſ.ps.29.48. Hila.ſ.ps.51. Aug.epiſ.120. &.ſ. Ioan.trac.19. Ber.ſ.canti.ſer.48. Ricar.de.ſ.victo.de ſomnio Nabucho.3. Tho.1.2.q.10.ar.12. ad 2. — Eſſe in gratia.

Viuere dicitur anima, quæ eſt in gratia, & bona exercet opera: quæ filia eſt Euæ, hoc eſt, vitæ. Et fideles dicuntur viuentes. Viuunt autem coram Deo, ſeu in conſpectu Dei, qui digna Dei verbo negotia gerunt: qua ratiòne orabat Abraham ꝓ vita Iſmaelis, hoc eſt, pro Iudæis. Gen.3.d.6.b.17.c. Exo.19.b. Iſa.38.d.55.a. Hoſe.6.a. pſal.113.118. Eze.33.c. Viuit etiam, qui rectam habet intelligentiam. Viuere autem in vmbra Chriſti, eſt habere virtutes in hac vita. Thr.4.d. Et vita dicitur eſſe in voluntate Dei: quia ſine meritis dat gratiam. pſal.29. Viuunt autem mortui Dei, quando reſipiſcunt à peccato. Iſa.26.d.ps.48.51.132. Eze.16.a.37.b. Zach.10.d. Dani.5.d. Viuimus autem in Deo quaſi in vita. Acto.17.f. In ipſo enim viuimus, & mouemur, & ſumus. Viuit etiam Deo, qui per charitatem cõmune bonum quærit, vt Deus. ps.21. Vita noua eſt diſciplina Chriſtiana, quę à Chriſto eſt data. Rom.6.b. Iob.10.b.30.a.33.d. Viuit rex in ſempiternum, quando mens ſemper manet in gratia, aut ſemper habet bonam intentionẽ in operando. Dani.2.a. Viuere quoq; dicitur in præceptis legis, qui fecerit ea: quia non incurret pœnam, quæ trãſgreſſoribus poſita eſt. Leui.18.a. Roma.10.a. Gala.3.b.

Amb.ſer.35. Hiero.ſ.Zaach.14. Rup.ſ.Hoſe.14. — Sacra ſcriptura.

Vita interdũ dicitur ſacra ſcriptura. Ioan.6.d. Et viuentes aquæ ſunt ſcripturę ſacræ, in quibus eſt Chriſtus, cuius doctrina eſt fons aquæ ſalientis in vitam æternam: quæ aqua viua dicitur. Gen.26.d. Leui.14.a.15.b. Iere.17.b. Zach.14.b. Et viuunt triticọ, qui ſuaui & forti doctrina Chriſti paſcuntur. Hoſe.14.c.

Glo.inter.ſ.Thre.4

Viuere dicuntur in gentibus in vmbra Chriſti, qui Chriſtum prædicant gẽtibus. Thre.4.d.

Hier.ſ.Iſa.26. — Reſurrectio.

Viuent mortui Dei, quando ſancti reſurgent in iudicio. Iſa.26.d. Iob.14.c.

Glo.ord.ſ.Exo.21. — Fides ſine operibus.

Viuens interdum eſt non penitus diſcedens à fide: & viuens mulier mortuo fœtu, eſt anima manens in fide, amiſſo bono opere. Exo.21.c.22.a.

Cyril de incarna. verbi.27. — Baptiſmus. Pœnitentia.

Viuentes aquæ interdum deſignant baptiſmum, in quo acquiritur vita animæ: & etiam pœnitentiam, per quam amiſſa vita recuperatur. Gene.26.d. Leui.14.a.15.b. Zach.14.b.

Gre.5.mor.2. — Vincere in tribulationibus.

Vita filiorum Iſrael amara. Exod.1.c. deſignat viuentes in tribulationibus & tentationibus: qui tamen non amittunt gratiam. Et viuens Iacob in Aegypto, eſt habens gratiam in tenebris huius mundi. Gen.47.f. Iob.3.d.

Amb.de pœni.9.

Vita viuere dicitur, qui vitam habet animæ & corporis. Vita vero moritur, qui viuit in corpore, ſed actu moritur ſuo. Morte autem viuunt martyres, qui per mortem acquirunt vitam æternã.



æternam. pſal.54.1. Timo.5.a.

Debilitas liberi arbitrij. — Glo.ord.ſ.Luc.10.

Semiuiuus relictus homo à latronibus. Luc.10.e. deſignat hominem poſt lapſum, cum aliquanto libero arbitrio eſſe relictum.

Gre.35.mo.25.

Vixiſſe dicitur Iob poſt flagella. Iob.42.d. vt deſignetur ſanctam eccleſiam prius diſciplinæ flagello percuti: & poſtmodum vitæ perfectione roborari.

Iudæi. — Beda.ſ.gen.27.

Viuens in gladio Eſau. Gen. 27. f. deſignat Iudæos occidentes prophetas, & perſequentes Chriſtianos.

Gentiles. — Glo.ord.ſ.Leui.11.

Viuentia in aquis Leui.11.b. ſunt gentiles viuentes in mundo: inter quos mundi & immundi inueniuntur.

Vita præſens. — Ori.ſ.Nu.ho.7.&.ſ. Matt.ho.8. Aug.ſ.Ioan.trac.22.

Viuentes ſunt, qui viuunt in hoc mundo. Eccl'tæ.4.a. pſal.142. Vita autẽ præſens dicitur eſſe vmbra vitæ potiuſquàm vita. Iob.7.d.10.a.14.d.22.a.27.b.28.d.30.c.33.c. Quæ etiam appellatur mors, quum dicitur Ioan.5.d. Tranſiet à morte ad vitam.

Mali. — Aug.ſ.ps.57.

Sicut viuentes ſunt mali in hac vita: qui animam mortuam geſtant in corpore viuo. pſal.57.

Iudaicũ mandatum. Sequi literam legis. — Hyc.ſ.Leui.13. Ori.ſ.Roma.8.

Viua caro apparens in lepra. Leui.13.b. eſt Iudaicum mandatum: vel error de anima: vel quando quis partim ſeruat mandata, partim tranſgreditur. Viuere quoq; ſecundum carnem, eſt ſequi literam legis. Rom.8.c.

Vita carnalis. — Gre.8.mor.19.& 18.mor.16.

Viuens, qui non videt Deum, eſt viuens vita carnali. Exo.33.d. Hac ratione. Iob.7.c. nequaquàm ſe vltra viuere aſſerit: quia videlicet viuificatrice morte quotidie ſe à vita paſsionis & carnis occidit. Et viuentes ſuauiter ſunt, qui vacant voluptatibus in hac vita. Iob.28.b.

Opera infirma. — Gre.5.mor.34.

Vita carnium ſunt infirma quædam & tenera opera. Pro.14.d.

Motus carnis. — Gre.ſ.1.Reg.15.

Viuus captus Agag rex Amalecitarum. 1.Reg.15.b. deſignat quòd prædicatores contra libidinem prædicant: ſed per obſcœnitates, quas à confitentibus audiunt, aliquando mouentur.

Peccare. — Ori.ſ.Rom.6.8.

Viuere dicitur peccato, aut in peccato, qui peccati agit opera: qua ratione diuerſa peccata ſunt diuerſæ vitæ. Rom.6.a.8.c. pſal.62. Coloſ.3.a.

Superbia diaboli. — Rup.1.victo.verbi Dei.15. Baſi.ſ.ps.37.

Viuere dicitur beſtia habens plagam gladij. Apo.13.d. quia diabolus diuina ſententia percuſſus, adhuc ſuperbit. Et viuunt inimici: quia vigilant dæmones aduerſum nos. ps.37. Iob.21.a.

Pœna æterna. — Arno.ſ.ps.54. Hiero.ſ.ps.48. Aug.ſ.ps.54.123. Gre.18.mor.7.

Viuentes deſcendunt mali in infernum. pſal. 54. quia ibi erunt immortales in perpetua pœna. Et dicitur viuere in finem, qui laborat in æternum: quia non conſummitur, qui eſt in inferno. pſal.48. Viuentes etiam deſcendunt, qui ſcientes peccant, ſentienteſq;. Et viui deglutiuntur, qui cognoſcentes idolum nihil eſſe, tamen ne vitam præſentẽ amittant, thurificant. ps. 123.

Diuitiæ. Gloria mundi. — Hiero.ſ.Iſa.57. Gre.5.mo.2.

Vita manus Hieruſalem ſunt diuitiæ. Iſa.57.c. Et vita, quæ datur amaris, eſt gloria mundi, quæ datur aliquando bonis, qui ſunt hic triſtes & gementes. Iob.3.d.

Iumenta. — Gre.11.mor.3.

Viuens poteſt accipi pro iumentis. Iob.12.b. quum anima omnis viuentis dicitur eſſe in manu Dei: & ſpiritus vniuerſæ carnis ſumitur pro anima hominis.

Reſurrectio Chriſti — Hiero.ſ.Haba.3.

Viuificauit dominus opus ſuum in medio annorum, quando ſuſcitauit Chriſtum à mortuis. Haba.3.a.

Collatio gratiæ. Conuerſio gẽtium. — Baſi. q. Deus nõ eſt cauſa mali. Ori.ſ.Roma.4. Gre.1.1.Reg.2.

Viuificare dicitur Deus per gratiam: & viuificati ſunt, qui amant Deum ſuper omnia: quos etiam eloquiũ Dei viuificare dicitur. Deu.32.f. pſalm.65.79.118.137.142. Iſa.38.e.47.c. Epheſ.2.a. Coloſ.2.c. Et viuificat poſt duos dies, hoc eſt, in reſurrectione. Hoſe.6.a. Dicitur etiam dominus viuificare. 1.Reg.2.a. quia gentilitatem ad agnitionem ſui vnigeniti temporaliter per fidem recipit: & ad eius cõtemplandam gloriam æternaliter perducit. Vel viuificat per gratiam, quos mortificauit à culpa. Rom.4.c.

Credentes iudæi reſurrectionem. — Beda.ſ.gen.45.

Reuiuiſcens ſpirtus Iacob deſignat ex Iudæis eos, qui crediderunt reſurrectionem Chriſti. Gene.45.g.

Promittere impunitatẽ peccantibus. — Hiero.ſ.Eze.13.

Viuificare animas, quæ non viuunt, dicuntur, qui falsò ſalutem & pacem promittunt peccantibus. Eze.13.c. Et qui fraudulentis promiſsionibus impios tenent incluſos, ne agentes pœnitentiam, vitam recuperent, quam perdiderunt.

## *Vlciſci, Vltor, quære Vindicare.*

## *Vlcus, Vulnus, Vulnerare, Plaga.*

VLcus eſt ſanies concreta intra cutem latens. Vulnus autem eſt hiatus patenſq; apertura corporis ictu aliquo inflicta: quæ & plaga dicitur: ſumitur aliquando pro verbere vulnus infligente. Pro.27.a. Meliora ſunt vulnera diligentis. Vulnerare autem eſt lædere. Canti.5.c. Percuſſerunt & vulnerauerunt me. Corripere. Iob. 5.c. Ipſe vulnerat, & medetur. Opprimere. Iſa.14.c. Corruiſti in terrã, qui vulnerabas gentes. Prouocare. Canti.4.c. Vulneraſti cor meũ ſoror mea. Vulnerari autem interdum eſt periclitari. Eccl'tæ. 10. b. Qui ſcindit ligna vulnerabitur.

Vulnera Chriſti. Pctã mẽbrorũ Chri — Hiero.ſ.Iob.16. Gre.3.mor.14. Rup.5.ſ.Canti.3.

Vulneratus eſt Chriſtus propter iniquitates noſtras. Iſa. 53. b. Et plagæ manuum eius à diligentibus factæ, fuerunt vulnera illi à Iudæis inflicta. Zach.13.c. Vulnere ſuper vulnus concidit Iudæus Chriſtum, quando cruci addiderunt clauos & lanceam. Iob. 16.c. Vlcus autem peſsimum Iob, deſignat peccata membrorum Chriſti. Iob.2.b. Vulneratum etiam dicitur cor ſpõſi.

Canti.4.c.quia paſſus eſt pro ſponſæ vnitate. Vel dicitur vulneraſſe ſponſa cor ſponſi:quaſi cogatur ſponſus eam diligere ob eximias dotes.

Vulnerati dicuntur Chriſtus & eius diſcipuli.pſal.68. propter perſecutiones, quas paſsi ſunt à Iudæis & infidelibus,vſq; ad mortem.

Hiero.ſ. Amos.3. Rup.ſ.Amos.3.

Plaga lectuli eſt,quam infert Deus, ne quieſcamus in errore.Amos.3.d.Zach.14.c. Vel plaga lectuli eſt,auxilium infirmum.

Ori.ſ.canti.ho.2.3. Amb.de virgi.3. Gre.6.mo.18.&.27. mor.1. — Affectus charitatis.

Vulnerata charitas eſt ardor amoris in Deum.Canti.2.a. Et dicuntur iuſti vulnerare animã ſponſæ.Canti.5.b. Hæc ſunt vulnera diligentis,quæ præferuntur oſculis odietis.Pro.27.a.Percuſſa autem anima charitatis ſpiculis, vulneratur in intimis affectu pietatis:ardet deſiderio cõtemplationis:& miro modo viuificatur ex vulnere, quæ prius mortua iacebat in ſalute:æſtuat, anhelat,& iam videre deſiderat, quem fugiebat. Vulnerari quoq; dicitur eccleſia, quum eius membra vulnerantur.

Ori.ſ.Leui.ho.8.& ſ.Exo.ho.4. Hiero.ſ.Iſa.1.14. Gre.ſ.1.Reg.6 &.13 mor.10. Baſi.ho.in lacisis. Aug ſ.apo. ho.12.& de plagis Aegyp.6. Iſyc.ſ Leui.13. Beda.ſ.Exo.9. Chryſ.aduer.iudæ. ho 5. Ricar.de.ſ.victo de ſtat.interio.hoīs.41 42. — Peccata. Errores. Peccatũ & ſuphia. Peccatum ex infirmitate. Peccatum ex ignorantia.

Vulnera animæ dicuntur peccata:& vlcus natum in carne videtur peccatum ex inclinatione carnis.Leui.13.c. Vlceris autem cauſa in corpore eſt,quum ſordidus & noxius humor abundat : animæ vero vlcus fit, quum in ea cogitationes immundæ, & cupiditates abundant. Vulnera etiam ſunt errores circa fidem.Gen.34.d. Et peccata Iudæorum.Iſa.1.b.Thre.2.d. Vlcera quoq; in Agyptijs, deſignabant malitiam doloſam,& ſuperbiam,Exo.9.b.11.a.12.b.32.g.Et vulnerati ex Aegypto ſunt peccatores baptizati.Eze.30.a. Plaga inſanabilis, quam infert diabolus, eſt peccatum : quod ſolus Deus ſanare poteſt.Iſa.14.b.Iere.30.b,Mich.1.c. 1. Reg. 6.a. pſal.38.89.. Et plagæ decem Aegypti ſunt peccata contra decalogum.Luc.10.c.Apo.16.a. Vlcera quoq; Aegypti feruentia erant homicidia : & vulnus ſuper vulnus eſt peccatum ſuper peccatum.Iob.16.c. Porro vulnus,quum ſit contritio, quæ exterius aperitur, intrinſecus autem in tumorem vertitur, eſt aperta culpa ſine ſimulatione & contradictione : contritio ſine tumore eſt culpa ſine elatione,id eſt,cũ humiliatione & cõfuſione:qualia ſunt peccata per infirmitatẽ. Liuor eſt, vbi contritio pelle obtenditur:& ne ſanies profluat, eadem,qua tegitur,pelle prohibetur. Sic ignorantiæ peccatum, ne in apertum prodeat, ſub ambiguitatis ſuæ obumbraculo ſe velat, ne per confeſsionis aperturam corruptionis ſuæ putredo erumpat, falſe opinionis velamento ſe palliat : vnde intus excoquitur, & in formidinis nigredinem vertitur. Plaga tumens eſt peccatum malitiæ, quod ſine contemptu Dei minime committitur. Tumor enim in percuſſuræ contritione eſt contumacia in culpæ commiſsione, Deiq; contemptus,in præcepti tranſgreſsione. Vel vulnus eſt peccatum actionis : vt mortuus, qui effertur extra domum.Liuor, peccatum cogitationis:vt mortuus in domo.Plaga tumens, peccatũ cõſuetudinis, per infamiã putridũ,& fętens per putredinẽ:vt mortuus quatriduanus. Vel vulnus eſt peccatũ, quod accuſamus,nec deſerimus:liuor peccatum,quod per hypocriſim tegimus.Plaga tumens peccatum, quod per contumaciam defendimus. Vulnus manifeſtatur ſibi per cognitionem, proximo per actionem, Deo per confeſsionem. Abſconditur autem nobis per errorem, Deo per taciturnitatem, proximo per ſimulationem. Intumeſcit autem & putreſcit in ſeipſo per malitiam, coram proximo per impudentiam, contra dominum per contumaciam. Vel vulnus eſt triſtitia foras, quaſi per ſanguinis profluuium prodiens. Liuor, inuidia intus latens, ſed quibuſdam indicijs palloris vultus ſeſe prodens.Plaga tumens, ira per minas & cõtumelias foras erumpens. Vulnera Lazari, quæ lingebant canes. Luc.16.e.deſignant peccata virorum Deo dedicatorum. Ad idem referri poteſt vulnus Ezechiæ,ficis curatum.Iſa.38.d.

Peccatũ ex malitia. Peccatũ actionis. Peccatũ cogitatiõis Peccatũ cõſuetudinis. Triſtitia pdiens. Inuidia latens. Ira erumpens. Pctã religioſorum. Aug.epiſ.137.

Gre.13.mor.9. — Trahẽs diabolus ad libidinem.

Conuulnerat lumbos inimicus.Iob.16.c. quando fidelem populum diabolus pertrahit in libidinem. Et quia ſine noſtro libero arbitrio,nihil poteſt efficere : Ideo dicitur conuulnerare, quaſi nobiſcum vulnerare.

Arno.ſ.pſ.88. Hiero.ſ.Iſa.14. Rup.1.victo.verbi Dei.15.&.ſ.Nahũ.3. — Sentẽtia cõdẽnationis Luciferi & membrorum eius.

Vulneratus eſt diabolus in paſsione Chriſti:& quando eſt condemnatus : & vulnerati ſunt cadentes in tentationem,vel condemnati.pſ.88.Iſa.14.c.e. Et plaga gladij eſt diuina ſententia contra Luciferum.Apo.13.d. Idem eſt plaga peſsima regis Aſſur.Nahum.3.d.

Ori.ſ.pſ.38.ho.2. Amb.4.d interpel.4 Hiero.ſ Iſa.30. Gre.ſ.1 Reg.6. Beda.ſ Pro.27. — Pœnæ.

Vulnera etiam dicuntur pœnæ.Gen.4.d.Exod.9.b.11.a.12b.22.a. Vulnus autẽ populi Dei ex originali peccato ortum habet.Iſa.30.e.pſal.38. Huc referri poteſt plaga combuſtionis.Leui.13.d. Et plaga in populo eſt damnatio & caſtigatio: & mala ex peccato originali.Exo.30.b. pſal.27.Iere.10.c.14.c.15.d.Luc.19.g.23.f. Vulnera autem diligentis dicunt caſtigationem Dei diligentis eos, quos caſtigat. Pro.27.a.

Hiero.ſ.Iere.9.&.ſ. Iſa.10. — Decipere. Hæreſes.

Vulnerare interdum eſt decipere. Exod. 21. c. Et ſagitta vulnerans eſt lingua hæreticorum decipiens. Iere. 9. b. Sic vulnerabat Lucifer omnes gentes,quum omnes trahebat in peccatum, aut errorem.Iſa.10.b.14.c. Et plaga lepræ eſt hæreſis: & eſt in domo, quando eſt in eccleſia.Leui.13.a.14.c.

Glo.inte.ſ.Exod.21 — Læſio animæ.

Vulnus pro vulnere, de quacunq; læſione animæ, intelligi poteſt.Exod.21.c.

Glo.ord.ſ.Leui.1. — Separatio mentis à cura carnis.

Vulnus auis immolatæ.Leui.1.d. eſt ſeparatio mentis à cura carnis, quæ moleſta eſt.

Gre.23.mo 23. — Compunctio.

Plagæ in ſecretioribus ventris, ſunt interiora mentis vulnera, quæ per compunctionem fiunt. Pro.20.d.

Vulnerari



Glo.int.ſ.Ecclẽ.10.

Vulnerari dicitur à lignis, qui ſcindit ea, deſignans puniendum eum, qui ſeparat aliquos ab eccleſia.Eccl'tæ.10.b. Vel è diuerſo deſignatur is, qui ſeparat aliquos ab hæreticis, eorum priſtino condolens errori.

obiurgatio.

Confodere iaculis eſt acriter obiurgare.Exo.19.b.

Decem præcepta. — Glo.int.ſ.gene.19. Rup.5.de diui.of.7.

Plagæ decem Aegypti ſunt decem præcepta:quorum obſeruatione percutitur Pharao : ſed non extinguitur,niſi poſt oblationem agni.

Deſtructio Hieruſalem. Grauis percuſsio. — Gre.14.mor.20. Iſyc.ſ.Leui.26.

Plaga inimici eſt deſtructio Hieruſalem : & plaga magna nimis,eſt ipſa deſtructio prædicta à Chriſto.Iere.10.c.30.d.Luc.19.g.23.d. Plaga etiã inimici eſt,quum aliquis percutitur à Deo, vt vires illius à percuſsione ſuperentur. Et dicitur hunc Deus quaſi hoſtem habere. Iob.19.b. Et dicitur addi ſeptuplum ad plagas: eſtq; hæc percuſsio maior quàm correptio.Leui.26.d.

Cõuerſio pctõrum. Punitio iudicij. — Gre.ſ.1.Reg.14.

Plaga prima, eſt conuerſio peccatorum in hac vita : quia ſecundã erit in iudicio. 1. Reg.14. b.Iſa.19.d. Sic dicuntur plagæ nouiſsimæ,quæ erunt in iudicio.Apo.15.a.

Corruptio naturalium. — Hiero.ſ.Iſa.19. Glo.ord.ſ.Luc.10.

Plagæ deſcendentis ab Hieruſalem in Hierico. Luc. 10.e. deſignant corruptionem naturalium in homine per lapſum primi hominis factam.

Victoria cõtra dæmones & hęreticos. — Arno.& Hil.ſ.pſ.63 Hiero.ſ.Nahum.3.

Plagæ dæmonum aut hæreticorum fiunt ſagittæ paruulorum, quando paruuli & humiles eos vinciunt.pſal.63. Et plaga Aſſur eſt victoria contra diabolum.Nahum.3. d. Et plaga Madian in petra Oreb.Iſa.10.f.

Aug.ſ.pſ.63.

Plagæ Iudæorum factæ ſunt ſagittæ paruulorum:quia non potuerunt efficere,quin Chriſtus reſurgeret,vnde ipſi confunderentur.pſal.63.

Peccatum Sodomorum. Odium. — Rup.9.ſ.apo.

Vulnus ſæuum & peſsimum habentium caracterem beſtiæ eſt peccatum Sodomorum. Vulnera etiam hæreticorum ſunt odium.Apo.16.a.b.

## Vlmus.

Ignobiles in eccleſia. — Ori.ſ.Ioſu.ho.10. Gre.ho.20.

VLmus arbor eſt propter raritatem foliorum maritandis vitibus apta, quum ipſa ſit infrugifera. Poteſt autem deſignare ignobiles in eccleſia : qui quum ſint inutiles, ad exercenda ſpiritualia,ſuis tamen laboribus,alios ſuſtentant.Iſa.41.c.

## Vlna.

VLna eſt cubitus,ſeu brachium, vel quantum vtraq; manus extenſa ſpatij complectitur.

Charitas apoſtolorum & prædicatorũ. — Glo.inter.ſ.Iſa.49.

Vlnæ complectentes infantes, ſignificare poſſunt amorem & charitatem apoſtolorum & prędicatorum,quibus ſimplices amplectuntur.Iſa.49.e.

Opera. — Diony.cœleſt. Hierar.15. Ori.ſ.Luc.ho.15.

Vlnæ Simeonis, in quibus ſuſcepit Chriſtum.Luc.2.d. deſignant operationes,quibus Chriſtum amplecti debemus. Et hydria in vlnã eſt doctrina prædicationis in opere.Gen.24.c.

## Vltimus.

VLtimus dicitur poſtremus in ordine.

Inferi. — Hiero.ſ.Eze.32.

Vltima terra ſignificat inferos : qui & inferiora terræ dicuntur.Eze.32.d.pſal.62.

## Vltra.

VLtra dicitur eſſe, quod trans aliud eſt.

Aeternitas Dei. — Ori.ſ.Exo.ho.6.

In æternum & vltra,deſignat magis propriè æternitatem,quæ Deo competit.Exo.15.c.

Glo.inte.ſ.Leui.16.

Vltra velum intrare.Leui.16.b.conuenit Chriſto,qui viſibilis carne, inuiſibilis eſt diuinitate, qui ad interiora velaminis dicitur intrare.

Grauiſsima peccata. Extrema tempora. — Ori.ſ.canti.ho.1.

Vltrà flumina Aethiopiæ dicuntur eſſe grauiſsima peccata:vnde Deus conuertit aliquos ad pœnitentiam. Vel ſunt extrema tempora,quando Iudæi conuertentur ad fidem.Sopho.3.b.

## Vltroneus, uide Sponte.

## Vlula, Vlulare.

Vlula eſt auis nocturna, ex genere noctuarum,ab vlulando dicta, quód pro cantu vlulatum habeat. Vlulare autem eſt flebilem & mœſtum ſonum more luporum ędere.

Dæmones. Hęretici. — Hiero.ſ.Iſa.13.

Vlulæ dicuntur dæmones & hœretici,pro cantu vlulatum ingratum Deo habentes.Iſa.13.d.

Pœnitentia. — Gre.ſ.1.Reg.5. Hiero.ſ.Iſa.13.15. Ori.ſ.Iſa.ho.8.

Vlulatus vniuſcuiuſq; ciuitatis deſignat pœnitentiam & vocem laudis multorum ex gentilitate conuerſorum.1.Reg.5.d.Iob.39.c.Iſa.13.a.23.a. Et vlulant ſculptilia, quum adorantes ea pœnitentiam agunt.Iſa.15.a.Ioel.1.c.2.a.

Glo.inter.ſ.Mich.1.

Vlulans Michęas ſuper Samariam. Mic.1.c. Vlulatum illius ciuitatis futurum præſignabat. Admonet autem fidelem debere plangere peccata membrorum eccleſiæ.

Mœror ſynagæ de victoria Chriſti. Oratio iudęorum ꝓ temporalibus. — Gre.ſ.1.Reg.4. Hiero.ſ Iſa 14. Rup ſ.Hoſe.7.

Vlulans ciuitas Iudæorum deſignat mœrorem Synagogæ de victoria Chriſti:& etiam dæmonum & hæreticorum.1.Reg.4.c. Iſa.14.g. Iere.25.g. Zach. 11. a. Vlulant autem Iudæi in cubiculis ſuis:id eſt,in ſynagogis orantes non rectè,ſed ſolum pro temporalibus.Hoſe.7.d.

Lyra.ſ.Amos.1.

Vlulatus erit in die iudicij,& vltionis Dei. Amos.1.d.Sopho.1.c. Erit tamen in ſolis malis, qui condemnabuntur ad fletum & ſtridorem dentium.

Vlulare

Vlulare dicitur Moab ad Moab, quando hæretici diſputant contra hęreticos: vel cum ſimul plangunt in inferno. Iſa. 16. b. 65. c. Hoſe. 5. c. Hæretici etiam, qui putant ſe laudare Deum, vlulare potius deprehenduntur. Hoſe. 7. d.

Hiero. ſ. Iſa. 16. & ſ. Hoſe 7. — Diſputationes hęreticorum. Laudes inutiles hæreticorum.

Vlulatus exercitus. Iob. 39. c. eſt quum infœlix anima ſemel principalibus vitijs capta, multiplicatis iniquitatibus, in inſaniam vertitur, & ferali iam immanitate vaſtatur. Eſt etiam tumultus vulgi hæreticorum aduerſus fideles.

Gre. 31. mor. 26. 32. — Inſania aīæ peccatricis. Tumultus hęreticorū aduerſus fideles.

## Vmbilicus.

VMbilicus dicitur, quicquid in aliqua re eſt medium: vnde & vmbilicus appellatur ligamentum inteſtinorum, quod in media fere ventris planitie fit: quod eſt ad hoc, vt per illud fœtus, dum eſt in vtero matris, nutriatur

Vmbilicus terræ ſignificat eccleſiam: quæ medium tenet, habens in ſe Chriſtum mediatorem. Ezech. 38. d.

Hier. ſ. Eze. 38. — Eccleſia.

Vmbilicus virginis dicitur crater tornatilis, ob diuinam ſapientiam. Vmbilicus etiam ſponſæ deſignat prædicatores. Canti. 7. a.

Amb. inſtit. virgi. 14. Gre. ſ. Canti 7. — Prædicatores.

Vmbilicus in interiori corporis parte medius, infirmam adhuc, & imperfectam actionem deſignat. Pro. 3. a.

Beda. ſ. Pro. 3. — Actio imperfecta.

Vmbilicus locum libidinis deſignat in fœminis: vnde & virtus Behemoth dicitur eſſe in vmbilico ventris. Iob. 40. b. Et vmbilicus non præciſus eſt pronitas ad libidinem. Eze. 16. a.

Ori. ſ. ps. 37. ho. 1. & ſ. Eze. ho. 6. Hier. ſ. Eze 16. Gre. 32. mo. 11. — Locus libidinis. Pronitas ad libidinē.

## Vmbra, Vmbraculum, Obumbrare.

VMbra eſt aër carens rectis radijs ſolis: quod fit alicuius corporis obiectu. Dicitur autem vmbra interdū ignorātia. Cāt. 2. d. Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ. Inane. Iob. 8. b. Sicut vmbra dies noſtri ſunt ſuper terram. Obliuio. pſal. 101. Dies mei ſicut vmbra declinauerunt. Obſcuritas. Iob. 10. d. Vbi vmbra mortis & nullus ordo. Requies. Iudi. 9. b. Sub vmbra mea requieſcite. Signum. Coloſ. 2. c. Quæ ſunt vmbra futurorum.

Vmbra alarum Dei, affectum diuinæ domus, ſeu diuinam protectionem ſignificare poteſt. Obumbrat autem Deus ſcapulis ſuis, quum promittit ſeruis ſuis vitam præſentem & futuram. ps. 16. 56. 90. Iſa. 4. b. 49. a. 51. e. Cāti. 2. a. Vmbra duobus conſtat, lumine & corpore: per lumē diuinitas, per corpus humanitas Chriſti intelligitur.

Arno. ſ. ps. 16. Hila. ſ. ps. 56. Hie. ſ. Iſa. 4. & ſ. ps. 16. Gre. 33. mor. 3. Aug. 1. ps. 67. — Diuina ꝓtectio.

Vmbraculum ab æſtu fuit pater filio in paſsione. Iſa. 25. b. Quando videlicet dixit filius: In manus tuas commendo ſpiritum meum. Et obumbrans nubes eſt virtus paterna: vel ſpiritusſanctus: vel ipſe filius obumbrans & illuminans per euangelium & prophetas. Mat. 17. a. ps. 139.

Ber. ſ. q habit. ſer. 4. Hiero. ſ. Iſa. 25. Ori. ſ. Matt. ho. 3. — Virtus paterna. Spūſſanctus. Filius.

Vmbra etiam Chriſti eſt refrigerium protectionis Chriſti: & virtutes, quæ in hac vita habētur. Iſa. 32. a. Thre. 4. d. Canti. 2. a. Hoſe. 14. c. Obumbrauit autem nos ſcapulis ſuis in cruce. pſal. 90.

Ori. ſ. Roma. 6. & 2. patrch. 6. Hie. ſ. Iſa. 32. & ſ. Hoſe. 14. Gre. 33. mo. 3. — ꝓtectio Chriſti. Virtutes.

Vmbra etiam eſt aduentus Chriſti in carne: in quo aduentu multa adumbrantur in ſecundo adimplenda. Cœpit autem ab vmbra natiuitas carnis, & finitur in luce. Thre. 4. d. Luc. 1. d. Canti. 2. a. 4. b. Virtus autem altiſsimi obumbrauit virginem, quando in corporeum lumen diuinitatis, accepit in ea corpus humanitatis. Ber. ſ. canti. ſer. 20.

Ori. ſ. Ioſu. ho. 8. & ſ. canti ho. 2. 4. Amb. ſ. ps. 118. ſer. 19. Gre. 33. mo. 3. & 18. mor. 12. — Aduentus Chri in carne.

Sub vmbra ſpōſi ſedere, eſt in Chriſti cōtēplatione requieſcere: vbi protegimur, ne diabolica tentatione, velut ſolis ardore denigremur. Canti. 2. a. pſal. 16. 62. Eze. 17. g. Sancti autē non ſunt vmbra, ſub qua ſedendum: ſed vmbraculum, hoc eſt, diminuta vmbra.

Ori. ſ. Eze ho. 12. Gre. ſ. 1. Reg. — Quies in cōtēplatione.

Vmbra etiam ſponſi eſt fides: ſub qua nunc viuendum & ſedendum. Canti. 2. a. Thre. 4. d.

Ber. ſ. canti. ſer. 48. — Fides.

Vmbra dicitur eſſe in lege, propter obſcuritatem: & eſt vmbra ſponſi; donec veniret ipſe ſponſus, qui eſt lux veritatis. Ceſſauit enim vmbra, adueniente luce Chriſti: vt ceſſat imago, & præfectus adueniente rege. Vmbra etiam vineæ obſcuritatem legis & prophetarum deſignat. pſal. 79. Canti. 2. a. Coloſ. 2. d. Hebr. 10. a. Vmbra item mortis erat duritia legis, quæ vnumquēq; peccantem morte corporis puniri cenſebat. Iob. 12. d.

Ori. ſ. ps. 38. ho. 2. Amb. ſ. ps. 118. ſer. 5. Gre. 11. mor. 11. Aug. ſ. ps. 79. — Obſcuritas legis.

Obumbrantia nemora deſignant refrigerium in doctrina ſanctorum. Num. 24. a. Sacra etiam doctrina eſt vmbroſus lectulus. Canti. 1. d. vbi nos legimus floridus. In hac vmbra quieſcentibus dicitur. pſal. 120. Per diem ſol non vret te. Obumbrantia etiam Cherubim propitiatorium deſignant nouum & vetus teſtamentum, quæ honorant myſteria, & commendant diuinam miſericordiam.

Ori. ſ. Nu. ho. 17. & ſ. canti. ho. 2. Aug. q. in Exo. 105. — Sacra ſcriptura.

Vmbraculum in vinea deſignat ceremonias legis, quantum ad literam ſine ratione conſideratas. Iſa. 1. b. 34. d. Idem deſignat vmbraculum hederæ Ionæ: quod etiam ſignificat ipſam legem veterem. Ionæ. 4. c. Poteſt etiam vmbraculum in vinea ſignificare animam ſine cuſtodia Dei.

Ori. ſ. Luc ho. 5. Hiero. ſ. Ioan. 4. Aug. epiſ. 49. q. 6. — Cæremoniæ legis. Lex vetus.

Vmbra interdum deſignare poteſt æterni refrigerij requiem. Iob. 7. a. Sicut ceruus deſiderat vmbram: vbi Gregorius legit, Seruus, ſicut legendum eſt.

Gre. 8. mo. 7. — Requies cœleſtis.

Vmbra mortis dicitur vita præſens, quæ parū diſtat à morte. Item ipſa mortalitas: nam vera mors eſt in inferno, aut mors peccati. Mors etiam coporis eſt vmbra mortis. pſal. 22. 43. 87. In Chriſto

Aug. ſ. ps. 22. 43. 87. 143. — Vita præſens. Mors corporis.



Chriſto fuit ſolum vmbra mortis: in nobis & mors & vmbra mortis: ſed ipſe per ſuam vmbram mortis abſtulit à nobis & mortem & vmbram mortis. Ideo vmbra mortis obſcurat diem delectationis peccati. Iob. 3. b. Dicitur autem vita præſens vmbra mortis propter velamen carnis: & quia nunc potius eſt vmbra vitæ, quam vita. 1. par. 29. d. Iob. 8. b. 14. a. ps. 143. Mors autem carnis dicitur vmbra mortis, quæ electos Dei opprimit: & ab hac vita disiungit: quia ſicut mors animæ ſeparat ipſam à Deo: ita hæc à corpore ſeparat animam. cant. 2. d. 4. b.

Gre. 4. mor. 26. & 31. mor. 3. Ori. ſ. cant. ho. 3. Amb. de ſug. ſecu. 5. Gre. ſ. cant. 2. 4. Ber. ſ. cant. ſer. 72.

Vmbra mortis ſunt oēs reprobi, q diabolū imitātur: cui nomē eſt mors. Ipſa quoq; imitatio diaboli vmbra mortis dicit. Iſa. 9. a. Ipſe enim dicit mors. apoc. 6. b. Vt enim vmbra iuxta qualitatē corporis ducitur: ita actiones iniquorū de ſpecie imitationis eius exprimūtur. Vmbra quoque, ſub qua dormit Behemoth, ſunt frigidi in peccatis exiſtentes, ob defectum caloris veri ſolis, & charitatis. Iob. 40. c. Deſignatur etiam delectatio peccatorum. canti. 2. d. 4. b.

Reprobi. Imitatio diaboli. Delectatio pctōrū. — Gre. 4. mor. 20. & 33. mor. 3. Euch. for. ſpūal. 3. Ber. ſ. cant. ſer. 72.

Vmbra mortis eſt ſtatus peccati in hac vita: & ignorantia: & incredulitas. ps. 22. Iſa. 9. a. Iere. 13. c. Luc. 1. g. Et qui conuertitur tranſit ab vmbra peccati, quæ eſt mortis ad vmbram ſponſi, q eſt vitæ. Dicuntur autē peccata vmbra mortis: quia vt vmbra corpori: ita morti adhærent peccata. Iob. 12. d. 40. c. Vmbra etiam quaſi nox, eſt errorum obſcuritas. Iſa. 16. a.

Statꝰ peccati in hac vita. Ignorantia. Incredulitas. Errores — Ori. ſ. cant. ho. 2. 3. & ſ. Matth. ho. 8. Amb. 4. exae. 5. & ſ. ps. 118. ſer. 13. Hie. ſ. Iſa. 9. 16. & ſ. Iob. 40.

Vmbra etiā mortis dicitur tribulatio obſcurans animum in triſtitia. Iere. 13. c. Itidem tentationes. Iob. 24. c. Chry. ſ. ps. 22.

Tribulatio. Tentatio. — Gre. 11. mor. 12. & 33. mor. 3.

Vmbra mortis dicit populus Iudæorū: q iniquitatē diaboli ſequens, eius in ſe imaginē expſſit. Vmbra enim talis exprimitur, qualia eius rei, de qua trahitur, fuerint lineamenta. Iob. 28. a. Vmbraculum etiam leonis eſt Iudæa: aut templum, in quo prius quieſcebat Deus: qui poſtmodum iratus dereliquit vmbraculum, ſiue cubile, aut tabernaculum. Iere. 25. g.

Populus Iudæorum. Iudæa. Templum. — Gre. 18. mor. 17. Hie. ſ. Iere. 25.

Vmbra mortis dicit diabolus: quia hi q ſe ab eo defendi ac ꝓtegi putāt, æternis, vt ipſe diabolus, gehēnæ ignibus mancipātur. Iob. 10. d. 28. a. Et ipſi dęmones dicuntur vmbræ. canti. 2. d. 4. b. Pœnę quoq; inferni vmbra mortis dicuntur: quia ſicut vmbræ corpori non ſunt longe à corporibus facientibus vmbras: ita pœnæ non longe à morte ſunt, quæ mortem inferunt.

Diabolus. Pœnæ inferni — Hie. ſ. Iob. 10. 28. Euch. for. ſpūal. 3. Ber. ſ. cant. ſer. 72.

Vmbra mortis intelligi poteſt obliuio: quia vt mors interimit vitam, vel hoc quod interficit, agit vt non ſit in vita: ita obliuio extinguit memoriam, vel hoc quod intercipit, agit vt non ſit in memoria. Iob. 3. a. 34. b. Luc. 1. g.

Obliuio — Gre. 4. mor. 9. 26. & 25. mor. 4. Euch. for. ſpūa. 3.

Vmbra Aegypti fauorem mundanum deſignat. Iſa. 10. a. Et vmbra cedri eſt fauor aut potētia diaboli: Vel etiam Antichriſti. Eze. 31. b. e. Idem dicendum de vmbraculo.

Fauor mūdi aut diaboli. — Hie. ſ. Eze. 31.

Vmbraculum, quod facit hæreticus ſicut cuſtos, eſt requies promiſſa ab hæreticis: quæ facile vt vmbraculum deſtruitur. Iob. 18. d. Ad hoc referri poteſt vmbra therebinthi: quam hæretici bonam iudicant: quia non ſequuntur lucem. Hoſe. 4. c.

Requies falſa. — Gre. 18. mor. 9. Hie. ſ. Hoſe. 4.

## Vncia.

VNcia eſt duodecima pars aſsis. 2. reg. 21. g. Vnciæ autem tres in lutere deſignant fidem, ſpē, & charitatem: quæ infunduntur in baptiſmo. 3. reg. 7. d.

Virtutes theologicæ. — Glo. or. ſ. 3. reg 7.

## Vncinus.

VNcinus eſt idē, quod vncus vel curuus: & eſt inſtrumentū incuruū, quo aliquid trahi poteſt aut retineri.

Vncini aurei in ſuperhumerali pōtificis. Exo. 28. c. 39. c. deſignant firmā intentionē Deo placendi, aptā ad ſuſcipiendā dilectionē Dei & ꝓximi, quam in proſperis & aduerſis retineat.

Intentio recta — Glo. int. ſ. Exo. 28.

Vncini æneı in miniſterio altaris parati. Exo. 38. a.

Vncinus pomorum, vel vas aucupis. Amos. 8. a. ſignum erat exercitus parati ad perdendum Hieruſalem. Indicabat etiam propinquitatem diuinę vltionis. Poteſt autem ſignificare auaros, qui rapiunt temporalia: & dicetur peculiariter de Iudæis aut ſacerdotibus.

Auari. — Hie. ſ. Amos. 8. Rup. ſ. Amos. 8.

## Vnda, Inundare, uide Fluctus.

## Vndiq;.

VNdiq; idem eſt quod ex omni parte.

Vndiq; circumſpectat impius gladium. Iob. 15. c. 18. b. quia dum feriri ſe vndiq; inſidijs credit, ſalute deſperata, ſemper ad nequitiam excreſcit.

Gre. 12. mor. 19.

Vndiq; deſtructus Iob. Iob. 19. b. deſignat quod eccleſia quaſi vndiq; deſtruitur, atq; in infirmis membris deperit, quando ipſa, quæ videbantur fortia, corruunt: quando corona de capite abſtrahitur. i. quando æterna premia etiam à præpoſitis negliguntur.

Gre. 14. mor. 20.

## Vngere, Vnctio, Vnguentum.

VNgere eſt aliquo liquido linere: vnde vnguentum, quod fit ex varijs odoramentis, addito oleo, aut balſamo, aut aliquo pingui ad vngenda corpora, delitiarum & luxuriæ cauſa: aut propter aliquam aliam rationē. Ipſum quoq; oleum aliquando vnguentū dicit. Vngere autem interdum eſt conſecrare. Leui. 8. b. Vnxit eum & conſecrauit. Et conſtituere. 1. reg. 9. c. Vnges

eum ducem ſuper Iſrael. Vngi autem, exultare. 2. reg. 14. a. Ne vngaris oleo.

Cle. Ale. 2. pæda. 8. Ori ſ. Luc. ho. 32. Hie. ſ. Iſa. 61. Diony. ecclia. hie. 4. Aug. ſ. pſ. 44. Beda ſ. gen. 28. Iſy. ſ. Leui. 6. 8. Rup. 4. ſ. gen. 22.

Vnctio lapidis Iacob typus erat vnctionis Chriſti oleo exultationis, & gratia ſpirituſſancti factæ. gen. 28. d. 31. b. Exo. 29. a. Leui. 4. a. pſ. 44. Vnctiones etiã ſacerdotũ, vnctionẽ Chri deſignabant. Iſa. 61. a. Lu. 4. c. Ipſe eſt ſanctus ſctorũ, qui prænunciabatur vngendus. Dani. 9. f. Vnctionis aũt dies incarnationẽ Chri, & cõſecrationẽ ſacerdotũ deſignabat. Leui. 6. c. 8. c. acto. 10 f. Vnctum eſt autem caput Chriſti, qñ diuinitati iuncta eſt humanitas, & facta eſt idiomatum communicatio. Vnctiones etiam Dauid vnctionem Chriſti præſignabant. Vnctus eſt autem Dauid tercio. Primo à Samuele in domo patris ſui. 1. reg. 16. c. Secundo in Hebron ſuper Iudam ſolum. 2. reg. 2. a. Tercio vnctus eſt ibidem ſuper Iſrael vniuerſum. 2. reg. 5. a. Prima vnctio deſignat vnctionem Chriſti in vtero virginis, quando conceptus eſt de ſpiritu ſancto. Secunda eſt vnctio Chriſti in baptiſmo, adueniente ſpiritu ſancto in ſpecie columbæ. Tertia deſignat reſurrectionem Chriſti, quando data dicitur illi poteſtas in cœlo & in terra.

Abundantia gratiæ in anima Chriſti. Incarnatio. Conſecratio ſacerdotum. Communicatio idiomatum

Gre ſ. 1. reg. 16. Ori. 2. periar. 6. Hie. ad Principi. & ſ. pſ 44. 132. Iſy. ſ. Leui. 8. Cyril cõt. Iulia. 8.

Vngens Samuel Dauid in medio fratrum eius. 1. reg. 16. c. deſignauit Chriſti incomprehenſibilem ſanctificationem ignorantibus prædicandam. Nam quaſi vngitur, qñ neſcientibus opinionis eius odor aperitur. Hunc namq; vngebat, qui dicebat. Coloſ. 2. b. Quia ei ſe infudit oĩs plenitudo diuinitatis corporaliter. Itẽ pſ. 44. Vnxit te De' Deus tu': &c. Et Iſa. 11. a. Requieſcet ſuper eũ ſpũs dñi. Vngẽtes mulieres Ieſum in ſepulcro, ſunt gloriã reſurrectionis eius pdicãtes. Mar. 6. a. Vnctus aũt eſt Chrs vt vas cõtinẽs vnguentũ: alij vero vnguntur, quatenus odorẽ huius vnguenti recipiunt: Vnctio aũt competit Chro ſecundum humanitatem. Vngere altare eſt vngere Chriſtum. Exo. 29. b. Leui. 8. b. Et vnguentum in capite eſt diuina benedictio primũ in Chriſtum veniens: à quo deſcendit in membra eius, & veſtes. pſ. 132.

Prædicare ſanctificationem & gloriam Chriſti

Ori. ſ. cant. ho. 1. & ſ Mat. ho. 35. Amb. de Tobia. 22. Aug. ſ. Ioan. trac. 50. Gre. ho. 33.

Vngere pedes Chriſti ſine odore quidem eſt pœnitentiũ: cũ odore vero perfectorum: quorũ etiam eſt iam vngere caput. Vnde peccatrix, tm̃ vnxit pedes: non peccatrix vero, vnxit etiã caput. Luc. 7. f. Ioan. 12. a. Vngit aũt pedes Chri, q humanitatis eius potẽtiã ſacri eloquij bona opinione pdicat. Vngũt etiã pedes Chri, q exercẽt opa miſericordię in pximos: vel q exhortant & docent. Vngunt vero caput, qui habent excellentiam caſtitatis & aliarũ virtutũ: quarũ odor extenditur in eccleſia: vel qui habent veram cognitionem fidei eorum, quę ad Deũ pertinent.

Pœnitentiã agere. Prædicare potentiã humanitatis Chriſti. Exercere opa miæ. Habere excellentiã virtutum

Ori. ho. quũ ieiuna. & ſ Leui. ho 10. Hila ſ. Mat. can. 5. Aug. 2. ſer. d. in mõ. Amb. de Elia. 10. Amb. 3. de ſacra. 2. Hila ſ. Mat. cano. 29 Philo. de profugis Gre. ſ. 1. reg. 14. Amb. 2. de pœniten. 8. & ſ. Luc. 7. Ori. ſ. Eze. ho. 6. Hie. ſ. Ezec. 16. & ſ. Dani. 10. Gre. ſ. 1. reg. 16

Vngere caput oleo. Mat. 6. c. eſt cum gaudio ieiunare: & abſq; vllo murmure, aut inanis gloriæ inditio. Item ſeruire Chriſto in lætitia & operibus miſericordiæ. Vngit etiã caput oleo, qui confitetur diuinitatẽ & humanitatem in Chriſto: & qui gloriam tribuit Deo. Ber. ſer. 1. in ca. ieiu.

Vngitur caput in baptiſmo: quia gratia perficit ſapiẽtiam humanam. Et vngitur Chriſtus ad ſepulturam, quum fideles in baptiſmo commoriuntur Chriſto.

Vnctio capitis pontificis ſplendorem verbi, quod debet eſſe in pontifice deſignat.

*Vngere Ieſum in ſepulcro, eſt per mortificationem carnis ad deuotionis intimę pinguedinẽ peruenire: & pœnitentiam agere,* bonamq; cõuerſationem habere. Mat. 26. a.

Vngere dicitur Deus Hieruſalem oleo, quando dat animæ gratiam ad peccatorum vulnera mitiganda, atq; curanda: vnde fideles dicuntur Chriſti, hoc eſt, vncti. Eze. 16. b. Dani. 10. a.

Vnxit Samuel Dauid in medio fratrum: quia is, qui vngitur, virtutis exempla circumquaque ſpargere iubetur: vt tantę vnctionis fieri participes omnes poſsint. Qui enim in medio ponitur, ab omnibus videtur. Oleo in medio aliorum vngitur: quia qui in aliorum exẽplum poſitus eſt, nullam ſui partem habere obſcurã debet: vt hunc oẽs aſpiciant, & ab eo lucis exemplũ ſumant. Vel in medio fratrum vngitur: vt vnctum & medium ſe ſemper arbitretur: vel vt ſit humilis & ſublimis: ſublimis oratione, humilis æſtimatione. Vel vt ſe priuato amore non diligat: ſed ex omni, quod pręeminet, lucra aliorum quærat. Vnde & Saul ſolus in extrema parte ciuitatis vnctus fuiſſe perhibetur. Quid eſt enim quod ſolus à ſolo inungitur, niſi quia de culminis poteſtate per amorem priuatum debebat intumeſcere? 1. reg. 10. a. 16. b.

Ieiunare cũ gaudio. Seruire Chro i lętitia. Cõfiteri diuinitatẽ & humanitatẽ in Chriſto. Dare gloriã Deo. Dãs Deus gratiam. Exempla & humilitas prælatorum.

Gre. ſ. 1. reg. 9. 10. 16

Vnctio ſacerdotum deſignabat inſtitutionem prælatorum & prædicatorum: quæ & vnctio ſancta dicebatur. Leui. 4. a. 10. b. Et vngens Samuel Saulem in ducem, eſt inſtituens ſacerdotẽ ad miniſterium, per infuſionem gratiarum ſpiritualium. Vngitur autem ſuper populum: quia debet populum meritis præcedere. Vngit autem Samuel vt miniſter: Deus vero vt infundens gratiam. 1. reg. 9. d. 10. a. Vngens autem Samuel eum, quem monſtrat dominus deſignat electionem iuxta ſcripturæ doctrinam eſſe faciendam, & non per priuatum affectum. 1. reg. 16. a. Porro vngi in veſte ſancta. Exo. 29. e. eſt filios Aaron conſecrari. Ad hæc autem referri poteſt vnctio tabernaculi, & vaſorum eius. Exo. 30. c. 40. b.

Electio ſacerdotũ

Philo. de ſomniis.

Vnctio lapidis, quã fecit Iacob. gen. 28. d. *fortitudinẽ mentis* deſignat: vt athletę ad fortitudinem vngebantur.

Fortitudo mentis

Glo. inte. ſ. Exo. 30.

Vngere carnem hominis, vnguento ſancto. Exo. 30. c. eſt carnis voluptatem amantibus, cõmunicare ſacratiora myſteria: quod eſt prohibitum.

Cõmunicare myſteria indignis

Hie. ſ. Mich. 6.

Non vngit calcãs oliuã. Mich. 6. d. qñ hęreticus cõuerſus nõ vngit oleo pctorũ.

Non foueri in vitiis

Cyril. 6. ſ. Ioan. 15.

Vngere oculos cęci eſt inſtruere catechumenũ in doctrina fidei, vt poſsit per baptiſmum lauari, & videre. Ioan. 9. a.

Inſtruere catechumenum

Inun-



Bene operari

Inungimus oculos collyrio, vt videamus, quum ad cognoſcendam veri luminis claritatem intellectus noſtri aciem medicamine bonæ operationis adiuuamus. apoc. 3. d.

Gre. 1. paſto. 12

Virtutes Chriſti

Vnguenta ſponſi, in quorum odorem currendum eſt nobis, ſunt ſecundum q factus eſt nobis ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio. canti. 1. a.

Ber. ſ. cant ſer. 22

Libri prophetici

Vncta oleo lagana. Leui. 7. b. modicam prophetarum ſcientiam in aliquibus deſignant: vel ipſos libros propheticos, qui nõ tam plane miſericordiam Dei annunciant, permiſcentes minas pro importunitate Iudaica: ideo non cõſperſa, ſed vncta dicũtur.

Glo. inte. ſ. Leui. 7.

Gratia Dei. Virtutes ſanctorum Odor iuſtitiæ. Dona ſpũſſancti Sãctificatio p Chrm

Vnctionis oleum, ſeu vnguentum gratiam miſericordiæ Dei, virtutes ſanctorum, odorem iuſtitiæ, & dona ſpirituſſancti deſignare poteſt. Exo. 30. c. 35. a. 37. d. Leui. 8. a. Hæc ſunt vnguenta ſponſi, quæ ſunt ſuper omnia aromata: & dicuntur etiam vnguenta optima: quod dici poteſt de gratijs gratis datis. cant. 1. a. Et vnguentum in capite deſcendens in barbam & veſtimẽta, eſt ſanctificatio veniens à Chriſto ad fideles eccleſiæ. pſ. 132.

Ori ſ. cant. ho. 1. Arno ſ. pſ. 132. Amb. de Iſaac. 3. Aug 2. cõt. lit. Petiliã. 104. & ſ pſ. 132 Rup. ſ. cant. 1.

Chriſtus Doctrina Chriſti Myſteria

Vnctionis etiam oleum, ſeu vnguentum, deſignare poteſt ipſum Chriſtum, ſeu eius humanitatem: & etiam doctrinam. Exo. 30. c. Vnguentum item dicuntur myſteria ſacrę ſcripturæ: cui' ſuauitatem perdunt muſcæ. 1. hæretici. Eccl'tę. 10. a.

Diony. cœle. hier. 2. Ori. ſ. canti. ho. 1. Epipha. 1. cont. hæreſes. tomo. 3.

Iuſtitia. Vita ſancta.

Vnguentum, quo vngitur Chriſtus. Ioan. 12. a. eſt iuſtitia: ideo erat libra vnguenti. Porro vnguentum pœnitentis non implet domum odore, vt vnguentum Mariæ: quod deſignat ſanctam & puram vitam. Mat. 26. a.

Aug. ſ. Ioan. trac. 50. Ori. ſ. Mat. ho. 16. 35

Dona naturalia.

Vnguenta dicuntur dona naturalia. Iſa. 57. b. Hæc videntur eſſe, quæ oſtendit rex Ezechias Chaldæis. Iſa. 39. b. Vnguentum autem Dei ponunt in menſa idolorum, qui donis Dei abutũtur ad cultum idolorum. Eze. 23. f.

Hiero. ſ. Iſa. 57. & ſ. Eze. 23.

Bona opinio Potiores virtutes Opera miſericordię

Vnguentorum odor bonam opinionem ſignificare ſolet: & vnguenta optima dicunt fragrãtiam ſanctitatis. canti. 1. a. Vnguenta quoq; prima ſponſæ ſunt potiores virtutes: & opera miſericordiæ. cant. 4. d.

Gre. 34. mor. 10. & ſ cant. 1. Glo. or. ſ. cant. 4. Rup. ſ. cant 7.

Contritio Deuotio Pietas.

Vnguentum peccatricis eſt contritionis, quo vnguntur pedes Chriſti. Vnguẽtum, quo vngitur caput, eſt deuotionis & gratiarum actionis. Vnguentum quo vngitur totum corpus, eſt pietatis ſummum obtinens gradum: hoc enim poſtremum dicitur optimum. Horum omnium confectionem vide in Bernardo.

Ber. ſer. Mariæ Magdalenę & ſer. par. 52 56 & ſ. cãt. ſe. 10 12.

Vnguentis bullientibus cõparatur mare, hoc eſt, perſecutores eccleſiæ. Iob. 41. d. quia apud eos ipſa perſequutio vnguentorum fragantiam redolet: dum mens eorum vanis ſuſpicionibus decepta, arbitratur ſe obſequium preſtare Deo.

Gre. 34. mor. 10

Iudas

Vnguentum eſt adulterinum oleum: & deſignat Iudam proditorem, qui intinxit manum in catino, & oſculo tradidit Chriſtum: atq; ita eſt vnguentũ doloſum: quo pedes vnctus eſt dñs, dum à conuerſatione mundi per mortem liberabatur. Vnguntur enim mortui. Mat. 26. a.

Cle. Alex 2 pæda. 8

Gloria conſcientiæ puræ. Charitas.

Vnguentum, quo delectatur cor, dici poteſt nitor gloriæ de conſcientia pura procedens: ſiue charitas diuinitus in electorum corde diffuſa. pro. 27. b.

Beda. ſ. pro. 27.

Voluptas & bona tẽporalia. Apoſtoli. Doctores. Chrs

Vnguẽta optima hęreticorũ ſunt voluptates, & tpalia bona, quib' ipſi delectant. Amos. 6. b.

Vnguentarij dici poſſunt apoſtoli, & doctores ex ſacris literis vnguenta animarum conficientes. Pręcipuus autem vnguentarius eſt ipſe Chriſtus. Exo. 30. d.

Glo. int. ſ. Exo 30.

Adulatores Medici animarum

Vnguentarię regis. 1. reg. 8. c. in malum quidem dicuntur, qui prælatos adulationibus delinire conantur: de quibus dicitur. pſ. 140. Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. In bonum vero vnguentariæ regis ſunt, qui vulnera peccatorum curant.

Gre. ſ. 1. reg 8.

## *Vnguis, Vngula.*

VNguis proprie eſt eorum animalium, quæ digitos habent ſeparatos: vt ſunt homines, ſimię, aues, in extrema digitorum parte vngues habentes. Vngula vero in his dicitur animalibus, quæ digitis carent: vt in iumentis, bobus, & ouibus. Sunt & vngulæ ferreę ad torquendum: & vngulæ plauſtri ad triturandum.

Plini. 11. natu. hiſt 45

Virtus pdicatoris. Pœnitentia

Vngula equi perfectionem virtutum prædicatoris deſignat: qua vngula terram fodit, quum de corde audientiũ exẽplo ſuorum operũ terrenas cogitationes expellit. Deſignat etiã pœnitẽtiam, qua terrã fodit, quum quicquid in mente ſua terrenum verſari conſpicit, hoc ſuperductę pœnitentiæ percuſsionibus rũpit. Iob. 39. c. Idem deſignabit vngula vituli. pſ. 68.

Gre. 31. mor. 22. Aug. ſ. pſ. 68.

Extrema mundi

Vngula etiam equi extrema mundi deſignat. quę mordet ceraſtes: quia in fine mundi Chrs vicit ipſum mundum: Vel tunc Antichrs decipiet mundum. gen. 49. c.

Gre. 31. mor. 18. Beda. ſ. gen 49 Glo. int. ſ. gen. 49

Diſcretio.

Vngula diuiſa in animalibus, deſignare poteſt diſcretionẽ boni & mali in operationib'. Vel diſcretionẽ vitę pręſentis & futuræ: vel duo teſtamẽta: & diſcretionẽ literæ à ſpiritu. Diuidunt etiam vngulam, qui bonis ſunt præditi moribus, nec faciles ſunt ad lapſum peccati. Leui. 11. a.

Ori. ſ. Leui. ho. 7. Hie ſ pſ. 55. Aug ho. 45. Iſy ſ Leui. 11.

Euangelia

Vngulæ vituli quatuor euangelia deſignare poſſunt. pſ. 68. Cornua producentẽ & vngulas.

Arno. ſ. pſ. 68.

Vis operatiua Senſus corporis

Vngulæ arietum vim operatiuam in homine ſignificare poſſunt. Zach. 11. d.

Hie. ſ. Zach. 11.

Vngulę equi ſenſus corporis nr̃i deſignare pñt: quos mordet ſerpẽs, hoc eſt, diabol'. gẽ. 49. c.

Tentationes

Vngulæ equorum Nabuchodonoſor, tentationes demonũ exprimunt, quibus vrgent, & affligunt animas. Eze. 26. b. 32. c.

Glo. int. ſ. Eze. 26.

Ori.ſ.Leui.ho.7. | Superflua doctrina gentilium.

Vngues mulieris præcidendę,ſuperfluitates ſcientiæ gentilium deſignant:quæ ſunt reſecandæ & abijciendæ.deut.21.c.

Hie.ſ.Iſa.28. | Grauior punitio di.

Vngulæ ad triturandum,quibus Deus non terit triticum,deſignant grauiorem Dei punitionem,qua Deus non in totum perdit ſuos.Iſa.28.g.

Glo.or.ſ.Mich.4. | Virtus eccleſiæ

Vngulas eccleſiæ ad triturandos hoſtes ponit Deus æreas.Mich.4.d. quando dat illi virtutem inuincibilem ad condemnandos malos.

Ori.ſ.Iere.ho.12. Gre.14.mor.26. | Aeternitas pœnæ peccati.

Vnguis adamantinus,in quo dicitur ſcriptũ peccatũ Iudæ,deſignat difficultatem deletionis ipſius peccati.Iere.17.a.In vngue aũt finis eſt corporis: Adamas vero ita eſt durus,vt ferro ſecari non valeat.Per vnguem ergo adamantinum finis ſignatur æternus.

Ricar.de.ſ.victo.de ſecuri.concien.44. | Crudelitas.

Vngues aquilarum rapacitati & cædi deſeruientes,crudelitatis typum gerunt: & vngues habent,qui quoſuis lędunt,& quibus poſſunt præualent.Dani.4.g.

Glo.int.ſ.Exo.10.

Vngula non remanens in Aegypto,hyperbolicos dicitur.Exo.10.g.

## *Vnicolor, uide Color.*

## *Vnicornis, Rhinoceros.*

Ariſt.2.de hiſto.aĩa. 1.&.3 d̃ parti.aĩal.2. Albert.magn⁹. Geor.vene.canti.2. tono.7.cap.2. Gre.31.mor.13

VNicornis eſt animal,vnicum habens cornu in fronte longum:quod ad ſaxa limat: & ipſo perforat elephantẽ.Eſt animal moderatæ quãtitatis,buxei coloris & fiſſæ vngulę pedis in duo:aut potius eſt ſoli pes,ſed habet talũ:& ab Ariſtotele dicitur aſinus indicus:habitat in deſertis.Rhinoceros aũt eſt animal cornu habens in nare,differens ferocitate & corpore ab vnicorni:quia ille corpus habet equinum:rhinoceros vero bouinũ:vnde ab aliquibus dicitur bos Aegyptius.Aduerſatur elephanti,cũ eo pugnãs,cornu prius ad ſaxa limato,longitudine ei ſimilis,crura habẽs breuiora,colore buxeus,corpore aliquãtulũ gibbo, aſpectu horribilis, robore ingentiſsimo.Fertur aũt in ſinu virginis fortitudinem amittere,atq; ita à venatoribus capi.

Tertu.adue. Iudęos Ori.ſ.num.ho.10 Bali.ſ.p̃s.28. Euch.for.ſpũal.5. Aug ſ.p̃s.77.91. | Chriſtus Sancti.

Rhinoceros Chriſtum ſignificare ſolet,qui omnibus præualet virtute ac robore cœleſti: & habet vnũ cornu,hoc eſt,potentiã p̃ris.Num.23.d.24.b.deut.33.c.p̃s.28.Poteſt etiã ſanctos ſignificare.Vnicornes enim ſunt,quorum firma ſpes in vnũ illud dirigitur, de quo dicitur: Vnã petij à domino,hanc requiram.Deſignat etiam exaltationem vnitatis.p̃s.77.91.

Hie.ſ.Iob 39.&.ſ.p̃s 28.&.ſ.Iſa.34. Bali.ſ.p̃s.28. ho.1. Aug.epiſt.120. Gre.31.mor.1.13.14. Euch.for.ſpũal.5. | Gentilis populus Potentes ſeculi Supbi. Dæmones. Paulus apoſtolus Iudæi

Rhinoceros etiam gentilem populum ſignificare poteſt.Iob.39.d.Deſignat etiam potentes huius ſeculi:vel ipſas poteſtates:& ſuperbos,qui volunt eſſe ſingulares:qui typho fatuæ iactationis elati,dum falſis exterius inflantur rumoribus,veris miſerijs intus inaneſcũt.Deſignat etiã dæmones,& reges malos,& Paulum,& Iudæos.Et filius vnicornium eſt Chriſtus natus ex Iudæis:qui gloriabantur in lege,tanquam in vno cornu p̃s.21.28.Iſa.34.b.

## *Vnicus, Vnigenitus.*

VNicus dicitur ſingularis vel ſolus.Vnigenitus aũt dicitur filius,qui vnicus genitus eſt,quaſi ſolus genitus,nec fratrem vllum habuit aut ſororem.

Glo.or.ſ.Zach.12. | Chriſtus

Vnigenitus propriè dicitur Chriſtus,propter naturæ diuinæ proprietatem, in qua ſolus eſt genitus.Secundum carnem etiam eſt vnigenitus:quia ſolus de virgine natus.Zach.12.c.Plangẽt eum planctu quaſi ſuper vnigenitum.

Aug.epiſt.120. Hie.ſ.p̃s.21. | Eccleſia. Anima Chriſti

Vnica Chriſti dicitur eccleſia,quam vnam ſolam habet.p̃s.21.34.Vel eſt anima ipſius Chri, quæ vnica eſt:quia ſola ſine peccato.

Amb.ſ.Luc.7 | Singuli eccleſiæ

Vnicus filius viduæ deſignat ſingulos in eccleſia:quos omnes vt vnicos amat.Luc.7.b.

## *Vniuerſus.*

VNiuerſus dicitur quaſi omnis ad vnum verſus,hoc eſt,ſine aliqua exceptione.

Aug.epiſt.120. | Multitudo ſaluandorum

Vniuerſa multitudo filiorum Iſrael deſignat multitudinem ſaluandorum.Leui.16.b.Et vniuerſum ſemen Iacob dicitur,vt intelligantur non ſolum filij ſecundum carnem:ſed ſecundũ fidem.p̃s.21.Iob.10.c.

Ori.ſ.Mat.ho.15 | Multitudo angelorũ

Vniuerſa ciuitas deſignare poteſt multitudinem cœleſtium ſpirituum.Mat.21.a.

Gre.ſ.1.reg.2. | Fœlicitas angelorũ

Vniuerſa proſpera Iſrael deſignant plenitudinem fœlicitatis angelorum.1.reg.2.g.

## *Vocare, Vociferari, Vox.*

VOcare interdũ idẽ eſt,quod accerſere.gen.20.b.Vocauit oẽs ſeruos ſuos.Nõnunq̃; appellare,ſeu nomẽ imponere.gen.2.c.Vt videret quid vocaret ea. Abducere.Hoſe.11.a.Ex Aegypto vocaui filiũ meum.Cõfiteri.Ier.3.f.Patrẽ vocabis me.Cõſtituere.Iſa.45.a.Vocaui te nomine meo.Dicere.Leuiti.23.a.Quas vocabitis ſanctas.Excitare. 1. reg. 3.a. Vocauit dominus Samuel.Inducere.4.reg.8.a.Vocauit dñs famem.Inſpirare.Exo.24.d.Septimo aũt die vocauit eum. Inuitare.Exo.2.c.Vocate eum,vt comedat panẽ.Inuocare.Iob.5.a.Voca ergo ſi eſt, qui tibi reſpondeat.Prædeſtinare.Iſa.49.a.Dñs ab vtero vocauit me.Prouocare.pro.1.c. Vocaui, & renuiſtis.Vocari aũt eſt eſſe.gen.21.b.In Iſaac vocabitur tibi ſemen. Vox autẽ eſt ſonus ab ore aĩalis platus:licet aliquãdo pro omni ſono ſumatur.Vox item,affectus animi.p̃s.5.Intende voci



voci orationis meæ. Afflictio.Iob.3.c.Non audierunt vocem exactoris.Atteſtatio prophetiæ. Iſa.13.a.Exaltate vocem,leuate manum.Clamor.deut.1.g.Nec voci veſtræ voluit acquieſcere. Deſiderium.1.reg.25.f.Ecce audiui vocem tuam.Doctrina.Exo.23.d.Obſerua,& audi vocem eius.Effectus.Eccl'tæ.10.d.Aues cœli portabunt vocem tuam.Euidentia.geneſ.4.b.Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me.Idioma.2.Mach.7.b.At ille reſpondit patria voce. Lamentum. gen.21.b.Sedens contra leuauit vocem ſuam.Laus.p̃s.25.Vt audiam vocem laudis tuæ. Præceptum.Numer. 14.d. Nec obedierunt voci meæ. Præconium. Exod. 32.b. Pręconis voce clamauit.Prædicatio.Canti.2.c.Vox turturis audita eſt.Votum.gen.30.a.Exaudiuit vocẽ meam.

Beda.ſ.gen.1. Aug.1.de gen.cont. Mani.9.

Vocauit Deus lucem diem,& tenebras noctẽ,hoc eſt,vocari fecit: quia ſic diſtinxit omnia, vt diſcerni poſſent,& nomina accipere.gen.1.a.Sicut qui ædificare facit,ædificat.Sic intelligẽdum,quum Deus vocat aliquo nomine:quia tunc vocari facit.

Incarnatio verbi Electio Dei. | Gre.11.mor.22. Ori.ſ.Iſa.ho.5. Hie.ſ.Iſa.41.

Vocare dicitur Deus,quum per aſſumptam carnem humanis apparuit oculis:vt ab eis rationem exigeret.Iob.13.c.14.c.Vel vocare Dei eſt nos amando & eligendo reſpicere.Vocat De⁹ pater iuſtitiam,hoc eſt,filium ad pedes ſuos,quum vocauit eum,vt ſequeretur patrẽ: quia ſemper fecit voluntatem patris.Iſa.41.a.Et vocauit Deus pater Chriſtum in iuſtitia:quia in eo cõpleuit omnem iuſtitiam.Iſa.42.a.Et vocauit ab oriente auem,hoc eſt,Cyrum:vel melius Chriſtum:quem vocauit ab vtero.Iſa.46.d.49.a.Vocatum autem aut dictum eſt nomen domini Emmanuel,hoc eſt,nobiſcum Deus,poſt incarnationem.Iſa. 7. c. Vocatum nomen hominis antequam eſſet.Eccl'tæ.6.d.eſt nomen Chriſti,quod vocatum eſt ab angelo,priuſquã in vtero conciperetur.

(Ori.ſ.Iſa.ho.2. Hie.ſ.Ecclten.6.)

Manifeſtãs fili⁹ p̃rẽ. Inuocatio Dei. | Aug.q.in Exo.154.

Vocare interdũ eſt inuocare: & vocat nomẽ dñi Chr̃s,quũ patrẽ manifeſtat: & vocãt ipſum gentes inuocando & credẽdo.Et vocãt Deus in nomine dñi,quũ facit alios vocare.Exo.33.d.

Inſtructio Dei per ſcripturas Vocatio Iudæorum in fine mundi. | Ori.ſ.Mat.ho.33. Rup.6.ſ.gen.26

Vocare dicitur Deus de cœlo,qñ inſtruit per ſacram ſcripturam.gen.22.b.46.a.Sic vocauit Moſen de medio rubi.Exo.3.a.Et vocauit ſeruos,vt illis committeret eloquia.Matth. 25.a.Sic vocat de monte,& de cacumine montis.Exo.19.a.24.d.Vocans autem angelus domini Agar poſt abiectum puerum,deſignat vocationem Iudæorum in fine mundi futuram.gen. 21.c.

Excitans Deus ad meliora. Perfectè obediẽtes | Gre.ſ.1.reg.3.

Vocans dominus Samuelem dormientem.1.reg.3.a.eſt excitans ad maiora eum, qui cõtemplationi vacat.Et vocatus ipſe vadens toties ad magiſtrum,eſt figura perfectẽ obedientium.

Inſtituens Chriſtus apoſtolos & prædicatores | Hie.ſ.Iſa.13. Rup.9.ſ.gen.25.&.ſ. Amos.5.9.

Vocauit dominus fortes ſuos.Iſa.13.a.quando parauit apoſtolos ad prædicandũ.Dicĩt enim vocare,qñ miniſtrum inſtituit.Iſa.22.f.Eſt autem vocatio ſancta,quæ fit ad regendos alios. Et vocat cœlos,hoc eſt,angelos vel apoſtolos.Iſa.48.c.Et vocati Dei dicuntur apoſtoli & fideles.Zach.1.b.Ad hæc facit vocatio,qua Iacob vocauit filios ſuos,vt eis benediceret.gen.49.a. Vocat etiam Deus aquas maris,quum ex infidelibus facit prædicatores.Amos.5.b.9.b.

Vocatio ad pœnitẽtiam. | Ori.ſ.Mat.ho.13.20. 35. Hie.ſ.Iſa.22.50.

Vocat Ieſus cæcos,ad ſalutẽ eos reuocando.Mat.20.d.Vocare etiam inuitatos ad nuptias, eſt docere fidem,vt veniant ad eccleſiam.Mat.22.a.Sic vocauit Chr̃s Iudæos.Iſa.50.a.Et olim Hebræos.Exo.5.a.Et vocat Deus q̃ nõ ſunt,hoc eſt,pctõres eos cõpungendo ad recipiendã fidẽ & pœnitentiã:Diciťq; vocare eos in partẽ ſortis ſc̃tõrũ.Iſa.41.a.Ioel.2.d.g. Rõ.9.b.Epheſ. 4.a.Coloſ.1.b.Et vocat Deus ad fletũ.Iſa.22.d.quũ dicit:Pœnitentiã agite:&:Beati qui lugent

Prædeſtinatio Vocatio gentium. | Aug.epiſ.106. Hie.ſ.Iſa.54.

Amos.5.e.Vocati autem ſecundum propoſitum dicuntur prædeſtinati:Vocati vero,q nõ ſunt electi,nõ ſunt vocati ſecundum propoſitũ.Rom.8.f.Vocat aũt Deus Iſrael à longinquis terrę, quum ex gentibus facit fideles:qui & vocare dicitur gentẽ, quã neſciebat.Iſa.41.b.55.b. Et vocauit gentilitatem,vt mulierem derelictam:quia aliquando cõiuncta fuerat Deo.Iſa.54.c.Vocat autem ex Aegypto,quũ per apoſtolos & prædicatores vocat ab infidelitatis tenebris. Hoſe.11.d.Et vocat Deus nomina ſtellis,hoc eſt,prædeſtinatis.p̃s.146.Et vocat ex nomine, quos ſcriptos habet in libro vitæ.gen.31.a.Eorum enim peculiarem habet rationem,quum malis dicat:Non noui vos.Sic vocat oues nominatim.Ioan.10.b.

(Augu.ſ.p̃s.146.&.ſ. Ioan.trac.45. Cyril.7.ſ.Ioan.2.)

Chr̃s beatificans. | Ori.ſ.Mat ho.10

Vocans procurator operarios.Mat.20.a.Eſt Chriſtus reddens laborantibus prẽmiũ ęternũ.

Eductio Iſrael de Aegypto. Reuocatio Chriſti. Vocatio a infidelium | Hie.ſ.Hoſe.11. Rup.ſ.Mat.2.

Vocaſſe dicitur Deus filium ſuum ex Aegypto,quum eduxit inde populum Iſrael:& quum Chriſtus venit ab Aegypto in terram Iſrael.Hoſe.11.d.Matth.2.c.Ex Aegypto etiam vocat fideles,educens eos de tenebris huius mundi.

Specialis cura Dei erga fideles

Vocaſſe dicitur Deus Iſrael nomine ſuo.Iſa.43.a.quia ſpecialem curam habet ſuorum,& cũ eis peculiarem familiaritatem.Et vocauit nomen Cyri:quia fecit ipſum longe ante prædici:& vocat nomen prædicatoris,cui ſpeciale præbet auxilium.Iſa.45.a.

Cura paſtoris. | Cyril.7.ſ.Ioan.2.

Vocare dicitur paſtor nominatim oues,quando diligenter curat agnoſcere vultum pecoris ſui.Ioan.10.b.pro.27.d.

Faciens Deus bene opari Dñs filiũ ſuũ | Glo.inte.ſ. Eze.36.

Vocare dicitur Deus frumentum,quando facit bene operari.Eze.36.f.Dicitur etiam ſecundum q̄ Deus pater filium dedit mundo.

Appellatio Chriſtianorum. | Hie.ſ.Iſa.62.65.

Vocatur nomen nouum Hieruſalem,aduenięte Chr̃o:quia ipſe nominauit eccleſiã petrã in Petro.Et vocãt volũtas dñi in ea,ſecũdũ q̄ placet Deo.Et vocãtur fideles alio noĩe:qa dicunt Chr̃iani à Chr̃o.Iſa.62.a.65.c.Et vocãt Hieruſalẽ,hoc eſt,eccleſia ſolium domini.Iere.3.f.

Glo.or.ſ. Iſa.48.& ſ.gen.48.

Vocantur nomine Iſrael,qui ſunt Iſrael ſecundum carnem. Et vocantur de ciuitate ſancta. Iſa.

Iſa.48.a.Et vocari filios Ioſeph nomine fratrum.gen.48.b. erat eos,qui naſcituri erant ex eo, debere includi in tribubus Ephraim & Manaſſę.

Hie.ad Damaſ.q.2. Beda.ſ.gen.27. Gre.3.mor.11. &.14. mor.21. — Collatio veteris legis. Promotio indignorum. Vocatio Iudæorum

Vocans Iſaac Eſau.gene.27.a.collationem legis veteris deſignauit: & etiam promotionem indignorum ad eccleſiaſticas dignitates.Deſignauit etiã vocationẽ prioris populi. Et vocans Dauid Vriam,vt comederet ſecũ.2.reg.11.b.deſignat Chriſtum,qui Iudęos negligentes redire ad conſcientiã non renuit inuitare ad myſteria intelligenda:vnde & dicebat Ioan.5.g.Si crederetis Moſi,crederetis forſitan & mihi:de me enim ille ſcripſit.Vocauit Iob ſeruum ſuum,& nõ reſpõdit ei.Iob.19.c.quia dominus Iudaico populo multa cõtulit munera,quibus quaſi emiſſis vocibus,eum ad ſe ducere ſtuduit.Sed non reſpondit: quia digna opera donis eius reddere contempſit.Et vocans Debbora Barach.Iudi. 4. a. deſignat prophetiam inuitantem priorem populum ad Dei munera capeſſenda.Vocare mulierem Hebræam ad nutriendũ Moſen. Exo. 2.b.eſt vocare ſynagogam ad ſuſcipiendum & nutriendum Chriſtum.

Ori.ſ.Iudi.ho.5. Glo.or.ſ.Exo.2.

Gre.ſ.1.reg.9.16.& 1.mor.20 — Vocare ad verbum Dei.

Vocati ad hoſtiam.1.reg.9.b.ſunt vocati ad audiendum verbũ Dei. Et vocans Samuel Iſſai ad victimam,priuſquam vngeret Dauid filium eius in regem.1.reg.16.a. deſignat ſubditos non eſſe promouendos præter prælatorum ſuorum conſcientiam.Vocantes autem filij Iob ſorores ſuas ad conuiuium,ſunt apoſtoli vocantes infirmiores ad ſuſceptionem verbi Dei.Iob.1.a.

Gre.ſ.1.reg.10.

Conuocans Samuel populum in Maſpha,vt eligeret regem.1.reg.10.c deſignat congregandos electores prælati ad ſacram ſcripturam:vt in ea ſpeculentur qualem eligere debeant.

Gre.17.mor.14.&.1.mor.20.33. — Prędicatio vitę ęternæ. Concordia virtutũ in operando

Vocant ancillę ſapientiæ ad arcem,quum apoſtoli & prædicatores annunciant vitam æternã.pro.9.a.Et vocantes filij Iob ſorores ſuas ad conuiuium.Iob.1.a.deſignant apoſtolos, qui infirmis auditoribus refectionis ſupernæ gaudia prædicant:eorumq; mẽtes,quia à veritatis pabulo ieiunas aſpiciunt,diuini eloquij epulis paſcunt. Vel deſignant virtutes morales, quæ ſimul gaudent cum tribus virtutibus theologicis in opus bonum,quod vnaqueq; virtus adminiſtrat.Quæ quaſi ex cibo vires accipiunt,dum bonis operibus fidentiores fiunt: & quum poſt cibum,contemplationis rore infundi appetunt,quaſi ex poculo inebriantur.

Gre.ſ.1.reg.9. — Examinatio ordinãdi.

Vocans Samuel Saulem.1.reg.9.d.deſignat prælatum explorantem eum, qui ordinãdus eſt, vt ad ſuſcipiendum onus ſe præparet.

Gre.24.mor.30

Vocat Deus duces impios.Iob.34.b.quum oſtendit eos per poteſtatem regiminis ad culpã prorumpere elationis:quæ elatio apud diſtrictum iudicem impietas reputatur.

Gre.ſ.1.reg.3.

Non vocaſſe ſe dicens Eli Samuelem.1.reg.3. a. deſignat quòd antiqui patres non excitant per inſpirationem gratiæ:ſed oſtendunt id fieri à Deo:iuxta illud Iacobi.1.Omne datum optimum &c.Et.1.cor.3.Neq; qui plantat eſt aliquid,neq; qui rigat.

Gre.ſ.1.reg.6. — Docilitas

Vocantes Philiſtijm ſacerdotes & diuinos.1.reg.6.a. deſignant fideles cupientes tenere viã domini ſine errore.

Gre.5.mora.31.&.ſ.cant.5. — Inuocatio Dei

Vocare patrem & matrem eſt perfecte cognoſcere patrem cœleſtem,& Hieruſalẽ cœleſtem quæ eſt mater noſtra.Iſa.8.a.Vocare autem noſtrum,eſt humili Deum prece depoſcere.Iob.5.a.Vocat ſponſa ſponſum.cant.5.b.quum orationibus & operationibus ſuis dulcedine illius p̃ſentiæ ſaturari appetit.

Aug.ſ.Ioan. trac.15.&.83.q.64. — Recurſus ad intellectum.

Vocans Samaritana virum ſuum,eſt recurrens ad intellectum,ſeu ſpiritũ rationalem,ad ſuſcipiendam aquam Chriſti:vt videlicet ſecundum rationem poſsit à Chr̃o illuſtrari.Ioan.4.c.

Glo.or.ſ.Exo.12 — Inſtitutio prædicatorum.

Vocans Moſes ſeniores Iſrael.Exo.12.d.eſt inſtituens & inſtruens prædicatores. Sic vocat eruditos ad conſtructionem tabernaculi.Exo.36.a.Et Aaron.Leui.9.a.Et Miſaël & Eliſaphã. Leui.10.a.

Glo.inte.ſ.Exo.17. — Chriſtꝰ ad ſe trahẽs omnia

Vocans Moſes altare,quod ędificauit deuicto Amalec:Dominus exultatio mea.Exo.17.d. deſignauit Chriſtum,qui exaltatus à terra omnia trahit ad ſeipſum.

Lyra.ſ.Exo.33.

Vocauit Moſes nomen tabernaculi,Tabernaculum fœderis.Exo.33.b. quia dominus in eo familiariter cum ipſo loquebatur:& ibi decidebantur cauſæ.

Glo.or.ſ.thre.1. — Quærere inanem cõſolationem

Vocat Hieruſalem amicos,quum anima afflicta conſolationem quærit in carne,mũdo,diabolo,& in hæreticis,& adulatoribus.thre.1.f.

Hie.ſ.Zach.3. — Prædicatio.

Vocatio,qua Abimelech vocauit ſeruos ſuos.gen.20.b.eſt p̃dicatio facta gẽtibus. Et vocat vir amicũ ſuũ ſubter vineã,quũ apoſtoli & p̃dicatores cõuertunt Iudęos aut gentiles ad fidem Chriſti.Zach.3.d.

Arno.ſ.p̃s.104.

Vocauit Deus ſeu induxit famẽ ſuper terrã,qñ permiſit ignorãtiã veritatis in mũdo.p̃s.104.

Gre.12.mor.9. — Inuitare. Vindicta Dei in iudicio. Vocatio bonorum ad gloriam.

Vocare interdum eſt inuitare:& vocauit Deus quaſi ad diem ſolemnem hoſtes Hieruſalem deſignans dęmones venturos in iudicio ad rapiendas aĩas.Et vocat tẽpus aduerſus Hieruſalẽ, qñ inducit eam in iudiciũ.thre.1.d.Vocat etiã gladiũ ſuper omnes habitatores terrę,quum oẽs homines per eoſdem homines caſtigat.Iere.25.f.Erit autem vox diei iudicij amara malis.Soph. 1.d.Vocabit etiam Deus iuſtos in iudicio inuitando eos ad incorruptionem.Iob.14.d.

Prouocatio aduerſus Chriſtum

Vocans mulier homines domus ſuæ cõtra Ioſeph.gen.39.d.deſignauit principes Iudęorum conuocantes cæteros Iudęos,vt dicerent aduerſus Chriſtum:Crucifige,crucifige.

Baſi.ſ.p̃s.48.

Vocãt noĩa ſua in terris,qui ędificant,aut alia in terris ad tempus manẽtia moliũtur. p̃s.48.

Vocari



Nomen erroris — Ori.ſ.Matth.ho 25.

Vocari domum diſcalciati nolentis ſuſcitare ſemen fratris, eſt errorem hæretici aut Iudęi ab omnibus notari.deut.25.c.

Reſipiſcentia. — Glo.int.ſ.Exo.8.

Vocans Pharao Moſen & Aaron.Exo.8.a.indicat reſipiſcentiam flagellati.

Inuocatio dæmonũ — Glo.or.ſ.Exo.7.

Vocans Pharao ſapientes Aegypti contra Moſen & Aaron.Exo.7.b.typus eſt recurrentiũ ad auxilium dæmonum.

Inducere in errorẽ. — Lyra.ſ.Exo.34. Rup.ſ.Hoſe.11.

Vocans quiſpiam Hebræum.Exo.34.b.eſt gentilis volens fidelem in errorem inducere. Sic ſunt vocantes eos ad Baalim.Hoſe.11.a.

Hie.ſ.Iſa.32.

Non vocatur vltra inſipiens princeps,quando phariſæi & hæretici non habent vltra principatum in eccleſia.Iſa.32.a.

Vox patris in baptiſmo. Manifeſtatio Dei Decretum mortis Chr̃i. Imperiũ Dei. Chriſtus. — Baſi.ſ.p̃s.28.ho.12. Arno.ſ.p̃s.41. Gre.ſ.Eze.ho.8. Hie.ſ.Eze.1. Aug ſ.apoc.ho.8. Gre.32.mor.5.

Vox domini aliquãdo eſt vox patris:vt in baptiſmo,quãdo dixit de filio:Hic eſt filius meꝰ, in quo mihi bene complacui.Eadem eſt vox cataractarum Dei.p̃s.28.41.Eadem eſt vox ſuper firmamentum.Eze.1.f.quę etiam diuinam oſtendit manifeſtationem:& etiam ſententiam, qua filium ſuum ſine peccato pati & mori decreuit.Vox etiam Dei de cœlo eſt imperiũ Dei.apoc. 10.c.Ipſe quoq; filius Dei dicitur vox Dei,qui eſt verbum Dei.Iob.40.e.

Suſcitatio mortuorum. — Hie.ſ.p̃s.67.

Vox virtutis Chriſti erit in reſurrectione,quando ſuſcitabit mortuos.p̃s.67.

Rup.1.ſ.apo.

Vox Chriſti eſt tanquam aquarum multarum.apoc.1.c.quia eius doctrina & opera conformia ſunt his,quæ de ipſo fuerant prophetata in lege,prophetis,& pſalmis.

Prædicatio. — Epiph.2.cõt. hæreſ. tomo 1. Ori.ſ.cant.ho.3. Amb.ſer.64. Aug.ſ.p̃s 28. Rup.ſ Amos.1. Hila.ſ.p̃s.65. Amb.epiſ.94. Hie.ſ.Iſa.16 52.&.ſ Iere.4.7.25.&.ſ. Amos.1. Cle.Ale.adh.ad gẽ. Gre.ſ.1.reg.1. Aug ſ.p̃s 76.103.& ho.33. Rup.ſ.apoc.5.9. Hie ſ.Iere.16.25. Ori.1.can.ho.2.3.4.

Vox domini perficiens ceruos,eſt prędicatio apoſtolorum:& etiam Ioannis Baptiſtę prædicantis regnum cœlorum:& ipſius Chriſti.p̃s.17.28.Exo.5.a.15. d.19.a. 20.c.23.c. Dedit autẽ vocem ſuam de Hieruſalem:quia inde cœpit prædicatio,Amos.1.a.Et vox incantantis eſt vox prædicatoris.Et vox laudis Dei,prædicatio Dei.Et vox fluminum prædicatio apoſtolorum: quæ & vox ſpeculatorum,& vox calcantium.p̃s.57.65.92.Iſa.16.c.52.c.Et vox tubæ eſt prędicatio.Iere.6.b.Et vox clamantis in deſerto,eſt Ioannes Baptiſta pręcurſor verbi Dei: qui eſt vox adhortatoria,& præparatoria ad ſalutem.Iſa.40.a.Et vox annunciantis à Dan,eſt vox p̃dicantis diuinum iudicium.Iere.4.d.Vox item molę eſt prædicantium verbum Dei.Iere.25.c. Vox etiam Dei dicitur eſſe in prędicantibus nouum & vetus teſtamentum. Amos.1.a. Et vox præconis,eſt vox prædicatoris.Exo.32.a.36.a.Vocem autem Annę non audiri,eſt prædicationem apoſtolorum à Iudæis non recipi.1.reg.1.b.Et vox patris Ophni & Phinees, eſt ſermo & prædicatio antiquorum patrum.1.reg.2.e.Vox nubium,eſt prædicatio apoſtolorum: & etiam vox tonitrui in rota,hoc eſt,in orbe terrarum.Et dant vocem de medio petrarum,qui allegant doctrinam:& exempla ſacrorum doctorum.p̃s.10.76.103.apoc.1.d.4.b.8.b.10.a. 14.a. Et vox

Doctrina Chriſti — Amb.de Iſaac.4. Beda ſ Exo.19. Ber.ſ.cant ſer.59

turturis eſt doctrina Chriſti,aut quando Chriſtus loquitur ſolitarijs:aut eſt ſermo de caſtitate. canti.2.c.Et vox angeli eſt prædicatio Chriſti.Iſa.33.a.Et vox ſponſi eſt prædicatio Chr̃i: vox

Sacra ſcriptura. — Arno.ſ.p̃s.92. Hie.ſ.p̃s.41.

verò ſponſæ laudes Dei in eccleſia,aut in ſynagoga.Iere.16.b.25.c.Vox autem dilecti,hoc eſt Chriſti audiebatur in prophetis,& non videbatur.canti.2.b.Vox etiam Chriſti eſt inuocatio aut prædicatio ei conformis.p̃s.3.Ioan.10.a.Et vox fluminum eſt doctrina ſacræ ſcripturæ, & vox cataractarum,ſcriptura obſcura prophetarum.p̃s.41.92.

Gemitus ſanctorũ & adhortationes fidelium. — Gre.ſ.cantic.2.&.ſ. Eze.ho.8.

Vox turturis eſt vox eccleſię militantis:& etiam ſanctorum in hac peregrinatione gementiũ canti.2.c.Et vox caſtrorum eſt vox fidelium in eccleſia vnanimiter Deum laudantium,& mutuo ſe ad pugnã aduerſus dæmones adhortantium.Eze.1.f.

Adoptio filiorũ di. — Hila.ſ.Mat.can.3.

Vox de cœlo facta Chriſto,qua dixit pater:Hic eſt filius meus dilectus,denotat nos p baptiſmum in filios adoptari.Mat.3.d.

Vis punitiua Dei. Vindicta Dei Comminationes diuinæ. — Gre 27.mora.16.13. &.ſ.1.reg.12. Hie.ſ.Iſa.42.66. Aug.ſ.p̃s.41. Arno.ſ p̃s.76.103. Hie.ſ.Eccleſ.12.

Vox domini interdum eſt vis eius punitiua.gẽ.3.b.p̃s.45.Et vox magnitudinis Dei eſt, quũ conuerſis per gratiam ſuam terrorem incutit,vt eius metuant ſententiam.Iob.37.a.Et vox magna turbinis,deſignat grauem vindictam Dei.Iſa.29.b.Idem eſt vox equitis.Ierem.4.g. Et vox de ciuitate & de templo erat in Hieruſalem,quum obſiderentur à Romanis: & eſſent interſe diuiſi:& quidam obtinerent templum,quidam ciuitatem:& dicitur vox domini reddentis retributionem:quia tunc Deus vindictam in eos exercebat.Iſa.66.c. Vociferabitur etiam Chr̃s, quando puniet malos.Iſa.42.c. Vox autem cataractarum Dei dicit comminationes diuinas. p̃s.41.apoc.8.b.Et vox commotionis magnæ,eſt comminatio iræ Dei.Eze.3.c. Et voces quas dat dominus,ſunt excitatio peccatoris,vt nequitiam ſuam recognoſcat.1.reg.12.c.Et vox tonitrui Dei,qua comminatur,dicitur eſſe in rota,hoc eſt,in Moſe ſeu lege. p̃s. 76.103. Et dicitur vox terroris.Iob.37.a.quia ſi peccator repente diuinę gratiæ aſpiratione tangitur,primo intel-

Tuba iudicij

ligit diſtrictam æterni iudicis animaduerſionem ſibi paratam.Vox autem volucris erit tuba in iudicio:vel deſignatur leuis ſonitus.Eccl'tę.12.b.

Inſpiratio diuinã — Ber.ſ.can.ſer.53.

Vox ſponſi eſt inſpiratio eius,ac iuſti timoris incuſsio.cant.2.b.

Laudes in gloria. — Hie.ſ Iſa.30 Amb.ſ.p̃s.118.ſe.22.

Vox ſanctificatæ ſolemnitatis,& vox gaudij eſt in eccleſia præcipuè triumphanti. Iſa.30.f. Iere.25.c.Et dicitur Philipp.4.a.Gaudete in domino ſemper. Ad hæc pertinet vox ſponſi aut ſponæ habitantis in hortis.cant.8.d.

Hie.ſ.Iere.31.

Vox lamentationis in Rama eſt ploratus matrum infantium,ab Herode occiſorum. Iere.31. c.Matth.2.e.



Vox

Gre.ſ.Eze.ho.8. — Contemplatio Dei.

Vox in mente eſt quaſi quidã ſonus intelligẽtiæ.Sed aliquando vox carnis loquitur: vt quũ cogitamus malum pro malo reddere :aliquando vox animæ: vt quum intellectualem eius-naturam cogitamus:aliquando vox firmamenti:vt quum angelicam naturam contemplamur. Sed vox ſupra firmamentũ eſt,quum diuinam naturam & eius iudicia conſideramus.Eze.1.f.

Hie.ſ Iſa.15. Glo.or.ſ.Exo.2. — Pœnitentia

Vox magna eiulantium,magnitudinem doloris indicat.Ezec.27.f.Poteſt autem referri ad pœnitentiam.Et vox Moab eſt vox doctorum errorum pœnitentiam agentium. Iſaiæ.15.b.Et vox ploratus eſt pœnitentium:quæ vox non erit in fœlicitate.Iere.3.g.Iſa.65.c. Et vociferatio filiorum Iſrael in Aegypto eſt pœnitentium,ceſſante imperio diaboli:qui & ad Deum vociferari dicuntur.Exo.2.d.5.b.22.d.Iob.30.d.

Lyra.ſ.Dani.10. Aug ſ.ṗs.39. — Efficacia doctrinæ.

Vox viri vt vox multitudinis.Dani.10.a.efficaciam doctrinæ boni prælati deſignat.

Vox ſanguinis Abel,hoc eſt,Chriſti clamat aduerſus Iudæos de terra, hoc eſt de eccleſia. gene.4.b.

Rup.5.ſ apoc. Gre ſ.ṗs.101. Glo.int.ſ gen.21. — Verba ſerpentis

Vox gemitus.ṗs.101.fuit vox ſerpentis,qua dixit Euæ:Comedite & eritis ſicut Dij:quæ vox cauſa fuit gemitus generis humani:vel eſt malarum cogitationum in mente vociferatio.

Vox matris dicitur vox pueri.gen.21.c.quam audiuit Deus ſuſtentans populum Iſrael, pro-(pter patres.

Vox Iacob deſignat verba ſimplicia.gen.27.c.

Aug.ſ.apo.ho.6. — Chriſtus in cruce. Vox prædicatoris.

Vocem eleuans Ioſeph.gen.45.a.deſignauit Chriſtum in cruce, aut per prædicatores reſonantem.Et vox aquilę volantis eſt vox prædicatoris.apoc.8.d.

Rup.4.ſ.apoc. — Deſideria antiquorum patrum.

Vox magna angeli prædicantis:Quis eſt dignus aperire librum &c.apoc.5.a.deſideria antiquorum patrum de aduentu Chriſti demonſtrat.

Gre ſ.1.reg.15. — Fama turpitudinis

Vox gregum & armentorum Amalec.1.reg.15.d.famam turpitudinis demonſtrat : Gregum quidem de minoribus culpis:armentorum vero de maioribus.

Hier.ſ.Iſa.13.16.29.31.&.ſ.Zach.11. — Suggeſtiones diaboli. Prædicatio hæreticorum & Iudæorũ aduerſus eccleſiam.

Vox cantantis in feneſtra deſignat ſuggeſtiones dæmonis, quas ingerit per noſtros ſenſus. Sopho.2.c.Et vox multitudinis,& ſonitus regum & gentium congregatarum,eſt dęmonum & hæreticorum eccleſiam impugnantium.Iſa.13.a.Vox etiam calcantium,quæ aufertur, eſt prædicatio hæreticorum.Iſa.16.c.Vox autem Iudæorum & hæreticorum dicitur quaſi pythonis. Iſa.29.a.Et voces aduerſariorum erant voces Iudæorum in Chriſti paſsione.Iere.18.d.Et vox paſtorum contra leonem,fuit vox gentium contra Chriſtum. Iſa.31.b. Et vox nuntiorum Niniue eſt prædicatio hæreticorum aut malorum.Nahum.2.d.Vocem autẽ dant inimici in Hieruſalem,ſicut in die ſolemni,quando dæmones gaudent de lapſu animę.thre.2.c.Et vox vlulatus paſtorum eſt principum Iudæorum in euerſione templi. Zac.11.a.Et vox mendacij eſt vox hæreticorum.Exo.23.a.Vox etiam alienorum,quam non audiunt oues Chriſti,eſt hæreticum dogma.Ioan.10.a.Et vox exactoris eſt tentatio miſerę ſuggeſtionis diaboli.Iob.3.c.Vociferatio autem Iſrael deſignat inſenſatum clamorem Iudæorũ aduerſus Chriſtianos.1.reg.4.b.Vox leenæ eſt adhortatio gloriæ Babylonis,vt auertat à Deo ad vanitatem mundanã.Iob.4.b.

Gre.ſ.1.reg.4.&.4.mor.41.&.5.mo.16.

Glo.or.ſ.Nahum.3. — Tribulationes iuſtorum

Vox flagelli Niniue.Nahum.3.a.deſignat multitudinem exercitus Romani contra Hieruſalem:& multas tribulationes iuſtorum in hoc mundo.

Hila ſ ṗs.140. Amb.ſ.ṗs.118.ſer 6. Hie.ſ.Iſa.16.&.ſ ez.4.. Ori.ſ.cant.ho.4.&.ſ.Iere.ho.3. Arno.ſ ṗs.92. Gre.ſ.cant.2. — Fides. Confeſsio fidei.

Vox,qua clamamus ad Deũ,eſt fides & affectus.ṗs.3.140.141.Iſa.30.e. Et vox ſpõſæ dulcis eſt cõfeſsio fidei corã regibus & principibus:quæ grata eſt Deo.cant.2.d.Et vox multitudinis & ſonitꝰ regũ,& gẽtiũ cõgregatarũ,eſt vna vox fideliũ eccleſiæ,& doctorũ & diſcipulorũ.Iſa.13.a.Et vox aquarũ multarũ eſt vox populorũ fideliũ laudãtiũ Deũ.Eze.43.a.ṗs.92.Et vox vna eſt cõcordantium in fide.Exo.24.a.Et vox fugientiũ de Babylone,eſt cõfeſsio fidei cõuerſo-(rũ.Ier.50.e.

Gre.5 mor.30 — Clamor cordis

Vox orationis eſt clamor cordis ad Deum.ṗs.114.129.Et vocare eſt humili prece Deum depoſcere.Iob.5.a.19.a.29.b.

Gre.5.mor.25. — Cognitio ſpũſſcti.

Vox aurę lenis eſt cognitio ſpiritusſancti,quæ lippientibus mentis noſtræ oculis, claritatẽ ſuam tenuiter demonſtrat.Iob.4.c.

Gre.19.mor.14. — Frenatio hæreticorum.

Vocem ſuam cohibent duces,quum hi,qui poſt ſe errantes populos trahere conantur,ne loqui peruerſa nunc audeant,& autoritatis frænantur pondere,& virtute rationis.Iob.29.b.

Caſsi.col 5.cap.25 — Blandiens gula.

Voce magna rogare dicitur inimicus.pro.27.c.quando ſpũs gaſtrimargię ſuperatus ,incipit ſua humiliatione blãdiri,rogans quodãmodo,vt aliquid relaxãs à cœpto feruore impartias ei, quod continentiæ modum & menſuram iuſtæ diſcretionis excedat.

Ori.ſ.Ioſu.ho.7. Aug.ſ.ṗs.92 — Conſenſus fidelium in fide & doctrina.

Vociferatio populi in euerſione Hiericho,deſignat conſenſum fidelium in doctrinam prędicatorum & euerſionem vitiorum.Deſignat etiam vocem concordię.Ioſu.6.b.E vox aquarum multarum eſt concurſus populorum venientium ad fidem.ṗs.92.

Conuerſio ad vitia

Vociferans populus ad Pharaonem deſignat conuerſionem ad vitia.Exo.5.b.Sic vociferabatur populus ludendo in cultu idolorum.Exo.32.d.

## *Volare, Volatilis, Volucris.*

VOlare propriũ eſt habentiũ alas:quæ ſic ferunt per aërẽ , vt piſces per aquã. Vnde dicũtur volatilia,q̃ nata ſunt ad volãdũ.Et volucres,nõ ſolum aues:ſed & apes,& veſpę,& reliqua huiuſmodi.Volare aũt aliquãdo eſt celeriter moueri.Iſa.60.b.Qui ſunt iſti,q̃ vt nubes volãt?

Volare



Sublimitas Dei. — Gre.ſ.1.reg.1.&.17.mor.13. Hie.ſ ṗs.17.

Volare dicitur Deus propter velocitatem penetrandi omnia : & quia Chriſtus in omnibus ſublimior eſt angelis.Volat aũt Deus ſuper pẽnas ventorũ,quãdo coram oculis prædicatorum in altitudinem intelligentiæ ſe eleuat,& ſemper ſublimior apparet.ṗs.17.

Virtus verbi Dei — Hie ſ.Eze.32

Volare dicitur gladius Dei,quum verbum Dei diſcurrit,& perſtringit cernentium oculos, vultuſq; deterret.Eze.32.c.

Demonſtratio mediorum Dei. Prædicatio diuinitatis & humanit.chri. Incarnatio Chriſti. Velocitas euãgelij — Ori.ſ.Iſa.ho.1. Amb.3.de ſſ.22. Hie epi. Et factũ eſ. Rup.1.ſ.Iſa.28 Ori.ſ.Iſa.ho.1. Hie.epi.Septuagin. Hila ſ.ṗs.54.

Volantia Seraphim deſignant demonſtrationem eorum,quæ media ſunt Deij: vel deſignant præſentia & tranſeuntia. Iſa. 6. a. Vel ſunt apoſtoli prædicantes diuinitatem & humanitatem Chriſti:Ideo duabus alis volabant.

Volãs vnus de Seraphim ad purgandũ labia Iſaię.Iſa.6.a.iuxta Origenẽ ſignificat filiũ Dei factum hominem,ad mundandũ genus humanũ.Vel deſignat velocitatem euangelij nos purgãtis.Volare etiam dicitur Chriſtus,quum ad ſpiritualem naturam ſe conuertit.ṗs.54.

Apoſtoli. Prædicatores. Perfecti. Contemplatiui. Martyres. — Hie.ſ.Iſa.11.60.&.ſ.Eze.13.&.ſ.Iere.9. Ori.ſ.Eze ho.11.&ſ.cant.ho.3. Amb.ſ.Luc.13.&de Noe.22. Gre.ſ.1.reg.14.&.11.mo.2.&.19.mo.2. Tertu.de reſurrec. Arno ſ.ṗs.8. Aug.ſ.apo.ho.6.11. Rup.5.ſ.apocal.&.ſ.Zach.5.

Volantes vt nubes,ſunt apoſtoli prædicantes:vel ſunt venientes ad fidẽ ex gentibus. Iſa.60. b.Et volantes animæ ſunt iuſti ad ſuperna tendentes.Eze.13.b.Et volatilia ſunt animę ſctõrum & perfecti,& cõtemplatiui,q̃ poſſunt in ſublime aſcendere.gen.1.b.7.a.8.c.Leui.11.c.Iob.5.b. 8.d.12.b.Iſa.14.g.Ier.4.f.9.c.Eze.17.g.Soph.1.a.Lu.13.g.Volantes etiã vt nubes ſunt, qui per gratiã ſpũſſcti in bono opere ſunt veloces.Martyres etiam volucres cœli dici poſſunt.1.cor.15.e.Volucres etiam cœli ſunt alta cogitantes:& volare eſt in intellectu ſpiritualiũ myſteriorũ eleuari.ṗs.8.54.Mat.13.a.Et volans aquila per mediũ cœli,ſunt prædicatores in eccleſia.apoca.8.d.14.b.Et volantes in humeris Philiſtinorum ſunt apoſtoli ſuſcepti à gentibus.Iſa.11.d.

Sacra ſcriptura — Iſy.ſ.Leui.26 Gre.15.mor.7. Hie.ſ.Zach.5.

Volans aquila per mediũ cœli,eſt ſacra ſcriptura,cuius tota intentio eſt,vt homines in cœlũ dirigat.apo.8.d.Et volatilia cœli ſunt intellectus ſubtiliores.Volans aũt folium dicitur litera legis.Leui.26.e.Volans quoq; volumen.Zach.5.a.Dicitur ſacra ſcriptura: quæ dum de cœleſtibus loquitur,ad ſuperiora mentis noſtræ leuat intentionem: quia dum illam ſuper nos eſſe aſpicimus,infi ma attendere.i.concupiſcere deuitamus.Dicitur quoq; volans volumẽ:quia oĩa malorum peccata comprehendit:vel propter velocitatem pręmõſtratę punitionis Iudęorum.

Tranſitus ad contẽplationem. Contemplatio — Rup.7.ſ.apoc. Geor.vene.canti.3.ton.6.cap.15. Gre.6.mor.6. Ricar.de.ſ.victo.de ſecuri.conſcien.18.

Volans mulier in deſertũ.apo.12.d.cõmendat nobis tranſitũ ad quietem,& ſanctũ ociũ ſcripturarum.Volat aũt homo cum volucribus virtute ſpeculatiua & cõtemplatiua:quæ cõueniũt homini iam prouecto,& illam mentem adepto,quæ ſero aduenit:cui datus eſt in cibum panis ille,qui de cœlo deſcendit.Auolans autem paſſer in agrum, eſt homo veniens ad latitudinem contemplationis.Leui.14.a.g.Ad volatum autem naſcitur auis, quando homo in afflictone p ſpem ad ſumma ſuſtollitur,& conuerſationem habet in cœlis.Iob.5.b.ṗs.54.

Cõcupiſcẽtia cognita. Tentatio. Inanis gloria. Verba hæreticorũ. — Arno.Hie.& Aug.ſ.ṗs.90.

Volans ſagitta in die,eſt concupiſcentia cognita:vel tentatio leuis in ſciente:vel inanis gloriã.Vel ſunt verba hæreticorum,quibus promittunt lucem veritatis.ṗs.90.

Contemplatio incarnationis Chriſti. — Ber.ſe.6.ſ.Qui hab. Gre.9.mor.23.

Volans ad eſcam aquila.Iob.9.c.deſignat antiquos patres:qui in quantum humanitatis infirmitas admittebat,creatoris lucem erecta mente contemplati ſunt:ſed incarnandũ hunc in mũdi fine pſciẽtes,quaſi à ſolis radijs ad terrã oculos deflexerũt:quẽ pro humano genere,dũ paſſurũ moriturũq; cõſpiciũt,quaſi more aqlę poſt cõtẽplatos ſolis radios,in cadauere eſcã quęrũt.

Incõprehenſibilitas Chriſti. — Amb.de Iſaac.7. Hie.ſ.Iſa.30. Gre.ſ.cant.6. Cyril.epiſ.39.

Auolare dicitur ſponſus,quum ad ſecreta ſublimia eleuatur:& quum diſcedit ab illuſtrando:& quia quantumcunq; cognoſcatur,ſemper incomprehenſibilis permanet.cant.6.a. Auolans paſſer in agrum eſt diuinitas Chri,aut eius anima intacta in paſsione.Leui.14.a.

Reſipiſcere ab erroribus. — Hie.ſ.Iſa.11.&.ſ.Nahum.3.&.ſ.Haba.1. Rup.ſ Hoſe.11.

Volare dicuntur pulli de nido,quum hæreticorum diſcipuli,eorum relinquunt conciliabula.Iſa.16.a.Et dicuntur volare quaſi auis ex Aegypto , & quaſi columba de terra Aſſyriorum per gratiam ſpiritusſancti:de Aegypto.i.de ignorantię tenebris:de Aſſur.i.de terrenarum affectibus cupiditatum:quaſi aues:quia nulla culpæ veſtigia in eis reperiet aduerſarius. Hoſe.11.d. Haba.1.b.Auolantes locuſtæ ſunt reſipiſcentes ab erroribus.Nahum.3.d.Auolare quoq; de anguſtia eſt ipſam euadere.Iſa.8.d.

Mors principum. — Rup.ſ.Nahum.3.

Auolans bruchus,dici poteſt,quum reges,aut principes moriuntur:qui tam facile diſcedũt, vt bruchus auolans,minime rediturus.Nahum.3.d.

Angeli. Animæ ſanctæ. — Amb.1.de interp.9. Beda.ſ.gen.1.

Volucres cœli,quas latet ſapientia,dici poſſunt angeli. Iob.28.d.Animæ quoq; ſanctæ ad ſuperna volantes,volatilia dici poſſunt.gen.1.b.

Cogitationes — Ori.ſ.gen.ho.1. Baſi.Exac.ho.10 Amb.de paradi.11.

Volatilia,quibus pręeſt homo,dicuntur cogitationes leues:aut etiã cogitationes bonę. gen. 1.c.Et præterea cogitationes importunæ:vt quæ veniebant ad caniſtra piſtoris.gen.40.c.

Homines leues — Beda.ſ.gen.1. Hie.ſ.Eze.31.

Volucres etiam dicuntur homines leues.Et nidificantes in cedro,ſunt peccantes:vel pollicentes ſibi ſcientiam in philoſophia & dogmatibus hæreticorum.Eze.31.b.

Dæmones. Superbi. — Amb.2.de Abra.8. Arno.ſ.ṗs.78. Hila.ſ.mat.can.5.7. Gre.7.mor.1.

Volucres deſcendentes ad cadauera ſunt dæmones.gen.15.b.Item elati ſuperbia.ṗs.78.Iob. 12.b.28.d.Eze.29.b.38.f.Hoſe.4.a.Mat.6.d.8.c.13.a.Luc.8.a. Et volans regulus aut aſpis ſunt dæmones aut principes Iudęorum.Iſa.30.b. Gre.ſ.Eze.29.&.ſ.Iob.12.&.ſ.Hoſe.4.&.ſ.Iſa.30.

Aſtrologi Curioſi. — Hie ſ.Iob.12. Gre.26.mor.11.

Volatilia etiam cœli dicuntur aſtrologi,qui aſtra contemplantur.Item qui ſuperbę curioſitatis ſtudio ſublimia perſcrutantur.Iob.12.b.35.c.

Decepti ab hęreticis Diuites — Hiero.ſ.ṗs.49.&.ſ.Hoſe.9.

Volatilia pręterea cœli ſunt populi decepti ab hæreticis.Itẽ hæretici & diuites huius mũdi. Eze.32.b.ṗs.49.Et auolat Ephraim quaſi auis,quũ hæretici diſcedũt ab eccleſia.Hoſe.9.c.

Volati-

*Aug.13.cōfe.23 & .1. de gen.cōt Mani.23 25.* · *Verba ſubiecta ſacræ ſcripturæ.*
Volatilia interdū dicunt̄ verba ſubiecta ſacræ ſcripturæ:de quib⁹ iudicat ſpūalis, eiſq; dn̄atur:qbus benedixit Deus, vt multiplicentur ſuper terram. Vel ſunt voces cœleſtia prædicantes.gen.1.c.

*Aug.1.de gen cont. Mani 23.25.* · *Iudæi diſperſi.*
Volatilia præterea dicuntur Iudæi per orbem diſperſi.gen.1.b.

*Glo.or.ſ.Leui.13.* · *Tranſitus à vitio in vitium*
Volatilis lepra, dici poteſt tranſitus ab vno vitio in aliud.Leui.13.g.

## Voluere, Conuoluere, Euoluere, Volutare.

VOluere eſt rem ab vna parte in alteram vertere.Conuoluere autem eſt quaſi plicare:ſicut ē diuerſo euoluere,explicare,& tranſigere.

*Gre.ſ.1.reg.14.*
Voluere lapidem ad Saulem.1.reg.14.e.eſt proponere Chriſti potentiam cum humilitate cō iunctam prædicatori:ne ſuperbiat.

*Hie.ſ.Iſa.17.* · *Tempus prędicationis Chriſti.*
Euolutus annus poſt necē Zachariæ.2.par.24.f.deſignat tēpus prędicationis Chr̄i in Iudęa.

*Hie.ſ,Iſa.29.38.* · *Ceſſatio veteris legis*
Euolutæ ſolemnitates deſignant tranſactionem veteris legis,aut gloriæ hæreticorum.Iſa.29 a. Ad hanc pertinet conuoluta generatio,quæ dicitur quaſi cōplicata & finita.Iſa.38.c.

*Glo.inte.ſ.Iſa.9.* · *Mitti in infernum*
Conuolui dicitur,quod in infernum deijcitur.Iſa.9.d.Et conuolutæ ſunt iniquitates collo, quum per eas homo in infernum detruditur.thre.1.e.

## Volumen, uide Liber.

## Voluola.

VOluola eſt herba ſimilis hederę:q̄ vitibus & virgultis circūdari ſolet, & in longū ſerpere: Gręcē σμιλαξ.Cōparant̄ ei pc̄tā media,q̄ apoſtolus fęno cōfert.Nahū.1.c.iuxta Septuagita

## Voluptas, uide Delectare.

## Vomer, ſeu Vomis.

VOmer eſt ferrum in aratro,quod lirat,ſeu ſulcos facit,dictus ꝙ terram vomat.

*Tert adu. Marci.4. Gre.ſ.1.reg 13.* · *Charitas*
Vomis,qui bobus trahitur,affectum geminæ charitatis ſignificare poteſt: vel ſenſum & animum probum.1.reg.13.d.Iſa.2.b.

*Hie.ſ.Iſa.2.* · *Verbum Dei* · *Lingas pdicatorum*
Vomis etiam ſignificat vim verbi Dei in anima:quo eradicantur ſpinæ vitiorum, & cordis duritia mollitur. Deſignat etiam linguam prædicatorum.Iſa.2.b.

*Ori.ſ.Iudi.ho.3.* · *Monitio ſimplex*
Vomis ſeu aratrum,quo percuſsit Samgar hoſtes,deſignat ſimplicem monitionem, quę etiā conuertit animas.Iudi.3.d.

*Hie.ſ.Mich 4.*
In vomeres ſeu aratra concidunt gladios,qui iram & effrænata conuicia deponentes, mittunt manum ad aratrum Chriſti,nec reſpiciunt retro.Mich.4.a.

## Vomere, Euomere, Vomitus.

VOmere propriē eſt ſumptum cibum per os reddere:quod ad alia transfertur.

*Amb.ſ.ps.118.ſer.2.*
Euomere dicit̄ Deus habentes fidē ſine operibus,tanquam tepidos,& ſibi minime gratos.apoc.3.c.

*Hie.ſ.Ionam.2.* · *Reſurrectio Chri.*
Euomuit piſcis Ionam, hoc eſt, Chriſtum, quum ex imis penetralibus mortis, victrix vita proceſsit.Ionę.2.d.

*Aug.q.in Leui.67. Iſy ſ.Leui.18.* · *Abrenuntians gentilitas dæmonibus.*
Euomere dicitur terra habitatores malos.Leui.18.d.quando gentilitas veniens ad fidem,ab renunciauit dæmonibus:vel quando homines ipſos impios abominantur.

*Hie.ſ.Iſa.19.28.* · *Peruerſa doctrina hæreticorum*
Vomens eſt hæreticus:qui vomit furorem draconum & aſpidum inſanabilem. Iſa. 19. c. Et menſæ hæreticorum,& etiam Iudæorum plenæ ſunt vomitu,dum ſcripturarum ſanctarum nō digerunt cibos,nec vniuerſo corpori faciunt eſſe vitales:ſed immaturos & fœtētes egerunt:ita vt nullum in eis Deus reperiat locum.Iſa.28.a.

*Glo.or.ſ.Iere.25* · *Impœnitentia*
Vomere dicuntur ebrij,quum grauiter peccatores puniuntur à Deo:nec tamen reſipiſcunt. Iere.25.e.Et hic vomitus dicitur vomitus ignominiæ.Haba.2.d.

*Ber.ſer.paruo.47.* · *Inuidia*
Euomere dicitur mel,qui delectatus humanis laudibus,videns alium laudari, torquetur inuidia.pro.25.b.

*Beda.ſ.pro.23.* · *Deteſtatio priſtini erroris.* · *Pœna inferni.*
Euomere dicitur cibos,quos comederat,qui deteſtatur errores,quos didicerat:vel qui luit pro eis pœnas in inferno.pro.23.a.

*Gre.15 mor.d.* · *Obliuio ſcripturarū*
Euomere dicitur hypocrita diuitias,quas deuorauit.Iob.20.b.quum ſacræ legis,quam legēdo deuorauerat obliuiſcitur:eaſq; de ventre illius Deus extrahit:quia quod obſeruare noluit, iuſto iudicio de eius memoria euellit:ne præcepta Dei ſaltem in lingua teneat,quę non ſeruauit in vita:vnde per prophetam dicitur ps.49.Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iuſtitias meas,& aſſumis teſtamentum meum per os tuum?

## Vorare, Vorax, uide Deuorare.

## Vorago.





VOrago dicitur barathrum,ſeu apertura profunda terræ,in quam cadentia non emergunt, ſed deuorari videntur.

*Hie.ſ.Iſa.2.*
Voragines terræ,dici poſſunt munimenta veritatis.Iſa.2.d.

## Vouere, Votum, Deuotus.

VOuere eſt aliquid ſancte promittere,ſeq; ad illud reddendum obligare, & pręcipue Deo: Vnde votum eſt promiſsio Deo facta. Aliquando autem votum eſt deſiderium.prou.31.a. Quid dilectē votorum meorum? Deuotare autem idem eſt,quod deſtinare:Vnde deuotus.

*Charitas Chriſti* · *Aug.q.in Iudi.49.*
Votum Iephte deſignauit affectum Chriſti ad offerendam eccleſiam Deo puram & immaculatam.Iudi.11.e.

*Hie.ſ.Ion.2.* · *Hila.& Aug.ſ.ps.55*
Votum Dauid deſignauit votum Chriſti de ſuſtinenda paſsione.ps.21.Et vota Ionę,ſunt vota Chriſti,quum per paſsionem decreuit ſaluare genus humanum.Ion.2.d. Et vota Dei dicuntur fuiſſe in Chriſto:quia ipſe in ſe habebat virtutem reſurgendi.ps.55.In ſanctis quoq; ſunt vota intra ipſos,quum agunt gratias de bonis interioribus.

*Conſecrari Deo. Deuotio mentis* · *Philo.de ſomnijs* · *Hie.ſ.Iſa.19* · *Ori.ſ.num.hō.24.* · *Glo.inte.ſ.Exo.35.* · *Iſy.ſ.Leui.27.*
Votum vouet Deo,qui ſe ipſum conſecrat Deo:q & voto offerre hoſtiā dicit̄.gen.28.d. Leui.7.d.Votum etiam vouet & ſoluit domino:qui eſt ſanctus corpore & ſpiritu.Iſa.19.d.Et vota quidem varia ſunt,ſecundum quod quis offert,quæ ſunt extra ſe: ſed votū Nazarei eſt pręcipuū:quia offert ſeipſum.Exo.36.a.Num.30.a.ps.64.115. Deuota autem mente offerendum eſt Deo,quicquid illi offertur.Exod.35.c.Ponunt̄ autem vota diuerſa, quibus ſe vel alios,aut ſua quiſq; conſecrat Deo.Leui.27.

*Euchariſtia Laudes in patria* · *Hila.ſ.ps.65.* · *Aug epi.110*
Votum aliquando eſt oblatio ſeu exhibitio:& vota redduntur Deo,nunc quidem in oblatione euchariſtiæ:& etiam per martyres.Sed poſt modū redduntur in patria plenius,vbi Deus ſemper laudatur.ps.21.60.64.65.115.Num.6.a.

*Rigor propoſiti* · *Gre.ſ.1.reg.1.*
Votum Annæ deſignat rigorem propoſiti ad cœleſtia tendentis:vt ita intente orare poſsit. 1.reg.1.b.

*Arno.ſ.ps.75.*
Vouere dicuntur fideles domino in baptiſmo,vbi renunciant diabolo & pompis eius,& ſe tradunt Deo.ps.75.

*Obligatio* · *Ori.ſ.Num.ho.24.* · *Aug q.in num.59*
Votum aliquando eſt obligatio:& votum viri dicitur obligare:quia eſt rationis: votum vero vxoris vel filię non valet,niſi à patre aut viro approbetur:hoc eſt,actus ſenſualitatis,vt ſit rectus,eſt conſilio rationis approbandus.Num.3.a.

*Hie.ſ.Amos.5.*
Vota pinguium,hoc eſt,Iudæorum & hæreticorum,non approbat Deus.Amos.5.f.

## Vpupa.

VPupa eſt auis criſtis in capite prominentibus galeata, in fimo fere ſemper commorans,& nidificans. Numeratur inter aues immundas,& habet vlulatum pro cantu.

*Libidinoſi. Triſtes* · *Iſy.ſ.Leui.11.* · *Glo.or.ſ.Leui.11.*
Vpupa nidificans in ſtercoribus,libidinoſos ſignificare poteſt.Leui.11.b. deut.14.b. Vt autē lugubrē habet cantum,deſignare poteſt bene operantes,ſed cum triſtitia: vel ē diuerſo ſignificat habentes triſtitiam ſecundum ſeculum.

## Vr.

VR.i.ignis,vel lumen,aut incēdiū:vrbs Chaldęorū,vnde egreſſ⁹ eſt Thare cū filio Abrahā. Secūdū aliquos vr nō eſt vrbs,ſed erat incēdiū aut ignis,vnde educti ſunt Thare & Abrahā.

*Sp̄ūſſanctus* · *Gre ho.33.*
Vr vt interpretatur ignis,ſpiritum ſanctum ſignificare poteſt,aut feruorem charitatis.geneſ. 11.d.15.b.1.par 2.g.

*Ira.* · *Geor.vene.canti.1. ton.7.cap.35.*
Vr etiam vt interpretatur incendium,iram deſignare poteſt.

*Concupiſcentia carnalis* · *Ori.ſ.Num.ho.25*
Vr iuxta Origenem interpretatur iritatio: & fuit rex Madian occiſus à filijs Iſrael: & deſignat concupiſcentiam carnalem vincedam.Num.31.d.

## Vrbs, uide Ciuitas.

## Vrceus.

VRceus eſt vas,quo aqua in vrnam infunditur,vel in ahenum.

*Hie.ſ.Ecclten.23*
Vrceoli dicuntur minorem & magis tenuem doctrinam habentes.Eccl'tę.2.b.

## Vrere, uide Accendere.

## Vredo.

VRedo eſt morbus herbarum,fruticum,& arborum:qui etiam rubigo dicitur.

*Diabolus*
Vredo ſpicarum dici poteſt diabolus:qui bona opera perdere conatur.gen.41.a.

## Vrgere.

VRgere eſt cogere,premere & impellere.

*Expellentes bonos*
Vrgentes Aegyptij filios Iſrael,vt exirēt velociter.Exo.12.e. deſignāt malos expellētes à ſe bonos.

*Glo.or.ſ.Exo.22.*
Vrget quaſi exactor,qui nimium exigit ſtipendium:quod tam de prædicatoribus, quam de

aliјs dici poteſt.Exo.22.d.

Vigere dicitur puteus os ſuum ſuper aliquem, quando aliquis non contentus quòd peccauerit,etiam fit defenſor peccati.p̃s.68.

Aug.ſ.p̃s.68. — Defendere peccata

## Vrias.

Amb.apol.Dauid.3. Aug.22.cõt.fauſ.87 — Princeps hui⁹ mũdi

VRias.i.ignis domini,aut lumen dñi,maritus Bethſabe,iuſſus occidi fraudulenter à Dauid, typus eſt principis huius mundi:qui ſubiectas habebat gentes.2.reg.11.a. Erat autem Chetheus,hoc eſt,abſciſſus,ſiue quòd in veritate non ſtetit:ſed à luce ſua ſuperna,quã de Deo habebat,ſuperbiæ merito abſciſſus eſt:ſiue quòd cadendo veris viribus perditis,transfigurat ſe in angelum lucis,audens adhuc dicere:Lux mea Dei eſt.

Gre.3.mor.11. — Populus Iudaicus

Vrias etiam vt interpretatur lux mea Dei,typus eſt populi Iudaici:q̃ de accepta legis ſciẽtia extollitur,quaſiq; de luce Dei gloriat̃:vnde ab illo auferẽ lex,& demũ occiditur.2.reg.11.

Hie.ſ.Iſa.8. Rup.1.ſ.Iſa.34.&.1.ſ.Mat. — Sacerdotium. Iudæi ante aduentũ Chriſti

Vrias ſacerdos adhibitus ab Iſaia in teſtem.Iſa.8.a.typus eſt ſacerdotij teſtificantis de Chr̃o. Ideo interpretatur lux domini:vel lux mea Deus:qui etiam deſignat populum Iudaicum, qui teſtis eſt ante aduentum domini.

## Vrina.

¶Vrina eſt lotium,quod animalia reddunt è veſica.4.reg.18.f.Iſa.36.e.

## Vrna.

VRna eſt vas aquarium,quod ad hauriendam aquam deſeruire ſolet.

Ori.ſ.Exo.ho.9.&.ſ.num.ho.10.

Vrna manna,theſaurum verbi Dei ſeu intellectum verbi Dei ſub tilis & dulcis deſignat: erat autem in arca,hoc eſt,in Chriſto.Hebræ.9.a.

## Vrſus, Vrſa.

Ariſt.8.de hiſt.animal.5.17. — Ricar.de ſ.victo.de vitio mutabi.8.

VRſus eſt animal ferum,lupo maius & robuſtius. Vrſa vero eſt fœmina, quæ parit animal velut carnem informem,quam lingua ſola lambendo effingit in ſimilitudinẽ animalis: Eſt vrſus animal omniuorũ,quippe,qui fructus arborũ,quas agili corpore aſcendit,edit,& legumina,& apes perfringens alueos,& cancros,& formicas,carne etiam veſcitur.Hyeme latet: adeoq; eo tempore pingueſcunt tam mas,quàm fœmina,vt mouere ſe nequeant. Eſt animal inquietum,adeo vt ad ſtipitem ligatus,nunquam pene ceſſet in circuitum pergere:vel pedibus fixis caput huc illucq; agitare.

Diony cœleſ.hierar. Hie.ſ.Hoſe.13. Rup.1.Iere.62.&.ſ.Amos.5 — Deus. Chriſtus

Vrſa aliquando dicitur Deus:& vt vrſa eſt ſęuiſsima raptis catulis:ita Deus acriter caſtigat peccãtes,aut faciẽtes alios peccare.Hoſe.13.b.Sic dicitur fact⁹ quaſi vrſus homini,qñ in paradiſo poſt peccatũ illi occurrit.thre.3.b.Chr̃s etiã erit vrſus in ſecundo aduentu.Amos.5.f.

Cle.Ale.6.ſtroma. Amb.6 Exae.4. Beda ſ.pro.17 — Gentilitas

Vrſa gentilem populum deſignare poteſt.Vt enim vrſa filios lingua format: ita ex gentibus veniens ad fidem,verbo formatur ad hoc,vt ex vita ferina manſueſcat.Iam autẽ manſuefactus, ipſe quoq; vt bos ſanctificatur.Item vt vrſa effingit ſuos partus.Ita homo ſua opera. Vrſa etiã, à qua rapiuntur fœtus,eſt gentilitas,à qua auferuntur,qui conuertuntur.pro.17.b.

Hie.ſ.Dani.7. Ricar.de.ſ.victo.de vitio mutabi.8. Rup.8.ſ.apoc. — Regnum Perſarum. Inuidentia. Crudelitas Haman.

Vrſus in viſione Danielis,regnum Perſarum durum,& parcioris victus deſignat.Dani.7.b. Typus etiã eſt inuidentiæ,q̃ ſæua eſt,& ſolitaria,& inquieta,ſicut ipſum aĩal. Exprimit̃ etiam crudelitas Hamã principis ſub rege Perſarum,qui deſtruere voluit gentem Iudęorũ.apoc.13.a.

Chry.ſ.p̃s.93. Hiero.ſ.Iſa.59.&.ſ.Amos.5. Aug.ſer.197. Euch.for ſpũal.5. — Iudæi. Dæmones. Hæretici. Seui homines. Crudelitas. Hypocriſis

Vrſus,quem ſuffocauit Dauid,Iudęos crudeles & ſuperatos à Chriſto deſignat.1.regũ.17.d. Et vrſi crudeles ſunt Iudęi aut dęmones.Iſa.59.c.thre.3.b.Amos.5.f.Vrſi etiã deuorantes pueros,ſunt dæmones.4.reg.2.d.Deſignant quoq; vrſi hæreticos.apoc.13.a.Vrſus etiam ſignificat feroces homines:& ſęuos inſidiatores.Iſa.11.b.Et vrſa latens eſt doloſa crudelitas in corde latens:& etiam hypocriſis.

Aug.ſer.204.

Vrſi duo occidentes pueros inſultantes Eliſęo.4.reg.2.d.dici poſſunt Veſpaſianus & Titus ſubuertentes Iudæam.

## Vrtica.

Hie.ſ.Iſa.55. Gre.18 mor.11.&.33 mor.5. — Ardor vitiorum. Errores. Cogitationũ prurigines. Deſideria. Pœna hæreticorum

VRtica eſt herba ſpinis tenuiſsimis infeſta tangentibus. Grecẽ dicitur κονίζα,deſignat vitia & errores in Hieruſalẽ,ſeu ardorẽ vitiorũ,& cogitationũ prurigines: & homines in pc̃tis exiſtẽtes.Iſa.34.c.55.d.Deſignat etiã deſideria inutilia:quia in deſiderijs eſt oĩs otioſus.pro.21.(d.24.d.

Vrtica etiam deſignat pœnam hæreticorum.Hoſe.9.b.

## Vſurpare.

VSurpare eſt in frequenti vſu habere,& etiam poſſeſsionem alicuius rei capere:& peculiariter præter ius rem alterius vendicare.deut.5.b.Ioſu.7.a.

## Vſura, uide Fœnus.

## Vter, Aſcopera.

VTer eſt pellis,qua vinum aut oleum deferri ſolet.Aſcopera vero eſt ſaccus pelliceus, qui & marſupium dicitur.

Vter



Caro macerata. Fortis in tribulatione. — Hila.& Au.ſ.p̃s.118 Amb.ſ.p̃s.118.ſer.2. Iſy.ſ.Leui.7.

Vter in pruina,intus vacuus,& extra contractus,deſignat carnem ieiunijs maceratam; & à concupiſcentijs refrigeratam.p̃s.118.Vel vter in pruina eſt,qui fortis eſt in tribulatione: Vter enim in pruina rigeſcit.

Eccleſia. — Hie.ſ.p̃s.32.

Sicut in vtre congregat Deus aquas maris,hoc eſt,fideles in eccleſia populos:vt vinum nouum in vtres nouos recõdatur:doctrina videlicet euangelica in cordibus credentium. p̃s.32.

Corpus perſecutorũ eccleſiæ — Aug.ſ.p̃s.32.

Vel vter eſt corpus mortale perſecutorum eccleſiæ,intra quod retinetur & premitur eorum ſęuitia,quam non audent proferre.

Cor carnale. Cogitatio carnalis. Homo. — Aug.ſ.p̃s.77. Gre.8.mor.16.&.19 mor.8. Ori.ſ.Ier.ho.9.&.ſ.Leui.h.4.&.1.pia.3. Baſi.ſ.p̃s.92.

Quaſi in vtre ſtatuit Deus aquas,quando cohibet concupiſcentias carnales,ne extra effluãt. p̃s.77.Vbi vter eſſe poteſt cor carnale:aut carnalis cogitatio.Et quilibet homo vter dici poteſt Iere.13.b.Vbi nos laguncula.Et vtres veteres ſunt,qui in vetuſtate peccati exiſtunt: noui vero per gratiam renouati.Vel vtres veteres erant phariſęi & Iudæi:noui fideles ſub Chriſto: vel vtres veteres ſunt imperfecti,noui vero perfecti. Hie.ſ.Mat.9.

Litera legis. — Hila.ſ.Mat.cano.9. Ori.ſ.gen.ho.7. Rup.6.ſ.gen.21.

Vter impoſitus humeris Agar deſignat literam legis non ſedantem ſitim:& etiam purificationes Iudaicas,& doctrinam carnalem in pelle mortua clauſam:quæ nec refrigerium pręſtat, nec ſedat ſitim.gen.21.b.

## Vterus, Vterinus, uide Venter.

## Vti, Vſus, Vtenſilia.

VTi eſt rem aliquam in facultatem aſſumere.Vtenſilia autem dicuntur,quæ ad vſum noſtrũ aſſumuntur.

Dominari carni. — Glo.inte.ſ.gen.16

Vti ancilla vt libet,eſt in litera ſenſus ſpũales inueſtigare:Vel eſt dominari carni.gen.16.a.

Repreſsio concupiſcentiæ. — Glo.ordi.ſ.Exo.28

Vtuntur feminalibus ſacerdotes,quando intrant tabernaculum.Exo.28.g.vt deſignent non ſolum abſtinendum eſſe ab vxoribus,verum etiam omnem carnalẽ concupiſcentiã reprimẽdã.

Imitari ſublimia opera. Exercitatio virtutũ. — Glo.inte.ſ.Exo.27.29. Glo.or.ſ.Exo.30.

Vti veſte Aaron poſt ipſum Aaron,& vti ea ſeptem diebus.Exo.29.e.35.b.Eſt imitari ſublimia opera tempore huius vitæ.Ad hoc facit vſus vaſorum tabernaculi & vaſorum menſæ: & vſus ipſius tabernaculi:& vſus varij lignorum.Omnia enim pertinent ad opera imitationis & exercitationis virtutum: Vtenſilia quoq; tabernaculi & candelabri, ad ipſa opera referri poſſunt.Exo.27.d.30.c 36.a.37.c.38.d.

Glo.int.ſ.Leui.7.

Vſus varij adipis.Leui.7.c.ſunt,quando transferimus affectus,quibus antea peccauimus,ad aliquam virtutem.

Procurantes dæmones proſpera. — Cyril.de ador.in ſſ.

Bene vſi dicuntur Aegyptij Abraham propter Saram.geneſ.12.d. deſignantes dæmones,qui procurant nobis proſpera in hoc mundo,vt detineant animam in peccato.

Glo.int.ſ.Exo.30.

Vſus humani,ad quos non ſunt ſumenda vnguenta.Exo.30.d.deſignant non vſurpanda eſſe diuina in obſequium hominum.

## Vtilis, Vtilitas, Inutilis.

VTile dicitur,id quod nobis vſui eſt,vel confert.Inutile vero eſt contrarium.

Lex noua. — Glo.int.ſ.Iſa.48.

Vtilia,quæ docet Deus,deſignant legem nouam.Iſa.48.c.

Ori.ſ.Iere.ho.11. Baſi.ſ.p̃s.29.

Vtilitas dicitur non eſſe in ſanguine Chriſti.p̃s.29.quia paucis prodeſt,quum tamẽ ſufficiat omnibus:Vel dicitur,quia vtilitas eius non eſt in eo,qui viuit vita carnali. (Rõ.3.b.

Ori.ſ.Rom.3.

Inutilis dicitur,qui ſolum facit quod debet,& nihil addit ſupererogando. p̃s.13. Luc.17.c.

Hie.ſ.Amos.5.

Inutilis dicitur Bethel,quum non amplius dicitur domus Dei,ſed domus idoli.Amos.5.a.

Peccans. Peccata. — Hila.ſ.p̃s.52. Hie.ſ Iſa.59.

Inutilis eſt,qui peccat:& inutilia opera ſunt peccata:& inutiles cogitationes,quæ ſunt malę.p̃s.52.Iſa.59.b.

Doctrina hæreticorum. — Hie.ſ.Hoſe.10.

Inutilis viſio eſt doctrina hæreticorum.Hoſe.10.c.Vtilitas autem nulla ex Aegyptijs habetur,hoc eſt,ex dæmonibus & hæreticis.Iſa.30.a.

## Vua, uide Botrus. Vulgus, uide Populus.

## Vulnerare, Vulnus, uide Vlcus.

## Vulpes.

Ariſt.9.hiſto.aĩal.

VVlpes eſt animal mire aſtutum:cuius aſtus in fabulis celebratur:latrant vt canes,nec vnq̃; manſueſcunt.Latent in cauernis,& latentes decipiunt:odore tetro etiam putent.Quumq; apparuerint,nunquam rectis itineribus,ſed tortuoſis anfractibus currunt:dicit̃ eſſe amica coruo,propter communes inimicitias cum æſalone.

Prædicatores. — Arno.ſ.p̃s.62.

Vulpes inſidiantur lupis,vt rapiant partes cibi ab eis etiam rapto habiti:qua ratione in bonũ ſignificant prædicatores,qui bene inſidiantur,vt rapiant poſſeſſos à diabolo.p̃s.62.

Auari. Principes terræ. Miniſtri principum. — Cle.Ale.4.ſtroma. Aug.ſ.p̃s.62. Rup.ſ.cant.2.

Chriſtus eos,qui in effodiendis & infodiendis diuitijs verſantur,homines prauos, & planè terræ filios,vulpes appellauit.Mat.8.c.Luc.9.g.Vulpes quoq; dicuntur reges & principes terræ:ſicut & Chriſtus Herodem vulpem nominauit.Et miniſtri Herodis,qui quærebant animã Chriſti,vulpes erant.Luc.9.f.p̃s.62.cant.2.d.

Vulpes

Vulpes dici poſſunt dæmones & hæretici,& homines fallaces.cant.2.d.Nehe.4.a.thre.5.d. Luc.9.g.13.g.Et vulpes in deſertis ſunt hæretici extra eccleſiã capientes aues ſimplices,& quærentes eos,qui deſerti ſunt à gratia Dei.Eze.13.a.Mat.8.c.ps.62. Vulpes dictus eſt Herodes:qa verſi pellis & fraudulentus:& quia à via recta deflectens tortuoſè ambulabat. Vulpes latrant vt canes.Sic hæretici vt prædicatores:nunquam tamen manſueſcunt,vt fiant domeſtici ipſius eccleſię.Et vt vulpes nõ eſt apta cibo,nec alij vſui:ita nec hæretici. Vulpes circa domos verſantur & in cauernis ſe occultant, & domeſticis auibus inſidiantur: ita pſeudoprophetæ & hæretici circum eccleſiam obambulant, vt ſimplicibus inſidientur. Vulpes trecentæ ſunt dæmones,qui cõbuſſerunt ſegetes Iudæorũ.Iudi.15.a. Vulpeculæ quoq; dicuntur diſcipuli hæreticorũ:q ingreſſi in eccleſias noſtras fideles,qui in vinea Chrĩ vt botri ſe exhibẽt,falſa doctrina ſubuertũt.

*Ori.ſ.cãt.ho.11.&.ſ. Eze.ho.1. Hie.ſ.Eze.8.13. Amb.ſ.ps.118.ſer.2.&.ſ.Lu.9 &.ſer.79. Hila.ſ.Mat.cano.7. Au.ſ.ps.8.&.ſe.107 Gre.19.mora.1.&.ſ.cant.2. Ber.ſ.cant.ſer.63. Cyril.10.ſ.Ioan.4. Rup.ſ.Iudi.17. Chry.ſ.ps.96. Ori.ſ.cant.ho.4. Ber.ſ.cant.ſer.63.* — *Dæmones. Hæretici Fallaces homines. Diſcipuli hæreticorum*

Vulpes paruæ,quæ demoliuntur vineas.canti.2.d.ſunt malæ ſuggeſtiones,& praue cogitationes:quæ capiendæ ſunt,dum ſunt paruæ:ne nutriantur,& noceant.Item occultus detractor & blandus adulator:& etiam vitia virtutis ſpeciem habentia.

*Suggeſtiones malæ. Cogitationes prauæ Detractor. Adulator. Vitia ſub ſpecie virtutis.*

## Vultur.

VVltur eſt auis rapax,carniuora,& magni corporis:cõputatur inter animalia immũda.Fert generare ſine coniuge:& viuere centũ annos.Poteſt ſignificare approbationẽ virginitatis.

*Baſi.Exae.ho.8.*

Vultur ſaluatorem noſtrum deſignare poteſt.Iob.28.b. Vultur enim dum volat,ſi iacens cadauer conſpicit,ad eſum ſe cadaueris deponit:& plerumq; ſic in morte capitur, dum ad mortuum animal de ſummis venit.Ita Chriſtus,manens in altitudine diuinitatis ſuæ, quaſi quodã volatu ſublimi cadauer mortalitatis noſtræ conſpexit in infimis: & ſeſe de cœleſtibus ad ima ſubmiſit:fieri quippe propter nos homo dignatus eſt:& dum mortuum animal petijt, mortem apud nos,qui apud ſe erat immortalis inuenit.

*Gre.18.mor.21.* — *Chriſtus*

Vultur etiam deſignare poteſt gentilem populum,qui per errores mortuorum hominũ diſcurrebat.Iob.28.b.

*Gentilis populus*

Vultur dicitur etiam,qui recta & ſublimia docet,& tamen diripit proximos:ſicut vultur ſublime volat,& tamen ad diripiendas carnes demittitur.Leui.11.b.

*Ori.ſ.Leui.ho.7.* — *Doctor rapax*

Vultur ſequens cadauera,deſignat eum,qui gaudet & paſcitur morte aliorũ. Rixis enim & bellis gaudet vultur,propter cadauera præliorum,in tantum vt etiam ſequatur exercitum. Nõ ergo oportet aliorum caſibus paſci,atq; nutriri eum,qui contemplationi dat operam:ne computetur inter animalia immunda,vt vultur.Leui.11.b.

*Iſy.ſ.Leui.11.* — *Gaudẽs morte aliorum.*

## Vultus,uide Facies. Vulua,uide Venter.

## Vxor.

VXor dicitur mulier,quæ viro in matrimonium coniuncta eſt.

Vxor Chriſti,propter quam ipſe reliquit patrem & matrem,eſt eccleſia, quã ſibi copulauit,repudiata ſynagoga.Eãdem deſignarũt vxores Abrahæ,Iſaac,& Ioſeph. gene.1.d.20.a. 24.a.41.f.Mat.19.a.Et vxor proximi eſt eccleſia,vel eccleſiaſtica conuerſatio vxor Chri.Eze. 33.f.pro.19.c.Vxor etiam Moſis eſt eccleſia.Exo.4.c.18.a.Item vxor Samſon alienigena,eſt eccleſia ex gentibus.Iudi.14.a.Et vxor ſacerdotis virgo eſt eccleſia.Leui.21.c.Et vxor viri de domo Leui.Exo.2.a.Vxor etiam Pilati,quæ defendebat Chriſtum,typus eſt eccleſiæ. Mat.27.b. Hæc eſt vxor vnius epiſcopi,quæ non debet adiungi alij viro,hoc eſt,ſenſui hæretico.1.Timo. 3.a.Et vxor ſerui debitoris,quę iubetur venũdari,diœceſis epiſcopi.Mat.18.c.Eccleſia eſt vxor ſicut vitis abundans.ps.127.Ipſa eccleſia eſt vxor agni,q̃ præparata eſt ad nuptias. apoc.19.b.

*Ori.ſ.Mat.ho.7.35. Geo.vene.canti.1.ton.6.cap.16 Hie.ſ.Eze.3. Amb.ſ.Luc.16.& de dign.ſacer.4. Aug.ſ.ps.80.127. Iſy.ſ.Leui.21. Beda.ſ.Exo.2. Aretas ſ.apoc.19* — *Eccleſia.*

Vxor ipſius Chriſti prior,erat ſynagoga:quæ repudiata eſt vt fornicaria.Hoſe.1.a. Et vxor Iudæ eſt eadem ſynagoga.gen.38.a.Vxor Iob,quæ exhorruit halitum eius,eſt ſynagoga, quæ eum,quem videbat hominem,Deum credere expauit.Iob.19.c.Hæc eſt vxor facta vidua.pſal. 108.Vxor Putipharis eſt ſynagoga:quæ mœchari voluit cum Chriſto,negando eius diuinitatem.gen.39.a.Vxor Phinees ſacerdotis,quæ mortua eſt in partu,deſignat plebem Iudaicã, ſacerdotibus ſubiectam:quæ interijt credente eccleſia ex gentibus.1. reg. 4.d. Vxor etiam Samſon dici poteſt ſynagoga,cui prius iunctus eſt Chriſtus.Iudi.14.a.

*Hie.ſ.Hoſe 1. Gre.14.mor.22. Aug.ſ.ps.108. Beda.ſ.gen.39. Glo.or.ſ.1.reg.4. Rup.ſ.Iudi.15.* — *Synagoga*

Vxor Amram cum viro ſuo deſignare poteſt patriarchas:virginem Mariam:mentem,& etiã ſenſualitatem.Exo.2.a.

*Glo.or.ſ.Exo.2.* — *Patriarchæ. Virgo Maria. Mẽs. Senſualitas*

Vxor interdum dicitur caro:cuius vir eſt ipſa ratio:q̃ debet illam regere:Illaq; debet obtemperare.gen.39.f.Exo.21.a.ps.127.Et vxor Lot eſt caro reſpiciens ad vitia.geneſ.19.e.Et vxores captiuæ deſignant carnem ſubiectam ſpiritui.gen.34.d.Eandem poſſunt deſignare vxores filiorum Iſrael.Exo.32.a.Hæc eſt vxor propter quam excuſatur,qui ei adhæret, à cœna conuiuij cœleſtis.Luc.14.d. Vxor autem Abrahæ,carnem Chriſti poteſt deſignare.gen.20.a.

*Arno.ſ.ps.127. Hie.adue.Iouini.2. Geor.vene canti.1 ton 6.cap.15. Ori.ſ.gen.ho.5. Aug.de ver.domin.ſer.33. Cyril de adora.in.ſ. Beda.ſ.Exo.21.* — *Caro. Caro Chriſti.*

Vxor Abrahæ,dicitur ſapientia:& vxor Iſaac:& vxor Moſis.gen.20.a.26.b. Exo. 2.d.21.a. Et vxor proximi eſt ſapientia.pro.4.b.Sapi.8.b.Eze.18.b.Hæc eſt vxor,cum qua fruendum eſt vita.

*Hie.ſ.Eccleſia.9.&.ſ.Eze.18.* — *Sapientia.*



vita.Eccl'tæ.9.c.Hæc Sara,hoc eſt,ſapiẽtia fert leges,quas mali ſuſtinere nequeũt: Sicut Agar non potuit ſuſtinere Saram:gen.12.b.16.b.Et vxor,quæ fuerat captiua,eſt ſapientia,vel philoſophia.deut.21.b.Vxor Abimelech,eſt philoſophia naturalis,prius ſterilis:ſed peperit poſt orationem Abrahæ;hoc eſt,poſt aduentum Chriſti.gen.20.d.Et vxor proximi, cum qua non eſt cœundũ,eſt philoſophia:cuius dogmata non ſunt miſcenda cũ doctrina eccleſiæ,ne in errorẽ labamur.Leui.18.c.Vxor abundans ſicut vitis eſt ſapientia:quæ in lateribus operum noſtrorũ extenditur.ps.127.

*Philoſophia* — *Amb.epiſ.7.&.1.de Abraham.4. Gre.nyſ.ď vit.Mo. Ori.ſ.gen.ho.6. Iſy.ſ.Leui.18. Hie.ſ.ps.127.*

Vxores filiorum Noë deſignant gratiam ſiue charitatem:quæ cõmixta eſſe debet filijs Noë, hoc eſt,operibus:ſine qua opus noſtrum inualidum eſt & inutile.gen.6.d.

*Gratia* — *Geor vene.canti.1. ton.6.cap.15.*

Vxor Manue confortans virum de viſione Dei.Iudi.13.c.eſt ſpes,quæ inde nos eleuat,vnde ſpiritus pauore concutitur:quia ea,quæ ſuperna ſunt,prior videt.

*Spes* — *Gre.5.mor.22*

Vxor adoleſcentię,eſt lex naturalis in corde ſcripta:quę ſemper eſt nobis coniuncta:& dicitur vxor fœderis.Mala.2.d.

*Lex naturalis* — *Hie.ſ.Mala.2.*

Vxores,à quibus eſt abſtinendum ad aſcenſum montis,ſunt ſenſus impedientes contemplationem diuinorum.Exo.19.c.

*Senſus* — *Gre.nyſ.ď vit.Mo.*

Vxor ab adoleſcentia fuit gentilitas in lege naturæ.Iſa.54.c.quæ poſtea facta eſt fornicaria, quando cæpit idola colere.Hoſe.1.a.

*Gentilitas* — *Hiero.ſ.Iſa.54.& ſ.Hoſe.1.*

Vxor præterea quandoq; dicitur actio,ſeu operatio.Exo.21.c.22.c.Et vxor empta cum ſeruo eſt bona operatio ante conuerſionem:Vxor vero tradita à domino eſt bona operatio poſt conuerſionem,per exhortationem prædicatoris.

*Operatio.* — *Gre.ſ.Eze.ho.3.*

Vxor fratris defuncti ſine liberis,eſt anima ſine bonis operib⁹:vel ſynagoga:vel terra,in qua viuens quis non bene operatus eſt.gen 38.a.deut.25.b.Mat.22.c.

*Anima ſine bonis operibus* — *Ori.ſ.Mat.ho.22. Aug.1.q.in euan.32.*

Vxores duæ:vna amabilis,& altera odioſa ſic ſe habẽt:vt amabilis deſignet aĩam cõcupiſcẽtẽ voluptaria:odioſa vero vxor eſt aĩa ſeuera:vel virtus.deut.21.c. Vel vxor dilecta Chriſti eſt ſynagoga:odioſa vero gentilitas:cuius filius prælatus eſt filio dilectæ:& habet duplicia:nempe literam & ſpiritum.

*Anima voluptuoſa. Anima ſeuera Synagoga Gentilitas* — *Philo.de ſacri.Abel & Cain.& de merc. meretricis. Am.epi.14.&ď Cai. Rup.1.ſ.deut.10.*

Vxores aliquãdo dicũtur infirmi in eccleſia.gen.46.c. Et vxor Iob eſt vita carnaliũ in eccleſia.Iob.2.c.

*Infirmi in eccleſia* — *Gre prolo.mora.li.*

Vxores Dauid duæ,quas captiuarunt Amalecitæ,deſignant Iudaicum & gentilem populũ. 1.reg.30.a.Vxores autem Dauid multæ,multarum gentium & nationum imaginem gerunt: q̃ per fidem Chriſti conſortio ſunt copulatæ.2.reg.16.d.

*Iudæi & gentiles* — *Ori.ſ.num.ho.19*

Vxores non tranſeuntes Iordanem,deſignant eos:qui non docent neq; verbo neq; exẽplo. Ioſu.1.c.De quibus.1.Timot.2.d.Mulieres docere in eccleſia non permitto.

*Non docẽtes verbo neque exemplo* — *Ori.ſ.Ioſu.ho.3.*

Vxores duæ Elcana,deſignabant conuerſionem & gratiam:vel vitam actiuam & contemplatiuam.1.reg.1.a.Vxores etiã Iacob duæ ad nouũ teſtamentũ,quo in libertate vocati ſumus pertinẽt:& duę vitę per eas nobis in corpore Chriſti prędicãtur:vna tpalis,in qua laboramus: alia ęterna,in qua delectationẽ Dei cõtẽplabimur.Vel vna eſt actiua,altera cõtẽplatiua. gẽ.30.

*Vita actiua & contẽplatiua.* — *Ori.& Gre.ſ.1.re.1. Au.22.cõ.Fau.52.53*

Vxor pubertatis Iſrael.Mala.2.c.eſt fides Abrahæ,quæ fuit ante circuncíſionem.

*Fides Abrahæ.* — *Rup.ſ.Mala.2.*

Vxores interdum ſignificant concupiſcentias & voluptates.gen.6.d.19.c.Et vxor Putipharis eunuchi erat concupiſcentia vel voluptas,quæ iuncta eſt vulgo:quæ etiam inuitabat Ioſeph hoc eſt,virum virtute ſublimem.gen.39.a.Mat.18.g.Per hãc vxorem multi à cœleſti cœna excuſantur.Luc.14.d.

*Concupiſcentia. Voluptas* — *Philo.2.allego.& ď Ioſeph. Aug.1.q.in euan.25. Gre.ho.36.*

Vxor interdũ deſignat impedimẽta tpalia,à quibus abſtinendũ.Exo.18.a.19.c.22.c.Lu.14.d

*Impedimenta temporalia.* — *Beda.ſ.Exo.19 Glo.or.ſ.Exo.18.*

Vxores aliæ præter legitimas,deſignant ſectas hęreticas:quas etiam ſignificant vxores Eſau. gen.26.g.27.g.31.34.d.Exo.34.Et vxor qua excuſatur inuitatas à cœna,eſt hæreſis. Luc. 14.d. Et vxor Amaſiæ fornicaria,eſt eccleſia hæreticorum. Amos.7.d.Et vxores hæreticorum ſunt praua ſapientia & doctrina peruerſa.Iſa.13.c.Et vxor Philippi Herodias eſt peruerſa doctrina ſeu infidelitas.Mat.14.a.

*Hæreſes* — *Amb.ſ.Luc.14. Hie.ſ.Amos.7.&.ſ.Iſa.13. Ori.ſ.Mat.cap.14 Hila.ſ.Mat.cano.14 Beda.ſ.gen.27*

Vxor Iſmael ducta de terra Aegypti,deſignat coniunctionem Iudęorum cum quibuſuis alijs,potiuſquam cum Chriſtianis.gen.21.c.

Vxor pctõris eſt poteſtas malorũ:qua abutitur diabolus.ps.108.Vel eſt ſynagoga Iudęorũ.

*Poteſtas malorum* — *Arn.& Hie.ſ.ps.108*

Vxor Iob deſignare poteſt carnales in eccleſia:qui ſuadent Iob,hoc eſt, membris Chriſti, vt maledicant Deo:incitantes ad elationem,aut ad aliud vitium contra Deum.Iob.2.c. Poteſt etiam ſignificare carnalem cogitationem,quæ mentem laceſcit.

*Carnales in eccleſia Carnalis cogitatio.* — *Geor.vene.canti.1. ton.6.cap.15*

Vxor Lot reſpiciens retro,typus eſt redeuntium ad vitia.Deſignat etiam populum Iſrael habentem duas filias,Hieruſalem & Samariam:& reſpexit retro ad ollas Aegypti.gen.19.e.Vnde in ſtatuam ſalis cõuerſa eſt:vt admoneret,ne poſt miſſam manum ad aratrũ,retro reſpiciamus.

*Redeuntes ad vitia* — *Aug.22.cõt.Fau.41 Beda.ſ.gen.19.*

## Zabulon.

*Zabulon.*

Amb de ben. pſiā.5 Beda ſ.gen.49.

ZABVLON.i.habitaculum,vel habitans:filius Iacob & Liȩ. gen.30.c.deſignare poteſt eccleſiā,quæ habitat in littore maris gen.49.b.Iuxta Ambroſiū interpretat̄ liberans à nocturnis:& deſignat ſperantē in dño,& ab eo protectū:vnde habitat iuxta mare,ſpectans ſecurus aliorum naufragia.Et principes Zabulō ſunt principes eccleſiæ.Et filij Zabulon,ſunt credētes in eccleſia.num.1.d.deut.33.c.Ioſu.19.a.p̄s.67.Iſa.9.a.apo.7.b. Interpretatur etiam habitaculum pulchritudinis;qua ratione etiam ſignificat eccleſiam.

Eccleſia
Principes eccleſiæ
Credentes in eccleſia.

Beda.ſ.gen.49 Hie.ſ.Agge.1.

Interpretatur etiam Zabulon fluxus noctis:& deſignat mūdanum & tenebroſum rerum fluxum:& etiam pœnitentes trāſeuntes à vitijs ad virtutes.gen.49.b.

Fluxus rerum
Pœnitentes

Aug.ſ.ps.67. Ricar.de.ſ.victo.de 12.patriar.40.41.

Interpretatur præterea Zabulon habitaculum fortitudinis:& eſt typus ſpei. p̄s.67. deſignat etiam zelum fortem aduerſus vitia,& odium vitiorum.Vnde Zabulon naſcitur poſt Iudam & Iſachar,hoc eſt,poſt charitatem & ſpirituale gaudium: cum quibus poteſt quis non errare in zelo: ſine illis autem poteſt errare.

Spes
Zelus.

## *Zachæus.*

Amb.ſ Luc 19. Aug.de verb. apoſtoli.ſer.8.

ZAchęus.i.purus aut nitidus:vel Syriacē iuſtus,aut iuſtificatus:erat publicanus ſtatura puſillus:qui cupiens videre Chriſtum,aſcendit in arborem ſycomorum:& ipſum Chriſtum ſuſcepit hoſpitio. Deſignat populum gentilem,qui puſillus meritis,Chriſtum ſuſcepit credendo.Luc.19.a.Deſignat etiam humilem,qui aſcendit crucem,vt videat Chriſtum: quem ſuſcipit hoſpitio:quia ille requieſcit ſuper humilem & quietum.

Populus gentilis
Humiles

## *Zacharias.*

ZAcharias.i.memoria domini,aut maſculus domini.Fuerunt multi huius nominis.

Ori.ſ.Mat.ho.26

Zacharias filius Barachiæ occiſus inter templum & altare.Mat.23.a. deſignat eū, qui memoriam habet Dei:cuius ſanguis effunditur,quum ab eo Dei memoria tollitur.Eſt filius Barachiæ.i.benedictionis domini,per quam habetur memoria Dei.

Habens memoriam Dei.

Hie.ſ.Iſa.8.&.ſ.Zacha.1. Rup.ſ.Iſa.34.&.1.ſ. Mat.

Zacharias etiam filius Barachiæ propheta,quem aſſumpſit Iſaias in teſtem natiuitatis Chriſti.Iſa.8.a.deſignat memoriam & benedictionem domini,quæ in natiuitate Chriſti cōcurrūt. Idem deſignare poteſt Zacharias filius Barachiæ,qui prophetauit in reconſtructione templi. Zach.1.a.Deſignant̄ etiam gentiles teſtes pręteriti.

Gentiles.

Zacharias filius Ioiadȩ occiſus à rege Ioas in templo typus eſt Chriſti occiſi à ſcribis & phariſæis.2.par.24.f.

Chriſtus

## *Zambri.*

ZAmbri ſeu Zamri.i.cantans,vel pſallens,ſeu vitis aut palmes,aut putatio,vel pręciſio:fuit quidā fili⁹ Salu occiſus cū Madianitide à Phinees in actu venereo.Nu.25.c.deſignat eos q̄ p errorē vel prauā opationē,ſe ab eccleſia ſeparāt,& blaſphemiā Dei in fideles excitāt.

Suſcitātes blaſphemias.

Fuit alius Zambri dux Ela regis Iſrael,qui occidit ipſum Ela: & cum regnaſſet ſeptem diebus,obſeſſus ſuccendit ſe cum domo regia.3.reg.16.d.

## *Zara.*

ZAra.i.oriens,vel orientalis,aut claritas:filius Iudæ & Thamar nurus eius, natus cū Phares:qui cum prior manum extraxiſſet,ligauit obſtetrix filum coccineū in manu eius:quo retrahente manum,prior natus eſt Phares.

Hier.ſ.Gala.3.&.ſ. Mich.2. Beda.ſ.gen.38.

Deſignare poteſt Iudæos prius proferentes manum ad opera legis,quam tamen poſtea cum coccino retraxerunt,hoc eſt,ſanguine Chriſti & prophetarum maculatā:prius ipſi opera Chri. prædixerunt:cui præſenti credere noluerunt.gen.38.d.

Iudæi.

Amb.apol.Dauid.3.

Poteſt etiam ſignificare gentiles,crucis ſigno,ſuperioris populi maceriam incidentes.

Gentiles

Amb.ſ.Luc.3. Chry.ſ.gen.ho.62. &.ſ.Mat.ho.3.

Deſignat etiam ſanctos legem veterem præcedentes,& poſt legem ſequentes: vel ipſam eccleſiam ante & poſt legem in ſanctis apparentem. Vnde & oriens vel orientalis dicitur.Præluxit in Abraham res publica ſpiritalis,quæ latuit in lege.

Sancti ante & poſt legem.

Amb.ſ.Luc.3.

Poteſt etiam ipſum Chriſtum deſignare ſanguine rubricatum.

Chriſtus

## *Zeb.*

Aug.ſ.ps.82.

¶Zeb.i.lupus,princeps Madian occiſus à filijs Iſrael.Iudi.7.g.p̄s.82.deſignat lupos rapaces.

Mali prælati.

## *Zebedæus.*

Glo.or.ſ.Mat.4.

ZEbedæus.i.dos,ſiue dotatus,aut fluxus vehemens,aut fugitiuus. Pater Iacobi & Ioannis. Mat.4.d.10.d.20.c.Mar.10.e.typus eſt diaboli,qui eſt relinquendus.

Diabolus

## *Zebee.*





ZEbee,id eſt,victima,aut ſacrificium,vel decollatio,aut iugulatio:princeps Madianitarū. Iudi.8.b.pſal.82. Deſignat eos,quos lupus rapax iugulauerit,qui fiunt hoſtia diaboli.

Hiero. & Aug.ſ.pſ. 82.

## *Zelare, Zelus, Zelotes, Aemulari.*

ZElus eſt ingēs & immodicus amor,qui latine dicitur æmulatio:& ab aliquibus dicitur imitatio pulchri:ab alijs triſtitia,ob alterius bona,quæ ſibi adeſſe cuperet: & aliquando dicit ſuſpicionem ex amore p̄cedentem,quia quis timet,ne alter in amore deficiat, aut alterum admittat:quæ æmulatio zelotypia dicitur. Eſt autē zelus bonus, in quo eſt amor boni & odium vitiorum. Malus verò è diuerſo ſe habet. Zelus ergo interdum eſt amor.3.Reg.19.b. Zelo zelatus ſum p̄ domino Deo. Inuidia.Eccl'i.30.d. Zelus & iracundia minuēt dies. Vltio. Nu.25. c. Zelo meo cōmotus eſt contra eos. Zelare autem,amare.pſal.36. Neq; zelaueris facientes iniquitatem. Appetere.Sapi.1.c.Nolite zelare mortem in errore vitæ veſtræ.Indignari.pſal.72.Zelaui ſuper iniquos pacem peccatorum videns. Aemulari etiam eſt amare ſeu diligere.1.Cor.11. a. Aemulor enim vos Dei æmulatione.Deſiderare.1.Cor.12.d. Aemulamini chariſmata meliora. Imitari.2.Mach.4.c. Eorum inſtituta æmulabantur. Inuidere.Iſa.11.d.Ephraim non æmulabitur Iuda. Iritare.Num.11.f. Quid æmularis pro me? Aemulatio eſſe ſolet inter æquales, aut parum inter ſe diſtantes.1.Cor.10.e. An æmulamur dominum.

Rup.6.victo.Verbi Dei.3.
Amb.ſ.1.Cor.10.

Deus.

Zelotes dicitur Deus,quia non vult animam auerti à ſe,præſertim ſi ad idolorum culturā cōuertatur.Exo.20.a.24.b. Zelus autē Dei eſt illa prouidentia, per quam præcipitur atq; agitur, ne anima corrumpatur,& deos alienos ſequendo quodāmodo meretricetur. Et aufertur Zelus Dei ab anima,quum relinquit eam velut obſtinatam & inemendabilē. Eze.16.e.36.b.Ioel.2.e. Nahū.1.a. Zelus magnus Dei eſt magna cura, ne animæ pereant.Zach.1.c.8.a. quando videlicet creaturam ſuam,quam non vult perire,ſæpe caſtigat,& flagellando ad ſe reducit. Vel quando nullum peccatū impunitum vult relinquere.Zelare dicitur maritus cōiugem,quū eius pudicitiam ſolicitius & cautius curat,nec pollui patitur:ita Deus ſe habet erga animā. Et zelus domini exercituum fuit erga Iudæos. Et in Chriſto fuit zelus domus Dei, quum eiecit vendētes & ementes de tēplo:& etiam eſt illi zelus contra corruptores fidei.Deut.4.d.6.c.29.c.4.Reg. 19.f.p̄s.68.78.Sapi.5.d.Iſa.37.f.42.b.63.d.Eze.5.d.8.c.23.d. Sopho.1.d.3.b.Ioā.2.c. Ioſu.24.e. Et zelus dñi exercituū dicitur Spiritusſanctus, qui per incarnationē filij eiecit diabolū. Iſa.9.b.

Prouidentia Dei cū amore.

Aug.83.q.52.
Hiero.ſ.Eze.16.
Euch. form. ſpūal. 11
Ori.ſ.p̄s.36.ho.1.
Ambr.ſ.p̄s.118.ſer.24.
Hiero.ſ.Iſa.63.
Rup 2.ſ.Iſa.3.&.2. vict.verb.Dei.26.

Eſt etiam zelus bonorum aut æmulatio pro Deo:qualis fuit Phinees pro honore Dei in peccantes.Nu.15.b.Et Eliæ.3.Reg.19.b. Et Dauid.pſal.72.118. 1.Mach.2.f. Eccl'i.51.c.4. Reg.10. d.Iſa.42.b.Ezec.31.d.39.g.Iudith.9.a. Et æmulatio inter bonos ad bonum. Roma.10.a.12.b. 1.Cor.12.d.14.a. 2.Cor.7.b.9.a. Gala.4.c. Philip.2.c. 1. Petri.3.c. Apo.3.d. Aemulatio autem ſponſæ erga ſponſum dicitur dura ſicut infernus. Canti.8.b. quia non timet eccleſia ob zelum Dei perſequi malos anathematizando etiam vſq; ad inferos. Sic æmulari Dei æmulatione eſt, vt integritas fidei ſeruetur.2.Cor.11.a.

Amb.ſ.Gala.4.
Rup.ſ.canti 7.
Amb.ſ.2.Cor.11.

Inuidia.
Imitatio malorum.

Eſt etiā zelus inuidia malorū in bonos. Sapi.1.c.Eccl'i.30.a.37.a.40.a.Iſa.11.c.26.b.Pro.6. d.1.Cor.3.a.13.b.2.Cor.6.g.Roma.13.d.Gala.1.c.5.d.Ezec.8.b.Acto.5.c.7.a.13.g.17.b.21.d.22. a.Iacob.3.d. Hæc æmulatio fuit in Iudæis aduerſus Chriſtū dura ſicut infernus. Canti.8.b. Eſt pręterea zelus & æmulatio malorū in malos ad imitandū.p̄s.36.Pro.3.d.23.b.24.a.Sic æmulata dicunt̄ ligna voluptatis cedrū.Eze.31.b.hoc eſt,qui cōſenſerūt Lucifero,& cū ipſo ceciderunt.

Gre.ſ.canti.8.
Lyra.ſ.p̄s.36.
Rup 1. victo. verbi Dei.11.

Aemulus dr̄, qui cū alio cōtēdit ad aliquā rem aſſequendam,& peculiariter habendā, cuius gratia inter æmulos cōcitat̄ odiū & inuidia:atq; ita fere in malum ſumitur. 1.Reg.1.a.2.g.28.d.

Gre.ſ.canti.2.

Aemula Annȩ Phenenna, deſignat ſynagogam æmulam eccleſiæ.1.Reg.1.a. Sicut Paulus æmulator erat paternarum ſuarum traditionum.Gala.1.c.Aemula etiam eſt Phenenna Annæ, hoc eſt,vita actiua,vitæ contemplatiuæ.

Synagoga.
Vita actiua.

Gre.ſ.1.Reg.1.

Aæmulus Eli deſignat p̄dicatores eccleſiæ,qui æmulātur in bono patres veteris legis.1.Reg. 2.g.Gala.4.c. Bonum ęmulamini in bono ſemper. Eſt etiam æmulus Eli, qui bona operatur, quæ dicit prædicator malus,& non facit.

Prædicator.

Gre.ſ.1.Reg.2.

Zelotypia eſt inordinatus zelus,viri in vxorem,aut è diuerſo.Nu.5.b.26.b. Poteſt in bonū doctorem dici, zelantem ſapientiam, quam tradit in ſcriptis. Poteſt etiam dici zelotypia Dei in ſynagogam,quæ contempto Chriſto adulterata eſt,& bibit aquas amaras,&c.

Doctor zelans ſapientiam.

Lyra.ſ.Nu.5.
Rup 1.ſ.Nu 10.

Idolū zeli in templo Dei dictū eſt:quia p̄uocauit Deū ad zelū,vt tēplū deſtrueret. Eze.8.b.

Hiero.ſ.Eze 8.

## *Zelpha.*

ZElpha,id eſt,diſtillatio oris,aut vilitas,vel cōtemptus oris:vel hians os;ſeu iter oris: ancilla Liȩ vxoris Iacob:deſignare poteſt habentes verba ſine operibus.Gen.29.a.30.b.35.d.Parit tamen:quia ſiue veritate,ſiue occaſione Chriſtus annuncietur,in hoc gaudeo.Horum os hiat, & cor non hiat:qui labijs honorant Deum,& cor eorum longe eſt ab eo.

Habentes verba ſine operibus.

Beda.ſ.gen.30.
Aug.22.cōtr. Fauſt. 55.

Vt interpretatur iter oris,deſignat eloquendi facultatem:quæ ancilla eſt rationis & excogitationis:quia ſermo menti miniſtrat.

Eloquentia.

Philo d̄ cōgreſ. &c.

Vt eſt ancilla Liæ,deſignat delectationem in rebus peragēdis,cui cōiungitur Iacob,hoc eſt,

Delectatio in agendis.

Geor.vene.cant.2. tono.7.cap.5.

Ricar. de ſ. victo. de 12. patriarch. 6.

ſpiritualis homo dirigens omnia in Deum : vnde & ipſa parit bonos fructus dignos vitæ æternæ: vnde dicitur os hians, hoc eſt, deſiderium inexplebile, quod in rebus iſtis pertractãdis oritur. Deſignat etiam ſenſualitatem inſatiabilem.

Senſualitas.

## *Zephyrus.*

Chryſ. de verb. Iſa. ho. 4.

ZEphyrus eſt ventus occidetalis mitigans rigorem hyemis: deſignare poteſt gratiam.

Gratia.

## *Ziph.*

Ori. ſ. Ioſ. ho. 14.

ZIph, id eſt, iſtud os, vel iſta bucca, aut Syriacè falſitas, vel falſus: ciuitas in tribu Iuda. Ioſu. 11. g. 15. d. 1. Reg. 23. c. Iuxta Origenem interpretatur quomodo fluit: eſtq; figura rerum caducarum & fluentium.

Res caducæ.

Hila. & Hier. ſ. ps. 53
Aug. ſ. ps. 53.
Rup. 2. ſ. Reg. 9.

Iuxta Hilarium interpretatur oris aſperſio : vnde Ziphæi deſignant Iudæos labijs Chriſtum honorantes, corde vero tradentes: vt Ziphæi Dauid. pſal. 53. in titulo. Vel interpretatur florẽtes, quia Iudæi temporalibus florere certabant : & inter eos latebat Chriſtus, ſeu eius diuinitas in carne. Deſignat etiam mundanos, qui ſunt ſicut flos agri, prodentes Dauid, hoc eſt, fideles, ſed nõ tenentes. Poteſt etiã deſignare ſanctos: & vterum virginis floridũ, vbi abſcõditus erat Chrs.

Iudæi.
Mundani.
Sancti.
Vterus virginis.

## *Zizanium.*

Ori. ſ. Ioſ. ho. 1. & ſ. Iere. ho. 1. & ſ. Mat. cap. 13.
Baſi. Exaem. ho. 5.

ZIzanium latinè lolium, herba hordeo ſimilis (cuius etiam vitium eſſe putatur) in ſegetibus naſcens, quarum eſt peſtis. Eſt & aliud pſeudomelanthion, quod vulgo nigella dicitur. Deſignare poteſt peruerſam doctrinam, & hæreticos aliorum corruptores. Item malos bonis permiſtos: & vitia: & prauas cogitationes, Matth. 13. b.

Peruerſa doctrina.
Hæretici.
Mali.
Vitia.
Prauæ cogitationes

## *Zona, uide Baltheus*

## *Zorobabel.*

Amb. epiſ. 12.
Hier. ſ. Agge. 1. & ſ. Zach. 4.
Rup. ſ. Agge. 2.

ZOrobabel, id eſt, alienus à confuſione, aut aliena, vel extranea confuſio, ſiue extranea commiſtio, aut diſperſio confuſionis, vel commiſtionis, ſeu circulus commiſtionis, vel confuſionis: dux tribus Iuda, & princeps in reconſtructione templi : qua ratione Chriſtum ſignificat inſtitutorem eccleſiæ. 1. Par. 3. c. 1. Eſdr. 3. c. 5. a. Eccl'i. 49. c. Agge. 1. a. 2. a. Zach. 4. c. Fuit filius Salathiel, id eſt petitionis Dei: quia his datur filius, qui petunt à patre. Vel interpretatur iſte magiſter de Babylone: & Chriſtus natus eſt in Babylone huius mundi.

Chriſtus.

FINIS SYLVAE ALLEGORIARVM.

# Appendix in Syluã de Allegoriis numerorum.

INTER omnia quę ad conſiderationem & cõtemplationem Philoſophicam ac etiã theologicã ſpectant, non mediocrem obtinet locum numerorum ratio, & ſpeculatio: quãdo eorum vis & natura omnibus ſe immiſcet : adeo vt nec Deus immunis ſit à numero, & omnia feciſſe dicatur in numero, pondere & menſura. Quod etiam philoſophi ſunt aſſecuti, qui totam philoſophiam per numeros tractarunt: ac peculiariter Pythagoras, qui omnia ex numeris conſtare aſſeruit : nec quicquam de rebus naturalibus, niſi ſecundum rationem & prodortio nem numerorum philoſophatus eſt: A cuius doctrina non longe abeſt Plato. Quin & Ariſtoteles ſpecies rerum ad ordinem & rationem numerorum reduci monſtrauit. Quãobrem Deus numerandi rationem ſoli cõmunicauit rationali & intellectuali naturæ, quæ myſteria in ipſis comprehenſa & incluſa inueſtigare & ſpeculari valeret : ac ex eorum contemplatione in laudẽ cõditoris aſſurgere. Quare viſum eſt operę preciũ ſeorſum de Allegorijs numerorũ tractare, tametſi multa ſparſim iam dixerimus: ſed gratiora & vtiliora putamus fore, quæ ſimul collecta tractabuntur. Ac primum aduertendũ diſcrimen inter numerũ & multitudinẽ. Quę licet idẽ videatur eſſe, tamẽ alia eſt ratio numeri, alia multitudinis. Numerus enim certam dicit quantitatem diſcretam, ſub aliqua ſpecie ipſius numeri contentã: vt binarium, ternionem, quaternionẽ, atq; ita de cæteris. Multitudo vero eſt oppoſita vnitati, & ſub confuſa cõprehẽditur notitia, nec quicquàm certum indicat, adeo vt animalia rationis expertia huius cognitionis non ſint expertia, quum tamen ad numeri notitiam attingere nequeant. Gallina enim multitudinem cognoſcit pullorum, non tamen numerum. Itaque multitudo ſecundum quòd ab vnitate recedit, & confuſionem habet ſine ordine numerali, in malum ſumi ſolet. Vt enim

ait Orig



Ori. ſ. Eze. ho. 9.

ait Origenes, principium malorum omnium eſt multitudo: principium autem bonorum coagmentatio, & à turbis in ſingularitatẽ reductio: vt puta nos omnes, ſi ſaluandi ſumus, ad vnionem accedere debemus: vt perfecti efficiamur in eodẽ ſenſu, & in eadem ſententia: & ſimus vnum corpus & vnus ſpiritus. Ita multipedes animãtes diuerſam & variã doctrinã & incõſtantẽ, ſeu dogmata erroribus permiſtã ſignificabunt: ideo inter animalia immunda cõputantur. Leui. 11. g. Dicunt itidẽ aliqua innumerabilia, quaſi indigna numero: vt innumerabiles locuſtæ: innumerabile vulgus pmiſcuum. Exo. 10. 12. Et mali dicũtur innumerabiles: quia intra electorũ numerum nõ habent: vt eo ſint innumerabiles: quo extra numerũ currunt. Iob. 21. 34. d. vnde ps. 39. Multiplicati ſunt ſuper numerum: ac ſi diceret. Multis eccleſiã intrãtibus, etiã hi ad fidẽ ſpecie tenus veniunt, qui à numero regni cœleſtis excludũtur: quia electorũ ſummã ſua videlicet multiplicitate trãſcendunt. Sic adoleſcentularũ, hoc eſt, animarũ vagarum: quæ vana huius mundi ſectãtur, dicit non eſſe numerus. Canti. 6. c. Et innumerabilis gens ſunt dæmones & mali. Ioel. 1. a. E diuerſo bonorũ etiã capilli numerati dicunt. Et Deus numerat multitudinẽ ſtellarũ. Et de amicis Dei dicitur ps. 138. Dinumerabo eos, & ſuper arenã multiplicabunt. Vbi licet multiplicari dicantur ſuper arenam, id tamẽ eſt ſub certo numero, quum ait eos dinumerandos. Itaq; illi in numero habentur apud Deum, quorum eſt veluti præſens memoria apud ipſum, vt illis benè faciat. Exod. 30. b. Et vulgo ille haberi dicitur in aliquo numero, qui in aliquo habetur precio. Confuſio autem multitudinis oſtenſa eſt in turri Babel, quum vna lingua cõfuſa eſt in multas. E diuerſo adueniente ſpiritu ſancto multæ linguæ in apoſtolis vnitæ ſunt.

Incõſtãs doctrina.
Rup. 1. ſ. Exo. 19.
Gre. 25. mor. 11.
Rup. 6. ſ. Apoc.
Dæmones.
Mali.
Gre. ſ. canti. 6.
Hiero. ſ. Ioel. 1.
Glo. inter. ſ. Exo. 30

Diuiditur numerus, quãtũ hic ſufficit, prima & pręcipua ſui diuiſione in numerũ parẽ & imparẽ. Par numer' eſt, q in duas partes ęquales diuidi poteſt. Impar vero, qui in duas ęquales partes diuidi nequit. Ex his duobus numeris animã mundi, & rerũ generationẽ Platonici & Pythagorici cõſtare dicebãt: & numerum imparem maris & patris rationẽ habere aſſerebant, parem vero fœminæ & matris. Parem etiã numerum ad materiã referri propter diuiſionẽ, imparẽ vero ad formã res in ſpecie cõſtituentem. Munda quoq; animalia introducta ſunt in arcã numero impari, hoc eſt, ſeptenario: immunda vero numero pari: quia numerus impar virtutis ſpeciem prætendit: par vero infirmitatis. Itidẽ Abrahæ tres angeli apparent: quia numero Deus impare gaudet. Sodomã vero veniunt duo, receſſum ab vnitate, & molliciem fœmineã vitiorum in eis deſignantes. Gene. 18. a. 19. a. Par quoque numerus ad legem veterem refertur tanquàm infirma elementa continentem: impar vero ad nouam ceu robuſtam & conſtantem.

Macrob. de ſomnio Scipionis.
Geor. vene. cauti. 1. tono 2, cap. 13.
Hiero. ſ. Mat. 14.

Numerorum parium quidã ſunt perfecti, alij ſuperflui, alij diminuti. Perfecti vero dicuntur, qui ſuis partibus aliquotis ęquãtur: vt ſenarius: cuius partes ſunt media, id eſt. 3. tertia, id eſt, duo ſexta, id eſt, vnum: quæ in vnã ſummã redactæ ipſum ſenariũ perficiunt. Diminutus vero, cuius partes nõ ſufficiunt eundem numerum reddere. Vt octonarius, cuius partes. 4. 2. 1. ſeptem tãtũ reddunt. Superfluus vero eſt, cuius partes vltra ipſum numerũ excreſcunt: vt duodenarius, cuius partes. 6. 4. 3. 2. 1. ſexdecim cõſtituũt. Perfectus itaq; numerus virtutis habet imaginem, quæ neq; deficit, neq; redũdat: diminutus vero atq; ſuperfluus, vitiorũ ab ipſo medio diſcedẽtium.

Virtus.
Vitia.
Rup. 6. ſ. apoca.

## *De Vnitate.*

Macro. 1. de ſomnio Scipionis.

IN numeris inprimis ſeſe offert vnitas, quæ nõ eſt numerus, ſed principium numeri: de qua ſic ait Macrobius. Vnum, quod monas, id eſt vnitas dicitur, & mas idem & fœmina eſt : par idẽ atq; impar: ipſe nõ numerus, ſed fons & origo numerorũ. Hæc monas initium finiſq; omnium, neq; ipſa principij aut finis ſciẽs, ad ſummũ refertur Deum, eiuſq; intellectũ à ſequentium numero rerũ & poteſtatũ ſequeſtrat: nec inferiore poſt Deum gradu fruſtra eã deſideraueris. Hęc illa eſt mens è ſummo nata Deo, quæ vices neſciens tẽporũ in vno ſemper, quod adeſt, cõſiſtit ęuo: cumq; vt pote vna, nõ ſit numerabilis, innumeras tamẽ generũ ſpecies & de ſe creat, & intra ſe cõtinet. Inde quoq; aciem paululũ cogitationis inclinans, hãc monadẽ reperies ad animã referri. Anima .n. aliena à ſylueſtris contagione materiæ, tantũ ſe autori ſuo ac ſibi debens, ſimplicẽ ſortita naturam, cum ſe animãdæ immenſitate vniuerſitatis infundit, nullum init tamẽ cum ſua vnitate diuortium. Vnitas ergo quæ principium eſt numeri, in primis cõſecrata eſt Deo, qui maxime vnus eſt & indiuiſibilis: à quo cætera vnitatem habent: eoq; perfectiora ſunt, quo magis ad diuinã vnitatem appropinquant. Quamobrem in allegorijs fere ſemper in bonum accipitur: vt in rerum creatione primus dies dicitur vnus, vt ſimilitudo vnius mundi, ad vnum Deum, & temporis ſuo modo ad æternitatẽ, quæ ſimpliciſſima eſt, inſinuetur. Et, Exo. 21. Si percuſſus ſeruus ſuperuixerit vno die, liberabitur dominus. Ad vnum etiã totius conſtructionis arcæ Noe ſumma reuocatur. Gen. 6. quia vnus Deus pater, ex quo omnia, & vnus dominus, & vna eccleſiæ fides eſt, vnum baptiſma, vnum corpus, & vnus ſpiritus, & ad vnum perfectionis finem cuncta feſtinant. Quum autem Gen. 42. Fratres Ioſeph dicunt ſe filios vnius viri, deſignatur vnus pater ſynagogæ, qui eſt Deus, qui vnus eſt pater noſter. Matth. 23. Ipſe dicitur vnus dominus, & vnum nomen eius. Zac. 14. c. Semel etiam locutus eſt Deus, cũ vnicum genuit filium. ps. 61.

Deus.
Philo. de ſpecialibus legibus.
Hiero. ſ. Zach. 14.

Chriſtus

Vnitas etiã Chriſti redẽptoris deſignatur ſæpe: vt quum vnus aries offertur in holocauſtũ in



cõſecratio

Hiero.ſ.Iſa.4.51. Gre.ſ.1.Reg.1. Hiero.ſ.Eze40.

cōſecratione ſacerdotū.Exo.29. Vnius etiā panis torta,quæ ibidē offerri præcipitur cū altero ariete,ipſum vnum panē viuū indicat. Qui & vnus panis eſt,qui offertur pro primitijs.Leui.7. Ipſe quoq; eſt vnus ſacerdos,qui tollit pugillū plenum ſimilæ & olei,ac totum thus, quod ponit ſuper altare,in odorē ſuauiſsimū domino.Leui.2. Sic etiā vna eſt eius benedictio , qua benedixit Iſaac Iacob,tāquam primogenito.Gene.27.f.Eundē deſignat vnus turtur oblatus pro peccato.Leui.5. Ipſe eſt vnus vir, quē apprehēdunt ſeptē mulieres.Iſa.4.a. Vnū vocauit Deus Abrahā,qui poſtea multiplicaretur:vt deſignaretur vnus mediator Chriſtus,qui multos generaret in fide.Iſa.51.a. Ipſe eſt vnus lapis.Zac.3.e. Vnus vir eſt Chriſtus vnitate perſonæ in multis naturis:qui & vnus dicitur per excellentiā.1.Reg.1.a.De vnitate eius per excellentiā.Ioā.15.Roma.5.Philip.2.Hæbr.1.2.Pet.3.Acto.3.ps.44. Ipſe eſt vnus,qui ſecundū nō habet.Eccl'tæ.4.b. Ad vnū cubitū cōſūmabaē arca,hoc eſt,ad Chriſtū eccleſia.Gen.6.Vno calamo metiē latitudinē & altitudinē ędificij dom° dñi:& in vno cubito eſt finis mēſurę,hoc eſt ī Chro. Eze.40.b.

Vna eccleſia. Vna charitas. Ori.ſ.Ioſu.ho.4. Rup.2.ſ.Exo.12. Genus humanum. Hila.ſ.Mat.cano.18. Amb.ſ.Lu.15. Gre.ſ.canti 6. Amb.de.Iſaac.7. Hiero.ſ.Mich.2. Aug.ſ.Ioan.trac.17.

Datur etiam vnitas eccleſiæ, extra quam nō eſt ſalus:& vnitas charitatis vnde vidēs Pharao ſomniū,ſeptē ſpicas cōtēplat° eſt in culmo vno:quia omniū virtutū fructus ī vna charitate intra vnā eccleſiā radicantur.Gen.41.ſicut eſt vnus Deus,vna fides,vnū baptiſma,vnus panis viuus, vnus ſpiritus. Vna etiā pars aquæ Iordanis ſeruata eſt in typū ſaluandorum,altera defluente in mare mortuū.Ioſu.3. In vna domo comeditur agnus,quæ eſt eccleſia.Exo.12. Vnū etiā cōſtruitur tabernaculū.Exo.26.Datur Ioſeph à patre vna pars hæreditatis extra fratres ſuos.Gen.48. vt intelligātur gētes datæ Chriſto:quę nō ſolum in ſe vnitatē habeāt,ſed etiā ex ipſis,& Iudęis, ac etiā angelis futurum ſit vnū ouile,& vnus paſtor.Ioā.10. Vna ouis perdita totū genus humanum deſignat:quā portauit Chriſtus in humeris.Mat.18. Luc.15. Fideliū tamē eſt pecularis vnitas:de quibus dicitur Acto.4. Multitudinis credentiū erat cor vnū,& anima vna. Hoc itidem deſignatur.Gen.11. Quū terra erat labij vnius. Erat itidem vna cōpago retinens oēs tabulas tabernaculi.Exo.26.e.36.d.Vna etiā menſura omniū cortinarū. Exo.26. 36. Et vna dicitur columba,Cāti.6.quę iā non ſentiat pugnas paſsionū.In vnū conduxit dñs reliquias Iſrael , quum ex Iudæis & gentibus fecit vnū ouile.Mich,2.d. Et vna gens è multis eſt populus Chriſtianus. Eze.37.f. Ad vnum cubitū cōſummatur arca,vt vna eccleſia vni Chriſto copuletur.Gen.6.De vnitate charitatis & vnius corporis agit apoſtolus.Ephe.4. Vnus ſanabatur in piſcina & alij nō ſanabantur:quia pręter vnitatē nō eſt ſalus.Ioā.5.a. In locū vnum cōgregatę ſunt aquę.Gē.1.b.

Mundus. Hiero.ſ.Amos.5.

Eſt & unitas mūdi,de qua Hieronymus Sanctificatus atq; perfectus,& vt ita dicā , verus eſt mundus,qui vnione retinetur:& vnius Dei maieſtate cōcluditur. Vnde dicit filius : Ego in patre,& pater in me. Volēſq; oēs vnū eſſe cum patre,loquitur ad eum:Pater da, vt ſicut ego & tu vnum ſumus,ſic & iſti in nobis vnum ſint. Prima ergo beatitudo eſt eſſe in primo numero, qui vnus & verus. Secunda in ſecundo,id eſt,in decade. Tertia in tertio,id eſt in Hecatōtade. Sicut enim decas decima vnione cōpletur: ſic Hecatōtas ex decē decadibus extruitur. Quartus numerus,qui mille nario numero cōtinetur, de decē cōſtat hecatōtadibus. Cum igitur quis egerit pœnitentiā de millenario & quarto numero vix reuertitur ad centenarium & tertiū numerum. Rurſum qui in cētenario eſt,vix redit ad ſecundū primę decadis numerū:atq; ita fit vt domus Iſrael quæ corruerat, nō poſsit reſurgere:& virgo Iſrael quæ errauerat, in terra nō habeat ſuſcitantē:quia qui ſemel ab vnione diſceſſerit:& illā puriſsimę virginitatis perdiderit gloriam, de qua apoſtolus dicit:Zelo enim vos zelo Dei:& ſtatui vos vni viro, virginē caſtam exhibere Chriſto:in qua nō eſt macula neq; ruga:priſtinū ſtatū & vnionis beatitudinē recipere nō valebit:& vix ei concedetur,vt de mille reuertatur ad centū,& de centū redeat ad decē. Amos.5.a.

Ori.ſ.1.Reg.ho.1. Ambro.inſtit.virgi. Cōſtans & pfectus

Vnus vir dicitur,qui cōſtans eſt,minimeq; in diuerſa diuiſus.1.Re.1.a. ſicut apoſtolus è duobus hominibus,exteriori videlicet & interiori , vult fieri vnum.Ephe.2. Vnde & multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. Acto.4. Et omnes quidem currunt , ſed vnus accipit brabium : quia non niſi vnitis datur præmium. 1.Cor.9.

Longanimitas & charitas. Glo.inter.ſ.Exo.25

Vnus cubitus longitudinis & latitudinis altaris thimiamatis, longanimitatē & dilectionē ſignificare poteſt:ad quæ referuntur alij cubiti, vt menſæ & tabularum, &c. Exod.25.30.36.37. Vnus cubitus & dimidius latitudinis arcæ charitatē deſignare poteſt,quæ vna eſt, licet in duo præcepta diuiſa:cui additur ſemis:quia in hac vita nec Deum perfectediligere, nec quātum diligat comprehendere ſufficimus.

Fides. Gre.ſ.1.Re.2.6.&.ſ.Eze.ho.16. Fœlicitas. Intentio. Glo.inte.ſ.ps.83.

Vna pars ſacerdotalis,vnitatem fidei deſignat.1.Reg.2. Et vna menſura omnium thalamorū tēpli,indicat vnā fidē omnium fideliū tam præcedentiū,q̄ ſequētium aduētū Chriſti. Deſignat etiam vnum pręmium eſsētiale,quod dabitur oībus beatis:ſicut vnus denarius.Eze.40.b. Vna die menſis,hoc eſt,in vna fide apparuerunt cacumina montium.Gen.8.a.Vnum iter etiam vnā fidem & ſimplicem intentionem deſignat.1.Reg.6. Vna dies in atrijs Dei eſt æterna fœlicitas ſine ortu & occaſu.pſam.83.

Ori.ſ.Eze.ho.1.

Vnus de principibus dici poteſt Adam. pſal.81. De quo dictum eſt Gene.3.Ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis.

Ori.ſ.Mat.ho.35. Glo.inte.ſ. Mat.25.

Vnum talentum ſeruo cōmiſſum.Mat.25.b.literalem ſcripturæ ſacræ cognitionem deſignare poteſt.



re poteſt. Vel deſignat ipſum intellectum.

Hiero.ſ.Iſa.30.

Vnus perſequens mille,eſt mens boni doctoris cōfutans multitudinē hęreticorū. Iſa.30.d.

Amb.2.de pœni.7.

Vnus è diſcumbentibus cum Chriſto erat Lazarus:quia peccatores pœnitentes admittuntur ad Chriſti conuiuium.Ioan.12.

Vnus è fratribus Ioſeph dicebatur mittendus ad Beniamin,qui deſignabat Ananiam mittēdum ad Paulum.Gen.42.

Vna famula filiæ Pharaonis miſſa ad tollendam fiſcellam Moyſi , deſignat philoſophiā amplectentem legem.Exo.2.

Glo.inter.ſ.Exo.14

Vnus nō remanſit ex Aegyptijs , qui perſequebantur filios Iſrael.Exo.14.g. quia in baptiſmo omnia extinguuntur vitia.Ita ne vna quidem muſca remanſit in Aegypto.Exo.8.

Vna plaga adhuc percutit Deus Aegyptum.Exo.11.per quā deſignatur id, quod maximum eſt,ad conuerſionem infidelium adhiberi à Deo.

Amb.ſ.Luc.15.

Vnus ciuiū regionis lōginquę,eſt princeps huius mūdi,cui adhæret peccator.Luc.15.

Iudicij dies.

Vna nox,qua ambo Eunuchi Pharaonis viderunt ſomnium,deſignare poteſt diem iudicij, quando boni & mali iudicabuntur.gen.40.

Terminus pfectiōis. Breuitas temporis. Glo.inter.ſ.gen.1.

Vnus dies in creatione mūdi,terminū perfectionis rei,quę in vnitate terminaē indicat.Gen. 1.a. Solet vnus dies poni pro temporis breuitate. Gene.33. c. Morientur vna die cuncti greges.

Glo.inte.ſ.Exo. 25.

Cubitus & dimidius altitudinis arcæ ſpem cæleſtium deſignat.Exo.25.a.

Glo.inte.ſ.1.Reg.13

Vnius anni dr̄ Saul quādo regnare cœpit,hoc eſt,humilis tanq̄ paruulus & lactēs.1.reg.13.a.

Datur vnum conſenſu. Gene. 2. d. Erunt duo in carne vna. Acto.4.f.multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna.

Virginitas. Rup.ſ.canti.7.

Vnitas quia in ſe ducta nihil generat,vt alij numeri dedicata eſt virginitati.

## *Binarius.*

DE binario ſeu dyade hæc notari poſſunt.

Macrob.1.de ſomnio.Scipio.

Dyas quia poſt monadē prima eſt,primus eſt numerus. Hæc ab illa omnipotētia ſolitaria in corporis intelligibilis linea prima defluxit. Ideo & ad vagas ſtellarum & luminū ſpheras refertur:quia hæ quoq; ab illa,quæ aplanes dicitur,in numerum ſciſſæ , & in varij motus contrarietate retortę ſunt.

Materia. Philo de ſpeciali.legibus.

Dualitas materiæ diuiſibili tribui ſolet,rebuſq; corruptibilibus. Vnde & duo cubiti crepidinis altaris terrena deſignant,quibus competit binarius.Eze.43.d.

Imperfectio. Hiero.ſ.Agg.1. Glo.inter.ſ.gen.1.

In Geneſi cū in primo die dictū ſit,& in tertio,& in quarto, & in quinto,& ſexto poſt conſummationē operū ſingulorū:Et vidit Deus q̄ bonū eſt:in ſecundo,iuxta Hebraicū & aquilā, Symmachū,& Theodotionē nō habetur. Neq; enim poteſt ſecundus dies qui numerum facit, qui ab vnione diuidit,q̄ bonus eſſet Dei ſentētia cōprobari. Sic quia Darius amator erat coitus, & ſotius draconis , cuius omnis virtus in lumbis eſt:idcirco in ſecundo anno viſio populo cernitur,in immundo numero:& poſt vnionem virginitatis & paradiſi nuditatem, tunicas ſignificante pelliceas. Agge.1.a. Dies ſecundus etiam in creatione mundi,dicit diuinorum operum ſecundam diſtinctionem.Gen.1.

Cōcupiſcētia & ira. Geor.vene.canti.1.tono.6.cap.15.

Binario numero ingrediuntur animalia immūda in arcā vt deſignētur cōcupiſcētia & ira in homine:ex quibus omnis immundus affectus trahit originē. Binarius enim infauſtus eſt,& malus, & ad materiam pertinēs,quæ eſt omniū malorū fons & origo. Ideo ſecūda die non abſque cauſa pętergreſſum eſt ſilētio illud delectabile verbū:Et vidit Deus q̄ bonū. Hinc quoq; maſculus & fœmina dicunē introducti:quia in vtroq; homine vigent immūdæ vires,quibus ꝓpagantur omnia:ſed in inferiori homine illæ ex materiali natura infectæ dicuntur. In ſuperiori vero per commiſtionem cum illo.

Mali in eccleſia. Aug.12.cōtr. Fauſt.15.

Bina quoq; aīalia immūda inducunē in arcā,vt deſignētur mali in eccleſia , & ad ſchiſmata faciles,& quodā modo diuiſibiles. Ad binariū enim ptinet,quicūq; facit diuiſionē in eccleſia.

Præcepta charitatis. Hiero.ſ.Ezec.11. Glo.inter.ſ.gen.24. Glo.inter.ſ.Exo.26 Gre.ſ.1.Reg.2. Aug.ſ.Ioan.trac.15. Gre.ſ.Eze.ho.16. Glo.inter.ſ.gen.45.&.ſ.3.Reg.6.

Bina præterea animalia licet immunda, in bonum ſumi poſſunt,& deſignare duo præcepta charitatis:per quæ ſaluantur ea ſeruātes intra eccleſiā. Vel potius ſunt imperfecti ipſa præcepta ea tenus ſeruātes,quatenus eis ad ſalutē ſufficiat.Gen.6. Eadē præcepta deſignātur duabus inauribus,& armillis,& ſiclis.Gē.24. Itē duabus catenulis in rationali pōtificis. Et duobus anulis aureis in lateribus altaris.Exo.28.30.Bis tinctus etiā coccus,duplex charitas.Exo.26.a.36.Duę filię Annę vxoris Elcana,infirmos exprimūt,q̄ ſaluātur per duo p̄cepta charitatis.1.Reg.2.Duo dies,quibus māſit Chriſtus apud Samaritas, duo ſunt præcepta charitatis,quibus Chriſtus apud nos moratur.Ioā.4.e. Duo cubiti frōtis veſtibuli tēpli.Eze.41.d.Duo præcepta charitatis,per quæ venitur ad veſtibulum cœleſtis patrię.Idem deſignant binæ ſtolæ datæ à Ioſeph fratribus ſuis.Gen,45. Duo oſtia templi.3.Reg.6.d. Duæ alæ mulieris. Apoc.12.c.

Prædicatores.

Duo angeli ingreſsi Sodomā,prædicatores deſignare poſſunt,gemina charitate pollētes,vel doctrina vtriuſq; teſtamēti.Gen.19. Eoſdem deſignant duo filij Iacob contra Sichen : & duo gladij, quibus vtebantur,ſunt verbum Dei & oratio,Gene.34. Et duo viri occurrentes Sauli,

Gre.ſ.1. Reg.2.6.& ſ.canti.4.

ſunt prædicatores vtroq; pręcepto charitatis robuſti.1.Reg. 10. Sic bini mittuntur diſcipuli ad prædicandũ.Luc.10. Itẽ duo iuuenes Abrahæ Gen.22. Duę quoq; vaccę ſunt prędicatores cũ gemina charitate.1.Reg.6. Et duo vbera ſponſæ prędicatores ex Iudæis & gẽtibus.Canti.4.b.

Glo.inter.ſ.Exo.26 &.ſ. Mat.21.

Duo vectes altaris prædicatores vtriq; populo prædicantes.Exod.26.f. Et duo diſcipuli miſſi ad pullum & aſinam.Matt.21.a.

Glo.inter.ſ.Exo.25 — Euangeliſtæ. Euangelia.

Duo circuli in vno latere arcę fœderis,& duo in alio,ſunt duo euãgeliſtę vocati ante paſſionẽ Chriſti,& duo poſt.Exo.25.b.37.Et duo anuli aurei per ſingula latera altaris,ſunt ipſa euãgelia.Exod.30.

Cypria.de Sina & Sion. — Boni & mali. Iudæi & gentiles.

In duabus tabulis data eſt lex. Exo.31.d. vt ſignificaretur vnitatẽ populi diuidi in duas partes:partẽ quę ſaluatur:& partẽ incredulã,quæ perit:dicẽte angelo ad Rebeccã,Ge.25,Duę gẽtes in vtero tuo ſunt:& populus populũ ſuperabit:& maior ſeruiet minori.Duæ vero turmæ Iacob gentiles & Iudæos adũbrant.Gen.33. Item duo Eunuchi Pharaonis.Gen.40.Et duo Hebræi rixantes.Exo.2. Et duo hœdi,quos Iacob obtulit patri ſuo.Gen.27. peccatores ex duobus populis. Et duo filij miſſi à patre in agrũ.Mat. 21. c. Pręterea duo filij Ioſeph. Gen.41. 48. Et duo filij Moſis .Exo.18.a.21. Duo chori laudantiũ.Nehe.12.c.Duæ vxores Dauid captiuatæ ſunt duo populi captiuati à dæmonibus.1.Reg.30. Item duæ vxores,dilecta & odioſa, duo populi.Deut.21.c. Et duo cæci in Hierico, ſunt Iſrael & Iuda : vel gentiles & Iudæi. Mat.20. Ad idẽ referri poſſunt duo filij Rubẽ.Gen.42. Duo item latrones crucifixi cũ Chriſto , Iudæi & fideles:baſphemus Iudæi, cõfeſſor fideles. Vel duæ partes Iudicandorũ in iudicio.Matt.27. Duæ meretrices altercantes corã Salomone,eccleſia & ſynagoga.3.Reg.3. Duo iuuenes ibant cum Abraham ad immolandũ filiũ, quia duo populi cõſenſerunt in mortẽ Chriſti.Gene.22.a. Duo viri ferentes botrũ,duo populi ante & poſt incarnationẽ.Nu.13.c.duę gentes.Eze.35.c.

Glo.inter.ſ.gen.27. &.ſ.Exodũ.18. &.ſ. deut.21. Origen.ſ.Matt.ho. 13.18.&.ſ.Nu.ho.19 Hila.ſ.Mat.cano.20 Glo.inter.ſ Mar.13. Hiero.epiſ. Multũ in vtrãq; Glo.inter.ſ.gen.22. &.ſ.Nu.13.

Ori.ſ.Mat.ho.30. Hiero.ſ.Mat.24. Glo inter.ſ.Mat.24

Duo in agro ſunt boni & mali in mundo:vel ſunt ſenſus boni & mali. Duæ vero molentes in mola, ſunt duæ animę in ſuis corporibus. Vel ſunt Synagoga & eccleſia de eiſdẽ ſcripturis terentes farinã pręceptorũ Dei:Vel hęretici & fideles in eiſdẽ ſcripturis.Duo vero in lecto ſunt duo corpora ex eadẽ materia.Mat.24.d.Vel duo in agro ſunt prædicatores. Duę molentes occupati ſecularibus.Duo in lecto continentes non occupati eccleſiaſticis vel ſecularibus.

Baſi.ſ.ps.61.

Duo audiunt loquente Deo ſemel,quia duæ ſunt pręcipue virtutes Dei erga homines,nẽpe iuſticia & miſericordia.ps.61.Vel vnum eſt quòd Deus eſt potens,& alterũ ꝙ eſt iuſtus & miſericors:ita quod tam opus iuſtitiæ quàm miſericordiæ poteſt executioni mandare per potentiam,quæ ſæpe deficit in hominibus.

Glo.inter.ſ. Exo.25 — Doctrina & opera Chriſti.

Duo cubiti & ſemis lõgitudinis arcę doctrinã & opa Chriſti ſignificãt.Exo.25.a.37.Eodẽ referri poſſunt cubiti altaris thimiamatis & mẽſę.Exo.37. Vel deſignant mundiciã & innocẽtiã

Glo.inter.ſ.gen. 45 Gre.4.dialog.25. — Scientia diuinitatis & humanitatis Chriſti. Fœlicitas animæ & corporis. Spes fœlicitatis.

Binę ſtolæ quas dedit Ioſeph fratribus ſuis, ſunt ſciẽtia diuinitatis , & humanitatis Chriſti.. Vel ſunt fœlicitas animæ & corporis.Gen.45.c. Hęc ſunt duplicia quæ poſſidebunt ſancti in terra ſua.Iſa.61. Singulæ vero ſtolæ fœlicitatẽ animæ exprimũt.Apo.6. Duę quoq; tabulæ in angulis tabernaculi fœderis,requiem animæ & corporis indicant.Exo.26.36.Duo vero cubiti altitudinis altaris thimiamatis,ſpem fœlicitatis animæ & corporis deſignant.Exo.30.a.

Glo.inter.ſ.Exo.30

Glo.inter.ſ. Exo.25 Rup 4.ſ.Exo.6. — Duo teſtamenta.

Duo cherubim in ꝓpiciatorio ſunt duo teſtamẽta obũbrantia Chriſtũ , quorũ alterũ futurã incarnationẽ nũciat:alterũ factã.Et duo calami ĩ cãdelabro,ſunt duo teſtamẽta,ſub quibus ſcyphi,hoc eſt ſub vtroq; teſtamẽto ſeruiẽtes.Exo.25.27.Idẽ deſignãt duę baſes ſub tabulis : q̃ etiã deſignãt ꝓphetas.Itidẽ duo anguli tabularũ.Ex.26.d.36.c.In duas partes diuiſũ velũ tẽpli,duo teſtamẽta diuſa in ſcriptura. Matt.27.f.Duę p̃terea tabulę legis,priores q̃dẽ quę fractę fuere,vetus deſignãt teſtamentũ:poſteriores vero nouũ.Exo.31.d.34.Duo cubiti frõtis veſtibuli tẽpli,ad vtrũq; pertinẽt inſtrumentũ,vel ad literã & ſpiritũ:vel ad myſteriũ forcipis, qua in Iſaia de altari carbo cõprehẽditur:& defertur ad ꝓphetæ labia purgãda. Eze.40.b. Et duo oſtia tẽpli vtrũq; teſtamẽtũ & duo in eis oſtiola,vtrũq; literaliter & ſpiritualiter intelligẽdũ inſinuãt.Eze.41.d.Duę quoq; oliuę à dextris & ſiniſtris cãdelabri,ſunt Moſes & Elias, hoc eſt,lex & ꝓphetia: vel lex & euangeliũ.Zac.4.a. Duo itẽ teſtes Dei duo ſunt teſtamẽta.Apo.11.b.Duo lapides in lateribus ſuphumeralis deſignãt ſpiritũ & literã.Exo.28.Duo mẽſes,duo teſtamẽta:& quia cõſtituunt ſexaginta,pertinẽt ad perfectionẽ ſenarij.Ge.7.Iudi.11.g. Duo aĩalia, in quorum medio cognoſcit Chriſtus,duo teſtamẽta:vel duo latrones.Haba.3.Et duo montes ænei,duo teſtamenta, vnde prodeunt prædicatores.Zach.6.a.Duæ alæ mulieris.Apo.12.c.

Hiero. epiſ. ignota vultu q 8.&.ſ. Eze. 40.41.&.ſ.Z ic.4. — Sẽſus literalis & ſpetialis.

Glo.int.ſ.Eze 41. Tertul.aduer. Marcion.4.

Aug.ſ.apoc.ho.8. Hie.de veſt.ſacerd. Aug. q.in Iudi.49. &.18.ciui Dei.32. Glo.inter.ſ.apo. 12.

Ori.4.periar.2. — Duplex ſenſus ſcripturæ.

Binæ metretę,quas capiebãt hydriæ nuptiales , duplicem ſacræ ſcripturę ſenſum deſignare poſſunt.Ioan.2.

Ori.ſ.Matt.cap.14. Hila.ſ.Mat.cano.14 Aug ſ.Ioan. trac.24 Glo.inter.ſ. Mar.6.

Duo piſces in cõuiuio Chriſti deſignãt ſermonẽ ꝓpheticũ , & ſermonẽ in affectibus poſitũ. Vel ſermonẽ de patre:& filio vel ꝓphetiã & prædicationẽ Ioãnis Baptiſtę. Vel regnũ & ſacerdotium Iudæorum, qui vngebãtur.Mat.14.Ioan.6.a.Vel prophetæ & pſalmi.

Hier.de veſt.ſacerd, Amb.epiſ.17. Glo.inter.ſ.gen.2. — Chriſtus & eccleſia.

Duo lapides in lateribus ſuperhumeralis deſignant Chriſtum & eccleſiam. Exo.28.Et duo melius ſe habentes quàm vnus,eſt quum quis habet in ſe habitantẽ Chriſtum,qui ipſum tuetur. Eccl'tæ.4.c.Duo in carne vna dicuntur,Chriſtus & eccleſia.Gen.2.1.Cor.6.d.

Duo turtu



Geor.vene.ſ.canti.3. tono 3.cap.16.

Duo turtures aut duo pulli columbarum offerebantur in purgatione mulieris à partu:ad deſignandam puritatem , ſimplicitatẽm & fidelitatem inter coniuges ſeruandam. Fiebat autem purgatio à concupiſcentia conceptus,& ab immundicia originis.Deſignant autem duo turtures contemplatiuam vitam & meditationem legis. Duo vero pulli columbarum , mundiciam & ſimplicitatem:vel motũ mentis & corporis,Leui.5.b.12.14.c.Vel deſignant vtrę; aues duplicem gemitum:vt cum ad offerenda bona opera non aſſurgimus , noſmetipſos dupliciter defleamus:quia videlicet & recta non facimus,& praue operati ſumus.Duplum autem reſtituere eſt corpore & animo pœnitere.Exo.22.a.Vel fidem & confeſsionem plene exoluere.

Contẽplatio & meditatio legis. Duplex gemitus. — Glo.inter.ſ. Leui.5. Gre.32.mor.2.. Glo.inter.ſ. Exo.22 Glo.inte.ſ.Exo.28.

Duæ orę ſuperhumeralis operationem & intentionem ſignificare poſſunt.Exod.28.a.

Duo anuli rationalis ſunt iugis memoria cœleſtium. Exo.28.38.

Fides de aĩa & Chr̃i corpore. — Glo.inte.ſ.Exo.29.

Duo agni per ſingulos dies offerendi,& etiam duo arietes fidem de anima & corpore Chriſti deſignare poſſunt.Exo.27.29.a.Leui.5. Vel offeruntur duo,quia Chriſtus immolatus eſt ꝓ vtroq; populo.

Humilitas & charitas.

Duæ incaſtraturæ in tabulis tabernaculi,humilitatem & charitatem deſignant: per quas quilibet conſtituitur in ædificio eccleſiæ.Exo.26.b,36. vt per eas in proſperis & aduerſis maiores & minores,qui nos in Chriſto præceſſerunt,vel ſecuti ſunt , brachijs charitatis tenentes,ad perfectionis faſtigia tendamus. Ad hæc faciunt duo vncini ſuperhumeralis.Exo.39.

Confeſsio patris & filij. Proprietates patris & filij. Duo populi. Cognitio p̃ris & filij. Tempus gratiæ. — Ori.ſ.Leui.ho.13.& ſ.Luc.ho.34.

Duæ decimæ in vno pane confeſsionem patris & filij in vna ſubſtantia exprimunt ; & duo ordines panum in menſa ſunt diſtinctæ proprietates patris & filij. Vel ſunt duo populi in menſa domini.Leui.24. Duo autem denarij,quos dedit Samaritanus ſtabulario , cognitionem patris & filij à Chriſto traditam deſignabũt.Luc.10.b.

Secũdo anno erectum eſt tabernaculum,hoc eſt, tẽpore gratiæ nobilitata eſt eccleſia. Exo.40. Ad hunc ſecundum annum pertinet ſecunda veſtium ablutio.Leui.13.g. ſecundo quoque menſe egreſſus eſt Noe de arca.Gen.8.

Ori.ſ.Nu.ho.27. — Secũda numeratio filiorũ Iſrael,eſt introductio ſecũdi populi ĩ cœlũ,reiecto priore.Nu.26.

Gre.ſ.Reg.3.

Secundo vocauit Deus Samuelem,vt ſynagogæ ſuperbiam conterendam deſignaret, & gentilitatis humilitatem ſubleuandam. Vel veteris hominis & vitiorum deſtructionem, noui vero ac virtutum erectionem.1.Reg.3.

Aug.q.in Iudi.49.

Duo menſes quibus fleuit filia Iephte virginitatem ſuam.Iudi.11.g. Ad veterẽ & nouum hominem pertinent.

Ori.ſ.Iſa.ho.1.

Duo ſeraphim.Iſa.6. a. iuxta Origenem deſignant filium & ſpiritum ſanctũ.Verum hoc eſt nimiũ improprie, quia videtur cõſtituere filiũ & ſpiritũ ſanctũ minores patre. Vide Seraphim.

Duæ alæ ſeraphim,Vide Ala.

Duæ turmæ Iacob ſpiritualia & temporalia deſignant:quæ gubernat prælatus. Gen.32. Vel ſunt credentes ex Iudæis & gentibus,quos introduxit Chriſtus in cœlum.

Glo.inter.ſ. Exo.6.

Duplices cibi,qui colliguntur die ſexta, ſunt bona opera, quæ valeãt ad hanc vitam & futuram.Exo.16.Ad idem referri poteſt duplex pecunia tritici.Gen.43.

Corpus & anima. — Amb.de inſtit.virg. Hila.ſ.Mat.cano.10

Duo congregati in nomine Chriſti ſunt corpus & anima,quæ fiunt vnum.Mat.18.Duo quoque paſſeres dici poſſunt corpus & anima.Matth.10.

Actiua & cõtemplatiua. — Gre.ſ.1.Reg.14. Ori.in diuer.ho.10. Glo.inter.ſ. Apo.12

Duæ filiæ Saulis actiuam & contemplatiuam vitam deſignant : quibus debet pollere prælatus.1 Reg.14.g. Et duo angeli in monumento Chriſti deſignant deſideria vitæ actiuæ & contẽplatiuæ in anima.Ioã.20.Duæ itẽ alæ mulieris actiuam & cõtemplatiuam innuunt. Apo.12.c

Duplex vocatio. — Ori.ſ.Matt.ho.14. Hil.ſ.Mat.can.20.21 Hiero.ſ.Zac.11.

Duo diſcipuli miſsi ad aſinam & pullum.Matt.21.deſignant Petrum miſſum ad circũciſionẽ: & Paulum ad gentes.Vel indicant duplicẽ gentium vocationem,Samaritanorum,& aliorum. Et duo filij Zebedei duplicem Iudæorum vocationem.Matth.20. Duæ vero virgę.Zach.11.b. vnam vocationem generalem omnium gentium ſub Noe:alteram peculiarem Iudæorum.

Minor cognitio ſcripturæ. — Ori.ſ.Mat.ho.33. Hiero.ſ.Mat.25. Glo.inter.ſ.Mat.25

Duo talẽta tradita ſeruo deſignant minorem ſcripturæ cognitionem , & quæ literam parum tranſcendat. Ea vero duplicat in euangelio , quæ in lege didicerat : qui & ſcientiam & opera præſentis vitę & futuræ beatitudinis typos intellexit.Matt.25.b.Vel ſunt intelectus & operatio.

Dupli ad ſimplum proportio eſt inter Chriſtum & nos,in hoc quòd ſimplici morte ſua duplicẽ noſtram curauit:& ſimplici reſurrectione animam & corpus ſuſcitauit.

Duo renes vituli vel arietis.Exod.29.Leui.3.8. Vide Renes.

Gre.ſ.1.Reg.6. — Duabus ingreditur vijs,qui intentionem habet ad Deum & ad terrena.Eccl'i.2.

Hiero.ſ.Iſa.7.

Duę caudę titionum ſunt ſapientia ſecularis & ſermo hęreticus. Iſa.7.a.Et duo mõtes ænei, vnde prodeunt quadrigæ ſunt ſuperbia & ſecularis potentia.Zach.6.a.

Hiero.ſ.Iſa.51.

Duo mala occurriſſe dicuntur Hieruſalẽ: & tamen enumerãtur quatuor:nempe vaſtitas , & contritio,fames,& gladius:quia vaſtitatem ſequitur cõtritio , famẽ & gladiũ interitus.Iſa.51.f.

Ori.ſ.Luc.ho.3.

Duas tunicas dr̃ habere qui colere vult veterẽ & nouũ hominẽ & duobus dñis ſeruire.Luc.3.

Glo.inter.ſ.Exo.26

Binæ baſes ponuntur in ſingulis tabulis propter conſenſum propheticæ atteſtationis,& prędicationis.Exo.26.b.

Cõuerſio & gratia. — Glo.inter.ſ.1.Reg.1

Duæ vxores Elcana deſignant conuerſionem & gratiam ſecundum ſuorum nominum in-

rr 4 terpre

terpretationem.1.Reg.1.a.

Glo.inter.ſ.3.Reg 5 — Ieiunium & oratio.

Duo menſes, quibus cæſores lignorum erant domi, ſunt ieiunium, & oratio. Menſis vero quo cædebant ligna, eleemoſyna.3.Reg.5.d.

Glo.ite.ſ.3.Reg 17. — Crux.

Duo ligna quæ colligebat mulier, crucem Chriſti deſignant.3.Reg.17.b.

Glo.int.ſ.2.Par.9.

Duo leones in ſolio Salomonis, patres vtriuſque teſtamenti animo fortes ſibi & alijs dominantes.2.Par.9.d.

Glo.int.ſ.Eze.1.

Duæ pennæ animalium tegentes corpora ſunt timor & pœnitentia, quæ ab omnipotentis Dei oculis mala præterita abſcondunt.Eze.1.c.

Glo.int.ſ.Mat 6.

Duo domini, quibus nemo poteſt ſeruire, ſunt vitia & virtutes: vita cœleſtis & terrena: Deus & diabolus.Mat.6.c.

Glo.int.ſ.apoc.13.

Duo cornua beſtiæ ſimilia agni, ſimulatio hypocritarum & Antichriſti.Apo.13.c.

Rup.ſ.Hoſe.10.

Duæ iniquitates Iſrael fuerunt, quando Barabbam ſibi dimitti, Chriſtum autem crucifigi petierunt: bonum reprobantes, & malum eligentes.Hoſe.10.c.

Rup.4.ſ.Ioan.

Duo dies, quibus manſit Ieſus apud Samaritanos.Ioan.4.f. ſunt duo præcepta charitatis. Vel tempus vitæ præſentis & futuræ.

## *Ternarius.*

Rup.7.de diuinis offi.4. Macrobi⁹.1.de ſom. Scipionis. Geor.ven.canti.1. 1.ton.3.cap.2. Ariſ.1.de cœlo & mundo.1. Aug.1.de Muſica.

DE ternario hæc fere habentur inſignia. Ternarius enim inſignis habetur, pro eo quòd imparium, & eorum, qui præter vnitatem nullam aliã recipiunt ſectionem, primus eſt numerorũ. Geometrici quoq; corporis ab impari prima planicies in tribus lineis conſtat. His enim trigonalis forma concluditur. Primo etiam ternario numero contigit, vt inter duo ſumma medium, quo vinciretur, acciperet. In numero enim ternario eſt principium medium & finis. Vnde & tria ſunt omne: & trina eſt in corporibus dimenſio: & tria in ſacrificijs offerebantur: vt deſignarent principium, medium & finem in Deum eſſe referenda.

Ori.ſ.gen.ho.8.

Tertia dies apta fit ſacramẽtis. Nã & populus quũ exiſſet de Aegypto, tertia die obtulit ſacrificium Deo: & in die tertia purificatur: & reſurrectionis dominicæ tertia eſt dies. Et tertia die Abraham peruenit ad montem vbi ſacrificaturus erat filium in myſterio.Gen.22.

Ori.ſ.Leui.ho.8. — Myſterium trinitatis. Glo.inter.ſ gen.38. — Confeſsio trinitatis. Gloſ.inter.ſ.Ioan.2. Gre.ſ.Eze.ho 16. Iſyc.ſ.Leui.14.27. Glo.inte.ſ. Deut.16.18.23.& ſ.apo.6. Aug.ſerm.201. Glo.int.ſ.Exo.2.& ſ.1.Reg.1. Ori.ſ.gen.ho.5.13. Glo.inter.ſ. Exo.15. Hiero.ſ.Ion.3.& ſ.pſ.85.

Tres viri apparentes Abrahæ diuinarum perſonarum trinitatẽ deſignarũt. Et tria ſata ſimilæ. Gen.18.a. Et tres putei, quos fodit Iſaac, quorũ tertius dictus eſt latitudo, deſignans notitiam trinitatis. Gen.26. Tertio die erat grauiſsimus dolor vulnerum circunciſorũ, vt deſignaretur difficultas credendi myſteriũ trinitatis.Gen.34. Et tres menſes, poſt quos deprehenſa eſt Thamar eſſe grauida cognitionem trinitatis deſignant, pro qua accuſantur Iudæi credentes à non credentibus. Et tres filij Iudæ ſunt confitentes trinitatis myſterium. Gen.38. Tres etiam dies ipſam trinitatẽ deſignant.Gen.30.f.Exo.3.15.19.Ionæ.3 b. Vnde in tribus diebus excitat Chriſtus templum, hoc eſt, virtute trinitatis.Ioan.2.d. Tres propagines eandem trinitatẽ deſignãt.Gen.40. Et tres decimæ ſimilæ.Leui.14. Et triplex funiculus.Eccl'tę.4.c. Et tres thalami.Eze.40.b. Et tres didrachmæ, & ſicli.Leui.27.a. Ter in anno apparere corã domino, eſt cõfiteri Trinitatẽ.Deut.16.d. In tres partes diuiditur ꝓuincia, ob cõfeſsionem trinitatis.Deut.19.a. Tertia etiã generatio eſt fides Trinitatis.Deut.23.b. Tres bilibres hordei dantur denario vno.Apo.6.b. quia ad ſalutẽ oportet habere fidẽ trinitatis. Tertio ſe expandens Elias ſuper puerũ ſuſcitandum.3.Reg.17.e. Myſterium trinitatis deſignauit. Viduæ enim filium, id eſt populũ gentiũ, nec ſolus Pater ſine filio, nec pater & filius, ſine ſpiritu ſancto: ſed tota Trinitas ſuſcitauit. Hoc etiã in ſacramento baptiſmatis demõſtratur, dum tertia vice vetus homo mergitur, vt nouus ſurgere mereatur. Tribus menſibus abſconditus eſt Moſes in menſura fidei ſanctæ Trinitatis. Exo.2.a. Tres vituli, quos obtulit Elcana, confeſsionem ſanctæ trinitatis per vittulos labiorũ factã deſignant.1.Reg.1.d. Tria ſigna data Moſi.Exo.4. Tertia tribus electa eſt in ſacerdotium ob Trinitatis cõfeſsionem.Exo.6. Tres calami in ſingulis lateribus tabernaculi, deſignant fidem Trinitatis ante & poſt incarnationem Chriſti.Exo.25.37. Et tres cubiti altitudinis altaris.Exo.27.a.38. Tertia generatione intrant infideles in eccleſiam Dei, hoc eſt, per fidem Trinitatis. Exo.38.Deut.23.c. Eandem fidem Trinitattis deſignant tres dies, quibus latuerunt exploratores in domo Rahab.Ioſu.2.c.

Berna.ſerm.paruo.

Multiplex autem ponitur Trinitas. Nam eſt Trinitas creatrix, Pater, Filius, Spirituſſanctus: ex qua cecidit trinitas creata memoria, ratio, & voluntas. Eſt & trinitas, per quam cecidit, nempe per ſuggeſtionem, delectationem, conſenſum. Eſt & Trinitas, in quam cecidit, videlicet impotentia, cæcitas, immundicia. Rurſus trinitatis quæ cecidit, ſingularum tripartitus eſt caſus. Memoria cecidit in tres ſpecies cogitationum, affectuoſas, oneroſas, ocioſas. Ratio in triplicem ignorãtiam, boni & mali, veri & falſi, commodi & incommodi. Voluntas in concupiſcentiam carnis, concupiſcentiam oculorum, ambitionem ſeculi. Et trinitas, per quam reſurgit, fides, ſpes, & charitas: quæ trimembres habent diuiſiones. Et enim fides præceptorum, ſignorum promiſſorum: eſt ſpes veniæ, gratiæ, gloriæ: & eſt charitas de corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta.

Tres digiti



Hiero.ſ.Iſa.40.

Tres digiti Dei.Iſa.40.c. magnam eius potentiam, qua creauit, & ſuſtentat terram, Deſignare videntur.

Credentes myſterium. Trinitatis. — Philo.de Abraham.

Tres greges iuxta puteum deſignant fideles credentes myſterium Trinitatis, & diuinam expectantes doctrinam.Gene.29.a. Et tres viri apparentes Abbrahæ ſic ſe habent: vt per primum deſignentur colentes deum propter ſeipſum amore amicitiæ: per ſecundum colẽtes eum vt beneficum & Deum, quibus etiam Deus benefacit: per tertium colentes eum vt dominum, timore videlicet pœnæ: quos etiam Deus non auerſatur.Gene.18.a.

Inuocatio. Trinitatis. — Baſi.ho. de baptiſmo.

Ter infundens aquam Elias ſuper holocauſtum.3.reg.18. deſignauit inuocationem Trinitatis, quę fit in baptiſmo.

Virtutes theologicæ. — Glo.inter. ſ.1. Par. 13.& ſ.2.Par. 6.& ſ. Iudith.12. Gre.mo.1.28.ſ.Eze. ho.16. Glo.interli.ſ. Exo. 27.& ſ.3 reg. 6.

Tres mẽſes, quibus manſit arca fœderis in domo Obededom.1.Par.13.d. fidem, ſpẽ, & charitatem deſignant. Et tres cubiti altitudinis baſis æneæ, ſuper quam ſtetit Salomon, docent nos fidem ſanctæ Trinitatis, quum fide, ſpe & charitate tenere debere.2.Par.6.B. hoc triduo orauit Iudith.Iudith.12.B. Eaſdem deſignant tres filiæ Iob: quę virtutibus, ſeu donis ſpirituſſancti copulantur. Iob.1.a. Item tres thalami. Eze.40.b. Et tres ordines lapidum in templo.3.reg.6.d. Et tres columnæ in vtroque latere atrij, prædicatores his virtutibus ornati.Exod.27.c.38.

Tres ætates. — Aug.15.ciui.Dei.24 & 1.pſal.103. Gloſ.interli.ſ. Gene.40. Glo.inter.ſ.Matth.20. Gre.ho.31.

Trima vacca, & capra, & aries, quę mactauit Abraham.Gene.15. deſignarunt tres ætates vſq; ad legem datam: primam ab Adam, vſque ad Noe: ſecundam à Noe vſque ad Abraham: Tertiam ab Abraham, vſque ad legem. Vel deſignarunt quòd tempore Dauid futuri erant reges. Vel quòd tertio tempore gratia reuelata eſt. Vel deſignant myſterium Trinitatis. Tres etiam propagines, quas vidit pincerna Pharaonis, & tria camiſtra piſtoris. Gene.40. tria tempora deſignant, ante legem. Gemmæ autem propaginum ſunt ſancti in lege florentes, in gratia fructificantes, & populum gratum Deo exibentes. Vel tres propagines ſunt coniugati, continentes, & rectores in Eccleſia, tribus autem temporibus apparere coram domino eſt in triplici ætate colere Deum.Exod.38. Tertia hora operariorum Matth.20.a. computatur à Noe vſque ad Abraham. Tres dies, quibus peruenit Abraham ad locum ſacrificij, deſignant trium legum tẽpora.Ge.22. Et via trium dierũ eſt triplex tẽpus triũ legũ.Exo.3. ſicut & tres anni ficus.luc.13.

Reſurrectio Chri. Sepultura Chriſti. — Glo.inter.ſ. Exo.3. Aug.de verb. domini.12. Rup.ſ.Ionã.2. Epipha.ho. 2. contra hæreſ.tomo.1.

Trium dierum via in ſolitudinem, typus eſſe poteſt Reſurrectionis Chriſti.Exod.3.19.d.11. Et tres dies, quibus Ionas fuit in ventre ceti.Matth.12.Ionæ.2.a. tempus ſepulturæ Chriſti deſignant. Tertia dies, qua factę ſunt nuptiæ in Cana Galilæa.Ioan.2.a. Reſurrectionem Chriſti ſignificat: vel vltimam ætatem è tribus, quę eſt tempus gratiæ. Tertia die fit mundatio immundi, hoc eſt, per fidem Reſurrectionis Chriſti.Num.19.c. Cyril.2.ſ.Ioan.26. Glo.inter.ſ.num.19.

Partes penitentię. — Gre.ſ.1.reg.10.

Trium dierum via deſignat tres partes pœnitentiæ Exod.3. Idem deſignant tres cubiti altitudinis altaris.Exod.27.38. Et tres hœdi, & tres tortæ panis, indicant pænitentiam cordis oris, & operis.1.Reg.10.

Gre.24.mor.12.18.

Tribus vicibus operatur Deus in electis dolorem & conſolationem Iob.33.d. Nempe in conuerſione, in probatione, & in morte: quia per tria hæc & duris prius ſtimulis mœroris afficitur homo: & magnis poſtmodum ſecuritatis gaudiis refouetur.

lex prophetia euangelium. — Hiero.ſ.Iob.1. Hila.1.Matth.cãt.13.

Tres filiæ Iob legem, prophetiam & euangelium ſignificare poſſunt: quę ſunt à Deo ceu filię, Iob.1.a. Idem deſignant tria ſata farinę. Matt.13.e. Et tres thalami in vno latere domus domini.Ezech.40.b.

Diuerſi gradus in eccleſia. Tria tempora. — Gl.inter.ſ.Exo.25.

Tres ſcyphi, & ſphęrulæ, & lilia in cãdelabro ſanctuarij.Exo.15.d.37.c. diuerſos ſtatus deſignant in eccleſia. Item tria tẽpora: ante legẽ, ſub lege, ſub gratia. Ad hæc tẽpora referri poteſt, ꝙ tribus diebus traditi ſunt cuſtodiæ fratres Ioſeph.Gene.42.c.

Anima. Spiritus, anima caro. — Aug.4.in num.33. Ambr.de inſtit.vir.

Ternarius ſæpe ad animam refertur, propter tres eius præcipuas potentias. Vnde qui tertio die non mundatur, non mundatur ſeptimo.Num.19.c. Quia ſi non mũdatur anima, non mundatur corpus. Porro tres congregati in nomine domini, ſunt ſpiritus, anima & caro in obſequium dei concurrentes.Matth.18.c.1.Theſſa.5.d.

ſenſus ſacræ ſcriptu. — Ori.4.Periar.2. Hier. Epi.ſ.ignato vultũ.& 1.Eze.40.

Ternæ metretæ, triplicem ſacrę ſcripturę ſenſum deſignare poſſunt. Ioan.2.a. vnde & deſcripta tripliciter dicitur ſapientia, propter triplicem ſacrę ſcripturę ſenſum. Prouerb.22.c. Et tres thalami hinc & inde in porta aquilonari templi. Ezec.40.c. deſignant quòd tam litera quàm ſpiritus, & vtraque intelligentia, nempe hiſtoriæ & tropologiæ trinitatis ſacramenta contineat.

Dies iudicij.

Tertius dies, quo igne abſumitur ſacrificium.leui.7.b. Deſignat diem iudicij: Vel ſcripturam pręter duo teſtamenta.

Imperfectæ. — Gl.interli.ſ.Ge.40.

Tertius etiam dies natalicus Pharaonis, quo pincerna liberatur, & piſtor ſuſpenditur, diem indicat iudicij.Gene.40.d.

Fides trinitatis implicita. — Ori.ſ.Ioſue.ho.3.

Tres tribus remanentes trans Iordanem.Ioſ.1.c. deſignant imperfectos: qui ad altiora non valent aſcendere. Item fidem trinitatis antiquorum patrum imperfectam, necdum ſatis explicitam.

Opera prędicatoris. — Gre.ſ.1.reg.1.

Tres vituli, quos obtulit Elcana, ſic ſe habent, vt duo deſignent duas prędicatoris operationes erga proximũ: nempe vt eum auertat à malo, & conſeruet in bono: & tertiam, vt ſeipſum

ad inte

Gre.ſ.1.reg.1.

ad interiora reuocet.1.reg.1.d.

Tres modij farinæ, quos etiam obtulit Elcana.1.reg.1.d.deſignant præparationem ad prædicationem:quę fiat peccatoribus ad conuerſionem:iuſtis ad perſeuerantiam : & ipſis prædicatoribus ad contemplationem. Vel vnus modius eſt pro conuerſione peccatoris,alter pro diſciplina coniugati:tertius pro excellenti puritate continentis.

Gre.ſ.1.reg.2.10.14

fortes.

Tres filij Annæ vxoris Elcana.1.reg.2.d.Deſignant eos,qui fortia operantur pro fide trinitatis. Et tres viri inuenientes Saulem,ſunt fortes contemplatiui,qui perfecti ſunt in cuſtodia cogitationis,locutionis,& operis.1.reg.10.a.Et tres filij Saulis ſunt prædicatores defendentes fidem ſanctæ trinitatis,vel deſignant macerationem corporis,circumſpectionem mentis, & ſimplicitatem intentionis. Vel fortitudinem operis, virtutem charitatis, & affluentiſsimam gratiam prædicationis: quę in prædicatoribus eſſe debent.1. Reg.14.g. Tres autem diſcipuli in transfiguratione aſſumpti,deſignarunt electos ex Sem, Cham, & Iaphet.Matth.17.a.

prædicatores.

Hila.ſ.Matth.can. 17.

Electi.

Amb. 1.de Cain.8.
Glo.inter.ſ.Ge. 22.
Et ſ.Eſter.5.
Aug.Epiſtola.119.

Omni tempore agē dæ gratiæ.

Tertio die obtulit Abraham ſacrificium.Gene.22.a Deſignans præterito tempore,præſenti & futuro agendas eſſe gratias Deo:aut cū fide trinitatis. Vel primus dies fuit proditionis Iudæ,quarta videlicet feria:ſecundus capturę,feria quinta:tertius crucifixionis,in paraſceue.Tertius etiam dies eſt tempus gratiæ & reſurrectionis.Eſter.5.a. Tertius quoque menſis, quo data eſt lex,tempus gratiæ deſignat.Exo.19.a.

Tempus gratie,& reſurrectionis.

Gre.ſ.1.reg.3.

Perfecta dilectio Dei.

Ter vocatus a Domino Samuel.1.Reg.3.a.deſignarit tria in dilectione Dei debere concurrere:nempe vt diligatur ex toto corde,ex tota anima, ex tota virtute. In corde eſt conſilium, in anima voluntas,in virtute amoris affectio.Ter quoq; eſt vocatus a domino:quia dum ordo prædicatorum rudis adhuc eccleſiæ ad ſuperna ſe ſtudioſe extendit. Et veritatem de ratione conſilij,& bonitatem de electione voluntatis, & verum gaudium appetiit de intentione affectionis.Ter etiam ad Eli vocatus acceſsit:quia de omni appetitu ſuo ſacram ſcripturam meditationis feſtinatione conſuluit.Ter item quòd non vocaretur audiuit : quia meditādo didicit, quòd patres noſtri ad eruditionem noſtram ſacra nobis eloquia tradiderunt : & tamen dona nobis ſpiritualia dare non poſſunt.Ter etiam dormiuit:primo quia dum cognoſcendæ veritati animum intendit,magna conſilij ſubtilitate erronea euenta reprobauit. Secundo, quia cum conditorem diligere ex tota mente didicit, magna apud ſe quiete diſpoſuit, vt bonis quæ cuperet,aliqua reproba non miſceret.Tertio,vt dum ſupremum gaudium de diuina contemplatione perciperet,vanam lætitiam reprobare conſulta mente potuiſſet.

Gre.ſ.1.reg.11.

In tres partes diuiſus populus aduerſus hoſtes.1. Reg.11.c.deſignat commendationem ieiunij a lege,prophetis & Euangelio.

Amb.de viduis
Glo.inte.ſ.3. reg.18

Tempus prædicationis Chriſti.
defectus fidei. Trinitatis.

Tres Anni famis, deſignant tempus prædicationis Chriſti : vel defectum fidei ſanctæ Trinitatis.3.Reg.17.a.18.a.Ad idem faciunt tres anni, in quibus dominus quęrebat fructum in ficu, quę erat ſynagoga.luc.13.b.Tres etiam dies tenebrarum Aegypti.Exo. 10.f. Exprimunt ignorantiam trinitatis in mundo.

Gre.ſ.1.reg.13.
Ori.ſ.Iob.1.

Dęmones.

Tres cunei Philiſtinorū.1.reg.13.d. deſignant dæmones impellentes ad negligentiam cordis,ad effręnationem oris, ad audaciā peruerſi operis. Iidem erunt tria cornua, vel tres turmæ Chaldæorum.Iob.1.d. Cū tribus etiam regibus veniēs Chodorlahomor. Gen.14.a. eſt diabolus cum concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ veniens ad tentandum.

Hil.ſ.Matth.can.15
Aug.83.q.61.
Ber.ſer.1.ſ.miſereor

Triduo ſuſtinentes turbæ Chriſtum Matth.15.d. Mar.8.a.ſunt confitentes filiū Dei, & paſſionem,& reſurrectionem eius vel ſunt ieiunantes triduum paſsionis eius : vel credentes in tripici lege,naturali ſcripta,& gratiæ vel prima dies eſt timoris:ſecunda pietatis:tertia rationis.

Tres portæ in qualibet plaga Hieruſalem cœleſtis. Apoc.21.d.admonent, per fidem trinitatis,& tres virtutes theologicas in eam eſſe ingrediendum.

Aug.Epiſto.119.
Rup.7.de diui. offi. 14.

Triduum mortis Chriſti crucifixi, inſtruit primum quidem diem eſſe crucis in pręſenti vita: ſecundum quietis in ſpe:tertium reſurrectionis in futura vita:ad propitiationem ſānctæ trinitatis.

Aug. q.in Euan. 12.
& 1.Ioā trac.9.

Tria ſata farinę deſignāt dilectionem Dei in toto corde,tota anima,& tota virtute. Vel fructum centeſimum, ſexageſimum, & triceſimum. Vel Noe, Danielem, & Iob. Vel tres filios Noe:in quibus includuntur omnes gentes.Matth.13.e

Terni Menſes, quibus viciſsim laborabant cæſores lignorū. 3.Reg.5.c. deſignant exercentes ſe in oratione,Eleemoſyna, & ieiunio.

Glo interſ.deut.5.

Extenſio peccati.

Tertia & quarta generatio, Vſque ad quas deus reddit iniquitatē patrum. Exo.20.a. Deut. 5.a.deſignant extenſionem peccati in multos. Vel poteſt ita ſumi, Vt tertia generatio ſit cum peccatum opere completur:quarta vero,cum quis gloriatur de peccato.

Tripliciter fornicatur Hieruſalem:cum quis peccat ſpiritu,anima,& carne Ezech.16.

Ori.ſ.Ezec.ho.7.
Hiero.ſ.Zac.11.

Tres paſtores ſucciſi in menſe vno Zach.11.b. dici poſſunt in aliqua trium perſonarum errantes. Vel fuerunt Moſes, Aaron, & Maria.

Tertius ponitur Iſrael. inter Aegyptium & Aſsyrium,vt oſtendatur omnes gentes in eccleſia



copulari.Iſa.19.d.

## Quaternarius.

Philo.de mundi opi. & de vita Moſis.

DE quaternario,quē tetractin phī appellāt, multę pfectiones dicūtur.Ipſe em̄ denarij abſolutiſsimi omniū cauſa & fons dici pōt.Quod em̄ actueſt denarius,hoc quaternarius potentia eſſe videtur.Si igitur ab vnitate vſq; ad quaternionē deinceps cōponantur numeri denariū conficient,qui eſt immenſitatis numerorum terminus:ad quem ceu metam circūaguntur, & ſe reflectunt.Quin & muſicas ſymphoniarum rationes idem quaternarius continet videlicet diateſſaron,diapēte,diapaſon,diſdiapaſon:quibus cōcentus fit abſolutiſsimus. Nā diateſſaron proportionē habet ſupertertiam. Diapente ſeſqualteram. diapaſon duplā, ſuper tertia eſt in quatuor ad tria ſeſqualtera in tria ad duo. Dupla in duo ad vnum aut quatuor ad duo. Quadrupla vero in quatuor ad vnum. Eſt & alia vis quaternarij, dictu cogitatuq; miranda. Primus enim hic ſolidi naturam oſtendit,cum præcedētes numeri incorporeis rebus dicati ſint. Nam in vnitate cenſetur punctum,quod vocant geometræ,in binario linea:ea eſt longitudo ſine latitudine:quę vbi acceſsit,fit ſuperficies ad ternarium pertinens. Hęc quo minus ſit corpus natura ſolidum, vna deſtituitur altitudine:qua iuncta ad ternarium, fit quaternarius. Præterea primus numerorum quatuor,quadrangulus eſt pariter par,menſura æquabilitatis ac iuſtitiæ. Ipſe quoque totius cœli mundiq; generationi dediſſe videtur initium. Nam quatuor elementa, ex quibus vniuerſum hoc conditum eſt,tanquam a fronte manarunt à numero quaternario: atq; adeo hæc quatuor,quibus annus diſtinguitur,tempora,vnde animātes plantæque proueniunt, ſcilicet hyems,ver,æſtas & autumnus.

Macrob. 1. de ſomnio ſcipi.

Geor. venet.cāti.1. ton.3.cap.13.& cāti. 3.ton.8.modul.2.

Quatuor ſunt iudiciariæ potentiæ in rebus exiſtentibus.Intellectus, diſciplina, opinio, ſenſus:quatuor iuſsit ſummus moderator eſſe fundamenta perfectiſsimę, eternæ, & inconcuſſæ legis:quatuor videlicet euangelia. Quatuor etiam angulis artifices naturam imitantes conſummant ædificia,vt firma ſint.

Geor.venet. cāti.1. con.3.cap.12.

Et ſi Deus ternario gaudet numero, diffunditur tamen in creata per quaternarium. Ideo per elementa quadrifaria ſuprema, inferiora & media conſonantiſsimo numero diſtribuit, diuidens machinam hanc in quatuor mundi partes : Eurum, Zephyrum, Auſtrum, & Boream : & cœlum per illas triplicitates,igneam,aeream,aqueam, & terream, A quo cœlo quatuor tempora, ver, æſtas, autumnus, & hyems : vnde fauor ad quadruplicem ſubſtantiam corpoream, vegetabilem,ſenſitiuam & rationalem:Quam ſubſequuntur quatuor corporeæ qualitates,calidum,frigidum,humidum,atque ſiccum:Item quadruplex quantitas,punctum,longitudo,latitudo,profunditas:Quadruplex etiam motus,aſcenſus,deſcenſus,progreſſus,& circulus. Animus quoque noſter quadrariam vim a ſupernis ſuſcipit,intellectualem, rationalem,animalem, & ſpiritum omnia illa connectentem. Quatuor ſunt etiam virtutes,quas cardinales appellant.

Incarnatio.

Glo.inter.ſ.leui. 19.
Ori.ſ.Ezec.ho.1.
Aretas.ſ.apo.4.

Quartus annus fructus pomorum nouæ arboris, qui offerendus erat Deo. leui.19.e. deſignat aduentum & incarnationem Chriſti. Quarto autem menſe ſtetit Ezechiel iuxta fluuium Chobar. Ezech.1.a.vbi deſignatur Chriſtus, qui cum corpore humano ex quatuor elementis conſtituto venit ad baptiſmum. Per quatuor etiam animalia Chriſti diſpenſatio ſignificatur. Per leonem quaſi rex oſtenditur:per vitulum veluti ſacerdos,imo potius ſacrificium : Per hominem tanquam propter nos homo factus:per aquilam,vt qui ſpiritum viuificantem, & ſuper omnes deuolantem impartiatur.

quies poſt tentationes tempus iudicij.

Ori.ſ.Matth.ca.14.
Hilar. Matth.ca.14.

Quarta vigilia noctis eſt appropinquans quies poſt tentationes, vel eſt aduentus Chriſti ad iudicium:vt prima ſit in lege,ſecunda in prophetis,tertia in carne paſsibili Matth.14.c.

Sancti.

Aug.ſ.pſal.93.

Quarta ſabbati eſt quarta feria,qua facta ſunt luminaria, deſignans ſanctos illuminatos: qui lucēt vt luminaria in firmamento.Pſal.93.intitu.

Euangeliſtę & Euāgelia.

Ambr.de Paradi.
Hiero.ſ.Ezec.1.
Aretas.ſ.apoc.4.

Quatuor flumina ab vno paradiſi fonte manātia deſignant quatuor Euangeliſtas à Chriſto inſtitutos.Gene.2.b.Quatuor etiam animalia,quę vidit Ezechiel, ad quatuor Euāgeliſtas referuntur.Ezech.1.b.Apoc.4.Et quatuor circuli aurei arcę.Exod.25.a.ſunt quatuor Euangeliſtæ:quorum duo ponuntur in latere dextro,Matthæus & Ioannes vocati ante paſsionem:duo in ſiniſtro,Marcus & Lucas,vocati poſt paſsionem. Quatuor autem digiti coronæ menſę ſunt quatuor Euangelia:quia digitis ſcribimus.Item quatuor ſcyphi candelabri. Ibid.b.d. Et quatuor anuli ęnei Exod.27.a. Quatuor initia vaſis lintei,quod vidit Petrus Acto.10.B. quatuor deſignant Euangelia. Et quatuor oues reddendæ pro vna. Exod.22. a ad quatuor Euangelia referri poſſunt. Quatuor autem quadrigę apud Zachariā.6. a.ad literam quidem ſunt quatuor regna, Chaldaicum,Perſicum, Macedonicum, & Romanum.Myſtice vero deſignāt quatuor Euangeliſtas, & prædicatores Euangeliorum. Et quatuor fabri deſtruentes quatuor cornua. Zach.1.d.ſunt doctores ſacri,& quatuor Euangeliſtæ:qui oppreſſum Iſraelem, ſenſum videlicet videntem Deum,& Iudā Dominum confitentem, & Hieruſalem viſionem pacis in priſtinam ſedem reſtituant : Et quos vitiorum gentes diſperſerant de eccleſia, per prędicationem

Glo.inter.ſ. Exod. 25.26.

Doctores.

Hiero. ad Ruſticū & ſ.Zach.6.

Hiero.ſ.Zac.1.

Euan

Euangelij retrahunt ad ſalutem. Et quatuor cornua altaris ſunt quatuor Euãgelia per quatuor mundi partes prædicata. Exo.29.b. Ezech.43.e. Quatuor columnę ſunt quatuor euangeliſtæ: ſeu fides Euangeliorum. Exod.26.f.27.c.36.d.38.c.

Glo.inter.ſ.Gen.2. — Virtutes cardinales

Quatuor etiam flumina ſunt quatuor virtutes cardinales. Gen.2.b. Et quatuor ſcyphi in haſtili candelabri. Exod.25.d.37.d. Quatuor autem cornua per quatuor angulos Altaris, ſunt quatuor virtutes per quatuor mundi partes dilatatę. Exod.29.a.38.a. Quatuor fabri deſtruentes quatuor cornua. Zach.1.d. ſunt quatuor virtutes, ædificationem diaboli & vitiorum deſtruentes. Quatuor ordines lapidum in rationali. Exod.28.c.39.b. deſignant quatuor virtutes cardinales cum theologicis. In quatuor autem ordinibus ſunt terni lapides. i. in principalibus virtutibus eſt fides trinitatis. Eaſdem autem virtutes deſignant quatuor baiuli paralytici. Mar.2.a.

Hiero.ſ.Zach.1.& de veſte ſacerdota. &.ſ.Mar.2.
Glo.inter.ſ.Exo.28

Angeli.

Quatuor columnæ continentes velum tabernaculi, ſunt poteſtates cœli quatuor virtutibus fortes. Exo.26.f.36.d.

Gl.inter.ſ.Exo.26. — charitas.

Quatuor cubiti latitudinis cortinarum & ſagorum tabernaculi deſignant amplitudinẽ charitatis, quę eſt per quatuor Euangelia. Exod.26.a.36.a.

Hiero.ſ.Ezec.1. — Vires animæ.

Quatuor animalia in viſione Ezechielis ad quatuor animæ vires referri poſſunt: vt vitulus deſignet concupiſcibilem in hepate, leo iraſcibilem in felle: Homo eſt rationalis in cerebro: Aquila vero eſt ſynteresis ſuprema Ezech.1.b.

Gl.inter.ſ.Exo.22. — Pœnitentia. Corpus.

Quatuor oues redduntur pro vna ſublata. Exod.22.a. hoc eſt, pænitentia totius vitæ: quæ quatuor temporibus agitur: vel corpus affligendum, quod quatuor elementis, & quatuor humoribus conſtat. Ad hæc refertur quęcunque alia reſtitutio quadrupli: ſolet enim quaternarius attribui corpori propter elementa.

Gl.inter.ſ.Gen.47. — Cõuerſatio bona.

Quatuor partes fructuum datæ ſunt Aegyptij, in cibum. Gene.47.f. vt deſignetur in hac vita ſecundum vniuſcuiuſq; facultatem laudabiliter eſſe conuerſandum. Quarta etiã parts Hin. Exod.29.g. ad bonam conuerſationem huius vitæ refertur.

Hiero.Ruſtico, &.ſ. Iſa.11.
Aug.q.iudi.49.& 83.q.57.& d. vnita eccleſiæ.10.&.ſ.Ioan. tracta.118.
Glo.inter.ſ.Mar.2.

Quatuor mũdi partes.

Quatuor initia vaſis lintei acto.10.b. Deſignant quatuor terræ partes, vnde ſaluandi colliguntur. Quatuor diebus plangebant filiam Iephte Iudi.11.g. quia per quatuor mundi partes eſt pœnitentia in eccleſia. Quatuor anguli areę & altaris quatuor ſunt mundi partes. Exo.25.a.26.f.37.a. Item quatuor partes veſtimentorum Chriſti. Ioan.19.d. Et quatuor portantes paralyticum mar.2.a. A quatuor ventis congregantur electi: ſicut & à quatuor plagis caſtrametabantur filij Iſrael Matth.24.c. &.ſ.Exo.25.26.&.ſ.Iudi.11. Ori.ſ.Matth.ho.30.

Hiero.ſ.Eze.1.& de veſte ſacerd.
Aug.2.doctri.Chriane.16.

Quatuor tẽpora. Compoſita. ex elementis.

Quatuor rotæ. Ezech.1.c. quatuor partes, quibus annus voluitur deſignant. Item res compoſitas ex quatuor elemẽtis. Et quatuor ordines lapidum in rationali ſunt quatuor anni tempora: diurna enim & annua curricula quaternario peraguntur. Exo.28.c.

Hiero.ſ.Ezec.1.41.43.& de veſte ſacerdotali.
Aug.2.doctr.Cria.16.

Elementis.

Quatuor animalia poſſunt quatuor elemẽta deſignare. Ezech.1.b.41.a.apoc.4. Et quatuor cubiti inter crepidinem maiorem & minorem ſunt elementa: quę perficiuntur in Chriſto. Eze.43.b. Quatuor etiam colores in veſte ſacerdotali: & quatuor ordines lapidum in rationali quatuor referunt elementa. Exo.28.c. Aretas.ſ.apo.4.

Gre.ſ.1.reg.3.

Vocatio contẽplationis per obedientiam.

Quater vocatus eſt puer Samuel à domino: & quater ſomni quies ei pręcepta eſt a magiſtro. 1.reg.3.a. Quia ad temperamentum operis, ſilentium oris, abiectionem internæ ſolicitudinis, & ceſſationem miniſterij pro amore ſecretioris vitæ, per diuinam inſpirationem ſuccendimur: & tamen amoris noſtri deſideria adimplere ſine maiorum noſtrorum permiſsione prohibemur.

Amb.2.de Abrea.9. multa.
Gre.35.mor.25.

tempus Euangelij. ſucceſsio tẽporum. Extẽſio peccati.

Quarta generatio tempus Euangelij deſignare poteſt: vt quum quarta generatione egreſsi ſunt filij Iſrael de ægypto. Gene.15.d. deu.23.a. Dicitur etiã quarta generatio ſucceſsio temporum, quę fit per quatuor anni partes. Iob.42.d. Quarta rurſus generatio eſt extenſio peccati in multos. Exo.20.a.34.a.

Glo.inter.ſ.leui.11.

Tranſgreſsio Euangelij.

Quatuor pedibus gradiens auis. leui.11.b. deſignat tranſgreſsionem quatuor Euangeliorum: & eos, qui abutuntur Euangelica prædicatione, & terrenæ vitæ ſordibus inquinantur. Quatuor autem veniunt in quadraginta per decem: & deſignant tranſgreſsionem decalogi. Gene.7.a.

Ambr.2.de pœni.7.
Aug.ſ.Ioã.trac.49.& 83.q.65.& de ver.domini ſer.44.
Cyril.7.ſ.Ioã.23.
Ber.ſer.4.aſſump.
Rup.10.ſ.Ioan.

Corruptio. Peccati. Conſuetudo.

Quatriduanus Lazarus. Ioan.11.e. deſignat corruptum in peccato præcipue carnis: quæ ex quatuor elementis conſtat, profluit autem peculiariter corruptio carnalium cupiditatum, ex quarto elemento, quod eſt terra. Vel primus dies mortis eſt peccatum originale: ſecũdus tranſgreſsio legis naturæ: tertius legis ſcriptæ: quartus legis Euangelicæ. Vel primus dies eſt titillatio in corde, & cogitatio annexa delectationi cum mora, ſecundus eſt conſenſus cordis in actum prauum: tertius eſt operis praui perpetratio: Quartus eſt conſuetudo, & ex frequentia mali contracta aſſuefactio. Vel numeratur quatuor dies in bonum: vt primus ſit timor, ſecundus labor certaminis: Tertius dolor: quartus pudor. Deſignatur etiam quarta ętas in vniuerſali reſurrectione: vt tres ſint in lege naturæ, ſcripturæ, gratiæ.

Rup.3.ſ.Gen.26.

Quatuor ſcelera Damaſci, Gaze, Tyri, cæterarũq; gentium, ſuper quibus Deus non eas conuertit



uertit. Amos.1. deſignãt cuilibet peccatori tertio peccãti deum dare venia, quem quarto peccantibus, nec pænitentiam, nec indulgentiã eſſe daturum enunciat: cum videlicet cogitationi additur opus, operi conſuetudo, & conſuetudini defenſio. Quæ peccati quatuor incrementa beatus Iob myſticè deplorans in primis hominibus, adimpleta dicit ex perſona generis humani. Quare non in vulua mortuus ſum? Egreſſus de vtero nõ ſtatim perij? Cur exceptus genibus? Cur lactatus vberibus? Cęterum Damaſci & aliarum gentium in Amos dicuntur eſſe tria ſcelera: Ideo poterant conuerti: verticis autem carmeli, hoc eſt, eorum Iudæorum, qui principes fuerunt in nece Chriſti, fuerunt quatuor ſcelera: quia fuerunt obſtinati: Ideo non fuerunt conuerſi.

Rup.ſ.Amos.1.

Vitia capitalia. Illecebrę corporis. Affectus animi.

Amb.2.de abras 7.&ſ.Rom.6.
Philo.de Abraham.
Rup.5.ſ.gene.16.

Quatuor reges gentium ſuperantes quinq;. Gene.14.a. deſignant quatuor vitia capitalia virtutibus oppoſita. Vel illecebras corporis ex quatuor elementis conſtantis: quę ſuperant ſenſus. Vel ſunt quatuor affectus animi, nempe voluptas & dolor, concupiſcentia & timor.

quatuor regna. Dęmones. Affectus animi.

Hiero.ſ.zach.1.

Quatuor cornua, quę ventilauerunt Iudam, ſunt quatuor regna, Babylonium, Perſicum, Macedonicum, Romanum. Vel quatuor Dæmonum genera, Principatus, Potentes, Rectores tenebrarum, & ſpiritualia nequitiæ. Et alio nomine Aſpis & Baſiliſcus, Leo, & Draco. Vel ſunt quatuor animi affectus, Gaudium & Dolor, Metus & cupiditas. Zach.1.d.

## *Quinarius.*

Macrob.1.de ſomnio ſcipionis.

DE quinario ſic ait Macrobius. Illa quinario numero proprietas excepta potentiæ vltra cæteras eminentis euenit: quòd ſolus omnia quæque ſunt, quæque videntur eſſe, complexus eſt. Eſſe autem dicimus intelligibilia: videntur eſſe corporalia omnia, ſeu diuinum corpus habeãt, ſeu caducum. Hic ergo numerus ſimul omnia & ſupera & ſubiecta deſignat. Aut enim deus ſummus eſt, aut mens ex eo nata, in qua ſpecies rerum continentur, aut mundi anima, quę animarum omniũ fons eſt, aut cœleſtia ſunt vſque ad nos, aut terrena natura eſt: & ſic quinarius rerum omnium numerus impletur.

Libri legis.

Glo.inter.ſ.Exo.26
Hiero.prolo.inter Ambro.
Aug.1.pſal.143.&.ſ.Ioan.Tract.17.24.
Gl.inter.ſ.1.reg.17.
Ori.ſ.Matt.14.
Hila.ſ.Matt.can.14.
Aug.83.q.61.&.ſ.Ioan.trac.15.
Ambr.ſ.lu.14.
Aug.de verb.domini ſer.33.

Quinarius numerus ad quinque libros legis referri ſolet. Hos deſignãt quinque vectes continentes tabulas tabernaculi. i. eccleſiam: quinque autem alij ad nouum teſtamentum pertinent. Exo.26.e. Idem deſignant quinque columnæ in introitu tabernaculi. Exo.26.g.36.d. Et quinque cortinæ iunctæ. Exo.26.a.36.b. Et quinque boues reddendi pro vno. Exod.22.a. Et quinque porticus probaticæ piſcinæ. Ioan.5.a. Quinque lapides Dauid ſunt quinque libri Moſis: ſed vno occidit Goliath: quia in vno pręcepto charitatis perficiũtur. 1.reg.17.e. Et quinque verba ſunt pentateuchum. 1.Cor.14.d. Quinque item panes hordeacei ſunt quinque libri legis: aut ſenſibilia ſcripturarum verba, quinque ſenſibus reſpondentia. Matt.14.b. Ioan.6.a. Quinque viri Samaritanæ ſunt quinque libri Moſeos: quibus Samaritani vtebantur. Ioan.4.c. Quinque iuga boum ſunt decem pręcepta legis, aut quinque libri Moſis: aut quinque ſenſus: qui omnes aut aperte, aut acculte geminati ſunt. Lu.14.d.

Pręcepta Senſus.

Obſeruatio Præceptorum. — Iſych.ſ.leui.27.

Quinque oboli valentes decem drachmas. leui.27.a. ſimplicem obſeruantiam præceptorum deſignant: Et habentes duplices ſenſus in myſteriis.

Maior cognitio ſcripturæ.

Ori.ſ.Matt.ho.33.
Hiero.ſ.Matt.25.
Glo.inter.ſ.Mat.25

Quinque talenta deſignant maiorem cognitionem ſcripturæ in iis, qui ſenſus habent exercitatos ad diſcretionem boni & mali. Matth.25.b. Duplicatur autem, quum quis ex creaturis intelligit creatorem, ex corporalibus incorporalia, ex viſibilibus inuiſibilia, ex breuibus æterna. Deſignatur etiam ſcientia exteriorum per ſenſus habita.

ſenſus.

Ori.ſ.leui.ho.3.
Ambr.2.de Abra.7.
Philo.de planta. Noe, & de vita Moſis, & de migra Abrææ.
Hiero.ſ.Ezec.41.&ſ.Iſai.19.
Iſych.ſ.leui.27.
Ori.ſ.Ioſ.ho.11.
Greg.ſ.1.reg.9.10.
Ambro.ſ.luc.12.
Auguſti.83.q.64.
Glo.inter.ſ.Ge.45.&ſ.Exod.22.
Aug ſ.Ioan.trac.15
Rup.4.ſ.Ioan.
Iſych.ſ.leui.5.6.22.
Glo.inter.ſ.Gene.47.&.ſ.leui.5.
Ori.ſ.nu.ho.22.
Phylo.de migra Abra.

Quinarius numerus paſsim quinque ſenſus deſignare ſolet: vt quum quinq; reges ſuperantur à quatuor, deſignant quinque ſenſus ab illecebris ſuperatos. Gene.14.a. Ioſ.10.c. Et quinta pars data Pharaoni ſunt quinque ſenſus ſeruientes principi huius ſeculi. Gene.47.g. Ipſi ſunt etiam quinque cubiti altaris: & altitudinis atrij: & portarum tabernaculi. Exod.27.a.38. Ezec.40.e.41.a. His partibus excedebat Beniamin fratres ſuos. Gene.43.g. Quinque etiam ſtolæ datæ Beniamin a Ioſeph, ſunt ornatus quinque ſenſuum. Gene.45.f. Quinto anno licebat veſci fructibus nouæ arboris: vt deſignetur poſt gratias actas deo, vtendum eſſe rebus per quinq; ſenſus ad intelligendum. Leui.19.e.27.a. Quinque menſes, quibus abſcondebat ſe Elizabeth, ad ſenſus pertinent Luc.1.c. Et quinque ciuitates Iſa.19.c. Quinq; paſſeres. Luc.12.b. Et quinque boues. Exod.22.a. Et quinque loca, vbi non inueniuntur aſinę patris ſaulis. 1.Reg.9. Quinque viri Samaritanæ ſunt quinque ſenſus, quibus homo regitur vſque ad annos diſcretionis. Et tunc vel regitur intellectu, qui eſt vir legitimus: vel errore, qui non eſt vir, ſed adulter: vel diabolo. Ioan.4.c. Quintam partem damni tradere ſacerdoti, aut domino rei, Leu.5.d.6.a. Eſt illum ſenſum offerre Chriſto, per quem peccauit: ne amplius per ipſum peccet. Vel offerre linguam confitẽdo peccata, & laudando Deum. Item ipſos quinque ſenſus offerre, ſubiiciendoeos myſterio Euchariſtiæ Leuit.22.b. vel verbum Chriſti perducens ſenſus ad ſublimiora. Quintam partem damus, quum pro moderatione ſenſuum domino famulamur. Quinque filiæ Salphaad. nu.27.a. deſignant opera quinq; ſenſuũ: aut ipſos ſenſus: qui ſunt filię, quę naſcuntur ex obliuione, non ex memoria.

quinque

Ori.ſ.Matth. ho.31 Hiero.ſ Eze.11. Aug.83.q.59.&.ſ. pſal.49.147.

Habentes continentiam quinque ſenſuum.

Quinque virgines, deſignant habentes continentiam quinque ſenſuum. Matth.25.a. Et quia hic numerus indifferens eſt ad bonum & ad malum: Ideo ſunt quinque prudentes, & quinque fatuæ, quę benè vel malè ſenſibus vtuntur. Deſignant autem prudentes totum numerum ſaluandorum: ſicut fatuæ damnandorum. In numero autem quinario ponuntur tam virgines prudentes, quàm fatuæ: vt intelligatur continentia quinque ſenſuum carnis. Etenim multis venit corruptio per oculos, multis per aurem, multis per illicitum olfactum, multis per nefarium guſtum, multis per adulterinũ amplexum. Ab his omnibus quinque ianuis corruptionis quicunque continent, & ſic continent, vt in ſua conſcientia gloriam habeant, non laudem ab hominibus expectent, quinque ſunt virgines ſapientes habentes oleum ſecum.

Ori.ſ.Ezec.ho.1.

Quinta die menſis ſletit Ezechiel ad fluuium Chobar, deſignans Chriſtum, qui cum quinq; ſenſibus venit ad baptiſmum. Eze.1.a.

Hiero.ſ.Iſa.36. &.ſ. Ezech.40. Glo.inter ſ.leui. 26. &.ſ.2.Par.3.

Regentes ſenſus.

Quinque perſequentes multos ſunt doctores catholici regentes ſenſus: & hæreticorum multitudinem ſuperantes. Demum benè vtentes quinque ſenſibus. Leui.26.b. Iſa.36.d. Ezec.40.b. Quinque autem cubitis extendebantur alæ cherubim: quia in omni labentium rerum varietate ſancti ſui corporis ſenſus in obſequium ſui conditoris extendunt. 2.Para.3.c.

Gri.ſ.num.ho.25.

Vitia quinque ſenſuum.

Quinque reges Madian occiſi à filiis Iſrael. nu.31.a. Deſignant vitia quinq; ſenſuum abſcindenda. Ad hæc pertinent quinque anni famis. Gene.45.c.

Geor.vene. canti.1. tono.4.cap 32.

Quinque vectes, quibus tabulę tabernaculi nectebantur, deſignant in vnoquoq; compoſito elementa colligari quinario quodam: quod quintam eſſentiam dicunt. Deſignatur etiam ſigillum ſpirituſſancti: qui nexus dicitur omnia ligans.

Gre.ſ.1.reg 6.

Memoria peccatorum.

Quinq; ani aurei. 1.reg.6.a. deſignant memoriam peccatorum per quinque ſenſus commiſſorum.

Ambr.ſ.luc.12.

Quinque in domo vna, hoc eſt, in homine, ſunt anima, caro, appetitus rationalis, concupiſcibilis & iraſcibilis: & diuiduntur, quę prius in malum conſentiebant. Lucæ.12.g.

Glo.inter ſ. leui.27.

Sapientia.

Quinque ſtolæ datæ Beniamin à Ioſeph ſapientiam quinque ſenſuum deſignare poſſunt. Gene.45.f. Quinta etiam pars addenda ad æſtimationem eſt ſapientia mentis. Leui.27.B. Quintam partem frugum fecit recondi Ioſeph. Gene.47.f.

Glo.inter.ſ.Exo.26

Patres vtriuſque teſtamenti. Doctores Iudæorũ

Quinque cubiti longitudinis & latitudinis altaris holocauſti in quadrum, patres ſignificant vtriuſque teſtamẽti: qui quinque corporis ſenſus in omni puritate cuſtodire ſtuduerunt, ſecundum præcepta legis & euangelij. Exod.26.f. Ad idem referri poſſunt quinq; cubiti lõgitudinis & latitudinis baſis æneæ, ſuper quam ſtetit Salomon. 2.Para.6.b. Quinque autem ſaga tabernaculi iuncta, ſunt magiſtri antiqui populi. Exo.26.B.

Aug.ſ.pſal.49.

Iudæi.

Quinque fratres Ioſeph ſtantes coram Pharaone. Gene.47.a. ſunt Iudæi viuentes ſub lege Moiſ. Eoſdem ſignificant quinque fratres diuitis. Luc.16.g.

Ori.ſ.leui.ho.16.

Boni.

Quinque perſequentes centum ſunt boni perſequentes malos: & è diuerſo quinque perſequuntur centum de populo Dei, quando ſunt, vt virgines fatuæ. Leui.26.b.

Glo.inter.ſ.leui.19.

Tempus prędicationis apoſtolorum.

Quintus annus fructus pomorum, quando licet eos comedere. Leui.19.e. eſt tempus prædicationis apoſtolorum.

Aug.ſ.pſal.80.

Quinta ſabbati, quando cantabatur pſalmus octogeſimus, deſignat ipſum pertinere ad baptizatos: quia quinta die producta ſunt ex aquis animalia. Pſal. 80. in titulo.

Glo.inter.ſ.leui.27.

A quinto anno vſq; ad viceſimum, ſunt ſenſati, ſed nondum perfecti. Leui.27.a.

## *Senarius.*

Macro.de ſomnio Scipio.1. Aug.4. de trini. 4. & de gen.ad lite.2.

DE ſenario ſic ait Macrobius. Senarius ſolus ex omnibus numeris, qui infra decem ſunt, de ſuis partibus conſtat. Habet enim medietatem, & tertiam partem, & ſextam partem: & eſt medietas tria, tertia pars duo: ſexta pars vnum: quę omnia ſimul ſex faciunt.

Philo.de mũdi opificio.&.1.allego. cle. Alex.6.ſtroma.

Inter numeros lege naturæ aptiſsimus generationi occurrit Senarius: Nam poſt vnitatem primus occurrit perfectus, parilibus conſtans partibus, è quibus conficitur: è ternione ſcilicet ſuo dimidio, è binario parte tertia, & ex vnione parte ſexta: qui (vt ita loquar) maſcula ſimul ac fæminea natura prẹditus eſt, & compoſitus ex vtriuſque viribus. Maſculus enim in rebus cenſetur impar numerus, ſicut par fœmina. Imparium autem prẹcipuum eſt ternio, parium binarius: ex amborum vero viribus conſtat ſenio.

Geor.vene. canti.1. tono.2.cap.11.& cãti.2.tono.8.9.10.11.

Senarius eſt primus numerus perfectus: quia ex partibus aliquotis combinatis, vno videlicet, duobus & tribus reſultat: vnde gamõ à Pythagoreis dicitur: propterea quòd partes ſuæ iuxta ſe poſitæ ipſum gignunt. Quælibet in ſuper duę partes aliquotæ cõbinatæ ſenarium conſtituunt: vt ſexies vnum, ter duo, bis tria. Nec conſonantior numerus ad mundi fabricam poterat inueniri ſenario: qui cõſtat ex proportione dupla, quæ diapaſon facit omniũ conſonantiarum conſonantiſsimum. Hoc autem eſt quaternarij ad binarium: qui numeri ſimul iuncti ſenarium reddũt. Ideo Pythagoras ipſum geneſi nuptijſque prorſus accommodatum aſſerit, & per conſequens mundi fabricæ, in qua ſunt veræ nuptiæ, & connubia rerum celebrata. Conuenit quoque ſenarius primo perfectus ſummo opifici deo, aut fabricæ ipſius, cui nihil deeſt: ſic nec ſenario



ſenario per ſua membra digeſto deeſt aliquid, nec alienis indiget adminiculis: ſed æquale temperatũque eſt, & ſuis partibus viribuſque nititur, atque conſiſtit. Partes quoque gignentes genitum ſimilem genitori reddunt. Præterea ex figura trigona, quam optimè hic numerus fabricæ conuenit: huius enim baſis eſt ternarius, ſummitas vnum, intermedium binarius vt in obiecta patet figura ⁖. Nam fabrica tota à tribus perſonis emanat: quum earum opera ad extra ſint indiuiſa. Tendunt quoque in vnum finem, in quem omnia diriguntur. Tranſitus autem eſt per binarium, hoc eſt, per materiam, quę primum in huius egreſſus principium fuit, quę binarium ſapit, & in vnum reduci contendit, per formam, quę ternarij gerit imaginem: ſicut ex omni parte in præcedẽti figura ternarius per binarium tendit in monadem: ad quam reductis omnibus, ſequitur ſabbataria quies diei ſeptimi claudentis & terminantis omnium dierum curriculum.

Perfectio operum. Sex ætates. Tempus huius vitæ. Vita actiua

Ori.ſ. Matth. ho.3. Hiero.ſ.Iſa.6. Hych.ſ.leui.23.25. Gloſ.inter.ſ.Exod. 16.21.23. &.ſ. leui. 25.& ſ.Ioſ.6. Hiero.ſ.Agge.1. Gre.ſ.canti. 6. &.ſ. Ezec.ho.3.14.

In ſex diebus totus factus eſt viſibilis mundus: ideo eum, qui tranſcendit omnes mundi res conſiderans, non iam quę videntur (temporalia enim ſunt) ſed quę nõ videntur: quoniam ſunt æterna: arbitror poſſe aſcendere ſuper montem excelſum, Chriſto ſe præcedente: & ille poteſt gloriam aſpicere verbi Dei. Matth.20.a. Deſignant etiam ſex hominis ætates & etiam ipſius mundi: & ſunt ſex dies, quibus licet operari. Exod.20.b.34.c. Sex quoque anni vitam actiuam ſignificant. Exod.21.a. Sex autem diebus tegebatur mons nube. Exod.24.d. vt ſignificaretur tempus huius vitæ. Sex itidem alæ ſeraphim ſignificant tempus huius ſeculi. Iſa.6.a. Leui.23.a. Sextus quoque dies tempus indicat vitæ præſentis, quando colligendum eſt manna ad diem ſeptimum. Exod.16.b. Et ſex anni, quibus ſeminandum eſt. Exo.23.a. leui.25.a. Sex diebus circũdati ſunt muri Hierico. Ioſue 6.a. Menſis ſextus. Aggæ.1.a. ſcribitur non habere ſolemnitates Dei ſicut menſis ſeptimus: ſed vicinus eſt dierum ſex, in quibus factus eſt mundus: in quo laboratur, & in ſudore faciei comeditur panis: & terra germinat tribulos & ſpinas: & cum ſementem acceperit tritici, lolio magis, auenìſque fœcunda eſt.

Opera Chriſti.

Hiero.ſ.Ezec.40. Ori.ſ.Matth. ho.6. Gre.30.mor. 24.& ſ.Ezec.ho.14. Gloſ.inter.ſ.Exod. 20.26.&.ſ.gene.31.

Sex cubitorum & palmi menſura, quæ erat in calamo menſoris, deſignat conuerſationem humanam in ſex diebus huius vitæ: vel perfectionem operum in hac vita, ſed cum contemplatione imperfecta, quę ad ſeptenarium non attingit. Ezec.40.a. Numerus autem ſextus dicitur eſſe laboris. In perfectione autem ſenarij ſunt opera facienda: vt poſtea frui poſsimus æterna requie: poteſt etiam ſenarius dicere opera ſupererogationis: vt cum Iacob ſeruiuit Laban ſex annis vltra ſeruitutem pro Lia & Rachele. Gene.31.f. Deſignant etiam opera Chriſti admiranda in mundo.

Gradus perfectionum. Perfecti.

Orig.4.periar.2. Hiero ſ.Ezec.40. Gl.inter ſ. Exo.25. Rup.4.ſ.Exo.8. Gre.35. Mor.20.

Sex dies gradus diuerſarum perfectionum ſignificare poſſunt. Et ſex calami candelabri deſignant ipſos perfectos. Exo.25.d. Et ſpendorem fabricæ mundi ſex diebus facti. Et ſex tabulæ in occidentali plaga templi conſummationem operis deſignant. Exo.26.c. Et ſex hydrię ſunt, qui purificantur ſenario perfecto numero, quo perfectus eſt mundus. Ioan.2.a

Iudicium Chriſti.

Aug.q.in iudi.49.

Sex annis iudicauit Iephte populum Iſrael, deſignans Chriſtum perpetuo iudicantem Iudi. 11.g.

Doctores noui teſtamenti.

Sex ſaga tabernaculi deſignant doctores noui teſtamenti. Exod.26.B.36.B. Eoſdem deſignant ſex nomina, in lapide vno ſuperhumeralis. Exo.28.B.

Tempus aduentus Chriſti.

Aug 83.q.64.&.ſ. Ioan.tracta.9.15. Rup.1.Agge.1.

Sexta hora, qua venit Ieſus ad puteum, deſignat ſextam ætatem, qua venit in mundum. Ioã. 4.a. Idem deſignant ſex hydriæ. Ioan.2.a. Sexto menſe Darij cæpit ædificari templum. Agge. 1.d. Et ſexto menſe cõceptionis Ioannis Baptiſtę conceptus eſt Chriſtus. Luc.1.c. propter perfectionem ſenarij. Quo autem numero mundus formatus eſt, eodem aduerſus mundana vitia, & ſeculi huius naufragia remedium prouiſum eſt.

Tempus reſurrectionis.

Hila.ſ.Matth.cano. 17.

Poſt ſex dies transfiguratus eſt Chriſtus. Matth.17.a. quia poſt ſex milia annorũ iuxta computationem ſeptuaginta. Vel quia poſt mundi opera venitur ad reſurrectionem.

Mundus. Perfectio doctrinę. Creaturæ.

Ambr.ſ.luc 9. Hych.ſ.leui.24. Hiero.ſ.Ezec.41

Sex panes in vno ordine in menſa. Leu.24.a. figuram huius mũdi gerunt. Et etiam perfectionis doctrinæ, quæ in hoc numero continetur. Sex autem cubiti frontis tabernaculi deſignant creaturas in ſex diebus factas, per quas introducimur in templum cognitionis Dei. Eze.41.a.

Gl.inter.ſ.Matt.20

Sexta hora, qua operarij vocantur ad vineam. Matth.20.a. computatur ab Abraham vſque ad Moſen.

Hiero.ſ.Eze.9. Gre.22.mor.19.

Sex viri miſsi ſunt ad perdendum populum. Exo.9.a. quia homo ſexta die formatus eſt. Deſignãt etiam ſex ætates.

Amb.de fug.ſecut.

Sex ciuitates aſsignantur refugij. nu.35.a. Quæ ſic diſtribuuntur: vt prima ſit cognitio verbi, & ad imaginem eius forma viuendi. Secunda, conſideratio diuinæ operationis, qua creatus eſt mundus. Tertia, contemplatio poteſtatis regiæ, & maieſtatis æternę. Quarta, propiciationis diuinæ contuitus. Quinta, legis diuinæ contemplatio, quę prẹcipit, quid faciendum ſit. Sexta, portio legis, quæ præſcribit quid non faciendum.

Tribulationes huius vitæ.

Gre.6.mor.18.

Sex tribulationes, ſunt tribulationes huius vitæ: quia ſexto die conditus eſt homo. Septima vero in qua non tangit malum iuſtos, erit poſt hanc vitam, quando iuſti venient ad requiem ſabbati. Iob.5.d. Ad hæc pertinere poteſt ſexta pars hin data in potum Ezechieli. Ezech.4.c.

Septenarius.

## Septenarius.

Philo.1. alleg. & de mũdi opificio & de decalogo.

Geor. vene. canti.2. tono.7.cap.5.

DE ſeptenario hæc ait Philo. Gaudet natura ſeptenario. Erraticæ ſeptẽ ſunt : in contrarium nitentes quotidiano cœli curſui. Vrſa ſeptem ſtellis completur, commerciorum, conſociationis, hoſpitalitatiſque hominum cauſa præcipua. Mutationes quoque lunæ ſingulis ſeptimanis fiunt, ſideris rebus terreſtribus familiariſsimi: quod quaſcunque in aere mutationes operatur, maximè iuxta ſuas hebdomadarias figurationes efficit. Mortalia quoque omnia, quę diuinius principium cœlitus ſibi contrahunt, iuxta ſeptenarium mouentur ſalutariter. Quis enim neſcit infantium ſeptimeſtrium fœlices partus: ſi vero tempus vteri producatur in mẽſem octauum, pleroſque omnes infœlices? Rationem quoque aiunt in homine abſolui primo ſeptennio, quando iã idoneus eſt interpres vſitatorum nominum ac verborum rationalem habitudinem ſibi comparans : Item ſequenti ſeptennio ad ſummam perfectionem peruenire, nimirum ad potentiam progignendi ſui ſimilem, id quod accidit circiter annum ætatis quartumdecimum. Tertium deinde ſeptennium incrementi *finis eſt : nam vſque primum ſupra* vigeſimum annum augetur proceritas hominis : quod tempus à multis vocatur ætatis maturitas. Animæ quidem bruta pars ſeptifariam diuiditur, in quinque ſenſus, & vocis inſtrumentum, & genitalem vim ſuis membris inſitam. Item corporum motus ſeptem ſunt, ſex pro ratione membrorum, in orbem ſeptimus. Septem *item interiora* viſcera, ſtomachus, cor, lien, iecur, *pulmo*, renes gemini. Totidem quoque membra corporis, caput, ceruix, pectus, manus, venter, inguẽ, pedes. Certè principalis pars hominis ſeptem habet foramina, oculos duos, totidem aures, nareſque, os ſeptimum. Septem ſunt & excrementa, lachryma, mucus, ſaliua, genitura, quæque per geminas corporis cloacas deriuantur, ſudorque totius corporis. In morbis ſane ſeptimus dies maximè iudicat: & mulieribus menſtruæ purgationes vſque in ſeptimum diem protenduntur. Quin & ad vtiliſsimas artes vis huius numeri peruenit, ſcilicet Grammaticam & Muſicam : quandoquidem in Grammatica vocales optimæ elementorum potentiſsimæque ſeptem ſunt: & in Muſica lyra chordarum ſeptem præſtantiſsima eſt inſtrumentorum ferme omnium : quoniam harmoniarum ratio, quæ quidem in melico genere pulcherrima eſt, in hac conſideratur maximè. Tonorum quoque ſeptem ſunt diſcrimina, acutus, grauis, circunflexus, aſper, tenuis, longus, breuis. Et primus numerus naſcitur ex perfecto. i. ſenario, & vnitate. Præterea iuxta quandam rationem, qui intra denarium ſunt numeri, aut gignunt eos, qui ſunt intra denarium, aut gignuntur ab eis, aut vtrunque: at ſeptenarius nec gignit vllum eorũ, nec gignitur à quoquàm: quapropter in ſuis fabulis Pythagorici eum ſemper virgini ſine matre natæ aſsimilant : quia & illa nec partu eſt ædita nec vnquam pariet.

De ſeptenarij perfectione multa Macrobius.1. de ſomnio Scipionis. Baſilius. Exaemeron. ho.11. *Hieronymus.ſ.Amos.5. Clemens* Alexã.6.ſtromatum. Greg.35.moral.6.

Ambr. de Noe.12.

*Septenarius non diuiditur: & eſt completus, vt denarius.*

Cypri. de exhor. Martyrij. cap.11. Aretas.ſ.apo.1. Glo.inter.ſ.prou.9.

Ecclesia.

Fratres ſeptem in martyrio cohærentes. 2. Machab. 7.a. Vt primi in diſpoſitione diuina ſeptẽ dies annorum ſeptemmilia continentes : Vt ſeptem ſpiritus, & angeli ſeptem, qui aſsiſtunt, & conuerſantur ante dominum: & lucernæ ſeptiformis in tabernaculo martyrij: & in Apocalypſi ſeptem candelabra aurea, & ſtellæ: & apud Salomonem columnæ ſeptem: ſuper quas ædificat domum ſapientia. Prouerb.9.a. Ita & iſtic ſeptem fratrum numerus eccleſiarum ſeptem numerum ſui quantitate complexus, ſecundum quòd in primo libro regum legimus ſterilem ſeptem peperiſſe. Et apud Iſaiam ſeptem mulieres virum vnum apprehendunt, cuius inuocari ſuper ſe nomen expoſcunt. Et apoſtolus Paulus, qui huius legitimi numeri & certi meminit, ad ſeptem eccleſias ſcribit: & in apocalypſi Dominus mandata ſua diuina, ad ſeptem eccleſias & earum angelos dirigit. Septem filiæ ſacerdotis Madian ſunt ſeptem eccleſiæ ex gentibus, ſeptem donis ſpiritusſancti illuſtratę, quæ prius ſuperſtitioni gentilicæ ſeruiebant. Poſſunt item ſeptem ſtellę & ſpiritus, ad angelos referri.

Aug.ſ.gala.2. & ſ. apoca.ho.1.6. Gloſ.inter.ſ.exo.2. Aretas.ſ.apoc.3.

Angeli.

Geor. vene. canti.1. tono.6.cap.16. & tono.8.cap.17. & canti.2. ton.7. cap.5.

Benigne autem nimis egit nobiſcum artifex inſerendo in nobis affectus immundos & mundandos binos: mundos autem ſeptenos : tum quia plures: tum quia continentur numero celeberrimo: qui totum & vniuerſum innuit: quia ex toto primo impari, ſcilicet ternario: & ex toto primo pari, quaternario videlicet componitur: aut ex primo numero maſculino, & ex primo fœminino: qui complicati duodenarium reddunt, numerum quippe diuinum atque cœleſtem: quo cœlorum ſigna, intelligentiæ præſidentes: reuolutio magni nominis, multaque alia partiuntur. Partes autem illæ, ſicut complicatæ reddunt duodecim, ſic combinatæ conſtituunt ſeptem, numerum quidem, quo expurgationes diſtribuuntur: vt non ſine myſterio priſci illi patres in peccatorum remiſsionem multa per hũc ſeptenarium ſtatuerint: ſeptẽnem videlicet pœnitentiam pro quolibet peccato, iuxta ſapientis ſententiam, qua dicitur: Et ſuper peccatorem ſeptuplum. Leproſus quoque mundandus, paſſeris ſanguine aſpergebatur ſepties. Iuxta quod Naaman Syrus ſepties lauari in Iordane, qui fluuius iudicij interpretatur, iuſſus fuit ab Eliſæo. Septimo quoque anno fiebant remiſsiones, & ſeptimo menſe cuiuſlibet anni, & poſt quadratum ſep

Remiſsio.

Iſych.ſ.leui.13.15.





tum ſeptenarium dabatur plena remiſsio. Septem quoque petitionibus conſummauit cœleſtis doctor orationem ordinatam in expiationem noſtram, &c. Hinc Petrus quum de remiſsione ageret, ſeptenarium numerum propoſuit dicens. Domine quoties peccauerit frater meus, dimittam ei vſque ſepties? A quo numero Chriſtus reſpondens noluit diſcedere : ſed ait : Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties : conducens ſeptenarium per denarium numerum completum. Et de prudentia laudatur villicus iniquitatis : qui centum non ſine myſterio reduxit ad quinquaginta, vt inde facilius remiſsionem conſequeretur. Hunc tandem numerum ſeruauit redemptor in ſpiritusſancti miſsione : qui venit poſt eundem quadratum : ſicut in lege dabatur in ipſo quinquagenario plena remiſsio. Secundũ hęc oſtenditur ſeptenarius criticus eſſe, purgatiuus, & remiſsiuus. Septimo die emiſſa eſt columba. Septimo menſe requieuit arca. Et poſt dies ſeptem pluit Dominus, vt vſque ad ſeptem oſtendatur ſpes ſalutis. Gene.7.b.8.b.

Hiero. ad Gelaſiũ.

Aug.q.in nu.33. & 12 contra fauſtum 15.

Geor. vene. canti.2. tono.7.cap.5.

Bis ſeptem anni ſeruitutis Iacob pro Rachel deſignant eum, qui vult incumbere Deo & contemplationi, bis debere mutari & transformari, à claritate in claritatem : vt poſsit oculum mentis figere ſine ipſius offenſione in æterna illa ſpectacula.

Dona ſpũſſancti.

Ori.ſ.Iſa.ho.3. & ſ. luc.ho.33. Hiero.ſ. Iſa.4. & ſ. Mar.8. Glo.inter.ſ.Exo.25. Rup 4.ſ.Exo.8. Hila.ſ.Matt.cano.15 Gl.inter.ſ.Matt.15. Ori.ſ.leui ho.8. Aug.83.q.61. Gre.ſ.1.reg.10. & 35. mor.36. Amb. prolo. de ſpiritu ſancto. & epi.39 Glo.inter.ſ.1.par.15 & ſ. gene.41. Gre. prolo. mor.13. & 9. mora.32. & 1. Eze.ho.19. Aug.ſer.201 Aretas.ſ.Apoc.4.5.

Septenarius ſæpe refertur ad dona ſpiritusſancti : vt ſeptem agnæ datæ ab Abraham Abimelech. Gene.21.d. Et ſeptem columnæ, quas excidit ſapientia. Prouerb.9.a. Et ſeptem mulieres. Iſa.4.a.11.a. Septies lauatur Naaman in Iordane : vt deſignetur ſeptiformem gratiam in baptiſmo conferri. 4. Reg.5.a. Luc.4.e. Et ſeptem oculi. Zach.3.c.4.a. Et ſeptem lucernæ in candelabro. i. in Chriſto. Exod.25.d.37.d. Septem quoque ſportæ ſunt dona ſpiritusſancti exuberantia ſuper ſeptem panes, qui ſunt ſumma ſpiritualium perfectio : vnde non dicuntur hordeacei: qui etiam eadem dona ſignificant. Matth.15.d. Septies fit aſperſio ſanguinis, propter dona ſpiritusſancti. Et ſepties aſpergitur oleum contra dominum : vt expulſis ſeptem dæmonibus recipiantur dona ſpiritusſancti. Leui. 4.a.8.g.14.d.16.c. Septem item diebus expectauit Saul Samuelem, propter eadem dona. 1. reg. 10.a. Ad eadem refertur taurus annorum ſeptem. Iudi.6.e. Et ſeptem tauri, & ſeptem arietes ſunt habentes ſeptiformem gratiam. 1. Par. 15.d. Et ſeptem paſtores. Mich.5.b. Septem verſus retiaculorum in columnis, dona ſunt ſpiritusſancti. 3. Reg.7.c. Septem boues craſſæ, & ſpicæ plenæ, ſunt ipſa dona : ſeptem vero macillentæ ſunt ſpiritus nequitiæ. Gene.41.a. Septem ſacrificia pro amicis Iob oblata, ad dona ſpiritusſancti referuntur. Iob.42.b. Prouerb.9.a. Septies aſpexit ad mare puer Eliæ, propter ſeptem dona. 3. Regum.18.g. Septies oſcitauit puer ſuſcitatus. 4. Regum.4.d. Septem gradus portæ aquilonaris templi. Exod.40.d. Septem etiam ſtellæ & ſeptem lampades ad dona ſpiritusſancti referuntur. Apo.1.2.4. Ad eadem ſpectant cornua ſeptem & oculi ſeptem, & ſeptem ſpiritus Dei. Apo.5.

Tẽpus huius ſeculi. Septem ætates.

Ori.ſ.gene.ho.7. Glo.inter.ſ.leui.12. & ſ.Exod.12. Gre.ſ.1.reg.6. & 35. mor 7. Hyc.ſ.leui 11.15.25.

Septem dies, quibus conditus eſt mundus ſeptimanam huius mundi deſignant : tunc enim, quæ non erant facta ſunt. In ſeptimana vero totius mundi ſecreta quadam, & Deo ſoli cognita diſpenſatione, quæ tunc producta fuerant explicantur. Gene.1. Septem item dies ſeptem mundi ætates deſignant : & ſeptem hominis ætates. Septem diebus recluditur leproſus : vt deſignetur tempus vitæ præſentis. Leuit.13.a.11.a.15.d.22.d.23. Septem etiam menſes, quibus fuit arca apud Philiſtæos, deſignant tempus huius ſeculi vſque in finem. 1. Regum.6.a. Septimus autem menſis dici poteſt ſeptima ætas in aduentu Chriſti. Leuit.25.b. Septem diebus cõmeduntur azyma : quia omni tempore huius vitæ ſeruanda eſt ſimplicitas. Exod.12.c. 13.a.34.c.

Gre. nyſſe. de reſur re.1. Rup.2.ſ.Exod.15.

Creatura.

Aug.2.doctri. Chriſtia. 106. & q. in num.33.

Septenarius creaturam indicat, propter vitam & corpus : nam in illa tria ſunt : vnde etiam toto corde, tota anima, tota mente diligendus eſt deus. In corpore vero ſunt quatuor elementa. Septem diebus durat immundicia vt includatur immundicia animæ per tria : corporis per quatuor: nume.19.c.

Plenitudo & vniuerſitas.

Hiero.ſ. Iob.1. & ſ. Marc.12. Aug.ſ.gala.2. & 11. ciuita. Dei 31. & ſ. pſal.78.118. Aretas.ſ.apoc 1. Glo.inter.ſ.pſa 94. & ſ.Mat.12. & ſ.apoca.12. Gre ho.33. Hila.prolo.ſ pſal. Hiero ſ. Eze.40. & ſ. Eccleſiaſte. 11. & ſ. pſal.89.

Septem iuxta autoritatem ſcripturarum plenitudinem quandam ſacri myſterij ſignificãt : vt quum ſeptuplum dicitur dari vltio de Cain. Gene.4.d. Pſal.78. Sic ponitur in euangelio: Accipiet in hoc ſeculo ſepties tantum: ac ſi diceret: quaſi nihil habentes, ſed omnia poſsidentes. Vnde etiam Ioannes ad ſeptem ſcribit eccleſias: quę vtiq; vniuerſitatis eccleſiarum perſonam gerunt. Totus autem impar primus numerus ternarius eſt: totus par, quaternarius: ex quibus duobus ſeptenarius conſtat: Ideo pro vniuerſo ſæpe ponitur, ſicuti eſt: Septies in die cadet iuſtus; & reſurget. i. quoties ceciderit non peribit. Quod non de iniquitatibus intelligi voluit: ſed de tribulationibus ad humilitatẽ perducẽtibus. Et ſepties in die laudabo te. Pſ.118. quod alibi alio modo dictum eſt: Semper laus eius in ore meo. Et ſeptem dæmonia multitudinem vitiorum indicant : ſicut & ſeptem ſpiritus. Matt.12.d. Mar.8.a. Et diademata beſtię ſeptem. Apoc.12.B.

Lex vetus.

Gre.ſ.Eze.ho.20. Glo.inter ſ.mat.15. Ori.ſ.Ioſu.ho.7.

Septenarius ad legem veterem referri ſolet, propter ſabbatum. Ita ſepties adorauit Iacob fratrem ſuum Eſau. Gene.33.a. Septem gradibus aſcendebatur ad portam aquilonarem templi : vt per hebdomadas & ceremonias Iudæorum aſcendatur ad ſuperiora. Ezech. 40.c.d.41.a. Septem etiam paſtores deſignant præcepta veteris legis. Mich.5.b. Eccleſiaſtę.11.a. Septimi mẽſis

ſolemnitas ad memoriam ſcripturarum referri poteſt.nu.29.a.Septem autem panes ſcripturam noui teſtamenti ſignificant. Matth. 15.d. Septies ducta arca circum Hierico coniunctionem noui & veteris teſtamenti.Ioſu.6.a.

Nouũ teſtamẽtum

Septem anni ſeruitutis Iacob,vitam Chriſti in hoc mundo indicant:in quo fuit ſicut qui mi niſtrat.Gene.29.

Vita Chriſti.

Glo inter.ſ.Exo.16 &.ſ.leui.19.25. &.ſ. deut.15. Rup.2.ſ.Exo.15. Ori.ſ num.ho.23. Aug.epiſ.119.&12. contra fauſt.17.

Septimo die fit quies,vt deſignetur perfectis dari quietem. Gene.2.a.8.a. Et quia poſt tempus huius vitæ iam non eſt tempus operandi:ideo ad ſeptimum diem parantur cibi:quia in hac vita operandum eſt pro futura. Exod.10.e. Leui. 25. a. Septimo anno ſeruus fit liber, hoc eſt, in æterna requie. Septimo die ſolet eſſe feſtiuitas. Exod. 34. c. Septimi etiam menſis ſolennitas typus eſt ſabbatiſmi, qui in futura gloria celebrabitur. Num.19.c.29. a. Quòd poſt ſeptimum diem ex quo ingreſſus eſt Noë in arcã, factum eſt diluuium, eſt quia ſpe futuræ quietis, quę ſeptimo die ſignificata eſt,baptizamur,Gene.7.a.Septimus dies,quo corruerunt muri Hierico,finem mundi deſignat.Ioſu.6.b. Septima hora curatus eſt filius reguli. Ioan.4.g. quia declinante mundo ad occaſum conuertentur Iudæi.

Quies futuræ vitæ

Glo.inter.ſ.Ioſu.6. Rup.4.ſ.Ioan.

Finis mundi.

Rup.4.ſ.apoca.

Septem ſigilla libri clauſi. Apo.5.a.deſignant myſteria Chriſti: quæ in ſcriptura ſacra clauſa erant ante incarnationem.

Myſteria Chriſti.

Hiero.ſ.Mich.5. Gre.ſ.1.reg.16. & 1. mor.11.28.& 35. mora.20.

Septem paſtores ſignificant patriarchas & prophetas veteris legis, propter hebdomadem. Mich.5.B.Eoſdem deſignant ſeptem filij Iſai.1.reg.16. Qui etiam ſecundum quòd non fuerunt electi in reges,deſignant perfectos operatione per dona ſpirituſſancti: qui tamen regendi alios ſcientiam non habent. Septem autem filij Balæ ancillę ſunt ſeruientes ſub lege. Gene. 46. c. Septem quoque filij Iob dicuntur fideles iuxta hebdomadam dierum ſeculi computati: aut iuxta hebdomadam diaconorum, qui ab apoſtolis in nouæ gratiæ ſeculo ſunt ordinati: aut iuxta ſeptem ſtellas, quæ tranſeunt per ſpacia cœli: aut deſignant ſeptem virtutes in viro iuſto:aut ſeptem gratias eccleſiæ in iis: qui ſpirituali funguntur ſacramentorum conuiuio. Iob.1.a.42.d.

Patriarchæ & prophetæ. Perfecti opere. Seruientes ſub leg.

Ori.ſ.Iob.1. Hiero.ſ.Iob.1.

Virtutes. Gratiæ.

Rup.6 ſ.apo. ori.ſ. Matt.ho.24. Glo.inter.ſ.apo.15.

Septem tonitrua. Apo.10. b. omnes voces & prophetarum oracula deſignant. Deſignant etiam angelos & prædicatores. Et ſeptem diaconi ad miniſtrandum deputati, ſeptem archangelorum deſignant miniſteria. Acto. 6. Septem angeli & ſeptem phialæ ſunt prædicatores. Apo.15.d.

Voces prophetarũ. Angeli. Prædicatores.

Gloſ.inter.ſ.apo 4. Aug.epiſ.119.

Septem lampades, & ſeptem ſpiritus Dei comminationes diuinas deſignant. Apo.4.a. Sic ſepties circumeuntur muri Hierico.Ioſu.6.a.

Cõminationes diuinæ.

Septies aſpergũtur fores tabernaculi.nu.19.c.vt deſignetur Deus ſepties in die laudãdꝰ.pſ.118

Laudes Dei.

Hiero.de manſio. Ori.ſ.num.ho.7.

Septem dies, quibus ſeparata eſt *Maria* ſoror *Moyſi*, deſignant tempus plenitudinis gentium in *eccleſia:vt poſtea intrent* Iudæi:Item repulſionem Iudęorum vſque ad poſteriora tempora mundi.Num.12.d.

Plenitudo gentium Repulſio iudæorũ.

Caſſia.collaſcap.25

Septem boues craſſæ virtutes deſignant:ſeptem vero macillentæ,vitia.Septem quoque ſpicæ plenæ,virtutes:tenues vero,vitia.Gene.41.a.Et hæc vitia ſunt ſeptem nequitiæ:quæ dicuntur eſſe in anima inimici.Prouerb.26.d.

Virtutes. Vitia.

Glo.inter.ſ.gen.41.

Septem anni vbertatis, copiam verbi Dei ſignificare poſſunt:ſeptem vero famis, eius defectum. Vel anni vbertatis deſignant tempus abundãtię gratiæ & fidei: & tempus pacis eccleſię: anni vero famis tempus perſecutionum eccleſię,& peculiariter tempus Antichriſti. Gene. 41.

Copia verbi Dei. Abundantia gratiæ & pacis.

Glo.inter.ſ.Exo.21. Greg.ſ.Eze ho.3.

Septimus annus deſignat vitam contemplatiuam:ideo ſeptimo anno ſeruus fit liber. Exod. 21.a.Et ſeptimo die loquutus eſt dominus ad Moyſen.Exod.24.d.

Vita contẽplatiua.

Greg.ſ.1.reg.10.

Septem diebus expectauit Saul Samuelem. 1. Reg.10.a. vbi deſignatur perfecta obedientia in maioribus & minoribus præceptis obſeruata.

Perfecta obediẽtia.

Gre.ſ.1.reg.11.

Septem dies induciarum dati ab hoſtibus viris abes Galaad. 1. Reg. 11.a. deſignãt omnium ſanctorum exempla,quibus fideles aduerſus hoſtes muniuntur.

Exẽpla ſanctorum.

Aug.12. cõtra fauſt. 17.

Poſt ſeptem dies dimiſſa columba propter illam ſeptenariam operationem ſpiritualem,oliuę fructuoſum ſurculum retulit:quo ſignificaret nonnullos etiam extra eccleſiam baptizatos, ſi eis pinguedo non defuerit charitatis, poſteriori tempore quaſi veſpere in ore columbæ tanquàm in oſculo pacis, ad vnitatis ſocietatem poſſe perduci. Quòd autem poſt alios ſeptem dies dimiſſa reuerſa non eſt,ſignificat finem ſeculi, quando erit ſanctorum requies non adhuc in ſacramento ſpei,quo in hoc tempore conſociantur eccleſiæ,quãdiu bibitur,quod de Chriſti latere manauit:ſed iã in ipſa pfectione ſalutis æternę, quũ tradetur regnũ deo & patri, vt in illa perſpicua contemplatione incõmutabilis veritatis, nullis myſteriis corporalibus egeamus.

Finis mundi.

Gloſ.inter.ſ.iudi.6

Septem anni quibus oppreſsi ſunt filij Iſrael à Madianitis.Iudi.6.b.condignam pœnitẽtiam deſignant,quę valeat ad remiſsionem.Ad hoc faciunt ſeptem dies,quibus luxerunt Iacob trans Iordanem.Gene.50.B. Sic ſeptem diebus eſt immunda mulier pariens maſculum: duabus vero hebdomadibus ſi pariat fœminam. Leuit. 12. a.Septem quoque dies dantur expiationis & conſecrationis.Exod.29.f.

Pœnitentia.

Aug.ſ.pſal.11.

Septuplum purgatũ dicitur argẽtum eloquiorũ Dei.Pſ.11.per ſeptẽ videlicet dona ſpũſſancti: & per



& per ſeptem beatitudines:nam octaua ipſum ignem ſignificat, quo ſeptupliciter probatur argentum.

Planetæ.

Septem lucernæ in candelabro ſeptem planetas deſignare poſſunt in cœlo.Exod.25.d.

Hier. de veſte ſacer.

Vindicta.

Septenarius in vltione dicit perpetuam & inſolubilem vltionem:ſicut ipſe numerus non poteſt reſolui in vllas partes æquales,niſi in vnitates:ideo ſeptupla vltio datur de Cain.Gen.4.d. Vel deſignat puniendum in hac vita vſque ad ſeptimam generationem.Leui.26.c.Septem quoque plagæ punitionem perfectam indicant. Apoc.15.a.

Rup.ſ.Amos 1. Hiero.ad damaſ.q.1. Glo.inter.ſ.leui.26. Aug.ſ.apo.ho.12.

Septem fratres viri mulieris vnius ſine liberis decedentes, deſignant eos, qui in ſeptem mundi ætatibus non tulerunt fructum in terra. Vel ſunt patriarchæ, qui non reliquerunt ſemen ipſi ſynagogæ,hoc eſt,Chriſtum.Licet enim puer natus ſit illis, nobis tamen gentibus datus eſt filius.Matth.22.c.Mar.12.B.

Aug.1.q.in euan.32. Hiero.ſ.Mar.12.

Reges.

Septem capita draconis omnes reges terræ deſignant: qui etiam dicuntur ſeptem montes. Apoc.12.a.13.a.17.c.

Aug.ſ.apo.ho.12.

Septem ſpiritus nequam ponuntur contra ſeptiformem gratiam ſpirituſſancti. Matth.12.d. Luc.11.c. ingrediuntur autem domum Iudæorum: quia Iudæi in legem ſabbati peccauerunt, & in ſeptiformem gratiam. Deſignant etiam ſeptenariam hypocriſim, ſeu ſimulationem addiam ſeptem vitiis. Sunt etiam ſeptem,quia ſeptuplum puniuit vitia eorum.Leui.26.c.

Hila.ſ.Matth.cãt.12 Ambr.ſ.luc.11. Hiero.ſ.Matt.12. Aug q.in euan.8. Hych.ſ.leui.26.

## Octonarius.

Octonarius numerus plenus dicitur, propter corporeæ ſoliditatis effectum. Nam efficit cubum,ſeu teſſeram. Sed ad ipſam cœli harmoniam.i. continentiam hunc numerum magis aptum eſſe non dubium eſt.Cum ſphæræ ipſæ octo ſint,quæ mouentur:omnes quoque partes, de quibus conſtat hic numerus,tales ſunt: vt ex earum compage plenitudo naſcatur. Eſt enim aut de his,qui neque generantur,neque generant, de monade & ſeptem:aut de duplicato eo, qui & generatur & generat.i.quatuor: qui & naſcitur de duobus, & octo generat: aut componitur ex tribus & quinque:quorum alter primus omnium numerorum impar apparuit:quinarij autem potentia ſuperius tractata eſt. Pythagorici autem hunc numerum iuſtitiam vocauerunt: quia primus omnium ita ſoluitur in numeros pariter pares, hoc eſt, in bis quaterna, vt nihilominus in numeros æquè pariter pares diuiſio quoque ipſa ſoluatur in bis bina. Eadem quoque qualitate contexitur.i.bis bina bis.Cum ergo & contextio ipſius pari æqualitate procedat, & reſolutio æqualiter redeat vſque ad monadem, quæ diuiſionem arithmetica ratione non recipit, merito propter æqualem diuiſionem iuſtitiæ nomen accepit: & quia ex his apparet quanta & partium ſuorum & ſeorſum ſua plenitudine nitatur, merito plenus vocatur.

Macro.1. de ſomnio Scipio.

De octonario inuenies apud Hilarium. prolo.ſ.pſalmos. & ſ. pſal.118. Apud Ambroſium epiſt.39.Apud Clementem Alex.6.ſtromatum.

Lex noua. Reſurrectio. Pentecoſte.

Octonario lex noua ſignificari ſolet:quæ addit vnitatem ſuper ſeptem propter reſurrectionem,quæ ſequuta eſt ſabbatum.Octo gradibus conſtabat aſcenſus portæ auſtralis & orientalis templi,vt legis nouæ indicarent myſteria. Ezec.40. d. Eccleſiaſtæ.11.a. Octauo die fit purificatio ſeminiflui,&c.hoc eſt in nouo teſtamento per gratiam Chriſti.Leui.15.b. Et circunciſio fiebat octauo die: quæ etiam typus eſt reſurrectionis. Gene.17. B.21.a.Leui.12.a. Octonario menſura erat interius veſtibulum templi: quia ad reſurrectionis dominicæ pertinet ſacramentum.Ezec.40. b.Octauo die conſecrationis ſacerdotum vocauit Moſes filios Iſrael ad offerendum ſacrificium: quia in pentecoſte cœperunt apoſtoli prædicare: & Iudęi venire ad fidem. Leui.9.a. octauus autem dies dicitur dominicus dies: quia in eo reſurrexit dominus.

Arno.ſ.pſal.6. Gre.1.Eze.ho.16 20 Hyc.ſ.leui.9.15. Ori ſ.Rom.2. Baſi Exae.ho.11. Aug.epiſ.119.& de verbis apoſtoli. ſer. 15. Hier.ſ.Ezec.40 & ſ.eccleſiaſte.11.& ſ. pſal.89.

Dies iudicij.

Octauus etiam dicitur dies iudicij veniens poſt ſeptenarium, in quo includitur quaternarius pertinens ad corpus & ad legem veterem,& ad veterem hominem:& ternarius ad animam ſpectans & ad nouum teſtamentum. Pſal.6.in titulo. Octauo autem die fit circunciſio: quia in reſurrectione iudicij ceſſabit generatio per præpucium deſignata. Et octauo die fit perfectior mundatio leproſi,hoc eſt,in reſurrectione.Leui.14.B.Num.6.B.

Aug.ſ.pſal.6. Gre ſ.Eze.ho.10 & prolo.ſ.7.pſal. Hych.ſ leui.14. Gre.Nyſſe.ſ.pſal.6

Fœlicitas.

Octaua poſt requiem ſabbati eſt operatio æternæ fœlicitatis, perfectam conſonantiam diapaſon habens: & eſt reditus in deum,ſicut in prima die eſt egreſsio à Deo: vt fiat circulus: & eſt quies media: quia inter motus contrarios datur quies in puncto reflexionis. Octaua autem die fiebat circunciſio: quia in octaua ætate, hoc eſt, in æternitate ſeptenariæ volubilitati ſuccedente, exuemur carnis corruptione: & omnia mala reſecabuntur: vnde dicitur celeberrimus. Leuit. 23. e. Gene. 17. B. in octaua beatitudine promittitur regnum cœlorum.

Geor.vene.cãt.1.to no.8.cap.14. Gre.ſ.Eze.ho.16. Hych ſ leui.12.23. Gl.interſ.gen.17.& ſ.num 6. Rup 5.ſ.gene.32. Gre nyſſe. de beatitudi.

Octonarium cubum appellant, cum ſeptem errantibus inerrantem ſphæram connumerantes: per quas fit magnus annus, veluti quædam periodus remunerationis eorum, quæ ſunt promiſſa.

Cle.Alex.6. ſtrom.

Octo primates deſignant apoſtolos ad nouum teſtamentum ſpectantes propter ogdoadem nouo teſtamento applicatam. Mich.5. b. Eoſdem deſignant octo tabulæ in occidentali parte tabernaculi.Exod.26.c.36.c.

## *Nouenarius.*

Phil.de cõgreſ. &c. Hiero.ſ.Agge.2.

NOuenarius numerus ſecundum quòd tranſgreditur octauum, & minor eſt decimo, mortalibus potius competit quàm diuinis. Vnde noni menſis numerus, qui ponitur Agge. 2.b non in bonam partem legitur. Paſcha immolat populus & alias celebrat feſtiuitates : omnis eius ſolemnitas finitur octauo, nec ad nonum peruenit. Qui agnum paſchæ præparant, tranſacta die nona incipiunt præparare. Dies quoque propiciationis & expiationis menſis ſeptimi, poſt diem nonam celebratur. Et in Ieremia, ſicut legentibus poterit eſſe manifeſtum, Hieruſalem nono anno ab aquiloniis oppugnatur. Iere. 39.a. 52.a. Quia igitur prophetia de immundicia populi futura erat, idcirco ſecundo anno Darij nonus menſis iungitur.

Geor.vene.canti.1. tono.3.cap.3.

nouem angelorum ordines nouenario numero, non quidem ſimplici, ſed aliquo modo compoſito conſummantur : quia & ipſi ab intellectu ſimplici primo ſeiuncti aliquam compoſitionem admittunt : quia in eis eſt eſſentia & virtus ipſos perficiens : vel materia (vt inquiunt) metaphyſica & forma. Verum quia in ipſis gradus ſunt perfectionis, Deo proximiores primo ternario deſcribuntur, expreſsiorem ſimplicis ternarij gerentes imaginem. Sequentes vero duplato: & vltimi tertiato ternario concludunt.

Gl.inter.ſ. Matt.20

Nona hora operariorum in vinea computatur à Moſe vſque aduentum Chriſti. Matth. 20.a.

## *Denarius.*

Philo.de decalogo.

DE numero denario hæc ait Philo. Denarius inter omnes eſt perfectiſsimus : complectitur enim cunctas numerorum differentias, parium & imparium, parium duorum, imparium trium, pariter imparium quinque : & rationes eorum multiplicatiuas ac ſuperpartientes ſuper partitaſque: Item proportiones tum arithmeticas, quæ tantundem numero ſuperant, quantum ſuperantur: Vt in.1.2.3. Tum geometricas : vbi ſicut ſe habet ſecundus ad primum, ſic ad ſecundum tertius: Vt patet.in.1.2.4.& in duplis tripliſque ac ſeſqualteris ſuper tertiiſque & ſimilibus. Nec deeſt harmonica proportio, iuxta quam medius inter extremos, æqua portione vel ſuperatur, vel ſuperat: vt apparet in ſecundo, quarto, ſextoque. Quin & triãgulorum, quadrangulorum aliorumque multiangulorum proprietates denarius continet : atque inſuper ſymphoniarum eius, quæ diateſſaron vocatur proportionem habens ſuper tertiam : & eius quæ diapente, quæ eſt ſeſqualtera, vt tria ad duo, ſicut dupla, quę diapaſon dicitur, vt duo ad vnum: quadrupla vero dis diapaſon, vt octo ad duo. Quapropter impoſitores primi nominum viri ſapientes merito videntur appellaſſe hanc δεκάδα quaſi δεχάδα, quòd capiat comprehendatque omnia numerorum genera, ac etiam rationum proportionumque ac dimenſionum corporum. Quin etiam rerum genera, quæ prædicamenta dicuntur, ſub numero denario comprehenduntur, &c.

Geor. vene. canti.1. tono.1 cap.5. Ori.ſ.leui.ho.13.

Deus.

Omnis multitudo eſt ab vno. Nec aliquid eſſet vnum, ſimul cum aliis multitudinẽ faciens, niſi per vnius participationem vnitatem ſibi compararet. Quod vnum & antiquiſsimum nemo ambigit eſſe Deum : qui antequam peculiarem vnitatem rebus inferioribus communicaret, in primum numerum ſe diffudit. Et hinc denarium tanquàm in decem ideas & menſuras omnium numerorum & rerum omnium faciendarum. Hac de cauſa vlterior numerus dari nequit: ſed denarius coacervatus in vnum redit, à quo exordium habuit : Vt ſit denarius numerorum finis & complementum, & principium decadum. Quare omnis ordo ab vnitate incipiens procedit in multitudinem vnitati coëlementalem : & ipſa ordinis multitudo tandem ad vnitatem reducitur. Et omnia quæ ſub globo lunari ſunt per hominem tanquàm per decimum genus eorum, quæ ſunt corruptioni ſubiecta : & cœli nouem per cœlum decimum, quod empireum dicitur : & nouem ordines angelorum per ſuam decadem in primariam vnitatem reſtituuntur.

Homo.

Geor. vene.canti.1. ton.cap.6.& ton. 4. cap.33.

Omnia decima neſcio quid diuinum habentia, à deo tanquàm propria exiguntur ſimul cum primitiis : vt principium numerorum vel rerum primordia, & fines vel decimæ illi reddantur, qui principium & finis eſt omnium rerum. Denarius enim eſt finis & complementum omnium numerorum : vltra quem nec ingenium, nec natio aliqua excogitauit: quia vlterior non datur. Et quia complementum eſt denarius: ideo non tantum operum, & fructuum à nobis productorum exquirit decimum : ſed in naturali ſerie, & genealogia hominum celebriori electione denarium ſibi aſciſcere voluit. Decimus enim ab Adam fuit Noë : & ab hoc decimus fuit Abraham : Chriſtus vero omnium gratiſsimus ſecundum genealogiam legalem à Luca contextam decimus eſt ſeptimi denarij à Deo incipiendo: vt per reuolutionem denarij & ſeptenarij ſacramento in Deum reuertens cæteros conducendo ſecum adduceret, in Matthæi



thæi vero textura naturali & ſecundum carnem eſt ſexageſimus tertius à Deo, poſt nouem videlicet ſeptenarios.

Decalogus. Euangelia.

Glo.inter.ſ.eze.40 & ſ.gene.18. Hiero.ſ.ezec.40. Gre.ſ.ezec.ho.16.

Decem numerus perfectus & decalogi, & quatuor euangeliorum continet ſacramenta: qui ab vno incipiens ita ad quatuor venit, vt denarium impleat. Ezec. 40.b.41.a. Vſque ad decem iuſtos deſcendit remiſsio, qua Deus paratus erat parcere Sodomitis, hoc eſt, vſque ad ſeruantes mandata decalogi. Gene. 18. d. Decem camœli, quos accepit ſeruus Abrahæ quæſiturus Rebeccam, ſunt decem præcepta legis, ſecluſis traditionibus phariſæorum. Decem quoque ſicli ponderis armillarum, quas dedit ſeruus Abrahæ Rebeccæ, ſunt cuſtodia mandatorum. Gene.24.b.c.leui. 27.a. Decem cubiti latitudinis voluminis. Zach.5.a. etiam pertinent ad decalogum. Decem filij ſunt obſeruantes decalogum. 1.reg.1. a. Et decem fratres Ioſeph Gene.42.a. Decimas autem offerunt, qui decalogum obſeruant. Decem quoque viri ſeniores de Bethlehem, ſunt antiqui patres decalogum obſeruantes, & teſtes incarnationis Chriſti. Ruth.4.a. Decem virgines vniuerſitatem credentium deſignant. Matth.25.a. Decies confunditur eccleſia, quum membra eius tranſgrediuntur præcepta decalogi. Iob.19.a. Decem cortinæ tabernaculi decem ſunt præcepta : vel ſancti vtriuſque teſtamenti. Exod.26.a. 36.b. Idem decem mulieres coquentes panes. Leui.26.d. Decem etiam cubiti tabularum ſunt decem pręcepta à doctoribus obſeruanda. Exod.26.36. Decem præterea chordę pſalterij, decalogum indicant. pſal.32. Item decem formellæ caſei.1. reg.17.c. Decem ſicli valentes viginti drachmas, dicunt cuſtodiam duplicatam decem mandatorum, ſine altiori conuerſatione aut pœnitentia. Leuit.27.a.

Seruãtes decalogũ.

Rup.6.ſ.gene.40. Glo.inter.ſ.leui.27. Gre.ſ.1.reg.1. & 14. mor.13. Ori.ſ. Matt. ho.32. & ſ.leui. ho.13. & ſ. gene.ho.16.

Vniuerſitas credentium.

Glo.inter.ſ.ruth.4. & ſ.Exod.26. Iſych.ſ.leui.26. Hiero.ſ.pſal.32. Aug.ſ.ſer.187. Iſych.ſ.leui.27. Glo.inter.ſ.leui.27.

Perfecti.

Hiero.ſ.Zach.8.

Decem homines, qui apprehendunt fimbriam viri iudæi, ſunt qui in menſuram viri perfecti venerunt. Zach.8.d. Sed & parabolam decem virginum in euangelio, quas in ſenſibus carnis & ſpiritus interpretamur: ſi oleum bonorum operum ſuis lampadibus præpararint : & quinarium numerum duplicarint : vt ſint ſanctæ (iuxta apoſtolũ) corpore & ſpiritu, ad huius numeri referunt ſacramentum. Matth.25.a. Decem quoque ciuitates, quas qui corporis ſenſus optime gubernarit, numero duplicato accipiet in futurum. Luc.19.c. Decima dies ſeptimi menſis perfectionem ſignificat, in qua clangitur tuba, & fit remiſsio. Leui.25.b. decimo menſe apparuerunt cacumina montium. Gene.8.a.

Perfectio.

Gloſ.inte.ſ.leui.25.

Angeli.

Hiero.ſ.Eccleſiaſt.7.

Decem principes ciuitatis. Eccleſiaſtæ.7.c. angeli dici poſſunt: qui ad numerum peruenere denarium: & auxiliantur humano generi.

Scientia Dei & creaturæ.

Aug.2.doctr.chri.a. 16.& 83.q.57. Gl.inter.ſ.leui.6.& ſ.num.15. Iſych.ſ.leui.14.

Denarius ſcientiam dei & creaturæ ſignificare poteſt, propter tria & ſeptem, ex quibus conſtituitur : vt tria referantur ad Deum, & ſeptem ad creaturas. Decima pars ſimilæ : & decima pars ephi perfectionem operum & ſpiritualem ſcientiam in meditatione legis indicant. Exod.29.f.leui.6.c.25.a.num.15.a. Tres autem decimæ ſimilæ perfectionem cognitionis trinitatis exprimunt. leui.14.b.

Vita æterna.

Decem columnæ atrij ad occidentem vergentes, & decem baſes, præmium æternæ vitæ deſignant. Exod.27.c.38.b. Et denarius eſt ſpes cœleſtium præmiorum, ſicut denarius diurnus eſt ipſum præmium. Matth.20.a. Ad hoc pertinent decem cubiti altitudinis altaris.3.Reg.7.

Tempus huius vitæ Sæpe.

Aug.ſ.apo.ho.2. Gloſ.inter.ſ.nu.14.

Dies decem preſſuræ vniuerſum huius vitæ tempus indicant. apoc.2.c.

Decem vices ponitur pro ſæpe. num.14.d. Decem autem vicibus dicitur mutaſſe Laban mercedem Iacob, typum gerens diaboli inducentis hominem ad omnium pręceptorum tranſgreſsionem. Gene.31.f.

Regna mundi.

Aug.ſ.apo.ho.9. Gl.inter.ſ.apo.13.

Decem cornua draconis omnia mundi regna complectuntur. Apoc.14.a. decem autem diademata beſtiæ ſunt illi, per quos principes impugnant decalogum. Apoc.13.a.

Totum tempus.

Glo.inter.ſ.deu.23.

Decima generatio aliquando dicit totum tempus : vt qui non intrant in eccleſiam etiam poſt decimam generationem, hoc eſt, nunquàm. Deut.23.a. Decima etiam generatio dicitur obſeruatio decalogi.

Prędicatores.

Gl.inter.ſ.gene.45. & ſ.3.reg 4.

Decem pulli aſinorum, aut decem aſini ſunt prædicatores decem præceptorum: vel doctores ex gentibus, decalogi mandatis inſtructi. Aſinæ vero ſunt pſeudapoſtoli. Gene.32.d. 45.f.

Pſeud apoſtoli.

Decem etiam boues in cibum Salomonis, ſunt doctores decalogi.3.reg.4.c.

Diuiſio regni Iſrael

Rup.ſ. victo. verbi Dei 7.

Decem ſciſſuræ pallij Ahiæ traditæ Ieroboam, deſignabant regnum Iſrael decies diuidendum, ſecundum quòd vnus rex occidebat alium.3.reg.11.f.

Geor.vene.canti.2. tono.3.cap.15.

Cum agnus immolari iubeatur decima die, hœdus ſeruabatur vſque ad quartam decimam, non ſine ſacramento. Nam conſummato vitæ curſu deſignato per denarium numerum completum, protrahitur adhuc perfecta expiatio animalis & quadri elementalis hominis: quia beatificato ſpiritu, & reſtituto ad Deum, qui dedit illum, certo curriculo à patre determinato, prorogatur releuatio animalis hominis, & quadrifarij corporis à corruptione, & tranſitus eius in cœleſtem beatamque naturam. Exo.12.a. verũ ſi ritè textus intelligatur, non immolabatur agnus decima die, ſed illa die ſumebatur agnus vel hœdus, & ſeruabatur in quartã decimam: & tũc vnus immolabatur per domos. Voluit autẽ lex alterutrũ ſumi, vt facilius inueniretur. Hora decima venerũt diſcipuli Ioãnis ad Chrm. Ioã.1.f. quia docturus erat legẽ ſpiritualiter implẽdã.

Aug.ſ. Ioã.tract. 7. Cyril.2.ſ.Ioan.10. Rup 2.ſ.Ioan.

Vel quia aduentus Chriſti fuit in nouiſsimis diebus.Item quia decima die tollebatur agnus. Deſignatur etiam occaſus vitæ humanæ.

Ori.ſ.Ioſu.ho.3.

Nouem tribus cũ dimidia tranſeunt Iordanem cum Ioſue: quia doctrina Chriſti perficienda fuit per ſpiritum ſanctum.Ioſu.1.

Dies decem quibus volebant fratres Rebeccæ illam apud ſe manere.Gene.24.f.

Hactenus de numeris ſimplicibus dictum eſt. Nam qui ſequuntur poſt denarium, ex ſimplicibus conſtant, vnde pauca dicuntur de ipſis allegoricè, quæ non ad ſimplices referantur. Quare pauca quę apud autores inuenimus,proponemus:non quidem de omnibus,ſed interpolatim ſecundum quòd aliqua de ipſis dicta reperimus, cæteris ſilentio prætermiſsis. Qui ſi tibi occurrant,facilè poteris ex ſimplicibus aliquid colligere,quod de eis dicas.

## 11.

Hiero.ſ.zach.1. — Res ſeculi.

Vndenarius numerus recedit ab vnitate:ideo ad res ſeculi pertinet ſicut vndecimus menſis. Zach.1.b.

Aug.15.ciui.Dei 20. & de verb. domini. ſer.15.& q in exod. 108. Gre.32.mor.14. Gloſ.inter.ſ.exo.26 — Tranſgreſsio. Peccatum. Pœnitentes. Antichriſtus.

Vndenarius item quoniam tranſgreditur denarium, trãſgreſsionem legis, ac proinde ipſum peccatum deſignare poteſt. Et vndecim ſaga cilicina tabernaculi pœnitentes deſignare poſſunt, qui legem decalogi tranſgreſsi ſunt. Exod. 26. b. 36. b. Vel deſignant tranſgreſsionem præceptorum non peruenientem ad gratiam duodecim apoſtolorum: & ſi ducantur per ſeptem, fiunt ſeptuaginta ſeptem, per quæ denotatur remiſsio. Vndecimum autem cornu in beſtia Antichriſtum deſignat.Dan.7.c.

Gl.inter.ſ.matt.20.

Vndecima hora operariorum vineæ computatur ab aduentu Chriſti vſque ad finem mundi.Matth.20.a.

## 12.

Geor. vene. canti.1. tono.6.cap.19.

Dvodenarius numerus dicitur eſſe ſuperfluus,aut abundans: quia partes eius aliquotæ ſimul coniunctæ ipſum excedunt. Quaternarius autem per ternarium complicatus numerum conducit duodenarium primum creſcentem, & magis cœleſtem & diuinum, quàm terreſtrem:vnde creſcentia omnia & diuina quamplurima ipſo diſtribuuntur.Eſt etiam hic numerus compoſitus ex duobus primo perfectis,ſenariis videlicet, & eſt primus creſcens, & hoc in ſexdecim abundans per quatuor:vnde illa excreſcentia fœlix eſt:quia fit per quadratum æquilaterum,& parentem denarij.

Aug.ſ.Ioã. trac.27. Glo.inter.ſ.nu.1. & ſ.Exod.15. Geor.vene. canti.1. to.3.cap.6. Iſych.ſ.leui.24. Aug ſ.apo.ho.9. Hiero.ſ.Ezec.43. Glo.inter.ſ. 2.pa.9. — Apoſtoli. Prædicatores.

Duodecim elegit Chriſtus: quia per vniuerſum mundum, hoc eſt, per quatuor cardines mundi trinitatem fuerant annunciaturi: ideo ter quaterni. Ioan.6.g. duodecim principes Iſrael duodecim apoſtolos præfigurabant.num.1. Et duodecim fontes erant apoſtoli, vel eorum doctrina. Et duodecim tituli. Et duodecim vituli. Et duodecim nomina filiorum Iſrael. Et duodecim lapides.Exod.15.d.24.a.28.c.39.c. Duodecim panes.leui.24.a. Duodecim cubiti lineæ cingentis columnas.3. reg.7.c. duodecim ſtellæ. Apo.12.a. Duodecim cubiti Ariel ſunt duodecim tribus,aut apoſtoli.Eze.43.c.Duodecim leunculi in ſolio Solomonis ſunt prædicatores apoſtolicam doctrinam ſequentes.2.par.9.d.

Gl.inter.ſ.gẽ.17.35. — Tribus Iſrael.

Duodecim duces Iſmael,duodecim tribus Iſrael ſignificarunt: qui ſunt duodecim filij Iacob,& vt ſunt ab Abraham,ſunt duodecim apoſtoli.Gene.17.35.42.49.

Aug.ſ.pſal.49.86. — Vniuerſitas ſaluandorum.

Duodecim portæ,& duodecim ſedes,vniuerſitatem ſaluandorum deſignare poſſunt: quia ter quatuor ſunt duodecim:totus autem mundus in fide trinitatis ſaluatur. Apoc.21.d.Matth. 19.d.

Ori.ſ.leui.ho.13. Hier. de.veſt.ſacer. — Gradus hominum. Menſes. Zodiacus.

Duodecim panes propoſitionis, duodecim gradus hominum deſignare poſſunt: qui per duodecim tribus deſcribuntur.leui.24.a. Vel ſunt duodecim menſes. Idem autem exprimunt duodecim lapides in rationali poſiti: vel ipſum zodiacum duodecim ſignis diſtinctum. Leui.24.a.

Ori.ſ. Matt.cap.14. Ambr.ſ.luc.9. Aug.ſ Ioã tract.24 — Abundantia doctrinæ.

Duodecim cophini fragmentorum ſuperabundantiam doctrinæ deſignant eorum, quæ adhuc reſtant intelligenda.Et remanent apoſtolis propter duodecim ſedes.Matt.14.c.Ioan.6.b. Vel deſignant firmamentum fidei duodecim tribuum.

Ambr.ſ.luc.8. Rup.ſ.Zach.9.

Duodecim annorum erat filia principis ſynagogæ:& duodecim annis paſſa eſt fluxum ſanguinis mulier:vt tamdiu laboraſſe intelligatur eccleſia,quandiu viguit ſynagoga:Et tunc venit ad fidem gentilitas,quando mortua eſt ſynagoga.Luc.8.

Gl.iter.ſ.eſter. 8.9. Rup.3.ſ.reg.19. — Tempus incarnationis Chriſti. Finis mundi.

Duodecimus menſis, quando liberantur Iudæi à cæde per Hãman intentata. Eſter. 8. d. 9. a. tempus incarnationis Chriſti deſignare poteſt: vel finem mundi, quando iuſti ibunt in vitam æternam: mali vero in ignem æternum. Duodecim autem cubitorum erat linea ambiens columnam vtramque Salomonis, deſignat in iudicio iudicandos omnes per ſex opera miſericordiæ; bonos quidem à dextris per miſericordiam: quia impleuerunt opera miſericordiæ: malos vero à ſiniſtris per veritatem: quia illa opera non impleuerunt. 3.reg.7.c.



3.reg.7.c.

Duodecim annis ſeruierunt viri Sodomorum Chodorlahomor: qui numerus eſt ſuperfluus:vt deſignetur per vanitatem ſeruiri hypocriſi.Gene.14.a.

## 13.

Tertiodecimo anno receſſerunt Sodomitæ à ſeruitute Chodorlahomor: quia per fidem trinitatis & decem præceptorum obſeruationem receditur à diabolo. Gene. 14.a.

Ambr.2.de Abra.11. Gloſ.inter.ſ. Ge.17.

Tertiodecimo anno circunciſus eſt Iſmael: vt deſignetur tunc coercendam eſſe libidinem, quum incipit excitari.Gen.17.d.Vel deſignatur non pertingens ad expletionem legis & euangelij,quæ quaternario ſignificatur.

Pentateuchum. Cognitio trinitatis — Hiero.ſ.Ezec.40. Gre.ſ.Eze ho.16. Glo.inter.ſ.Eſter.8

Tredecim cubiti.Ezec.40.b. vt addunt quinque ſupra octonarium numerum, quinque librorum Moyſi continent ſacramentum: qui & in quinque monſtrantur panibus:& in Samaritana euangelij: vel deſignant cognitionem trinitatis in noua lege additam veteri: vt ternarius additus denario conſtituit tredecim. Item fidem trinitatis cum cuſtodia mandatorum. Eſter.8.d.

## 14.

Glo.inter.ſ. Ge.31.

Qvatuordecim annis ſeruiuit Iacob Labani pro vxoribus ſuis. Gene.31.f.obſeruando videlicet ſeptẽ præcepta legis, de dilectione proximi, & ſeptem euangelica de dilectione Dei.

Perfectio eccleſiæ. — Amb.de obitu.Theodoſij. Aug.epiſ.119. Gre. Nyſſe. de reſurrect.1.

Quartodecimo die offertur agnus,hoc eſt, Chriſtus:additis videlicet legi quatuor euangeliis.Exod.12.a.Vel quia eſt quartadecima luna, deſignat perfectionem eccleſiæ. Et poſt quartamdecimam lunam fit Phaſe.i.tranſitus,vt ab inferioribus mẽtem ad ſuperiora conuertamus: ſicut luna incipit ad ſolem conuerti.

Hiero.ſ.Ezec.43.

Quatuordecim cubiti crepidinis Ariel, deſignant generationes Chriſti per teſſaradecadas diſtributas. Ezech. 43. c. Et quartodecimo anno percuſsionis ciuitatis vidit. Ezechiel nouam ciuitatem,quia per generationes quatuordecim venit Chriſtus ædificator eccleſiæ.Ezech. 40.a.

Gloſ.inter.ſ.gen.14.

Quartodecimo anno capti ſunt Sodomitæ à Chodorlahomor. Gene. 14.a. quia per tranſgreſsionem pręceptorum capiuntur homines à diabolo. Vbi deſignatur imperfectio quaternarij ſupra denarium.

## 15.

Ambr.epiſ.76. Aug.12.cõtra fauſt.19.& ſ pſal.150. Hiero.ſ.Gala.1. Aug.ſ.pſal.89.

Qvindecim cubitis eleuatur arca ſuper mõtes.Gen.7.d.Quia myſteria fidei & reſurrectionis in veteri & nouo teſtamento cõtenta ſuperant mentes etiam intelligentium & ſuperborum.Sic quindecim diebus manſit Paulus cum Petro, quia veteris & nouæ legis cognitionem habebant:& plenam conſummatamque doctrinam,propter quindecim carmina pſalterij, & quindecim gradus,& quindecim annos additos Ezechiæ. Gala.1.d. Poteſt etiam deſignari concordia duorum teſtamentorum.

Aeterna requies. — Ambr.epiſ.39. Gl.inter.ſ.Exo.27. & ſ.Eſter.9.

Quindecim cubiti in vtraque parte lateris orientalis & occidentalis tabernaculi. Exod.27. c.38.b. Deſignant æternam requiem conſtantem ex ſabbatiſmo & octonario reſurrectionis corporum. Vel ſeptenarius refertur ad præſentem vitam:octonarius ad futuram, ad quam per hanc venitur.Eſter.9.c.Hoſe.3.a.

Iſych.ſ.leui.23.

Quintodecimo die celebratur feſtiuitas tabernaculorũ. Leui. 23.e.vt per ſeptenarium vitæ præſentis, in qua peregrinamur vt in tabernaculo, veniamus ad octonarium reſurrectionis. Vel deſignatur euangelica prædicatio: quæ ex præſenti vita & futura conſiſtit, hanc componens,illam præparans.

Iſych.ſ.leui.23.

Quintodecimo die ſecundi menſis fiebat ſecundum paſcha.num.9.a. Et quintodecimo primi menſis primum,deſignans illo numero paſcha nouæ legis.leui.23.a.

Gre.ſ.pſ.129.

Quindecim gradus pſalmorum deſignant per ſeptenarium vitæ actiuæ & temporalis, & octonarium contemplatiuę aſcendendum ad cœleſtis quietis templum.

Iſych.ſ.leui.27.

Quindecim ſicli valentes triginta drachmas,infimam perfectionem, quę eſt fructus trigeſimi deſignant.leui.27.a.

Ambr.de Noe.15.

Quindecim cubitis eleuantur aquæ diluuij ſuper terram, quum quinque ſenſus terreni hominis,& animalis & rationalis vitiis ſubmerguntur.Gene.7.d.

Rup.ſ.hoſe.3.

Quindecim argenteis conduxit Hoſee adulteram. Hoſe.3.a. vbi neque eſt vnitas vt in denario,neque binarius vt in vicenario:& deſignatur ſynagogã,neque virginem eſſe, neq; aptam coniugio Chriſti.

Ambr epiſ.76.

Quindecim gradibus retroceſsit ſol,quum ſanatus eſt Ezechias.Iſa.38.b.

## 16.

Gl. inter. ſ. Gen. 37.

SExdecim anni Ioſeph perfectionem vitæ & doctrinæ deſignare poſſunt. Gene. 37. a. Ad idem referri poſſunt ſexdecim baſes in occidentali plaga tabernaculi. Exod. 26. 36.

## 17.

Decimo ſeptimo die inundauerunt aquæ diluuij, & ingreſsi ſunt filij Noe in arcam : vt deſignetur eum, qui eccleſiam ingreditur per baptiſmum, promittere decalogi obſeruationem propter æternam requiem: & eſt typus inchoantium. Gene. 7. b.

Decimo ſeptimo anno venditus eſt Ioſeph in Aegypto. Gene. 32. g.

Au. epiſ. 110. vel. 119.

Decem & ſeptem annis manſit Iacob in Aegypto. Gene. 47. f.

## 18.

Amb. ſ. luc. 13.
Aug. q. in iudi. 37.
Gre. ho. 13.

NVmerus decem & octo ſic ſumitur in muliere, quæ decimo octauo anno curata eſt à curuitate: vt in decem verbis intelligatur perfectio legis ; & in octauo numero reſurrectionis perfectio, quam aſſequuntur, qui à peccatorum curuitate liberantur. Luc. 13. c. Et ter ſex perfectionem legis euangelicæ deſignant. Et etiam triplicem legem, naturæ, ſcripturæ & gratiæ : in quibus curuatum fuit genus humanum, donec à Chriſto curatum eſt.

Rup. 3. ſ. reg. 19.

Columna decem & octo cubitorum, perfectionem operum cum fide trinitatis, quia ter ſex fiunt decem & octo. 3. reg. 7.

## 20.

Rup. ſ. Agge. 2. — Chriſtus.

VIginti modiorũ aceruus eſt Chriſtus, qui numerus binarius decenus eſt, quia videlicet nõ vnius tantũ, ſed geminę ſubſtantiæ eſt, Deus & homo: ſed Iudæis facti ſunt decem modij: quia non Deum & hominem, ſed tantum hominem crediderunt. Agge. 2. c.

Rup. 3. ſ. reg. 7. — Latitudo charitatis

Viginti cubitorum erat latitudo templi. 3. Reg. 6. a. Ezec. 41. a. deſignans latitudinem charitatis in duobus præceptis: quia hic numerus in deceno limite binarius eſt.

Glo. inter. ſ. Exo. 26 & ſ. 3. reg. 4. — Doctores.

Viginti tabulæ tabernaculi: & columnæ atrij: & baſes, & capita columnarum, doctores ſanctos ſignificare poſſunt: qui & ipſi præcepta ſeruant, & alios eadem ſeruare docent. Exod. 26. 27. 36. 38. Quater quini viginti fiunt: lex autem quinque libris, gratia vero noui teſtamenti quatuor euangeliis continetur : & doctores miro veritatis conſenſu completa in euangelio legis arcana manifeſtant, & pręfigurata in lege euangelii ſacramenta. Viginti boues paſcuales in cibum Salomonis per ſingulos dies, doctores ſunt decalogi. 3. reg. 4. c.

Aug. 2. de peccatorum meritis. 35.
Iſych. l. leui. 5. — Popul' Chriſtianus

Tales illi viginti annorum adoleſcentuli figuram noui populi pręmiſerunt, qui in terram promiſsionis intrarunt : qui nec in dexteram, nec in ſiniſtram dicti ſunt declinaſſe. Non enim ea viginti annorum ætas comparanda eſt innocentiæ paruulorum, ſed niſi fallor, hic numerus myſticum aliquid adumbrat & reſonat. Vetus enim teſtamentum quinque Moyſi libris excellit: nouum autem quatuor euangeliorum autoritate præfulget : qui numeri per ſe multiplicati ad vicenarium perueniunt. Quater enim quini, vel quinquies quaterni viginti ſunt.

Iſych. ſ. leui. 27.
Glo. inter. ſ. leui. 27 & ſ. Exod. 30. & ſ. num. 1.
Aug. q. in nume. 2. — Fortes.

Viginti annorum & ſupra ſunt, qui ſufficientes ſunt omnes virtutes operari, & ſubiicere omnes intelligibiles inimicos: demum firmi & fortes. Leui. 27. a. A viginti annis & ſupra numerantur Leuitę & filij Iſrael: vt deſignentur ij, qui vetus & nouum teſtamentum habent: quia viginti fiunt per quatuor & quinque inuicem multiplicata. Et qui legem intelligunt ſpiritualiter per gratiam euangelij. In hac ætate contra vnumquemq; bella vitiorum naſcuntur. Exo. 30. a. 38. d, Num. 1. a.

Gre. ſ. 1. reg. 7. — Lex noua.

Vicenarius continens bis decem legem nouam deſignat: atque ita perfecti cum per amorem prohibita vitant, euangelij ſublimia complent mandata. Et in contemplatione perfecti denarium numerum habent in perfectione ſcientiæ: vicenarium vero in ſuperna delectatione. 1. reg. 7. a.

Gloſ inter. ſ Exod. 27. & ſ. Gene. 18. 31. — Virtutes.

Viginti cubiti introitus atrij deſignan ſubiectionem quinque ſenſuum per quatuor virtutes: vel legem euangelicam. Exod. 27. c. 38. b. Et viginti annis ſeruiens Iacob geminam charitatem deſignauit, cum obſeruatione mandatorum. Gene. 31. f. Propter viginti iuſtos promittit dominus ſe parciturum Sodomis. Gene. 18. d. hoc eſt, propter ſeruantes mandata cum dilectione Dei & proximi, propter denarium & binarium.

Gre. 15. mor. 7.

Decem cubitorum erat latitudo voluminis, longitudo vero viginti : quia latitudo operationis noſtræ ſimpla eſt: & longanimitas ſpei in duplum tenditur : quoniam pro bono noſtro opere & hic nobis mentis requies, & illic gaudia æterna præparantur. Zach. 5. a.

Iſych. ſ. leui. 27. — Ieiuniũ & pœnitẽtia

Viginti ſicli valentes quadraginta drachmas, ieiunium, & pœnitentiam deſignant. Leuit. 27. a. Viginti ſtateres panis dantur Ezechieli deſignanti pœnitentiam & laborem populi. Eze. 4. a

Vicenarius



Hier. aduer. Iouini. & ſ. Eze. 45.

Vicenarius numerus infauſtus habetur: in eo Eſau accepit munera. Gene. 32. d. Placet Eſau, propter dualitatem denarij. Huc videtur referri poſſe gazophylacia Leuitarum. Ezech. 45.

Peccatores cõ uerſi. — Gre. ſ. 1. Reg. 14.

Viginti virorum plaga. 1. Reg. 14. b. deſignat peccantes per quinq; ſenſus: qui conuerſi remedia inueniunt in quatuor euangelijs. Viginti argenteis venditus eſt Ioſeph. Gene. 37. f.

Viginti oboli ſunt in ſiclo. Exo. 30. b.

## 21.

Vniuerſitas. — Aug. epiſ. 119.

NVmerus viginti vnius, vniuerſitatem indicare ſolet propter triplicatum ſeptenarium.

Finis vitæ. — Hiero. ſ. Agg. 2.

Viceſimus primus dies menſis. Exo. 12. c. finem vitæ deſignare poteſt : ideo vſq; ad eam veſcuntur azymis: & eſt dies ſolemnis bonis. Et quia conſtat ex ter ſeptem, pleniſsimum ſacramentum trinitatis indicat. Agge. 2. a.

## 22.

Ori. ſ. Nu. ho. 4.

VIginti duo prima apud Hebræos elementa traduntur : viginti duo rurſus à protoplaſto Adam vſq; ad Iacob, ex cuius ſemine initium duodecim tribus ſumunt, patres fuiſſe memorantur. Tradunt etiam omnium creaturarum Dei ſpecies intra viginti duorum numerum colligi: propter hoc & Leuitæ, id eſt, qui ſeruiant domino, & primogeniti filiorum Iſrael, admirabili hoc & ſacrato numero titulantur. Num. 3. f.

## 24.

Hiero. ſ. Agge. 1.

DIe viceſima quarta cœpit ædificari templum domini. Agge. 1. d. quia octonarius numerus, qui ſanctus eſt, & in verę circuncisionis typo accipitur, triplicatus viceſimũ quartum numerum facit: figuraliter nos docemur, vt ædificemus domum domini in amputatione carnis & vitiorum circunciſione : & veram puritatem eſſe credamus, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti.

Patriarchæ & apoſtoli. — Glo. inter. ſ. apo. 19. Rup. 3. ſ. apo. Aretas. ſ. apo. 4.

Viginti quatuor ſeniores patriarchę & apoſtoli dicuntur. Vel duodecim iudices Iſrael cum duodecim apoſtolis. Apoc. 4. a. 19. a Suprema illa diuiniſsima, ſanctiſsimaq; trinitas ſeptenarium numerum, iuxta inſcrutabilem ſuę ſapientiæ profunditatem, ter ſibi ipſi reſumens, viginti quatuor demonſtrauit. Siquidem ter ſeptem viginti & vnum efficiunt : cui à vingiti quatuor ternarius deeſt: qui ternarius omnium creatrici diuinæ trinitati dedicatus eſt.

## 25.

Perfectio ſenſuum & operum. — Ori. ſ. Nu. ho. 5. Hiero. ſ. Eze. 40.

IN numero viginti quinq;, qui eſt quadratus ex quinario, quinq; ſenſuum perfectio declaratur. Quod vtiq; indicat eum vocari ad opera operum in miniſterio peragenda : qui ex omni parte multiplicatis & purificatis ſenſibus inuenitur eſſe perfectus. Ezec. 40. b. Et vigintiquinq; ſtadiorum numerum. Ioan. 6. b. Dicit perfectionem boni operis intrinſecus: quod quinq; ſenſibus p erficitur. Deſignat etiam impletionem legis, quæ quinq; libris continetur. Et ipſos exercentes bonas operationes in proximos per quinq; ſenſus. A vinginti quinq; annis aſſumuntur Leuitæ, cum incipiunt pugnæ vitiorum. Num. 8. d. Secundum autem quòd hic numerus eſt medietas quinquagenarij, deſignat mediam perfectionem habentes.

Rup. 6. ſ. Ioan. Aug. ſ. Ioan. trac. 25. Gre. ſ. Eze. ho. 17. 19. Glo. inter. ſ. Nu. 8. Philo. q deterior potior inſidietur.

Abuſus ſenſuum. — Hiero. ſ. Eze. 8. 11.

In malum deſignat eos, qui firmati ſunt in abuſu ſenſuum : vt qui dorſa habebant ad templum verſa: vel ſunt, qui omnia referunt ad ſenſus. Eze. 8. g. 11. a.

## 27.

TEr tria ter conſtituunt viginti ſeptem : & deſignant potentias noſtras ad bonum opus eſſe paratas per trinitatis confeſsionem: vnde tali die ceſſarunt aquæ diluuij, & areſacta eſt terra: in quo gerit figuram perfectorum. Gen. 8. a.

## 28.

Longanimitas.

VIginti octo cubiti longitudinis cortinarum tabernaculi deſignant perfectam longanimitatem: quia hic numerus eſt perfectus conſtans ex ſuis partibus aliquotis. Exod. 26. 36.

## 29.

VIginti nouem talenta auri fuerunt oblata in ſanctuario. Exod. 38.

## 30.

Ori. ſ. gen. ho. 2. Aug. 12. contra Fauſt. 14.

Chriſtus.

TRicenarius numerus ſic ſe habet, vt trecentorum contineat ſacramentum : Quod enim ibi centeni, hoc hic deni tertio multiplicati faciunt. Triginta autem cubitorum arcæ altitudo, quem numerum decies habet in trecentis longitudo, deſignat Chriſtum, qui eſt altitudo noſtra, qui triginta annorum ætatem gerens, doctrinam euangelicam conſecrauit, conteſtans ſe veniſſe non ſoluere legem, ſed implere. Legis autem cor in decem pręceptis agnoſcitur. Triginta annorum erat Ioſeph, quando eductus eſt de carcere, & totius Agypti ſuſcepit principatum: vt imminentis perniciẽ famis diuina prouiſione depelleret, Gene. 41. b. Qua ætate venit Ieſus ad baptiſmum, & vidit cœlos diuiſos, & ſpiritum Dei in columbæ ſpecie venientem ſuper ſe : vbi & primum cœpit ſacramentum patefacere trinitatis. Luc. 3. Sic trigeſimo anno aperti

Ori. ſ. gene. ho. 2. & ſ. Luc. ho. 28. & ſ. Eze ho. 1. Gre. ſ. Eze. ho. 2. Glo. inter. ſ. gen. 41.

anno aperti ſunt cœli Ezechieli,id eſt,Chriſto in baptiſmo.Eze.1.a. Triginta annorũ erat Dauid,quum regnare cœpit.2.Reg.5.a.

Iſyc.ſ.Leui.27. Glo.inte.ſ.Exo.26. Rup.3.ſ Reg.7.&.6. ſ.Ioan. Aug ſ.Ioan.trac.25. Glo.inter.ſ.3. Reg. 4.&.ſ gene.18.

Fides trinitatis cum obſeruatione præceptorum. Perfecta impletio legis.

Triginta ſicli deſignant fidem trinitatis,cum obſeruatione præceptorum:vel tres virtutes cũ prçceptis.Exod.21.g.Valent ſexaginta drachmas,pro fructu ſexageſimo.Leui.27.a.Idem deſignant triginta cubiti longitudinis ſagorum tabernaculi. Exod.26.b.36.b. Item triginta cubiti altitudinis templi.3,Reg.6.a. Triginta ſtadia nauigata, perfectam impletionem legis deſignãt: quum ſint quinquies ſex. Vel quum ex ſecunda vnitate,id eſt, denario per ternarium ducto perficiatur,euangelicam fidem trinitatis indicat.Ioan.6.c. Triginta cori ſimilę in cibum Salomonis per ſingulos dies,fidem ſanctæ trinitatis,quæ in lege domini cõtinetur indicant. 3.Reg. 4.c. Propter triginta iuſtos parcit Deus Sodomis.Gen.18.d. hoc eſt, propter ſeruantes legem cum fide trinitatis. Ter enim decem ſiunt triginta. Ad hos referuntur triginta camœli fœtæ. Gen.32.b.

Gre.ſ.1.Reg.9.

Triginta viri recumbentes cum Samuele,deſignant habentes fidem,quæ per dilectionem operatur.1.Reg.9.d.

Ori.ſ.Mat.ho.35. Amb.3.de ſpiritu ſancto.18.

Myſteria nouæ legis.

Triginta argenteis venditus eſt Chriſtus,iuxta tempus,quod habebat ante prædicationem. Matth,26.b. Deſignant etiam pleniora myſteria nouæ legis.Zach.11.c.

Amb.epiſ.13.

Anima pœnitens.

Triginta diebus ſedens mulier in domo, deſignat animam intra ſe pœnitentiam agentem. Deut.21.c.

Aug.1.q. in euang.9 Glo.inter.ſ.Mat.13. &.ſ.Eze.40. Gre.ſ.Eze.ho,40.

Triceſimus fructus dicitur eſſe coniugatorum: quia hæc ætas eſt pugnantium:& illi habent acriorem conflictum. Inſinuat autem fidem trinitatis. Matth. 13. a. Et triginta gazophilacia. Eze.40.c. deſignant triceſimum fructum:& perfectionem vitæ actiuæ & contemplatiuæ cum fide trinitatis in prædicatoribus.

## 33.

TRiginta tres filij egreſsi de Lia numerantur, in ingreſſu Iacob in Aegyptum.Gen.46.b.

Triginta tres dies purgationis mulieris parientis maſculum numerantur poſt octo dies Leui.12.a.

Hiero.ſ.Eze.41.

Bis triginta tres cubiti circuitus templi. Ezec.41.b. Indicant nos indigere duplici natiuitate,carnali & ſpirituali.

## 37.

Glo.inter.ſ.2. Reg. 23.

TRiginta ſeptem fortes Dauid. 2.Reg.23.d. ſunt fidem & obſeruantiam decalogi,gratia ſeptiformis ſpiritus operante honorantes.

## 38.

Aug.ſ.Ioan.trac.17. Glo.inter.ſ. Ioan 5.

TRiginta octo anni infirmitatis paralytici deſignant defectum impletionis legis, quæ quadragenario impletur: qui defectus eſt per binarium deſignantem duo præcepta charitatis. Ioan.5.a. Vel deſignant multitudinem & magnitudinem peccatorum, quibus opprimebatur.

## 40.

Aug 2.de conſenſ.euangeli.4.&.83.q. 57. Glo.inte.ſ.Exod 16

Tempus huius ſeculi

QVadragenarius numerus habet quater decẽ: ipſe autem denarius ab vno vſque ad quatuor progrediente numero conſummatur. Vnde laborioſi huius temporis ſacramentum eſt, quo ſub diſciplina regis Chriſti, aduerſus diabolum dimicamus: quod etiam illud declarat,ꝙ quadraginta dierum ieiunium,hoc eſt, humiliationem animæ cõſecrauit lex,& prophetæ, per Moyſen & Eliam, qui quadragenis diebus ieiunauerunt:& euangelium per ipſius domini ieiunium:quibus diebus quadraginta etiam tentabatur à diabolo.Matt.4.a. Quadraginta annis comederunt filij Iſrael manna in deſerto.Exod.16.d. vt deſignetur totum tempus huius vitæ, quo ſecundum vetus & nouum teſtamentum viuimus.

Aug.ſ.Ioan. trac.17

Perfectio operum.

Quadragenario numero perficitur opus:fortaſſe ideo,quia in decem prçceptis lex data eſt: & per totum mundum prædicanda erat lex: qui totus mundus quatuor partibus commendatur,Oriente & Occidente,Meridie & Aquilone:vnde denarius per quatuor multiplicatus, ad quadragenarium peruenit:vel quia per euangelium, quod quatuor libros habet, impletur lex: quia in euangelio dictum eſt:Non veni ſoluere legem,ſed adimplere.Itaq; quadragenario numero quædam perfectio in operibus bonis ſignificatur:quæ maximè bona opera exercentur in abſtinentia quadam ab illicitis cupiditatibus ſeculi,hoc eſt,generali ieiunio. Quadraginta annorum erat Iſaac, quando duxit Rebeccam.Gen.25.c.

Ori.ſ.Nu.ho.8.

Ambr.ſer.23. & de Noe 13.

Tranſgreſsio decalogi. Pœnitentia. Vita præſens.

Dicitur.Num.14.Filij veſtri erunt vagi quadraginta annis. Et quid haberet myſterij numerus iſte declarat dicens. Secundum numerum dierum, quibus conſideraſtis terram qaadraginta diebus: pro die per annum recipietis peccata veſtra quadraginta annis. Timeo ego myſterij huius ſecreta diſcutere. Video enim quòd peccatorum in hoc ratio comprehenditur & pœnarum. Vnde quadraginta diebus & noctibus pluit in diluuio: vbi quatuor per decem multiplicantur: vt deſignetur tranſgreſsio decalogi; & tribulatio pœnitentiæ: & ætas huius vitæ, in qua



Hiero.ſ.Eze.29.41. &.ſ.Amos.2. Aug epiſ.110.&.12. contra Fauſt.17.& ſ.ps.94. Glo.inter.ſ gen.50. Rup 2.ſ.Eze.21.& ſ.Ioan.3.

Labores Chriſti. Impœnitentia.

in qua eſt pœnitendum.Gene.7.8.18. pſal.94. Pœnitentiam etiam deſignãt quadraginta dies condituræ cadauerum.Gene.50.a. Et quadraginta dies dantur puerperæ poſt partum maris. Leui.12. Quadraginta dies dati Niniuitis ad pœnitentiam, tempus huius vitæ.Ioan.3.b. Quadrageſima iungitur paſsioni,propter pœnitẽtiam. Solet enim hic numerus eſſe laboris:vnde & deſignabit labores Chriſti.Eze.41. Quadraginta annis nõ habitata Aegyptus,deſignat impœnitentiam.Eze.29.c.

Aug.q in gene.169

Denarius perfectionem ſignificat,quæ per quaternariũ multiplicatur:vt deſignetur per quatuor mundi plagas fidem trinitatis eſſe prædicandam. Quia vero Chriſtus fuit cum apoſtolis poſt reſurrectionem quadraginta diebus:non ſemper quadragenarius numerus ſignificabit pœnitentiam.Acto.1.a.

Glo.inte.ſ.Exo.24. &.ſ.gene.18.

Quadraginta dies & noctes, quibus fuit Moſes cum domino, deſignant perfectionem decalogi, per quatuor mundi partes in lege noua futuram. Et quòd ſoli illi decalogum implent, quos euangelij gratia iuuat.Exod.24.d. 34. Quadraginta iuſti propter quos parcit Deus Sodomis,ſunt legis & euangelij præcepta ſeruantes.Gen.18.d.

Geor.vene. canti.2. tomo.3.cap.16. Iſych.ſ.Leui.12.

Quadraginta diebus eſt immunda mulier poſt partum maſculi. Leuit.12.d. quia tot diebus embrio vegetatur, & transformatur, quouſq; in corpus organicum perfectum ſuis debitis & harmonicis mẽſuris conducatur,vt diſpoſitum ſit ad ſuſcipiẽdam animam maſculeam,quæ eſt potiſsima hominis ratio.

Hiero.ſ.Eze.4. Glo.inter.ſ. ps. 94.

Quadraginta diebus dormiens Ezechiel ſuper latus dextrum, quadraginta annos captiuitatis domus Iuda deſignauit.Eze.4.b.Quadraginta annis contulerat Deus beneficia filijs Iſrael, qui non ſunt conuerſi.pſal.94.

Gre.ſ.1.Reg.4.

Quadraginta annis iudicans Eli Iſrael deſignat tranſgreſsionem mandatorum: ideo iudicat quadraginta annis quia legis auſteram diſciplinam ad timorem ſubiectæ plæbis exibuit: vt materiam humanæ conditionis per concupiſcentiam fragilem per timorem retineret. 1. Reg. 4. d.

Aug.12. contra Fauſti.20.

Poſt quadraginta dies emiſſus coruus, non eſt reuerſus, aut aquis vtiq; interceptus, aut aliquo ſupernatante cadauere illectus: ſignificat homines immundicia cupiditatis teterrimos, & obhoc ad ea, quæ foris ſunt in mundo, nimis intentos, aut rebaptizari, aut ab his, quos præter arcam, id eſt, præter eccleſiam baptiſmus occidit, ſeduci & teneri.

Quadraginta vaccas dedit Iacob Eſau fratri ſuo in munus.Gene.32.d.

Quadraginta baſes æneæ erant ſub viginti tabulis tabernaculi.Exo.36.c.

## 42.

Ori.ſ.Nu.ho.27.

COnſtat numerus deſcenſionis Chriſti in mundum per quadraginta & duos patres ſecundũ carnẽ: velut per quadraginta duas manſiones deſcendentis vſq; ad nos:& per totidem manſiones eſt aſcenſus filiorum Iſrael, vſque ad hæreditatis promiſſæ principium.Num.33.

Rup.6.ſ.apo.

Quadraginta duobus menſibus calcabitur ciuitas ſancta: vt deſignetur abundantia iniquitatis in tempore Antichriſti, quia numerus ille eſt ſuperfluus ſeu abundans.Apo.11.a.

Aug.ſer.204.

Quadraginta duo pueri occiſi ab vrſis.4.Reg.2.d. deſignant quadraginta duos annos poſt paſsionem Chriſti,quum euerſa eſt Hieruſalem à Tito & Veſpaſiano.

## 45.

Gl.inter.ſ. gen. 18.

PRopter quadraginta quinq; iuſtos promittit ſe dominus parciturum Sodomis. Gene. 18.d. Vbi deſignantur ij,qui corpus quadragenaria abſtinentia domant,& quinq; ſenſibus ordinatè vtuntur.

## 46.

Aug ſ.Ioan trac. 10. Rup.3.ſ.Ioan.

QVadraginta ſex annis ædificatum templum.Ioan.2.d.deſignat corpus Chriſti de Adam aſſumptum:in cuius nomine ſecundum literas Grçcas numerus quadraginta ſex inuenitur. Item quadraginta ſex dies,quibus corpus humanum in vtero formatur.

## 50.

Remiſsio.

Ori.ſ.Nu.ho.5.25.& 1.Mat.cap 14. Ambr.1.Luc.9. & apolo.Dauid.8. Hiero.Aglaſiæ.&.ſ. Iſa.3. Iſyc.ſ.Leui.25.27. Glo.inte.ſ.gen.8.18 Aug.ſer.198.

QVinquagenarius numerus remiſsioni & indulgentiæ conſecratus eſt. Secundum legem enim quinquageſimo anno remiſsio erat: vt ſi quis diſtraxiſſet poſſeſsionem, eam reciperet: ſi liber in ſeruitutem veniſſet, reciperet libertatem: indulgentiam debitor reciperet: exul rediret ad patriam. Leui. 25. Spiritalis ergo Noë Chriſtus in arca ſua, in qua humanum genus de interitu liberat, id eſt, in eccleſia ſua, hunc quinquagenarium remiſsionis numerum in latitudine collocauit. Niſi enim remiſsionem peccatorum donaſſet credentibus,non fuiſſet per orbem terrę eccleſiæ latitudo diffuſa,Gene.6. Et propter quinquaginta iuſtos parcit Deus Sodomis.

Sodomis. Gene.18.d. Et pſalmus quinquageſimus eſt pœnitentię & re miſsionis. Et lex data eſt quinquageſimo die.Exod.19. Et feſtum nouarum frugum fit quinquageſimo die. Et quinquageſimo die venit ſpirituſſanctus ſuper apoſtolos.Acto.2.a. Et quinquageni diſcumbunt in conuiuio Chriſti, propter remiſsionem iubilæi.Luc.9. Princeps ſuper quinquaginta eſt Chriſtus,qui eſt princeps remiſsionis.Iſa.3.a. Ad remiſsionem & ad gratiam pertinent quinquaginta bati olei. Luc.16.b. Et quinquaginta ſicli.Leui.27.c. 2.Reg.23.d. Et quinquageſimum caput prædæ datur Leuitis & ſacerdotibus.Num.31.d. Quinquaginta & quingenti, cognatus eſt numerus. Decadæ enim quinquaginta faciunt quingentos.Sed & ex alia parte numerus iſte ſacratus fit. Septem enim ſeptimanis, ſi addatur vnius numeri perfectio, quinquaginta faciunt dies. Similiter & ſeptuaginta ſeptimanis, ſi addatur vnius decadæ conſummatio,faciunt quingentos. Quod etſi abundantius adhuc ſacramenta quinquaginta & quingentorum numeri placet colligere:habemus Num.31.d. vbi de hoſtium ſpolijs, quidam quidem offerunt in dona Dei quinquageſimam portionem, qui non proceſſerunt ad bellum: quidam vero quingenteſimam: & vtiq; non inaniter: ſed ad indulgentiam referri videntur. Quinquaginta lagenæ.Agge.2.c. remiſsionem per Chriſtum ſignificant: ſed Iudæis fiunt viginti: quia ſolum confitentur duos denarios in ipſo,nempe natiuitatem & mortem:ſed negant tres,reſurrectionem,aſcēſionem, & aduentum ad iudicium.

Rup.ſ.Age.2.

Quinquageſimus annus iubilæi,diem iudicij deſignare poteſt, quando in nouiſsima tuba reſurgent mortui.Leui.25.b.

Iſyc.ſ.Leui.25. — Dies iudicij.

Quinquaginta annorum Leuitæ,ſunt habentes internam quietem: qui fiunt cuſtodes vaſorum,tanquàm iam perfecti.Leui.8.d. Nu.8.d. Exo.18. Quinquaginta autem ſicli valentes cētum drachmas,perfectionem vſq; ad martyrium deſignant.Levi.27.a.

Philo. q̄ deterior potiori inſidietur. Glo.inter.ſ.Nu.8. Iſyc.ſ.Leui.27. — Perfecti.

Quinquaginta anſulæ in cortinis, & quinquaginta circuli aurei, æternam requiem ſignificant, quæ per dona ſpirituſſancti habetur.Exod.26 a. 36. Vel recordationem ſupernæ quietis: aut humilitatem compunctionis. Et quinquaginta cubiti atrij ad occidentem, deſignant requiem poſt hanc vitam: ad orientem vero remiſsionem & ſpem quietis. Exod.27.38. Vel remiſsionem & reſurrectionem: vt poſt ſeptem hebdomadas per diem reſurrectionis ad regna cœlorum perueniatur. Ezec.40.c. Denarius coniunctus quadragenario fit quinquagenarius: vnde cum labore celebramus quadrageſimam ante paſcha: cum lætitia vero tanquàm acceptā mercedem quinquageſimam poſt paſcha. Nam huic tanquàm ſalutari labori boni operis, qui pertinet ad quadragenarium numerum, additur quietis & fœlicitatis denarius, vt quinquagenarius fiat. Significauit hoc & ipſe dominus multo apertius, quando poſt reſurrectionē quadraginta diebus conuerſatus eſt cum *diſcipulis ſuis in terra*, quadrageſimo autem die, quum aſcendiſſet in cœlum, peractis decem diebus miſit mercedem ſpirituſſancti.

Aug.epiſ.119. Glo.inter.ſ.Exo.26 27. Hiero.ſ.Eze.40. Gre.ſ.Eze.ho.17. Aug.ſ.Ioan.trac.17. &.83.q.57.&.ſ.pſal.150. — Aeterna quies.

Quinquaginta cubiti latitudinis arcæ,deſignant diffuſionem charitatis in eccleſia per ſpiritū ſanctum, qui datus eſt nobis. Quinquageſimo enim die poſt reſurrectionē ſuam Chriſtus ſanctum ſpiritum miſit, qui credentium corda dilatauit.Gene.6.

Aug.11.cōt.Fauſ.14 — Charitatis diffuſio.

Duo quinquagenarij miſsi ad Eliam. 4. Reg. c. diabolum deſignant: qui in ſuis imitatur pœnitentiam, quam non habent. Deſignant etiam ſuperbos. Tertius vero typus eſt verè pœnitentium.

Hiero.ſ.Iſa.3. — Diabolus. Superbi. Pœnitentes.

Vnus ſeruus debebat denarios quingentos:alius quinquaginta.Luc.7.f.

## 60.

SExagenarius ex ſenario perfecto denarioq; compoſitus, perfectionem ſignificat antiquorū patrum: qui legem ſcriptam non habentes, decalogum tamen legis, bene & perfectè operando laudabiliter adimplerunt: quos ſignificabant ſexaginta columnæ atrij. Exod.27. Sexaginta fortes,ſunt omnes perfecti,qui fuerunt ante nos in eccleſia:vel prædicatores:qui dū decē præcepta,quo ſpiritualius & fortius in ſex diebus compleuerunt ſexagenarium numerum perfecerunt. Canti. 3. c. Sic ſunt ſexaginta reginæ. Canti. 6. c. Annus ergo ſexageſimus eſt vita ſpiritualis. Vſque ad ſexaginta annos dant pro voto quinquaginta ſiclos, & fœmina triginta valentes ſexaginta dragmas. Leui.27.a. Vltra ſexaginta ſunt, qui à ſtatu perfectionis imminuti eſſe videntur. Sexaginta cori farinæ in cibum Salomonis per ſingulos dies,perfectionem operum deſignant.3.Reg.4.c. Iſaac ſexagenarius erat, quando genuit Iacob & Eſau. Gene. 25.d. Sexageſimus fructus virginum, tum propter otium interius, quia contra carnis conſuetudinem minime pugnant, tum propter perfectionem operum, quæ illo numero exprimitur. Matth.13.a.Mar.4. Sexaginta cubiti in templo perfectionem mundi ſignificant, & perfectionem operum.Eze.40.c.3.Reg.6.

Rup.4.ſ.Exo.17. Gre.ſ.cant.3 6. Glo.inter.ſ.cant. 3. Iſyc.ſ.Leui.27. Glo.inter ſ.Leui.27 &.ſ.3.Reg. 4 &.ſ. Ezech.40.&.ſ.Matth.13. Aug.q.in euang.9. Gre.ſ.Eze.ho.17. — Antiqui patres. Perfecti. Prædicatores. Perfectio operum.

Sexaginta reginæ. Canti.1.a. deſignant animas regnantes in intelligibilibus & ſpiritualibus: quia denarius numerus ſignificare poteſt vniuerſitatis ſcientiam, quę ſi ad interiora & intelligibilia referatur: quæ ſenario numero ſignificantur, fit quaſi decies ſexies, quod eſt ſexaginta.

Aug.83.q.55. Rup ſ.cant.6. — Animæ perfectæ.

Sexaginta



Sexaginta ſunt generationes fidelium, quę fuerunt ab Adam vſq; ad Chriſtum: quæ tamen fuerunt ſexaginta duæ:ſed dicuntur ſexaginta:ſicut dicuntur ſeptuaginta interpretes, licet fuerint ſeptuaginta duo.

Epipha.3.contra hæreſes.tomo.2.

Sexaginta diebus fleuit filia Iephte virginitatem ſuam.Iudi.11.g.deſignans pœnitentes in ſex ætatibus:vel quòd toto tempore ſeruandus eſt decalogus.

Sex ætates. — Aug.q.in iudi. 49. Chryſ.de Iephte, Multa.

Sexagenarius eſt ſenex infirmus in propoſito.Leui.27.a.

Glo.inte.ſ.Leui.27.

## 66.

SExaginta ſex animæ de femore Iacob ingreſſæ ſunt in Aegyptum.Gene.46.

Sexaginta ſex dies cōſiderantur purgationis à partu fœminæ poſt immundiciam mēſtrui. Leui. 12. b. deſignant in hoc mundo & in hac vita procurandam eſſe peccatorum purgationē per pœnitentiam.

## 70.

SEptuaginta in domo Iacob.Gene.46. deſignant perfectionem intellectus & prudentiæ. Et in ſeptuaginta palmis, denotatur intelligibilis,ſenior, incorruptaque naturæ ratio.Exod.15. d. Poſſunt etiam tam domus Iacob, quàm palmæ deſignare diſcipulos Chriſti: & palmæ martyres, ob victoriam. Et ſeptuaginta ſenes,qui erant cum Moſe.Exod.24.a. ſunt diſcipuli Chriſti.& ordo doctorum ſeptiformi gratia in decalogo perfectorum. Et quia ſunt ſeptem decades, pertinent ad legem veterem:vt ſeptuaginta anni vitæ.pſal.89.

Perfectio intellect. Diſcipuli Chriſti. Martyres. Doctores. — Philo.d̄ migr.Abra. Amb.ſer.24. Hier.&.Aug.ſ.ps.89 Glo.inter.ſ.Exo.15. 24. Rup 3 ſ.Exo.4.

Septuaginta ſicli argenti in vna phiala. Num.7. quia eſt numerus ex ſeptenario & denario compoſitus, euangelicam ſeptiformis ſpiritus gratiam,& legis,cuius decem præcepta ſunt, ſignificant ſcientiam.

Gr̄a & ſciētia legis. — Rup.1.ſ.Nu.18.

Septuaginta diebus planxerunt Iacob.Gene.50.a. decuplato videlicet ſeptenario: quia luctus mortui ſunt ſeptem dies.Eccli.13.b. Septuaginta autem anni captiuitatis Iuda in Babylone, deſignant curſum vitæ in carne: vel totum tempus eccleſiæ. Septuaginta autem anni Tyri, poſt quos reſtituitur in antiquum ſtatum.Iſa.23. d.ſignificant remiſsionem poſt pœnitentiā. Et ſeptuageſimus annus Hieruſalem. Zach.1.c. requiem poſt labores ſignificant. Septuaginta cubiti latitudinis templi.Eze.41.d.

Remiſsio poſt pœnitentiam. Requies laborum. — Glo.inter.ſ.gene.50 Geor.vene.cātu.1.to 10.7.cap.34. Aug.ſ.ps 125 Hiero.ſ.Iſa.23.&.ſ. Zach.1. Hiero.ſ.Eze.41.

Septuaginta filij Gedeō occiſi ab Abimelech.Iud.9.a.ſeptuaginta linguarū numerū faciunt.

Glo inter.ſ. Iudi. 9.

Septuaginta de populo percuſsi.1. Reg.6.d. deſignant hæreticos, adſcribentes ſibi dona ſpirituſſancti. Et ſeptuaginta ſeniores colentes idola.Ezec.8.d. denotant eos, qui per mandatorum tranſgreſsionem,ſanctum numerum ſeptenarium inficiunt.

Gre.ſ.1.Reg.6. Hiero.ſ.Eze.8.

## 75.

SEptuaginta quinque annorum egreſſus eſt Abraham de terra ſua.Gene.12.b. Qui numerus eſt in confinio intelligibilis & ſenioris naturæ, per ſeptuaginta ſignificatæ, & ſenſibilis & iunioris, quæ quinq; ſenſus æquat numero.

Philo d̄ migr.Abra.

## 77.

VSq; ad ſeptuagies ſepties dimittuntur peccata: vt remiſsio intelligatur de peccatis in hoc mundo degentium. Quòd ſi alia committantur peccata: illa non remittuntur. Deſignat etiam omnia peccata,quæ à tempore Adæ,vſque ad finem in proximum committuntur. Matt. 18. c. Luc. 17. a. Exprimit etiam hic numerus abundantiam diuinæ remiſsionis.

Ori ſ.Mat. ho.6. Aug.d̄ verb.do.ſer. 15. Amb.ſ.Luc.17.

Septuaginta ſeptem eſt numerus reſolubilis in partes æquas: vt in ſeptem & vndecim. Ideo peccatum Lamech oſtenditur remiſsibile: vnde & ipſe confeſſus eſt peccatum ſuum. Cain autem etiam Deo negare auſus eſt. Septuagies autem ſepties vltio de Lamech, deſignare poteſt punitionem, vſque ad aduentum Chriſti: quia poſt ſeptuaginta ſeptem generationes facta eſt redemptio generis humani. Vel datur vltio ſeptuagies ſepties: quia multiplicauit peccata à Cain.

Rup.ſ.Amos.1. Hier.ad Damaſum. q.1.

## 80.

OCtoginta producitur ab octonario, qui eſt numerus diminutus. Octoginta concubinæ. Canti.1.a. deſignant animas terrenorum mercedem accipientes. Vel animas minus perfectas. Denario enim ſignificatur ſcientia vniuerſitatis: quæ ſi ad terrena & corruptibilia referatur, quæ octonario ſignificari poſſunt, fiunt octoginta. Vel quia denario ſignificatur decalogus, per octonarium vero reſurrectio, deſignantur prædicatores falſi,qui falſi ſunt per deſiderium,

Animæ imperfectæ. Prædicatores falſi. — Aug.83.q.55. Rup.ſ.canti.6. Grego ſ.canti.6.

ſiderium, ſcripturam tamen diuinam & reſurrectionem, quam credimus, manifeſtant per verbum.

Hiero. Aglaſiæ.&.ſ. ps.89. — Fides reſurrectiōis.

Octoginta cori tritici, deſignant fidem reſurrectionis Chriſti. Luc.16.b. Octoginta autem anni vitæ humanæ, ad nouam legem pertinent, propter octonarium.pſal.89.

Aug.ſ.ps.89. Iſych.ſ.Leui.12.

Octoginta dies dantur ſeparationis & purgationis mulieris parientis fœminam.Leui.12.b. & deſignant tempus, quo formata eſt in agro Dei fœmina, quod duplum eſt ad formationem maſculi: quia geminata eſt pœna peccati in muliere.

## 86.

Glo.inter.ſ.gene.16 — Ruper.5.ſ.gene.27.

OCtoginta ſex annorum erat Abraham, quando genuit Iſmaelem.Gen.16.d. vt deſignetur eum genuiſſe tempore vitæ carnalis, quum nondum peruenerat ad perfectionem vitæ ſpiritualis. Octoginta ſex autem annorum quantitas duobus diſponitur terminis. Eſt enim in deceno limite octonarius, in ſingulari ſenarius. Senarius perfectus numerus ipſe quodammodo eſt Abraham, perfectorum vir operum, ſed parui & frigidi ſanguinis. Octonarius autem, qui & à Philoſophis fœmina dicitur, ipſe in deceno limite quodammodo eſt Agar, infirmior quidem, quia fœmina, ſed fœcundior viro, quia iuuencula.

## 90.

Hiero.ſ.Eze.41. — Perfectior ſtatus.

NOnaginta cubiti longitudinis templi.Eze.41.b. perfectiorem ſtatum deſignant: quia nonagenaria peperit Sara.Gene.21.a.

Rup.2.ſ.Eze.25. — Angeli.

Deſignant etiam angelos, qui per additionem hominis fiunt centum.

## 98.

Gre ſ.1.Reg.4.

NVmero nonaginta octo duo deſunt, vt ſit centenarius. Eius ætatis erat Eli: quia perfectè maturitatis extitiſſet, ſi ſacramentum geminum in redemptoris noſtri cognouiſſet incarnatione: videlicet veram diuinitatem in humanitate. Nunc quia multa de lege veteri plurima de mandatis cœleſtibus recte intelligit, nonaginta octo annorum eſt.1.Reg.4.c.

## 99.

Glo inter.ſ.gen.17.

NOnaginta nouē annorum erat Abram, quum mutauit nomen, & accepit circuncifionem. Gene.17.a. quia iam perfectioni propinquior erat: & cœleſtem deſiderabat ſocietatem.

Glo. inter.ſ.Luc.15. Aug d verb. apoſto 1. ler.9. — Angeli. Iudæi.

Nonaginta nouem oues.Matth.18.b. angelos ſignificare ſolent. Poſſunt etiam deſignare Iudæos ſuperbos: qui ſe ſanos putant: nec humiliari ad medicum volunt: ideo relinquuntur in montibus, hoc eſt, in tumore ſuperbiæ.

## 100.

Ori ſ gen.ho.2. Rup.ſ.Iudi.11. — Creatura rationalis

CEntenarius numerus plenus in omnibus & perfectus oſtenditur: & totius rationalis creaturæ continet ſacramentum: ſicut in eungelijs legimus, vbi dicit: quia habens quis centū oues, ex quibus quum perijſſet vna, relictis nonaginta nouem in montibus, deſcendit quærere eam, quæ perierat: quamq; inuentam humeris ſuis reportauit: & poſuit cum illis nonaginta nouem, quæ non perierant. Hic ergo centenarius totius creaturæ rationalis eſt numerus: quoniam non ex ſemetipſo ſubſiſtit, ſed ex trinitate deſcendit: & longitudinem vitæ, hoc eſt, immortalitatis gratiam ex patre per filium ac ſpiritū ſanctum ſuſcepit: idcirco triplicatus ponitur: vt pote, qui ad perfectionem, per gratiam trinitatis augetur: & qui ex centenario per ignorantiam lapſum, per agnitionem trinitatis reſtituat in trecentos.Matt.18.b.Luc.15.

Hila.ſ Mat. cano.18 Amb.ſ.Luc.15. Rup.ſ.gene.27.

Centeſimo anno Abrahæ natus eſt Iſaac.Gen.21.a. Cum naſcitur Iſaac, cuius generationem vnica Dei gratia operata eſt, paternæ ætatis numerus plenus & integer, vnus & ſimplex, id eſt, ſolo limite centeno contentus eſt ſub vnitate. Vnitas namq; apud philoſophos, neq; mas neq; fœmina dicitur: & proinde rectè ſub centena vnitate paternorum annorum Iſaac naſcitur: cuius generationem, neque viri, neque fœminæ natura, ſed ſola diuinæ promiſsionis veritas operatur.

Ori.ſ.Leui ho.16.26 Glo.inter ſ.Leui. &.ſ.1.Par.12.

Centum in bonum & in malum ſumitur: Nam inueniuntur centum inimici dæmones. Et Abraham centenarius credidit, & genuit Iſaac. Et centum fideles perſequuntur decem milia contrarias virtutes: vbi ponitur numerus finitus pro infinito.Leui.26.c. Et centū milites ſunt, qui perfectioni ſtudent. 1. Par.12. b.

Hie.ſ.Eze.ho.18.22 — Spes cœleſtium.

Centum cubiti longitudinis atrij, ſpem cœleſtium ſignificant, & cœleſtem vitam: quum à ſiniſtra



Perfectio operum. — Gr.ſ.Eze.ho.18.22. Glo.inter.ſ.Exo.26

ſiniſtra tranſit in dextram. Item fructum centeſimum. Exod.26.28.Ezech.40. c. Centum etiā cubitorum erant longitudo & latitudo templi. Eze.41.c. vt oſtendatur nos mente, ſermone, & operibus Deo ſeruire debere. Vel deſignatur perfectio operum.

Cœleſte Præmium. — Glo inter.ſ gen.26. Aug.epi.89. Hiero.ſ Iſa.65. Ori.ſ.Mat cap.14. Aug.1.q in euang.9. Gre.ſ Eze.ho.17. Glo.inter.ſ. Mat.13

Centuplum inuenit Iſaac, quum ſeminaſſet. Gene.26.c. hoc eſt, magnum cœleſtis patriæ lucrum: & fructum euangelicum. Et centuplum in hac vita accipiendum. Matth. 19.d. ſignificat omnia: vt ſit iuxta illud: Nihil habentes & omnia poſsidentes. Centum annorum puer in fœlicitate deſignat perfectam ætatem.Iſa.65.d. Centeni autem diſcumbunt in cōuiuio Chriſti: quia ille numerus eſt vnitati diuinæ conſecratus.Matth.6. Centeſimus autem fructus eſt martyrum, & eorum, qui mortem habent in contemptu.Matth.13.a. Eſt etiam contemplatio æternæ vitæ: & opera intentione æternitatis facta.

Mia Dei. Præcepta legis. — Hiero Aglaſiæ.

Centum bati olei deſignant magnam Dei miſericordiam. Et centum cori tritici, præcepta legis, quibus tenebantur Iudæi.Luc.16.b.

Profectus. — Gre.ſ.Eze.ho.19.

Centum cubiti à porta interiori ad exteriorem.Eze.40.d. deſignant altiorem profectū eorum, qui iam perfectionem attigiſſe videbantur.

Duces fidelium. — Glo.inter.ſ.3.reg.4 & ſ.Leui.26.

Centum arietes in cibum Salomonis per ſingulos dies.3.Reg.4.c. ſunt duces Chriſtiani gregis, qui cum ſubditis ſuis æternam gloriam conſequi feſtinant. Centum alieni ſunt aſtutia perfecti.Leui.26.b.

Centeni anni ſexcentis vitæ Noë, ſingulas ætates deſignant.Gen.7.a.

Centum agnis emit Iacob partem agri à filijs Hemor. Gen.33.d.

Centum talenta argenti in vaſis tabernaculi.Exod.38.

## 110.

CEntum & decem annis vixit Ioſeph, deſignans in ea ætate mori eos, qui decalogum obſeruant. Gene.50.

## 120.

Hiero. de manſio. Glo.inte.ſ.Deut.34

CEntum viginti annorum erat Moſes, quum mortuus eſt, data lege, deſignans ſpiritum ſanctum, venturum ſuper centum viginti diſcipulos. Deut. 34. b. Vel deſignat perfectionem mandatorum, quæ eſt in duobus præceptis charitatis.

Ori.ſ.canti.ho.2.

Dedit regina Saba regi Salomoni centum viginti talenta auri.3.Reg.10.d. Numerus hic cōſecratus vitę hominum eorum, qui fuerunt in diebus Noë: quibus iſtud conceditur ſpatium vitæ, quo inuitantur ad pœnitentiam: offert ergo Chriſto eccleſia in auri ſpecie & pondere, nō ſolum multitudinem ſenſuum ſuorum & intellectum: ſed lege Dei conſecratos indicat ſenſus per hunc, qui Moſi annos continebat numerum. Gene.6.a. Deut.34.c.

## 127.

Glo.inte.ſ.gen.23.

CEntum viginti ſeptem annos vixit Sara, vitæ perfectæ typum gerens: quia centum & viginti ſeptem ſunt numeri ſolidi.Gene.23.a.

## 130.

CEntum triginta annorum erat Iacob, quando ingreſſus eſt in Aegyptum.Gene.47.b.

Rup.1.ſ Nu.18.

Centum triginta ſicli argenti in acetabulo, deſignant vnius Dei triumq; perſonarum fidem propter centenarium & tricenarium.Nu.7.

## 137.

CEntum triginta ſeptem annis vixerat Iſmael, quando appoſitus eſt ad populum ſuum. Gene.25.b.

## 140.

Gre.35.mor 25.

CEntum quadraginta annis vixit Iob poſt flagella. Iob.42.d. vt deſignetur ducendo decē per quatuordecim, quòd vtrunq; teſtamentum eccleſia cuſtodiens, & tam ſecundum legis decalogum, quàm ſecundum quatuor euangelij libros viuens, vſq; ad perfectionis culmen extendiur.

## 144.

Rup.12.ſ.Apo.

CEntum quadraginta quatuor cubiti muri minoris Hieruſalem. Apo.21.e. deſignāt minores & infirmiores per bona opera ad cœleſtem Hieruſalem peruenientes.

147.

## 147.

CEntum quadraginta ſeptem annorum erat Iacob quando mortuus eſt, & appoſitus ad populum ſuum. Gene.50.a.

## 150.

Aug.ſ.pſ.150.

CEntum quinquaginta diebus obtinuerunt aquæ diluuij terram. Gene.7.d. vbi triplus eſt quinquagenarius, tanquàm eum multiplicauerit trinitas. Deſignatur autem altitudo baptiſmi in ſacrando nouo homine, ad tenendam quietis & reſurrectioniss fidem. Reſultat enim ex ſeptuaginta & octoginta, quę ſunt à ſeptem & octo.

## 153.

Aug.ſ.pſ.49.119.150 &.83.q.57.&.ſ. Ioã. trac.122. — Perfecti.

CEntum quinquaginta tres piſces. Ioan.21.b. deſignant perfectos: qui numerus fit ex ter quinquaginta, additis tribus: & ex decem & ſeptem, ſumptis omnibus prioribus numeris. Deſignant etiam perfectam eccleſiam militãtem, quæ denario ad quinquagenarium addito abſoluetur in fine mundi. Vel ita conſideretur: quòd ex ſeptem & decem, fiunt decem & ſeptem: quæ ſi per trigonum ducamus, fiunt quinquaginta vnum. Legimus autem quòd annus quinquageſimus iubileus vocari iuſſus eſt: in quo videlicet cunctus populus, ab omni operatione quieſceret. Sed vera requies in vnitate eſt. Diuidi quippe vnum non poteſt. Vbi enim ſciſſura diuiſionis eſt, vera requies non eſt. Ducamus ergo per trigonum quinquaginta vnum, & fiunt centum quinquaginta tres. Quia ergo omnis noſtra operatio in fide trinitatis exhibita, ad requiem tendit, decem & ſeptem ter ducimus, vt ad quinquaginta vnum venire debeamus. Et quia vera noſtra requies tunc eſt, quum ipſam claritatem trinitatis agnoſcimus, quam in vnitate diuinitatis eſſe certum tenemus, quinquaginta & vnum ducimus, & electorum ſumma in ſuperna patria quaſi centum quinquaginta trium piſcium numerum tenemus.

Gre.ho.24. — Electi.

Cyril.12.ſ.Ioan.63.

Vel centenarius ibi deſignat gentilem populum: quinquagenarius Iudaicum: ternarius cõfeſsionem trinitatis, per quam ſaluamur.

Rup.14.ſ.Ioan. — Tres gradus in eccleſia.

Vel deſignat tres gradus in eccleſia: centenarius imperfectos, qui multi ſunt: quinquagenarius mediocres: ternarius perfectos, qui pauci ſunt.

## 175.

CEntum & ſeptuaginta quinque annis vixit Abraham: vt diceretur mortuus in ſenectute bona. Gen.25.b.

## 180.

Glo.inter.ſ.gen35.

CEntum & octoginta annorum mortuus eſt Iſaac. Gene. 35.d. Quo numero perfecta ætas ſignatur.

## 200.

Glo.inter.ſ.ge.32.

DVcentæ capræ & ducentæ oues erant in muneribus, quæ obtulit Iacob Eſau. Gen.32. quia binarius princeps alteritatis gratus eſt Eſau.

Grego.ſ.canti.8. Rup.ſ. Hoſe.3.

Ducenti argentei, qui dantur cuſtodientibus fructum vineæ. Canti. 8. d. deſignant duplicem retributionem, quæ datur benè operantibus: nempe centuplum in hac vita, & vita æterna in futuro. Vel quum ſit binarius in tertio gradu, deſignat coniugium eccleſiæ cũ Chriſto.

## 250.

DVcenti quinquaginta ſicli calami, & etiam caſiæ, ponuntur in vnguento ſacerdotum. Exod.30.c.

Ducenti quinquaginta calami numerantur in lateribus ſuburbanorum ciuitatis Ezechieli demonſtratæ. Ezech.48.b.

## 273.

Ori.ſ.Nu.ho.4.

DVcentorum ſeptuaginta trium numerus, ſignificat illos dies, qui ex nouem menſibus & triduo menſis decimi colliguntur: qui fiunt ſimul ducenti ſeptuaginta tres: quibus humano generi in hunc mundum præbetur ingreſſus.

## 300.

Cum



Crux. Obſeruatio legis. Gentiles.

Ori.ſ.Iudi.ho.9. Aug.q.in Iudi.37. Gre.30.mor.33. Ruper.ſ.Iudi.11. Glo.inter.ſ.gen.45 &.ſ.Iudi.7.

CVm trecentis inuenies Abraham vincentem aduerſarios. Gene.14.b. Et Gedeón cum trecentis lingua aquam lambentibus ſuperat. Iudi. 7.a. in quibus deſignatur crux per T. Et huius numeri erat longitudo arcæ Noë: qui multiplicatur per decem & triginta: & deſignat obſeruationem legis. Gene.6. Trecenti etiam viri Gedeonis, deſignant gentiles virtute crucis Chriſti ſeruatos. Vel habentes perfectam cognitionem trinitatis crucem Chriſti ferentes. Trecentos argenteos dedit Ioſeph Beniamin fratri ſuo: qui deſignant fidem trinitatis & crucis Chriſti. Gene.45.

Aug.12.cont.a Fauſtũ.14.

Trecentis cubitis longa erat arca Noë, vt ſexies quinquaginta compleantur: ſicut ſex ætatibus omne huius ſeculi tempus expenditur: in quibus omnibus Chriſtus nunquàm deſtitit prædicari: in quinta per prophetiam prænunciatus in ſexta per euangelium diffamatus. Gene.6.

Amb.3. de ſpũ ſctõ. 18.&. de Ioſeph.3.

Trecentis denarijs æſtimabat Iudas vnguentum. Ioan.12.a. quia peccatoribus pluris conſtat remiſsio peccatorum: & indulgentia videtur eſſe precioſior. Deſignabatur etiam crux Chriſti.

Ori.ſ.canti.ho.4. Glo.inter.ſ.Exo.14.

Numerus trecentarum vulpium, quæ à ſemetipſis diuerſæ & diſſonantes erant, triplicem formam indicant peccatorum, cordis, oris, & operis. Iudi. 15. a. Trecenti currus Pharaonis, ſunt pugnantes contra fidem trinitatis. Exod.14.a. Ad idem referuntur trecentæ vnciæ, quas appendebat ferrum haſtæ Ieſbibenob. 2.Reg.21.c.

## 318.

Aug.q.in Iudi.37.

CVm trecentis decem & octo Abraham aduerſarios debellauit. Gene.14. b. quia nos in ſacramento crucis, quam T litera ſignificat, quæ pro trecentis ſumitur, quinq; ſenſus carnales nos prius varijs vitijs captiuantes ſuperamus. Decem & octo vero ex ternario & ſenario multiplicatus, fidem trinitatis & perfectionem operis ſignificat.

Hila.de ſynodis circa finem.

Figuram etiam tenent trecentorum decem & octo epiſcoporum, qui Niceno concilio interfuerunt.

## 390.

Hiero.ſ.Ezec.4.

TRecenti nonaginta dies, quibus dormiuit Ezechiel ſuper latus ſiniſtrum. Ezec. 4.b. Captiuitatem domus Iſrael deſignauerunt: quæ cœpit tempore regis Phacee vſq; ad extremum annum Aſſueri, qui & Artaxerxes.

## 400.

CVm quadringẽtis viris occurrit Eſau fratri ſuo Iacob, quibus illi timorem incuſsit. Gen.32.

Quadringentis annis fuit peregrinum ſemen Abrahæ in terra non ſua. Gen.15.

## 430.

QVadringẽtorum tringinta annorum dicitur fuiſſe habitatio filiorum Iſrael in Aegypto. Exod.12.g.

## 500.

Remiſsio. — Ori.ſ.canti.ho.2.

QVingenti ſicli myrrhæ & caſiæ myſterium tenent centupliciter perfectorum: vt remiſsionem datam per Chriſtum ſignificent. Quinquagenarius enim Iubileus in his eſt quintupliciter poſitus.

Gre.1.mor.10.

Recte quingenta iuga boum, & quingentę aſinæ poſsideri à Iob referuntur. Iob.1.a. quia vel in hoc, quod prudenter ſapimus, vel in hoc, quod humiliter ignoramus, dum æternæ pacis requiem quærimus, quaſi intra iubilei numerum tenemur.

Hiero.ſ.Iob.1. — Eccleſia.

Quingenti, qui de quinq; conſurgunt, quicuplicati, quinquaginta quinq; faciunt: peractis lubricæ ætatis fragilitatibus, in virum perfectum hominem tranſiſſe ſignificat: & vt per decies quinos in quinquaginta perueniunt: ita per decies quinquagenos ad quingentos aſcendunt. Similiter eccleſiam totam columnam & firmamentum veritatis Chriſti figurat: in qua ſenſus noſtri, vel purificationem, vel remiſsionem peccatorum accipiunt: quia in iſto numero non ſolum remiſsio peccatorum, ſed etiam aduentus ſancti ſpiritus declaratur.

Quingenti cubiti erant in vno latere muri templi. Ezech. 42.d.

## 600.

SExcenteſimo anno vitæ Noë cõpleta eſt arca. Gen.7.b.8.d. quia ſexta ætate veniente Chriſto inſtituta eſt eccleſia, quam ingrediantur ſeruandi: vt iam in egreſsione ab arca finis mũdi deſignetur: quando iam non erit opus arca.

tt Senarius

Ori.ſ.Iudi.ho.4. Gre.ſ.1.Reg.13.

Senarius numerus, qui multiplicatus venit in ſexcentos, mundi huius figuram tenet: qui in ſex diebus dicitur conſummatus. Sexcentos ergo in aratro dicitur percuſsiſſe ille, qui per crucem domini crucifixus eſt mundo. Iudi.3.d. Sex dies in boni operis ſtudio conceduntur. Centenarius autem numerus ſummam continet numerorum. Sexcenti ergo viri ſunt opere & cordis deliberatione robuſti.1.Reg.13.c. Fortes.

## 666.

Glo.inter.ſ.2.Par.9.

SExcenta ſexaginta ſex talenta auri deferebātur Salomoni.2.Par.9.c. Et deſignabant per ſenarium numerum perfectionem donorum, quæ regi noſtro, à nobis deferenda ſunt.

Rup.ſ.Haba.1. &.8. ſ.apoc.

Numerus hominis dicitur ſexcēti ſexaginta ſex. Apo.13. d.quia ſenari⁹ eſt numerus hominis, qui ſexta die factus eſt. Porro numerus ſeptenarius quodāmodo numerus eſt Dei: quia die ſeptimo requieuit. Omnis hominis numerus, qui ad requiem non peruenit domini, qualibus iuraui (inquit) in ira mea, ſi introibunt in requiem meam: omnium, inquam, qui creatura Dei, vel ſemetipſis abutuntur, & dilectionem creatoris non habent, vel qui creaturæ, potius quàm creatori ſeruiunt, numerus ſenarius eſt. At vero ipſi diabolo numerus iſte triplicatus, imo ter decuplatus eſt: quia numerus ſexcenti ſexaginta ſex. Quam ob cauſam? Nimirum quia iudicium eius eſt triplex: quia tertio iudicatus eſt. Primo quando de cœlo proiectus eſt propter ſuperbiā. Deinde quando iudicium maledictionis accepit in ſerpente. Tertio iudicij ſiue damnationis incremento feriendus eſt in illo, quē ingreſſurus eſt, homine peccati filio perditionis.

## 730.

SEptingenti triginta ſicli auri oblati fuerunt in ſanctuario. Exod. 38. c. Vltra viginti nouem talenta.

## 1000.

Gre.ſ.1.Reg.13.& 35.mo.18.& ſ.cant.8 Ricar.de.ſ. victo.de extremi.mali.20. Gre.22.mor.22. Iſyc.ſ.Leu,27.

MIllenarius ex denario quadratus ſubtilem & ſolidam deſignat euangelicæ prædicationis doctrinam: vt in mille argenteis Abimelech. Gene. 20. d. Vt autem à centenario decies collecto perficitur, ſummā perfectionis inſinuat. Mille autem iuga boum, & mille aſinæ, Iſraelitas atq; gentiles, doctos ac ſimplices poſt tentationum caſus in culmine perfectionis eccleſia aſſumit. Iob. 42.d. Canti.4.b.8.d. Doctrina euangelica. Perfectio.

Hila.ſ.ps.67. Aug.20.ciui Dei.7.

Ponitur millenarius numerus finitus pro infinito: vt pſal.67. Milia lætantium. Et facit Deus miſericordiam in milia. Exod.20.a. Deut.33.a. Canti.8.d. Et pro tempore. Vt ligatur diabolus *mille* annis. Apoc.20.a. Mille generationes.pſal.104.

Gre.ſ.canti 4.

Millenarius numerus, collati muneris plenitudinem deſignat. Ezech.47.

Rup.ſ.canti.7.&.ſ. Hoſe.3.

Mille argentei ſunt ſermones conſonantes in vna fide. Canti.8.d. Quum autem vnitas ſit in quarto gradu, deſignant virginitatem in eccleſia.

Gl.inter.ſ.1.Par.12. &.ſ.Nee.3.

Mille, quibus præeſt vir fortis, æternam requiem deſignant.1. Par.12. b. Mille autem cubiti muri Hieruſalem, perfectam operationem deſignant. Nee.3.

Hiero.ſ.Iſa.30. Glo.inter.ſ.ps.90.

Mille, quos perſequitur vnus, ſunt hæretici à fidei prædicatore deuicti. Iſa.30.d. Mille cadētes à latere ſunt pauciores, qui putabant ſe cum Chriſto iudicaturos.pſal.90.

## 1260.

Glo.inter.ſ.apoc.11. Rup.6.ſ.apoc.

MIlle ducenti ſexaginta dies, ſunt duo anni cum dimidio, quibus prædicabunt Enoch & Elias. Apo.11.a. eſt numerus ſuperfluus. Idem deſignat abundantem iniquitatem illius tēporis. Apud Danielem.12.d. ponuntur mille ducenti nonaginta: qui etiam eſt ſuperfluus, ſed non tantum.

## 1400.

Glo.inter.ſ.2.Par.1.

MIlle quadringenti currus Salomonis, ad tempora legis pertinent, quæ data eſt quadraginta diebus.2.Par.1.d.

## 1600.

Aug.ſ.apo.150.

MIlle ſexcenta ſtadia, quatuor mundi partes exprimunt. Apo.12.d.

## 1775.

MIlle ſeptingenti ſeptuaginta quinq; ſicli argenti erant in capitibus columnarum tabernaculi. Exod.38.d.

2000.



## 2000.

DVo milia cubitorum, quibus arca fœderis præcedebat populum. Ioſu.3.a. Geminam perfectionem deſignant, ſcilicet, integritatem voluntatis, & plenitudinem fortitudinis. Ille igitur arcam ad duo milia cubitos ante ſeipſum præmittit, qui prudenter præuidet, quantum ſibi deſit de gemina perfectione: qui ſeipſum iudicat geminæ perfectionis nec ſaltem exordia hactenus apprehendiſſe. Ricar.de ſ victo.de extremi mali.28.

## 3000.

MIllenarius, qui à centenario decies collecto perficitur, ſummam perfectionis inſinuat. Qui profecto quum ter repetitur, in eo variæ electorum perfectiones deſignantur. Saul ergo tria milia virorum de Iſrael elegit: quia prædicator veritatis ad defenſionem ſanctæ eccleſiæ, non infirmos & debiles, ſed robuſtos & validos bellatores inducit: vt virgines, cōtinētes, & defenſores veritatis.1.Reg.13.a. Gre.ſ.1.Reg.13.

In tribus milibus *anima*, & *corpus*, & *ſpiritus* ſignificantur: vel triformis doctrinæ ſcientia in ſcripturis ſanctis: *ſiue ſacramentum beatæ trinitatis*, pro eo quòd omnis multitudo credentium trium dierum viam ambulans, ad perfectionem æternitatis deſiderat peruenire. Iob.1.a. Hierō.ſ.Iob,1.

Tria milia parabolarum Salomonis.3.Reg.4.d. plenitudo fidei in lege & euangelio, quam Chriſtus tradidit multiplici allegoriarum myſterio refertam. Glo.inte.ſ.3. Reg.4.

Tria milia camœlorum Iob, gentiles, aut Samaritanos ad fidem conuerſos inſinuare poſſunt. Iob.1.a. Gre.1.mor.13.15.

Tria milia metretarum in mari æneo claritatem reſurrectionis inſinuant.2.Par.4.b. Glō.inte.ſ.2. Par.4.

## 3300.

TRia milia trecenti, qui præerant operibus templi, deſignant eos præeſſe in eccleſia, qui prędicant fidem trinitatis.3.Rg.5.d. Hila.ſ.ps.89.

## 4000.

QVatuor milia Iſraelitarum cæſa, deſignant eos, qui mortui ſunt, quia quatuor euangeliorum veritatem recipere noluerunt.1.Reg.4.a.

Quatuor milia ſatiati à Chriſto, ſunt gentiles ex quatuor orbis partibus ad fidem collecti: & ad nouum teſtamentū pertinentes: vel ſpirituales viri, quatuor virtutibus vtentes. Matth.15.d. Hila.ſ.Mat.cano.15. Amb.ſ.Luc.9. Glo.inter.ſ Mat.15.

## 5000.

QVinq; milia virorum ſatiati à Chriſto. Matth.14. ſunt perfecti quinq; ſenſibus, qui apti ſunt ſolidum cibum capere. Vel ſunt viri veteris legis, qui aſperitate legis vtebantur. Ori.ſ.Mat.cap.14. Aug.83.q 61.&.ſ.Io an.tract.24.

Quinq; milia, quæ erant profana extra templum, deſignant deditos quinq; ſenſibus, qui tamen ſenſus ad omnes pertinent. Ezec.45.b.48.b. Hiero.ſ.Eze.48.

## 6000.

SEx mille equites, contra tria milia virorum, vt ſint duo contra vnum, deſignant dęmones conantes auferre amorem proximi, vt ſic auferant amorem Dei.1.Reg.13. Gre.ſ.1.Reg.13.

Sex milia camœlorum poſsidet Iob, quia plenitudinem operis in eccleſia accipiunt, qui ab illa dudum vitiorum ſuorum fæditate perierunt. Iob.42.d. Gre.35.mor.20.

## 7000.

SEptem milia virorum erant, qui non curuauerunt genua ſua ante Baal.3.Reg.19.d. Roma.11.a. Vt quum ſeptenarius ſignificet requiem, ſint figura conuerſorum, qui peccati onere depoſito, ad Chriſti requiem veniunt. Vel ſunt qui venerunt ad menſuram viri perfecti. Ori.ſ Roma.11. Hiero.ſ. Zach.8.

Septem milia ouium Iob, deſignant conuerſos ex Iudæis. Iob.1.a. Vel ſeptem milia ouium poſsidemus, quum cogitationes innoxias perfecta cordis mundicia intra noſmetipſos inquiſito veritatis pabulo paſcimus. Gre.1.mor.13.28.

## 7700.

SEptem milia ſeptingenti arietes ſunt prælati ſpirituſſancti gratia illuſtrati: Hirci vero ſunt Glo.inte.ſ.2. Par.17.

tt 2 peccatores

peccatores per confeſsionem & pœnitentiam ad ſeruitium Dei adducti.2.Par.17.d.

### 10000.

Gre.ſ.1 Reg.15. Hiero.ſ.Eze.45. DEcem milia de Iuda,perfectam doctrinam habentes in prædicatione ſignificant, & legem ſpiritu Dei intelligentes.1.Reg.15.b. Huc referuntur decem milia cæſores lignorum.3.Reg.5.d. Et decem milia in menſura ciuitatis, ad perfectam ſcientiam referuntur : vt de rebus theologicis & ſupernis virtutibus.Ezec.45.a.48.b.

Gre.ſ.1.Reg.14. Huius numeri perfecta perfectio in terra non inuenitur, ſed in cœlo : quia enim nouem ſunt ordines angelorum: & ad illorum ſocietatem electorum illa multitudo ſuſtollitur, decem milia virorum illa ſunt, quæ in ſanctis angelis & electis hominibus in illa æternæ gloriæ ſede gratulantur. Quaſi ergo decem milia virorum illa ſunt, quæ in iſtius adhuc ſeculi exilio poſita, illius beatæ ſocietatis formam in moribus ſuſceperunt.1.Reg.14.d.

Aug.1.q.in ſeuãg 25. Decem milia talentorum,quæ debebat ſeruus,deſignant tranſgreſsionem decem præceptorum legis.Matth.18.c.

Decem milia inimicorum fugari dicuntur à centum bonis.Leui.26.b.

Hila.ſ.ps.67. Ponitur hic numerus finitus pro infinito.pſal.67. Currus Dei decem milibus,multiplex.

### 12000.

Glo.inte.ſ.3.Reg.4 Rup.12.ſ.apoca. DVodecim milia equeſtrium Salomonis.3.Reg.4.d. ſunt eruditi verbo & exemplo. Et duodecim milia ſtadiorum cœleſtis Hieruſalem. Apo.21.c. ſunt fortes verbo & exemplo, pugnantes in ſtadio, & per quatuor orbis partes prædicantes trinitatem.

Aug.ſ.ps.59. Duodecim milia de Edom percuſſa, deſignant in quatuor mundi partibus percuſſos terrenos,vt venirent ad fidem trinitatis. pſal.59. in titulo.

### 14000.

Gre.36.mora.20. QVatuordecim milia ouium poſsidet Iob,quia quum in ſancta eccleſia virtutum perfectio ad vtrunq; ſexum ducitur, ſeptenarius, in ea numerus duplicatur.Iob.42.d.

### 22000.

VIginti duo milia inuenti ſunt de Leuitis, ab vno menſe & ſupra numerati, pro primogenitis Iſrael. Num.3.f.

### 22273.

VIginti duo milia ducenti ſeptuaginta tres numerati ſunt de primogenitis filiorum Iſrael ab vno menſe & ſupra.Num.3.g.

### 23000.

VIginti tria milia hominum occiſſa,deſignant peccata cordis, oris, & operis.Exo.32.f.

### 25000.

Hiero.ſ.Eze.48. VIginti quinq; milia in menſura ciuitatis, ad quinq; ſenſus referuntur, & ſimplicem hiſtoriam literæ.Eze.45.a.48.b.

### 30000.

Gre.ſ.1.Reg.11. TRiginta milia de Iuda, ad rectitudinem fidei, & ſtudium pertinent operationis : quia nulla ſunt præcepta legis,ſi ad contemplationem nō tendunt ſummæ trinitatis. Triginta quidem à tribus & decem veniunt : ſed in tricenario numero, tam denarius quàm ternarius ſimplex eſt : ſed vt vſq; ad trecentos numeremus,& denarium tricies, & tricenarium decies multiplicamus : quia etſi magna eſt contemplatio, magna ſunt opera ſubiectæ plæbis : illa tamen, quæ in patribus noſtris præceſſerunt,incomparabilia fuerunt.1.Reg.11.c.

Triginta milia de Iſrael,ſunt fidei, operis & ſpei firmitate perfecti. Tria propter confeſsionem trinitatis : decem propter decalogum legis ad opera pertinent:mille propter ſui perfectionem ad ſpem vitæ æternæ. Tria ergo per decem multiplica, ne fides ſine operibus mortua ſit. Item triginta per mille multiplica : vt fides, quæ per dilectionem operatur, non alibi quàm in cœlis retributionem ſperet. Et triginta milia cæſores lignorum, ſunt doctores in fide trinitatis perfecti.3.Reg.5.d.





Tringinta milia curruum contra tria milia hominum veniunt.1.Re.13.b.vt ſint decem contra vnum:quia dæmones per ſpecies,quas ingerunt quinque ſenſibus, & per totidem deceptorias artes,fideles decipere conantur.1.Reg.13.b. Gre.ſ.1.reg.13.

### 32200.

TRiginta duo milia ducenti de tribu Manaſſe,ſunt dilectionem Dei & proximi amplectentes.Num.1.d. Gloſ.inter.ſ.num.1.

### 35400.

TRiginta quinque milia quadringenti de tribu Beniamin,ſunt boni coniugati in fructu tricesimo permanentes.Num.1.d. Glo. ordi ſ. num.1.

### 40000.

QVadraginta milia præſepia equorum currulium Salomonis ſunt, qui in populo legis & euangelij nutriebantur ad præſepia ſcripturarum : vt apti fierent equitatui ſummi regis.3.Reg.4.d. Glo.inter.ſ.3.reg.4

### 40500.

QVadraginta milia quingenti de tribu Ephraim, ſunt in modeſtia corporalium ſenſuum perfecti.Num.1.d. Glo.inter.ſ.num.1.

### 41500.

QVadraginta & mille quingenti numerati ſunt de filiis Aſer.Num.1.f.

### 42000.

QVadraginta duo milia de Ephraim,quæ percuſsit Iephte. Iudi.12.b. ſignificant omnes rebelles,qui in ſex ætatibus fuerunt,qui condemnabuntur in fine mundi : quia quadraginta duo fiunt ex ſexies ſeptem. Qui dicebant nolumus hunc regnare ſuper nos.Luc.19.b. Aug.q.in iudi.49.

### 45650.

QVadraginta quinque milia ſexcenti quinquaginta de tribu Gad. Num.1.b.ſunt bene vtentes ſenſibus. Glo.inter.ſ.num.1.

### 46500.

QVadraginta ſex milia quingenti de tribu Ruben. Num.1.a.ſunt nouum & vetus teſtamentum habentes in veritate:& perfecti operibus,& in ſancti ſpiritus confidentes auxilio. Glo.inter.ſ.num.1.

### 50000.

QVinquaginta milia plebis percuſſa à Domino.1.Reg.6.d.deſignant hæreticos, qui præter errorem in fide,etiam in quinque ſenſus peccauerunt. Gre.ſ.1.reg.6.

### 53400.

QVinquaginta tria milia quadringenti de filiis Nephtalim.Nu.1.f.ſunt fide trinitatis armati, ac ſcuto fidei,quę in quatuor euangeliis continetur,muniti. Glo.inter.ſ.num.1.

### 54400.

QVinquaginta quatuor milia quadringenti de tribu Iſachar. Num.1.d. ſunt nouo benè inſtructi teſtamento. Glo.inter.ſ.num.1.

### 57400.

QVinquaginta ſeptem milia quadringenti de tribu Zabulon. Num.1.d. ſunt ſpiritusſancti gratia & virtutibus perfecti. Glo.inter.ſ.num.1.

### 59300.

QVinquaginta nouem milia trecenti numerantur de tribu Simeon. Num.1.b. quia gloria perfectorum eſt principium:ſed in perfectione imperfectio eſt. Glo.inter.ſ.num.1.

### 62700.

Sexaginta duo milia ſeptingenti de tribu Dan. Nu.1.e.ſunt continentes & coniugati, ac virgines corpore & ſpiritu. Gloſ.inter.ſ.num.1.

70000.

Hiero.ſ.pſal.89. Gl.inter.ſ.2. par. 2. SEptuaginta milia latomorum.3.reg.5.d.ſignificant prophetas & patriarchas veteris teſtamenti, propter ſeptenarium. Verum ibi portantes onera dicuntur ſeptuaginta milia. Prædicatores etiam ad requiem ducentes, propter ſabbatiſmum ſunt ſeptuaginta milia.2.Par.2.d.

72000.

SEptuaginta duo milia talenta æris oblata ſunt à filiis Iſrael ad opus ſanctuarij. Exod.38. d. Additis vltra quadringentis ſiclis.

74600.

Glo interſ.num.1. SEptuaginta quatuor milia ſexcenti de tribu Iuda.Num.1.c.ſunt ſpiritualem legis intelligentiam habentes.In ſeptenario enim ſpirituſſanctus:in denario lex ſignificatur.

80000.

Hiero.ſ pſal.89. Glo.inter.ſ.2.par.2. OCtoginta milia portantium onera ad templum.3. Reg.5.d. deſignant apoſtolos & prædicatores euangelicos, propter octonarium, qui ad nouam legem pertinet. Et propter ſpem reſurrectionis, quam prędicant. Ibi tamen latomi dicuntur octoginta milia.2.Par.2.d.

144000.

apo.8.&. CEntum quadraginta quatuor milia ſignati. Apoc.7.a.Sic diſponuntur:vt duodenarius, qui numerus erat primorum filiorum Iſrael, habeat in deceno vnitatem, in ſingulari vero limite binarium. Vt autem iſti duodecim primigeni totidem.i.duodecim milia ſuccreſcant, vnitas illa decena, vnum & alterum limitem tranſit, & in tertio conſiſtit, & decem milia ſunt. Item binarius ſingularis, qui coniunctus eidem decenæ vnitati duodecim perficiebat, vnum & alterum limitem tranſit, & in tertio conſiſtit, & duo milia fiũt. Quæ videlicet duo milia decem milibus iam dictis in ſecundo ab eis limite conſtitutis connumerantur, & duodecim milia fiũt. Ità quia duodecim tantum erant filij Iſrael, iam in duodecim milia multiplicati, rurſus duodecies multiplicantur, & fiunt centum quadraginta quatuor milia. Qui videlicet numerus ita diſponitur, vt tribus limitibus diſtinguantur. Nam in centeno milleno vnitas, in deceno milleno
Aug.ſ.apo.ho.6. quaternarius. In milleno item quaternarius collocatur. Et propter tres limites confeſsio trinitatis demonſtratur. Centum quadraginta quatuor milia omnem eccleſiam deſignant. Eccleſia.

200000.

Gre.ſ.1.reg.15. DVcenta milia peditum. 1. Reg.15.b.deſignant eos, qui per diuinam gratiam, tam corporis continentia, quàm mentis integritate, ad ſummam pudicitiæ arcem peruenere. Vel quia non remiſſe aut negligenter Deo per pudicitiam ſeruiunt, centenarium habent operis, & quia ei ſeruire non deſinunt, habent millenarium multiplicationis. In centenario autem & millenario omnis decalogi ſumma concluditur.

504000.

QVingenta & quatuor milia calamorũ erant in ſingulis lateribus ciuitatis, quam vidit Ezechiel. Eze.48.b.

600000.

Glo.inter.ſ. Exo.12 SExcenta milia peditũ, qui egreſsi ſunt de Aegypto, ſunt perfecti in operibus bonis. Exo.12.f

603550.

Glo.inter.ſ.num.1. SExcenta tria milia quingenti quinquaginta numerati ſunt in deſerto.Num.1.g.Et deſignant perfectos in opere, cum fide trinitatis & fortitudine.

Hiero.ſ.dani 7. Milia milium & decies centena milia. Dani.7.c. exprimunt numerum certum ꝑ incerto, quaſi dicantur infinita.

R.up.5.ſ.apoca. Vicies milies dena milia equeſtrium. Apo.9.d.ſic cõſiderentur. Vnitas, quę in primo limite vnum ſignificat, tranſpoſita in quintum limitem, decem milia deſignat. Item binarius in primo limite duo ſignificat, tranſlatus autem in quintum limitem, viginti milia deſignat. Sunt itaque in vno eodemque deceno limite, & vnitas multiplicanda, & binarius multiplicator. Vnitas decena millena deſignat gentem Iudæorum, vnius Dei cultricem. Binarius decenus millenus, interdũ infamis eſt in ſcriptura ſacra: vt quum bina animalia immunda introducuntur in arcam. Igitur vnitas in eodem limite cum binario cubat, & ab eo multiplicatur: quia gens Iſraelitica, quæ vnius Dei populus eſſe debuerat, in terra gentium immundarum, & abominabilia facientium, collocata eſt.

LAVS DEO.

F. *Hieronymus Lauretus faciebat.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Altiora te ne quæſieris

Qui arat, debet in ſpe arare



Non coronabitur, niſi legitime certauerit

Qui addit ſcientiam, addit dolorem

BARCINONE
In ædibus Pauli Cortey & Petri Mali. Anno Domini.
*M. D. LXX.*